Sc.21.Pl.1.

37
31 G
6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JACOBI GRETSERI SOCIETATIS JESU THEOLOGI OPERA OMNIA

ANTEHAC

AB IPSOMET AUCTORE ACCURATE RECOGNITA,
OPUSCULIS MULTIS, NOTIS, ET PARALIPOMENIS PLURIBUS,
PROPRIIS LOCIS IN HAC EDITIONE INSERTIS

AUCTA ET ILLUSTRATA


NUNC

SELECTO ORDINE AD CERTOS TITULOS REVOCATA.

TOMUS VI.

DEFENSIO

ROMANORUM PONTIFICUM.



Cum Privilegio S. Cæſareæ Majeſtatis, & Facultate Superiorum.

RATISBONÆ
SUMPTIBUS JOANNIS CONRADI PEEZ, ET FELICIS BADER.
SOCIORUM.
Ad Pedem Pontis Typis MARIÆ APOLLONIÆ HANCKIN, Anno M.DCC.XXXV.

Digitized by Google

INDEX LIBRORUM TOMI SEXTI.

I. APologia pro S. Gregorio VII. Pontifice Maximo, in qua inſunt hactenus inedita quædam pro eodem Pontifice opuſcula Bernaldi, Conſtantienſis Presbyteri.

II. De vita & rebus geſtis Ejusdem S. Gregorij VII. narratio & relatio hiſtorica ex libro quarto Onuphrij Panvini de varia Romani Pontificis creatione.

III. Commentarius Pauli Bernriedenſis, antiqui Scriptoris, de vita S. Gregorij VII. Pontificis Maximi, & B. Herlucæ Virginis cum Prolegomenis, & notis.

IV. Cæſar Baronius S. R. E. Cardinalis à Goldaſti Calviniſtæ inſcitia & calumniis vindicatus, & in eo cùm alij Pontifices Romani, tum S. Gregorius VII.

V. Gerhohi Reicherſpergenſis in Bavaria Præpoſiti de Henrico IV. & V. & S. Gregorio VII. nonnullisque conſequentibus Romanis Pontificibus Syntagma.

VI. Brevis refutatio Alogiarum Annæ Comnenæ in Alexiade contra eundem S. Gregorium VII.

VII. Retectio Inſipientiæ & falſimoniæ Goldaſtinæ in tertio Tomo conſtitutionum Imperialium.

VIII. Gemina adversùs Melchiorem Guldinaſtum Calvinianum Replicatorem, vel potiùs quadruplatorem defenſio. *Prior*, pro S. R. Orthodoxi & Catholici Imperij avita Majeſtate, *Replicationem* Calvinianam, Imperij hujus vaſtatricem, accuratè examinat, & refutat. *Poſterior*, vetera Monumenta, hactenus inedita, contra Schiſmaticos pro S. Gregorio VII. aliísque nonnullis Pontificibus Romanis exhibet.

IX. Arnaldi Brixienſis in Melchiore Goldaſto Calviniſta redivivi vera deſcriptio & imago.

X. Commentariolus de Imperatorum, Regum, ac Principum Chriſtianorum in Sedem Apoſtolicam munificentia. Acceſſerunt appendices duæ, quarum *Prima* de Edicto Donationis Conſtantinianæ, & novo ad id commentario. *Secunda* de Diplomate Donationis Othonis III. Imp. factæ Sylveſtro II. Pontifici.

XI. Volumen Epiſtolarum, quas Romani Pontifices, Gregorius III. Stephanus III. Zacharias I. Paulus I. Stephanus IV. Adrianus I. & Pſeudopapa Conſtantinus, miſerunt ad Principes & Reges Francorum, Carolum Martellum, Pipinum, & Carolum Magnum.

FACULTAS
R. P. PROVINCIALIS
CUM PRIVILEGIO CÆSAREO.

Cùm Domini Joánnes Conradus Peez, & Felix Bader, Cives & Bibliopolæ Ratisbonenſes, P. Jacobi Gretſeri Opera omnia, quæ ſeptendecim Tomos conficiunt, typis vulgare deſiderent: Ego JOSEPHUS MAYR, Societatis Jeſu, per Germaniam Superiorem Præpoſitus Provincialis, poteſtate ab admodum R. P. FRANCISCO RETZ, Societatis noſtræ Præpoſito Generali, mihi conceſſa, eisdem ad hanc editionem facultatem impertio, ſimúlque communico Privilegium Cæſareum, quo aliis Bibliopolis, & Typographis interdicitur, ne dicta Opera aut omnia, aut aliqua, aut etiam unum ex illis, citra Conſenſum Superiorum vel recudere, vel intra fines Imperij & Hæreditarias S. C. M. Provincias inferre præſumant. In cujus Confirmationem has litteras, Chirographô meô, & conſuetô officij mei ſigillô munitas dedi. Straubingæ 21. Novembris 1732.

(L.S.) *Joſephus Mayr.*

APO-

APOLOGIA
PRO
GREGORIO VII.
PONTIFICE MAXIMO,
IN QUA
INSUNT HACTENUS INEDITA
QUÆDAM PRO EODEM PONTIFICE
OPUSCULA BERNALDI CONSTANTIENSIS
PRESBYTERI.

Auctore & Editore

JACOBO GRETSERO
SOCIETATIS JESU
THEOLOGO.

Acceſſit

DE VITA ET REBUS GESTIS EIUSDEM GREGORII VII. narratio & relatio hiſtorica ex libro quarto Onuphrij Panvini de varia Romani Pontificis creatione.

Nunc primùm

Ex Bibliothecæ Bavaricæ locuplete penu in lucem prolata.

Digitized by Google

APOLOGIA
PRO
GREGORIO VII.
PONTIFICE MAXIMO
CONTRA SECTARIOS.

A INcredibile prorſus & inexplicabile eſt, quanto odio hodierni Novatores in Pontifices Romanos, priſcos juxta, ac recentiores ardeant; Et quot modis hoc ſuum non humanum, ſed planè tartareum odium teſtentur, palámque faciant; in quibus primum locum obtinent mendacia, maledicta, convicia, figmenta, commenta innumerabilia, quibus omnes propemodum libros ſuos complent ac inferciunt; tam immodicè & impotenter, ut multi ex horum officina profecti libri nil videantur aliud eſſe, quàm unum quoddam perenni & nuſquam interrupto filo contextum mendacium & convicium. Nec ullius ſuperi vel inferi reverentia moveri ſe ſinunt, ut moderatiùs agant, & ſobrii hominis cogitationem vel ad punctum temporis ſuſcipiant; Et quamvis apertiſſimæ falſitatis convincantur, & in manifeſtariis pſeudologiis, & ſordotiis deprehendantur, nullum tamen ruboris ſignum edunt, ſed ca-
B lumnias, etſi ab omni vero alieniſſimas, ingerunt, oggerunt, occinunt, recinunt, privatímque & publicè ingeminant, ut Pontifices Romanos omnibus exoſos inviſóſque efficiant, memores illius; *Dolus an virtus*, falſitas an veritas. *quis in hoſte requirat?*

Quanquam autem vix inveniatur Hæreticus, præſertim verbi præco, & ſectæ ſuæ per ſcriptorum monumenta propugnator, qui in hac arte non excellat; omnibus tamen, ut omnſum primus, palmam præripuit Lutherus, cujus chartæ uſque adeò maledicentia in ſummos Pontifices refertæ ſunt, ut vix me capiam præ admiratione; quomo-
do fiat, ut ullus mortalium maledicentiſ- C
ſimo & furioſiſſimo huic conviciatori fidem habeat? Quid fidem habeat? imò & locum inter *Prophetas* & propemodum inter ipſos *Evangeliſtas* & *Apoſtolos* concedendum ſuffragio ſuo decernat. Non longè abierim. Vel ultimum Lutheri librum de *Papatu per Diabolum fundato & erecto* inſpice; quem vicinus jam & maturus Stygi compoſuit & in publicum dedit; qui nihil aliud eſt, niſi continuus quidam in Papam furor, iſque nec humanus, nec helluinus; ſed planè Diabolicus, ita ut nulla dubitatio me teneat, ipſum ſalutis noſtræ capitalem hoſtem, & omnium calumniatorum Archiſtrategum & progeneratorem, libri hujus parentem eſſe: & quæcunque in eo continentur, Lutherum, dictante diabolo, in chartam retuliſſe.

Verumenimverò fremant iſti, frendeant, inſaniant, manus, pedes, calces & capita demum ſua in Petram, ſuper quam ſedes Apoſtolica fundata eſt, illidant; *qui ha-
bitat in cælis, irridebit eos, & Dominus ſubſan-* D
nabit eos Pſal. 2. Conviciis tonent, fulminent, fulgurent, millenis maledictis, & mendaciſſimis figmentis Apoſtolicæ Sedis Antiſtites lacerent ac lancinent; nos cum D. Auguſtino lib. 2. contra Petilianum cap. 51. palàm & intrepidè illis recinimus. *Cathedra, quid tibi fecit Eccleſia Romana, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius* (Paulus V.) *ſedet: vel Eccleſia Hieroſolymitana, in qua Jacobus ſedit, & in qua hodie Joannes ſedet: quibus nos in Catholica unitate connectimur, & à qui-*

A *bus vos nefario furore ſeparâſtis? Quare appellas cathedram peſtilentiæ, cathedram Apoſtolicam? ſi propter homines, quos putas legem loqui, & non facere, nunquid Dominus JESUS Chriſtus propter Phariſæos, de quibus ait; dicunt enim, & non faciunt; cathedra, in qua ſedebant, ullam fecit injuriam? Nónne illam cathedram Moyſi commendavit, & illos, ſervato honore cathedræ redarguit? Ait enim, ſuper cathedram Moyſi ſedent, quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt. Hæc ſi cogitaretis, non propter homines, quos infamatis, blaſphemaretis cathedram Apoſtolicam, cui non communicatis, ſed quid eſt aliud, quam neſcire dicere, & tamen non poſſe, niſi maledicere?*

Porrò ut aliqui vita & moribus minùs laudabiles & commendabiles cathedram Petri B obtinuiſſent, vel tenuiſſent; quid inde! Quandoquidem *de præpoſitis malis*, ùt ait S. Auguſtinus Epiſt. 166. *ſecuram fecit plebem ſuam, ne propter illos doctrinæ ſalutaris cathedra deſeratur, in qua coguntur etiam mali bona dicere. Neque enim ſua ſunt, quæ dicunt; ſed Dei, qui in cathedra unitatis, doctrinam poſuit veritatis. Etiamſi in illum ordinem Epiſcoporum*, inquit idem S. Auguſtinus Epiſt. 165. *qui ducitur ab ipſo Petro uſque ad Anaſtaſium* (Paulum V.) *qui nunc eandem cathedram ſedet, quiſpiam traditor* (improbus) *per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil præjudicaret Eccleſiæ, & innocentibus Chriſtianis, quibus Dominus providens ait, de præpoſitis malis: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere.*

C *Memento*, inquit S. Auguſtinus lib. 2. contra Petilianum cap. 47. & 61. *Sacramentis nil obeſſe mores malorum hominum, quò illa vel omninò non ſint, vel minùs ſancta ſint, ſed ipſis malis hominibus, ut hæc habeant ad teſtimonium damnationis, non ad adjutorium ſanitatis. Hinc propter Phariſæos* facinoroſos & improbos, *non præcepit Dominus deſeri cathedram Moyſi, in qua utique figurabat ſuam; dicens quippe illos ſuper cathedram Moyſi ſedentes, dicere & non facere; monet tamen populos, facere, quæ dicunt; & non facere, quæ faciunt: ne cathedræ ſanctitas deſeratur, & propter paſtores malos, gregis unitas dividatur.* Præſertim cùm ex tot Pontificibus pauciſſimos ſectarii deſignent, quibus nominatim ſcelera & flagitia objectent, D ídque non ex certis probatíſque teſtibus & auctoribus, ſed ex illis, quibus veritas in poſtremis erat; qualis noſtra ætate ſectarii illi potiſſimùm, qui res geſtas Pontificum ſeſe litteris commendare profeſſi ſunt, inter quos Balæus latinè, & Nigrinus Germanicè ſuis in operibus plures mendaciſſimas fabulas de Pontificibus confinxerunt, vel à ſui ſimilibus ardelionibus confictas chartis intexuerunt, & ad poſteros ſuos tranſmiſerunt, quàm noctu, cùm ſudum eſt, ſtellæ in cœlo luceant; quibus contumeliis & criminationibus impulſæ & ventilatæ leves paleæ extra aream Dominicam evolant & avolant; non item ii, quorum pedes *ſupra petram* ſtatuti & firmati ſunt, quæ crimina & ſcelera, ſi etiam *vera & præſentia videremus*, inquit S. Auguſtinus Epiſt. 162. ad Epi- E ſcopos Donatiſtarum, *& zizaniis propter frumenta parcentes, pro unitate toleraremus, non ſolùm nulla reprehenſione, ſed etiam non parva laude nos dignos diceret, quicunque ſcripturas ſanctas non corde ſurdus audiret. Tolerat Aaron multitudinem idolum exigentem, & fabricantem, & adorantem. Tolerat Moyſes adversùs Deum tot millia murmurantia, & toties offendentia ſanctum nomen ejus. Tolerat David Saulem perſecutorem ſuum, ſceleratis moribus cæleſtia deſerentem, magicis artibus inferna quærentem occiſum vindicat. Chriſtum etiam Domini propter Sacramentum veneranda unctionis appellat. Tolerat Samuel nefandos filios Heli perverſóſque filios ſuos, quos populus, quia tolerare noluit, divina autoritate accuſatus, divina ſeveritate correptus eſt. Tolerat denique ipſum populum ſuperbum, contemptorem Dei. Tolerat Eſaias, in quos tam multa vera crimina jaculatur. Tolerat Hieremias, à quibus tanta perpetitur. Tolerat Zacharias Phariſæos, & ſcribas, quales illo tempore fuiſſe ſcriptura teſtatur. Scio, me multos prætermiſiſſe: legant, qui volunt: legant, qui poſſunt eloquia cæleſtia: invenient omnes ſanctos Dei ſervos, & amicos ſemper habuiſſe, quos in ſuo populo tolerarent, cum quibus tamen, illius temporis Sacramenta communicantes, non ſolùm non inquinabantur, ſed etiam laudabiliter ſuſtinebant, ſtudentes, ſicut ait Apoſtolus* (Epheſ. 4.) *ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis. Attendant etiam poſt Domini adventum, ubi multò plura hujus tolerantiæ per totum orbem inveniremus exempla, ſi omnia ſcribi, & in autoritatem redigi potuiſſent: tamen hæc ipſa, quæ habemus, advertite. Tolerat ipſe Dominus Judam, diabolum, furem, & venditorem ſuum: ſinit accipere inter innocentes diſcipulos, quod fideles noverunt, precium noſtrum. Tolerant Apoſtoli pſeudoapoſtolos, & inter ſua quærentes non quæ JESU Chriſti, Paulus, non ſua quærens, ſed quæ JESU Chriſti, cum glorioſiſſima tolerantia converſatur.* Hæc pulcherrimè S. Auguſtinus.

Si ergo unitatis & concordiæ gratiâ, ut ſchiſma vitetur, malæ oves tolerari debent; quantò magis eum ob finem, ferre oportebit malum paſtorem, ſi quando obtingat? H

Nec verbis & libris ſolùm injurioſiſſimis & contumelioſiſſimis in Pontifices Romanos Hæretici deſæviunt, ſed & ſculpturis, cælaturis, ſtatuis, imaginibus, picturis turpiſſimis, & quarum aliquas nullus honeſtus oculus abſque rubore vultus intueri queat. Nimirum ſectarii mutuantur ab Ethnicis, hæreticis, & ſchiſmaticis non tantùm perverſas opiniones, & pernicioſa dogmata; ſed etiam criminandi, & tam profana, quàm ſacra ſubſannandi libidinem, præſertim illam, quæ Eccleſiæ præſules, & ordines picturis, & imaginibus inceſſit; ídque, ut

A ut demonſtrem, non repetam veterem illum in fruſtrandis beſtiis mercenarium noxium, qui, ùt eſt apud Tertullianum in Apologetico: *picturam propoſuit cum ejuſmodi inſcriptione; Deus Chriſtianorum Ononychites. Is erat auribus aſininis, altero pede ungulatus, librum geſtans, & togatus:* dicere enim poſſent Novatores, factum hoc ceſſiſſe in ignominiam ipſius Chriſti; quaſi, quæ ipſi, pari propemodum ludificatione commiſerunt in Vicarium, & ſervos Chriſti, non redundent in contemptum Chriſti. Sed, præteribo, ùt dicebam, mercenarii hujus nequitiam, ut ex Niceta vitam Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani conſcribente planum faciam, iſtos veriſſimos, & planè germanos B imitatores eſſe Photii & Photianorum ſchiſmaticorum, inprimis Gregorii Syracuſani, qui, ut ſanctum Ignatium, verum & legitimum Patriarcham, omnibus exoſum inviſúmque redderent, & de ſede deturbarent, infinitas adversùs illum criminationes commenti ſunt, compoſito etiam libro, non ſine contumelioſis imaginibus, operâ Gregorii Syracuſani pictoris & fictoris egregii concinnatis, de quibus hæc, quæ ſequuntur, jam jam nominatus Nicetas.

Ut verò omnis iniquitas, quæ contra ſanctum illum Ignatium fuerat perpetrata, manifeſtior fieret, Deus, qui comprehendit ſapientes in aſtu- C *tia eorum, & conſilia pravorum diſſipat, in Baſilij Imperatoris animum conſilium ingerit, ut mittat ad Photium, & omnia ſcripta, quæ à Patriarchio diſcedens acceperat, abſque ulla temporis mora, ut mitteret, ei præciperet. Ille verò jurejurando affirmabat, licèt falsò, nihil tale ſe inde accepiſſe propter feſtinationem recedendi. Dum verò hæc à Photio præpoſito Bahanæ dicerentur, ipſius Photij famuli magna cum feſtinatione ſeptem ſaccos ſcripturarum plenos, plumbeo ſigillo ſignatos ad Calamonem illi propinquum locum tranſtulerunt, occultandi causâ. Quod cùm famuli præpoſiti vidiſſent, & ab eorum manibus illos abſtuliſſent, ad Imperatorem attulerunt. Quibus apertis, inveniunt duos libros auro, & argento deforis bracteatos, & ſerico tectos, intus verò literis valdè pulchris, & ornatis deſcriptos; quorum alter continebat ſeptem actiones Synodicas, quæ nunquam exſtiterunt, nec acta ſunt, adversùs Ignatium; ſed tantùm diabolico conſilio* D *fruſtra ſunt excogitata, & ſingularum actionum hæc, quæ ſequuntur, initio depicta habebantur, opera videlicet, Syracuſani illius Gregorij cognomento Asbeſtæ. Erat enim bonus ille vir pingendi peritus, puto pro additamento ſuorum malorum. Et depictus ibi erat Ignatius.*

In prima quidem Actione Ignatium depinxit, qui trahebatur, & vapulabat. Supra verò illius caput ita ſcripſit: DIABOLUS. *Non horruiſti blaſphemiæ exceſſum? Si enim patremfamilias Beelzebub vocavit, quid facere debebat familiaribus ejus?*

In ſecunda iterum Actione Ignatium depinxerat ſputis conſpurcatum, magna vi tractum, cujus inſcriptio talis erat; PRINCEPS PECCATI. E

In tertia verò Actione Ignatium exauctoratum pinxerat, & ejus inſcriptio hæc erat; FILIUS INIQUITATIS.

In quarta itidem Actione, eundem Ignatium anathemate, atque exilio damnatum poſuit, & inſcriptio erat: SIMON MAGUS.

In principio deinde quinta Actionis vinculis Ignatium circumdatum pinxerat, & vinctum; cujus erat inſcriptio; EXTOLLENS SE SUPER OMNE QUOD DICITUR DEUS.

In ſexta verò Actione depinxit Ignatium damnationi traditum; ejus eſt inſcriptio: ABOMINATIO DESOLATIONIS.

In ſeptima tandem, & extrema Actione depinxit Ignatium protractum, ut illi caput amputaretur; & ejus inſcriptio talis erat; ANTICHRISTUS. F

An non vides, amice Lector, prodromos ſectariorum noſtrorum, imò Doctores, & Magiſtros? An non ſicut illi olim Ignatium, ita hodierni Novatores; Eccleſiæ Catholicæ Præſules, præſertim ſummum Pontificem, ignominiosè, & probrosè depingunt? Picturiſque probroſiſſima quæque ſcommata adjungunt. Vide ſis, oro, imaginem illam Papæ, quæ Frontiſpicio ejus libri, qui *Apiarium* inſcribitur, præfixa eſt. Vide illam, quam præpoſuit Spannenbergerus, Prædicans Lutheranus, famoſo libello, cui titulum fecit: **Wider die böſen Sitten ins Teuffels Kahrnöffelſpihl.** Item illam, quæ apparet in veſtibulo libri, cui nomen; **das Wolffgeſang.** G In Tomis Latinis & Germanicis Lutheri invenies *Papaſellum*, commentariis Philippi illuſtratum, quem Illyricus pro cognatione & affinitate ſua cum illo, denuo ſeparatim evulgandum, & novis gloſſis, vel potiùs calumniis & mendaciis illuſtrandum cenſuit.

Quid dicam de *Paſſionali* Lutheri, quod extat, Tom. 1. novorum operum German. Lutheri, quæ Aurifaber collegit? Ejuſdem farinæ eſt *Paſſio illa Chriſti;* ubi Pontifex, Cardinales, Epiſcopi, Monachi; Caiphæ, Annæ, Pilati, Herodis, lictorum & carnificum Chriſti, perſonas gerunt.

Anno M. D. XXVII. evulgavit impius Paracelſus triginta imagines dedecoris & H probri in Pontificem Romanum pleniſſimas. Extant in Appendice ad Tomum X. Operum Paracelſi. Quarum ne ipſe Auctor videretur, commentus eſt, ſe eas neſcio quibus in antiquis monumentis vel parietibus inveniſſe, quas hoc ipſo Anno M. DCVIII. fanaticus quidam ſectarius Joannes Rudrauff in commentitio illo ſuo de cometa anni ſuperioris commentario, (quem jure omnis ſtultitiæ & veſaniæ promptuarium appellaveris) rurſus in lucem protulit, & vaniſſimis exegeſibus illuſtratum ſcilicet ivit.

Retu-

Digitized by Google

A Retulit eaſdem cum Paracelſi Annotationibus, notisque marginalibus Adami Duriſchij, & exegeſibus Joannis Adraſderi; terræ filij, ignobilis ſectarij; in ſuum duodecimum Centenarium Joannes Wolfius; qui id unicum curæ ſtudióque habuit, ut quidquid uſquam in Pontifices, Epiſcopos, Monachos, Moniales, totúmque Eccleſiaſticorum & Religioſorum ſtatum & ordinem, probroſum ac contumelioſum legerat, audierat, vel ab aliis acceperat; id in unum faſcem comportaret ac colligaret; ut ſcurris & ſannionibus ſemper eſſet in promptu copioſa materia, quotieſcunque linguam vel ſtylum in Pontificem & alios ſtrin- B gere lubet; quando autem non lubet? Nec refert, quòd Paracelſus, Wolfius & hujus tribûs alij, nomen Joachimi Abbatis prætexunt; quia nemo ignorat, iſtos ſic eſſe fictos & factos, ut ſub aliorum nominibus, quaſi velamentis; ſuam nequitiam & improbitatem, quantum fieri poteſt, operiant. Nec diſſident ab his vaticinia triginta Joachimi Abbatis, ùt vocat Wolfius, centenario mendaciorum duodecimo, contumelioſis imaginibus, Hæreticorum ſtudio, expreſſa.

Ejuſdem generis eſt ejuſdem Paracelſi *Prognoſticatio* triginta duabus figuris ſeu imaginibus conſtans, quam à Schramo, Prædicante Neoburgico, ex Germanico in La- C tinum ſermonem translatam idem Wolfius decimo ſexto mendaciorum & calumniarum ſuarum centenario intexuit; ùt & *Antitheſes Chriſti & Antichriſti*, à neſcio quo Sectario, Simone Roſario maledicentiſſimis verſibus compoſitas; additis nefariis & flagitioſis Iconiſmis, ut odium Papæ, quem fanaticus Poëtaſter, ſemper *Antichriſtum* & *Plutonem* appellitat, per ipſos oculos profundiùs in lectorum & ſpectatorum mentes delabatur. Quò etiam pertinet gemina effigies Julij II. Pontificis, Anno M. D. XII. & M. D. XIII. & duplex illa, quam Wolfius exhibet Anno Chriſti M. D. LXXX. nimirum in decimo ſexto impudentiæ Hæreticæ centenario, utramque effinxit Wol- D fius, ex Epiſtolis Bezæ, teſtis fide digniſſimi, ſcilicet; qui ut omnem ſuſpicionem novi plaſmatis devitet; antiquitatem comminiſcitur; quæ forſan ætatem noſtram non tranſcendit; aut ſi tranſcendit, ab aliquo Wiclevita, vel Huſſita deſcendit.

Mirum dictu, Novatores noſtros, quando ſculpturam, picturam, vel cælaturam quampiam inveniunt; oculos nunquam ad ſe & ſuos reflectere, ſed è veſtigio ad Pontificem & Pontifici addictos, præſertim Sacerdotes & Monachos recurrere, totúmque illud ſymbolum de his, non de ſe & ſuis interpretari. Tales ſunt illæ imagines, quas in decimo ſexto mendaciorum ſuorum centenario, ex Lutherano Herbrando refert & explicat Wolfius: inventas, ſi non mentiun- E tur Novatores, Argentorati in primario Templo. Cur enim Aſinus *ſtans ad aram* Catholicum Sacerdotem, divini ſacrificij myſteria peragentem, ſignificet, & non potiùs Prædicantem Menſæ ſuæ adſtantem, & Lutheranæ vel Calvinianæ cœnæ fercula coquentem, maximè talem, qui, ùt orthodoxorum Sacerdotum ſimius, veſtibus certis indutus, Miſſam Germanicam celebrat; ùt in nonnullis, ubi Lutheraniſmus regnat, urbibus fieri ſolet. Tu dicis eſſe *ſacrificum.* Ego Prædicantem eſſe contendo: & evincam, cùm evictionis tempus venerit.

Pari modo aſinum ex libro, quem catus tenet, myſteria, quæ non ego, ſed Prædican- F tes nôrunt, lectitantem, ajo eſſe Prædicantem ſeu Lutheranum ſeu Calvinianum. Nec alios, quàm iſtos repræſentat illa imago, in qua porcus & hircus geſtant funus, vulpem ſcilicet dormientem. Eódem ſpectat illa, quæ urſum aquæ conſecratæ urceum geſtantem; & lupum crucis bajulum, ac leporem daduchum, & ut voce Eccleſiaſtica utar, *Ceroferarium* nobis exhibet. Omnia hæc aptiſſimè in Prædicantes quadrant; ùt facili labore oſtendi poſſet, ſi res & occaſio ferret.

Eoſdem ad vivum repræſentat effigies, quam ibidem Wolfius ſeu *Lupus*, nomini ſuo conſentaneis moribus præditus fabu- G lator, ex Herbrando lectorum oculis contemplandam propoſuit. *Lupus indutus cucullâ monaſticâ (in cujus capputio ab humeris dependente anſer prominet) in ſuggeſtu ſtat, prioribus pedibus, quaſi manibus librum tenens, ex quo nonnulla recitare videtur,* mihi equidem ignota, ſed Wolfio & Herbrando, aliiſque lupinæ linguæ gnaris notiſſima. *Infra cathedram vulpecula adeſt, quaſi in inſidiis; E regione anſeres complures, ſinguli roſtris ſuis Roſaria tenentes, & lupo concionanti auſcultantes. Adſtat & juxta anſeres quaſi cuſtos, fatuus in ſuo habitu.* Elegans profectò Lutheranorum & Calvinianorum Prædicantium iconiſmus & delineatio. Qui volet, commentarium adjungat. Reperiet uberem commentandi materiem.

Quàm bene Wolfius ſuam operam locâſ- H ſet, ſi hæc talia τυπώματα & ἔκτυπα, eò, quò ſpectant, hoc eſt, ad ſuos Prædicantes retuliſſet. Nunc quid aliud egit, quàm quòd ſe incredibili calumniandi pruritu arſiſſe, palàm oſtendit? Et tamen Tomos ſuos *Lectionum memorabilium & reconditarum* titulo venditat? Anne lectio *memorabilis*, legere & coacervare ea, quæ quivis ex infimæ plebis cæmento in Papas, Sacerdotes, Monachos & Moniales exſpuit? An lectio *recondita*, colligere, & in unum cumulum conglobare; quidquid infamium chartarum ab ullo unquam propemodum ſcurra foras protruſum, & in vulgus datum fuit? Recondita ſanè lectio evolvere talium tenebrionum

[A] fimeta, oleta, cloacas, & quidquid ſordium continent; id ſtudioſè egerere, inque faciem & os lectorum & ſpectatorum ingerere.

At miſſo nunc aliquamdiu immani iſto Lupo, ſeu Wolfio, de imagine Babylonicæ meretricis beſtiæ ſeptem capitibus, & decem cornibus præditæ inſidentis, & poculum aureum manu tenentis, mora mera fuerit dicere. Nil certius eſt apud Sectarios, quàm hac effigie Papam Romanum ad vivum repræſentari. Quapropter nuſquam non eſt obvia, procumbentibus ante eam, venerationis & adorationis gratia, ipſis terrarum Regibus & Imperatoribus: nec abſterret [B] eos, quamvis in Imperio degentes; ab hac ſacrilega temeritate, Catholici Imperatoris metus & reverentia; quia jam pridem omnem metum ex pectore, omnémque reverentiam ex vultu abſterſerunt.

Quo animo Lutherus in Papam, Cardinales, Epiſcopos, totúmque Eccleſiaſticum ordinem fuerit, planum teſtatúmque facit cùm aliàs ſæpiſſimè, tum in libro illo Diabolico *contra Papatum* de quo ſuprà: ubi ita furit Islebius Furippus, Interprete ex Germanico Matthæo Judice, clamoſiſſimo & ſeditioſiſſimo Prædicante. *Nunc agite, ô Cæſar, Reges, Principes, & Magnates, & quicunque prehendere poteſtis, apprehendite. Maledicta ſit manus otioſa & ignava. Et primùm eripite Pontifici* [C] *Romam, Romandiolam, Urbinum, Bononiam, & omnia, quæ tenet, & poſſidet eo nomine, quòd Pontifex ſit: nam ille eſt poſſeſſor peſſimæ fidei, mendaciis, ac fraudibus acquiſivit omnia. At, quid dico mendaciis & cædibus? Imò blaſphemiis ſuis: & idololatriis Imperio Romano ſubtraxit, & eripuit, & ſibi ſubjecit, & mercedis loco ſua ſuperſtitione innumeras animas ad inferos deduxit, ſicut ipſe jactitat, d. 40. cap. ſi Papa, &c. Deinde, magiſtratus debebat Pontificem, & Cardinales, & reliquos ejus ordinis, & ſuperſtitionis, & impuræ ſanctitatis conſortes capere, eisque, ùt blaſphemi ſolent puniri, linguas per cervicem extrahere & præcidere, ac patibulo eas ex ordine redigere, ad eum planè modum, quo ipſi bullis ſuis ſigna appendere ſolent: licèt hæc pœna longè inferior & mitior eſſet, ipſorum blaſphemiis, & idololatriis. His ritè peractis, poſſet eis ſanè concedi, ut in patibulo inter corvos, aut in inferno inter Diabolos,* [D] *unum aut quot, pro arbitratu ſuo, vellent, celebrarent Concilia.*

In eoden libro ſic inſanit veſanus Apoſtata: *Ego verò, ſi Cæſaris eſſem loco, hoc actutum agerem: cunctos nebulones illos nefarios, Pontificem, Cardinales, & reliquos ejus farinæ homines, una quaſi catena connexos, & ſuccinctos, haud longiùs, quàm ad tria milliaria, Oſtiam nimirum, abigerem, ſoluti enim & diſcincti, vix tam procul abirent eò, quò nollent. Eſt autem in eo loco piſcina quadam, quam Latini mare Tyrrhenum vocant, ſalubre balneum contra omnes lues, languores, & morbos immunda ſanctitatis Pontificiæ, & omnium Cardinalium, & totius cathedræ peſtilentia. In id verò iſtos molliſſimè collocatos, lavarem ſtrenuè. Quòd ſi* [E] *contingeret, ut aquam ferre abhorrerent, quemadmodum malè feriati & obſeſſi ſolent ad aquam trepidare, aliquid illis adjicerem de petræ, ſupra quam ipſi, & Eccleſia eorum fundata eſt: imò de clavibus illis aliquid annecterem, quibus omnia poſſunt ſolvere, quæ in cœlo, & in terra ſunt, ut aquæ imperarent, quæ vellent. Paſtorale etiam pedum, ac clavam illis oporteret in procinctu eſſe, quibus aquæ impingerent alapas, adeò graves, ut ſibi ex ore, & naribus ſanguis exundaret. Poſtremò etiam cum illis vaderent paſcua ſua, quibus in balneo ſe recrearent, ac reficerent, nimirum univerſa Decreta, Decretalia, ſexti, Clementinæ, extravagantes, Bullæ, Indulgentiæ, literæ Butyrales, Caſeales, Lacteales, de collis ipſorum ſuſpenſa, propter* [F] *omnimodam ſecuritatem. Auſim quidvis deponere, ſi non ad dimidiam horam in eo balneo in fundum ſubmerſi, ab omni ſua ægritudine, languore, & lue liberentur.* Hæc Lutherus.

Qui, ùt inquit Matthæus Judex Prædicans, *eandem ſententiam paucis annis ante obitum ſuum pinxit imaginibus illis, quæ Witebergæ impreſſa ſunt, & poſtea Jenæ recuſa: in quibus Pontifex, & Cardinales patibulo, ſeu cruce ſuſpenduntur, circumvolitantibus Cacodæmonibus, qui animas eorum excipiunt, & in infernum deferunt, hoc inſcripto titulo: Digna merces Papæ ſathaniſmi, & Cardinalium ſuorum, his ſubjectis rhythmis Germanicis:*

Wie zeitlich geſtrafft ſolt werden [G]
Bapſt und Cardinäl auf Erden,
Ihr Läſterung verdienet het,
Wie ihr Recht hie gemalet ſteht.
Quòd ſi pœna corporali
Nunc eſſent afficiendi
Et Cardinales & Papa,
Verè eorum blaſphemia
Iſtam merita mercedem
Quam ſic cernis hic depictam.

Hæc nefarius Judex de ſacrilego Luthero. Quæ & Schluſſelburgius libro de Adiaphoriſtis repetit: oe ſeditionum ſcintillæ olim accenſæ extinguantur.

Neque ſolùm Lutherus coloribus ſupplicium, quod Papæ, Cardinalibus, Epiſcopis & omnibus Eccleſiaſticis infligendum cenſebat, efformandum curavit, ſed alia noo [H] pauca, quæ ſpurciſſimè & fœdiſſimè contra Papam eo in libro eructaverat; depingi voluit; quæ picturæ adeò ſunt fœdæ, ſpurcæ, & abominandæ, ut, teſte ipſo Illyrico, in libello contra *Interimiſtas* & *Adiaphoriſtas*, multi ex Lutheranis earum conſpectu graviſſimè offenſi fuerint, totúmque hoc contumeliarum infandum genus ex potu vel ſenio deliranti jam Luthero aſſignandum exiſtimaverint: quamvis Illyricus, ùt erat craſſæ Minervæ filius, longè aliter ſtatuat, & iſtas Lutheri imagines in hara & cloaca pictas; tantùm non adoret, contra proprium ſuum de imaginibus non adorandis decretum.

A In colloquiis ſympoſiacis Lutheri, titulo
de Antichriſto, mentio fit imaginis Luthe-
ro oblatæ; in qua Papa Romanus cum Juda
ex *loculis & clavibus ſuis* ſuſpenſus viſebatur.
Mirificè placuit Luthero hæc effigies; inque
eum ſenſum accepit; quaſi divini numinis
juſta vindicta adversùs Papam fuerit; ut qui
Lutherum cum ſuo Evangelio damnare non
formidâſſet, laqueo dignus per hanc pictu-
ram declararetur.

At de conviciis & contumeliis verborum,
& picturarum, quibus adverſarii Romanos
Pontifices petulantiſſimè & flagitioſiſſimè
traducunt, & ludibrio exponere ſtudent,
copioſiſſimè à nobis dictum eſt in qua-
tuor Apologiis contra Miſenum, & in
B Reſponſo ad Theſes Hunnianas; Non pau-
ca iitidem attigimus lib. 3. de Pontifice,
ubi de Antichriſto actum, cujus occa-
ſione iſtiusmodi maledicta & mendacia,
quæ Sectarii inflatis faucibus crepant; quan-
tum ſatis erat, caſtigavimus & profliga-
vimus.

Tametſi autem Hæretici, hac tempeſtate,
in Romanos præſules ſummo ſurore incur-
runt & debacchantur, nihilominus quoſdam
ex eorum cenſu & ordine delegerunt, quos
impotentiùs & impudentiùs inſectarentur, &
conviciis dilacerarent. Ex horum numero
præcipuus eſſe videtur GREGORIUS VII.
priùs *Hildebrandus* dictus, qui Pontificatum
iniit anno Redemptoris M. LXXIII. Mor-
tuus anno M. XXCV. ùt quidem Cardina-
C lis Baronius Tomo 11. tempora putat. Hunc
Pontificem ita paſſim venenato ſuo ore, ſty-
lo, calamo flagellant Sectarii, ut eum vix ſi-
nant eſſe hominem; ſed procul infra naturam
& ſocietatem humanam ablegent; Ducem
& auſpicem ſecuti partim inſitam ſibi men-
tiendi, & omnes Pontifices Romanos cri-
minandi pruriginem: partim Bennonem
Pſeudocardinalem, qui de Gregorio VII.
commentarium mendaciis & inſcitia refer-
tiſſimum poſteritati reliquit, quem, ùt
gemmam pretioſiſſimam, Catalogo Teſtium
Lutheranæ veritatis Illyricus intexuit; ex quo
Centuriatores quoque undecimam ſuam
Centuriam multarum Pſeudologiarum &
criminationum acceſſione locupletiorem
D reddiderunt; quo inſuper Wolfius menda-
ciorum ſuorum Centenarium undecimum
inſigniter exornavit: quem item Reinerus
Reineccius Lutheranus vel Calvinianus Hæ-
reticus, anno ſalutis M. D. XXCI. Franco-
furti cum Helmoldo & Arnoldo Lubecenſi
iterum typis excudendum curavit; *quòd pau-
ca*, ùt ait, *Bennonis ſupereſſent exemplaria*;
grandi ſcilicet Reipublicæ Chriſtianæ jactu-
ra; cujus multum intereſt, ut hujuſmodi
calumniarum centones durent ac perennent,
ut qui calumniandi & mentiendi artem di-
ſcere, & factitare cogitant, exemplar, &
quidem perfectiſſimum, in quod intueantur,
& cum quo ſe conforment, habeant.

Ante hos omnes anno Domini M. D. E
XXXV. publicavit Bennonem Orthuinus
Gratius cum aliis quibuſdam malè ſanis
chartis, quas ſe, neſcio, in quo manuſcri-
pto codice reperiſſe dicit. Bellarminus pro-
babile arbitratur, hunc librum, titulo Ben-
nonis ab aliquo Hæretico Lutherano fuiſſe
confictum & publicatum. Vociferatur Sut-
livius: *Mendacium & impudentiam Bellarmini
redarguit Orthuinus Gratius in Faſciculo rerum
expetendarum & fugiendarum, qui librum hunc,
licèt alioqui Pontifici amiciſſimus, edidit.* Quàm
Gratius Romano Pontifici amicus fuerit,
ſatis ſupérque indicat *Faſciculus*, vel potiùs
faſcis ille calumniarum & criminationum,
quem exiguo ſanè bono Eccleſiæ, & nullo F
cum honore ſuo in lucem dedit. Quàm
bonum factum feciſſet, ſi codicem illum ti-
neis & blattis depaſcendum reliquiſſet.

Nec bona eſt hæc conſecutio; nec Bellar-
mini ſuſpicionem enervat: *Orthuinus edidit
Bennonem: ergo non eſt ab aliquo Lutherano con-
fictus*; nam ab anno Domini M. D. XVII.
uſque ad annum M. D. XXXV. varia à Lu-
theranis confingi potuerunt, & reipſa itidem
conficta ſunt. Nec ea ſolùm, quæ Lutherum
anteceſſerunt, conjecit Gratius in ſuum Fa-
ſciculum; ſed & alia Luthero ſynchrona; ùt
teſtantur *Gravamina Germaniæ* in comitiis
Norimbergenſibus oblata; epiſtola Adria-
ni VI. ad Principes Germanos, Declamatio
Hutteni contra donationem Conſtantini.
Conſtitutio ad removendos abuſus, & ordinatio G
ad vitam cleri reformandam, Laurentii Cardi-
nalis; & alia hujus generis. Nam quod
Sutlivius dicit, ſimilia Bennonianis de Gre-
gorio ſcribi *ab Urſpergenſi, & Sigeberto, &
Auctore vitæ Henricianæ*; impudens commen-
tum eſt. Licèt enim Urſpergenſis Gregorio
parùm benevolus fuerit; multóque minùs
Sigebertus, neuter tamen illorum horribi-
lium criminum, de quibus à Bennone ac-
cuſatur, eum inſimulavit; imò nec Auctor
vitæ Henricianæ; neque etiam is, qui pro
Henrico IV. Apologiam conſcripſit. ùt in-
frà ſuis locis monebo. Nec niſi perfricta
fronte Sutlivius Schaffnaburgenſem oppo-
nit; nihil enim in eo Bennonianum appa-
ret; ùt nec in Helmoldo; quorum de Gre- H
gorio VII. teſtimonia paulò pòſt producen-
tur.

Licèt autem Cardinalis Bellarminus lib.
4. de Pontifice cap. 13. Gregorium noſtrum
copioſiſſimè & doctiſſimè ab Hæreticorum
criminationibus aſſeruerit, allatis plurimis,
iiſque graviſſimis ſcriptoribus, quorum mul-
ti eo ipſo ſæculo vixerunt, quo Gregorius
Apoſtolicam ſedem rexit, & partim quoque
non tantùm eruditione, ſed & vitæ ſancti-
monia ac miraculis claruerunt; qui longè
alia & aliter ſcribunt & teſtantur, quàm men-
daciorum ille faber & architectus Benno;
quia tamen pauci ſunt, quibus copia ſup-

Digitized by Google

A petit omnium eorum Auctorum, quos Bellarminus pro Gregorii VII. Innocentia Hæreticæ impudentiæ opponit, viſum eſt non abs re fore, ſi ipſorum teſtimonia verbatim exſcriberentur, & lectorum oculis ſubjicerentur, & poſtea breviter mendacia & probra Bennonica refellerentur, ſi tamen opus refellere, quæ tot tantíſque teſtibus adductis & auditis ſponte ſua corruunt: Agmen igitur ducat

I. Anſelmus, Epiſcopus Lucenſis, cujus exſtant Tomo 6. Antiquæ Lectionis C. V. D. Henrici Caniſii libri duo Apologetici pro Gregorio VII. contra Guibertum Archi-Epiſcopum Ravennatem; Antipapam, ſub Clementis III. nomine, quem Imperator Henricus III. vulgò *Quartum* appellitant, B Gregorio legitimo paſtori oppoſuerat. In primo itaque lib. ſic compellat Anſelmus Guibertum Pſeudopontificem: *Noli itaque dicere, quia univerſalis Eccleſiæ curam ſuſcepimus. Quomodo enim tibi com̄iſſa eſt Eccleſia: quem conſtat non intráſſe per oſtium, quod Chriſtus eſt, ſed aliunde aſcendiſſe, ùt furem? Apoſtolica enim, & univerſalis Eccleſia ſuum habebat paſtorem. Ut enim de B. Gregorio, Patre noſtro, dicam, quæ de Cornelio ſcripſit Cyprianus: factus eſt Epiſcopus de Dei, & Chriſti ejus judicio, de Clericorum penè omnium, &, ut verum dicam, omnino omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc adfuit, ſuffragio, de ſacerdotum antiquorum, & virorum bonorum collegio, cùm nemo ante ſe factus eſſet, cùm Alexandri* C *locus, & cùm locus Petri, vel gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret. Quo occupato, & de Dei voluntate, atque omnium noſtrûm conſenſu ordinato, quiſquis jam Epiſcopus fieri voluerit, foras fiat neceſſe eſt, nec habeat Eccleſiaſticam ordinationem, qui Eccleſiæ non tenet unitatem. Quiſquis ille fuerit, licèt de ſe multum jactans, & ſibi plurimum vendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt; & cùm poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt unum, qui ſolus eſſe debet, factus eſt, non ſecundus ille, ſed nullus eſt.*

Citat & recitat hæc verba Abbas Urſpergenſis in Chronico, ex Epiſtola, ùt ait, Anſelmi ad Guibertum: quæ videtur fuiſſe diverſa ab his duobus libris, ùt etiam arbitratur Baronius in Appendice ad Tomum 12. Annalium. Nec improbabile eſt, Anſelmum ad eam alludere verbis illis in ipſo primi li- D bri veſtibulo occurrentibus. *Scripſi tibi pauca cum multo dolore & ſinceræ charitatis affectu, ut cognoſcens errorem tuum redires ad cor, &c. ſed quia verba tua iniquitas & dolus, & noluiſti intelligere, ut bene ageres, audi interea &c.* Qui ſic etiam Guibertum alloquitur. *Tu verò aliunde aſcendiſti, & non vocatus à Deo acceſſiſti, noli uſurpare tibi tanti curam regiminis. Sicut enim jam dictum eſt, ſi Gregorius in Eccleſia fuit, qui apud te etiam conſtitit, judex à nullo condemnari potuit, manifeſtum eſt, te ab Eccleſia radice præciſum aruiſſe, nihilque habere poteſtatis, ac juris.*

Quis verò iſte Anſelmus Lucenſis? An unus ex trivio, cujus teſtimonium primo E ſtatim auditu difflari & diſſipari queat? Minimè verò, Audi Urſpergenſem in Schiſmaticorum, quàm in Gregorij VII. partes cæteroqui proniorem: *Anſelmus Epiſcopus, vir literis apprimè eruditus, ingenio acutiſſimus, facundia præcipuus, & quod omnibus majus eſt, in Dei timore, & ſancta converſatione nominatiſſimus, adeò ut tam in vita, quàm poſt mortem referatur miraculis clarus.*

De eodem Anſelmo Auctor, qui vitam ejus literis mandavit apud Baronium Tomo 11. Anno Chriſti M. XXCVI. *Anno Incarnationis Domini noſtri JEſu Chriſti, milleſimo octogeſimo ſexto, Epiſcopatus verò ſui decimo tertio,* F *Indictione nona; finitis jam annis ſeptem excommunicationis Henrici quondam Regis, poſt tranſitum autem feliciſſimi Papæ Gregorij VII. menſe nono, die verò vigeſimo tertio, obdormivit in Domino, venerabilis Dominus, & Pater noſter Anſelmus Lucenſis Epiſcopus, decimo quinto Kal. Aprilis, in civitate Mantuana, præſidente reverentiſſimo Epiſcopo Ubaldo, atque dominante ibidem nobiliſſima Duce, & Marchioniſſa Domina Mathilda.*

Subdit idem Auctor. *Tertia nocte poſt ſanctiſſimi Patris* (Anſelmi) *venerandam dormitionem, quædam contracta perſona, quæ una ſemper manu, & poſterioribus ſerpebat potiùs, quàm gradiebatur: quæ etiam in domo nepotis Epiſcopi annum unum, & duos menſes, ac dimidium manſerat apud prædicti Patris tumbam, meritis ipſius ſana erecta eſt in prima noctis vigilia, ſequenti verò die* G *circa tertiam (ùt viſum eſt) horam, fertur, quod quædam à nativitate cæca ibidem fuerit illuminata, quam Brixienſis Comitatus incolam tunc audivimus.*

Brevitatis cauſa deſcribere prætermittimus, inquit Baronius, octoginta inſignia miracula, quæ ibidem à ſancto edita fuerunt uſque ad quinquageſimum diem ab ejus obitu, quo idem auctor ille ſcribebat. Hic igitur tantus vir, doctrina & miraculis celebratiſſimus, an non vel ſolus ſufficeret oppilandis impuris faucibus Bennonis & ſimilium Gregorij VII. calumniatorum, licèt nullus alius exſtitiſſet, qui contra mendaciloquum Bennonem pro Gregorio VII. ſtaret?

II. Auctor, qui vitam S. Anſelmi Lucen- H ſis ſcripſit, Gregorio & Anſelmo ſyncbronus, imò hujus etiam diſcipulus. *Ille* (Gregorius) *mitram capitis ſui tranſmiſit iſti, Anſelmo videlicet, tanquam poteſtatem ſuam ligandi, & ſolvendi, ſed & miracula, credo, faciendi. Nam non multò pòſt, cognoſcentibus nobis omnibus, per ipſius conſilium, & fidem magnam, præclara quædam fecit Deus per eandem mitram mirabilia. Inter alia enim reverentiſſimus Dominus Ubaldus, Mantuanus ſcilicet Epiſcopus, multis jam annis graviſſimè ſpleneticus, toto corpore ulceratus, præſertim in cruribus, ſic, ut vix quomodolibet ſtare poſſet, vix etiam jacere, vel ſedere; qui & multa in medicos erogave-*

Digitized by Google

A *gæverat, nihilque profecerat, appoſita eâdem mitrâ, ubi major ingrueret dolor, priſtinæ redditus eſt ſanitati.*

Beatus itaque talis, & tantus magiſter Gregorius, miracula fecit multa vivus, & mortuus; fecit quidem & bonus diſcipulus ejus Anſelmus: Magiſter quidem in Deo, diſcipulus in Deo, & in beatiſſimo magiſtro, &c. In extremis ſuis, ſicut ab ipſius capellanis ſuis didicimus religioſis; poſt omnia, inquit, dilexi juſtitiam, & odio habui iniquitatem; idcirco morior in exilio. Et quidem in vita ſua, quod magiſter, ac diſcipulus docuerunt, hoc & in morte quaſi teſtamento confirmaverunt. Ille, nempe Gregorius; *quos obedientes tibi vivens adhuc benedixit; moriens quoque commendavit. Henricianos verò penitus, penitúſque, niſi poſt magnam* B *demum converſionem, & pœnitentiam reprobavit: hic,* nempe Anſelmus, *præſentibus nobis, & in verbo Domini præcepit, ut in fide, & doctrina beatiſſimi Papæ Gregorij permaneremus.* Hæc Auctor ille.

Teſtatur & Berchtoldus Conſtantienſis in ſuo Chronico, S. Anſelmum & vivum & vita functum, plurimos incitâſſe & confirmâſſe, ne ad ſchiſmaticorum caſtra tranſitionem facerent. Verba Berchtoldi ſunt hæc. *Beatus Anſelmus quondam Lucenſis Epiſcopus, ipſo eodem ſuæ depoſitionis anno, innumerabilibus, cœpit miraculis coruſcare; qui poſt obitum venerabilis Papæ Gregorij VII. fideles S. Petri contra tyrannidem Henrici, adhuc in carne vivens, multum incitavit; ſed multò plus poſt obitum ſuum miraculis coruſcans, eoſdem contra eundem perſiſtere confor-* C *tavit, unde & pars Henrici de die in diem cœpit deficere, Catholici autem in fidelitate S. Petri non ceſſaverunt proficere.*

Idem Auctor vitæ S. Anſelmi. *Ante omnia id ſtudij ſemper habuit, quatenus ſanctiſſimum magiſtrum ſuum Papam Gregorium imitaretur in omnibus, adeò ut diſcrepare ab illo prorſus nollet, etiam in aliquo: Illius ſemper meritis tribuit, quidquid in ipſo fuit, dum vitam rememoravit monaſticam, & ſolitariam, quam ſe crebrò flevit amiſiſſe, &c.*

Idem ſcriptor vitæ S. Anſelmi: *Defuncto Papa Alexandro, dum ſanctiſſimus Gregorius in Romanum Pontificem, Spiritus ſancti inſtigatione, ac voto communi clericorum, & laicorum diu* D *renitens eſſet electus, ut ſequeretur eum ipſe in omnibus, in Lucanam Eccleſiam eſt & ipſe electus Epiſcopus, atque ab illo poſtmodum conſecratus. Igitur, dum aliquanto tempore non ſemel, aut bis, ſed ſæpius cum eodem religioſiſſimo ordinatore ſuo moraretur, vitam ejus conſideravit ineffabiliter mirabilem, & mirabiliter ineffabilem: quia, cùm de omnibus, & ſingulis finibus ſeculi fieret ad eum concurſus, omnibus ſatisfaceret; veritas vera, ac juſtitia nunquam ori ejus defuit. Primò (quod magis eſt mirandum) in ipſis ſecularibus negotiis ſæpius exceſſit mente, exhilarato ſpiritu ſuo cœleſti contemplatione: at ſi privatus interdum extiterit, revelationibus etiam divinis jucundatus & confortatus. Hujus, inquam, veſtigia dum exequi ferventer deſiderat,* E *incipit obliviſci mundum, &c.*

III. Acta Vaticana de rebus geſtis Gregorij VII. apud Baronium Tomo XI. Anno M. LXXIII. *Defuncto Alexandro Papa, & in Lateranenſi Eccleſia honorificè tumulato, dum Hildebrandus Archidiaconus eſſet in ejus exſequiis occupatus, repentè factus eſt in ipſa Eccleſia maximus Cleri, & populi Romani concurſus, clamantium, & dicentium; Hildebrandum Archidiaconum B. Petrus elegit. Quo audito, idem Archidiaconus nimis expavit, & quaſi extra ſe raptus, cucurrit ad pulpitum, cupiens populum ipſum frequentem ſedare, & à ſua intentione recedere, & retrahere: ſed Hugo Candidus Cardinalis, ubi omnium vota in Archidiaconum conveniſſe indubitanter cognovit, citiùs præcucurrit, & populum ipſum in hunc modum allocutus eſt, dicens: Ecce chariſſimi fratres, ſcitis, & indubitanter cognoſcitis, quòd à diebus beati Leonis Papæ hic* F *Archidiaconus tanquam vir prudens, atque probatus, hanc ſacroſanctam Romanam Eccleſiam plurimùm exaltavit, & civitatem ipſam ab imminentibus periculis liberavit. Unde, quia idoneorem ad Eccleſiæ regimen invenire nequimus: Nos Epiſcopi Cardinales unanimiter ipſum nobis, & vobis in Paſtorem, & Epiſcopum animarum noſtrarum eligimus. Et continuò univerſitate populi, & Cleri acclamante: Dominum Gregorium Papam S. Petrus elegit: indutus rubea chlamyde (ſicut eſt mos) & Papali mitra inſignitus, invitus, & mœrens in B. Petri cathedra fuit inthronizatus.*

IV. Acta publica, Electionis Gregorij VII. prout exſtant in Regeſto Epiſtolarum G ipſius Gregorii Tomo 3. epiſt. Decretalium Rom. Pontif. & Tomo 3. Conciliorum novæ edit. Colon. *Regnante Domino noſtro JEſu Chriſto anno clementiſſimæ Incarnationis ejus milleſimo, ſeptuageſimo tertio, indictione & Luna undecima, decim. Kal. Maij, feria ſecunda, die ſepulturæ Domini Alexandri, bonæ memoriæ, ſecundi Papæ: ne ſedes Apoſtolica diu lugeat proprio deſtituta paſtore, congregati in Baſilica B. Petri ad vincula, nos ſanctæ Romanæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Cardinales, clerici, acolyti, ſubdiaconi, diaconi presbyteri, præſentibus venerabilibus Epiſcopis, & Abbatibus, clericis, & monachis, conſentientibus plurimis turbis utriuſque ſexus, diverſique ordinis acclamantibus; Eligimus nobis in paſtorem, & ſummum Pontificem, vi-* H *rum religioſum, geminæ ſcientiæ prudentia pollentem, æquitatis & juſtitiæ præſtantiſſimum amatorem, in adverſis fortem, in proſperis temperatum, & juxta Apoſtoli dictum, bonis moribus ornatum, pudicum, modeſtum, ſobrium, caſtum, hoſpitalem, domum ſuam bene regentem, in gremio hujus matris Eccleſiæ à pueritia ſatis nobiliter educatum, & doctum, atque pro vita merito in archidiaconatus honorem uſque hodie ſublimatum, Hildebrandum videlicet Archidiaconum, quem amodo uſque in ſempiternum & eſſe, & dici Gregorium Papam, & Apoſtolicum volumus, & approbamus.*

 Placet

Digitized by Google

A *Placet vobis? Placet. Vultis eum? Volumus. Laudatis eum? Laudamus. Acta Romæ 10. Kal. Maij, indictione undecima.*

V. Lambertus Schaffnaburgenſis in Chronico anno M. LXXIII. *Alexander Papa, qui & Anſelmus, deceſſit: cui Romani protinus inconſulto Rege, ſucceſſorem elegerunt Hildebrandum, virum ſacris litteris eruditiſſimum, & in tota Eccleſia, tempore quoque priorum Pontificum, omni virtutum genere celeberrimum. Is quomodo zelo Dei ferventiſſimus erat, Epiſcopi Galliarum protinus grandi ſcrupulo permoveri cœperunt, ne vir vehementis ingenii, & acris erga Deum fidei diſtrictiùs eos pro negligentiis ſuis quandoque diſcuteret: atque ideo communibus omnes conſiliis regem adorti, orabant, ut electionem, quæ ejus*
B *injuſſu facta fuerat, irritam fore decerneret: aſſerentes, quòd, niſi impetum hominis prævenire maturaret, malum hoc non in alium gravius, quàm in ipſum regem redundaturum eſſet. Statim Rex à latere ſuo Eberhardum comitem miſit, qui Romanos proceres conveniens, cauſam ab eis ſciſcitaretur, quare præter conſuetudinem majorum, Rege inconſulto, Romanæ Eccleſiæ Pontificem ordinâſſent, ipſúmque ſi non idoneè ſatisfaceret, illicitè accepta dignitate, abdicare ſe præciperet. Is veniens Romam, benignè à prædicto viro ſuſceptus eſt. Cúmque illi mandata regis expoſuiſſet, reſpondit, ſe, teſte Deo, honoris hujus apicem nunquam per ambitionem affectâſſe, ſed electum ſe à Romanis, & violenter ſibi impoſitam fuiſſe Eccleſiaſtici regiminis neceſſitatem; cogi tamen nullo modo potuiſſe, ut ordinari ſe permitte-*
C *ret, donec in electionem ſuam tam Regem, quàm Principes Teutonici regni conſenſiſſe, certa legatione cognoſceret: hac ratione diſtuliſſe adhuc ordinationem ſuam, & ſine dubio dilaturum, donec ſibi voluntatem regis certus inde veniens nuncius intimaret. Hoc ubi Regi eſt renunciatum, libenter ſuſcepit ſatisfactionem, & lætiſſimo ſuffragio, ut ordinaretur, mandavit, quod & factum eſt anno ſequenti in Purificatione ſanctæ Mariæ.*

Idem Lambertus non procul à fine ſui Chronici, ubi agit de abſolutione Henrici Imp. ab Excommunicatione. *Ita abſoluto eo ab excommunicatione, Papa Miſſarum ſolennia celebravit, confectâque ſacra oblatione, Regem, cum cætera, quæ frequens aderat, multitudine ad altare evocavit: præferénſque manu corpus*
D *Dominicum; Ego, inquit, jam pridem à te, tuiſque fautoribus litteras accepi, quibus me inſimulabas ſedem Apoſtolicam per Simoniacam hæreſim occupâſſe: & aliis quibuſdam, tam ante Epiſcopatum, quàm poſt acceptum Epiſcopatum criminibus vitam maculâſſe, quæ mihi ſecundùm ſcita Canonum, omnem ad ſacros ordines acceſſum obſtruxerint. Et licèt multorum idoneorum certè teſtium aſtipulatione crimen refellere queam, eorum ſcilicet, qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate inſtitutionem integerrimè noverunt, & eorum, qui meæ ad Epiſcopatum promotionis autores fuerunt: ego tamen, ne humano potiùs, quàm divino nitì videar teſtimonio, ut ſatisfactionis* E *compendio omnem omnibus ſcandali ſcrupulum de medio auferam, ecce corpus Dominicum, quod ſumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, ut omnipotens Deus ſuo me hodie judicio vel abſolvat objecti criminis ſuſpicione, ſi innocens ſum; vel ſubitanea interimat morte, ſi reus. Hæc, & alia (ut ſolenne eſt) præfatus verba terribilia, quibus Deum cauſæ ſuæ æquiſſimum judicem, & innocentiæ aſſertorem adeſſe precabatur, partem Dominici corporis accepit, & comedit. Qua liberrimè abſumpta, cùm populus in laudes Dei innocentiæ ejus congratulatus, aliquandiu acclamâſſet, tandem impetrato ſilentio converſus ad Regem: Fac ergo, inquit, fili, ſi placet, quod me facere vidiſti, &c. Si te innocentem nôſti, & exiſtimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falſis criminationibus impeti, libera compendiosè & Eccleſiam Dei* F *ſcandalo, & teipſum longæ concertationis ambiguo, & ſume hanc reſiduam partem Domini corporis, ut comprobata, Deo teſte, innocentia tua, obſtruatur omne os adversùm te iniqua garrientium, & me deinceps cauſæ tuæ advocato, & innocentiæ tuæ vehementiſſimo aſſertore, Principes tibi reconcilientur, regnum reſtituatur, &c. Ad hæc ille inopinata re attonitus æſtuare, tergiverſari, conſilia cum ſuis familiaribus ſegregatus à multitudine conferre, &, quid facto opus eſſet, qualiter tam horrendi examinis neceſſitatem evaderet, trepidus conſulere, &c.*

Refert idem Lambertus horribilem exitum Wilhelmi Epiſcopi Trajectenſis, qui hoſtili prorſus odio Gregorium VII. perſequebatur. *Wilhelmus Trajectenſis Epiſcopus* G *cauſam regis contra bonum, & æquum obſtinatè tuebatur, & ſtudio partium regis, multa in injuriam Romani Pontificis, omnibus penè diebus ſolennibus, inter miſſarum ſolennia rabido ore declamabat: perjurum eum, adulterum, & Pſeudoapoſtolum appellans, & tam à ſe, quàm à ceteris Epiſcopis ſæpenumero excommunicatum pronuncians. Is brevi poſteaquam Rex, exactis Paſchalibus feriis, Trajecto diſceſſerat, repentè graviſſima ægritudine correptus eſt. Cúmque per acerrimos cruciatus animæ, ac corporis urgeretur, miſerabili ejulatu coram omnibus, qui aderant, vociferabatur, juſto Dei judicio ſe, & præſentem vitam amiſiſſe, & æternam: quòd Regi ad omnia, quæ perperam intendiſſet, operam ſuam, ſummo anniſu præbuiſſet, atque in ſpem gratiæ ejus Romano Pontifici ſanctiſſimo, & Apo-* H *ſtolicarum virtutum viro graves contumelias ſciens, & prudens innocenti irrogâſſet. In hanc vocem, ut aſſerunt, ſine communione, ſine ulla ſatisfactione exſpiravit.*

VI. Idem de hoc Wilhelmo tradunt Annales Magdeburgenſes, apud Paulum Langium in Chronico Citizenſi. *In ipſo loco,* inquit, *in quo Romano Pontifici derogabat, ipſe mala valetudine corripitur, in qua uſque ad miſerandum vitæ terminum detinetur. Itaque morbo magis ac magis ingraveſcente, cum eo, dum*

qui-

A *quidam homo regis eum rogaret, ut ſe cum ſuo mandato remitteret ad regem: Hoc, inquit, mitto ei mandatum, quòd ipſe, & ego, & omnes iniquitati ejus faventes, ſumus damnati in perpetuum: Cùmque à ſuis, qui aderant, clericis, ne talia loqueretur, eſſet admonitus: Quid aliud, inquit, loquor, niſi quod verum eſſe, viſibiliter intueor? Ecce enim dæmones lectum meum circumſtant, quatenus me mox, ut expiravero, rapiant. Itaque cùm fuero è corpore eductus, rogo vos & omnes fideles, ne ſe fatigent pro me faciendo ſupplicationes. Hic igitur in deſperatione defunctus, diu jacebat inſepultus, donec Romam mittitur. Et inde quæſito conſilio, ne populus fœtore corrumperetur, Apoſtolico juſſu, ſine commendationibus ſepelitur.*

VII. Subdit Langius, & iſte ſeptimus ſit B teſtis pro Innocentia Gregorii VII. Quem Sectarii eò libentiùs admittent, quò naſcenti Lutheranæ Sectæ ſub finem ſui Chronici ſe benigniorem & æquiorem exhibuit. *Et ita alii complures Henrici fautores malè interiêre. Udo Trevirenſis Archipræſul repentina morte obiit. Burghardus Miſnenſis Præfectus ex equo cadens expiravit. Sic & Godefridus dux, hoſtis Saxoniæ, percuſſus, ſine confeſſione periit. Ita & Eppo Epiſcopus noſter magnus Henrici fautor & aſſentator, morte mala concluſit, de qua in prædictis Chronicis Magdeburgenſis Eccleſiæ ita ad verbum ſcribitur: Eppo Citizenſis Epiſcopus, dum in Epiſcopio S. Chiliani quendam rivum forti ſedens in equo tranſiret, quem quilibet pedes ſine periculo tranſire poſſet, ubi nec timor ullus fuit; equo cadente moriens ſic interiit, ſancto Chi-* C *liano ſic diſponente, ut, qui ejus rebus violentus incubuerat, vinúmque illius ſæpe injuſtè biberat, aquam quoque ſuam juſtè bibendo ultrà merum non quærat. Et, quia nobis inconciliabilis permanſit, Deo irreconciliatus, ab hac vita migravit. Hæc ad verbum in prænarratis Magdeburgenſis Eccleſiæ annalibus leguntur.*

VIII. Chronica Thuringenſia apud eundem Langium: *Anno Domini M.LXXIII. Hildebrandus profeſſione monachus, & Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, natione Tuſcus, omnium Cardinalium conſenſu ſolenniter, atque canonicè electus fit Papa, in numero C.XLVII. & vocatus eſt Gregorius Septimus, Sedit annis XII. menſe uno, diebus IV. Iſtius prudentia non modò in ipſa Italia, ſed etiam in Teutonicis Provinciis, ſacerdotum refrænata eſt incontinentia. Hic, ut* D *Martinus ait, Concilio C.X. Epiſcoporum habito, Henricum Imperatorem excommunicavit, quaſi Eccleſiæ Romanæ ſciſſorem; ſed tandem abſolvit, & pòſt, iterum excommunicavit; quia diſſidium in Eccleſia procuravit, pueritia, & inexperientia ſua exiſtente in cauſa.*

IX. Marianus Scotus lib. 3. Chronici: *Interea Domino Alexandro Apoſtolico de medio ſublato, ſuſcepit ſedem Apoſtolicam Gregorius Septimus, qui & Hildebrandus, profeſſione monachus. Iſte, querimoniis, & clamoribus Catholicorum juſtis, adversùm Henricum, & ſcelerum ejus immanitatem auditis, zelo Dei accenſus, jam* E *dictum regem excommunicatum pronunciavit, maximè propter Simoniam. Quod factum Catholicis quidem viris bene placuit: ſimoniacis verò, ac fautoribus regis nimiùm diſplicuit: qui dicebant, nunquam fuiſſe auditum, regem aliquando excommunicationi ſubditum. Facta eſt igitur maxima diviſio in Eccleſia Dei; Catholicis Domino Apoſtolico ſtudioſè faventibus, ac præceptis ejus, ſchiſmaticis Henrico, & cooperatoribus ejus ex corde obedientiam exhibentibus. Inter quos erat princeps, & ſignifer juſtitiæ, dilectus Deo, & hominibus, Beatus Anno Colonienſis Archiepiſcopus (cujus memoria in benedictione eſt) cum reverendiſſimis Eccleſiarum rectoribus. Sigefrido Moguntino, Vezelino Magdeburgenſi, Rucherio Halverſtadenſi aliiſque Epiſcopis, & Abbatibus, Monachis, & Clericis,* F *aſſentientibus quoque principibus totius Saxoniæ, Ottone Duce, Magno Duce, Udone Marchione, Ludovico Comite, cum aliis innumerabilibus tam nobilium, quàm infimorum militaribus viris. Quorum fidei devotionem, ac fervorem juſtitiæ venerabilis Papa Gregorius audiens, & contra eos ſævitiam Henrici, fautorúmque ejus, quemadmodum & contra ſemetipſum inſurgere videns, ne deficerent in tribulationibus, quas ſuſtinebant ab iniquis, ſed fortiores, imò conſtantiæ virtute ſolidiores efficerentur: miſſis ad eos litteris, paucis, hæreticorum audaciam, garrulitatem, & ſuperbiam, autore Henrico, ac defenſore, ad injuriam, & contumeliam ſanctæ ſedis Apoſtolicæ perſtrinxit elatam: quamobrem quòd regem anathematis vinculo alligaverit, litteris inſinuavit, quibus Catholici ad reſiſtendum iniquis hæreticis conſtantiores effecti ſunt.* G

Idem Marianus ibidem. *Gregorius igitur præſul venerabilis, hæreticorum inſaniam, Catholicorum quoque, aſtipulante veritate, cognoſcens, conſtantiam, Rodolpho Regi miſſis litteris, Apoſtolicam mandavit benedictionem: in quibus etiam omnibus Chriſti fidelibus, beato Petro, ac ſibi, Vicario ejus obedientiam profitentibus, univerſaliter inſinuavit, Henrico propter ſuperbiam, inobedientiam, ac falſitatem, regni dignitatem ablatam, Rodolpho verò regi pro ſua humilitate, obedientia, & veritate, autoritate S. Petri collatam.*

X. Dodechinus Continuator Mariani: *Ipſe Urbanus venerabilis Papæ Gregorii ſcripta &* H *dicta contra Schiſmaticos habita confirmavit.* Et anno M. XC. beatæ memoriæ Papam, Gregorium nominat.

XI. Stephanus Epiſcopus Halberſtatenſis cauſam Gregorii VII. fortiſſimè contra Henricum Regem egit, in ea epiſtola, quam ſcripſit ad Waltramum Eccleſiæ Magdeburgenſis (ſic habet Piſtoriana editio Dodechini) Epiſcopum, ſub nomine Ludovici Comitis, quem Waltramus ad partes Henrici pellicere ſtuduerat. Exſtat apud Dodechinum anno Chriſti M. XC. Inter cætera ſic loquitur. *Audi vera, non fucata:*

Digitized by Google

A *ta: Audi fortia, non faceta. Omnis, qui dignitates ſpirituales vendit, hæreticus eſt. Dominus autem Henricus, quem regem dicunt, Epiſcopatus, & Abbatias vendit. Etenim Conſtantienſem, Babenbergenſem, Moguntinenſem, & plures alios, pro pecunia: Ratiſponenſem, Auguſtenſem, Straſburgenſem, pro gladio: Abbatiam Fuldenſem, pro adulterio: Monaſterienſem Epiſcopatum (quod dicere, & audire nefas eſt) pro Sodomitica immunditia vendidit. Quæ, ſi impudenter negare volueris, teſte cælo, teſte terra, omnes etiam à furno redeuntes ſcioli concludent: Ergo, Dominus Henricus hæreticus eſt. Pro quibus nefandis malis ab Apoſtolica Sede excommunicatus, nec regnum, nec poteſtatem aliquam ſuper nos; quia Catholici ſumus, poterit obtinere.*

Infrà idem Stephanus: *Quòd verò Papam Gregorium, Regem Rodolphum, Marchionem Eggebertum peſſimi interitus damnas, & dominum* B *tuum, quia illis ſuperſtes eſt, benificas: liquet profectò, ab omni ſpirituali te cognitione manere vacuum. Nónne beatius eſt bene mori, quàm malè vivere? Beati enim, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam. Matth. 5. Jam & Neronem, quia Apoſtolis Petro, & Paulo; jam & Herodem, quia Jacobo Apoſtolo; jam & Pilatum, quia Domino JEſu Chriſto ſupervixerint, beatos æſtimas. Qua opinione, quid inſanius, aut infelicius dici poteſt?*

XII. S. ANSELMUS CANTUARIENSIS, præfatione in librum de *Fermentato & Azymo*, nullam ſalutem dicere vult Waleramo vel Walramo Nuvenburgenſi Epiſcopo, quòd partes Henrici ſequeretur, & excommunicatus eſſet. *Si certus eſſem*, inquit, *prudentiam veſtram non favere ſucceſſori Julij Cæſaris, & Neronis, & Juliani, & poteſtati contra* C *ſucceſſorem, & vicarium Petri Apoſtoli, libentiſſimè vos, & amiciſſimum, & reverendum Epiſcopum ſalutarem: quoniam autem ad defenſionem veritatis contra Græcos, qui ad vos venerunt, quæritis; ſecundum poſſe nulli deeſſe debemus: opuſculum vobis miſi, quod de proceſſione Spiritus ſancti edidi contra illos.*

Et epiſtola octava ad Wilhelmum Abbatem docet idem Anſelmus ſententiam excommunicationis contra Henricianos, Simoniacos, & clericos incontinentes latam; eſſe juſtam, ac proinde tales, ùt Eccleſiaſtica communione privatos, declinari debere. Utriusque epiſtolæ, videlicet ejus, quæ eſt ad Walramum, Epiſcopum Naumburgenſem, & ejus, quæ eſt ad Wilhelmum D Abbatem, magna cum commendatione mentionem facit Dodechinus in Appendice ad Marianum anno Domini M.XCIV.

XIII. COMPILATIO CHRONOLOGICA incerti Auctoris Tomo 1. Script. Germaniæ quos Clariſs. Vir D. Joannes Piſtorius olim edidit. *Anno Domini M.LXXVI.* (error eſt in tempore) *Gregorius Papa hujus nominis VII. à B. Petro C.LXVII. ordinatur, &c. Iſte vocabatur Hildebrandus, & fuit in Scripturis valdè eruditus, &c. Iſte Papa etiam ſtrictè ſub pœna auguria inhibuit, & ſortilegia, & incantationes, & magicas artes.* E

XIV. GODEFRIDUS Viterbienſis: *Ipſe Gregorius Papa ad ſimoniam exſtirpandam & clericorum incontinentiam reprimendam intendens, Imperatorem ipſum ad ſynodalia pro hujuſmodi frequenter vocavit. Connubia clericorum, à ſubdiaconatu, & ſupra, per totum Orbem Romanum, edicto decretali, in æternum prohibuit, ac ſeipſum athletam Dei pro domo Domini murum conſtituit.*

XV. FASCICULUS TEMPORUM, ſeu Wernerus Rolevvinck. *Iſte Gregorius fuit Vir ſanctus, & multas perſecutiones pro juſtitia perpeſſus eſt. Hic antea dicebatur Hildebrandus, Prior Cluniacenſis; & fuit Legatus in Gallia, & durè proceſſit contra ſimoniacos. Quendam etiam Epiſcopum miraculosè vicit de ſimonia: quia non potuit contradicere Spiritui ſancto. Factus autem Papa, ſynodum celebravit, in qua contra eos ſimili zelo proceſſit, &* F *contra presbyteros uxoratos, amovendo eos à divino officio. Fuerunt enim tempora ſatis arida. Et quia juſtitiæ rigorem viſus eſt tenere ſolito more, contra eum multi inſurrexerunt. Et primò Cinthius, Præfecti filius, eum cœpit, cùm primam Miſſam in nocte Nativitatis celebraret: & in turri ſua poſuit: ſed Romani turrim deſtruunt, & Papam liberant, & Cinthium extra urbem ejiciunt. Deinde, Imperatorem excommunicavit propter diſſidium: qui poſt, veniens ad ipſum, & pluribus diebus nudis pedibus ſuper glaciem ſtans vix abſolutionem impetravit. Sed Imperator non perſeveravit in humili obedientia, quam cœpit.*

XVI. PAULUS Bernriedenſis.

XVII. GEROCHUS Reicherſpergenſis, de utroque iſta Aventinus libro 5. Annalium Bojorum. *Legi multos, præſertim Paulum Bernriedenſem, Gerochum Reicherſpergenſem Antiſtitem.* G *Auguſtinianos myſtas, in Bojaria ortos. Uterque de hujuſcemodi diſcordia pernicioſa libros edidit; uterque pars hujus tumultus fuit. Ille, Reginoburgij; hic, Auguſtæ primariæ ædis ſacerdos. Ambo rebus Hildebrandi ſtuduère, &c. Heinricum ſtupris, amoribus, impudicitia, & adulterij flagràſſe infamia, ne amici quidem negant, &c. Gregorium Virum ſanctiſſimum pervicaciorem extitiſſe Paulus Bernriedenſis, qui ejus vitam libris duobus complexus eſt, & reliqui ejus partium acerrimi propugnatores produnt.*

Quæſivi duos hoſce Auctores in Bavaria & extra diligenter; partim mea, partim amicorum opera; nec reperi; cùm tamen certum ſit utriuſque monumenta viſa & le- H cta, forſan & expilata eſſe ab Aventino: qui eodem libro quinto hæc, quæ de Wilhelmo Trajectenſi accipienda videntur: *Paulus Bernriedenſis narrat Epiſcopum quendam, dum pro concione Hildebrandum vituperat, fulmine tactum eſſe, dúmque ageret animam, dixiſſe; ignea catena conſtrictus trahor ad inferos; ite, nunciate Cæſari, ut reſipiſcat, & flagitium in Deum, divum Petrum, ejus vicarium commiſſum, officiis compenſet, niſi me antecedentem ad æterna ſupplicia ſubſequi malit. Eodem quoque die, nempe paſchalibus quarto Kal.*

Mar-

A *Martij, ut idem Paulus recitat, Epiſcopus Spirenſis, Gregorio ſeptimo iniquus, ab eodem Kalendis Martiis devotus, animam efflavit. Gregorio Salernum profugo intrante, civis quidam dixerat; autor diſſenſionis, qui totum orbem terrarum, armis, & bellis involvit, hujus urbis quoque quietem conturbaturus advenit. Mox ille, his dictis, obmuteſcit: deductus ad Gregorium, errorem ſuum confitetur: ab eodem ſanitati reſtituitur.*

XVIII. Bertoldus Conſtantienſis, in Chronico, ſi tamen diverſus eſt à Bernaldo Conſtantienſi, cujus nova pro Gregorio VII. teſtimonia jam primùm in lucem promimus: *Romæ Alexander Papa deceſſit: pro quo venerabilis Hildebrandus, Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, communi omnium conſilio expetitur Papa conſtituendus. Quo audito, ipſe Archidiaconus* B *ſe viribus eſſe imparem tanto honori, imò oneri, reputans, inducias reſpondendi petiit, & ſic fuga elapſus, aliquot dies ad Vincula S. Petri occultatus, latuit. Sed tandem vix inventus, & ad Apoſtolicam ſedem vi perductus, Papa C.LIX. ſeptimo Kalend. Maij ordinatur, & Gregorius VII. appellatur: cujus prudentia, non ſolùm in Italia, ſed etiam in Teutonicis partibus, refrenata eſt ſacerdotum incontinentia: ſcilicet, quod prædeceſſor ejus in Italia, hoc ipſe in tota Eccleſia Catholica prohibere ſtuduit.*

De eodem Pontifice idem Bertoldus anno Chriſti M. LXXVI. *Cincius quidam Romanus civis Gregorium Papam, die Nativitatis Domini, Miſſarum ſolennia celebrantem, comprehendit:* C *quem ita comprehenſum quidam ex militibus ejusdem Cincij occidere deſtinavit: ſed cùm gladium ſupra caput ejus vibraret, nimio terrore correptus, corruit, nec inceptum ictum explere potuit.*

Recenſet idem Bertoldus nonnulla divinæ vindictæ exempla in adverſarios Gregorij VII. & Henrici Regis aſſeclas: quæ adſcribere lubet: *Vercellenſis Epiſcopus, depoſiti Regis Cancellarius, cum omnibus ſuis ſequacibus, colloquium generale circa Calendas Maij in Rumalibus condixit, ut, ſi aliquo modo poſſet, Gregorium Papam deponeret: ſed ipſe, ad eundem terminum abſque Eccleſiaſtica communione, vitam ſimul, & Epiſcopatum heu miſerabiliter depoſuit, quo ille Papam nefaria præſumptione ſtatuit deponere. Non multò poſt ejus interitum, Præfectus Romanæ urbis,* D *indefeſſus miles S. Petri contra ſchiſmaticos, à quodam fautore Heinrici crudeliter occiditur: ad cujus corpus in parvo tempore, plus quàm viginti miracula contigerunt, ut fidelium virorum relatione didicimus. Imbrico Auguſtenſis Epiſcopus, qui in præterito Paſcha Rudolpho Regi fidelitatem juravit, nil de periurio curans, Heinrico advenienti adhæſit, & apud illum quadam die miſſam faciens, hanc ſibi conditionem miſer impoſuit, ut ſacra oblationis perceptio, in judicium ei proveniret, ſi Dominus ejus Heinricus regnum ſibi injuſtè uſurparet. Poſt hanc temerariam perceptionem, parvo, quod ſupervixit, tempore, uſ-*

E *que ad mortem nunquam ſe ſanum de lecto levavit. Nam circa Kal. Julij abſque Eccleſiaſtica communione defunctus eſt. Item Sigehartus Aquilejenſis Patriarcha in auxilium Heinrico contra bannum Apoſtolici, armata manu veniens, in amentiam vertitur, apud Ratiſponam: & ex ipſo itinere repentina morte intercipitur: ſicque domum, non ſine aliquibus ſuorum funeribus in corpore, & anima mortuus, reportabatur.*

Idem Bertoldus anno M. LXXXV. *Sed jam Deus omnipotens famulum ſuum Gregorium Papam nolens diutius laborare, imò pro laboribus ſuis dignè remunerare volens, de hujus vitæ ergaſtulo eum vocavit, Nam aliquanto tempore graviter corpore infirmatus, ſed in defenſione juſtitia uſque ad mortem firmiſſimus, Salerni diem* F *clauſit extremum. De cujus obitu omnes religioſi utriuſque ſexus, & maximè pauperes, doluerunt. Erat enim Catholicæ religionis ferventiſſimus inſtitutor, & Eccleſiaſticæ libertatis ſtrenuiſſimus defenſor. Noluit ſanè, ut Eccleſiaſticus ordo manibus laicorum ſubjaceret, ſed eiſdem, & morum ſanctitate, & ordinis dignitate præeminèret; quod illum latere non poterit, quicunque ejusdem Apoſtolici regeſtrum diligenter perlegerit. Poſtquam autem in gubernatione ſedis Apoſtolicæ, imò totius Eccleſiæ duodecim annos, & unum menſem, legitimè decertavit: tandem ex hac luce, anno incarnationis Dominicæ M. LXXXV. Indictione octava, VIII. Cal. Junij ſubtractus, ſupernæ vocationis βραβεῖον accepiſſe non dubitatur:* G *ſepultus Salerni in Eccleſia S. Matthæi, quam ipſe eodem anno dedicavit. Sed Guibertus hæreſiarcha multum de obitu ejus lætabatur, licèt parum proſperitatis ſuæ parti in eo lucraretur. Nam omnes Catholici poſt mortem Domini Apoſtolici non minus, quàm antè, eidem hæreſiarchæ reſtiterunt, ipſumque de Roma Ravennam repedare compulerunt.*

XIX. Bernardus primùm Conſtantienſium ſcholarum Magiſter; poſtea Monachus Corbejenſis in Saxonia, pro Gregorio VII. Apologiam ſcripſit, de quo Bertoldus Conſtantienſis in Chronico ad añum M.XXCVIII. *Bernardus Conſtantienſium Magiſter ſcholarum, vir eruditiſſimus, in cauſa S. Petri ferventiſſimus, in Saxonia ſub Monaſtica profeſſione migravit ad Dominum.*

H De eodem ad annum M. XCI. idem Bertoldus. *Bernardus quoque Conſtantienſium ſcholarum Magiſter, multa nobis ſui ingenii monumenta reliquit, multáque pro Catholicis contra ſchiſmaticos ſui temporis elegantiſſimè ſcripſit: & primùm quidem ad quoſdam ſuos amicos, de judicio Gregorii Papæ VII. ſuper ſchiſmaticis, & de Sacramentis extra Eccleſiam uſurpatis. Poſtea etiam ad venerabilem Hartungum Magdeburgenſem Epiſcopum de eadem cauſa magnum librum luculentiſſimum compoſuit, ex perſona ſanctæ Eccleſiæ; in quo teſtimoniis ſanctorum Patrum omnes inſidioſas cavillationes corum-*

Digitized by Google

eorundem ſchiſmaticorum prudenter annulâſſe videtur. Sed in eiſdem ſcriptis nimio zelo ductus, alicubi modum exceſſiſſe notatur: videlicet ubi agit de Sacramentis ſchiſmaticorum. Negat enim omninò, ab eis, & ab eorum communicatoribus Sacramenta poſſe confici; ita, ut ab illis ordinatos, ſi reſipiſcant, iterum ordinandos cenſeat. Ceterùm ſi quis hac pleniùs nôſſe deſiderat, ſcriptum cujuſdam ad eundem Bernardum, de eâdem quæſtione directum, diligentiſſimè perlegat: in quo teſtimoniis ſanctorum Patrum evidentiſſimè docebitur, quid SS. Patres de illa quæſtione cenſuerint ſentiendum. Verùm, idem venerabilis Bernardus in iſta; ſicut & B. Cyprianus in rebaptizationis ſententia non pertinaciter contra Eccleſiam egerunt: ſed, utcunque, nimium contra ſchiſmaticos zelantes, aliquantulum regulam Eccleſiaſticam exceſſerunt.

Bernardum hunc ita ſenſiſſe ſatis liquet ex epiſtola ejus ad Bernaldum Conſtantienſem, quam infra inter opuſcula Bernaldi reperies, & ex primo Tractatu Bernaldi de Sacramentis excommunicatorum, quem rogatu Bernardi, Corbeienſis poſtea Monachi, compoſuiſſe videtur, de quo plura inferiùs.

XX. Gebehardus Archiepiſcopus Salisburgenſis, de quo Bertoldus anno M.LXXXVIII. *Gebehardus veneranda memoria Juvavienſis Archiepiſcopus, in cauſa S. Petri præcipuus, qui ſchiſmaticos publicè dictis, & ſcriptis confutare conſuevit, de hac luce ſubtractus XVIII. Calend. ——, magnum mærorem Catholicis dereliquit.*

XXI. Auctòr, qui vitam S. Gebehardi ſcripſit Tomo VI. Antiquæ Lectionis. *Poſt aliquot annos excommunicatur Rex Heinricus, in Synodo Romana, & Epiſcopi ſinguli, miſſis à Papa Gregorio Epiſtolis: præmoniti ſunt, etiam obſecrati pro obſervanda S. Petro, & ejus Vicario obedientia, inbanniti quoque, & ſub obtentu ſui officii ſunt aſtricti, ne regi anathematizato, & ejus conſiliariis nominatis communicarent. Hoc novum, ſive rarum in Regem anathema, utrum ex venditione Epiſcopiorum, & Abbatiarum, an ex alia infamia cauſas ſumpſerit penes earum conſcios ſit, & judices. Nobis ſententia paſtoris timenda eſt, ſive juſta, ſive injuſta. Prædictus enim piæ memoriæ Papa Gregorius, velut alter Helias, ſpiritu Dei plenus, & zelo juſtitiæ, & veritatis accenſus, ſacerdotes Baal, non quadringentos, ſed, infinita millia trucidaverat; quia, vel eos, qui per ſimoniam Epiſcopatus, abbatias, Præpoſituras, Prabendas, vel Eccleſias obtinuerant: vel, qui in ſacerdotio, aut diaconatu uxores habuerant: vel, qui à ſimoniacis, vel ſchiſmaticis ordinati fuerant, gladio Petri omnes ſimul truncaverat. Proinde iſtorum inſtinctu, Heinricus Imperator Guibertum Ravennatem hæreſiarcham, expulſo præfato Papa Gregorio, Romæ inthronizavit. Videres nunc naviculam beati Petri, quaſi dormiente interim Jeſu propemodum mergi, & tempeſtatum procella vexari: dum omnes veritatem, & fidem B. Petro, & ejus Vicario ſervantes, aut in undas mortis dirum fremens, ac fervens ſalum trahebat; aut in longum exilium, patria, honoribus, rebus extorres jactabat. Tempora nimirum tunc valdè periculoſa inſtabant; cùm præter Chriſti athletam noſtrum Dominum Gebehardum Archiepiſcopum Salzburgenſem, Altmannum Patavienſem, Adalberonem Wirzburgenſem, Hermannum Metenſem, Meginvvardum Friſingenſem, præter hos ſolos quinque, in toto Regno Teutonico Epiſcopus Catholicus inveniri non poterat. Ea igitur tempeſtate iſte noſter Dominus ſæpefatus Archiepiſcopus fidelis Romana Eccleſia, & veritatis Catholica propugnator eminebat: qui velut alter Machabæus lorica fidei ſe ſuccinxerat, & gladio verbi ſui, caſtra Eccleſiæ in toto Regno Teutonico protegebat.*

XXII. Micrologus ſeu Guido Aretinus cap. 14. lib. de officiis Eccleſiaſticis: *Sedi Romanæ, noſtro tempore talem Deus gubernatorem, reverendæ memoriæ Gregorium Papam impoſuit: qui ſub decem ſuis anteceſſoribus à puero Romæ nutritus, & eruditus, omnes Apoſtolicas traditiones diligentiſſimè inveſtigavit, & inveſtigatas ſtudioſiſſimè in actum referre curavit. Hunc ergo Doctorem, religione, & autoritate præcipuum, imò Apoſtolicam Traditionem per ipſum in conſecrandis myſteriis potiſſimum imitari decrevimus, &c. Reverendæ memoriæ Gregorius Papa fecit, &c.*

XXIII. Domnizo Presbyter qui vitam Mathildis verſibus deſcripſit. In qua lucubratione exſtant varia Gregorij VII. & Anſelmi Lucenſis elogia. Multa ex ejus libro deſcribit Baronius Tomo XI. paſſim in annis Pontificatûs Gregorij VII.

XXIV. Leo Oſtienſis in Chronico Caſſinenſi lib. 3. cap. 64. *Anno Dominicæ Incarnationis, M.LXXXV. indictione octava, cùm venerabilis, ſempérque recolendæ memoriæ Gregorius Papa VII. Salerni magna vi morbi premeretur, ante tertium ſui obitus diem, rogatus ab Epiſcopis & Cardinalibus, qui fortè tunc aderant, unà cum Deſiderio, quid de Romanæ Sedès poſt obitum ſuum ordinatione juberet? hortatus eſt, ut, ſi quo pacto poſſent, ipſum Deſiderium Pontificem facerent, &c.*

Narrat idem Leo eodem lib. 3. cap. 53. viſum quoddam cœleſte columbæ niveæ, ſuper Gregorio reſidentis, cùm ſacra Miſſarum ſolennia celebraret: quod viſum, cùm, qui vidit, evulgare cunctaretur; his verbis divinitus patefacere juſſus eſt. *Vade celeriter, & hoc ipſum auribus Papæ intimato: ut conſtanter vigore ſancti Spiritus, quod cœpit exequatur.*

XXV. Otho Friſingenſis lib. 6. *Anno ſequenti Alexander vita & ſacerdotio perfunctus deceſſit, ſedémque Hiltprando Archidiacono ſuo, qui Gregorius VII. dictus eſt, reliquit. Exhinc ſchiſ-*

A *ſchiſma graviſſimum, eò quòd abſque conſenſu Regis per electionem conſtitutus fuerat, oritur. Ipſe autem, qui per multum temporis ad libertatem Eccleſiæ obtinendam privatus laboraverat; jam ad ſacerdotalem dignitatem provectus, à cœpto deſiſtere indignum ducens, tam ob hoc, quàm pro ſimonia exſtirpanda, ac incontinentia clericorum reprimenda, plurimum deſudabat. Denique non ſolùm Regem pro ejuſmodi, ad ſynodalia reſponſa crebrò vocavit, ſed & datis decretis, clericorum à ſubdiaconatu, & ſupra, connubia in toto orbe Romano cohibuit, formáque gregis factus, quod verbo docuit, exemplo demonſtravit: ac fortis per omnia athleta, murum ſe pro domo Domini ponere non timuit, &c.*

B Idem Otho: *Prædictus Pontifex Gregorius, à Rege urbe pellitur, Guibertúſque Ravennatenſis Epiſcopus in locum ejus ſubtruditur. Porrò Gregorius Salerni manens, appropinquante vocationis ſuæ tempore, dixiſſe fertur: Dilexi juſtitiam, & odi iniquitatem, propterea morior in exilio. Quia ergo in principe ſuo regnum ab Eccleſia præciſum graviter percuſſum fuit, Eccleſia quoque tanto paſtore, qui inter omnes ſacerdotes, & Romanos Pontifices præcipui zeli, ac autoritatis erat, orbata, dolorem non modicum habuit.*

Idem lib. 7. cap. 1. *Defuncto Salerni beatæ memoriæ ſummo Pontifice Gregorio, &c.*

XXVI. Bruno in hiſtoria belli Saxonici. Exſtat Tomo 1. Scriptorum illuſtrium Germaniæ, quos Calvinianus Freherus evulgavit. Tota hæc hiſtoria eſt contra Henricum

C & Henricianos, pro Gregorio VII. & illis, qui cauſam S. Petri tuebantur. Enumerat ipſe quoque tragicos interitus quorundam ſchiſmaticorum; de quibus ſupra ex Schafnaburgenſi & Chronico Citizenſi aliquid dictum: *Patriarcha*, inquit Bruno, *qui Legatus Apoſtolici, maximus auctor abjurationis extiterat Henrici, & novi Regis inſtituendi: poſtquam Exregi quaſi Regi ſociatus retrogradus efficitur: repentina morte præventus, quòd communicabat excommunicatis, incommunicatus, & inconfeſſus huic vitæ ſubtrahitur. Verùm, quòd tantæ dignitatis virum non decebat ire ſolum ad infernum, quinquaginta (ſicut audivimus) de ſuis habuit ſocios, eâdem morte repentina correptos: ne quos habebat in iniquitate conſortes, in*

D *retributione non haberet participes.*

Udo Trevirenſis Archiepiſcopus, omni pietate plenus, dum nimis manſuetus tyrannidi non reſiſtens, Henrico plus quàm decebat, obſequitur, ejus flammeo furori ſuæ conſenſionis oleum miniſtrat, & ut Eccleſiæ deprædentur, licentiam donat, mox in craſtino manè mortuus invenitur, ut omnibus apertè conſtaret, ideò tali eum morte obiiſſe, quòd in Eccleſiarum prædatione non timuit aſſenſum præbere.

De Eppone Citizenſi Epiſcopo, de quo hic etiam Bruno, ſuprà jam diximus.

Godefridus, Dux, qui fuit maximus hoſtis Saxoniæ, periit in ſecretiori corporis parte perfoſſus ſævo mucrone, nec purgatus ultima confeſſione, nec munitus ſacra communione. E

Godebaldus dum equo ſuo noviter ferrato pedem poſteriorem levaret, ut, an aptè ferrum eſſet impoſitum, perſpiceret, ab ipſo pede in fronte percutitur, & ſic ab hac vita abſtrahitur.

Burchardus Miſnenſis Præfectus, dum in quadam ſua, cui præerat, Urbe ab Urbanis invaditur, equo, cui inſidebat, fruſtra calcaribus vulnerato, fugere molitur: qui equus ſæpe priùs de velocitate laudatus, modò cùm maximè maximo curſu opus erat, fit ſtationarius, quaſi diceret: mihi non licet eum nunc à vobis eripere, qui, dum ſibi licuit, nolebat ſe corrigere. Moritur ergo cum magno animæ ſuæ periculo, quòd ſæpe conſenſum præbuit periculoſo ſæviſſimi Regis conſilio.

Luipoldus frater Berthaldi, Regis conſiliarii, F *qui & ipſe ejus conſiliarius erat, dum quadam die juxta Regem equitans cum eo quoslibet ſermones conferret: accipiter, quem ſiniſtra portabat, volitare cœpit, quaſi capturam peteret: Ille verò poſt avem parumper ſe inclinans, ab equo gravis cecidit; & enſem, quo cinctus erat, è vagina lapſum capulo terræ defixo, in pectore medio recepit: &, qui ſæpe pravi conſilii conſors, vel auctor fuit, ſine conſilio perpetuæ ſalutis ab hac vita receſſit.*

XXVII. Helmoldus lib. 1. Chronic. Slavorum cap. 28. *Poſt paucos autem dies, Principes Saxonum, præter voluntatem Regis captivitate abſoluti, in propria reverſi ſunt, nec unquam de cetero promiſſionibus Regis fidem præbuerunt. Miſſa ergo relatione Saxonum Principes ad Apoſtolicam ſedem conqueſti ſunt reveren-* G *diſſimo Papæ Gregorio VII. qualiter Rex divinæ legis contemptor, Eccleſiis Dei, in ſtatuendis Epiſcopis, omnem Canonicæ electionis libertatem adimeret, ponens per violentiam Epiſcopos, quos voluiſſet. Inſuper, quòd, more Nicolaitarum de uxore ſua publicum feciſſet proſtibulum, ſubiiciens eam per vim aliorum libidini; aliaque perplurima, quæ inconvenientia viſa ſunt, & auditu difficilia. Quamobrem Dominus Apoſtolicus, zelo juſtitiæ permotus, miſſis legatis, vocavit Regem ad Apoſtolicæ ſedis audientiam. Qui ſecundam, & tertiam vocationem diſſimulans, ad ultimum familiarium conſiliis adſtrictus, timentium, ne regno juſtè deponeretur, ivit Romam, &c.*

XXIIX. Albertus Abbas Stadenſis in Chro- H nico, eadem ferè ſcribit, quæ Helmoldus. Hæc item anno M.LXXXV. *Hildebrandus Papa, qui & Gregorius, apud Salernum moritur: cui Deſiderius Cardinalis Romanus, & Abbas Caſſinenſis, verus Chriſti famulus, licèt multum renitens, ſubſtituitur aſſenſu Nordmannorum, & Mathildis, potentiſſimæ per Italiam feminæ, cunctorúmque ejuſmodi ſectam æmulantium. Et hi quidem, videbantur perfectiores, & columnæ in domo Dei, adhæſerunt ſicut Gregorio, ita & Deſiderio, cæteri verò, quos aut*

A *timor, aut favor Cæſareus agebat, ſecuti ſunt Guibertum, qui & Clemens, &c.*

Certè cùm ſucceſſorem Gregorij, quem Gregorio addictiſſimum fuiſſe probè nôrat, tantis laudibus afficiat, non potuit de Gregorio ſiniſtrè ſentire, vel ex ſuo ſenſu ſcribere, cùm eadem prorſus fuerit cauſa ſucceſſoris, quæ Gregorij Anteceſſoris.

XXIX. Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus in Oratione Metrica apud Baronium Tomo XI.

Archiapoſtolici qui culmine fulget honoris
Protege Gregorium, ſcis quem amare Petrum.
Septimus in numero vigilantum munera ſeptem
Poſſideat ſemper flaminis ille tui.

XXX. DEUS DEDIT Presbyter Cardinalis in Comentario de Privilegijs Romanæ Eccleſiæ apud Baronium Tomo XI. Anno M.XXC.
B *Poſt præſtita Domino ſuo beatæ memoriæ Septimo Gregorio Papæ fidelitatis Sacramenta, & obedientiam VIII. annis exhibitam, Apoſtolicum Thronum invaſit.* Loquitur de Guiberto Antipapa.

XXXI. Magnum Chronicon Belgicum editum nuper à clariſſimæ & laudatiſſimæ memoriæ D. Joanne Piſtorio. *Gregorius VII. natione Tuſcus, &c. Hildebrandus priùs vocatus, &c. poſtmodum verò Cardinalis, propter laudabilem ejus vitam in Papam à Cardinalibus eſt electus, &c.* Infrà: *Defuncto Salerni beatæ memoriæ ſummo Pontifice Gregorio, &c.*

XXXII. Wilhelmus Tyrius lib. 1. Belli ſacri cap. 13. ubi loquens de *Inveſtituris* Epiſcopatuum ab Henrico conferri ſolitis, ſic ſcribit: *Quod Dominus Papa contra omnem fieri honeſtatem conſiderans, & jura in eo facto con-*
C *culcari Eccleſiaſtica perpendens, ſemel, ſecundò, ac tertiò eundem Imperatorem commonuit: ut à tam deteſtabili deſiſteret præſumptione. Quem præceptis ſalutaribus commonitum, cùm revocare non poſſet, vinculo anathematis innodavit, &c.*

XXXIII. Vincentius in ſpeculo lib. 25. cap. 44. Gregorium miraculis & chariſmate arcana pectorum cognoſcendi claruiſſe ſcribit.

XXXIV. S. Antoninus parte ſecunda ſumm. hiſt. Tit. 16. cap. 1. §. 21. *Erat vir iſte* (Gregorius VII.) *religioſus ac timens Deum, juſtitiæ & æquitatis amator, in adverſis conſtans, in proſperis moderatus, fuit & valdè cordatus, Eccleſiæ jurium defenſor acerrimus, & qui præter Deum, in his, quæ ad juſtitiam per-*
D *tinebant, nil timuiſſet efficere.*

XXXV. Blondus Decadis ſecundæ lib. 3. ubi res à Gregorio geſtas copiosè cum ejuſdem laude exſequitur.

XXXVI. Epitomator Blondi Æneas Sylvius in Compendio Blondi.

XXXVII. Joannes Villanus lib. 4. Hiſt. Florentinæ.

XXXIIX. Martinus Polonus in Chronico: *Hic propter laudabilem vitam eſt in Papam electus ex Cardinalibus, &c. Salerni mortuus eſt miraculis coruſcando.* E

XXXIX. Sabellicus Ennead. 9. lib. 3.

XL. Volaterranus lib. 22. Anthropologiæ. *Hic* (Gregorius VII.) *præter omnes, quòd Vir pius & Chriſtianæ Religionis acerrimus defenſor fuerit, labores pertulit magnos.*

XLI. Trithemius in Chronico Hirſaugienſi anno Domini M. LXXIII. *Mortuo Papa Alexandro ſucceſſit Hildebrandus Abbas ſancti Pauli Ordinis noſtri, & Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus; & præfuit annis duodecim, dictúsque eſt Gregorius hujus nominis Septimus: vir certè multæ doctrinæ, magnæq; pietatis, prudentiæ, juſtitiæ, conſtantiæ, & religionis, qui multa pro defenſione libertatis Eccleſiaſticæ & fecit bona, & ſuſtinuit adverſa.* F *Hic primùm fuit Monachus Cluniacenſis, & à Leone Papa IX. S. R. E. Archidiaconus ad monaſterium S. Pauli ordinatus, hoc anno poſt Alexandrum omnium conſenſu ſummus Pontifex creatus eſt.*

XLII. Nauclerus in Chronico Generat. 36. & 37.

XLIII. Albertus Crantzius lib. 5. Metropolis cap. 1. *Gregorius VII. Hildebrandus antè vocatus, natione Hetruſcus, cùm multa pro Romanis Pontificibus egiſſet, acclamante clero, & populo, Hildebrandum à B. Petro electum ſucceſſorem, magnis votis, & concordibus eum deſignavere Patres. Multus illi labor erat cum Henrico IV. multiplex colluctatio: ſed ſuperavit veritas, & juſtitia: obtinuitque Pontifex, ut ad annum decimum ter-* G *tium perveniret.*

XLIV. Philippus Bergomenſis in ſupplemento Chronicorum.

Gregorius VII. Papa natione Etruſcus, &c. Vir certè Deo & hominibus gratiſſimus, prudens, juſtus, clemens, pauperum pupillorúmque ac viduarum patronus & pater, nec non & Eccleſiæ Romanæ contra hæreticorum improbitatem & malorum principum potentiam, res Eccleſiaſticas per vim occupare conantium unicus & acerrimus defenſor.

Paulò infra de capto Pontifice eodem.

Sed die ſequenti Romani cognito facinore, ipſum Cincium proſequuntur & Pontificem ſanctum liberant, turrímque evertunt, &c.

Poſt pauca de Mathilde.

H *Mathildis Comitiſſa nobiliſſima & optima atque illuſtris fœmina, virtute & rebus optimè geſtis clara & inclyta ubique prædicatur.*

Guibertum autem illum (Clementem dictum) *Antipapam* vocat. *Hic*, ſubdit poſt paululum; *malorum omnium caput, morte ſubitanea correptus ſcelerum ſuorum pœnas dedit.*

XLV. Andreas Ratisbonenſis in Chronico Manuſcripto Bibliothecæ ad S. Emmeramum Ratisbonæ.

Gregorius VII. natione Tuſcus, quondam Hiltprandus, Prior Cluniacenſis, propter laudabilem vitam à Cardinalibus in Papam electus Wichpertum Ravennenſem Archiepiſcopum, qui dictus eſt Clemens, habuit Antipapam.

Et

A Et paulò infrà:

Qui pòſt in Apuliam deſcendens Salerni mortuus eſt miraculis coruſcans.

Infrà refert miraculum quod Legatus Lugdunum fecit circa Archiepiſcopum Eberudunenſem Simoniacum, qui non potuit ante depoſitionem dicere. *Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto:* pòſt expeditè dixit: *Et Spiritui ſancto.* Eandem hiſtoriam refert Gobelinus in ſuo Coſmodromio ætate 6. cap. 57.

XLVI. Platina in vita Gregorii VII.

XLVII. Onuphrius in lib. de Summis Pontificibus, & in Annotationibus ad Platinam, ubi dicit ſe vitam hujus Pontificis quinque libris conſcripſiſſe.

B XLVIII. Sigonius libro 9. de Regno Italiæ, ubi in hujus Pontificis laudem plura eleganter ex antiquioribus monumentis depromit.

XLIX. Joannes Archiepiſcopus Lugdunenſis epiſtol. ad Jvonem Carnotenſem, (eſt epiſt. 239. inter Jvonianas) *Nunquid incuſas Gregorium VII. qui Regem Henricum ob ſua ſcelera damnavit?*

Quinquageſimus ergo teſtis pro Innocentia Gregorii VII. ſint hæc opuſcula Bernaldi Conſtantienſis, nunc primùm in lucem deprompta; cùm enim Hæretici tam diligentes ſint in evulgando mendaciſſimo ſuo Bennone, ſummo Gregorii hoſte & crimi-
C natore, haud decet; ut orthodoxi à conquirendis Gregorii defenſoribus & advocatis ceſſent.

Eſt autem obſervandum, hæc opuſcula fuiſſe compoſita à Bernaldo, occaſione decretorum, quæ Gregorius Pontifex contra Simoniacos, concubinarios, & clericos conjugatos diverſis temporibus ſub pœna excommunicationis promulgaverat, addito interdicto, ne quis hujusmodi ſacerdotum Miſſis intereſſet: Hujus ſanctionis plerique ex ſupra dictis Auctoribus, mentionem faciunt; quæ & à Gratiano in Volumen Decretorum relata eſt diſtinct. 81. *Si qui ſunt Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi, qui in crimine fornicationis jaceant, interdicimus eis ex*
D *parte Dei omnipotentis, & S. Petri autoritate, Eccleſiæ introitum, uſque dum pœniteant, & emendent. Si qui verò in ſuo peccato perſeverare maluerint, nullus veſtrûm officium eorum audire præſumat: quia benedictio eorum, vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, teſtante Domino per Prophetam;* (Mal. 2.) *Maledicam, inquit, benedictionibus veſtris. Qui verò huic ſaluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit, Samuele teſtante;* (1. Reg. 15.) *& B. Gregorio aſtruente; Peccatum ariolandi eſt, non obedire, & quaſi ſcelus idololatriæ, non acquieſcere. Peccatum igitur paganitatis incurrit, quiſquis dum Chriſtianum ſe aſſerit, Sedi Apoſtolicæ obedire contemnit.*

Hinc nonnulli, quorum haud poſtremus Sigebertus in Chronico anſam arripuerunt calumniam ſtruendi Gregorio, quaſi crede- E
ret, Sacramenta ab improbis & excommunicatis validè adminiſtrari non poſſe; errore jam olim in priſcis hæreticis, nominatim in Donatiſtis, damnato. Nonnulli etiam, quamvis Gregorio addictiſſimi, non malo animo; ſed nimirum nimio adversùs Schiſmaticos, Simoniacos, & Concubinarios zelo provecti; defendere hoc ipſum inſtiterunt, quaſi rectæ & ſanæ doctrinæ, atque adeò ipſi etiam Sedi Apoſtolicæ conſentaneum; ex quorum numero unus fuit Bernardus ille Corbeienſis, ùt apparet ex Epiſtola ejus, quam infrà habes, & ſuprà id etiam ex Bertoldi Conſtantienſis Chronico annotavimus.

Erant præterea non pauci, qui Gregorii decreta vellicarent, traducerent, & repudiarent, quòd carni & ſanguini, & corruptiſſimis Cleri moribus parùm grata & ami- F
ca acciderent. Quocirea ubicunque promulgabantur, Clerici propemodum in rabiem verſi quidvis potiùs ferre volebant, quàm licentiæ ſuæ imponi fibulam. Audi Lambertum: *Hildebrandus Papa cum Epiſcopis Italiæ conveniens jam frequentibus ſynodis decreverat, ut ſecundùm inſtituta antiquorum Canonum presbyteri uxores non habeant; habentes, aut dimittant, aut deponantur: nec quiſquam omnino ad ſacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam, vitámque cælibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras literas ad Epiſcopos Galliarum tranſmittebat, præcipiens, ut ipſi quoque in ſuis Eccleſiis ſimiliter facerent, atque à contubernio ſacerdotum omnes omnino feminas perpetuo anathemate reſecarent. Adversùs hoc decretum protinus vehementer infremuit tota factio clericorum:* G
hominem planè hæreticum, & veſani dogmatis eſſe clamitans; qui oblitus ſermonis Domini, quo ait: (Matth. 19.) *Non omnes capiunt verbum hoc: qui poteſt capere, capiat: & Apoſtolus;* (1. Corinth. 7.) *qui ſe non continet, nubat: melius eſt enim nubere, quàm uri: violenta exactione homines vivere cogeret ritu angelorum: & dum conſuetum curſum naturæ negaret, fornicationi, & immunditiei frena laxaret. Quòd ſi pergeret ſententiam confirmare, malle ſe ſacerdotium, quàm conjugium deſerere, & tunc viſurum eum, cui homines ſorderent, unde gubernandis per Eccleſiam Dei plebibus, angelos comparaturus eſſet.*

Nihilominus ille inſtabat, & aſſiduis legationi- H
bus Epiſcopos omnes ſocordiæ, ac deſidiæ arguebat: & niſi ocyus injunctum ſibi negotium exequerentur, Apoſtolica ſe Cenſura in eos animadverſurum comminabatur. Archiepiſcopus Moguntinus ſciens non parvo conſtare operam hanc, ut tanto tempore inolitam conſuetudinem revelleret, atque ad rudimenta naſcentis Eccleſiæ ſeneſcentem jam mundum reformaret: moderatiùs agebat cum eis; & primò eis in dimidium annum inducias, & deliberandi copiam dedit, hortans eos, ut quod neceſſariò faciendum ſit, ſponte faciant; & tam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A *ſibi, quàm Romano Pontifici neceſſitatem adimant aliquid in eos, quod ſecus ſit, decernendi. Ad ultimum, congregata Synodo in Erfordia menſe Octobri, preſſius jam imminebat, ut relegata omni tergiverſatione in præſentiarum, aut conjugium abjurarent, aut ſacri altaris miniſterio ſe abdicarent. Multas è contra illi rationes afferebant, quibus inſtantis, perurgentisque improbitatem eludere, ſententiámque caſſare niterentur. Cúmque adversùs Apoſtolicæ Sedis autoritatem, qua ſe ille ad hanc exactionem, præter voluntatem propriam, compulſum obtendebat, nihil argumenta nihil ſupplicationes, precéſque proficerent: egreſſi, tanquam ad conſultandum, conſilium ineunt, ut in Synodum non redeant: ſed injuſſi omnes in domos ſuas diſcedant. Nonnulli etiam confuſis vocibus clamitabant, melius ſibi videri, ut in Synodum regreſſi, ipſum Epiſcopum, priusquam execrabilem adversùm eos ſententiam promulgaret, cathedra Epiſcopali deturbarent, & merita morte mulctato, inſigne monumentum ad poſteros transmitterent: ne quis deinceps ſucceſſorum ejus, talem ſacerdotali nomini calumniam ſtruere tentaret,* &c. Hæc Lambertus de Clericis, eodem argumentandi genere uſis, quo hodie Lutherani & Calviniani Prædicantes contra cælibatum utuntur. B

Rex quoque & Aulici invitiſſimi tam lautos & opimos bolos Eccleſiaſticorum bonorum, quos jam avidis faucibus apprehenderant, eripi ſibi patiebantur; nec libertatem Eccleſiaſticam regio & regiorum dominatu miſerabiliter oppreſſam in libertatem priſtinam revocari volebant. Hinc in Gregorium commune omnium ordinum odium, & ex odio, ùt fit, maledicta, figmenta, mendacia, & quidquid ſplendida bilis ſuggerit.

Ut igitur his & id genus aliis Bernaldus noſter obviam iret; has lucubrationes edidit; Et Sacramenta ab Excommunicatis validè adminiſtrari in primo tractatu & in aliquot Epiſtolis demonſtravit: De continentia itidem epiſtolarem velitationem cum Alboino iniit; qui initiò pro conjugiis clericorum dimicans, iis propemodum haſtis rem geſſit, quibus hodie Hæretici continentiam univerſim oppugnant. C Integram quoque pro Synodalibus Gregorii decretis Apologiam contexuit, oculatus teſtis eorum, quæ tunc à ſchiſmaticis in Imperio turbulenter & flagitioſè gerebantur. Nec Gregorius VII. unquam ea cauſa fidelibus interdixit, ne Concubinariorum Miſſas adirent, quaſi arbitraretur, Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, validè ab illis non confici & immolari; ſed quia inveteratus & nulla facili medicina expugnabilis morbus, hoc tam durum remedium eo tempore expoſcebat: *nempe nullatenus convenit*, ait S. Anſelmus in Epiſtola ad Wilhelmum Abbatem Hirſaugenſem *ut ibi reverenter aſtetur: ubi pertinaciter, aperta, & impudenti libidine fœtentes; Dei, & Sanctorum prohibitionem contemnendo,* D *ſacris altaribus deſerviunt: imò non deſerviunt, ſed, quantum ad ipſos, commaculant. Non, quò quis ea, quæ tractant, contemnenda, ſed, tractantes, execrandos exiſtimet: ut, qui Dei, & Angelorum præſentiam non reverentur, vel hominum deteſtatione repulſi, ſacra contaminare deſiſtant. Nec ullatenus oportet, ut illi ſint conſortes de altari participantium, qui per immunditiam ſe faciunt exortes altari deſervientium.* Verumenimverò antequam ipſum Bernaldum audimus, non abs re erit diſquirere, quis iſte Bernaldus fuerit.

Sic igitur habeto.

DE

DE AUCTORE SEQUENTIUM OPUSCULORUM.

MAnuſcriptus Codex cathedralis Eccleſiæ Ratisbonenſis Auctorem vocat Bernaldum. Suſpicor illum eſſe, de quo hæc Trithemius in lib. de illuſtribus viris Germaniæ, & in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum: *Bernoldus presbyter Eccleſiæ Conſtantienſis in Suevia, natione Teutonicus, vir devotus, & in ſcripturis SS. ſtudioſus, & eruditus, atque in diſciplina ſecularium literarum ſufficienter inſtructus, ingenio clarus, & comptus eloquio, reliquit ſtudii ſui nonnulla opuſcula, quæ tamen ad notitiam noſtræ lectionis minimè venerunt, &c. Claruit temporibus Henrici IV. M. LX.* Hæc Trithemius.

Nec refert, quòd apud Trithemium legitur *Bernoldus;* in noſtris verò Codicibus Bernaldus. quia unius literæ diſcrimen cenſeri non debet facere diſcrimen perſonarum; præſertim, ſi cætera conſonent, ùt hic certè conſonant. Quid quod Bernaldus, ſeu Bernoldus noſter, eſſe videtur, Bertoldus presbyter Conſtantienſis; qui edidit Chronicon rerum geſtarum poſt obitum Hermanni Contracti, Henrico IV. Romanum imperium gubernante; ab anno Domini M. LIV. usque ad ejus ſæculi finem, annis continuis XLVI. Nam ipſemet Chronici illius editor *Bertoldum* nominat, non niſi ex Cuſpiniani auctoritate: &, quæ Trithemius de Bernoldo ſcribit; hæc, iſte ad Bertoldum refert. Et quàm parva eſt differentia inter hæc tria: *Bernaldus, Bernoldus, Bertoldus.* Nam, quod aliqui videntur mutâſſe in *Bernardum*, id longiùs paulùm à vera orthographia diſtat: etſi, nec tanta eſt varietas, quæ in nomine literis tam affinibus conſtante, non potuerit accidere.

Fuiſſe autem Bernaldum, ſeu Bernoldum iſtum cauſæ Gregorii VII. hoc eſt, cauſæ legibus divini, humaníque juris conſentaneæ, addictiſſimum, manifeſtum fit, tum ex his, quas modò vulgamus, lucubrationibus; tum ex Chronico illius, ubi Gregorium VII. ſemper ut virum ſanctum, ſicut re vera erat, prædicat; &, adverſarios ejus, meritis inſectationibus proſequitur: ita ut hæretico editori bilem propemodum ob hanc cauſam moverit.

Bernardus ille, ad quem exſtat primus tractatus Bernaldi; & præſertim duæ aliæ eiusdem Bernaldi ad eundem Bernardum; & una Bernardi ad Bernaldum; alius non fuit, quàm is, de quo Trithemius hæc in libro de viris illuſtribus Germaniæ, & in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum: *Bernardus monachus cœnobii S. Viti, Corbeienſis in Saxonia Ordinis, S. Benedicti; vir, in divinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus, atque in ſecularibus literis ſufficienter doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio,*

carmi-

carmine peritus, & proſa. Scripſit nonnulla ingenii ſui opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notum fecit. Ad Hartvvicum (in Chronico Bertoldi vocatur Hartungus) *Magdeburgenſem Archiepiſcopum, edidit volumen luculento quidem, ſed amaro ſermone, contra Henricum IV. Regem, ſed tertium Imperatorem: in quo, clarè patet, quàm gravis, & odioſus fuerit idem Henricus Saxonibus. Scripſit præterea multas, & varias epiſtolas, &c. Claruit ejuſdem Henrici IV. temporibus, anno Domini, M. LXX. & varia compoſuit.* Hæc Trithemius.

Antequam profiteretur vitam monaſticam, Magiſter ſcholarum Conſtantienſium fuerat: ùt teſtatur ipſe Bernaldus, ſeu Bernoldus in Chronico ſuo. *Anno M. LXXXVIII. Bernardus Conſtantienſium Magiſter ſcholarum, vir eruditiſſimus, in cauſa S. Petri ferventiſſimus, in Saxonia,* (nimirum, in monaſterio Corbeienſi) *ſub monaſtica profeſſione migravit ad Dominum.* De eodem Bernardo idem Bernoldus anno M. XCI. *Bernardus quoque Conſtantienſis Magiſter ſcholarum, cujus obitum ſuprà notavimus, multa nobis ſui ingenii monumenta reliquit; multáque pro Catholicis contra ſchiſmaticos ſui temporis elegantiſſimè ſcripſit.* Et poſt multa alia, quæ ſuprà teſtimonio decimo nono recitavimus, déque Bernardi hujus nimio zelo eò uſque progreſſo, ut excommunicatorum Sacramenta valere negaret; ſubdit Bernaldus. *Cæterum, ſi quis plenius hæc nôſſe deſiderat, ſcriptum cuiusdam ad eundem Bernardum de eâdem quæſtione directum, diligentiſſimè perlegat: in quo, teſtimoniis SS. Patrum evidentiſſimè docebitur, quid SS. Patres de illa quæſtione cenſuerint ſentiendum.* Quis eſt ille, *quidam*, cujus ſcriptum, antidoti loco, citat Bertoldus ſeu Bernoldus, niſi ipſemet Chronici illius ſcriptor, & auctor? Quod eſt hoc *ſcriptum*; niſi primus tractatus de Sacramentis excommunicatorum ad Bernardum deſtinatus: quem etiam *Præceptorem* appellat? Cui adde Apologeticum pro decretis Gregorij VII. & epiſtolam ad Bernardum, quam infrà invenies; in qua refellit epiſtolam Bernardi, quatenus à veritate abibat: ut proinde nullum amplius de Bernaldo, qui ſcribit, & de Bernardo, ad quem ſcribit, dubium ſuperſit.

Eiſengrinius in Catalogo teſtium veritatis profert alium Bernardum monachum S. Blaſii, in eôdem argumento adverſus ſchiſmaticos verſatum: ſic enim ſcribit: *Bernardus monachus de S. Blaſio natione Germanicus, vir ſacrarum literarum ſtudiis doctus, & inprimis eruditus, ingenio clarus, ac diſertus eloquio, ſide propugnator acerrimus, princeps ſuæ ætatis Philoſophorum ſacrarúmque literarum Doctor ſubtiliſſimus: ſcripſit apologeticas orationes contra ſchiſmaticorum objectiones, ad Adelbertum Spirenſem præpoſitum: in quibus præcipuè defendit, quòd ipſe & alii monachi S. Blaſij meritò ab excommunicatis abſtineant. Circumfertur & eiusdem de lege excommunicationis epiſtola, ad Adelbertum Argentinenſem Præpoſitum. De eâdem quoque re epiſtolæ duæ ad Rechonem quendam: & plura alia ſcripturarum ejus monimenta Eccleſiæ DEI profutura.* Hæc ille.

Adjungit epitome Geſnerianæ Bibliotheæ. *Ad Paulinum de emptione Eccleſiarum epiſtola. Epiſtola, ad quendam ſacerdotem de Othonis Epiſcopi Conſtantienſis reiectione, & alterius in locum ejus ſubſtitutione. De officio presbyterorum, ad Fratres in Rettenbach. Ad Uvalterum ſacerdotem tractatus de ſolutione juramentorum. Ad Reverendiſſ. Antiſtitem Gebehardum de excommunicatorum ordinatione, & ſalute parvulorum, qui ab excommunicatis baptizati ſunt, & aliis quibuſdam ad Concilium proximè futurum pertinentibus. Floruit circa annum Domini, M. LX. VI.*

Teſtatur eadem epitome hunc *Bernardum* in V. C. vocari *Bernaldum.* Et ubi de Bernoldo agit, ſic loquitur: *Bernoldus presbyter*

Ec-

Eccleſiæ Conſtantienſis ſcripſit ordinem Romanum lib. 1. & alia. Vixit anno, M. LX. Fortè hic eſt Bernaldus de S. Blaſio. Sed probabilius eſt, non eſſe. Nam Eiſengrinius Bernoldum Conſtantienſem diſtinguit à Bernardo de *S.* Blaſio. Et nuſquam ulla exſtant veſtigia, quòd Bernoldus, ſeu Bernaldus, cujus nunc ſcripta vulgamus, monaſticam vitam profeſſus fuerit. Quid ſi iſti ex Bernardo noſtro monacho Corbeienſi, priùs Magiſtro ſcholarum Conſtantienſium, cudiſſent nobis monachum S. Blaſii? Nam, ſi quis talis exſtitit, quî factum, ut fugeret Trithemium, qui nullum Bernardum de S. Blaſio agnoſcit? ſed, ſolùm Bernaldum presbyterum, & Bernardum Corbeienſem. Et cur, nullus Bernardus Corbeienſis apud Eiſengrinium comparet; ſed ſolus Bernardus de S. Blaſio? & Bernoldus presbyter Conſtantienſis? etſi in epitome Geſneriana comparet Bernardus Corbeienſis. Sed parum intereſt, licèt quis tres diverſos fuiſſe ſtatuat: dummodo Bernardum, ſeu Bernaldum de S. Blaſio cum noſtro Bernoldo, ſeu Bernaldo non confundat.

Cæterum Adalbertus, qui cùm Bernaldo duas epiſtolas, ad Bernardum Conſtantienſium ſcholarum Magiſtrum, & poſtea monachum Corbeienſem, miſit, non videtur eſſe alius, quàm ille, de quo Bernaldus ipſe in Chronico: *Doctor Adalbertus, facto, verbóque diſertus, jam XXX. annis mundo crucifixus, & in fine ad Evangelicam perfectionem perductus, migravit ad Dominum, tertio nonas Decembris.* Nempe Anno Domini M. LXXIX.

Alboinus, ad quem Bernaldus aliquot epiſtolas ſcribit, adeò placuit Illyrico, ut eum inter teſtes Lutheranæ veritatis poſuerit in ſuo Catalogo: *In fragmentis Aventini*, inquit Illyricus, *invenio Alboinum quendam, admodum doctum virum, qui ante CCCC. annos vixit, defendiſſe conjugium ſacerdotum.* Scilicet, quisquis caſtitati, ſeu continentiæ, & Apoſtolicæ ſedis ſanctionibus adverſatur, is derepentè vir doctus, & pius in Illyrici ſchola efficitur, etiam *absque* doctrina & pietate; aptúſque eſt, teſtari veritatem ſed Lutheranam & Calvinianam: Nam Alboinum fuiſſe non doctiſſimum, ſatis teſtantur ejusdem *malè tornatæ epiſtolæ*, ùt meritò à Bernaldo appellantur. Sat Præfationis. Jam opuſculorum Indicem ſubiiciamus; Et poſtea Bernaldum ipſum audiamus.

INDEX OPUSCULORUM
BERNALDI CONSTANTIENSIS PRESBYTERI.

I. *Tractatus de Sacramentis excommunicatorum juxta aſſertionem SS. Patrum.*

II. *Apologeticus de excommunicatione facta à Gregorio VII.*

III. *Synodus Romana ſub Gregorio VII.*

IV. *Epiſtola I. Bernaldi ad Alboinum de cælibatu ſacerdotum.*

V. *Reſponſio Alboini ad præcedentem Epiſtolam.*

VI. *Reſponſio Bernaldi ad Alboinum.*

VII. *Secunda Bernaldi reſponſio ad Alboinum.*

VIII. *Secunda reſponſio Alboini ad Bernaldum.*

IX. *Tertia reſponſio Bernaldi ad Alboinum.*

X. *Epiſtola reconciliatoria Alboini cum Bernaldo.*

XI. *Apologeticus Bernaldi pro decretis Gregorij VII. factis in Romana Synodo.*

XII. *Epiſtola Adalberti, & Bernaldi ad Bernardum Magiſtrum ſcholarum Conſtantienſium de Sacramentis excommunicatorum.*

XIII. *Reſponſio Bernardi ad præcedentem epiſtolam.*

XIV. *Alia Adalberti & Bernaldi ad Bernardum epiſtola.*

BERNALDI PRESBYTERI

TRACTATUS

DE

SACRAMENTIS

EXCOMMUNICATORUM IUXTA ASSERTIONEM SANCTORUM PATRUM:

NUNC PRIMUM EDITUS EX BIBLIOTHECA ADMODUM REVERENDI AC NOBILIS CAPITULI

Eccleſiæ Cathedralis Ratisbonenſis.

*RELIGIOSISSIMO SACERDOTI, AC, PRUDENTISSIMO PRÆCEPTORI BERNARDO IAM IPSIUS REGIS CUBICULUM*INGRESSO,*

BERNALDUS SOLO NOMINE PRESBYTER, NON MORIBUS: DEVOTISSIMÆ ORATIONIS ATQUE SERVITII CERTITUDINEM.

* *Quia Monaſticum ordinem Corbeiæ amplexus fuerat.*

A

DE Sacramentis excommunicatorum, unde jam dudum, ante multos annos multa ad invicem ſcripſimus, nec tamen eo tempore aliquam certitudinem invenire potuimus, tandem, quid Dei clementiâ parvitas noſtra invenerit, vobis libet intimare, veſtróque Examini præſentare. Non enim jam modò, ùt quondam, veſtri Examinis cenſuram ſubire timemus, ſed optamus, qui olim manum noſtram ferulæ veſtræ in ſcholis multoties ſubduximus.

Bernaldus diſcipulus Bernardi Conſtantienſium Scholarum Magiſtri, poſtea Monachi Corbeienſis.

Sententiæ Sanctorum Patrum de Sacramentis, quæ extra Eccleſiam Catholico more fiunt, diverſæ reperiuntur; quarum quædam eadem penitus annullare videntur, quædam autem, etſi recipi ea prohibeant, non tamen prorſus eorum confectionem denegant. Nam Beatus Leo Papa primus ſcribens Leoni Auguſto de Alexandrino Timotheo excommunicato: *Manifeſtum eſt*, inquit, *per crudeliſſimam, inſaniſſimámque* veſaniam* (in Alexandrina Sede) *omne illic cæleſtium Sacramentorum lumen extinctum. Intercepta eſt ſacrificij oblatio, defecit Chriſmatis ſanctificatio, & parricidalibus manibus* omnia ſe ſubtraxère myſteria.*

B

S. Leo I. Epiſt. 71. Decr. 2. p. c. 1. q. 1. c. 69.

* ſævitiam.

* impiorum.

Item B. Innocentius Papa ſcribens omnibus Epiſcopis de ordinationibus extra Eccleſiam, aſſerit dicens: *Qui honorem amiſit, honorem dare non poteſt, nec ille aliquid accipere, quòd nihil in dante remanſit, quod ille poſſet accipere.* Acquieſcimus, & verum eſt; quia quod non habuit, dare non potuit. Damnationem ergo quam habuit, per pravam manus impoſitionem dedit. Item Beatus Pelagius Papa Joanni Patricio ſcribens; *In Schiſmate*, inquit, *non conſecratur, ſed execratur Epiſcopus.* Item S. Gregorius Papa primus de ordinatione Maximi Salonitani Epiſcopi præſumptoris ſcribens; *Quam rem*, inquit, *nos nullo modo poſſumus dicere conſecrationem, quòd ab excommunicatis celebrata eſt.* Hæ nimirum ſententiæ videntur Sacramenta excommunicatorum proſcribere; cùm per manus eorum non conſecrationem, ſed damnationem, & execrationem adminiſtrari pronuncient.

B. Innocentius I. Epiſt. 27.

C

S. Gregorius Mag. lib. 3. Epiſt. 20. Ubi ſic verba præſentantur: Quam rem nos conſecrationem dicere nullo modo poſſumus, quæ ab excommunicatis hominibus eſt celebrata.

Sunt autem aliæ, quæ & extra Eccleſiam Sacramenta poſſe confici affirmant. Sicut illud B. Anaſtaſij Papæ ad Anaſtaſium Imperat. de Sacramentis Acacij. *Ideo hic* (Acacius) *cujus nomen dicimus reticendum, malè bona miniſtrando, ſibi tantùm nocuit. Nam inviolabile Sacramentum, quod per illum datum eſt, in aliis perfectionem ſua virtutis obtinuit, * ei autem obfuit.* Quod ſi eſt, aliquorum in tantum ſe extendit curioſa ſuſpicio, ut imaginentur, prolato à Papa Felice judicio, poſtea inefficaciter in Sacramentis,* quæ Acacius *uſurpavit, egiſſe; ac * proinde*

Anaſtaſius II. Epiſt. unica. ſub finem.

D

* *hoc ſupplevit editio Rom.*

* Quod cùm ita ſit *Ed. Rom.*

* perinde. *ſic. Rom. Ed.*

eos

A *eos metuere, qui vel in conſecrationibus, vel in baptiſmate myſteria tradita ſuſceperunt, ne irrita beneficia divina videantur, meminerint, in * hanc partem quoque ſimiliter tractatum prævalere ſuperiorem, quia non ſine uſurpatione ſacerdotij adjudicatus hoc egit; in quo virtutem ſuam obtinentibus myſteriis, in hoc quoque aliis, rea ſibi perſona non nocuit. Nam ad illum * pertinet quod tubâ Davidica canitur; Veruntamen Deus conquaſſabit capita inimicorum ſuorum, verticem capilli perambulantium in * delicijs ſuis. Nam ſuperbia ſemper ſibi, non aliis facit ruinam; quod univerſa ſcripturarum teſtatur autoritas: Sicut etiam per Spiritum ſanctum dicitur in Propheta: Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam. Unde cùm ſibi ſacerdotis nomen vin-* B *dicaverit condemnatus, in ipſius verticem ſuperbiæ tumor inflictus eſt; quia, non populus, qui in * miniſteriis donum ipſius ſitiebat, excluſus eſt: ſed anima ſola illa, quæ peccaverat, juſto judicio propriæ culpæ erat obnoxia.*

[* hac quoque parte. Ed. Rom.] [* pertinuit Ed. Rom. Pſal. 67.] [Ed. Rom. * delictis.] [Pſal. 100.] [* myſteriis. Ed. Rom.]

Item Beatus Auguſtinus Vincentio Donatiſtæ ſcribens; *Eccleſiæ*, inquit, *ſunt omnia Sacramenta Dominica, quæ ſic habetis, & datis, quomodo habebantur, & dabantur etiam, antequam inde exiretis. Non tamen ideo non habetis, quòd non eſtis ibi, unde ſunt, quæ habetis.* Et poſt pauca: *Nobiſcum eſtis in Symbolo, in baptiſmo, in cæteris Sacramentis: in ſpiritu autem unitatis & vinculo pacis: in ipſa denique Catholica Eccleſia nobiſcum non eſtis.*

C Sed hæ ſententiæ, etſi diverſæ, à veritate tamen deviare nuſquam probantur, ſi competenter intelligantur: Videlicet ſi ſuperiores ſententiæ ad effectum baptiſmi referantur, qui nuſquam eſſe poſſe extra Eccleſiam veraciter aſſeritur; & inferiores ad veritatem Sacramentorum referantur, quæ eadem integritate, & bonis & malis adeſſe creduntur; Ac ſi uno ore ipſi Sancti Patres nobis communiter dicerent. Extra Eccleſiam, nec ſunt, nec fiunt Sacramenta effectivè, id eſt, cum ſalute animæ; attamen eadem inutiliter, imò perniciosè, & eſſe, & fieri non denegamus. Si enim ea extra Eccleſiam eſſe vel fieri penitus denegarent, nullatenus eadem in reconciliatis rata haberent. Nam prædictus Papa Leo Clericos Hæreticorum D cum ordine recipi conceſſit, qui tamen omnia Sacramenta manibus damnatorum ſubtracta ſuperiùs aſſeruit. Item B. Innocentius, qui ordinationem Hæreticorum, non niſi damnationem eſſe prædixit, ordinationes Novatianorum cum Nicænis Patribus ratam eſſe probavit, cùm eum non reordinandum eſſe judicavit, ſed acceptum ordinem adminiſtrare permitteret. Item Nicænum Concilium Clericos Novatianorum cum ordine recepit. Itidem Africanum Concilium de Clericis Donatiſtarum fecit, videlicet, ut reconciliati ordinem utiliter adminiſtrarent, quem extra Eccleſiam ſine effectu, hoc eſt, ſine ſalute animæ, imò perniciosè percepiſſent. Hinc B. Auguſtinus E ſcribens ad Bonifacium de Clericis Donatiſtarum converſis; *Sint*, inquit, *in Eccleſia Clerici, ſint Epiſcopi utiliter, qui contra illam fuerunt hoſtiliter.* Omnes ſanè ejusmodi ſententias, quæ conſecrationem foris factam in tantum damnant, ut eam non niſi damnationem, ſive execrationem, & maledictionem dicant, non ad ipſa Sacramenta, ſed ad effectum eorum congruè referimus: ne eadem Sacramenta exſufflare videamur, quæ Sancti Patres in inconverſis integra eſſe docuerunt, cùm converſos non reordinarent, ſed foris acceptum ordinem adminiſtrare permitterent. F

Illud quoque quod B. Pelagius Papa ſcribens illuſtribus Viris, Viatori, & Pancratio dicit: *Corpus Domini non eſſe, quod Schiſmaticus conficit;* ita congruè intelligitur, ut ipſi non ſit Corpus Domini effectivè: Sicut è contrario in Miſſa oratur à Sacerdote, ut *fiat nobis Corpus Domini;* videlicet ad ſalutem animæ. Hinc & Sanctus Gregorius in 4. Dial. libro. *Tunc*, inquit, *verè pro nobis hoſtia Deo erit, cùm nos ipſos hoſtiam fecerimus.* Eſt quidem etiam peccatoribus, & indignè ſumentibus vera Chriſti Caro, verúsque ſanguis: ſed eſſentiâ, non ſalubri efficientia: de effectu, inquam, Sacramenti, non de ipſo Sacramento illud dictum competenter interpretamur, ne Beato Auguſtino contradicere videamur. Qui Eleuſio & Felici Grammatico ſcribens, etiam Donatiſtas, & G in diſſenſione, & in ſchiſmate ſacrificare teſtatur. Idem ad Bonifacium; *Hæretici*, inquit, *non quærunt Spiritum ſanctum niſi in Chriſti Corpore, cujus habent foris Sacramentum, ſed rem ipſam non tenent intus, cujus illud eſt Sacramentum, & ideò ſibi judicium manducant, & bibunt, unus enim panis Sacramentum eſt unitatis.*

[*Non extat in Edit. Rom.*] [*S. Gregorius 4. dialogorum cap. 59.*]

Hujuſmodi diſtinctionem inter Sacramentum, & ejus effectum, cùm quidam ex antiquis Patribus minùs attenderent, ad hoc devenerunt, ut & baptiſmum in hæreſi ſuſceptum, nihil eſſe putarent, beato Auguſtino atteſtante in lib. VI. contra Donatiſtas: *Nec ob aliud*, inquit *viſum eſt quibuſdam, etiam egregiis viris antiſtitibus Chriſti, inter quos præcipuè beatus Cyprianus eminebat, non eſſe poſſe apud Hæreticos vel ſchiſmaticos, baptiſmum* H *Chriſti, niſi quia non diſtinguebatur Sacramentum ab effectu, vel uſu Sacramenti; & quia ejus effectus, atque uſus in liberatione à peccatis, & cordis rectitudine apud Hæreticos non inveniebatur, ipſum quoque Sacramentum non illic eſſe putabatur*: Sed conſiderato eo, quòd & reprobi in Eccleſia ſine effectu Sacramenta habent, & tamen habent: itidem & ab his, qui extra Eccleſiam ſunt, eadem perniciosè haberi, & tamen haberi Paſtores Eccleſiaſtici cenſuerunt. Unde idem Doctor in tertio libro contra Donatiſtas: *Hæretici * habent*

[*S. Auguſt. lib. 6. de Baptiſmo contra Donatiſtas. cap. 1.*] [* tenent. *S. Auguſt. lib. 3. contra Dona-*]

tiſtas. cap. 19. ſeu ſub ſin. libri. Idem contra eoſdem lib. 4. c. 12. Idem ejuſdem operis, lib. 5. c. 19.

A *Sacramenta, & ſcripturas ad ſpeciem, non ad ſalutem.* Idem in quarto: *Nec foris, ſicut nec intus quiſquam, qui ex parte Diaboli eſt, poteſt vel in ſe, vel in quodam maculare Sacramentum, quod Chriſti eſt.* Item in quinto: *Deus adeſt Sacramentis, & verbis ſuis per qualeslibet adminiſtrentur; & Sacramenta Dei ubique recta ſunt; & mali homines, quibus nihil proſunt, ubique perverſi ſunt;* id eſt, intus, & foris.

Idem Epiſt. 167. ad Feſtum.

Idem ad quendam Feſtum: *Neque* inquit, *Sacramenta eorum* (Hæreticorum) *nobis inimica ſunt, quæ cum illis nobis ſunt communia; quia non humana ſunt, ſed divina. Proprius eorum error auferendus eſt, quem malè imbiberunt; non Sacramenta, quæ ſimiliter acceperunt; quæ ad pœnam ſuam portant, & habent, quantò* B *indigniùs habent, ſed tamen habent.*

Idem expoſition. in Epiſt. Joan. tractatu 7.

Idem in expoſitione ſuper epiſtolam S. Joannis: *Habere*, inquit, *baptiſmum, & malus poteſt; habere Prophetiam, & malus eſſe poteſt. Invenimus Saulem Regem habuiſſe Prophetiam, qui perſequebatur ſanctum David; & impletus eſt ſpiritu Prophetiæ, & Prophetare cœpit. Accipere Sacramentum corporis, & ſanguinis Domini & malus poteſt. Nam de talibus dictum eſt: Qui manducat, & bibit indignè.* (*1. Cor. 11.*) *Habere nomen Chriſti, & malus eſſe poteſt, id eſt, Chriſtianus vocari & malus eſſe poteſt. De quibus dictum eſt: Polluebant nomen Dei ſui.* (*Ezech. 36.*) *Ergò habere Sacramenta iſta omnia, & malus eſſe* C *poteſt; habere autem charitatem, & malus eſſe non poteſt.* Idem ad Emeritum * Hæreticum:

** Donatiſtam. S. Auguſt. Epiſt. 164. ſub finem.*

Vos, inquit, *mutamini ex ea parte, qua diſſentiebatis; quamvis Sacramenta, quæ habebatis, cùm eadem ſint in omnibus, ſancta ſint. Quapropter vos mutari volumus à perverſitate, id eſt, ut denuò radicetur veſtra præciſio. Nam Sacramenta, quæ non mutâſtis ſicut habetis, approbantur à nobis; ne fortè cùm veſtram pravitatem corrigere volumus, illis myſteriis Chriſti, quæ in veſtra pravitate depravata non ſunt, ſacrilegam faciamus injuriam.* Idem in lib. 1. contra Donatiſtas: *Sic & illa* (Sacramenta) *quæ ſchiſmatici, & Hæretici, ſi non aliter habent, nec aliter agunt, quàm vera Eccleſia, cùm ad nos veniunt, non emendamus, ſed approbamus.*

S. Auguſt. contra Donatiſtas lib. 1. c. 13.

Ex his ergo ſententiis evidentiſſimè declaratur, etiam extra Eccleſiam eſſe Dei Sa- D cramenta, cùm in converſis non iterentur, ſed potiùs rata eſſe judicentur. Eadem autem ratio, & de ordinatione, & de baptiſmo foris accepto tenenda eſt. Nam juxta Auguſtinum; *nulli Sacramento injuria facienda eſt.* Si diſcedit à malis, utrumque diſcedit; ſi permanet in malis, utrumque permanet; *aut enim converſus adminiſtrat, quod adminiſtravit, ſi hoc utilitas Eccleſiæ exegerit; aut, ſi non adminiſtrat; manus tamen ei inter Laicos non imponitur, eò quòd Sacramentum ordinationis obtineat.*

Quia igitur tam egregii Doctoris aſſertioni, & nos abſque ſcrupulo acquieſcere debemus. quem & Romani Pontifices juxta atteſtationem ſancti Cæleſtini Papæ inter Magiſtros, dum adhuc viveret, habuêre: cujus & opuſcula poſt mortem ejus pro authenticis recipienda Synodali judicio decrevêre. E Quapropter illud ſcriptum Muſici *Widonis*, quod ſub nomine Paſchalis Papæ honorâſtis, non in tantum attendere debemus, ut contra aſſertionem Præfati Doctoris Sacramenta ab Hæreticis uſurpata, temerè exſufflemus. Scribit enim ſatis improvidè de annullandis Simoniacorum Sacramentis, cùm piæ memoriæ Petrus Damiani Cardinalis Oſtienſis Epiſcopus religione, & eruditione nominatiſſimus, & in hujuſmodi cauſis ſagaciſſimus, non minùs per Simoniacos, quàm per alios Hæreticos Sacramenta decurrere probaverit in libro ſuo, quem *Gratiſſimum* cognominavit. Sancta quoque Romana Eccleſia nonnihil eos Sacramentorum habere demonſtravit, cùm in tempore Nicolai Papæ gratis ordinatos à Simoniacis, in acceptis ordini- F bus permanere conceſſerit. Quòd autem Simoniaci Sacramenta habere dicuntur, non ad honorem eorum, ſed ad contumeliam eſt referendum, cùm tantò magis ſacrilegi deputentur, quantò ſanctius eſt, quod contra fas, & jus uſurpare non verentur. Eò uſque tantùm humanam pravitatem inſequi debemus, ne juxta Auguſtinum divinis myſteriis ſacrilegam faciamus injuriam, quæ pravitate hominum nullo modo depravari potuerunt.

Wido, ſeu Guido Aretinus, qui ſcripſit libros de Muſica Vide Baron. Tom. II. Ann. 1022.

Sed & Sacramenta Neophytorum proſcribere non audemus, quorum ordinationes ſancti Patres ratas eſſe cenſuerunt, cùm eos acceptum ordinem adminiſtrare permitterent. Hinc beatus Leo Papa primus ſcribens ad Epiſcopos Mauritaniæ, eos, qui ex Laicis ordinati ſunt, in ordine conceſſit per- G manere. Item S. Ambroſius in ordine, quem Neophytus, utpote in octava die poſt baptiſmum accepit, usque ad finem vitæ Deo dignè divina Sacramenta miniſtravit. Hoc utique nec ipſe ſanctus Ambroſius faceret, nec alibi ſancti Patres fieri permitterent, ſi Neophytis Sacramentum ordinationis penitus defuiſſe crederent. Horum autem auctoritati illa exempla de annullatione hujuſmodi Sacramentorum anteponere non poſſumus, quæ non de antiquis, ſed recentioribus mutuâſtis temporibus, in quibus, inquam, temporibus, multa contra fas & jus uſurpata reperiuntur, quæ magis reſpuenda, H quàm in exemplum ducenda videntur. Ipſe etiam * *Romanus Pontificalis*, unde illa exempla protuliſtis, ſæpenumerò non ita facienda, quàm facta hiſtorica ſimplicitate præſcribit: nec ſolùm legitimas inſtitutiones, ſed & nonnullorum inconſideratas uſurpationes referre conſuevit. Unde non omnia, quæ in eo ſcripta leguntur, pro Eccleſiaſticis ſanctionibus recipere debemus: præſertim illa minimè, quæ à conſideratiſſimis antiquorum Patrum ſententiis deviare videmus;

S. Leo I. Epiſt. 87.

Paulinus in vita S. Ambroſii.

** Liber hiſtoricus.*

A mus; ex quibus vos duo exempla poſuiſtis, quæ Sacramenta neophytorum adeò profanant, ut ordinatos ab iis reordinandos cenſeant, quod & ipſis Apoſtolis eorúmque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus, aliiſque ſanctis Patribus adverſari non dubitatur. Ipſi enim Apoſtoli in ſuis Canonibus eos damnâſſe leguntur, quicunque ſecundam manus impoſitionem accepiſſe detegerentur. Item S. Gregorius Papa I. ſcribens Joanni Epiſcopo Ravennati: item prædeceſſores ejus Zozimus Papa, atque Bonifacius cum CC. XVII. ſanctis Patribus Carthaginenſis Concilii reordinationem, æquè ut rebaptizationem, damnavêre.

S. Gregor. Lib. 2. Epiſt. 32.

Quòd autem illi, qui ordinati ſunt neophyti Sacramentum ordinationis non minùs habeant, quàm Hæretici, ſuperiùs ſanctiſſimi Patres, Leo Papa, & Ambroſius, alter decreto, alter exemplo nos apertiſſimè docuerunt. Quicunque igitur ordinatos neophytos iterum ordinandos cenſuerit, proculdubio contra ſanctos Patres facit. Eodem modo & illa reordinatio reprobatur, quam Alefredus Hildesheimenſis Epiſcopus fecit in his, quos Ebo Rhemenſis Epiſcopus, ſed damnatus, ordinavit. Nam juxta Auguſtinum; * *ſi quis Epiſcopus pro aliqua culpa ab officio removeatur, Sacramento ſemel impoſito non carebit,* * *quod damnabiliter nihilominus dare, quàm habere poterit.* Sic & Acatius depoſitus, de quo ſuprà recuſimus, multos ordinavit, quos tamen beatus Anaſtaſius Papa integrum ordinationis Sacramentum ab eo percepiſſe, & ob hoc non reordinandos eſſe judicavit. Nullus autem damnatus, vel excommunicatus, ſibi de confectione Sacramentorum applaudat, imò in hoc cumulum ſuæ damnationis agnoſcat, cùm tantò ſceleratior, & ob hoc ſibi tantò pernicioſior exiſtat, quantò ſanctius reputat, quod ſacrilego auſu uſurpare non veretur. Nempe tolerabiliùs peccaret, ſi de altari corpus ſuum communi pane reficeret, quàm animam ſuam damnatoria communione interficeret. Nam juxta Apoſtolum;

B · C

* ſi quiſquam (ordinatus) *S. Auguſt. de bono conjugali. cap. 24.* * quamvis ad judicium permanente. *Anaſtaſius II. Epiſtola unica.*

E *qui* (Euchariſtiam) *indignè ſumit, judicium ſibi manducat, & bibit.* Indignè autem ſumit, qui nondum criminibus pœnitendo ſe purgavit; quem nec Canonica ſeveritas ad pœnitendum excitare potuit. In ordinationibus quoque quilibet damnatus minùs delinqueret, ſi nihil daret, quàm per Sacramentum ordinationis ordinato ſuam damnationem irrogaret. Et mirum in modum, dum eam alii irrogat, penitus ſibi ipſam non diminuit, ſed multiplicat. Nequaquam igitur damnati de pernicioſa uſurpatione Sacramentorum applaudant ſibi, cùm tanto irreparabiliùs ſeipſos condemnent, quantò ſanctiora ſunt, quæ dare, vel, accipere contra fas & jus ſacrilegè præſumunt. F

1. Cor 11.

Hinc ſanctus Gregorius Papa I. in Regeſto ſuo K. CC. XL. * partis ſecundæ, damnatum ſacerdotem priſtini officii uſurpatorem perpetua excommunicatione damnat, ut vix ei viaticum in fine vitæ concedat. Hinc ſancti Patres in Antiocheno Concilio * K. 4. cuilibet damnato, ſi aliquid de ſacro miniſterio attingeret, omnem ſpem reſtitutionis, vel locum ſatisfactionis pœnitentiæ denegaverunt; omnéſque ei infra damnationem communicantes ſub excommunicatione damnaverunt. Si ergo pro uſurpatione ſacri miniſterii tam acriter damnantur, qui ſolo officio privantur, quantò magis illi, qui officio & communione privati, talia præſumpſerunt indigni.

S. Gregor. Lib. 4. epiſt. 5. ad Gregorium Venantium Epiſcopum Lunenſem. * *Vide etiam d. 50. c. 10. Accedens.* * *Cap. vel Canone quarto.*

Caveant quoque & ipſi Catholici, ne aliquando Sacramenta à damnatis percipiant, ne ſe ſub excommunicationem ſanctorum Patrum ponant. Præcipuè autem de Sacramentis excommunicatorum caveant, quòd per hæc juxta atteſtationem ſanctorum Patrum, non ſalutem, ſed damnationem, & execrationem quilibet participantes accipiunt, quibus non dico in Sacramentis; ſed ſi in oſculo communicaverint, Canonicam excommunicationem ſubterfugere non poterunt. G

EIUSDEM BERNALDI
CONSTANTIENSIS PRESBYTERI
APOLOGETICUS
SUPER EXCOMMUNICATIONEM
GREGORII VII.

D · H

Sententiam excommunicationis, quam Dominus noſter Gregorius Papa VII. Apoſtolica autoritate promulgavit, nonnulli ſacrilega temeritate, quaſi irritam judicare præſumunt, séque in hoc, juxta atteſtationem ſanctorum Patrum, Apoſtolicæ autoritatis reos pernicioſiſſimè efficiunt. Sed in hac eorum præſumptione,

nec

Digitized by Google

A nec ipſi peccarent, nec alios peccare facerent, ſi cujuslibet Prælati in Eccleſia privilegium, non dico Romani Pontificis, primatum attenderent. Eſt enim generale privilegium hujuſmodi Prælatorum, juxta inſtitutionem ſanctorum Patrum, ut ſubditos judicent, nec ſubditi eorum judiciis temerè reſultent, quibus abſque omni contradictione ſecundùm Canones obedire debent. Scriptum eſt enim. *non eſt diſcipulus ſuprà Magiſtrum.* Et, *qui reſiſtit poteſtati, Deì ordinationi reſiſtit.* Et ſi hoc Apoſtoli de ſeculari poteſtate dixerunt: quid nos ſub Eccleſiaſtica poteſtate degentes agere debemus, ubi inobedientia, pro ariolatione, & Idololatria reputatur. Si ergò inobediens Eccleſiaſticæ poteſtati, ſcilicet divinæ ordi-

Matth. 10.
Rom. 2.
1. Reg. 51.

B nationi pro Idololatra meritò deputatur, quid de illo cenſendum eſt, qui eandem poteſtatem penitus abrogare conatur? Videat autem quilibet Prælatus, quam ſibi reverentiam à ſubditis exigat, nec eam Romano Pontifici denegare velit, à quo omnis Eccleſiaſtica poteſtas procedit. Nunquid enim ſuam poteſtatem ſtatim irritam fore judicabit, ſi qui tantùm ex ſubjectis ejus ita judicaverint? Nunquid ſtatim ſuam prælationem ipſe denegabit, ſi quidam ex ſuis ovi-

C bus eum pro Prælato habere noluerint? Nunquid ſuam Canonicam excommunicationem in ſubditos irritam arbitrabitur, ſi quidam tantùm eorundem ſubditorum hoc aſſerere conantur, qui * tantùm, eotenus ei, ùt legitimo paſtori, obedierunt, & ſententias ejus in alios ratas eſſe cenſuerunt? Nunquid ſententiam ſuam judicio ſubditorum retractari, nedum penitus annullari unquam patietur? Non planè. Ergò reverentiam, quam ipſe à ſubditis ſuis ſibi exigit, etiam ipſi Prælato ſuo, juxta ſtatuta ſanctorum Patrum, dependat, & præcipuè Epiſcopo Sedis Apo-

** tamen*

D ſtolicæ.

Hujus utique ſententiam ſancti Patres, nuſquam retractari, nedum annullari ab aliquo permiſerunt. Hinc beatus Nicolaus Papa primus omnibus Epiſcopis ſcribens; *Nemini*, inquit, *licitum eſt de ſedis Apoſtolicæ judicio judicare, aut illius ſententiam retractare permiſſum*, videlicet propter Romanæ Eccleſiæ primatum.

Item Beatus Gelaſius ad Epiſcopos Dardaniæ: *Cuncta*, inquit, *per Mundum novit Eccleſia*, * *quòd Sacroſancta Romana Eccleſia quorumlibet Epiſcoporum ligata poſſit abſolvere, & de omni Eccleſia fas habeat judicare, neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio.*

Item Sanctus Sylveſter Papa univerſalis Synodi judicio decrevit; *Nemo*, inquit, *primam ſedem judicabit: Neque enim ab Auguſto, neque ab omni Clero, neque à regibus, neque à Populo Judex judicabitur.*

Vide C. 17. q. 4. c. 30. Nemini. Ubi hoc ſcholiolum apponitur. Epiſtola, ex qua hoc cap. ſumptum eſt non extat: aliquid tamen ſimile habetur Epiſt. 1. ad Michaëlem. Imp.
B. Gelaſius. I. De hoc vide 9. q. 3. c. 107. & 108. Cuncta. Eſt alioquin Epiſt. 11. Edition. Rom.
S. Sylveſter I. cap. 20.

* *quoniam quorumlibet ſententiis ligata Pontificum, ſedes B. Petri Apoſtoli ius habeat reſolvendi: utpote quòd de omni Eccleſia fas habeat iudicandi, neque, &c. ſic Rom. editio.*

Beatus autem noſter Gregorius Papa, Canonicè quidem ordinatus, ùt ſancta Eccleſia Romana fideliſſimè teſtatur, ab omnibus Catholicis Judex univerſalis Eccleſiæ, & pro Romano Pontifice ſemper habebatur, quod & ipſi ejus excommunicati de eo judicaverunt, cùm ad ejus reconciliationem ſæpenumero recurrerint, licèt ad vomitum ſuum poſtea redire non timuerint. Nunquam ſanè aliquod crimen in illo, vel ab inimicis inventum eſt, vel probatum, quòd ſuſceptum ſibi illicitum faceret officium. Sed ſi quod tale crimen admiſiſſet, nunquid tandem inauditus, non confeſſus, nec convictus canonicè damnari poſſet, etiamſi ultimus Eccleſiaſtici ordinis extitiſſet? Nunquid enim legitimè officium ſuum exercerer, uſque dum Canonicè judicatus ab officio ceſſare iuberetur? Et, hoc utique Dominus noſter Gregorius Papa nequaquam abnuit, quin more cujuslibet Clerici dun- F taxat Canonicè audiretur. Et hoc privilegio Romani Pontificis incongruum eſſe videretur, Adverſarij autem ejus nec hoc unquam concedere voluerunt. Nam in tali examinatione & illum expurgandum, & ſe* contumelioſè criminationis inculpandos fore non dubitaverunt. Ergo ſententiam Apoſtolicæ autoritatis in apertiſſimos contumaces ab eo depromptam, nullus Chriſtianus irritam judicabit, qui Canonicis ſanctionibus ſanctorum Patrum contradicere noluerit. Ipſi enim & temerariam cujuslibet inferioris Epiſcopi duntaxat Catholici excommunicationem uſque ad Canonicam examinationem ratam eſſe cenſuerunt, ùt G in Sardicenſi Concilio c. 17. legitur.

Laus Gregorii VII.
E
Ab hoſtib. ſuis habitus & agnitus eſt pro legitimo Pontifice.
Innocentia vita ejus.
* contumelioſæ.

Nec illam excommunicationem noſter Apoſtolicus privatim deprompſit, ſed generali Synodo præſidens univerſali judicio Eccleſiæ jus ligandi, atque ſolvendi in perſona Petri acceptum ſemper obtinere à nullo fideli dubitatur, ùt ſanctiſſimi, atque fideliſſimi Patres noſtri, Cyprianus, Auguſtinus, atque Leo Magnus in ſcriptis ſuis docuerunt. Quicunque ergo ejus judicio in terra ligati ſunt, ipſi nihilo minus, & in cœlo ligati indubitanter creduntur. Quapropter omni poſtpoſita contradictione, illos quos Dominus noſter Gregorius Papa judicio univerſalis Synodi excommunicavit, & nos excommunicatos eſſe credimus, ne ipſis excommunicatis damnabiliores meritò judicemur, qui etſi H qualibet occaſione excommunicationi ſubjaceant, non tamen temerè ligamenta Eccleſiæ denegant. Nam procul dubio nefandius eſſe deputatur, quemlibet ipſam Eccleſiaſticam poteſtatem ligandi, atque ſolvendi non credere, quàm, ſalva fide, Eccleſiaſticis ſtatutis non obedire. Hinc S. Gregorius Papa Primus ad Theoctiſtam patritiam ſcribens teſtatur: *Ipſi*, inquit, *ſibi teſtes ſunt, quia Chriſtiani non ſunt. quia ligamenta ſancta Eccleſiæ,* * *vanis ſe exiſtimant conatibus ſolvere.*

S. Gregorius lib. 9. epiſt. 39.
* *variis Ed. Romana.*

Scien-

A Sciendum autem, quòd ſancti Patres pro excommunicatis habuerunt non ſolùm illos, qui poſt apertam eorum contumaciam ſpecialiter excommunicati ſunt: ſed & illos, qui jam factam excommunicationem incurrere non timuerunt, videlicet aut ſe in partem excommunicatorum conferendo; aut, quod ſub excommunicatione illis ſpecialiter prohibitum eſt, acceptando. Hinc S. Concilium Nicænum Arianos omnes, vel quisquis in banc peſtem, ſive conſenſu, ſeu communione decidiſſet, ùt B. Gelaſius Papa teſtatur, damnavit; quem morem & in aliis excommunicationibus ſuis ſancta mater Eccleſia obſervare conſuevit. Beatus quoque *S. Greg. lib. 3. epiſt. 20.* Gregorius Papa Primus, conſecratores Salonitani præſumptoris excommunicatos eſſe B declaravit, eò quòd ipſam conſecrationem ſub excommunicatione eis ſpecialiter interdictam facere tentaverint. *Quam rem nos*, inquit, *nullo modo poſſumus dicere conſecrationem, quæ ab excommunicatis celebrata eſt.* Sic utique quilibet Romani Pontifices pro excommunicatis habuerunt eos utique, quicunque aliqua ſub ſpeciali excommunicatione prohibita præſumpſerunt. Ergo & à nobis omnes huiusmodi meritò, ùt excommunicati, devitantur, uſque dum Eccleſiaſtico more reconcilientur. Sunt autem quatuor res, in quibus eos ſpecialiter devitare debemus, videlicet in ſalutatione, in oſculo, in *Calliſti I. epiſt. 2.* oratione, in convictu: *quòd*, ùt S. Calliſtus Papa teſtatur, *quicunque excommunicatis, vel* C *in his, vel in aliis prohibitis communicaverint, ſimili excommunicationi, juxta inſtitutionem Apoſtolorum, ſubjacebit.*

Pſal. 140. Variæ excuſationes eorum, qui cum excommunicatis communicabant. S. Auguſtinus, paſſim in libris contra Donatiſtas. Sed multi ad *excuſandas excuſationes in peccatis* multipliciter ſe excuſant, quòd excommunicatos vitare non debeant. Alii enim illam ſententiam beati Auguſtini prætendunt, quòd *communio malorum non maculet niſi conſentientes*: alii dicunt; *quòd Eccleſiaſticis paſtoribus, ſive eorum ſanctioni ſubjecti non ſint; eò quòd ſeculo penitùs abrenunciaverint*: alii *etiam ſibi obedientiam in Prælatum ſuum ſufficere putant, ne Canonicis inſtitutionibus obedire debeant.* Sed omnes bas excuſationes, quamvis ipſi Apoſtoli indubitanter, ùt prædictum eſt, annullaverint, cùm communionem excommunicatorum generaliter omnibus ſub excommunicatione, juxta atteſtationem S. Calliſti Papæ interdixerint, D nos tamen ſingulas, quàm frivolæ ſint, ſpecialiter demonſtrare, non pigebit. Et hoc utique periti Eccleſiaſticarum regularum facilè per ſe deprehendunt; nos autem ſimplicioribus tantùm fratribus in hoc ſatisfacere volumus, ut tantò ſtudioſiùs ab excommunicatis ſe abſtineant, quantò inexcuſabiliùs ſe in eorum communione maculari cognoſcant.

Refutatio excuſationum, quibus nonnulli communicationem cum excommunicatis defendebant. Illi ergo, qui ſententiam B. Auguſtini prætendunt, quòd communio malorum non E maculet niſi conſentientes, ad exaggerationem ſuæ excuſationis ſubinferre ſolent; *ſummopere ſibi crimina excommunicatorum diſplicere, nec ullo modo ſe eorum criminibus aſſentire, & ideo exteriorem eorum communionem non eis nocere.* Sed hæc ſententia beati Auguſtini, tantùm de communione malorum adhuc in unitate poſitorum, & nondum pro ſua malitia excommunicatorum deprompta evidentiſſimè ex verbis ipſius Auguſtini probatur. Ponit enim eandem ſententiam ſcribens ad Donatiſtas: *Quiſquis*, inquit, *in Eccleſia bene vixerit, nihil ei præjudicant aliena peccata; quoniam unuſquiſque proprium onus (in* *Gal. 5.* *ea) portabit. Sic & Apoſtolus dicit; Et quicunque (in ea) corpus Chriſti manducaverit in-* *1. Cor. 11.* *dignè, ſibi judicium manducat, & bibit. Cùm autem dicit; judicium ſibi manducat & bibit;* F *ſatis oſtendit, quòd non alteri judicium, ſed ſibi. Hoc nos egimus, & oſtendimus, & obtinuimus, quòd communio malorum non maculat aliquem participatione Sacramentorum, ſed conſenſione factorum. Nam ſi in factis malis non eis quiſquis conſentiat, portat malus cauſam ſuam, & perſonam ſuam, nec præjudicat alteri, quem in conſenſione mali operis, ſocium non habet criminis.*

Ecce apertiſſimè B. Auguſtinus non ſe hoc de excommunicatis dixiſſe manifeſtat, cùm de eo, qui in Eccleſia corpus Domini indignè ſumit, dicat. Nam ſuperiùs ad eoſdem Donatiſtas de excommunicatis præmiſit dicens: *Quiſquis à Catholica Eccleſia fuerit ſeparatus, quantumlibet laudabiliter ſe vivere exiſtimat, hoc ſolo ſcelere, quod à Chriſtianitate disjunctus eſt, non habebit vitam; ſed ira* *Ioan. 3.* *Dei manet ſuper eum.* Deinde, de his, qui G in Eccleſia ſunt poſiti conſequenter adiecit: *Quisquis autem in Eccleſia*, & reliq. ùt ſuprà diximus. Idem Eleuſio, & * Grammatino: **Felici Grammatico. S. Auguſt. epiſt. 162.* *Quibus*, inquit, *mali placent in unitate, ipſi communicant malis: quibus autem diſplicent, & eos emendare non poſſunt, ne ante tempus meſſis audeant Zizania eradicare, ne ſimul eradicent & triticum, non factis eorum, ſed altari Chriſti communicant, ita ut non ſolùm ab eis non maculentur, ſed etiam divinis verbis laudari, prædicarique mereantur; quoniam ne nomen Chriſti per horribilia ſchiſmata blaſphemetur, pro bono unitatis tolerant, quod pro bono æquitatis oderunt.* Et hoc utique de malis in unitate poſitis, non de excommunicatis evidentiſſimè ſonat.

Idem ad Emeritum: *Et illud*, inquit, *non* H *eſt tacendum, & cognitos malos bonis non obeſſe in Eccleſia, ſi eos à communione prohibendi, aut poteſtas deſit, aut aliqua ratio conſervandæ pacis impediat.* Et poſt pauca: *Manifeſtum eſt, non hoc effici hominem, quòd eſt malus quiſquam, cum quo ad altare Domini acceditur, etiamſi non ſit incognitus, ſi tantùm non approbetur, & à bona conſcientia diſplicendo ſeparetur.*

Idem in ſerm. 17. de Evangelio ſecundùm Matthæum de duobus cæcis: *In multis*, inquit,

A quit, *Sanctorum librorum locis apertiſſimè ſonat eſſe intus in Eccleſia & bonos & malos, quos ſæpè dicimus frumentum, & paleam.* Et de iiſdem ipſis malis, id eſt in unitate poſitis, quomodo boni non maculentur, in eodem ſermone ſubſequenter annectit: *Duobus modis*, inquit, *non te maculat malus; ſi non conſentias, & ſi redarguas, hoc eſt, non communicare, vel non conſentire. Communicatur quippe, quando facto ejus conſortium voluntatis, vel approbationis adpingitur. Hoc ergo nos admonens Apoſtolus ait: Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum.* Et infrà: *Non conſentientes ſitis malis, ut approbetis, neque negligentes ſitis, ut non arguatis, neque ſuperbientes, ut inſultantes arguatis, qui autem deſeruerit unitatem, violat charitatem, & quiſquis violat charitatem, quidlibet magnum habeat, ipſe nihil eſt*, juxta Apoſtolum. *1. Cor. 13.*

B Ideo in lib. de fide, & operibus: *Cùm per negligentiam præpoſitorum, ſive per aliquam excuſabilem neceſſitatem, ſive per occultas obreptiones invenimus in Eccleſia malos, quos Eccleſiaſtica diſciplina corrigere, aut coërcere non poſſumus, tunc ne aſcendat in cor noſtrum impia, & pernicioſa præſumptio, qua æſtimemus nos ab his eſſe ſeparandos, ut peccatis eorum non inquinemur, ac ita poſt nos trahere conemur veluti mundos, ſanctóſque diſcipulos à compage ſegregatos; veniant in mentem illa deſcriptionis ſimilitudines, & divina oracula, quibus demonſtratum, & pronunciatum eſt, malos in Eccleſia permixtos bonis uſque in finem ſæculi, tempúſque judicij futuros, & nihil bonis in unitate, & participatione Sacramentorum, qui eorum factis non conſenſerint obfuturos.*

Ecce quorum malorum communionem C B. Auguſtinus nobis non nocere aſſerit, videlicet eorum, qui in Eccleſia ſunt poſiti, nondum ab Eccleſiaſtico judicio ſeparati. Quòd ſi idem ipſe S. Doctor non tam ſignanter uſquequaque exprimeret, nos tamen illud nequaquam de excommunicatis intelligere deberemus, ne illum ipſis Apoſtolis, & ſanctis Patribus, ſibíque ipſi contraria dixiſſe, aſtrueremus. Ipſi enim Apoſtoli, eorúmque ſucceſſores, communionem excommunicatorum in tantum nocere docuerunt, quod & ſuprà notavimus, ut ſub excommunicatione eum damnarent, quicunque eis vel exteriùs communicare præſumerat. Nec hanc ſententiam B. Auguſtinus ignoravit, quam etiam in Concilio CC.XVII. Epiſcoporum ſua ſubſcriptione confirmavit. D Non ergo aliquis B. Auguſtinum pro defendenda communione excommunicatorum fruſtra in teſtimonium aſſumat, imò ei, ne eis ullo modo communicet, obediat, ne & ipſe, juxta ſanctorum Patrum ſtatuta, eidem excommunicationi ſubjaceat.

Refutatio alterius excuſationis. Qui autem ſe de excommunicatione vitanda excuſatos putant, *quaſi abrenunciantes ſeculo, Eccleſiaſticis paſtoribus ſive eorum ſanctionibus non ſubiaceant*, videlicet monachi, ſive quilibet religioſi, non ocioſè conſiderent, E quid de hoc ſanctum Chalcedonenſe Concilium deliberet. Ipſum enim generaliter omnes monachos per unamquamque civitatem, ſive regionem Epiſcopis ſubjectos fore decrevit, ipſóſque Eccleſiaſticis ſtatutis inobedientes anathematizavit. Hoc autem unum eſt ex illis quatuor Conciliis, quæ S. Gregorius aſtruit veneranda, ùt ſancta quatuor Evangelia; de quibus ad Patriarchas ſcribens teſtatur: *S. Greg. lib. 1. epiſt. 24.* *Cujuslibet*, inquit, *vitæ, atque actionis norma* * *exiſtat; quiſquis eorum* (hoc eſt, Conciliorum) *ſoliditatem non tenet, etiamſi lapis eſſe videatur, tamen extra ædificium jacet.* Et poſt pauca: *Se, & non illa deſtruit, quiſquis præſumit, aut ſolvere, quos ligant, aut religare, quos ſolvunt. Quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit.* Vidéſne, F quàm nulla religio quemlibet excuſare poſſit, quin Eccleſiaſticis ſtatutis obedire debeat, cùm quilibet inobediens extra ædificium jacere deputetur: etiamſi tam religioſus ſit, ut lapis eſſe videatur. Imò ipſa religionis prærogativa majori eum addicit damnationi, qui non tantò obedientior ſanctiſſimæ matri ſuæ Eccleſiæ extiterit, quantò religioſior haberi voluerit. Debent utique religioſi aliquid Eccleſiaſticis ſtatutis ſupererogare, non ipſa ſtatuta temerario auſu abrogare; alioquin tantò majus judicium ſubibunt, quantò in altiori gradu ſanctitatis poſiti, & ipſa communia præcepta non timent prævaricari. Eſt autem Apoſtolicum, & univerſale totius ſanctæ Eccle- G ſiæ præceptum, ut excommunicati devitentur. Ergo & quilibet religioſi hoc obſervare debebunt; alioqui majori damnationi, quàm etiam laici meritò ſubiacebunt.

* conſiſtit.

Refellitur tertia excuſatio. Sed & obedientia in Prælatum nos excuſare non poterit, quin Apoſtolicis ſtatutis neceſſariò obedire debeamus, ſi filii Eccleſiæ eſſe volumus. Hinc enim *obedientiarii* Eutychetis Conſtantinopolitani Abbatis cum ipſo Eutychete in Concilio Chalcedonenſi anathematizati ſunt, quòd magis eidem, quàm Apoſtolicis inſtitutis obedire delegerant. Subditi autem Neſtorii Præſulis Conſtantinopolitani à ſanctiſſima Synodo Epheſina laudati ſunt, quòd ipſi Apoſtolicis inſtitutis obedientes, proprio Epiſcopo reſtiterunt, & ob hoc etiam poſtea ex ejus poteſtate penitus emancipari meruerunt. H

B. Eutychianus Papa epiſt. 2. Hinc & B. Eutychianus Papa, & Martyr à B. Petro decimus ſeptimus in decretis ſuis, quæ martyrio conſecravit, veriſſimè proteſtatur; *quòd ſubditus, nec Epiſcopo, nec Abbati ſuo obedire debeat, ſi juſſerint ei, ut pro excommunicato Miſſas inſtituat.* Sed & B. Gregorius Papa I. Honoratum Salonitani Epiſcopi Archidiaconum, ſed ab Epiſcopo depoſitum, eodem nolente Epiſcopo in locum ſuum reſtituit, aliúmque eidem Hono-

rato

Digitized by Google

A rato jam ſubrogatum depoſuit, eò quòd ille ſuo Epiſcopo in tali ſubrogatione contra interdictum ſedis Apoſtolicæ obedierit. Idem quoque Apoſtolicus ſcribens Joanni Corinthiorum Epiſcopo, Paulum * Euſemium, Thomam, Clematium, clericos ab ordine depoſuit, eò quòd proprium eorum Epiſcopum accuſare non obedierunt; quorum tamen Paulum, & Clematium in priſtinum gradum poſtea reſtituit. Item ipſe ſcribens omnibus * Nichacii Concilii Epiſcopis firmiſſimè præcepit, ut Primatem ſuum Clementium de illatis criminibus cum omni ſolicitudine examinarent, ut audita ſi vera eſſent, ultione canonica reſecaretur; hoc terribiliter ſubinferens, quòd apud Deum eorundem criminum particeps exiſteret quicunque B eorum illa ſubtiliter indagare neglexiſſet.

* Euphemium.

* Byzacii. Vide S. Gregor. lib. 10. epiſt. 35.

Hæc & alia hujusmodi in Eccleſiaſticis ſanctorum Patrum ſtatutis ſufficienter invenire poteſtis, quæ nobis evidentiſſimè demonſtrant, quam obedientiam ſubjecti cujuslibet Prælati ad ſuperiorem poteſtatem debeant, quæ & ipſos damnare poterit, ſi vel Prælato ſuo contra ipſam obedierint. Non ergo aliquis obedientiam Prælati ſui ſuperfluè prætendat, quòd præcipuæ poteſtati, videlicet Apoſtolicæ, & Eccleſiaſticæ autoritati in devitandis excommunicatis obedire non debeat, imò tam ſubjectus, quàm Prælatus eos devitare ſtudeant, ne C eidem excommunicationi, juxta Apoſtolorum inſtitutionem, pariter ſubjaceant.

Refutatur excuſatio à multitudine excommunicatorum.

Sed & illi excuſationi, quam quidam ſimplices in noſtro tempore prætendunt, *quòd excommunicati jam in tantum abundaverint, ut nequaquam, aut vix devitari poſſint:* facilè reſpondetur, quòd difficultas evitandi, non negligentiam nutrire, ſed majorem cautelam ad devitandos excommunicatos debet nobis excitare. Quamvis enim difficilè videntur, non tamen pro nullo peccato reputare debemus, ſi eis contra Eccleſiaſtica Statuta communicaverimus, quæ juxta ſanctos Patres uſque ad ſanguinem defendenda cognovimus. Nam & quotidiana peccata non minùs pro peccatis reputamus, etſi ea nequaquam in hac vita devitare valeamus. Unde & quotidiana eis procurata ſunt remedia, orationum videlicet, & Eleemoſynarum, ut D quotidie amputaretur, quod quotidie malè pullulare videtur. Sic utique quotiescunque excommunicatorum communione maculamur, ſtatim ad pœnitentiam, & reconciliationem feſtinare debemus. Nam difficultas evitandi, aut parùm nos, aut nihil ad excuſationem juvabit, ſi nos ad præcavendum, & poſtea ad ſatisfaciendum negligentiores effecerit, quos in tali neceſſitate ad majorem diligentiam excitare debuerit.

* Quidam etiam ineptiſſimè ſe cum morte Domini noſtri Gregorij Papæ excuſant, quaſi excommunicationem Romani Pontificis poſt mortem ipſius obſervare non debeant. Sed hi audiant ligationem Romani Pontificis non minùs ratam reputari, quàm ſolutionem; quia B. Petro, & ſuis ſucceſſoribus à Domino jus ligandi eodem tenore, & firmitate, ùt ſolvendi conceſſum eſt. Solutio autem cujuslibet Apoſtolici, ſive in reconciliatione excommunicatorum, ſive in reſtitutione lapſorum etiam poſt mortem ſolutoris valere non dubitatur. Nunquid enim quilibet reconciliatus, ſive reſtitutus pro excommunicato, vel depoſito ſe ſtatim reputabit, poſtquam reconciliator ejus, ſive reſtitutor ejus obierit? Non credo. Si igitur ſolutio cujuslibet Catholici Paſtoris poſt mortem ipſius rata & obſervanda non dubitatur; F itidem neceſſariò & de ejus ligamento judicabitur. Videlicet, ut & poſt mortem ligatoris æquè permaneat ligatus, qui non fuerit Eccleſiaſtico more reconciliatus.

* Scripſit ergo Bernaldus hanc

E *Apologiam, mortuo jam Gregorio VII.*

Libet autem ſententiam B. Cypriani Martyris, & egregii Doctoris de communicatoribus excommunicatorum ſubnectere, ut ipſi perpendant, quàm periculosè ſibi ipſis ab eorum conſortio non caveant. Scribens enim ad Magnum Presbyterum: *Invenimus*, inquit, *in tali facinore non ſolùm duces, & auctores, ſed & participes pœnis deſtinari, niſi ſe à communione malorum ſeparaverint, præcipiente per Moſen Domino, & dicente; ſeparamini à tabernaculis hominum iſtorum duriſſimorum, & nolite tangere ab omnibus, quæ ſunt eis, ne ſimul pereatis in peccatis eorum; & quod comminatus per Moſen Dominus fuerat, implevit, ut quiſquis ſe à Chore, & Dathan, & Abiron non ſeparâſſet, pœnas ſtatim pro impia communione perſolveret. Quo exemplo oſtenditur, & probatur, obnoxios omnes & culpæ, & pœnæ futuros, qui ſe ſchiſmaticis contra Præpoſitos, & Sacerdotes irreligioſa temeritate miſcuerint.* G Caveant ergo omnes tam ſubjectus, quàm Prælatus, tam ſecularis, quàm religioſus à communione excommunicatorum, quòd nullus omnino excipitur, cùm omnibus hujusmodi communio ſub excommunicatione ab ipſis Apoſtolis interdicitur, & ſaltem cum excommunicatis perire timeamus, ſi nec pro reverentia Apoſtolicæ interdictionis eos devitare curamus.

S. Cyprianus epiſt. 76.

Num. 16.

Ipſi etiam communicatores excommunicatorum devitandi ſunt, etſi communio H eorum non ſub excommunicatione tam evidenter, ùt excommunicatorum nobis interdicta legatur. Nam in ſacris Canonibus ſæpenumero reperitur, ut, qui communicat excommunicato, excommunicetur. Nec tantùm ibi ſpecialiter adijcitur, ut & communicatoris communicator ſub excommunicatione damnetur: nempe multa, imò plura ſunt, quæ nuſquam vel ſub ſpeciali prohibitione, nedum excommunicatione, nobis prohibita leguntur, ùt carnem comedere

A dere in paraſceve, & alia hujuſmodi, quæ tamen pro ſola Fccleſiaſtica conſuetudine neceſſariò devitamus, ne juxta Auguſtinum ad Caſulanum Presbyterum, ùt prævaricatores divinæ legis judicemur. Si ergo plurima pro ſola Eccleſiaſtica conſuetudine devitamus, quantò magis illud, quod à ſanctis Patribus & ſi non ſub excommunicatione, tamen firmiſſimè proſcriptum cognovimus, ſcilicet ne communicatorihus excommunicatorum communicemus. Nam beatus Gelaſius Papa, qui & aliorum ſanctorum Patrum ſcripta Apoſtolica auctori-
B tate *canonizavit, ſcribens ad Epiſcopos Dardaniæ, hanc ſententiam promulgavit: *Nihil*, inquit, *nobis commune cum hominibus communionis externæ*, in his præcipuè rebus, quas ſancti Patres nobis prohibuiſſe cognovimus. Idem in ſequentibus: *Quid juvat, ſi quis alicui evidentiori Hæretico non communicet, & his tamen communione jungatur, qui ab illius non ſunt communione diverſi?*

*id eſt, authentica declaravit, & ab apocryphis ſejunxit. Gelaſii I. epiſt. 11.

Ne quis autem hanc ſententiam quaſi minùs ratam contemnat, eò quòd pœnam excommunicationis ſpecialiter adſcriptam non habeat, diligenter attendatur, quid B. Nicolaus Papa I. in generali Synodo præſi-
26.q.1.c.18. dens generali ejuſdem Synodi judicio decernat. *Sed ſi quis*, inquit, *dogmata, manda-*
C *ta, interdicta, ſanctiones, ſive decreta à Præſule ſedis Apoſtolicæ promulgata contempſerit, anathema ſit.* Nec hoc utique ſancti Patres neceſſarium fore judicaverunt, ut ſingula quæque prohibenda ſingulari excommunicatione prohiberent, cùm ſæpiſſimè omnium Eccleſiaſticarum inſtitutionum violatores ſub generali damnatione multarent. Sed & ipſa Eccleſiaſtica conſuetudo ſententiam beati Gelaſii Papæ obſervare conatur, *quæ communicatorem excommunicati recipere non ſolet, niſi reconciliatum. Nihil autem firmius eſt tenendum*, ùt S. Auguſtinus teſtatur, *quàm illud, in quo veritas conſuetudini ſuffragatur.*

Ideo autem ſancti Patres hujuſmodi communicatores devitari voluerunt, quòd ipſos quaſi à ſeipſis damnatos habuerunt. Sic præfatus Apoſtolicus Acacium, recepta communione Petri, ſe ipſum damnâſſe teſtatur. Unde & beatus Felix Papa in ipſa
D ſententia, qua Acacium anathematizavit, hoc ſignanter appoſuit. *Habe ergo cum his, quos libenter amplecteris, portionem*: hoc eſt, cum excommunicatis: Ac ſi diceret. Non tam novam excommunicationem ſuper te fecimus, quàm veterem, qui te ipſum communicando excommunicatis innodâſti, confirmamus. Nec hoc ſanè negligenter inſpiciendum, quòd B. Gelaſius tam expreſſè ſubjecit, cur Apoſtolica ſedes Acacium communicatorem Petri refutaverit: *Beati*, inquit, *Petri ſedes ne per Acacium in Petri conſortium duceretur, ipſum quoque à ſua communione ſubmovit.* Idem Anaſtaſio Imp. *Poſtquam Acacius communionis externæ factus eſt, non potuit,* E
niſi à Catholica, & Apoſtolica mox ſocietate præcidi, ne per eum ſi vel paululum ceſſaremus, nos quoque videremur ſubiiſſe contagia perfidorum. Et paulò ſuperiùs: *Non poteſt*, inquit, *quilibet perverſitatis communicatore ſuſcepto, non pariter perverſus probari, nec poteſt refutari perverſitas complice perverſitatis admiſſo.* Vidéſne, quàm neceſſariò hujuſmodi communicatores devitemus, ne & nos per eorum conſortium contagia perfidorum ſubiiſſe judicemur? Si quis autem hæc omnia latiùs conſiderare deſiderat, ſcripta ejuſdem Apoſtolici ad diverſos de anathemate Acacii non tranſitoriè le- F
gat, quæ ſi fideliter perlegerit, nulla ei ampliùs de vitandis communicatoribus excommunicatorum dubitatio remanebit.

Gelaſius I. epiſt. 10.

Accipiant ergo ſæpè dicti communicatores ſanum conſilium, & feſtinent ad Eccleſiaſticam reconciliationem, nec Catholicam ſinceritatem externa communione, juxta B. Gelaſium, commaculent; aut ſi ipſi ſuam ſalutem neglexerint, nos tamen, qui Catholici ſumus, nobis ab eorum commaculatione caveamus.

In Simoniacorum cauſis.

G
Judicium aquæ frigidæ non recipimus, nèc eorum teſtimonium, qui eidem morbo conſentiunt, ſed religioſorum fratrum, qui eidem ſceleri ſtudio, & voluntate reſiſtunt. *Qui tamen teſtes non per aquam frigidam, ſed per ignitum ferrum, vel ferventem aquam ſunt acquirendi.

Simoniaci non admittuntur ad judicium, ſi probabiles perſonæ, etiam Laicorum, vel fœminarum precium ſe ab eis recepiſſe teſtantur. Nec aliud eſt pro manifeſtis venire ad judicium, niſi tentare Dominum. Unde & fallimur multotiens in talibus; *quia Deus longè eſt ab his, qui tentant illum.*

*Sequebantur hæc in M.S. Cod. quæ nec ad antecedentia, nec ad ſubſequentia pertinent. Non omiſimus tamen, ut omnia codicis bona fide repræſentaremus. *Omnes iſtæ probationes à ſacris Canonibus prohibentur, ut patet in Decretalibus tit. de purgatione vulgari. Sap. 1.*

Per multos jam annos regni Teutonici latitudo ab Apoſtolicæ ſedis unitate diviſa eſt. In quo nimirum ſchiſmate tantum periculi factum eſt, ut quod cum dolore dicimus, vix pauci Sacerdotes, aut Clerici Catholici in tanta terrarum latitudine reperiantur. Tot igitur filiis in hac ſtrage jacentibus Chriſtia- H
næ pacis neceſſitas exigit, ut ſuper hos materna Eccleſiæ viſcera aperiantur. Patrum itaque noſtrorum exemplis, & ſcriptis inſtructi, qui diverſis temporibus Novatianos, Donatiſtas, & alios hæreticos in ſuis ordinibus ſuſceperunt, præfati regni Epiſcopos in ſchiſmate ordinatos, niſi aut invaſores, aut Simoniaci, aut criminoſi comprobentur, in officio Epiſcopali ſuſcipimus. Idipſum de clericis cujuſcunque ordinis conſtituimus, quos vita, ſcientiáque commendat.

SYNO-

SYNODUS ROMANA
SUB GREGORIO VII. CELEBRATA.

Extat hæc Synodus plenior & perfectior Tomo. 3. ep. Decret. fol. 761. Item Tomis Conciliorum editionis recentioris Colonienſis Tom. 3. parte altera pag. 1284. & 1285. & ſequent. Notand. deinde: eadem hæc capita non ita reperiri in locis & libris jam allegatis. Illic enim & alia, & pleniora. Et tamen decreta hujus Concilii Romani ritè reſpondent illis M. SS. hujus capitibus.

INDEX CAPITUM.

Cap. I. *De invaſoribus prædiorum Eccleſiaſticorum.*
II. *De Nortmannis invadentibus prædia Monaſterii B. Benedicti Montis Caſſini.*
III. *De inveſtituris Eccleſiarum à Laica manu ſuſcipiendis.*
IV. *De non vendendis Præbendis, Archidiaconatibus, Præpoſituris.*
V. *Quæ ſint falſæ ordinationes.*
VI. *Quæ ſint falſæ pœnitentiæ.*
VII. *Ne Laici decimas poſſideant, etiam ab Epiſcopis conceſſas.*
VIII. *De Jejunio Sabbati.*
IX. *Ut nullus Abbas decimas, & primitias detineat.*
X. *De non gravandis Abbatibus, & Clericis ab Epiſcopo.*
XI. *De prædiis B. Petri reſtituendis cum pœna quadrupli.*
XII. *Ut Epiſcopus, qui non prohibuerit fornicationes Clericorum, ab officio ſuſpendatur.*
XIII. *Ut omnis Chriſtianus procuret ad miſſarum ſolemnia aliquid Deo offerre.*

A Anno Incarnationis M. LXXVIII. Synodus magna in urbe Roma celebrata eſt, ob plurimas ſanctæ Eccleſiæ neceſſitates, præſidente Domino Gregorio VII. Papa cum multis Epiſcopis, & Clericis ex diverſis provinciis. In eadem ſynodo hæ ſententiæ decretales conſenſu & ſubſcriptione univerſali datæ ſunt.

Hæc Decretorum hujus Synodi inſcriptio, plenius extat tam in Tom. 3. Decretal. Ed. Rom. quàm edit. Concilior. recent.

Cap. I. Quicunque militum cujuſcunque ordinis vel profeſſionis prædia Eccleſiaſtica à rege, ſeu ſeculari Principe, Epiſcopis, ſeu Abbatibus, aut ab aliquibus Eccleſiarum rectoribus ſuſceperit, vel ſuſcepit, vel invaſit, vel invaſerit, vel ex eorum conſenſu tenuerit, niſi eadem prædia Eccleſiis reſtituerit, excommunicationi ſubjaceat.

In Marg. Cod. M. S. hæc erant. Ex Regeſto S. Gregor. Papæ. Rationis ordo non patitur, ut res Monaſteriorum vel aliarum Eccleſiarum ad ſuum arbitrium laica poteſtas vendicare debeat.

Cap. II. Si quis Nortmannorum prædia Monaſterii Beati Benedicti montis Caſſini invaſerit, vel quaſcunque res ejuſdem monaſterii injuſtè abſtulerit, & bis, vel ter admonitus, non emendaverit, excommunicationi ſubjaceat, donec reſipiſcat, & Eccleſiæ ſatisfaciat.

B

Cap. III. Quoniam inveſtituras Eccleſiarum contra ſtatuta ſanctorum Patrum à Laicis perſonis in multis terrarum partibus fieri cognovimus, & ex eo plurimas in Eccleſia perturbationes * eſſe, imò ruinas religionis ſanctæ oriri, ex quibus ipſa Chriſtianæ cenſuræ dignitas conculcatur, perſpeximus, decernimus, ut nullus Clericorum inveſtituras Epiſcopatus, vel Abbatiæ, vel Eccleſiæ (ſeu Præpoſituræ, vel alicujus Clericalis dignitatis) de manu Imperatoris vel Regis, vel alicujus Laicæ perſonæ, viri, vel fœminæ ſuſcipiat. Quòd ſi præſumpſerit, recognoſcat inveſtituram illam Apoſtolica auctoritate irritam eſſe, & ſe uſque ad dignam ſatisfactionem excommunicationi ſubjacere. C

** oriri, ex quib. Chriſtiana religio conculcatur, decernimus, &c. ſic. Rom. Ed. & Concil. recent. hæc parentheſi concluſa, comparent in ſolo M. SS. & ritè.*

Cap. IV. Si quis Epiſcopus Præbendas, Archidiaconatus, Præpoſituras, vel aliqua officia Eccleſiaſtica vendiderit, vel aliter, quàm ſtatuta ſanctorum Patrum præcipiunt, ordinaverit, ab officio ſuſpendatur. Dignum eſt enim, ut ſicut gratis Epiſcopatum accepit; ita membra ejuſdem Epiſcopatus, vel dignitatis gratis diſtribuat.

Ex decretis ſancti Urbani Papæ: Quiſquis res Eccleſiaſticas, quæ Dei dona ſunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelib. Deo donantur, quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent, propter ſua lucra vendit vel emit; cum eodem Simone donum Dei pecunia poſſideri exiſtimat. *Hæc in M.S. ad Marg. notantur.*

Cap. V. Ordinationes, quæ interveniente precio, vel precibus, vel obſequio alicujus perſonæ ea intentione impenſo, vel quæ non communi conſenſu Cleri, & populi, ſecundùm Canonicas ſanctiones fiunt, & ab his, ad quos conſecratio pertinet, non comprobantur, * falſas, & irritas eſſe dijudicamus. Quoniam qui aliter ordinantur, non per oſtium, id eſt, per Chriſtum intrant, ſed ùt ipſa veritas teſtatur, fures ſunt, & latrones.

Joan. 10.

Cap. VI. Falſas pœnitentias dicimus, quæ non ſecundùm auctoritatem ſanctorum Patrum pro æqualitate criminum imponuntur. Ideóque quicunque miles, vel negociator, vel alicui officio deditus, quod ſine peccato exerceri non poſſit, culpis gravioribus irretitus ad pœnitentiam venerit, id eſt, qui bona alterius injuſtè detinet; vel, qui odium in corde gerit, recognoſcat, ſe veram pœnitentiam non poſſe peragere, per quam ad æternam vitam valeat pervenire, niſi miles arma deponat, ulteriúſque ea niſi aut conſilio religioſorum Epiſcoporum pro defendenda juſtitia non ferat; & negociator negocium derelinquat; & officialis officium deſerat, bona, quæ quilibet illorum injuſtè abſtulit, reſtituat, & odium ex corde dimittat. Nec tamen deſperet, interim quidquid D

E 2 boni

A boni facere poterit, hortamur, ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius ad pœnitentiam illuſtret.

Cap. VII. Decimas, quas in uſum pietatis conceſſas eſſe Canonica auctoritas ſancivit, à Laicis poſſideri Apoſtolica auctoritate prohibemus. Sive enim ab Epiſcopis, vel Regibus, vel quibuslibet perſonis in proprietatem eas acceperint, niſi Eccleſiæ reddiderint, ſciant ſe ſacrilegii crimen admittere, & ob id æternæ damnationis periculum incurrere.

B *Cap. VIII.* Quia dies Sabbati apud ſanctos Patres noſtros in abſtinentia celebris eſt habitus, nos eorundem auctoritatem ſequentes, ſalubriter admonemus, ut quicunque ſe Chriſtianæ religionis participem eſſe deſiderat, ab eſu carnium eadem die, niſi majore feſtivitate interveniente, vel infirmitate impediente, abſtineat.

Moyſes in Levitico. omnes decimæ terræ ſive de fructibus, ſive de pomis arborum Domini ſunt, & illi ſanctificantur. *Et iterum:* Poſſeſſio conſecrata Domino, ad jus pertinet Sacerdotum. *Hæc in margine M. S.*

Cap. IX. Ut nullus Abbas decimas, & primitias, & reliqua, quæ ſecundùm ſtatuta Canonum ad Epiſcopos pertinent, ſine auctoritate Romani Pontificis, ſeu Epiſcopi conſenſu, in cujus diœceſi habitat, detineat, Apoſtolica ſanctione firmamus.

Cap. X. Nullus Epiſcopus gravamen, ſeu C ſervile ſervitium ex uſu contra Eccleſiaſticam normam Abbatibus, ſeu Clericis ſuis imponat, vel interdictum ſacerdotale officium, precio interveniente, reſtituat. quòd ſi fecerit, officij ſui periculum ſubeat.

Cap. XI. Si quis prædia B. Petri Apoſtolorum Principis ubicunque poſita in proprietatem ſuam uſurpaverit, vel ſciens occultata non propalaverit; vel debitum ſervitium exinde S. Petro non exhibuerit; recognoſcat ſe iram Dei, & ſanctorum Apoſtolorum, velut ſacrilegum incurrere. Quicunque autem in hoc crimine deprehenſus fuerit, eandem hæreditatem B. Petro reſtituat, & pœnam quadrupli de propriis * perſonis perſolvat.

** bonis. Sic reſtituendum videtur ex editis.*

Cap. XII. Si quis Epiſcopus fornicationi Presbyterorum, Diaconorum, ſeu Subdiaconorum, vel crimini inceſtus in ſua pa- D rochia, precibus, vel precio intervenientibus, conſenſerit, vel commiſſa auctoritate, ſui officij non impugnaverit, ab officio ſuſpendatur.

Cap. XIII. Ut omnis Chriſtianus procuret ad Miſſarum ſolemnia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moſen dixit: *Non apparebit in conſpectu meo vacuus.* Etenim in collectis Miſſalibus ſanctorum Patrum liquidò apparet, quòd omnes Chriſtiani ex uſu ſanctorum Patrum Deo *aliquid offerre debent.* *Exodi 23.*

In eadem Synodo ſententia anathematis data eſt in omnes Simoniacos & Nicolaitas Hæreticos, qui in erroris ſui ſecta indurati ſynodalibus ſanctorum Patrum definitionibus, & decretalibus eorum ſtatutis ſcienter E inobedientes, Apoſtatarúmque pertinacia eis recalcitrantes, ſtudio, & voluntate refragantur. Multa etiam ad utilitatem Eccleſiæ præter iſta illic promulgata ſunt, quæ nunc recenſere non eſt temporis. Actum in Eccleſia Domini Salvatoris Lateranenſi V. Idus Novembris. Indictione prima.

De falſis Pœnitentiis.

Præterea admonemus omnes, qui æternæ damnationis pœnas evadere, & veræ beatitudinis gloriam cupiunt intrare, ut à falſis ſibi caveant pœnitentiis. Sicut enim falſum baptiſma non lavat peccatum originale: ita F poſt baptiſmum falſa pœnitentia non delet nefas commiſſum: ideóque valde neceſſarium eſt, ut qui ſe aliquod grave crimen commiſiſſe cognoſcit, animam ſuam prudentibus, è religioſis viris committat, ut per veram pœnitentiam certam peccatorum ſuorum conſequatur veniam. Hæc eſt enim vera pœnitentia, ut poſt commiſſum alicujus gravioris criminis, utpote meditati homicidij, & ſponte commiſſi, ſeu perjurij pro cupiditate honoris, aut pecuniæ facti, vel aliorum bis ſimilium; ita ſe unuſquiſque ad Deum convertat, ut relictis omnibus iniquitatibus ſuis: deinde in fructibus bonæ operationis permaneat. Sic enim Dominus G per Prophetam dicit: *Si converſus fuerit impius ab impietate ſua, & cuſtodierit univerſa mandata mea: vita vivet, & non morietur.* In quibus verbis manifeſtè datur intelligi, quomodo qui aliena bona diripiunt, & ea, cùm poſſint reddere, vel emendare noluerint, vel qui arma contra juſtitiam portaverit: aut odium in corde retinet, vel qui hujus mundi negociationibus, aut officiis implicitus fuerit, quæ ſine fraude, ſine falſitate, ſine invidia, ſine deceptione fratrum exerceri non poſſunt; nec ad Deum converſus, nec de perpetratis facinoribus veram pœnitentiam facere eredendus eſt. Unde inter omnia vos hortamur, atque monemus, ut in accipiendis pœnitentiis non ad illos curratis, in quibus, nec religioſa vita, H nec eſt conſulendi ſcientia, qui animas hominum magis ad interitum quàm ad ſalutem ducunt, teſte veritate, quæ ait: *Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt:* Sed ad eos, qui religione, & ſcripturarum doctrina inſtructi, viam veritatis, & ſalutis vobis oſtendere valeant.

Quæ ſequuntur, etiam à beato Gregorio VII. decreta eſſe, ſatis patet.

Ezech. 18.

Matth. 15.

Quotiens defuncto paſtore alicujus Eccleſiæ alius eſt & Canonicè ſubrogandus, Clerus, & Populus, remota omni ſeculari ambitione, timore, atque gratia: Apoſtolicæ Sedis, vel Metropolitani ſui conſenſu paſtorem ſibi eligat ſecundùm Deum. Quòd ſi corruptus aliquo vitio aliter agere præſumpſerit,

A ſerit, electionis perperam factæ omni fructu carebit, & de cætero nullam electionis poteſtatem habebit. Electionis verò poteſtas omnis in deliberatione Sedis Apoſtolicæ, ſive Metropolitani ſui conſiſtat: *Si enim is, ad quem conſecratio pertinet, non ritè conſecrando*, teſte B. Leone, *gratiam benedictionis amittit*, conſequenter, *qui ad pravam electionem declinaverit, eligendi poteſtate privabitur.* E

INCIPIT UTILIS ALTERCATIO DUORUM SUPER QUODAM CAPITULO, DE INCONTINENTIA SACERDOTUM.

DOMINO, AC VENERANDO SACERDOTI ALBOINO SCIENTIA, ET MORIBUS ADORNATO, BERNALDUS BONUM INDEFICIENS, QUOD EST CHRISTUS.

B Cùm proximè ſimul eſſemus, & verba de Canonum ſanctionibus ad invicem conferremus, aliquantulum de capitulo Nicæni Concilij diſſenſimus. Cùm enim inter nos, ùt recolis, de prohibenda Sacerdotum incontinentia ſermo * conſereretur, quæ in tertio ejuſdem Concilij capitulo adeò prohibetur, ne ſaltem clerici debeant habitare cum fœminis nulla conſanguinitate propinquis; tu quoddam aliud caput ex Eccleſiaſtica hiſtoria, quæ dicitur *Tripartita*, protuliſti, quod quendam Paphnucium teſtatur in eodem Concilio ſurrexiſſe, & à tota Synodo ſacerdotibus, ut dormirent cum uxoribus ſuis, licentiam impetrâſſe. Inſuper etiam idem C ipſum capitulis Nicæni Concilij minùs conſideratè annumerâſti.

* *f. conferretur.*

Hiſt. Eccl. Tripart. lib. 2. *cap.* 14.

· Unde non parùm doleo de te tantæ indolis viro, in ſacris literis tam erudito, quòd hoc unquam excellentiſſimo Concilio juxta ſanctum Gregorium, æquè ùt Evangelium venerando, aſſignare non dubitâſti, quod nec ultimum, imò nullum inter Canonica Capitula babet locum, videlicet quod Apoſtolicæ, & Evangelicæ adverſatur doctrinæ. Nam ipſe Princeps Apoſtolorum in epiſtola ſua, etiam laicis præcipit, ut parcant uxoribus ſuis, ne impediantur orationes earum. Cui & ipſum vas electionis Paulus concordat dicens: *Abſtinete vos ad tempus, ut vacetis orationi.* D Si igitur Laici, die, quo volunt orare, prohibentur ab opere conjugali, liquidò conſequitur, ut ſacerdotes, quibus quotidianum eſt officium orandi, vel ſacrificandi, vel baptizandi, nunquam à die ordinationis ſuæ conjugibus ſuis debeant commiſceri.

1. *Pet.* 3.

1. *Cor.* 7.

Hanc autem continentiam ab ipſis Apoſtolis, Sacerdotibus, & Levitis eſſe indictam teſtatur Aurelius Carthaginenſis Archiepiſcopus in Concilio generali CC. XVII. Patrum, cui egregius Doctor Auguſtinus interfuit, verè ipſius ſacræ Scripturæ armarium. F Deliberat enim prædictus Archiepiſcopus ita dicens: * *Placet, ut Sacerdotes, & Levitæ, vel qui Sacramentis divinis inſerviunt, continentes ſint in omnibus, quò poſſint ſimpliciter, quod à Deo poſtulant, impetrare, ut quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus.* Quod conſtitutum à Legatis Apoſtolicæ Sedis Fauſtino venerabili Epiſcopo, & ab omnibus Epiſcopis unanimiter cum ſubſcriptionibus eſt confirmatum. Item ipſa veritas affirmat in Evangelio dicens: *Amen dico vobis, niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quàm Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Juſtitia autem veterum erat, ut Sacerdotes anno vicis ſuæ, dum nondum vera, ſed umbratica tantùm ſacrificia celebrarent, non ſolùm ad uxores, ſed & ad domos ſuas venire penitus vitarent. G Hanc igitur veterum juſtitiam, quicunque ex modernis Sacerdotibus non dico ſuperare, ſed ſaltem imitari contendit, nunquam poſt ordinationem ſuam ad conjugale opus redibit, cùm nulla dies prætereat, qua à ſacerdotali officio vacare debeat.

* *Vide Concilium Africanum ſub Bonifacio* 1. *& Cæleſt.* 1. *Pontif. can.* 37. *diſt.* 32. *c.* 13. Placuit. *Vide etiam diſt.* 83. *c.* 4. Cùm de quorundam. *Ubi verba hujus Can. aliter paulum babent: ſicut & in Conc. recent editis. ſenſus eſt aliquis concors.*

Matth. 5.

Amplius, Sancta, & Veneranda Synodus Nicæna, cui prædictum capitulum aſſignâſti, in tertio capite penitus prohibet Clericis etiam cobabitationem fœminarum, niſi conſanguinitate proximarum. H Illud autem tuum nec prohibet concubitum. Quicunque igitur tuo capitulo conſentit, à prædicto Concilio diſſentit. Unde & damnatus eſt anathemate, quo S. Gregorius in ſynodica ſua omnes à Nicæna Synodo diſſentientes damnàvit.

Concilium Nicænum c. 3.

A Si autem fortaſſe negas eandem Synodum prohibuiſſe Clericis babitare cum fœminis, antiqua, & authentica perſcrurare exemplaria, quæ ibidem Concilium in 20. cap. cum CCC. XVIII. Patrum ſubſcriptione continent roboratum, quod etiam in eodem numero capitulorum à ſanctiſſimis Epiſcopis Cyrillo, * Alexandro, & Attico Conſtantinopolitano ad prædictum Præſulem Aurelium, & reliquos Africæ Epiſcopos legitur eſſe transmiſſum. Ipſa etiam Tripartita hiſtoria, quam nimiùm venerari videris, 20. capitula in prædicta Synodo teſtatur eſſe conſtituta. In his, inquam, exemplaribus, ſi legere digneris, prædictum invenies Concilium in 3. capite Clericis non modò coitum, B ſed & cohabitationem per omnia interdicere cum fœminis.

** Alexandrino.*

Prætereà Siricius Papa in decretis ſuis: B. Hieronymus in epiſtola ſua ad Oceanum; & in Eccleſiaſtica Euſebij hiſtoria; ſanctus etiam Gregorius Romano Defenſori ſcribens & alij quamplures prædictum capitulum in Nicæna Synodo probanr eſſe ſtatutum. Ergo illud tuum, cùm iſti maximè ſit contrarium, anathema nullatenus evadet Gregorianom. Ipſe enim Doctor Apoſtolicus omnia Canonibus adverſa in Synodo generali ſub anathemate fecit damnari, ita ſcribens Syagrio Auguſtudunenſi Epiſcopo: *Omnia,* inquit, *quæ ſanctis Canonibus, ſicut prædiximus, ſunt adverſa, diſtrictè ſub anathematis interpoſitione damnentur, id eſt, ut nullus pro* C *adipiſcendis Eccleſiaſticis Ordinibus dare aliquod commodum præſumat, vel pro datis accipere; neque ex Laico habitu quiſquam repentè accedat ad locum ſacri regiminis pervenire. Neque ut aliæ mulieres cum ſacerdotibus habitent, niſi hæ quæ ſacris Canonibus ſunt permiſſæ.*

Siricius Papa decr. 3. & 4. in Concilio Arelatenſi.
S. Hieronymus ep. ad Oceanum.
Ruffini ad Euſebium appendicem intelligit.
S. Greg. lib. 7. epiſt. 39.
S. Greg. lib. 7. epiſt. 112.

Sed forſitan aſſeris ad tuam partem defendendam, Nicænum Concilium juxta aſſertionem magni Athanaſij Præſulis Alexandrini, & Marci Papæ etiam in 70. capitulis conſtare. Ex quibus, quòd nos tantùm XX. in uſu babemus: illud tuum reliquis apud vos uſitatis annumerare conaris, ſed fruſtrà. Ego nempe aſſertionem SS. Patrum de 70. capitulis nec volo, nec poſſum negare: nunquam tamen adeò ero inſipiens, Deo miſerante, ut ipſos venerabiles CCC. XVIII. D Patres unquam aliquid ſibi, vel Apoſtolicæ doctrinæ contrarium ſuſpicer conſtituiſſe. Imò, omnia eorum vel Apoſtolorum ſententiis repugnantia non dubito damnâſſe. Quis enim ſani capitis duo ſimul obſervari conſtitueret, quorum unum obſervatum, aliud obſervari prohiberet? Si enim juxta tuum caput, ſacerdotes licitè ſingulis noctibus cum ſuis uxoribus dormiunt, quomodo ne in una domo habitent, obſervabitur, videlicet ſi in uno lecto jacebunt, quomodo nec in una domo manebunt?

Sed nec hoc tranſibo, quod tuæ parti maximè putas ſuffragari, quippe quod legitur in epiſt. S. Gregorij, quòd ipſe * Diacones Siciliæ ad continentiam non coëgiſſet, E illos, inquam, tantùm, quos jam ante triennium nova prohibitio incontinentiæ conjugatos invenit. Nunquid tamen S. Gregorius alicubi in eadem epiſtola prædictis conceſſit Diaconibus, ut officium ſuum exercerent, ſi ſe juxta tuum caput continere nollent? non utique. Novit enim, quòd nec laicis quidem, niſi poſt triduanam continentiam divina concedantur Sacramenta, cùm & ipſe David, quem Dominus ſecundùm cor ſuum elegit, panes propoſitionis non accepiſſet, priuſquam à ſacerdote percunctatus ſe triduo continuiſſe, reſpondiſſet. Quomodo F igitur incontinentibus Diaconibus miniſterium ſuum exercere permitteretur, qui juxta decreta ſanctorum Patrum cum ipſis Sacerdotibus ad divina Sacramenta conficienda, percipienda, vel ſaltem tractanda non intermiſsè, ſed quotidie debent parati eſſe?

** In marg. Cod. hæc verba adjecta ſunt. Nota, quòd in emendatiorib. exemplarib. non Diacones, ſed Subdiacones leguntur. Et ſic legendum. Sic enim habetur. Lib. 1. ep. 42. ad Petrum Subdiaconum Siciliæ.*

Prætereà idem Apoſtolicus ſcribens ad Leonem Epiſcopum * Catinenſium, hoc etiam Subdiaconibus eſſe conſtitutum à prædeceſſore ſuo teſtatur, ut qui eo tempore eſſent conjugati, unum de duobus eligerent, id eſt, aut ſe ab uxoribus abſtinerent, aut certè nullatenus miniſtrare præſumerent. Diligenter etiam attendas S. Gregorium ad tempus tantùm à Diaconibus Siciliæ continentiam non exegiſſe. Nam in eadem ipſa epiſtola deliberavit, ut nullus Epiſcoporum deinceps aliquem Diaconem ordinare præſumeret, niſi qui ſe caſtè victurum promiſiſſet, nec prædictorum etiam Diaconorum G aliquis ad Sacrum ordinem perveniret, qui ſe poſt prohibitionem tunc ante triennium factam ab uxore non continuiſſet.

Lib. 3. epiſt. 34.
** Catanenſium.*

Quapropter manifeſtum eſt eundem Apoſtolicum * Diacones tantùm illius temporis, & loci ad continentiam non compuliſſe, quam tamen deinceps ab omnibus, qui Diacones vellent fieri per profeſſionem ſtatuit exigi. Quantum autem hoc tuæ parti adverſetur, mecum tua charitas conſiderare non gravetur. Tuum enim caput, omnibus, etiam Epiſcopis, cujuſque temporis conjugale opus frequentare permittit, quod S. Gregorius vix in quibuſdam Diaconibus ad tempus toleravit, nec tamen ſine pœna: H nam ſpem promotionis penitus ademit eiſdem. Incontinentiam denique concedis ſacerdotibus, imò Epiſcopis, propter quam prædictus Doctor ſpem ſuperioris gradus intercludit Diaconibus. Videlicet Epiſcopi juxta tuum caput cum uxoribus ſuis dormientes abrenunciabunt caſtitati, quam ipſe etiam ab omnibus, qui deinceps vellent fieri Diacones per profeſſionem præcepit exigi. Cùm in tantum ergo S. Gregorius tuo adverſetur capitulo etiam in hac cauſa, ubi non parùm rigorem canonum mitigavit, & ubi quædam tantùm

** Subdiaconos.*

eo

A eo tempore toleranda diſſimulavit, patet etiam idiotis, in quantum tua pars impugnetur, imò damnetur à generalibus ſtatutis ejusdem patris, quæ ipſe juxta diſtrictionem canonum non tantùm ad tempus, ſed omni tempore deinceps obſervanda promulgavit, in quibus etiam cohabitationem cum fœminis ſub anathematis impoſitione, ùt prædixi, Sacerdotibus fecit prohiberi.

Sed adhuc forſitan, ut aliquantulum tuæ parti videaris ſuffragari, etiam in hujus temporis Diaconibus, ùt in prædictis incontinentiam contendis eſſe tolerandam; ſed fruſtrà. Conſequeretur enim, ut conjugium in quarta generatione etiam modò toleraretur: quod idem Doctor Apoſtolicus Anglis noviter converſis ad tempus ſe
B conceſſiſſe profitetur. Si enim hoc tempore alterutrum horum eſſet tolerabile, potiùs tale conjugium modò eſſet ſufferendum quod ſaltem aliquando licenter legitur conceſſum, quàm incontinentia Diaconorum, quæ nuſquam ibi conceſſa, ſed vix in paucis, ad tempus, non tamen ſine ſubſequente vindicta, ùt prædixi, legitur eſſe diſſimulata. Ergo cùm tale conjugium modò nullatenus in aliquo, quantumvis ad continentiam infirmo, ſit tolerandum, multò minus hoc tempore Diaconorum incontinentia alicubi eſt ſufferenda.

S. Greg. lib. 12. Reſponſo ad 6. interrogationem Auguſtini.

Ex his ergo rationibus tu ipſe colligas, quid de ſacerdotali faſtigio cenſere debeas. Sed non jam diutiùs in exquirendis rationibus demorabor, cùm quælibet una prædi-
C ctarum ſatis indubitanter tuum deſtruat capitulum; quod non ex aliquo libro à ſanctis Patribus canonizato, ſed ex Tripartita aſſumptũ eſt Hiſtoria; quæ quamvis nobis non parùm ad noticiam rerum geſtarum ſit utilis, nunquam tamen efficiet, ut aliquid ei credam, quòd ſacræ Scripturæ ſtatutiſque ſanctorum Patrum, imò Spiritui ſancto, horum auctori, deprehendam adverſari. Beatus nempe Gelaſius Papa, Scripturarum indagator ſolertiſſimus, in decretis ſuis, ubi cum eruditiſſimis LXX. Epiſcopis diverſorum auctorum tam Græcorum, quàm Latinorum libros examinavit, & diligenter, qui eorum eſſent recipiendi, vel renuendi deli-
D beravit, nuſquam eandem hiſtoriam jamdudum à tribus Græcis compoſitam, recipiendis annnumeravit ſcripturis, ſed ipſam in hoc tuo capitulo reſpuendam eſſe monſtravit: quippe venerabiliter ſuſcipiendo ſanctorum Patrum decreta eidem capiti, ùt diximus, penitus contraria.

B. Gelaſ. 1. Decreto de Apocryphis Scripturis. Epiſtolarum Decretal. Rom. edit. Tom. 1. pag. 416. & ſeq. & apud Grat.

Fortaſſis autem contendis prædictæ Hiſtoriæ ideò per omnia credendum eſſe, quòd Caſſiodorus ex ſenatore Monachus, vir in divinis, & humanis literis eruditiſſimus, ordinavit eandem. Sed hujus viri perſona,
E quantumvis veneranda, non poterit annullare Canonicas S. Patrum inſtitutiones, quas, ùt prædixi, nullatenus obſervare valemus, ſi pro eius reverentia ipſum tuum caput adimplemus. Non autem mireris ipſius hiſtoriam in aliquibus eſſe reſpuendam, cùm hiſtoria Euſebij, quam S. * Hieronymus de Græco in latinum convertit, vix in prædictis decretis Gelaſij Papæ obtineat, ne omnino renuatur, licèt multum utilitatis in ea reperiatur. Sancti videlicet viri multa ad noſtram eruditionem utilia non ſolùm tranſtulerunt, ſed etiam ex eorum propria perſona conſcripſerunt, quorum aliqua & ipſi poſtmodum judicaverunt reſpuenda. Hujus rei ſatis evidens teſtimonium S. Augu-
F ſtinus affert nobis in libro Retractationum, ubi penè ex ſingulis libris, quos ipſe compoſuit, non pauca ipſemet renuenda cenſuit. Hoc enim donum propriè ſapientibus adeò eſt attributum, ut nec in ſuis, nedum in aliorum libris defendere velint, ſi quid in eis Catholicæ veritati contrarium invenerint. Idem etiam Auguſtinus ſcribens ad S. Hieronymum, ſe ipſius, & quorumlibet ſanctorum ſcripta ita legere teſtatur, ut tamen nullatenus recipiat, ſi quid ibi apertæ veritati contrarium reperiat. Hac igitur conſideratione Hiſtoria Caſſiodori eſt legenda, quam non tantùm ex ſua perſona compoſuit, ſed jam dudum à tribus Græcis non adeò notis compoſitam ordinavit, & cuilibet horum trium proprium opus aſſignavit. Unde non tam ſibi, quàm auctoribus ejusdem hiſtoriæ
G eſt imputandum, quod in ea invenitur reprobandum: aut forſan * Epiphanius neſcio quis ſcholaſticus cùm eandem de Græco in Latinum verteret, non fideliter Latinis literis commendavit, quod tamen probabiliter in Græco ſcriptum invenit. Utrum autem ex hac, an ex alia qualibet cauſa eadem hiſtoria Canonicæ veritati non parùm inveniſtur refragari, tuo judicio relinquendum æſtimo.

** imò Ruffinus.*

S. Auguſt. Epiſt. 9.

Vide Præfationem Caſſiodori in Tripartitam.

** Fideliter vertit Epiphanius. Fabula de Paphnutio Auctores ſunt Sozomenas. lib 1. cap. 22. Et Socrates lib. 1. cap. 8. duo ex tribus, ex quorum dictis hiſtoria Tripartita conſarcinata eſt.*

Cùm igitur prædictum tuum caput omnium auctoritate deſtitutum decretis ſanctorum Patrum, & Evangelicis, atque Apoſtolicis ſcripturis, imò Spiritui ſancto, cujus inſtinctu hæc omnia proculdubio ſunt deprompta, certiſſimè
H probatum ſit repugnare, quid aliud reſtat, niſi ut Gregoriano anathemate feriatur, quicunque illud deinceps contra Canonicas ſanctiones defendere conatur? Ceſſet itaque fraternitas tua illud poſthac ſacratiſſimis Nicæni Concilij capitulis annumerare, vel etiam alicujus momenti æſtimare, ne ſi illud pro authentico receperis, Spiritui ſancto, ùt prædictum eſt, repugnare judiceris, quod peccatum nec hic, nec in futuro ſeculo eſſe dimittendum conſtat.

Matth. 12.

CON-

CONTUMELIOSA RESCRIPTIO PRO SUPERIORI CAPITULO. *

* *De Alboino, qualis fuerit, diximus ſuprà, in præfat. ad hæc opoſcula. Calebat nimirum eo ſpiritu, quo hodierni ſectarij, ſed mentem mutâſſe videtur, ùt apparet ex ultima Epiſtola; Et ex principio Apologetici Bernaldi pro decretis Gregorij VII. De hac tota controverſia lege Bellarminum lib. de Clericis, præſertim cap. 20. ubi ex inſtituto fabulam de Paphnutio refellit.*

BERNALDO
CONTRA LIBRUM SUPERIOREM
MOLAM ABSQUE INFERIORE
* FÆNERANTI ALBOINUS.

* *f. verſanti.*

A

Jud. 3.

* *Exordium mendoſum & intricatum, ſimile toti Epiſtolæ.*

NOn ambidextrum Aod tam improvisò quaſi inter oſcitantes poſſe opprimi, * inter dumoſa tui cornu petentis tyronis divortia mihi quaſi tremulo pede vix itur: imò etiam milleformis Protei ſpecies præpeti manu rapientis, impediente variarum rerum inſtantia, heu neque locus, neque tempus datur tibi vel ad pauca pro libitu reſpondendi. Hinc urget enim verò quædam noſtrorum confratrum antiquitus inſtituta orandi conditio; illinc inſtat noſtri ſenioris in expeditionem eundi ornatio; * cui comitatu, ac ſi iniquæ mentis aſellus, licèt mille ſtimulis agitatus vix, ac vix enatavi: quod tibi in aurem ſuſurro non magno mei periculo. Inter hæc omnia, veluti ne dedignando præterire videar * tui dicta, operam dare volo reſpondere tibi vel ad aliqua.

* *cujus*

* *tua*

B

Me, uti tuis literis notatum eſſe percipio; Canonicis inſtitutionibus, decretiſve in aliquo reclamâſſe nullatenus conſentio. Sed hoc nunquam confeſſum fuiſſe erubeſco, & adhuc confiteri non recuſo, omnique aſtipulatione firmando firmatum iri deſidero, nondum lege prohibitum, primo aditu auſteritate legis eſſe prohibendum, vindicandúmve, ſed parvulum magis lacte, quàm ſolido cibo enutriendum. Ad hoc proculdubio tendit Gregorius Theologus: hoc etiam probat ipſe & ſi luſcus, Dei videns Paphnutius, qui ambo, velis nolis, condeſcendunt noſtris infirmitatibus. Nam iſto de ante conſecrationem uſurpatis non-

C

dum in tantum, ùt opinor, tuo tertio capite, (quo tu quidem urbanæ frontis, obſtinatæque mentis ſupra modum hæres, canonizato) ſive propter quoſdam infirmos ante Synodum jugalibus alligatos: quæ res per tunc temporis non tanti ſceleris, uti nunc eſſe perhibetur, ſive propter quoſdam Hæreticos legitimas nuptias anathematizantes cautiùs agente: illo autem inter

D

Canonicè tradita, ſed non Canonicè prohibita miſericordiùs mediante: utrumque quaſi geminum par intus, ac foris, antè, & retrò oculatus nulla caret ratione. Anne etiam te, mi frater, non pudet tuam controverſiam in hoc defendiſſe à ſancto Gregorio Sicilianos Diacones ſuſpenſos ab officio, quaſi pro quadam pœna fuiſſe: cùm conſtet, illum eoſdem cum uxoribus poſt prohibitionem ante triennium factam, caſtè cohabitare dignæ remunerationi adſcripſiſſe? Eo autem tuo ritè probato, eris mihi magnus Apollo.

Quæ autem convenientia, quæve ratio Tripartitam hiſtoriam propter Euſebii ſcripta vix à Gelaſio authenticis approbata, neque

E

ab eodem Gelaſio, neque ab aliquo Doctorum repudiatam, triúmque tum ſecularibus tum Eccleſiaſticis probabili teſtimonio affirmatam poſt tot ſecula à nobis eſſe refutanda? Nugæ. aut fabulam te narrâſſe putas ſurdo, aut quæris nodum in ſcirpo. Quid plura? Si tu ita in nos, noſtróſque confratres multo tibi, & mihi meliores pergis perplexa loqui; ſed ponam digitum ori, ne plus quàm deceat presbyterum, arguar progredi. De cætero uti coactùs tui ipſius incitamento te aggrediar nudis verbis, ut quid pudibunda Patris Noê denudare non paveſcis, cùm certum ſit, te de eodem ſecundùm tuam ipſius ſectam peccato eſſe progenitum, qua ratione, quóve modo tu ipſe peccatum, in

F

alio vis damnare peccatum? Cave, ut tibi ſermonem faciam juxta Salomonem; *Ante ſuum tempus nimis exaltata juventus: Ne malè labatur, pede deſurſum retrahatur.*

SU-

SUPERIORUM CONTROVERSIARUM
IRREFRAGABILIS DEPULSIO, ET PRÆDICTI CAPITULI PROSCRIPTIO.

A DOmino Alboino Sacerdoti, non ùt Hisboſeth fraudulenter impetito, ſed Chuſai Architofelis perfidia fideliter præmonito Bernaldus; etiam improperanti charitatem offerre paratus ab eo benedici, qui non ſolùm maledici, ſed etiam pro nobis voluit peccatum fieri.

Multum miror de tua fraternitate, quòd mihi tam perturbato reſcripſiſti animo, cùm nihil in literis meis inveniſſes, quod in literis neſcio ſi in tuis aliqua ratione dignum tua offenſione probâſſes. Non enim invitus, nec verecundus tam erudito præcipuè, & amico cederem, ſi à te rationabiliter ſaltem aliquatenus à vero deviâſſe monſtrarer. Sed Deus eſt teſtis conſcientiæ meæ, rationes B meas nullatenus à veſtigiis ſanctorum Patrum exorbitâſſe, videlicet, ut non tam meæ, quàm illorum ſint judicandæ. Quapropter ſine cauſa videris contra me commotus eſſe, cùm epiſtola mea tibi tantùm ſententias ſanctorum Patrum charitativè deſcribat, quæ non dico tuum, ſed potiùs neſcio cujus Sozomeni Capitulum *anathematizabant*. (*In Tripartita lib. 2. c. 14.*) *Deberes enim, ùt opinor, potiùs grates referre, quàm indignari, quòd te de cavendo anathemate ùt amicum præmonui, ne ſi Sozomeni capitulum* reciperes, teipſum ſub Gregoriano anathemate poſuiſſes. Ipſe enim Doctor Apoſtolicus, imò per ipſum Spiritus ſanctus, omnes à Nicæna Synodo diſſentientes, & omnia ſacris Canonibus adverſa, in Synodo generali ſub anathemate fecit damnari. Prædictum autem Sozomeni caput, & omnes illud recipientes ſacratiſſimo Canoni adverſantur, quem Beatus Papa Siricius, ſanctus quoque Gregorius, Beatus etiam Hieronymus, C & alii innumerabiles ſancti probant, in excellentiſſimo ſtatutum eſſe Concilio, æquè ùt Evangelium venerando. Videat igitur charitas tua, quàm periculoſo anathemate plectantur, quicunque Sozomeni Capitulo aſtipulari conantur. De hoc itaque periculo fraternitatem tuam diligenter præmonere curavi, pro quo te non offendere, ſed magis, ſi offenſus eſſes, placare putavi.

Sed, heu heu, res, ùt opinor, in contrarium devenit. Literæ enim tuæ, ſi tamen tuæ erant, tam malè tornatæ, te & amicam admonitionem ſpreviſſe, & inſuper contumelioſa reſpondiſſe denotant, nec tamen aliquid me tibi ſcripſiſſe dignum contumelia aliquatenus probant. Qua de re nondum cenſui credendum eſſe, te, meum D videlicet amicum, ſacra ſcriptura tam eruditum, unquam mihi talem reſcripſiſſe epiſtolam, quæ & me, licèt nulla ratione convictum, blaſphemaret, nec tamen tuam partem ſaltem aliquo modo juvaret. Quam ſatis evidenter, qua invectione digna eſſet, monſtrarem, ſi non eam à tali amico mihi tranſmiſſam accepiſſem. Quis enim videre non valeat, quàm negligenter ipſa tuæ voluntati cum ſuis obſcuris ambagibus deſerviat, cùm eadem tuam intentionem non ſolummodo nihil juvet, ſed etiam prorſus impugnet? Indicat enim, te nullatenus ſanctorum Patrum decreta reſpuiſſe: unde cùm veritas affirmet; *Qui non eſt mecum, contra me eſt*, (*Matth. 12. Luc. 11.*) & te eadem recepiſſe, & per eadem te Sozomeni caput probavit anathematizâſſe. E

Præterea multiplicibus verbis confirmat ipſa, rem nondum lege prohibitam auſteritate legis eſſe vindicandam; cùm potiùs tuæ parti conveniſſet, ſi in nondum lege prohibitis non auſteritatem legis, ſed lenitatem exercendam dixiſſet. Quod ſaltem tuam partem non adeò impugnaret, licèt eam nihil penitus adjici valet, cùm res, in qua prædictum caput legem non dico mitigare, ſed prorſus annullare conatur, etiam ante CC. annos, & eò ampliùs in generali Synodo legaliter ſub anathemate interdicta legatur.

Ipſa etiam epiſtola ſanctum mihi laudat Paphnucium, ut ſub perſona tanti viri aliquid perſuadeat, quod à veritate diſſentiat, ſed fruſtrà. Ipſum nempe & ego laudo, quem ſtigmata JEſu in corpore ſuo portâſſe libenter credo, nunquam tamen adeò deſipiam, F ut priùs reverentia perſonæ aliquid recipiam, quod ſacræ ſcripturæ, imò Spiritui ſancto ſit contrarium, ùt de Sozomeni capitulo irrefragabiliter eſt probatum, quod ipſum Sozomenum de Beato Paphnucio jam dudum defuncto potiùs credo finxiſſe, quàm in derogationem ſanctitatis prædicti Confeſſoris ſuſpicari præſumam, ipſum talem protuliſſe blaſphemiam. Hoc eſt enim ſatis vulgare in libris nunquam canonizatis, ut cùm nænias ſuas omnibus incredibiles, efficere velint ſaltem veriſimiles, eis adſcribunt eas perſonas indubitatæ ſanctitatis, ut ſub earum ſanctitate eorum recipiantur næniæ;

A ſed incaſſum. Quantò enim minus de earum perſonarum ſanctitate dubitamus, tantò magis nænias iiſdem adſcriptas Canonicis inſtitutionibus contrarias, credimus eſſe falſas. Transeo autem ipſius epiſtolæ conjecturas, in quibus, qua occaſione prædictum caput ſit confictum, ſatis cautè dubitatur. Quamvis nihil interſit inveniſſe, cur ſit conſcriptum, cùm idem ipſum ſacræ ſcripturæ adverſari certiſſimè ſit probatum.

Quantum verò ipſa epiſtola deviet à veritate in Diaconibus Siciliæ, ex ſcriptis Beati Gregorii poteris colligere: à quibus me in rationibus meis nullatenus deviâſſe judicabit, quicunque eaſdem, & ſcripta Beati Gregorii fideliter conſiderabit; nec dicet me dixiſſe, quòd ſanctus Gregorius incontinen-**B** tiam Diaconorum Siciliæ per ſuſpenſionem officii, ſed per probibitionem ſuperioris gradus vindicâſſet. nec dicet S. Gregorium ibi eiſdem Diaconibus conceſſiſſe, ut altari miniſtrare deberent, ſi ſe non continerent. Idem etiam videre poterit, S. Gregorium continentes Siciliæ Diacones pro continentia, non pro fæminarum cohabitatione laudandos pronunciâſſe.

Quod autem deinceps literæ à te mihi tranſmiſſæ de Tripartita fingunt Hiſtoria, nec ipſæ videntur explicâſſe, in qua nullatenus aliquid repudiandum eſſe cenſui, niſi quod à ſanctis Patribus anathematizatum recipere non præſumpſi. Poſtea verò ipſæ non aliqua ratione probant, ſed tantùm verbotenus pronunciant, me neſcio quid **C** contra ſacerdotum ordinem protuliſſe, cùm nec eædem ſaltem contra te, ad quem ſpecialiter ſcripſi, me aliquod reprobandum vel tua offenſione dignum aliquatenus probent dixiſſe. Nunquid enim meritò te, vel illos offendit, ſi ego non meas, ſed Patrum rationes caput Sozomeni deſtruentes, & ſub anathemate damnantes fideliter collegi: téque, ùt amicum de cavendo anathemate præmonui? Quid nempe contra te feci dignum blaſphemia, ſi teſtimonium ſanctorum Patrum Hieronymi, Gregorii, Siricii, & reliquorum de Capitulis Nicæni Concilii potiùs credendum eſſe aſſerui, quàm hiſtoriæ neſcio cujus Sozomeni?

Sed cur earundem literarum denuo in-**D** cudi reddendarum ambages proſequar ulteriùs, cùm ipſæ caput Sozomeni, quod non potuerunt ratione, jam conviciis nitantur defendere? Quæ, inquam, convicia non mihi nocere, ſed potiùs in caput ipſius ſcriptoris redundare leviter probâſſem, ſi non pro talis amici reverentia dimiſiſſem. Ego quidem Patrem Noë ſemper babere deſidero, cujus pudenda cùm jam dudum per pœnitentiam ſint annullata, denudare nec volo, nec valeo. Quicunque enim illa poſt pœnitentiam remanſiſſe teſtatur, non Chriſtianus, ſed Novatianus eſſe judicatur, cùm ipſe Dominus per Ezechielem Prophetam [*Ezech. 18.*] dicat. *Impietas impij non nocebit ei, in qua-* **E** *cunque die converſus fuerit ab impietate ſua.* Pudenda videlicet non Noë, ſed Nicolai, Pauli Samoſateni, Epiſcopi Antiocheni, & reliquorum hujuſmodi Patrum denudavi, qui omnes unanimiter conſenſerunt anathematizato Sozomeni Capitulo. Quippe Nicolaus in Apocalypſi Hæreſiarches denota- [*Apocal. 2.*] tus ſuis condiaconibus etiam communes conceſſit uxores. Paulus verò Samoſatenus ne ipſe à Clericis ſuis de fœminarum familiaritate accuſaretur, eiſdem ſœminarum cohabitationem conceſſiſſe in Eccleſiaſtica hiſtoria perhibetur. [*Euſeb. hiſtoria Eccleſ. lib. 7. c. 21. interp. Ruffino.*] Unde & ipſi pro aliis ſuis hæreſibus pro bac ipſa eorum uſurpatione, ſub æterno damnari ſunt anathemate. Horum, inquam, pudenda, & à te, & ab omnibus zelum Dei habentibus ſunt detegenda, **F** ne fraternæ mortis crimen incurratis, ſi Idiotæ pereant ipſorum pernicioſiſſima deceptione, qui & aliorum pudenda per obſtinatam defenſionem effecerunt ſibi propria.

Deinde prædictæ litteræ Catbolicam veritatem *ſectam* nominando blaſpbemant, filióque baptizato, patris peccatum jam dudum & in ipſo patre per pœnitentiam annihilatum Pelagianæ bæreſi ſavendo imputant. Quod quàm impium, quàm Hæreticum, quàm deteſtandum eſſet æſtimare, facilè monſtrarem, ſi non pro reſpectu tuæ charitatis diſſimulandum potiùs quàm ventilandum eſſe judicarem. Ipſe enim Spiritus ſanctus per Ezechielem Propbetam teſtatur dicens; *Filius non portabit iniquitatem Patris;* [*Ezech. 18.*] qui & ſub tremenda obteſtatione prohibet, **G** ne quis dentes filiorum peracerbâ uvâ à pa- [*Ibid.*] tribus comeſtâ obſtupeſcere dogmatizet. Non ego quippe dedignor, cum ipſo, quem Dominus ſecundùm cor ſuum elegit dicere. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in* [*Pſal. 50.*] *peccatis concepit me mater mea.* Nunquam tamen adeò me ipſum, Deo miſerante, impugnabo, ut de plena remiſſione peccatorum in baptiſmo contra Fidem Catbolicam cum Pelagio diffidam. Nimiùm certè alium blaſpbemare conatur, qui in eadem ipſa blaſpbemia Catholicam Fidem impugnare probatur.

Parùm etiam eædem litteræ tuam partem juverunt, cùm contra Domini præceptum me per blaſpbemiam peccatum nominaverunt, quæ non dico te, ſed omnem **H** caput Sozomeni ſuſcipientem verè ſervum eſſe peccati, non quidem ſponte, ſed nutu divino coactæ probaverunt. Juxta Evange- [*Rom. 6. 2. Pet. 2.*] lium enim, quicunque peccat, ſervus peccati extat. Prædictæ autem literæ cùm ſanctorum Patrum ſtatutis conſentiendo, eos, qui caput Sozomeni recipiunt, anatbematizent, eoſdem mortali peccato obligatos eſſe docent. Ergo & eoſdem verè ſervos eſſe peccati confirmant.

Vi-

A Vidéſne igitur, quàm parùm ipſæ prædictos videantur honoràſſe, cùm eædem me, licèt falsò, peccatum nominantes, & eos verè ſervos eſſe peccati monſtrantes, me quaſi Dominum eorundem habere vellent. Præterea & ego, ſi pro tua charitate non diſſimularem, veracia etiam nomina caput Sozomeni amplectentibus, non dico imponerem, ſed antiquitus impoſita proferre nôſſem, in quorum prolatione non ego propter mendacium, & animam meam occiderem, & locum in ſtagno ignis ardentis promeruiſſem, ſed ipſos pro eiſdem nominibus & nunc anathematizatos, & poſtmodum æterno igni, niſi reſipiſcerent, liquidò probarem eſſe mancipandos. Non autem nimiùm eiſdem litteris indignari volo, quas in contumeliam potius * ſuarum, quàm meam falsò me *peccatum* nominàſſe pro ipſa veritate percipio, quæ juxta Apoſtolum, etiam pro impiis facta eſt peccatum. Ipſa quippe in Evangelio nobis dicit: *Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversùs vos mentientes, propter me*, &c. Ergò & ego nec verum dicendo prædictas literas, ùt meruerunt, blaſphemare volo. Novi enim, quàm terribiliter Judas Apoſtolus ſilentium imponat blaſphemantibus, aſſerens, quòd nec Michaël Archangelus ſecum altercantem Diabolum blaſphemare fuerit auſus. Ipſum quoque vas electionis teſtatur; *quoniam maledici regnum Dei non poſſidebunt*. David etiam in ſua perſona ſatis terribilem omnibus proponit conditionem: *Si reddidi*, inquit, *retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis, inanis* & cætera hujusmodi. Si igitur talis pœna debetur etiam illi, qui pro bono malum reddenti malum retribuit, quid de illo judicabitur, qui malum fratri ſuo, nil niſi malum promerenti, reddidiſſe convincitur? D

(B) * *ſuam* — *Gal. 3.* — *Matth. 5.* — *1. Cor. 6.* — *Pſal. 7.*

Incaſſum ergo eædem literæ mihi opponunt illud Salomonis; *Juvenem nimis alta petentem eſſe retrahendum*, cùm hoc non mihi, ſed illis ſit dicendum, qui conculcatis ipſius ſancti Spiritus præceptis, ſe altos æſtimant, ſequendo inanes, imò fictas hominum traditiones. Videat igitur fraternitas tua, quàm parùm, vel potiùs, quàm nihil illa epiſtola tua providerit honori, quæ & tuam partem, ùt probatum eſt, impugnavit, & quod pejus eſt, te contra ſacerdotale officium tuos amicos nihil à te, niſi bonum promeritos, falsò blaſphemàſſe indicavit; E cùm juxta Domini Præceptum nec inimico ſit maledicendum. *Matth. 5.* Quapropter charitativè admoneo te, ne unquam in tuæ religionis, & eruditionis derogationem alicui tam maledicam, tam illimatam tranſmittas epiſtolam, ne ſi aliquis, qui libenter velit contendere, tuóque honori parùm providere, ipſam perſpiciat, omnes ejus blasphemias in teipſum retorqueat.

ITEM
CONTUMELIOSA RESCRIPTIO
PRO
SUPERIORI CAPITULO.

FRATRI, HEU IN TOT HYDRÆ CAPITA TUMENTI BERNALDO ALBOINUS, SE NULLATENUS CÆCIS CERASTEI VENENI CORNIBUS PERICLITARI.

C SI non ſub ſuave Chriſti jugum colla ſubmiſſus jam dudum teſtamento pacis reſpirare appeterem, tuis maledicis reſcriptis dignum talionem reddere non ſuccumberem. Sed per nunc temporis id à me fieri, ipſa ratione Magiſtra, conſtat prohiberi, ratione inquam, ne alicui malum pro malo reddam. *Rom. 12.* Ac me, uti tuis litteris liquidò patet, ſciſſo peplo Palladis, quaſi injurias concitàſſe priorem, ſi modò aliqua cura eſſet, faciliùs dicto expurgare potuiſſem. Nil autem item dictum eſſe contumelioſum, cuique literas, etſi malè tornatas, tamen meas legenti, luce clariùs ſit expertum. Quid in hoc malè feci, F vel quid promerui, ſi ego à te quaſi fideliter præmonitus, etiam, verſa vice, te pro aliquo præmonere curavi? Sed ut meo honori providendo, aliis, non tibi me de hac infamia ſecuriorem reddam, libet uti parumper pedem retrahens noſtri negocii primordia ad medium ducam. Cùm me verò tuis * curarioribus ſcriptis, coacervatiſque Sanctorum teſtimoniis, ceu fideliter præmonendo, à Canonica regula deviâſſe ex obliquo notâſti, quales grates, vel quid boni

* *fort. accuratioribus.*

A ni promeruiſſes, non ſatis facilè invenire potui, quod amicum ſine cauſa admonere, quid eſt, niſi infamiæ maculam in illum plus ſpargere? Nam ubi neque res, neque opus admônendi inſtat, ubi, quid, quando, cui, imò quæque circumſtantia vacat: ergo abſque his, quid alicujus admonere aliud valeat, niſi tantum, ùt poëta: *Omne ſupervacuum pleno de pectore manat?* Me verò in recepto Sozomeni capite, de quo adhuc ſub judice lis eſt, nil unquam à ſana doctrina deviâſſe, cuique ſcire volenti patet gemina ratione, una ſcilicet, quòd nil in eodem certo loco, tempore, probatiſque perſonis recitato, ſcripto, translato, niſi authenticum, & probabile perſpicio. Altera enim, ſi non probabili meliorem intellectum * adhibens, nihil ſub ejus occaſione perverſi dogmatizo, neque tui admonitione opus ha- B beo, nec Gregoriano anathemati ſubjaceo.

*fort. adhibeat.

Nam neque tu, neque aliquis ſanæ frontis, ſalva veritate, in faciem confiteri poteſt, quòd me unquam ſub hujus capituli occaſione vel cum Nicolaitis, vel cum Paulianiſtis proprias uxores ſacerdotibus conceſſiſſe audiret; ſed id tantummodo propter magnam compaſſionem Magni Paphnucii, quemadmodum quoddam Gregorianum, recepiſſe me abſque rubore fateor, propter quam rem vel à te, vel ab aliquo me notari non vereor, quod ſicut S. Gregorio Sicilianos Diaconos ab uxoribus non in tempore prohibitis, violenter & inordinatè ſeparari, deteriorem caſum timenti, minùs placuit, uti Paphnucius ante conſecratio- C nem legitimè ductis uxoribus, ſimiliter occaſionem fornicationis abhorrens ſacerdotes non commiſceri contradixit: Sic etiam mihi homunculo, veluti cum tam ſanctis viris in idem conſentienti, nimis ac nimis temeraria noſtri temporis prohibitio, non ex omni parte beata videri potuit. Verbi gratia, quod nunquam adquiſitum, multò faciliùs denegatur, quàm aliquando acceptum, ſi placet, auferatur. Si propter hanc rem anathemati ſubjacere debeo, Gregorium, atque Paphnucium mecum in cauſa eſſe, non parùm gaudeo. Sed autem vereor, ne ille magis anathematizandus ſubſiſtat, qui tantis viris, expers diſcretionis, repugnat; ille etiam adhuc anathemati deteriori ſuccumbat, qui contra decreta ejuſ- D dem Gregorii, Eleutheri Paparum, Anacleti, Pontiani, Euſebii ſacerdotes à ſecularibus infeſtari, accuſari, arceri, deſpici, contemni, ab Eccleſiis abſque Synodali judicio eliminari approbat.

Quicunque ægrotum ſolerti cura ſanare ſtudeat, circumpoſita membra, priuſquam ipſum vulnus, palpare provideat. Si ipſum vulnus incautiùs primo aditu tractat, omnibus modis infirmus reclamat. Hac enim intentione ipſe * ſecretarium Chriſti Moſes, quò pejora compeſceret, libellum repudii E aſportari jubet. Sub hac etenim occaſione *Gen. 18.* juſtus Loth, ut ita dicam, ob peius malum declinandum, ipſas filias Sodomitis concedere voluit abutendum. Nónne etiam *Matth. 19.* ipſe ſummus Pontifex, qui cælos penetra- *Matth. 9.* vit, non omnes hoc verbum caſtitatis capere, neque etiam novum muſtum in ve- *Marci 2.* teres utres fundi convenire, inſuper rudes *Matth. 9.* diſcipulos, quamdiu cum illis ſponſus eſt, non jejunare profitetur; infirmitatibus noſtris miſericorditer compati non dedignatur? Nónne Paulus vas electionis, qui uſque ad tertii cæli raptus Paradiſum, uti nos ad compaſſionem * promulgare ſtudeat, nos homines eſſe admonet, ſicut ſeipſum? Ille idem enim verò, quemadmodum Paphnucius non ſolùm propter ſobolis propagationem, ſed ob devitandam fornicationem u- *1. Cor. 7.* nicuique conceſſit ſuam uxorem. F Quapropter Sozomeni caput à nobis tam ſæpè tritum nullatenus videtur tam temerè anathematizandum, quòd, ùt ait S. Auguſtinus in ſuo ſpeculo *quidquid in divinis ſcripturis aliquo modo probabile videtur, nullatenus ab aliquo facilè præjudicetur.* Hæc hactenus.

*fort. ſecretarius.

*provocare.

At ego ſi non omnem diem, ſed diem inter diem ſapio, anathemati ſubjacere debeo? abſit: quod ipſe ſummus Medicus ne- *Matth. 9.* que peccatores menſa ejus privavit, nec pec- *Luc. 7.* catricem à tactu pedum ſeparavit. Ipſe eti- *Luc 19.* am cùm Principem Publicanorum ſui faciem deſiderare conſpexit, nequaquam ſui præſentia, imò etiam ſui cohabitatione defraudavit. Sed tu, credo, opponis, illos pœnituiſſe. G At rogo, unde credas Illis compunctionis motum in mentem cecidiſſe? Profectò filius hominis, qui de cælo deſcendit, Zachæo ſui occulta inſpiratione aſcenſionem arboris perſuaſit. Sic etiam nunc, niſi ille omnia trahens ad ſe occulto ſuæ gratiæ nutu nos miſeros trahat, proculdubio noſtri Papæ auctoritas vacillat; Agnum *Iſaia. 11.* cum lupo veſci confitetur dextera excelſi. Proinde quemque piorum magis deceret pro infirmis orare, quàm in iſtis malis diebus tot perſecutorum ſuper eos jugum ducere. Ex quo gentes eſſe cœperunt, nulli priorum tam grave tempus inſpexerunt. Omnibus divinis legibus poſtpoſitis pro libitu *Pſal. 13.* nos devorant, *ſicut eſcam panis.* H Ipſe Siricius Papa non propter incontinentiam, pœnam expulſionis intulit, neque communionem populi abſtulit, ſed tantùm majoris Ordinis promotionem diſtulit. Quàm diſcretè, quámve miſericorditer inter præſentia, & futura medians Dominus Papa tum Græcis, tum Latinis litteris eruditiſſimus Leo de hujus rei negocio agat, tua curioſitas abſque omni mora in memoriam reducat. Quid opus eſt verbis? non eſt dolor noſtro ſimilis.

Calumnia Alboini in Pontifices ſui temporis.

Vellem

A Vellem te, mi frater, notare, Gregorium,
Vitiatia Antilogia inter duos Pontifices. atque Siricium aliquantulum in iſta re, uti
mihi videtur, invicem diſſonare. Promo-
tionem verò, quam Siricius penitus in
futurum reſecat, Gregorius Diaconibus
propter prioris culpæ maculam, ſi vellent
in poſtmodum continere, non denegat.
Gregorius verò Diacones, quos niſi propo-
ſito mentis poſt tempus ad caſtitatem com-
pelli non in tantum probavit, eoſdem, uti
mecum ſentis, in tempore in idipſum pro-
poſiti ante ordinem cogens ab Epiſcopis,
niſi continerent, promoveri prohibuit. Id-
circo penè nihil diſtat, quin ejus, & Paph-
nucii ſententia in unum confluat. Iſte de
inordinatè poſt ordinem prohibitis, ille
B autem, de ante conſecrationem agit uſur-
patis. Iſte de commixtione; ille verò, ut
ita dicam, de condormitione. Nec prop-
ter hoc neuter eorum, uti mihi videtur, in
aliquo Canonicis decretis reluctari videtur,
quod ubi nondum per legem cognitio pec-
cati inculcatur, potiùs ſuaſoria admonitio,
quàm legalis diſtrictio exerceatur; aut in
tempore injuſtum interdicatur; aut ſi hoc
malè negligitur, circumvolutis cum lin-
Hier. 38. teaminibus funiculis Propheta puteo extra-
hitur.

Quid plura? verè, ſi Paphnucius, uti tu
peregrino intellectu arbitraris, vel ultroneo
argumentaris, omnibus Sacerdotibus licen-
C tiam nubendi generaliter concederet, non
ita ſingulariter, & evidenter de ante conſe-
crationem uſurpatis agere ſtuderet. Ad hoc
etiamſi in aliquo ſanæ doctrinæ adverſari in-
ſpiceret, nullatenus in idipſum caput Caſſio-
dorus, vir divæ memoriæ, magnæque conver-
ſationis, & prudentiæ tam officioſè de Græco
in Latinum transferre laboraret. Putáſne, ſi
aliquis ſcenica arte, ùt tu dicis, ſuam hæ-
reſim ſub perſona Paphnucii tegere auderet,
Caſſiodorus, tam egregius vir, ſibi transfe-
rendo favere curaret? Non verè: quia om-
ne ſuum opus latè per Eccleſias redolet au-
thenticum, & laudabile, cùm multa ſcri-
pta, ùt in veteri, Tobiæ, auctore, & in no-
vo, ùt Apocalypſis translatore, carentia
D recipiamus; cur non iſtud magis utroque
probatum diligamus?

** fortè, Panegyricum.* Super hæc etiam, cùm ipſum noſtrum *
Pangirium Hieronymum tantùm reſecatis
Deut. 21. juxta legem alienigenæ crinibus, & ungui-
bus, id eſt, ſuperfluis, & ſanæ fidei repug-
nantibus ſcripturæ locis, Ipſis Apocryphis
aliquando renunciare nolle non ignorem,
Pſal. 118. qua fronte prædictum caput tam authenti-
cum, probabile *ſuper aurum, & topazium* in
iſtis temporibus delectabile, nihili habere
præſumerem? Nullatenus, quia eſſet contra E
fas, & jus. In eo autem id ipſum de Epiſcopis,
quod & de aliis ordinibus agi; Unde tu ita
ſummatim muſſitare videris, quaſi in hoc
ſub æqua conditione poſitos eſſe non mire-
ris. Nam Epiſcopus cum Presbyteris chriſ-
ma conſecrat, Presbyter cum Epiſcopis
Corpus Domini conficit, Diaconus ſuper
altare miniſteria ordinat, ipsíſque prior ca-
licem porrigit, æquè communicat. Quid
Paphnucius in eis, non invenio, diſcernere
valeat.

Iſta omnia non tibi ſed alicui infatuato
ſali tam enucleatim debent inculcari. Suffi-
cit de hoc. O mare Neptuni. O ſacra. Proh
ſcelus! me tam inclementer in os increpari:
inſuper in piſtrinum retrudi, quod ne fu-
nem tibimetipſi ad crucem portares, fide- F
liter præmonui. Quamvis apud Deum non
ſit perſonarum acceptio, inſuper originalis
in baptiſmate peccati plena remiſſio, quód-
que me mutire nefas eſt, in ſcrobe tum
infodio, nequaquam ſine legitimis nuptiis
ex omni parte legitima procedit procreatio.
Qualiter autem hoc ſit, fac periculum de
temetipſo, quod hujusmodi propter meos
conſacerdotes diſſimulatum iri deſidero.
Sed autem ne te defraudare videar ex toto,
cave, ne ſaltem capiaris in uno. Quidquid
enim convenit parti, convenit & toti.

De hoc, quod mihi reſcripſiſti, meas li-
teras malè tornatas eſſe, reticerem, ſi non
coram meis compatriotis, neſcio qui causâ, G
me tam turpiter deboneſtari ægrè tuliſſem.
Qua de re licet magis ipſius ſenſus intentio-
ni, quàm pompaticæ poſitionis proprietati
in illis, quemadmodum in iſtis, inhiarem,
tamen ſi univerſaliter non reprehenſæ, ſed
particulariter ad meas manus redirent pun-
cto proſcriptæ, aut pro poſſe defenſas, vel
emendatas tibi remitterem: Sin autem dex-
tetas dando tuæ cavillationi morem gere-
rem, O lepidum caput, quàm eleganter
quaſi providens meo honori, ſi meæ eſſent,
ad cumulandum meum dedecus percun-
ctando dubitâſti. Vah callidum conſilium
tuum: amicum ſic retrahere in præcipitium.
Si autem te ex æquo conveniſſem, tuas car- H
bone notari dignas, te in id mihi conſentire
ex magna parte compellerem, ſi earum the-
ſin, diſtinctionem, ſubdiſtinctionem, me-
dia, vel * periodo, cola, & commate, ** periodis, colis & commate.*
quod abſit, carere perſpicerem: niſi in tan-
tum opprobrium malæ tornationis rugoſa
fronte obſtupeſcerem. Si enimverò in tuis
literis macrologiam, quam ſæpe * ſoleſcere ** Locus, ut videtur, mendoſus. Quam ſæpe ſoles frequentare.*
caveres, non me quaſi ſilicernium in fa-
ciem cæderes. Habe.

SUPERIORIS EPISTOLÆ RETRACTATUS, ET SÆPE TRITI CAPITULI IRREFRAGABILIS ANATHEMATISMUS.

DOMINO ALBOINO,
IN TEMPLO DOMINI NON IDONEE NEMUS PLANTANTI BERNALDUS:
NON FABULOSA VERBORUM FOLIA, SED SENTENTIAS INDUBITABILI VERITATE SUBNIXAS.

A Cceptis literis à tua fraternitate mihi transmiſſis, aliquid in eis reperire deſideravi, quod & animum meum ob injuriam prioris epiſtolæ meritò commotum mitigaret, téque ſaltem aliquo defenſionis colore de tam pernicioſa blaſphemia, quoquo modo expurgaret. Sed eheu nihil hujusmodi in eisdem literis invenire potui, quippe quæ ad cumulum prioris injuriæ meas literas, nulla ratione adhibita, dicunt maledicas, méque priorem injurias concitâſſe, téque nil contumelioſum mihi dixiſſe, tantùm pronunciant, non aliqua ſaltem ratiuncula probant. Quantum autem hæc earum pronunciatio deviet à vero, nulli etiam Idiotæ latebit, qui utriusque noſtrûm epiſtolas diligenter perſpexerit.

B Prima enim epiſtola, quam tibi de hac noſtra quæſtione transmiſi, te tantùm per teſtimonia ſanctorum Patrum fideliter, & amicè præmonuit de cavendo anathemate, ut nec tu ipſe aliquid in ea reperiſſes, quod tuæ literæ ſaltem alicujus offenſione dignum mihi poſſent probare. Quot autem blaſphemias, quàm inboneſtas, quàm pernicioſas pro hac benevolentia mihi reſcripſiſſes, referre pudet, cùm adeò fœteant, ut vel inimico tales inferre non deceat.

Secunda verò mea epiſtola contra easdem blaſphemias tibi directa non remaledicendo tibi talionem reddidit, sed te tantùm, ùt amicum, à blaſphemiis non mihi, ſed tibimetipſi pernicioſiſſimis compeſcere ſtuduit. Proculdubio enim novi, quòd ipſum vas electionis Paulus, per quem loquitur ipſe Christus, maledicos tradiderit Sathanæ, ut diſcerent non blaſphemare. (1. Tim. 1.) Patet igitur ſatis evidenter, quis caput, imò quis C ſumma fuerit hujus injuriæ, & quàm indebitè mea ſcripta à tuis vocentur maledica, quæ te à conviciorum voragine per charitativam admonitionem voluerunt revocare.

Non autem modò eſt neceſſarium, ut etiam hujus epiſtolæ ſingulas non dico rationes, ſed pronunciationes expugnem, quas in prioribus meis epiſtolis indubitanter annullavi, in quibus meam admonitionem rationabilem, & amicam, tuámque reſcriptionem tibi pernicioſam, mihíque contumelioſam evidentiſſimis rationibus probavi, D quarum tu nec ultimam in hac epiſtola deſtruxiſti.

His igitur irrefragabiliter probatis, ultimus tibi reſpondere meritò detrectarem, ſi non tuæ charitati, & hac vice morem gerere deſtinarem, quippe ut & in hac epiſtola tua, quid tuam eruditionem, tuámque religionem dedeceat, me tibi fideliter indicare non tædeat.

Inprimis itaque volo te ſcire circumſtantias Rhetorum huic noſtro negocio non competere, ex quibus Oratores fingunt ſuas conjecturas, non tam de veritate, quàm de veriſimilitudine curantes. Hæc enim noſtra cauſa potiùs ad theſin, quàm ad hypotheſin pertinere cenſetur, nec tractanda eſt per veriſimilem Oratorum ſuadelam, ſed per E irrefragabilem Philoſophorum demonſtrationem. Dicis igitur in Epiſtola tua, Sozomeni capitulum idcirco tibi authenticum videri, quòd certo loco, & tempore à probatis perſonis ſit recitatum, ſcriptum, atque translatum; ſed falleris in hac conſequentia. Num enim Categoriæ præcipui Doctoris Auguſtini, ipſiúsque ſcriptum, de electione Jacob & reprobatione Eſau exemplis Pauli, * ab aliquo ſani capitis recipiuntur pro authenticis, quæ tamen certo loco, & tempore ex perſona probatiſſima non dubitantur deſcripta, ex quibus Categorias nullus benè ſanus authenticis annumerabit: alterum autem ſcriptum idem Doctor in libro Retractationum repudiare non erubuit. Hæc, inquam, & alia hujusmodi prædictam deſtruunt conſequentiam. Unde cùm Sozomeni caput nondum eſſe authenticum probâſſes, nec per hoc probare potuiſti, ut eo recepto nihil à ſana doctrina deviâſſes.

(* videtur aliquid deeſſe.)

Abſurdiſſimum autem videtur, quòd denegas, F te aliquid perverſi ſub eodem capitulo dogmatizâſſe, cùm jamdudum meæ literæ idem ipſum caput tam irrefragabiliter probaverint perverſum: quippe Evangelicis, & Apoſtolicis ſcriptis, atque S. Patrum ſtatutis adverſum. Fruſtra ergo proteſtaris, quòd nullus te ſacerdotibus uxores concedere unquam audiſſet. Nam & ego, & plures alii hoc te ſæpius concedere audivimus,

Digitized by Google

A vimus, cùm idem caput non tantùm pro vero, ſed etiam pro authentico prædicare nec adhuc pertimeſcas. Ipſum enim caput aſſerit S. Paphnucium in Nicæna Synodo ſurrexiſſe, & ſacerdotibus, ut dormirent cum uxoribus ſuis, licentiam impetràſſe. Quicunque igitur hoc non tantùm pro vero, ſed & pro authentico recipiendum, & obſervandum prædicat, nullatenus denegare valet, quin ſacerdotibus uxores concedat.

Incaſſum quoque ſubjungis, qua occaſione illud pro authentico receperis, cùm ipſum à te ſub inevitabili anathemate relictum, nulla ratione probaveris authenticum. Nihil enim intereſt, qualibet occaſione illud pro authentico recipias, quod ne ita recipiatur ſub anathemate prohibitum nondum
B dubitatur. Nam ſemper ſub eodem anathemate erit, quicunque illud aliquatenus pro authentico receperit. Beatus quoque Paphnucius hac blaſphemia non eſt dehoneſtandus, imò Sozomenus, cui id caput aſſignavit Caſſiodorus. Quantiſcunque autem verbis res ſibi ipſis adverſantes reconciliare coneris: nunquam tamen adeò deſipiam, ut Sozomenum Beato Gregorio in prædicto capite conſenſiſſe cenſeam. Ipſe enim Sozomenus fingit in Nicæna Synodo conjugalem incontinentiam ſacerdotibus non eſſe prohibitam, ſed potiùs pro caſtitate reputatam; quam S. Gregorius nec Diaconibus Siciliæ in epiſtola ſua conceſſit; ſed in quibuſdam eorum ad tempus tantùm diſſimulando, non licitam aſſerendo, non cum
C Diaconii adminiſtratione, ſed ſub altioris gradus prohibitione legitur toleràſſe.

Denique nihil adeò alicui reperitur diſſimile, quod non cum eodem aliquem ſimilitudinis habeat colorem: cùm & ipſe Dia-
2. Cor. 11. bolus ſe in Angelum lucis ſoleat transformare. Quid igitur mirum, ſi tu ſcripta Gregorii figmentis Sozomeni quoquo modo aſſimilàſti, cùm tamen adeò diſſentiant, ut hujus figmenta nullatenus Gregorianum anathema ſubterfugere valeant? Juſtiſſimè autem non hanc temporalem, & diſpenſatoriam, S. Gregorii tolerationem, ſed generalia ipſius & reliquorum Patrum decreta generaliter hoc tempore jubemur obſervare; cùm Beatus Papa Leo tuæ partis aſſentator,
D ùt æſtimas, ad Epiſcopos Mauritaniæ hanc generalem proferat ſententiam. Non ergo in cujuſquam perſona eſt prætermittendum, quod in generalibus ſtatutis continetur. Atqui in generalibus ſtatutis per auctoritatem S. Gregorii in Synodo Generali promulgatis, ipſa non tantùm condormitio, ſed etiam cohabitatio ſacerdotum cum fœminis, & omnia, quæ ſacris Canonibus adverſantur, ſub terribili anathemate damnantur.

Hæc igitur ſi tu fideliter attendiſſes, nunquam in tui periculum Domini Apoſtolici ſententiam nimiùm temerariè vocàſſes *temerariam*, quæ tantùm Simoniacos, & incon- E
tinentes Presbyteros à pernicioſo ſibi officio clementer ſeparàrat, quos S. Gregorius cum reliquis Canonum adverſariis ſimul uno tempore ſub ſeveriſſimo anathemate damnârat. Nullatenus ipſe ſe hac damnatione obligavit, licèt Sicilienſium Diaconorum incontinentiam diſſimulando, non quaſi licitam, toleraverit. Ipſi enim Nicæni Patres nullatenus Apoſtolicæ ſedi primatum, ſive privilegium adimunt, cùm omnium etiam provinciarum antiſtites juxta morem Romani Pontificis propria jubeant obſervare privilegia. Eſt autem privilegium Romani Pontificis juxta aſſertionem S. Sylveſtri, Ge- *ubi ſuprà*
laſii, & reliquorum Patrum, ut ipſe de omnibus Eccleſiis judicare valeat, nec alicujus judicio ſubjaceat; & ut ipſorum Canonum, & decretorum ſeveritatem pro temporis ne- F
ceſſitate valeat, imò debeat mitigare. Hujus privilegii auctoritate non impugnando Canones, ſed obſervando, Diaconibus Siciliæ aliquantulum ad tempus pepercit; non cis, cum Sozomeno, peccandi licentiam dedit. Unde nec ſeipſum cum adverſariis proprio anathemate obligavit, ſed juxta tuam ipſius aſſertionem, te ſolum non dico cum Paphnucio, ſed etiam cum omnibus Sozomeni ſectatoribus ſub eodem anathemate reliquit. Ipſi enim SS. Patrum ſtatuta etiam annullare præſumunt, licèt eis nullum privilegium Canones conceſſerint, ut aliquid ex Apoſtolicis ſtatutis ſaltem mitigare poſſint.

Anathema etiam, quod ſubjungis, maximè convenit ſectatoribus Sozomeni, & ut G
compendioſiùs dicam, *Sozomeniſtis*, qui non dico approbant, imò cauſa, & caput ſunt, ut ſeculares incitentur contra ſacerdotes. Ipſi enim ſua nefandiſſima perſuaſione ſimpliciores Presbyteros ad contemnendos Canones adeò confortant, ut rectores Eccleſiarum neceſſariò Gregorianas ſententias ad ſeculares proferant. Ipſe enim Doctor Apoſtolicus Jennaſio Patricio ita ſcribit: *Scito autem, fili excellentiſſime, ſi victorias quæritis, ſi commiſſæ vobis provinciæ ſecuritatem tractatis, nihil aliud vobis magis ad hoc proficere, quàm zelari ſacerdotum vitam, & inteſtina Eccleſiarum, in quantum poſſibile eſt, bella compeſcere.* Idem etiam Reges Francorum in adjutorium ſibi ad correctionem Sacerdotum hac H
terribili ſententia incitavit conteſtans; *quòd*, inquit, *proculdubio facientis culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare.* Nec tamen idem Apoſtolicus per hoc aliquid commiſit in S. Patrum ſtatuta, ſacerdotes à ſecularibus defendentia. Novit enim certiſſimè hæc eadem nullum ſacerdotem à ſecularibus defendiſſe, qui ſacris Canonibus obſtinato animo reſiſteret, imò qui ab iiſdem damnatus jam dudum à ſacerdotio, apud Deum decidiſſet.

Vides-

A Vidéſne igitur, quàm juſtiſſimè prædicto anathemati ſubjaceant *Sozomeniſtæ*, qui quoſlibet Sacerdotes adeò Canones contemnere, adeò ſuam damnationem ſpernere docent, ut Prælati eorum neceſſariò ſibi in adiutorium ſeculares pro ipſis à damnatione revocandis implorent.

Parùm autem, imò nihil tuæ intentioni prodeſt, quòd tot compaſſionum exempla enumeras, dum hoc cuilibet erudito ſit manifeſtum, quòd nullatenus pro alicujus infirmitate ſe aliquis debeat à Chriſto ſeparare, quod omnes faciunt, quicunque aliis tam obſtinato animo contra ſacratiſſimos Canones adminiculari conantur, ut & ipſi jure cum illis ſub uno anathemate multari mereantur. Nam juxta Apoſtolum; *digni* (Rom. 1.) B *ſunt morte non ſolùm qui talia faciunt, ſed & qui facientibus conſentiunt.* Si verò digna rebus nomina imponere volumus, non hoc miſericors compaſſio, ſed potiùs miſerabilis condemnatio nuncupabitur, cùm aliquis non modò ſuum, ſed & alterius peccatum adeò defendere non dubitat, ut à fonte omnium bonorum ſeipſum alienare non timeat. Non eſt modò neceſſarium, ut exempla compaſſionum, quæ fruſtra multiplicas, etiam ſigillatim diſcuriam, cùm eadem generaliter nihil tuæ parti prodeſſe jam monſtrâſſem, quæ etiam in epiſtolari brevitare ſingulatim pertractare nimis longum æſtimo.

Volo tamen hoc tuæ fraternitati fideliter intimare, quòd illud exemplum, quod juſtum Loth filias ſuas pro hoſpitibus ſtuprandas exhibuiſſe, (Gen. 18.) C teſtatur, à B. Auguſtino inter vitanda potiùs, quàm imitanda ſacræ Scripturæ exempla, ſicut & mendacium Rahab, reputatur. Idem enim Auguſtinus evidentiſſimis rationibus probat, quòd nullatenus aliquem pro aliena infirmitate peccatum committere liceat: pro quo devitando, nec propriæ infirmitati parcere debeat.

(1. Cor. 7.) Illud autem Apoſtoli: *Unuſquiſque ſuam habeat uxorem;* cùm nec infirmitati monachorum, nec fragilitati quarumlibet velatarum aliquatenus condeſcendat, multò minus condeſcendit ſacerdotibus; videlicet D qui non ſimplici tantùm benedictione ad continentiam ſunt dicati, ſed per venerandam manus impoſitionem; & per ſacratiſſimi chriſmatis unctionem reliquis continentibus, imò virginibus, ſunt prælati, qui & ad perſolvendum officium, nullis niſi continentibus licitè, quotidie debent eſſe parati. Denique idem Apoſtolus informans Titum de ordinatione ſive de converſatione Sacerdotum, indubitanter affirmat, quòd Sacerdotem oporteat eſſe continentem.

Scias etiam pro certo B. Auguſtinum nullam mentionem tui capituli feciſſe cùm tractaret, quòd multipliciter divina ſcriptura intelligi poſſet. Quis enim ſani capitis ipſum inter divina computaret, quod E ab ipſis divinis ſanctionibus jam ab antiquo irrecuperabiliter anathematizatum conſtaret? Nullus autem *Sozomeniſta* ſummo medico eſt comparandus; quia nullo modo ſine ſua pernicie ſuis favet auditoribus, quod fecit ipſe Chriſtus; nec Domini Apoſtolici auctoritas minuetur, etiamſi quilibet magis perire, quàm Apoſtolicis inſtitutionibus obedire conetur, pro quo etiam orare prohibet ipſe dilectiſſimus Domini: *Eſt*, inquit, *peccatum ad mortem, non dico, ut quis* (1. Joan. 2.) *oret pro eo.* Ipſi videlicet tales ad cor revertentes potiùs pro ſe, & pro aliis debent orare, ita dicentes: *Omnia quæ feciſti nobis* F *Domine in vero judicio feciſti, quia peccavimus tibi, & mandatis tuis non obedivimus.*

Volo etiam, ut diligenter inſpicias, quoſliber à populo vitandos eſſe non tam propter humanam incontinentiam, quàm propter Diabolicam inobedientiam; ùt Spiritus ſanctus per Samuelem teſtatur: *Melior* (1. Reg. 15.) *eſt obedientia, quàm victima, & auſcultare magis, quàm offerre adipem arietum, quia quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus Idololatriæ, nolle acquieſcere.* Hinc & ipſe Princeps Apoſtolorum, ùt B. Alexander Papa capit. 6. teſtatur in ordinatione B. Clementis, firmiſſimè deliberat, ut populus nec ſaltem loqui ei audeat, quem præceptis Apoſtolicæ Sedis inobedientem ſentiat. Propter inobedientiam videlicet ipſe Paulus Samoſatenus, G cujus errorem in ſæpe trito capitulo reſtauravit Sozomenus, ab Epiſcopatu publica manu turpiter eſt expulſus, ùt ipſa, quam nimiùm veneraris hiſtoria, fatetur. Siricius quoque Papa ſacerdotalem incontinentiam defendentibus non promotionem tantùm ademit, ſed omnem etiam aditum indulgentiæ jam tunc eis penitus obſeravit. Decreta Leonis Papæ, quæ tuæ parti ſavere putâſti, *Sozomeniſtas* prorſus condemnant, quæ omnibus Apoſtolica præcepta contemnentibus veniam denegari indicant.

Multum autem tuæ eruditioni derogas in eo, quòd generalibus ſtatutis B. Siricij diſpenſatoriam S. Gregorij tolerationem, quippe localem, & temporalem, miraris diſſo- H nare. Nullus enim Apoſtolicus ſucceſſorem ſuum privilegio ſedis Apoſtolicæ privat, quin pro ſui temporis neceſſitate non ſolùm Canones, ſed etiam ſui anteceſſoris ſanctiones valeat mitigare, nec tamen in hoc ſuo prædeceſſori repugnat, quem & propria ſtatuta aliquando mitigâſſe non ignorat.

Nolo autem iterum exinanire illam tuam deceptoriam ſimilitudinem Sozomeni cum Gregorio, & illum tuum prophetalem funiculum abrumpere non neceſſarium duco; quia Hieremiam de lacu cænoſo extrahi de- (Hierem. 38.) ſiderantem, non obſtinatè ſaluti ſuæ reluctantem, inde extractum non ignoro.

Sciat etiam fraternitas tua non Caſſiodorum,

A rum, ſed Epiphanium neſcio quem Scholaſticum Tripartitam tranſtuliſſe hiſtoriam, cujus Caſſiodori perſona nullatenus anathematizatum Sozomeni caput canonizabit, cùm nec indubitata ſanctitas Hieronymi hiſtoriam Euſebij ab ipſo * translatam effecerit authenticam, quam ipſe Hieronymus in lib. de illuſtribus viris notat deceptoriam.

* *Ruffinus tranſtulit.*

Idem quoque Doctor eximius teipſum idem caput ſanæ doctrinæ adverſum intra crines alienigenæ docuit abſcindere, quod cùm ſuſceptori ſuo, ùt jam ſæpius inculcatum eſt, ſit pernicioſum, nullatenus inter divina mandata ſuper aurum, & topazium eſt amandum.

B

Satis verò diligenter quoslibet à recipiendo Sozomeni capite deterres, cùm adminiſtrationem tam venerabilium Sacramentorum Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus æqua conditione doces injunctam eſſe. Quis autem noſtrum funem ſibi ipſi ad crucem portârit, imò quis jam in cruce ſuſpenſus ſtrangulantem nodum non abruperit, ſed arctiùs gutturi ſuo innectere ſtuduerit, tu ipſe in ſuperioribus evidenter oſtendiſti, ubi teipſum in Gregoriani anathematis eculeo ſuſpenſum reliquiſti.

Laudo tamen, quòd plenam remiſſionem peccatorum in baptiſmo te credere profite-
C ris, per quam profeſſionem blaſphemias epiſtolæ tuæ reprobâſti; in qua, inquam, epiſtola filio jam dudum baptizato, patris peccatum imputâſſe notaris. Illam quoque tuam propoſitionem, *quidquid convenit parti, convenit & toti:* & alia hujusmodi exempla, non ex arte prolata, facillimè monſtrarem, ſi non in tali negocio de arte loqui minùs idoneum reputarem. Aliorum quippe judicio arbitror, non noſtro relinquendum, quid de tuarum literarum, ſive mearum compoſitione ſit cenſendum.

Propulſatis igitur irrefragabiliter tuis objectionibus iterum, te, licèt ingratum, charitativè per ſubſcriptas rationes libet convenire, ut ſaltem jam tertiò admonitus ad cor
D redeas, ne cum ſectatoribus Sozomeni anathematizatus in æternum pereas. Nullum caput canonicæ veritati contrarium pro authentico eſt recipiendum, atqui tuum *topazion* ſacratiſſimis Canonibus eſt contrarium. Aſſerit enim, Nicænam Synodum Sacerdotibus incontinentiam non prohibuiſſe; quibus S. Hieronymus, Siricius, Gregorius non ſolùm coitum, ſed & cohabitationem cum fœminis in eadem Synodo penitus prohibitam eſſe teſtantur. Ergo illud tuum *topazion* non etiam pro vero, nedum pro authentico eſt prædicandum à quolibet in ſacris literis erudito, cùm ſcriptum ſit; *os,* (*Sap. 1.*) *quod mentitur, occidit animam.* Item B. Joannes Apoſtolus dicit; *Timidis, &c. & mendacibus locus eſt in ſtagno ignis ardentis.* Item Pſalmiſta: *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.*

E *Apoc. 21.* *Pſal. 5.*

Amplius: Sanctiſſimus Papa Leo per Epiſcopos in I. Toletana Synodo congregatos Balconio Galliciæ Epiſcopo hanc ſententiam inter alia tranſmiſit: *Si quis dixerit, vel crediderit, alias ſcripturas præter quas Catholica Eccleſia recipit, in auctoritate habendas, vel venerandas eſſe, anathema ſit.* Hoc igitur anathemate proculdubio illi multantur, quicunque illud tuum caput pro authentico venerantur, quod nullatenus Catholica Eccleſia recipit, cùm ſacris ſcripturis adverſari non dubitetur.

In aſſertione fidei, quæ invenitur poſt canones Toletanæ I. Synodi.

F

Amplius: Beatiſſimus Papa Damaſus ſcribens ad Aurelianum Carthaginenſem Archi-Epiſcopum veriſſimè teſtatur: *illos manifeſtè Spiritum ſanctum blaſphemare, qui contra ſacros Canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter aliquid, aut protervè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt.* Quicunque autem tuum *topazion* pro *canonico* recipiunt, non ſolùm eoſdem canones prævaricantur, ſed etiam eisdem obſtinato animo, ùt jam ſæpius probatum eſt, adverſantur. Ergo ipſi cùm Spiritum ſanctum blaſphement, ipſius damnationem, juxta prædicti Apoſtolici atteſtationem, non evadent, præcipuè cùm ipſa veritas in Evange-
G lio teſtetur; quòd blaſphemia in Spiritum ſanctum, nec hîc, nec in futuro remittatur: Ipſúmque Conſtantinopolitanum Concilium, quod eſt unum ex quatuor Conciliis æquè ùt Evangelium, venerandis, ipſum, inquam, Concilium cap. 1. cum omnibus hæreſibus etiam contumaciam Spiritui ſancto repugnantium anathematizat; quos & ſpeciali nomine, juxta quandam translationem, Pneumatomachos cognominat.

Luc. 12.

Amplius: Spiritus ſanctus per Apoſtolum iſtam promulgavit ſententiam: *Si quis non amat Chriſtum, ſit anathema, maranatha.* Sectatores autem Sozomeni non amant Chriſtum, cùm indubitanter blaſphement Spiritum ſanctum, per quem ipſe Chriſtus
H Canonicas Sanctiones inſpiravit SS. Patribus. Ergo ipſi ſubjacent Apoſtolico Anathemati.

1. Cor. 16.

Amplius: B. Gelaſius Papa in Apoſtolica Sede cum LXX. Epiſcopis nominatim Nicolaum B. Stephani Protomartyris Condiaconum, Paulum Samoſatenum Patriarcham Antiochenum, omnéſque hæreticos ſive Schiſmaticos, & omnes eorum Sectatores irremediabiliter anathematizatos eſſe pronunciavit cum omnibus, quæ docuerunt,

A ſive conſcripſerunt. Quicunque autem docent, capitulum Sozomeni pro authentico debere recipi, ſectantur Paulum, & Nicolaum Hæreſiarchas, cùm in eodem capite adſcribant Sacerdotibus conjugale opus. Quomodo ergo ipſi, niſi reſipiſcant, eorum anathema ſubterfugere poterunt, quorum nefarium dogma confirmare, & diſſeminare non timuerunt?

Amplius: Hæreſiarches Jovinianus à B. Gelaſio inter reliquos Hæreticos ſpecialiter anathematizatus, licèt hæreticè incontinen-
B tiam continentiæ adæquârit: nunquam tamen adeò deſipuit, ut Epiſcopale Officium, ſingularem utique, & principalem continentium dignitatem, incontinentibus adſcribi poſſe dogmatizârit. Satius enim ſibi videbatur, ut hoc reprobando ſuæ hæreſi refragaretur, quàm incontinentiam continentiæ tantum adæquaret, ut contra fas, & jus etiam incontinentiam divinis myſteriis admittendam aſſereret. Ergo *Sozomeniſtæ*, qui hoc impudenter aſſerendo eundem Hæreſiarcham in errore præcedunt, quomodo ipſius inevitabile anathema ſubterfugere valebunt? Has igitur irrefragabiles ſanctorum Patrum ſententias diligenter inſpicias, nec
C contra ſalutem tuam Sozomeni caput deinceps pro authentico recipere præſumas.

Sed forſitan adhuc dicis, te illud pro authentico recipere, non pro alia cauſa, niſi pro quorundam infirmorum compaſſione. Quam objectionem, licèt in ſuperioribus ſatis rationabiliter annulârim: tamen iterum eidem pro tua charitate non gravabor obviare. Beatus Pater Auguſtinus, imò per ipſum Spiritus ſanctus, in libro contra Mendacium teſtatur ita dicens: *Ea, quæ conſtat eſſe peccata, nullo bonæ cauſæ obtentu, nullo quaſi bono fine, nulla velut bona intentione facienda ſunt.* Recipere autem Sozomeni caput non tantùm pro vero, ſed etiam pro authentico, ſive Canonico, damnabile peccatum eſſe probatur; cùm idem caput, & Canonicæ veritati contrarium, & ſub anathema-
D te à ſanctis Patribus prohibitum non dubitetur. Nullo igitur bonæ cauſæ obtentu, nullo quaſi bono fine, nulla quaſi bona intentione eſt recipiendum. Ergo, nec pro compaſſione aliquorum. Hunc itaque librum Auguſtini ſi tu fideliter attenderis, nunquam nobis aliquod peccatum faciendum eſſe vel pro alicujus æterna ſalute judicabis.

S. Auguſt. lib. contra Mendacium cap. 7.

Qua de re diligenter, & obnixè tuam fraternitatem non ceſſo implorare, ut ſaltem E
modò totiens rationabiliter admonitus animæ tuæ ſaluti provideas, téque à jam pernicioſo anathemate ſubtrahas, neque ſimpliciores in tuam, & ipſorum perniciem per anathematizati capitis receptionem ſeducas. Vigilanter ſanè attendas verba Domini terribiliter comminantis ei, qui aliquem de puſillis ejus ſcandalizaverit. *Matth. 18.* Precor etiam te, ut & in hoc meam admonitionem recipias, nec te juxta S. Gregorium Apoſtolicæ Autoritatis reum ulteriùs efficias, quod jam dudum feciſſe probaris, cùm Domini Apoſtolici præceptum contempſiſſe, & ei de verbis & ſcriptis derogâſſe non dubiteris. Qui etiam & alios per anathematizatum caput à te inter authentica deſcriptum confortâſſe infamaris, ut Apoſtolicis F
repugnent Statutis. Certiſſimè autem volo te ſcire, quòd nec moderni * Gregorij anathema tibi deerit, ſi ad ipſum hæc infamia jam de te vulgò diſſeminata pervenerit, quæ te præcipuum Doctorem, defenſorem, imò vocem eſſe aſſerit omnium, qui Canonicis, & Apoſtolicis Inſtitutionibus obſtinato animo reſiſtant.

** Vivebat ergo adhuc Gregorius VII. quando Bernaldus hanc epiſtolam ſcripſit.*

Hanc igitur infamiam, fideliter admoneo te, ut compeſcas, neque deinceps Apoſtolicis Statutis in periculum tuum aliquatenus refragari præſumas. Ut autem damnatorias ſententias noſtri Apoſtolici, & ipſius Principis Apoſtolorum ſuper Ananiam, & Saphiram pari efficacia pollere non dubites: *Act. 5.* damnationem Spirenſis Epiſcopi, & mortem ejus ſtudioſè conſideres, qui in præte- G
rito anno, qui erat ab Incarnatione Domini M.LXXV. in prima hebdomada Quadrageſimæ, eadem die, id eſt, VI. Cal. Martij, imò eadem hora ſubitò, quaſi quodam inviſibili telo perculſus, apud Spiram infirmari cœpit, qua hora & cauſam ejus in Romana Synodo noſter Apoſtolicus ventilare cœpit. Idem quoque tertia die, id eſt, IV. Cal. Martij heu miſerabiliter expiravit, qua cum etiam definita noſtri Gregorij ſententia Romæ cum indubitabili efficacia damnavit. Sic enim concors fidelium relatio virorum teſtatur, quorum quidam eo tempore in Romana Synodo damnationi ejuſdem prævaricatoris interfuêre: quidam verò apud Spiram; quòd idem Epiſcopus tam ſubitò, tam miſerabiliter obiiſſet, præſentes exhorruêre. Ergo & tu cave. * Das dir jeth alſamo beſchehe.

Scripſit ergo hanc epiſt. Bernaldus anno M.LXXVI. De hoc Epiſcopo Spirenſi Bernaldus noſter in ſuo Chronico anno M.LXXV. Nomen huic Epiſcopo erat Henricus. Vide de hoc Romano Concilio, Tomo 3. Conc. & Baron. Tomo XI. anno Chriſti M.LXXV.

** Hæc Germanica verba claudunt epiſtolam in Cod. Manuſcripto.*

EPISTC-

EPISTOLA RECONCILIATIONIS
Pro ſuperiorum Epiſtolarum injuriis.

FILIO DEXTRÆ BERNHALDO
ALBOINUS, PAR VELLE, IDEMQUE NOLLE.

A 1. Cor. 3. NE ſit inter nos zelus, & contentio, Propheticum ſonat cum Apoſtolo. Quapropter boni æmulatores eſſe ſtudeamus, quatenus quidquid noceat, facillimè evadere valeamus. Si qua diſſenſionis, æmulationíſve zizania inter nos pullulâſſe videantur, identitate puræ dilectionis, ejúſque propinquæ, fidei falce radicitus evellantur. Omne * noſtri negocium juxta Tullij, & Quintiliani conditiones, vertatur in utile, & honeſtum. Si hactenus per longas lucubrationes contentiosè, & infructuosè egimus; nunc ſententiosè, & charitativè per pauca multum proficiamus. Si non propter Deum omni creaturæ ſubjacere deberem; propter tuæ redintegrandæ amicitiæ ſtatum nullatenus contentioni cedere recuſarem. B Me verò, ſi quid dixi, quod tibi, vel alicui ſubolere poteſt bono, quo ſpiritus ſalvus fiat, in interitum carnis tradi non renuo. 1. Cor. 5. Amodò, utcunque res ſe habeat, fervida vis charitatis neſciens minui, ſole calidior, adamante perennior, in æternum & ultrà permaneat. Jam jam perſtemus, & conemur, uti novum par amicitiæ invicem generare videamur.

* *noſtrum.*

Finis diſceptationis de continentia Clericorum.

APO-

APOLOGETICUS
BERNALDI
PRESBYTERI

PRO

DECRETIS GREGORII VII.
PONTIFICIS MAXIMI EDITIS
IN SYNODO ROMANA.

ADVERSUS

SIMONIACOS ET INCONTINENTES
ALTARIS MINISTROS.

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUS,
EX DUOBUS MANUSCRIPTIS CODD.
ALTERO RATISBONENSI, ALTERO
WEINGARTENSI.

CAPI-

Digitized by Google

CAPITULA
SEQUENTIS OPUSCULI.

Cap. I. *Decretalis Epiſtola venerabilis Papæ Gregorij.*

II. *De auctoritate quatuor principalium Conciliorum.*

III. *De auctoritate Apoſtolicarum inſtitutionum.*

IV. *De auctoritate reliquorum Conciliorum.*

V. *Brevis enumeratio decretorum ſuperioris epiſtolæ.*

VI. *De primo ſtatuto, id eſt, de Simoniacis.*

VII. *De ſecundo ſtatuto, id eſt, de emptoribus Eccleſiarum.*

VIII. *Quòd & ſacra Scriptura damnet venditores ſpiritualium officiorum.*

IX. *Item, quòd emptores eorum damnet.*

X. *Item mediatores hujusmodi Simoniacæ negotiationis.*

XI. *Detectio ſtatuti prædictæ decretalis Epiſtolæ, id eſt, ut incontinentes altari nullatenus miniſtrent.*

XII. *De anathemate eorum, qui defendunt incontinentiam ſacerdotum, per Sozomeni capitulum ex Tripartita hiſtoria depromptum.*

XIII. *Quòd non Sacramentorum miniſtris, ſed Laicis permiſſum ſit, ut unusquiſque ſuam habeat uxorem.*

XIV. *Quid Apoſtolus conſtituat de ſacris ordinibus.*

XV. *Utilis conſideratio eiusdem inſtitutionis.*

XVI. *Expoſitio B. Hieronymi ſuper eandem inſtitutionem.*

XVII. *De quarto ſtatuto prædictæ decretalis Epiſtolæ, ne populus officia clericorum recipiat, quos Apoſtolica ſtatuta contemnere videat.*

XVIII. *Cur eorum officia populo ſunt prohibita.*

XIX. *Explanatio cujusdam capitis, quod præſenti ſtatuto videatur adverſari.*

XX. *Quid Domnum Apoſtolicum compulerit; ut hæc ſtatuta depromeret.*

XXI. *Quòd non illi, ſed SS. Patribus pro hujusmodi ſtatutis eſſet indignandum.*

XXII. *Cur eisdem ſtatutis nullæ appoſitæ ſint induciæ.*

XXIII. *Quòd Domnus Apoſtolicus non ſolùm Epiſcopos ſed & ſubditos eorum damnare poſſit.*

XXIV. *Quòd cujuslibet Epiſcopi parochianus Domno Apoſtolico etiam plus debeat obedire, quàm proprio Epiſcopo.*

BERTOLDUS
VEL RECTIUS
BERNALDUS NOSTER
IN SUO CHRONICO
ANNO DOMINI M.LXXV.

GREGORIUS Papa in prima hebdomada Quadrageſimæ Synodum Romæ collegit, in qua cauſam Epiſcopi Spirenſis, ſed Simoniaci, examinavit: qui, ipſa die, cùm examinaretur cauſa ejus Romæ, id eſt VI. Calend. Martii infirmatus eſt Spiræ, ſed deinde IV. Calend. Martii miſerabiliter exſpiravit: quando, & à Gregorio Papa definitam ſuæ damnationis ſententiam in Romana Synodo excepit. In eâdem Synodo decretum eſt à Gregorio Papa, ut Clerici aliquem ſacrorum ordinum gradum, & officium precio adepti, deinceps in Eccleſia non miniſtrent, nec Eccleſiam precio acquiſitam aliquis retineat, nec deinceps alicui Eccleſiam vendere, & emere liceat. Deinde, ut à Clericali officio ceſſent, quicunque ſe per incontinentiam reprehenſibiles exhibent. Item, ut populus Clericorum officia nullatenus recipiat, quos prædictas Apoſtolicas inſtitutiones contemnere percipiat.

INCIPIT
APOLOGETICUS BERNALDI
SUPER DECRETA QUÆ VENERABILIS
PAPA GREGORIUS EIUSDEM NOMINIS VII.
IN ROMANA SYNODO PROMULGAVIT, CONTRA SIMONIACOS, ET INCONTINENTES ALTARIS MINISTROS.

PROLOGUS.

A IN ſuperioribus epiſtolis illi * noſtro, nolit Deus, ut deinceps dicam æmulo, ſed amiciſſimo ſatisfacere ſtudui; & capitulum ſtatutis noſtri Apoſtolici contrarium nullatenus attendendum, ut puta ſub anathemate prohibitum, evidenter monſtravi: adeò videlicet, ut ipſe amicus noſter, ſe jam non ulteriùs contentioni, ſed amicitiæ operam daturum mihi reſcriberet. Sed plures adhuc reſtant, qui eiſdem ſtatutis obſtinato animo nimirum periculoſè, imò perniciosè reſiſtunt: qui & alios ſimpliciores, quippe non multùm ſtudioſos ad conſiderandos Canones, adeò ſeducunt: ut & ipſi prædictas authenticas ſanctiones contemnant, & ſuam conſuetudinem B iucundiſſimam quidem, ſed pernicioſiſſimam retinere contendant. Quod non plures eorum feciſſent, ùt mihi videtur, ſi ipſis bene compertum eſſet, quàm parùm, vel potiùs, quàm * non, noſter Apoſtolicus in prædictis ſtatutis deviet à ſanctis Patribus. Quapropter mihi, meíque ſimilibus commodum fore cenſui, ſi eadem ſtatuta, Canonicis ſcripturis conferrem, & mutuam eorum concordiam qualiſcunque ſtyli officio breviter, ac fideliter commendarem. Et hoc, ea intentione, ut, ſi quis forſitan ex idiotis hæc inſpicere dignetur, tantò

* *Alboino.*

Cod. Rat.

* *Cod. Rat. nihil.*

A tò vivaciùs ad obediendum Apoſtolicis inſtitutis reſipiſcat, quantò evidentiùs videat hæc eadem nullatenus à ſacratiſſimis canonibus deviare: ſed cum eiſdem ex ipſa ſacra Scriptura proceſſiſſe.

CAP. I. In primis igitur decretalem epiſtolam noſtri Apoſtolici deſcribere juvat: ut tantò apertiùs ſequentia eluceſcere valeant.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto in Chriſto fratri Othoni Conſtantienſi Epiſcopo, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Inſtantia nuntiorum tuorum feſtinanter redire volentium non permiſit nos fraternitati tuæ, quæ in Romana Synodo conſtituta ſunt, ſeriatim intimare. Hæc tamen neceſſariò tibi ſcribenda fore arbitrati ſumus: nos, juxta auctoritatem
B *SS. Patrum in eâdem Synodo ſententiam dediſſe: ut hi, qui per Simoniacam hæreſim, hoc eſt, interventu * pecuniæ ad aliquem ſacrorum Ordinum gradum, & officium promoti ſunt, nullum in ſancta Eccleſia ulterius miniſtrandi locum habeant. Illi quoque, qui Eccleſias datione pecuniæ obtinent, omnino eas perdant: nec deinceps vendere, vel emere alicui liceat. Sed nec illi, qui in crimine fornicationis jacent, miſſas celebrare, aut ſecundùm inferiores Ordines miniſtrare altari debeant. Statuimus etiam, ut, ſi ipſi contemptores fuerint noſtrarum, imò SS. Patrum conſtitutionum, populus nullo modo eorum officia recipiat, ut qui, pro amore Dei, & officii dignitate non corriguntur, verecundia ſeculi, & objurgatione populi reſipiſcant. Studeat*
C *igitur fraternitas tua, ſe in his nobis cooperatricem exhibere: ſic crimina iſta de Eccleſiis tuis radicitus evellere, quatenus boni paſtoris meritum apud Deum valeas obtinere, & Romana Eccleſia de te, ſicut de chariſſimo fratre, & ſtudioſo cooperatore debeat gaudere.*

* C. R. pretii.

CAP. II. Sed priuſquam hæc ſtatuta ſingulatim conſideremus, quiddam de ipſorum Canonum auctoritate non incommodum æſtimo prælibare, ut tantò firmiùs teneatur, quidquid ex eis ad obſervandum nobis denuntiatur. Sanctiſſimus Papa Gregorius, quem noſter Apoſtolicus nomine, & actione noſtris *repræſentat temporibus, in ſua ſynodica, id eſt, ſynodali epiſtola, ſan-
D ctiſſima quatuor Concilia confirmat ita: *Sicut * ſancta Evangelia quatuor, ſic quatuor Concilia ſuſcipere, & venerari me fateor. Nicænum ſcilicet, in quo perverſum Arii dogma deſtruitur. Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomii, & Macedonii error convincitur. Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorii impietas judicatur. Chalcedonenſe verò, in quo * Eutychetis, Dioſcorique pravitas reprobatur, tota devotione complector; integerrima approbatione cuſtodio; quia in his, velut in quadrato lapide ſancta fidei ſtructura conſurgit: & cujuslibet vita, atque actionis norma conſiſtit, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe * videatur, tamen extra ædificium jacet, &c. Cunctas verò, quas præfata veneranda Concilia*
E *perſonas reſpuunt, reſpuo: quas venerantur, amplector: quia, dum univerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe, & non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſolvere, quos * religant, aut religare, quos ſolvunt. Quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit.* Hucuſque Gregorius.

S. Greg. l. lib. 1. ep. 24.

*C. R. repræſentavit.

* C. R. ſancti Evangelii quatuor libros. ſic etiam habet Rom. editio.

* Eutychis. Rom. editio.

* cernitur. Rom. editio.

*C. R. ligant & Rom. editio

Hanc autem ſynodalem epiſtolam idem Apoſtolicus ſtatim poſt ordinationem ſuam compoſuit, & reliquis Patriarchis, quippe Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano tranſmiſit. Conſuetudo enim erat eo tempore, ut quilibet in aliqua Patriarchalium ſedium noviter ordinatus, ſe prædictas IV. Synodos cuſtodire, reliquis ſedibus, tranſmiſſa epiſtola profiteretur, antequam nomen ejus apud reliquas ſedes in diptychis deſcribi mereretur. F
Nomen videlicet prædeceſſoris ejus, licèt defuncti, reliquæ ſedes computabant inter viventes, donec ipſius noviter inthronizati præſulis ſynodicam reciperent epiſtolam: quæ, quia eundem Epiſcopum quatuor Synodos recepiſſe denotavit, hoc ſibi nomen, id eſt, ſynodicam ab eiſdem ſynodis non incongruè videtur mutuâſſe.

Hanc autem conſuetudinem illius temporis fuiſſe, idem ſanctiſſimus Papa teſtatur in epiſtola ad Secundinum ſervum Dei incluſum: quam & uſque ad tempora beati Papæ Hadriani, quippe ad Karolum Regem perdurâſſe, Joannes Romanæ Eccleſiæ Diaconus aſſerit: qui vitam S. Gregorij, ex præcepto S. Joannis Papæ fideliter deſcripſit. G
Sed utrum adhuc eadem conſuetudo perduret, ignoro. Quam tamen præfatis temporibus fuiſſe non dubito. Patet igitur evidentiſſimè, quàm magnæ ſint auctoritatis illa quatuor Concilia, quæ S. Gregorius, imò per ipſum Spiritus ſanctus, non ſemel, ùt prædictum eſt, ſed ſæpius, & Evangeliis comparat, & omnes ab eiſdem diſſentientes anathematizat. Quæ, & quilibet novitius Patriarcha ſe obſervaturum per epiſtolam ſuam reliquis ſedibus profiteri debebat, ſi ſe inter Catholicos Patriarchas in diptychis deſcribi volebat.

S. Gregor. lib. 7. ep. 54.

CAP. III. Decreta verò ſanctiſſimorum Romanorum Pontificum ſi poſſemus, etiam H
ſtudioſiùs, quàm illa quatuor Concilia venerari, & obſervare deberemus: cùm & ipſa Concilia omni firmitate carerent, ſi non Apoſtolicæ Sedis Pontifices eadem, per Apoſtolicam Auctoritatem & congregare, & corroborare decreviſſent. Unde & beatus Papa Marcellus, qui & ante Nicænum Concilium ſua decreta martyrio conſecravit, ipſe, inquam, Vir Apoſtolicus, in decretis ſuis cap. 11. teſtatur ita: *Ipſi Apoſtoli, eorúmque ſucceſſores, Domino inſpirante, conſtituerunt, ut nulla fieret Synodus præter Romanæ Sedis auctoritatem.* Sanctus quoque Athanaſius Præſul Alexandrinus, qui non minima pars Concilij Nicæni fuit, in Epiſtola ad Feli-

B. Marcellus, Papa. ep. 1. Rom. editionis.

A Felicem Papam capite 11. ita dicit: *Scimus in Nicæna magna Synodo CCC.XVIII. Epiſcoporum ab omnibus concorditer eſſe roboratum, non debere abſque Romani Pontificis ſententia Concilia celebrari.* Sed & beatæ memoriæ Julius Papa idipſum eapite 5. profitetur dicens: *Ipſi verò primæ Sedis Eccleſiæ convocandorum generalium Synodorum jura, & judicia Epiſcoporum, ſingulari privilegio Evangelicis, & Apoſtolicis, atque Canonicis conceſſa ſunt inſtitutis.* Beatus quoque * Damaſus Papa in decretis ſuis cap. 9. hanc intulit ſententiam: *Nulla unquam Concilia rata leguntur, quæ non ſunt fulta Apoſtolica Auctoritate.*

* *Julius I. in reſcripto ad orientales Rom. editiu. pag. 208.*

His autem ſententiis beatus Iſidorus rimator ſcripurarum ſagaciſſimus fideliter adſtipulatur dicens: *Synodorum verò congregandarum auctoritas Apoſtolicæ Sedi privata commiſſa eſt * auctoritate congregata, vel fulta. Hæc Canonica teſtatur auctoritas: hæc Eccleſiaſtica Hiſtoria roborat. Hæc ſancti Patres confirmant.*

* *C.R. generalem interſerit.*

* *C.R. poteſtate. Nec ullam Synodum ratam eſſe legimus, quæ ejus non fuerit.*

B Si igitur illa quatuor Concilia omni auctoritate carerent, niſi principaliter ex decreris Romanorum Pontificum firmitatem obtinerent: quis inficiari poterit, quin decreta per ipſos Apoſtolicos viros promulgata, majori veneratione digna meriiò cenſeantur, quàm ipſa Concilia, quæ non per ipſorum Apnſtolicorum præſentiam, ſed tantùm per ipſorum legationem, authentica fieri merebantur? Sic enim Legati Sedis Apoſtolicæ enrundem principalium Conciliorum ſanctiones primaria ſubſcriptione Apoſtolica vice eanonizabant. Nempe ſub piiſſimo Imperatore Conſtantino magnus Hoſius Cordubenſis Epiſcopus, Victor,
C & Vincentius Presbyteri Romanæ Eccleſiæ, ex parte ſancti Sylveſtri Papæ Nicæno Concilio præſuerunt, & ipſum principali ſubſcriptione firmaverunt. Item temporibus Theodoſij junioris Auguſti, ſanctus Cyrillus Patriarcba Alexandrinus, & Arcadius Epiſcopus ex Italia vice beatiſſimi Papæ Cæleſtini, Epheſino Concilio præſuerunt; & ipſum Apoſtolica vice eorroboraverunt. Item, tempore Marciani Principis, Paſcbaſinus, & Vincentius Epiſcopi, & Boniſacius Presbyter, vice ſancti Leonis Papæ in Chalcedonenſi Concilio per duodecim dies eelebrato, primi fuerunt, qui & Anatolio Patriarcbæ Conſtantinopolitano quoddam privilegium
D in Concilio uſurpanti, liberaliter conradixerunt, & reliquis ſtatutis Apoſtolica vice ſubſcripſerunt: ùt liber ſancti Liberati Carthaginenſis Arcbidiaconi de eodem Concilio teſtatur. Hæc autem omnia maniſeſtiùs ille videbit, quicunque eorundem Conciliorum ſubſcriptiones ſtudioſè perſpexerit. Ergo reverentiam, ſive obedientiam, quam ſacratiſſimis quatuor Cnnciliis juxta ſanctum Gregorium meritò exbibemus; decretis Apoſtolicæ Sedis nullatenus denegare, imò, ſi poſſibile eſt, ſtudioſiùs impendere debemus: cùm ſine eorum auctoritate nec ipſa E Concilia fas eſſet recipere.

CAP. IV. Sed nec reliqua Concilia parvi pendere debemus: in quibus multa, nuſquam alibi inventa, Eccleſiaſticæ tamen * diſpenſationi neceſſaria reperimus. Quæ quidem à ſuperioribus authenticis ſanctionibus nullo modo diſcrepant, eùm Cbriſtianæ Religioni apertiſſimè conveniant. Hujuſmodi, inquam, eapitula, in quibuslibet Conciliis inventa, nullatenus ab aliquo Catholico ſunt contemnenda: præſertim cùm ipſa reliqua Concilia, ex ſacratiſſimarum auctoritate ſanctionum deſcendiſſe non dubitentur: quæ per ſingulas Provincias bina Epiſcoporum Concilia annuatim fieri firmiſſimè decernunt. Hoc, inquam, beatus Anacletus ab ipſo Principe Apoſtolorum presbyter ordinatus in decretis ſuis capit. 17. certiſſimè decernit: *Congregatio*, inquit, *ſummorum per ſingulos annos fieri ſolet, & debet.* F Hoc exeellentiſſima Synodus Nicæna cap. 5. conſtituit. *Bene*, inquit, *placuit ſingulis annis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari, ut communiter omnibus ſimul Epiſcopis congregatis, diſcutiantur hujuſmodi quæſtiones.* Item, Conſtantinopolitanum Concilium, enumeratis privilegiis diverſarum Eccleſiarum cap. 11. * conſtituit: *Servata regula, quæ ſcripta eſt de gubernationibus, manifeſtum eſt, quòd illa, quæ ſunt per unamquamque Provinciam ipſius Provinciæ Synodus * diſpenſetur, ſicut Nicæno conſtat decretum eſſe Concilio.*

* *C.R. diſpoſitioni.*

* *C.R. ita.*

* *C.R. diſpenſet.*

Item Chalcedonenſe Concilium cap. 19. dicit: *Decrevit ſancta Synodus ſecundùm Canones Patrum bis in anno Epiſcopos in id ipſum in* G *unamquamque provinciam convenire, quo metropolitanus antiſtes probaverit: & corrigere; ſi qua fortaſſis emerſerint.*

Patet ergo, quòd authenticæ ſanctiones etiam Provincialia Concilia fieri præcipiunt: quod incaſſum præciperent, niſi & nos eorundem Conciliorum probabiles ſententias obſervare decernerent. Unde & in tertio Toletano Concilio univerſali decretum eſt: *Qui Concilia orthodoxorum Epiſcoporum, conſona ſanctiſſimis quatuor Conciliis non recipit, anathema ſit.* H Quicunque igitur vel horum Conciliorum rationabilibus ſtatutis obviare conatur, etiam à ſuperioribus authenticis ſanctionibus in periculum ſuum diſſentire probatur. Beatus quoque Iſidorus, in quadam ſua præfatione de Canonibus eapite undecimo, prædictis rationibus adſtipulatur hoc modo: *Noſſe etiam oportet, licèt cætera non infirmantur, quatuor eſſe principalia Concilia.* His autem enumeratis ſubinfert in eodem capite. *Sed & ſi qua ſunt Concilia, quæ ſancti Patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt, poſt iſtorum quatuor auctoritatem omnium manent ſtabilita vigore.*

Iſidorus libro originu. 6. cap. 15.

Eſt

A Eſt ergo dignum, ut & hujuſmodi Conciliorum ſtatutis obtemperetur. Si enim non parvæ ſtultitiæ conſtat, ſi quis cujuslibet unius hominis ſano conſilio adquieſcere detrectat: quantò magis reprehenſibile videtur, ſi quis impudenter reſiſtit hujuſmodi Conciliorum ſtatutis: non unius, ſed plurimorum ſapientium auctoritate, & judicio prolatis, atque probatis. Nempe hujuſmodi Conciliis plures Catholici, & eximii Doctores interfuiſſe leguntur, ut in Africanis Conciliis Legati ſedis Apoſtolicæ Fauſtinus, Honoratus, Urbanus Epiſcopi, * ſanctus etiam Aurelius Carthaginenſis Archi-Epiſcopus: Item ipſe vir omnium virtutum Auguſtinus Hipponeregienſis Epiſcopus, quem ſanctus Celeſtinus vir Apoſtolicus in decretis ſuis ita nobis commendat: *Auguſtinum*, inquit, *ſanctæ recordationis virum,* B *pro vita ſua, atque meritis in noſtra communione ſemper habuimus: nec unquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor adſperſit, quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, ut inter magiſtros optimos, etiam antè à meis prædeceſſoribus haberetur. Benè ergo de eo omnes in commune ſenſerunt, utpote, qui ubique cunctis & amori fuerit, & honori.* Huic etiam Auguſtino, ut liber Liberati teſtatur, Theodoſius Imperator, per *ſacram* ſuam mandavit, ut ſe Epheſino Concilio præſentaret. Sed eheu, tam egregius Doctor antè mundo ſubtractus eſt, quàm ad illum invitatoria Romani Principis Epiſtola perveniſſet.

* in C. R. deſideratur.

B. Celeſtinus 1. ep. 8.

Hi ergo, quos prædixi, & alij innumerabiles ſancti Patres Africanis Conciliis interC fuére, imò præfuére. Sic etiam ſanctus Marinus Arelatenſi Concilio per ſanctum Silveſtrum * approbato: ſic ſanctus Cæſarius Agathenſi: ſanctus Hilarius Arauſicenſi: ſanctus Albinus Aurelianenſi: ſanctus Bonifacius Mogontienſi Concilio: ſic & alii aliis Conciliis non ſoli, ſed cum pluribus aliis ſanctis Patribus interfuiſſe leguntur, qui in Chriſtiana religione, & doctrina tam inſignes fuiſſe creduntur, ut vel unius eorum ſingulari judicio obviare nimium eſſet temerarium. Ergo multorum ſapientium judicio non acquieſcere, multò magis eſt intolerabile, in his duntaxat capitulis, quæ prædictis authenticis ſtatutis non adverſantur, ſed inſtitutioni Chriſtianæ religionis proculdubio ſuffragantur. Nam juxta beaD ti Auguſtini judicium; *pro nullius perſonæ reverentia eſt recipiendum, ſi quid Canonicæ veritati in aliquo Concilio vel alicubi reperitur adverſum.*

* C. R. Papam.

Præterea, ſancta, & veneranda Synodus Chalcedonenſis, etiam Provincialia Concilia ante ipſum tranſacta, canonizâſſe non dubitatur, ita decernens capite primo: *Regulas ſanctorum Patrum per ſingula nunc uſque Concilia conſtitutas, proprium robur habere decrevimus.* Hæc autem Concilia ante ipſum Chalcedonenſe leguntur fuiſſe: Ancy- E ranum: Neocæſareenſe: quæ, & Nicæno Concilio antiquiora traduntur. Item, Gangrenſe, Sardicenſe, Antiochenum, Laodicenſe. Ergo eadem & in Chalcedonenſi Synodo non dubitantur eſſe roborata: quæ, etiam cum Africanis canonibus beatus * Hadrianus Papa Karolo Imperatori ad diſponendas Eccleſias in regno ſuo, Romæ tradidiſſe legitur. Quapropter nec Provincialium Conciliorum ſtatuta à quolibet temerè ſunt reſpuenda, quæ & Apoſtolica ſedes cenſuit recipienda. Hucuſque ſufficiat dixiſſe de ſacrorum Canonum auctoritate. Nunc ad propoſitum redeamus, & ſtatuta, quæ noſter Apoſtolicus in ſuperiori epiſtola Othoni Conſtantienſi Epiſcopo cautiſſimè deſcripta tranſmiſit, per ordinem digeramus. F

* Exſtat hæc Epitome canonum ab Adriano confecta & Karolo Magno tradita.

Cap. V. Horum illud erat primum: *ut Clerici aliquem ſacrorum Ordinum gradum, vel officium, per precium adepti, nullatenus deinceps in Eccleſia miniſtrent.*

Secundum: *ut Eccleſiam precio acquiſitam, nullus retineat; nec alicui deinceps Eccleſiam vendere, vel emere liceat.*

Tertium: *ut, à clericali officio ceſſent, quicunque ſe pro incontinentia reprehenſibiles exhibent.*

Quartum: *ut populus Clericorum officia nullatenus recipiat: quos Apoſtolicas inſtitutiones contemnere videat.* Curramus igitur per ſinG gula, & eadem quàm authentica, quàm attendenda, imò quàm inevitabilia ſint, non ex noſtris conjecturis, ſed ex ſanctorum Patrum ſtatutis compendioſè monſtremus.

Cap. VI. Primum itaque ſtatutum in Chalcedonenſi Concilio, pleniſſimè, & evidentiſſimè reperitur, quod unum ex quatuor prædictis Conciliis tempore quidem non dignitate ultimum ſancti Patres Leoni Auguſto uſque ad ſanguinem vindicandum eſſe mandârunt, ut Liberatus in libro ſuo teſtatur. In ipſo, inquam, Concilio ſcriptum eſt capite tertio: *Si quis Epiſcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & ſub precio redegerit gratiam, quæ vendi non poteſt, ordinaveritque per pecuniam Epiſcopum, Chorepiſcopum, Presbyterum aut Diaconum, vel quemlibet de his, qui connumerantur in clero: aut* H *promoverit per pecunias diſpenſatorem, aut defenſorem, vel manſionarium: vel quenquam omnino, qui ſubjectus eſt regulæ, pro ſui turpiſſimi lucri commodo: is, qui hoc attentâſſe probatus fuerit, proprij gradus periculo ſubjacebit: &, qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ eſt per negotiationem facta, proficiat: ſed ſit alienus à dignitate, vel ſolicitudine, quam pecuniis quæſivit. Si quis verò mediator tam turpibus, & nefandis datis, vel acceptis extiterit; ſi, quidem Clericus fuerit, proprio gradu decidat. Si verò Laicus, aut Monachus, anathematizetur.*

Vide c. 1. q. 1. c. 8.

* C. R. pecunias.

A Et notandum, quàm cautè iſtud capitu-
lum omnes Simoniacorum aſtutias exclu-
dat: cùm quolibet modo per pecuniam
promotos, absque omni ſpe recuperatio-
nis deponat. Solent enim Simoniaci diverſis
modis, ſed uno reatu, ſacras dignitates merca-
ri. Nempe, nunc ipſi, nunc pro ipſis eorum
amici precium pro ſacra dignitate, vel ante
ordinationem ſuam dederunt, vel in ipſa
dant, vel poſtmodum ſe daturos promit-
tunt. Et hoc nunc electoribus eorum,
nunc eorum ordinatoribus, vel demum
quibuslibet eorum fautoribus.

Quicunque igitur aliquo horum modo-
rum quemlibet promoverit, vel ſe ipſum
ita promotum eſſe cognoverit, indubitan-
B ter à ſuperiori capitulo degradari jubetur,
cùm per pecuniam, vel alium promoviſſe,
vel ipſe promotus eſſe non dubitetur. Sed
nec hoc ſine conſideratione prætereun-
dum videtur: quòd idem caput duo nego-
tiatorum genera damnavit. Unum quidem
eorum, qui ad Diaconatum, vel Presbytera-
tum, vel ad aliquem hujusmodi gradum per
pecuniam ordinantur. Alterum eorum,
qui ad diſpenſationis miniſterium, vel ad
aliquod huiusmodi clericale officium per
pecuniam promoventur: qualis eſt vice
dominatus, præpoſitura, decania, archi-
presbyteratus, & his ſimilia. Sic igitur &
noſter Apoſtolicus duo negotiatorum gene-
ra, & omnes negotiantium verſutias in pri-
mo ejus ſtatuto comprehendit: in quo,
clericos aliquem ſacrorum Ordinum gra-
dum, vel officium, quoquo modo per pe-
C cuniam adeptos deponit. Quod tamen ſta-
tutum ſuperiori capite mitiùs liquidò pro-
batur: cùm ſpiritualium officiorum vendi-
tores, & tam nefariæ negotiationis media-
tores debita ultione non damnet. Quos
tamen prædictum caput cum ipſis empto-
ribus degradandos, vel anathematizandos
eſſe decrevit. Et nota, ſi mediator degra-
dari, vel anathematizari meritò jubetur,
quid de illo cenſes, qui per eandem nego-
tiationem indignè promovetur? Hoc uti-
que, quod ſanctiſſimus Papa Gregorius,
S.Gregor. lib.7.ep.112. imò quod per illum Spiritus ſanctus de hu-
jusmodi negotiatoribus indubitanter decre-
D vit, qui in ejusdem Apoſtolici auriculam,
ſub columbina ſpecie, quælibet decernen-
da, dictare conſuevit. Nempe ſcriptum
* Apud Grat. 1. q. 1. c. 13. eſt in decretis ſuis * cap. 131. *Quicun-
que ergo hoc, id eſt, (Eccleſiaſticum officium)
precij ſtudet datione mercari, dum non officium,
ſed nomen attendit, ſacerdos non eſſe, ſed dici tan-
tummodò inaniter concupiſcit.* Et paulò pòſt
in eòdem cap. *Cum liqueat hanc hæreſim in
Eccleſia ante omnes radice peſtifera ſubrepſiſſe,
atque in ipſa ſua origine; Apoſtolica eſſe deteſta-
tione damnatam, cur non cavetur, cur non per-
penditur: quia benedictio illi in maledictionem
convertitur: qui ad hoc, ut fiat hæreticus, pro-
movetur?* Quid ergo mirum, ſi noſter Apo- E
ſtolicus eos tantùm ab Eccleſiaſticis miniſte-
riis ſeparavit, quos ſanctiſſimus ejus æqui-
vocus, & ab Eccleſia ſeparatos eſſe cum reli-
quis hæreticis deputavit?

Cap. VII. Secundum quoque ſtatutum no-
ſtri Apoſtolici eſt, quod Eccleſias emptori-
bus * adimi præcipit: item in prædicto * C. R. earum.
Chalcedonenſis Concilij capitulo licèt ob-
ſcurè, comprehenſum videtur: quod etiam
diſpenſatori Eccleſiaſticarum rerum per pe-
cuniam promoto, officium diſpenſandi ju-
bet auferri. Quilibet enim presbyter, di-
ſpenſator debet exiſtere non prædicationis
tantùm, ſed etiam rerum Eccleſiæ ſibi com-
miſſæ, quas S. Patres, non ſolius presby-
teri, ſed quorumlibet egentium neceſſitati F
diſpenſandas eſſe cenſuerunt.

Præterea in eodem capite cuilibet clerico
omnis Eccleſiaſtica ſolicitudo per precium
acquiſita, jubetur adimi. Procurare autem
ipſam Eccleſiam cum ſacerdotali diligentia,
ni fallor, clericalis ſolicitudo eſt, & Eccle-
ſiaſtica: ergò & in eodem capite Eccleſiæ ſo-
licitudo per pecuniam uſurpata jubetur au-
ferri. Unde, & beatiſſimus Papa Gregori-
us ſcribens ad Clementem * Bizanzenum, de * Bizatenum.
quodam presbytero decernit ita: *Ut, ſi idem
presbyter quandam Eccleſiam obtinuiſſet per pecu-
niam, non ſolùm eàdem Eccleſia privaretur, ſed
etiam presbyterii honore ſpoliaretur.* Sic quo-
que in antiquis noſtrarum Provinciarum G
Conciliis, Magontiacenſi videlicet, Remen-
ſi, ſive Turonenſi ſtatutum legitur, ut pres-
byter Eccleſiam precio adeptus, & presby-
terio & Eccleſia privetur. Item beatus Leo
Papa ejuſdem nominis IX. noſtro tempori
penè contiguus, in prima ſua Romana Sy-
nodo Simoniacam hæreſim penitus damna-
vit: emptiones, & venditiones altarium ſub
anathemate probibuit: quod anathema illi
non evaſerunt, quicunque deinceps tam ne-
fariam negotiationem exercere præſumpſe-
runt. Libet igitur conſiderare, quàm cle-
menter noſter Apoſtolicus tantùm emptas
Eccleſias emptoribus earum ademerit, quos
juxta cenſuram SS. Patrum, & Eccleſia, &
presbyterio, imò Chriſtiano nomine, &
communione privandos eſſe non ignoravit. H

CAP. VIII. Sed cur in tantum labora-
mus, ut prædicta noſtri Apoſtolici ſtatuta
ex Synodicis SS. Patrum ſententiis proceſſiſ-
ſe demonſtremus: cùm eadem ex ipſo ſa-
cræ ſcripturæ armario emanâſſe, nullum du-
bitare eruditum putemus? Nam in eâdem
ſcriptura, omnes perſonæ tam nefarii mer-
cimonii damnatæ reperiuntur, ſcilicet &
venditores ſpiritualium officiorum, & emp-
tores atque hujus negotii mediatores. Ipſe
enim Dominus *pariter vendentes, & ementes* Matth. 21. Marci 11.
*de templo ſuo ejecit, & cathedras vendentium
columbas* jam tunc ipſe *evertit*. Quod S. Gre- * C. R. XVII. & rectè.
gorius ille noſter Theologus in * XXII. ho-
milia

Digitized by Google

A milia exponit ita: *Cathedra ergo vendentium
columbas evertitur, quando hi, qui ſpiritua-
lem gratiam vendunt, vel ante humanos, vel an-
te DEI oculos ſacerdotio privantur.* Et meritò.
Nam ipſa veritas præcipit in Evangelio: Gra-
Matth. 10. tis accepiſtis, gratis date: quod, cùm ta-
les non attendant, etiam à DEO ſeipſos
alienant, qui in eodem Evangelio dicit: qui
Joan. 8. eſt ex DEO, verba DEI audit: ideo, vos
non auditis, quia ex DEO non eſtis.

Præterea princeps Apoſtolorum Petrus i-
mò per illum ipſe Chriſtus omnibus Prala-
1. Pet. 5. tis in Eccleſia præcipit ita: *Paſcite, qui in
vobis eſt, gregem DEI, providentes non coactè,
ſed ſpontaneè ſecundùm DEUM, non turpis lucri
gratia, ſed voluntariè.* Contra hoc præcep-
tum illi agunt, quicunque ſpirituale offici-
B um, pro ſeculari lucro, ſubjectis ſuis tur-
2. Pet. 2. piter impendunt. De quibus idem Apoſto-
lus, in ſua poſteriori epiſtola teſtatur; *ſe-
quuti ſunt viam Balaam ex Boſor: qui merce-
dem iniquitatis amavit, correptionem verò ha-
buit ſuæ veſaniæ ſubjugale mutum in hominis vo-
ce loquens, prohibuit Prophetæ inſipientiam.*
Quod venerabilis presbyter Beda in tracta-
tu ſuper eandem epiſtolam dilucidat ita:
** C. R. Nonnunquam.* * *Nam multi Catholicorum in tantum mercedem
amant iniquitatis, ut etiam docti ab indoctis, à
Laicis Clerici, meritò lacerentur:* qui, jure
*comparantur Prophetæ, qui verbis aſinæ contra
naturam loquentis corripitur: nec tamen à pro-
poſito pravi itineris retardatur.* Iſte videlicet
Balaam idem eſſe aſſeritur, qui & beatum
Job in libro ipſius ſuperfluè, & arroganter
docuiſſe legitur: qui & Heliu, id eſt, di-
C vinus ab officio divinandi eſt cognomina-
Num. 22. 23. 24. tus. Sic enim teſtatur S. Hieronymus in
lib. de Hebraicis quæſtionibus. Hic igitur,
cùm eſſet Propheta à Balac rege Moabita-
rum ad maledicendum filiis Iſraël condu-
ctus: illis quidem in verbo Domini pro pre-
cio ſtuduit maledicere: ſed pravitatem ſu-
am Domino vetante, ad effectum non per-
duxit, nec mercedem iniquitatis accepit;
qui tamen à DEO reprobabilis denotatur,
ut aſina ejus ſapientior eo, veſaniam ejus,
& inſipientiam corripuiſſe, & eum à gla-
dio reſiſtentis angeli eripuiſſe legatur: quam
ipſe angelus non morituram fore teſtatus
D eſt, etiamſi ipſum reprobum Prophetam
debita morte multâſſet. Si ergo Balaam
tantùm amando mercedem iniquitatis, à
DEO legitur reprobabilis, quantò magis il-
le inter reprobos eſt computandus, qui cum
Balaam de iniquiſſima venditione ſpiritualis
officii precium ſtudioſiſſimè requirit, nec
ceſſat, donec ambitionem ſuam ad effe-
ctum perducat?

Præterea Beatus Hieronymus in tractatu
ſuper Matthæum, illum ſcribam qui dixit
Matth. 8. JESU: *Magiſter, ſequar te, quocunque jeris;
ideo repudiatum à Domino teſtatur; quia more
Simonis Magi eum ſequi voluerit, ut ex operum
miraculis lucrum aſſequeretur. Unde & ſibi à* E
*Domino reſpondetur: Vulpes foveas habent, &
reliqua: ac ſi diceret, cur propter lucra, & di-
vitias me vis ſequi, cùm tantæ ſim paupertatis,
ut nec proprium habeam hoſpitium, cùm vulpes
etiam & volucres proprias habeant manſiones.*
Si igitur ille, qui ſpirituale Officium pro
lucro tantùm exercere voluit, ab ipſo Do-
mino jure reprobatur, quantò magis ille,
qui & hujuſmodi officium penitus aliis ven-
didiſſe detegitur?

CAP. IX. Emptores autem ſpiritualium
cum ipſo principe eorum Simone Mago in
Actibus Apoſtolorum damnati leguntur. U-
bi ille noſter Simon Princeps Apoſtolorum,
eundem alium Simonem principem apoſta-
tarum æterna damnatione multavit, ita de-
cernens: *Pecunia tua tecum ſit in perditione.* F
quoniam exiſtimâſti donum DEI pecunia poſſide- *Act. 8.*
*ri. Non eſt tibi pars neque ſors in ſermone iſto.
Cor tuum non eſt rectum coram DEO. Pœniten-
tiam itaque age de hac malitia tua, & roga
DEUM, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio
cordis tui. In felle enim amaritudinis, & ob-
ligatione iniquitatis video te eſſe. Reſpondens
autem Simon dixit: Precamini & vos pro me
ad DEUM, ut nihil veniat ſuper me horum,
quæ dixiſtis.*

Et nota: ipſum hæreſiarcham Simonem
Magum pro ſola nefaria cogitatione ab æ-
quivoco ſuo damnatum, quem videlicet
ſpirituale officium mercari ſolummodò co-
gitâſſe, nullatenus autem tam nefariam ne-
gotiationem legimus implêſſe. Vidéſne
quàm rationabiliter illi damnentur: qui &
tam inhianter, ùt Simon Magus ſpiritualia G
officia mercari concupiſcunt, & inſuper de-
ſideratam negotiationem perficiunt: qui,
& eadem ſceleratè acquiſita, ſceleratiùs uti,
imò abuti non verentur. Unde non pa-
rùm ipſum Simonem Magum in culpa præ-
cedere videntur. Ille enim emptionem,
quam malè concupivit, nullatenus ad ef-
fectum perduxit: qui pro ſolo nefario ap-
petitu damnatus, per ipſos Apoſtolos apud
Deum efficere ſtuduit, ut damnatorias eo-
rum ſententias ſubterfugeret, non ut offi-
cium criminosè appetitum criminoſiùs ob-
tineret.

Sed cur idem hæreſiarcha ſpirituale offi- H
cium mercari appetiſſet, niſi emptum de-
inde nefandiùs vendere vellet? Non enim
fruſtra de eo ſcriptum eſſe videtur. Quod
ſtupidus de ſignis, & virtutibus admirare-
tur: quæ, ut ipſe poſſet facere, per pecu-
niam ſuam voluit efficere. Videlicet, *ut*,
juxta Hieronymi aſſertionem, *temporale luc-
rùm ex miraculis aſſequeretur.*

Ergo non ſolùm emptores, ſed
& venditores ſpiritualium officiorum,
ſectatores præfati hæreſiarchæ denotan-
tur. Unde & cum eodem æternæ dam-
nationis vinculo adſtricti non dubitantur;

 atte-

A attestante beato Gelaſio, in decretis ſuis cap. *Gelaſius 1. Epiſt. 6. 1. q. 1. c. 6.* 24. *Quos verò conſtiterit indignos meritò, ſacram mercatos eſſe precio dignitatem, convictos oportet arceri, non ſine periculo facinus tale patrantes: quia dantem pariter, & accipientem damnatio Simonis, quam ſacra lectio teſtatur, involvit.* Hanc autem generalem ſententiam, Beatus Gelaſius Papa per tractatus ſingulorum graduum ordinationibus ſubintulit: inter quos etiam Oſtiarios, Notarios, ſive de- ** Hæc periodus in C. R. deſideratur in contextu: ſed tamen eſt ad marginem.* ſenſores numeravit; qui nec per manus impoſitionem ordinantur, nec ipſi manus alicui imponere permittuntur. Unde & illum in decretis S. Alexandri Simoniacum vocari non dubium eſt, qui pœnitentem ad reconciliationem pro precio apud Epiſcopum juvat. Ex qua * re colligitur, non ſo- ** C. R. ratione.* B lùm illos reputari inter Simoniacos, qui per precium ad manus impoſitionem perveniunt, ſed & illos, qui & alia clericorum officia per pecuniam acquirunt. Omnia autem in ejuſmodi officiis operatur unus, atque idem ſpiritus, cujus donum non gratis, ſed per precium dare, vel accipere, non Catbolicum, ſed indubitanter eſt Simoniacum.

CAP. X. Mediatores quoque hujus neſandiſſimæ negotiationis ab ipſo vaſe electionis damnantur: qui eos ita deteſtatur. *Nam* *Rom. 1.* *digni ſunt morte, non ſolùm qui neſanda faciunt: ſed etiam qui facientibus conſentiunt.* Item citharista noſter David: *Si videbas*, inquit, *Pſalm. 49.* *furem, currebas cum eo.* Et illud. *Os tuum* *Ibid.* *abundavit malitia, & lingua tua concinnabat* *Ibidem.* *dolos.* Deinde in eodem Pſalmo terribilis C ſententia de hujuſmodi aſſentatore profertur: videlicet, quòd à Domino ſit arguendus, nec per aliquem à manu Domini deinceps eripiendus. Nec mireris, ſi ſpiritualis officij mercator ſub nomine furis deſignetur. Cùm & ab ipſa veritate in Evangelio *Joan. 10.* ita nominetur: *qui* enim *aliunde intrat niſi per oſtium, non paſtor ovium, ſed fur, & latro* nuncupatur à Domino. Nempe nullus in Eccleſia Pralatus per oſtium, boc eſt, per ipſum Dominum ad paſtoralem curam intravit, qui per avaritiam, id eſt, idolorum ſervitutem ad hoc officium pervenit. Non eſt ergò indignum hujuſmodi mercatorem ſive mercenarium ſub nomine furis infamari: cujus ſurtivam irreptionem non expavit D imitari. Hujus autem criminoſiſſimi mercimonij mediatores non negligenter atten- *4. Reg. 5.* dant, Giezi puerum Heliſæi, qui ex parte Domini ſui, eo quidem neſciente, munera ſponte oblata ſuſcepit à Naaman Syro: qui jam à lepra mundatus eſt ab Heliſæo Propbeta. Idem quippe Giezi licèt inter Heliſæum, & Naaman medius nefariè lucraretur, neutrum tamen ſecum ejuſdem ſceleris fecit obnoxium. Nam & ille ſpontaneam oblationem ſatis eleganter reſpuit: quam iſte non quaſi ex debito ementis, ſed ex benigno affectu mentis liberaliter obtulit. Sed E quamvis Giezi neutrum borum in crimen ſecum attraxerit, ſed ſe ſolùm inter hos medium ſimplici crimine obligaverit: ipſe tamen & omnes ejus poſteri pro eadem culpa leguntur ſeveriſſimè puniti: ſcilicet lepram, à qua mundatus eſt Naaman, quaſi hæreditariam in ſempiternum ſortiti. Quapropter mediatores Simoniacæ negotiationis attendant, quàm diſtrictè, imò quàm diſtrictiſſimè ſint damnandi: qui non ſolùm ſe ipſos, ſed & illos, quorum mediatores ſunt, ſub æterna damnatione ſecum poſuerunt.

Satis ergo, ùt opinor, declaratum eſt, quàm ſummoperè prædictas noſtri Apoſtolici ſanctiones venerari, & obſervare debeamus, quas non ſolùm ex Synodicis, & au- F thenticis SS. Patrum ſententiis promanâſſe; ſed etiam ex Propheticis, Evangelicis, & Apoſtolicis * ſcriptis proceſſiſſe probatum eſt evi- ** C. R. ſcripturis.* dentiſſimè. Ipſa videlicet veritas eaſdem, & per ſe ipſam, & per ſuos fideles indubitanter promulgavit; * quia & ſub fideli atteſtatio- ** C. R. qua.* ne nobis dicit: *Amen, amen dico vobis: ſi* *Joan. 8.* *quis ſermonem meum ſervaverit, non videbit mortem in æternum.* Item alibi: *Si quis dili-* *Joan. 14.* *git me, ſermonem meum ſervabit.* Ergo qui mandata ejus non obſervat, ipſam veritatem non amat. *Qui* autem *non diligit*, atteſtan- *1. Joan. 3.* te beato Joanne, *manet in morte.* Qui igitur divina præcepta contemnit, nullatenus mortem ſubterfugere valebit.

CAP. XI. Tertium autem noſtri Apoſtolici ſtatutum, quod incontinenribus Clericis miniſterium altaris interdicit, nihilo minus definitum eſt à SS. Patribus. Eſt enim ſcrip- G tum in * Nicæno Concilio, quod maximum ** C. R. ſacratiſſimo.* eſt inter IV. Concilia Evangeliis adæquata: Cap. 111. *Interdicit per omnia, magna Synodus non Epiſcopo, non Presbytero, non Diacono, nec alicui omninò, qui in Clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem: niſi fortè matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantùm perſonas, quæ ſuſpiciones effugiunt.*

Ut autem hujus capitis intentio clariùs eluceſcat, apertiorem ejus translationem ſubnectere non pigeat. Omnimodis ſancta interdixit Synodus, neque Epiſcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque ulli H Clericorum, permittit habere ſecum mulierem extraneam: niſi fortè mater ſit, aut ſoror, aut amita. In bis namque perſonis & borum ſimilibus omnis ſuſpicio declinatur. Qui aliter præter hæc agit, periclitabitur de Clero ſuo. Vidéſne igitur, quia penitus clericis conjugale opus * interdicatur? ** C. R. iſtic* quia & pro ipſa cohabitatione ſua fœminarum, non ſolùm de miniſterio altaris, ſed de clericatu ſuo periclitari jure cenſentur. Nec boc tantùm de ſacerdoribus, ſed de omnibus ſacris ordinibus evidenter decernitur.

Item

A Item Neocæſareenſe Concilium, quod ante Nicænum Concilium fuiſſe legitur, ita cap. 1. decrevit: *Presbyter, ſi uxorem duxerit, ab Ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, ampliùs pelli debet, & ad pœnitentiam redigi.*

Chalcedonenſe etiam Concilium, quod ipſas Nicænas, Neocæſareenſes, imò omnes SS. Patrum ſanctiones ante ipſum tranſactas, ùt prædictum eſt, confirmat: etiam earundem ſanctionum prævaricatores generaliter ita condemnat, cap. 10. *Eos autem, qui auſi fuerint poſt definitionem magnæ, & univerſalis hujus Synodi quidquam ex his, quæ ſunt prohibita, perpetrare, decrevit S. Synodus, à proprio gradu recedere.*

Item beatiſſimus Papa Sylveſter, qui Nicænam Synodum congregavit, & eandem
B Apoſtolica auctoritate corroboravit, in ſuis Synodalibus decretis, ita decernit, cap. 6. *Nemo Presbyter à die honoris Presbyterij, ſumat conjugium, quòd ſi quis neglecto hoc, aliter egerit, XII. annis eum jubemus privari honore. Quòd ſi quis contra hoc chirographum præſens, & publicè dictum egerit, damnabitur in perpetuum.*

Item beatus Siricius Papa in decretis ſuis cap. 7. *Quilibet Epiſcopus, Presbyter, atque Diaconus, quod non optamus, deinceps incontinens fuerit inventus, jam ſibi per nos omnem aditum indulgentia intelligat obſeratum.* Item, in eiſdem cap. 12. *Feminas, ſed non alias eſſe patimur in domibus clericorum, niſi eas tantùm,*
C *quas propter ſolam neceſſitudinum cauſam habitare cum iiſdem Synodus Nicæna permiſit.*

S. Greg. Lib. 7. Epiſt. 29.

Item, ſanctiſſimus Papa Gregorius ſcribens ad Romanum Defenſorem ita decernit cap. 10. *Si qui Epiſcoporum, quos commiſſi tibi patrimonii finis includit, cum mulieribus degunt: hos, * omninò compeſcas & de cætero eas illic habitare nullo modo patiaris, exceptis eis, quas ſacrorum Canonum cenſura permittit, id eſt, matre, amita, germana, & aliis hujuſmodi, de quibus prava non poſſit eſſe ſuſpicio. Meliùs tamen faciunt, ſi etiam talium cohabitatione contineant. Nam legitur, quòd beatus Auguſtinus nec cum ſorore habitare conſenſerit dicens: quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet eſſet instructio.* Et poſt pauca: *Præterea cura tuæ ſit eoſdem fratres noſtros Epi-*
D *ſcopos adhortari, ut ſubjectos ſibi in ſacris videlicet Ordinibus conſtitutos, quod ipſi ſervant, ad ſimilitudinem ſui modis omnibus ſervare commoneant.*

* C. R. hoc.

Item Zacharias Papa in decretis ſuis cap. 1. *Decernimus, ut Epiſcopi cum mulieribus omninò non habitent: ne ab antiqui hoſtis fraude decipiantur.* Idem, in ejſdem cap. 2. *Ut Presbyteri, vel Diaconi ſubintroductas mulieres nullo modo ſecum habere audeant: niſi fortè commatrem ſuam, aut proximitatem generationis ſibi habentes, quæ ſuſpiciones effugiunt, ſicut in Nicæna Synodo continetur. Si quis præter hæc ſtatuta præſumpſerit agere, ſacerdotii ſui honore privetur.* E

Item Beatus Hieronymus ſcribens ad Oceanum, authenticis rationibus probavit, non licere clericis converſari cum fœminis: Et poſtmodò ſubintulit: *Quòd ſi poſt noſtra monita aliquis clericus, ſuas * agapetas ampliùs quæſierit amare, quàm Chriſtum, ſecundùm Synodalem regulam conveniatur, & præcepta Patrum in Nicæa definita ei legantur. Tum verò, ſi conventus, prædictas fugerit, & reliquerit, conſecuti ſumus maximum lucrum. Alioquin talis ab Eccleſia anathematizandus eſt. Germinant enim fœminæ ſpinas cum viris habitantes, & arcana mentium acuto mucrone percutiunt.*

* M S. ſagapetas meadosè admodum.

Sed quid dicam ulterius? Deficiet enim me tempus, ut enarrem * virtutum SS. Patres prædicti noſtri Apoſtolici ſtatutis ſubſcribentes. Nam omnes Catholici eadem F obſervanda eſſe cenſuerunt. qui & à ſacratiſſimis quatuor Conciliis diſſentire noluerunt. Ex quibus noſter Apoſtolicus præfata produxit decreta. Quapropter nec idiotas latere æſtimo, quàm periculosè, vel potiùs quàm perniciosè ſibi, ſuíſque ſectatoribus deſipiant: quicunque per Sozomeni caput ſacerdotibus incontinentiam adſcribere non formidant. Quibus, licèt ſuperior epiſtolarum aſſertio ſufficere debeat; unum * tamen eos præmonere de cavendo anathemate non tœdeat.

* C. R. virtitim.

* C. R. iterum.

Cap. XII. Vetus teſtamentum partim in myſteriis, partim in moralibus præceptis G continetur. Sed adveniente Chriſto ceſſavit in myſteriis, & carnalibus obſervantiis; quia ipſe eſt finis, ſive completio legis. In moralibus * præceptis adhuc manet, quia ſemper eſt obſervandum; *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* * quicunque igitur ex Lege aliquam carnalem obſervantiam novo quidem teſtamento adverſam, adhuc obſervandam eſſe dogmatizat, proculdubio cum Galatis, imò cum * Hebionitis judaizat. Conjugale autem opus ſacerdotum inter carnales legis obſervantias computatur. Quibus * unquam ſacerdotibus hoc tantùm in lege ſucceſſionis cauſa legitur conceſſum: quia ex alia tribu nullus eo tempore pervenit ad ſacerdotium. Nam in noſtro tempore ex quolibet genere ſacerdotes eligere licet: quibus & meritò interdicitur conjugale opus, cùm non jam habeant ſucceſſores H neceſſarios. Quapropter quiſquis, & hoc tempore illud Judaicum conjugium ſacerdotibus licere cum Sozomeno, vel potiùs cum * Hebione dogmatizat: non negligenter illud inevitabile anathema conſideret: quo ipſe Apoſtolus ſpecialiter Judaicarum obſervationum prædicatores anathematizat, Galatas Judaizantes ita deterrens: *Sed licèt nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis, præter quod evangelizavimus vobis, anathema ſit.* Idem verò inculcans ſubjungit: *Nunc iterum dico: ſi quis vobis evangeli-*

* C. R. autem.

Matth. 5. Deut. 6.

* C. R. & reliqua.

* Ebionitis.

* C. R. inquam.

* Ebione.

Gal. 1.

A *gelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit.* Idem quippe Paulus ipſum principem Gal. 2. Apoſtolorum Antiochiæ, licèt ejusdem ſedis Epiſcopum, liberaliter corripuit, eò quòd gentes, non quidem prædicando, ſed ſuo exemplo judaizare cogeret, cùm ſe ab eorum convivio pro timore Judæorum ſimulando ſubtraheret.

Præterea ipſe hæreſiarches Hebion cum omnibus ſuis ſectatoribus inter reliquos hæreticos anathematizatus eſt à ſacratiſſima Synodo Conſtantinopolitana: & à Beato Gelaſio Papa in Apoſtolica ſede; quod anathema nullus ſupterſugere poterit, quicunque ipſum hæreſiarcham per Sozomeni caput ſectari præſumpſerit.

Cap. XIII. Quidam etiam ſibi nimiùm videntur B ſcioli, aſſerentes incontinentiam ſacerdotibus eſſe conceſſam in illo Apoſtoli: 1. Cor. 7. *unusquisque ſuam uxorem habeat.* Qui aut non intelligunt, quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. aut ſi intelligunt, ſuam ipſorum conſcientiam impugnant. Nam atteſtante Beato Hieronymo, Corinthij inter cætera ab Apoſtolo quæſierant: An nuper renatis in Chriſto, carnalis copula licita ibid. eſſet? quibus ita reſcripſit Apoſtolus; *De quibus autem ſcripſiſtis mihi: bonum eſt homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque ſuam uxorem habeat: & unaquæque virum ſuum habeat. Uxori vir debitum reddat: ſimiliter autem uxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non ha-* C *bet, ſed mulier. Nolite fraudare invicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut vacetis ora-* S. Hieron. lib. 1. contra Jovin. cap. 4. *tioni.* Quod ita exponit S. Hieronymus in lib. contra Jovinianum: *Non dixit Apoſtolus, propter fornicationem ducat unusquiſque uxorem. Alioquin hac excuſatione libidini fræna laxâſſet: ut quotieſcunque uxor moritur, totiens ducenda ſit alia, ne fornicemur. Sed unusquiſque uxorem ſuam habeat. ſuam*, inquit, *habeat, ſua utatur, quam habebat, antequam crederet. quam bonum erat non tangere: & poſt fidem Chriſti, ſororem tantùm nôſſe, non conjugem, niſi fornicatio tactum ejus excuſabilem faceret*, &c. *Nolite fraudare invicem niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi.*

Oro te, quale illud bonum eſt, quod orare D *prohibet, quod corpus Chriſti accipere non permittit? quamdiu enim impleo mariti officium, non impleo continentis.* 2. Theſſ. 2. *Jubet idem Apoſtolus in* * C. K. ergò. *alio loco; ut ſemper oremus.* * *Si ſemper orandum, nunquam conjugio ſerviendum eſt: quando, quotiescunque uxori debitum reddo, orare non poſſum.* Sic & Petrus Apoſtolus docet Chri- 1. Pet. 3. ſtianos; ut infirmiori vaſculo muliebri, honorem tribuant ab opere conjugali ceſſantes, ne impediantur eorum orationes.

Quis igitur ſanæ mentis prædictas Apoſtoli ſententias de exercendo conjugali opere ſacerdotibus adſcribat, quorum quotidianum eſt officium, non modò orare, ſed & E divina Sacramenta contrectare: præſertim cùm in eodem loco etiam cuilibet Chriſtiano, tempore orationis injungatur continentia? Nam, ſi Apoſtolus hic, etiam ſacerdotibus carnalem copulam concederet, profectò contrarius ſibi eſſet: qui ad Titum Tit. 1. ſcribens præcipit, ut ſacerdotes ſobrij, juſti ſint, atque continentes. Ergò, non hic Sacerdotibus, ſed Laicis, & his non ſolidum cibum, ſed lacteum potum miniſtrat, ùt puta, neophytis, qui nondum ſibi, necdum aliis ſufficienter erant inſtructi. Qualibus idem Apoſtolus ſacerdotale officium penitus interdudit.

Eâdem etiam ratione probatur, ad Laicos, F non ad Sacerdotes ſpectare, quidquid idem Apoſtolus ſcribit de exercendo conjugali opere: ùt illud, *quòd ſi ſe non continent, nubant.* 1. Cor. 7. *Melius eſt enim nubere, quàm uri.* Et melius eſt legitimo marito miſceri, quàm fornicari. Et illud; *Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Si acceperis uxorem; non peccâſti. Si nupſerit virgo, non peccavit.* Hoc itaque nullo modo de ſacerdotibus, vel de aliis continentiæ dedicatis dicitur. Sed de illis tantùm, qui legitimè conjugari poſſunt. Unde Hieronymus in ſupradicto libro: *Si*, inquam, *nupſerit Virgo, non peccavit: non illa Virgo, quæ ſe ſemel DEI cultui dedicavit. Harum enim ſi qua nupſerit, damnationem habebit; quia primam fidem irritam fecit.* Si autem hoc de viduis dictum objecerit [quis,] quantò magis de Virginibus prævalebit, cùm etiam his non liceat, quibus aliquando licuit. Virgines enim, quæ poſt conſecra- G tionem nupſerint, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ. Si ergo prædictæ Apoſtoli ſententiæ hujusmodi continentibus carnalem copulam non concedunt, quantò minùs ſacerdotibus: maximè cùm illæ ſimpliciter ad continentiam ſint conſecratæ: Illi autem ipſis continentibus ſint prælati, & per venerandam manus impoſitionem, & per ſacroſancti Chriſmatis unctionem.

Præterea idem Apoſtolus ipſis, quibus conjugale opus exercere concedit, eisdem etiam ſecundas nuptias licenter inire permittit. Soluto enim ab uxore aliam ducere 1. Cor. 7. concedit, & viduæ nubendi licentiam attribuit. Nullatenus ergo ſacerdotes ſub per- H miſſoria carnalis copulæ ſententia comprehendit: quibus, in epiſtolis ad Timotheum, 1. Tim. 3. & Titum, bigamiam penitus probibuit, Tit. 1. cùm jubeat tantùm unius uxoris virum eligi ad ſacerdotium. Nam nec apud Ethnicos bigamia licebat ſacerdotibus, beato Hieronymo, aſſerente contra Jovinianum. *Legant*, inquit, *noſtrates, & antequam religio noſtra fulgeret in mundo, univiras* ſemper habuiſſe inter matronas decus. *Per illas, Fortunæ muliebri ſacra fieri ſolita: nullum ſacerdotum bigamum; nullum flaminem bimaritum. Hierophan-*

A *phantas quoque Athenienſium uſque hodie cicutæ ſorbitione caſtrari: ipſos, qui in Pontificatum allecti fuerint, viros eſſe deſinere.*

Quicunque autem prædicta Apoſtoli verba in tantum adulterant, ut ſub eorum perverſa interpretatione, etiam ſacerdotibus incontinentiam licere confingant: Procul dubio ſequuntur Nicolaum hæreſiarchen, quem Clemens Alexandrinus in 3. lib. Stromatum refert, uxorem ſuam cuilibet etiam volenti proſtituiſſe: &, hoc exemplo ſuo docuiſſe, cunctis promiſcua, atque communia fœminarum conſortia licere. Et hoc ideo, ùt à majoribus relatum, quia ſcriptum eſt: Et erant illis (omnia) communia: inter quæ Nicolaus numeravit & conjugia. Sicut igitur ille Apoſtolicum exemplum nimis generaliter, & perversè acceptum in hæreſim mutâſſe refertur, ſic & iſti, illud Apoſtoli: *Unusquisque ſuam* B *uxorem habeat*, nimis generaliter, & perverſiſſimè interpretantes, in errorem vertiſſe noscantur: qui ſub eodem exemplo contra eundem Apoſtolum ſacerdotibus conjugale opus conceſſum fallaci pertinacia contendunt. Quamvis enim in ſacris ordinibus promiſcua fœminarum conſortia magis deteſtanda ſunt, quàm ſingularia; depravatio tamen Apoſtolicæ inſtitutionis ipſi hæreſiarchæ Nicolao minùs imputanda videtur, quàm iſtis. Ille enim, eo quidem tempore Apoſtolicam doctrinam malè interpretatus eſt, cùm vix in primis nomen Chriſtianitatis incepiſſet, cùm Evangelica, & Apoſtolica doctrina nondum eſſet per totum C mundum dilatata: nondum tot ſignis, & virtutibus: tot ſacratiſſimis ſanctorum Martyrum triumphis approbata. Iſti autem, eandem doctrinam jam ubique nec ignotam ruſticis, jam dudum, imò jam ab antiquo, ſanguine ſanctorum Patrum conſecratam, & irrefragabiliter corroboratam, obſtinatiſſima temeritate nituntur depravare. Unde, & illam perditionem ſubterfugere nequibunt: quam ipſe Princeps Apoſtolorum depravatoribus ſcripturarum aſſignat: qui Epiſtolas coapoſtoli ejus Pauli ita nobis commendat: *In quibus*, inquit, *Epiſtolis ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles depravant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem. Vos igitur fratres præſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore traducti excidatis à propria firmitate.*

Lege ipſum Clementem lib. 3. cap. 3. & lib. 2. cap. 9.

2. Pet. 3.

Ut autem clariùs eniteat, Apoſtolum in D ſuperioribus ſententiis non ſacerdotibus, ſed Laicis carnale commercium indulſiſſe, diligenter inſpiciamus, quòd idem Apoſtolus miniſtros ſanctorum * obſervare decernat, & quibus ſacros ordines concedi, vel denegari conſtituat. Nam in eâdem Apoſtolica inſtitutione & defenſoribus ſacerdotalis incontinentiæ perpetuum ſilentium evidenter imponitur: & præfata noſtri Apoſtolici ſtatuta irrefragabiliter corroborantur. Quippe E quæ nulli ſacrum officium interdicunt, niſi quem & Apoſtolica præcepta penitus ab ipſo ſacro ordine ſecludunt.

** C. R. ſacrorum.*

CAP. XIV. Beatus igitur Paulus Apoſtolus ſcribens ad Timotheum, de ſacris ordinibus ita teſtatur: *Fidelis*, inquit, *ſermo, ſi quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet ergò Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hoſpitalem, doctorem, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum, ſuæ domui benè præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate. Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ DEI diligentiam habebit? Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus in judicium incidat diaboli. Oportet autem illum & teſtimo-* F *nium habere bonum ab his, qui foris ſunt, ut non in opprobrium incidat, & laqueum diaboli. Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes: habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et hi primùm probentur: & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes. Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus. Diaconi ſint viri unius uxoris: qui, filiis ſuis benè præſint, & domibus ſuis. Qui enim benè miniſtraverint, gradum ſibi bonum acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ eſt in Chriſto Domino.*

1. Tim. 3.

Idem, ad Titum: *Hujus*, inquit, *gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per civitates presbyteros, ſicut ego tibi diſpoſui: ſi quis ſine crimine eſt, unius uxoris vir, filios habens fideles; non in accuſatione luxu-* G *riæ, aut non ſubditos. Oportet autem Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut DEI diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum, ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, juſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem: ut potens ſit & exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere. Sunt multi inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, maximè qui de circumciſione ſunt, quos oportet redargui: qui univerſas domos ſubvertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Et poſt pauca: Increpa illos durè; ut ſint ſani in fide, non intendentes Judaicis fabulis & mendaciis hominum avertentium ſe à veritate.*

Tit. 1.

CAP. XV. In primis igitur notandum eſt H in his Apoſtolicis inſtitutionibus ſub nomine *Epiſcopi*, etiam Presbyteros comprehendi. Inconvenienter enim Apoſtolus poſt deſcriptionem Epiſcopi ſtatim de Diaconibus ſubinferret: ſi non & Presbyteros ſub Epiſcopali deſcriptione comprehenderet: qui poſt Epiſcopum proximi, & ipſis Diaconibus indubitanter ſunt antepoſiti. Aut enim nuſquam de ordinatione presbyterorum dixit, aut ſub nomine Epiſcoporum eos deſcripſit. Scilicet incongruum

eſſet

A

eſſet, ut prætermiſſo magiſtro miniſtrum ejus deſcriberet, cùm tamen magiſter Eccleſiaſticis diſpoſitionibus magis eſſet neceſſarius.

Ibidem.

Præterea cùm Apoſtolus Tito præcipiat, ut per civitates Presbyteros ordinet, ſtatim eum de ordinatione eorum informans ſubinfert: *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe.* Idem Timotheo ſcribit:

1. Tim. 1.

Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per Prophetiam cum impoſitione manuum presbyterij: cui, in ſequentibus ſtatim dicit: *Nemini citò manum impoſueris, quod propriè Epiſcoporum eſt.* Ergo, eundem Epiſcopum dicit, quem & Presbyterum nominavit. Sic beatus Hieronymus, & S. Pater Ambroſius

De hoc dicto S. Hier. lege Bellarmin. lib. de Clericis cap. 15.

prædictas Apoſtoli ſententias fideliter exponentes, teſtantur, apud antiquos idem fuiſſe Epiſcopum, & Presbyterum, ut nomen

B

unum, eſſet officij; aliud, ætatis. Poſtea autem, ùt Hieronymus aſſerit, cùm unusquisque eos, quos baptizaverat, ſuos eſſe putaret, & non Chriſti; propter auferenda ſchiſmata, in toto decretum eſt orbe, ut unus de Presbyteris præponeretur cæteris, ad quem omnis cura Eccleſiæ pertineret.

Poſt deſcriptionem autem Epiſcopi & Presbyteri, cautè Apoſtolus ſubjungit de Diaconibus ita decernens: *Diaconos ſimiliter*

Ibid.

ſcilicet oportet, *pudicos eſſe;* & reliqua. Ac ſi diceret, quod de Epiſcopis, & Presbyteris decrevi, hoc idem & de Diaconibus me ſciatis decreviſſe. Satis ergò evidenter pa-

C

tet, ùt æſtimo, Apoſtolum in ſuperioribus ſuis diffinitionibus etiam Presbyteros cum Epiſcopis, & Diaconibus comprehendiſſe. Unde & meritò quilibet eorum à ſacris officiis dimovetur, quicunque ex illis in ſe Apoſtolicam informationem corrupiſſe probatur. Nempe Apoſtolus teſtatur Epiſcopos, & Presbyteros, & Diaconos oportere turpis lucri cupidos non eſſe. Omnis autem Simoniacus turpiſſimi, & nefandiſſimi lucri indubitanter eſt cupidus. Ergo inter ſacros ordines nullatenus eſt computandus, ſcilicet jam dudum per Apoſtolicam ſententiam penitus ab eiſdem ſegregatus. Notan-

D

dum autem, ſi neophytus inter ſacros ordines non recipitur, qui tamen inter Laicos poſſe ſalvari creditur, quantò magis inde ſunt ſegregandi cupidi, ſive avari, qui ſunt idolorum ſervi: qui, juxta Apoſtolum

Eph. 5.

nullatenus habent hæreditatem in regno Chriſti & Dei?

Item Apoſtolus præcipit in ſuperioribus, ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, ſint pudici, id eſt, continentes. Nec mirum, cùm & Laicos ad continentiam hortetur dicens: *Volo autem omnes homines eſſe, ſicut me ipſum,*

1. Cor. 7.

utique continentes. Item: *reliquum eſt, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes*

Ibid.

ſint. Item: *Viri, diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus Eccleſiam.* Unde Hieronymus:

Eph. 5.

Si Chriſtus, inquit, ſanctè, ſi caſtè, ſi abſ-

E

que ulla macula diligit Eccleſiam: Viri quoque in caſtitate uxores ſuas diligant: Et, *ſciat unuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore: non in paſſione deſiderii, ſicut & gentes, quæ ignorant DEum.* Quem honorem ita interpretatur Hieronymus: *Si,*

1. Theſſ. 4.

inquit, *abſtinemus nos à coitu, honorem muliebri vaſculo tribuimus: ſi non abſtinemus, perſpicuum eſt honori contrariam eſſe contumeliam.*

Præterea omnis populus filiorum Iſraël ad montem * acceſſurus, & Dei eloquium de longinquo tantùm auditurus, triduo ſanctificari, & ſe continere ab uxoribus jubetur. Jure ergo Apoſtolus ſacrorum miniſtris * incontinentiam interdicit, qui & ſecularibus debent præeminere in caſtitate:

** C. R. Sina.*

Exod. 19.

** C. R. continentiam indixit.*

F

qui, & ipſius Spiritus ſancti loquutorium effecti, quotidie Dominum pro populo debent interpellare. Quicunque ergo horum incontinens eſſe detegitur, ab ipſo Apoſtolo ſacris ordinibus intereſſe prohibetur: cùm per incontinentiam Apoſtolicæ inſtitutioni ſeipſum ſubtraxiſſe videatur. Nam quod Apoſtolus dicit, *unius uxoris virum*, juxta atteſtationem SS. Patrum, ante ordinationem tantùm, non poſt ipſam, eſt intelligendum. Unde S. Cyprianus * in lib. de XII. abuſionibus, dicit; *quòd talis eſſe debeat Epiſcopus, ut ante Epiſcopatum unam tantùm uxorem habuerit, non plures.* Unde, & S. Hieronymus in Apologetico ad Pammachium; *Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui: vel certè poſt ſacerdotium in æternum pudici.*

** Hic liber non cenſetur S. Cypriani.*

G

Item, beatus Zacharias vir Apoſtolicus ſcribens ad S. Bonifacium Magontiacenſem Archiepiſcopum, ita decrevit: *Cùm*, inquit, *tua fraternitas in Concilio* (Moguntino) *conſederit, cum* (Karlomanno) *excellentiſſimo viro: ſi quos reppererit Epiſcopos, Presbyteros, aut Diaconos, contra Canones, vel ſtatuta Patrum exceſſiſſe, id eſt, in adulterio; vel, ſi plures uxores habuerunt: aut ſi ſanguinem Chriſtianorum, ſive paganorum effuderunt, vel etiam aliis capitulis, quibus canonibus obviâſſe repererit tua ſanctitas, nulla ratione, Apoſtolica auctoritate permittat* (eos) *ſacerdotio fungi: quia tales à ſuo proprio ore falſò nominantur ſacerdotes: & pejores, ac deteriores ſecularibus eſſe noſcuntur: qui, ſe neque à fornicationibus, neque à nefariis matrimoniis abſtinent, neque ab hominum ſanguinis effuſione manus ſervant innoxias.*

S. Zacharias Papa. Epiſt. 1.

H

Quales ſe eſſe ſacerdotes exiſtimant; aut quid inde ſentiunt, dicente Deo: ſacerdotes mei, ſemel nubant? Et Apoſtolus; unius uxoris virum, & cætera. *Et hoc, ante ſuſceptum ſacerdotium uti, licitum eſt. Nam, à die ſuſcepti ſacerdotii; etiam ab ipſo proprio conjugio prohibendi ſunt.* Unde & Hieronymus ad Vigilantium ſcribens teſtatur: *Eccleſia Orientis, & Ægypti, & Apoſtolica ſedes, aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes: aut, ſi uxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt.* Quomodo enim juxta eundem Apo-

A Apoſtolum, ùt prædictum eſt, ſe continerent, ſi cum conjugibus incontinentiam exercere deberent: quæ, quia contraria ſunt, nullatenus ſimul eſſe poſſunt?

Sed & hic diligenter inſpiciendum, quòd Apoſtolus juſſerit eligi ad ſacerdotium, non qui jam per incontinentiam filios generaret, ſed qui dudum filios adultos, & benè nutritos habuiſſet. Nota autem Apoſtolum, inobedientes, & vaniloquos nullatenus inter ſacros Ordines computâſſe: imò peritos ſacerdotes conſtitui præcepiſſe: ad hos utique arguendos, qui univerſas domos ſubvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia: quos etiam durè B increpari jubet, ne Judaicis fabulis intendant, & mandatis hominum * averſantium à veritate. Ut illi, qui juxta mandatum Pauli Samoſateni, ſive Hebionis Judaicam incontinentiam Chriſtianis ſacerdotibus licere dogmatizant.

** avertentium ſe.*

Quid ergo mirum, ſi & noſter Apoſtolicus hujuſmodi inobedientes à ſacro officio dimovit: quos, & Apoſtolus durè increpari, non ſacris Ordinibus annumerari decrevit? Vidéſne igitur, quàm inevitabiliter ſint obſervanda noſtri Gregorii ſtatuta: quæ à ſacratiſſimo fonte ſcripturarum videmus derivata.

Sciendum autem, Apoſtolum conſtituiſſe, ut ordinandi, ſive ordinati, ſine crimine C eſſent, non ſine peccato. Nam in mundo nullus, juxta Auguſtinum, exceptis parvulis baptizatis ſine peccato converſatur, atteſtante ipſo dilectiſſimo Domini Joanne: *Si dixerimus*, inquit, *quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Item, frater Domini Jacobus: *In multis enim offendimus omnes.* Multi autem ſine crimine reperiuntur. Unde B. Auguſtinus in tractatu XLI. ſuper Evangel. Joannis teſtatur: *Scilicet planè multi juſti dicti ſunt ſine querela, quod intelligitur ſine crimine. Nulla etiam querela juſta eſt de his, in rebus humanis, qui non habent crimen. Crimen verò eſt peccatum grave accuſatione, & damnatione digniſſimum.* Qui igitur tam grave admiſerit peccatum, juxta Apoſtolum, ſacrum D Ordinem obtinere non debebit. Ut autem hæc Apoſtolica inſtitutio de ſacris Ordinibus nobis evidentior fiat: beati Hieronymi expoſitionem ſuper eandem conſiderare non pigeat: qui eam in libro contra Jovinianum ita dilucidat.

1. Joan. 1.

Jac. 3.

S. Hieron. Lib. 1. cap. 19. & 20.

CAP. XVI. Sed & ipſa Epiſcopalis electio mecum facit. Non enim dicit; eligatur Epiſcopus, qui unam ducit uxorem, & filios facit, ſed, qui unam habuerit uxorem, & filios in omni ſubditos diſciplina. Certè confiteris, non poſſe eſſe Epiſcopum, qui in Epiſcopatu filios faciat. Alioquin, ſi deprehenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur. Aut, permitte ſacerdotibus exercere opera nuptiarum, ut idem E *ſint Virgines, quod mariti: Aut, ſi ſacerdotibus uxores non licet tangere, in eo ſancti ſunt; quia imitantur pudicitiam virginalem. Sed & hoc inferendum. Si laicus, & quicunque fidelis orare non poteſt, niſi careat * officio conjugali: ſacerdoti, cui ſemper pro populo offerenda ſacrificia, ſemper orandum eſt. Si ſemper orandum eſt: ergò ſemper carendum matrimonio. Nam & in veteri lege, qui pro populo hoſtias offerebant, non ſolùm in domibus ſuis non erant, ſed etiam purificabantur, ab uxoribus ſeparati: & vinum, & ſiceram non bibebant: quæ ſolent libidinem provocare. Eliguntur mariti in ſacerdotium. Non nego; quia non ſunt tanti virgines, quanti ſunt neceſſarii ſacerdotes. Numquid quia in exercitu fortiſſimus quiſque eligendus eſt, idcircò non aſſumentur & infirmiores,* F *cùm omnes fortes eſſe non poſſint? Si exercitus viribus tantùm conſtaret & non etiam numero militum; abjicerentur imbecilliores. Nunc & ſecundarum, & tertiarum virium gradus aſſumitur, ut turba, & numero exercitus compleatur.*

** C. R. vacet ab.*

Luc. 10.

Et quo modo, inquies, frequenter in ordinatione ſacerdotali ſacerdos Virgo negligitur, & maritus aſſumitur? quia fortè, & cætera opera non habet Virginitati congruentia: Aut virgo putatur, & non eſt: aut eſt Virginitas infantis: aut certè ipſa Virginitas ei parit ſuperbiam. Et, dum ſibi applaudit de ſola corporis caſtitate, virtutes cæteras negligit: non fovet pauperes: aut pecuniæ cupidior eſt. Evenit interdum, ut tri- G *ſtior vultus, adductum ſupercilium, inceſſus pomparum ferculis ſimilis offendat populum. Et, quia nihil habet, quod reprehendat in vita, habitum ſolum oderit, & inceſſum. Multi eliguntur non amore ſui, ſed alterius odio. In plerìſque ſuffragium meretur ſola ſimplicitas: & alterius prudentiæ & calliditati, quaſi malitia opponitur. Nonnunquam errat, plebis vulgique judicium: & in ſacerdotibus comprobandis unuſquiſque ſuis moribus favet: ut, non tam bonum, quàm ſui ſimilem quærat Præpoſitum. Evenit aliquoties, ut mariti, quæ pars major in populo eſt, maritis quaſi ſibi applaudant: & in eo ſe arbitrentur minores non eſſe Virginibus, ſi maritum Virgini præferant.*

Dicam aliquid quod forſitan cum multorum H *offenſa dicturus ſum: ſed boni mihi non iraſcentur: quia eos peccati conſcientia non remordebit. Interdum hoc & Pontificum vitio accidit: quia non meliores, ſed argutiores in clerum eligunt, & ſimpliciores quoſque, atque innocentes inhabiles putant: vel affinibus, & cognatis quaſi terrenæ militiæ officia largiuntur; ſive divitum obediunt juſſioni: quódque his pejus eſt, illis clericatus donant gradum, quorum ſunt obſequiis deliniti. Alioqui, ſi juxta ſententiam Apoſtoli, non erunt Epiſcopi, niſi mariti, ipſe Apoſtolus, Epiſcopus eſſe non debuit, qui dixit; Volo autem omnes eſſe, ſicut ego ſum. Et, Joannes indignus hoc gradu exiſtimabitur. Et, omnes virgines, & continentes, quibus quaſi pul-*

1. Cor. 7.

A *pulcherrimis gemmis Eccleſiæ monile decoratur. Epiſcopus, & Presbyter, & Diaconus non ſunt meritorum nomina, ſed officiorum. Hec dicitur: ſi quis Epiſcopatum deſiderat, bonum deſiderat gradum: ſed bonum opus deſiderat: quòd, in majori ordine conſtitutus, poſſit, ſi velit, occaſionem exercendarum habere virtutum.*

1. Tim. 3.

Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, ut nulli vitio mancipatus ſit: Unius uxoris virum; qui unam uxorem habuerit, non habeat. Sobrium, ſive ut meliùs in Græco dicitur, vigilantem, id eſt, νηφάλεον. Pudicum: hoc enim ſignificat, * σώφρονα. *Ornatum & caſtitate, & moribus. Hoſpitalem, ut imitetur Abraham, & cum peregrinis, imò in peregrinis Chriſtum ſuſcipiat. Doctorem: nihil enim prodeſt conſcientia virtutum frui: niſi & creditum ſibi populum poſſit inſtruere: ut valeat exhortari in doctrina, & eos qui contradicunt, redarguere. Non vinolentum: quia qui ſemper in ſanctis Sanctorum eſt, & qui offert hoſtias, & vinum, & ſiceram non bibit: quia in vino luxuria eſt. Sic bibat Epiſcopus, ut an biberit, ignoretur. Non percuſſorem; id eſt, qui conſcientias non percutiat ſingulorum: Neque enim pugilem deſcribit ſermo Apoſtolicus: ſed Pontificem inſtituit, quid facere non debeat. docet nunc è regione, quid faciat: ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum, domum ſuam benè regentem; filios habentem ſubditos cum omni caſtitate, Vide, quanta pudicitia exigatur in Epiſcopo: ut, ſi filii ejus impudici fuerint, ipſe Epiſcopus eſſe non poſſit: Et, eodem officio offendat Deum, quo offendit Heli Pontifex: qui, corripuerat quidem filios; ſed, quia non abjecerat delinquentes, retrorſum cecidit, & mortuus eſt, lucerna Dei antequam extingueretur. Mulieres, ſimiliter pudicas, & reliqua. In omni gradu, & ſexu tenet pudicitia principatum. Cernis igitur, quòd Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, non ideo ſint beati, quia Epiſcopi, vel Presbyteri ſint, aut Diaconi: ſed, ſi virtutes habuerint nominum ſuorum, & officiorum. Alioquì ſi Diaconus ſanctior Epiſcopo ſuo fuerit, non ex eo, quòd inferior gradu eſt, apud Chriſtum deterior erit. Abſit ut Stephanus Diaconus, qui primus martyrio eſt coronatus, minor futurus ſit in regno cælorum multis Epiſcopis, & Timotheo, ac Tito: quos, ùt ſubjicere non audeo, ita nec anteponere.* Hucuſque Hieronymus.

[Margin: * C. R. Σώφρων. — Gen. 18. — B — Luc. 10. — 1. Reg. 4. — C — D]

Qui quantæ auctoritatis fuerit, etiam apud Epiſcopos Apoſtolicæ Sedis, decreta Beati Gelaſij Papæ ſatis inſinuant. * Quia, inter authenticas, & canonicas ſanctiones opuſcula ipſius recipienda decernunt. Sicut & S. Cypriani, Ambroſij, Auguſtini opuſcula, ſive tractatus, & reliquorum SS. Patrum, qui nec in fide, nec in prædicatione, à S. Romana Eccleſia deviârunt: ſed in ejus communicatione uſque ad finem vitæ perdurârunt. In tantum namque Beatus Gelaſius in prædictis decretis auctoritatem S. Hieronymi nobis commendat, ùt & aliorum opuſcula, juxta ejus judicium recipienda, vel reſpuenda eſſe, ibidem decernat. Quicunque igitur debitam obedientiam Apoſtolicæ Sedi impendere voluerit, nullatenus vel hujusmodi SS. Patrum ſingularibus ſententiis repugnabit. Hucuſque ſufficiat dixiſſe, quid Apoſtolus exigat à ſacerdotibus. Quod, quicunque fideliter perſpexerit: nequaquam ſtatuta noſtri Apoſtolici obliteranda judicabit. Quæ, nec aliquis contemnere poterit, niſi & ipſorum Apoſtolorum ſententiis repugnare velit: quibus ipſa veritas in Evangelio fideliſſimè promittit: *Veruntamen dico vobis, terræ Sodomorum remiſſiùs erit in die judicij;* quàm illis, qui ſermones veſtros non receperunt.

[Margin: B. Gelaſius I. in Decr. de Apocryph. ſcripturis. — * quæ. — E — Matth. 11. Luc. 10.]

F *CAP. XVII.* Quartum autem noſtri Apoſtolici decretum præcipit; ut populus clericorum officia non recipiat, quos ſacris canonibus, imò Evangelicis, & Apoſtolicis inſtitutionibus adverſari percipiat. Videlicet, quos juxta cenſuram SS. Patrum damnatos in propriam eorum perniciem altari miniſtrare videat. Nempe Antiochenum Concilium à ſacratiſſimo Chalcedonenſi Concilio, ùt prædiximus, indubitanter roboratum: Officia damnatorum clericorum à populis recipi, diſtrictiſſimè prohibet, ſcilicet ut etiam ab Eccleſia abjiciendos eſſe judicet; qui illis clericis ſaltem communicaverint, quos interdictum ſibi miniſterium uſurpare cognoverint. Sic enim quartum ejuſdem Concilij caput teſtatur: *Si quis Epiſcopus damnatus à Synodo, vel Presbyter, aut Diaconus à ſuo Epiſcopo, auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere: ſive Epiſcopus, juxta præcedentem conſuetudinem, ſive Presbyter, aut Diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia Synodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis. Sed & communicantes ei omnes abjici de Eccleſia oportet, & maximè, ſi poſtquam didicerint adverſùm memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eì communicare tentaverint.*

[Margin: Apud. Grat. 11. q. 3. c. 6. — G — * De Timotheo Æluro lege Baronium Tom. 6. Anno Chriſt. 457. Num. 12. & ſeqq. & Anno 460. & 475. 476. 477.]

Juxta hujus capitis tenorem, ſancti Patres, qui in * Chalcedone ſacratiſſimos Canones promulgaverant, omnes communicatores cujuſdam damnati Timothei Præſulis Alexandrini, excommunicatos eſſe cenſuerunt, qui Leoni Imp. pro eodem Timotheo conſulenti, hoc modo reſcripſerunt: *Eos etiam, qui cùm ſcirent, Timotheum fuiſſe damnatum, communicare illì ſine periculo crediderunt, extraneos eſſe à DEI Eccleſia judicamus: ſecundùm conſequentiam regularem nulla eis venia, nec ſpe reſtitutionis ullo modo remanente: ſicut tertia, & octogeſima regula de talibus apertè decernit, cujus initium eſt; ſi quis Epiſcopus à Synodo, & reliqua.* Quapropter & noſter Apoſtolicus meritò populis officia hujusmodi clericorum prohibuit: Eorum, inquam, quos non tam ipſe damnavit, quàm à SS. Patribus jam dudum damnatos eſſe, monſtravit.

[Margin: Hæc, quæ hic citat Bernald. non ſunt Patrum Concilii Chalcedonenſis, ſed Epiſcoporum quorundam in Epiſtola ad Leonem Imp. quæ cum aliis Epiſtolis ab illuſtribus perſonis pro Concilio Chalcedonenſi ſcriptis, habetur ad calcem Concil. Chalcedonenſ. Tom. 2. Concil. nova edit. Colon. fol. 161. columnâ 2.]

Præ-

A Præterea ſanctiſſimus Papa Alexander à Beato Petro quintus, qui potiùs in camino ignis concremari, quàm mentiri fortiſſimus athleta delegit: Ipſe, inquam, nec loquendum eis eſſe teſtatur: quibus vel Epiſcopus pro ſceleribus eorum ſentitur adverſus. Et hoc, ex ipſius Principis Apoſtolorum auctoritate confirmat, ita dicens, cap. 6. *Beatus* * *Petrus qui in ordinatione ſancti prædeceſſoris noſtri Clementis inſtruens clerum, & populum, ait: Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus ſuis, vos nolite exſpectare, ut ipſi vobis dicat; cum illo nolite amici eſſe: ſed obſervare prudenter debetis, & voluntati ejus absque* * *commutatione obſecundare, & avertere vos ab eo; cui ipſum ſentitis adverſum: ſed nec loqui his, quibus ipſe non loquitur: ut unusquisque, qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrûm amicitias* B *ferre, feſtinet citiùs reconciliari ei, qui omnibus præeſt: & per hoc redeat ad ſalutem, cùm obedire cœperit monitis præſidentis. Si verò quis amicus fuerit his,* * *quibus ipſe non loquitur, unus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare Eccleſiam DEI volunt. Et, cùm corpore vobiſcum eſſe videatur: mente, & animo contra vos eſt: & eſt multò nequior hoſtis hic, quàm illi, qui foris ſunt, & evidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ inimica ſunt, gerit: &, Eccleſiam diſpergit, ac vaſtat.*

Epiſtola 5.

* *C. R. Princeps Apoſtolorum.*

* *commonitione. Sic Rom. Ed.*

* *quibus ipſe amicus non eſt, & locutus fuerit his. Sic Rom. Ed.*

Ubi ergo ipſe Princeps Apoſtolorum tam diſtrictè prohibet, ne quis eis ſaltem loquatur, qui Apoſtolicis inſtitutis non obſecundare deprehenduntur: ibi etiam evidentiſſi- C mè vetat, ne populus Miſſas, & reliqua hujuſmodi officia ab eis recipiat. *Mos enim populi DEI*, juxta Auguſtinum, *pro lege tenendus*, comprobat nobis cum canonibus, ut populus cujuſcunque ſacerdotis Miſſas audiat, ejus etiam ſingulis ſalutationibus in Miſſa reſpondeat. Quapropter populus hujusmodi prævaricatorum Miſſas nullatenus recipiet, ſi ipſius Principis Apoſtolorum ſententiam obſervare volet.

S. Auguſt. Epiſt. 86. ad Caſulanum.

CAP. XVIII. Sanctiſſimus Papa Gregorius ſcribens ad Reges Francorum de hujusmodi ſacerdotibus, Canonum contemptoribus. Cap. C.* XXXV. teſtatur: *quòd regnum ex culpa talium ſacerdotum prægravetur.* Et poſt pauca ſubjungit: *Major*, inquit, *me-* D *tuenda eſt locis illis calamitas, ubi tales interceſſores ad locum regiminis adducuntur: qui, Dei magis in ſe iracundiam provocent: quam per ſemetipſos populis placare debuerant.*

* *C. R. LXXXV. S. Greg. M. lib. 7. Epiſt. 116.*

Jure igitur noſtri temporis Gregorius populum hujusmodi præſumptorum officia recipere prohibuit: quos ſanctiſſimus ejus æquivocus, & regnum culpa ſua prægravare, & DEI iracundiam in ſe magis provocare aſſeruit. Scriptum eſt enim: *qui averterit aurem ſuam, ne audiat legem, execrabilis erit oratio ejus.* Quo crimine omnes obligantur, quicunque canonibus, ac ſanctionibus obſtinato animo refragantur. Unde E & eorum officia meritò populis interdicuntur, quorum orationes omnipotens DEUS non dico, non recipit, ſed execratur.

Prov. 28.

Sed jam ad ipſum vas electionis veniamus; qui & præſenti ſtatuto noſtri Apoſtolici conſonare non dubitatur. *Si is*, inquit, *qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum ejusmodi nec cibum ſumere.* Videlicet, qui nolunt, juxta Eccleſiaſticas ſanctiones, emendari: licèt certis, & publicis criminibus ſint obligati.

1. Cor. 5.

Item ad Theſſalonicenſes: *Denuntiamus autem vobis fratres, in nomine Domini noſtri JESU Chriſti, ut ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundùm tradi-* F *tionem, quam acceperunt à nobis.* Et paulò pòſt: *Si quis non obedit verbo noſtro, per epiſtolam hunc notate; & ne commiſceamini cum illo, ut confundatur.* Cum quibus igitur Apoſtolus fideles nec corporalem cibum ſumere permittit: &, à quorum conſortio fideles diſcedere præcipit, de eiſdem Apoſtolicæ inſtitutionis contemptoribus, & populo præcipit noſter Apoſtolicus, ut eis ſaltem ad Dominicam menſam non communicaret, & eorum ſocietati ſe ſaltem eo tempore ſubtraheret, cùm illi contra fas, & jus ſacra myſteria in perniciem ſuam uſurparent. Juxta Apoſtolum enim: *quicunque dominicum panem, & calicem ſumit indignè, reus* G *erit corporis & ſanguinis Domini; & judicium ſibi manducat & bibit.* Quod omnes faciunt, qui fornicationem, vel avaritiam non ſolùm exercere, ſed etiam obſtinato animo defendere præſumunt. De quibus Apoſtolus dicit: *Quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.*

1. Theſſ. 3.

Ibid.

1. Cor. 11.

Gal. 5.

Qui etiam pro eiſdem criminibus, juxta canonicas ſanctiones damnati interdictum H ſibi officium, temeraria uſurpatione frequentant. Nempe ipſi, quos propriè vocamus pœnitentes, licèt pro hujusmodi criminibus canonicæ diſciplinæ colla ſubmittant: non tamen divinis Sacramentis tam temerè approximant: *Unde*, juxta ſententiam B. Innocentij Papæ; nec infirmos pœnitentes, ùt reliquos ægrotantes, ſacro chriſmate ungi licet: *Nam quibus*, inquit, (pœnitentibus) *& reliqua negantur Sacramenta, quomodo unum genus putatur poſſe concedi?* Ne ſibi ipſis damnationem potiùs, quàm remiſſionem adquirant: ſi eadem, tam indigni nondum ſanè per pœnitentiam ad plenum purgati percipiant. Si igitur pœnitentes etiam Canonicè pro criminibus ſuis ſatisfacientes, divinis Sacramentis judicantur indigni; quantò magis illi, qui non pœnitere, ſed culpas ſuas jam dudum publicatas pertinaciter defendere conantur? qui, & * obſtinato animo reſiſtentes etiam Spiritum ſanctum blaſphemare probantur. Sic enim B. Damaſus Papa in epiſtola ad S. Aurelium

S. Innocentius I epiſt. 29. editio. Rom. Item de conſec. d. 5. de pœnitentibus verò.

* *C. R. canonibus.*

A Carthaginenſem Archiepiſcopum teſtatur :
21. q. 1. c. 5. Violatores. *Violatores*, inquit, *Canonum voluntarij, graviter à SS. Patribus judicantur : & à ſancto Spiritu, (cujus inſtinctu, ac dono dictati ſunt) damnantur : quoniam blaſphemare Spiritum ſanctum non incongruè videntur : qui contra eoſdem ſacros Canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter, ùt præmiſſum eſt, aliquid, aut protervè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus, ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſtè unum genus eſt blaſphemantium Spiritum ſanctum. Quia; ùt jam prælibatum eſt, contra eum agit, cujus nutu, & gratia, ſancti Canones editi ſunt.*

Itaque illi ſacerdotes, qui tam graviſſimis criminibus ſunt obligati, imò qui pro eiſdem ſecundùm canonica inſtituta jam ſunt
B damnati, nullatenus niſi in perniciem ſuam ſacrificare poſſunt. Unde, & illi non parùm * deliquerunt, quicunque ipſis in propriam necem ſacrificare uſurpantibus, per ſolitas reſponſiones in miſſa ſcienter cooperari præſumerent. Non enim pro parvo crimine haberetur, ſi quis alicui ſeipſum crudeliter occidenti ſcienter cooperaretur. Sapientiſſimè ergo noſter Apoſtolicus populum bujuſmodi præſumptorum uſurpationibus intereſſe prohibuit : quas non ſolùm ductoribus earum : ſed & receptoribus pernicioſas eſſe non ignoravit. Sic enim ipſe Dominus à Core, ejúſque ſequacibus ſacri-
Num. 16. ficandi officium uſurpantibus: reliquos filios
C Iſraël diſcedere præcepit, ne peccatis eorum involverentur : ſicque crudeliſſima morte cum eiſdem damnari mererentur. Nam
Ibid. ipſi hæreſiarchæ, videlicet, Core, Datan, & Abiron, cum univerſa eorum ſubſtantia vivi ad infernum ex improviſo deſcenderunt. Sequaces verò eorum per ignem egreſſum à Domino penitus comburi meruerunt. Horum igitur ſubitaneam, & ſeveriſſimam ultionem illi diligenter attendant, qui contra Apoſtolica præcepta interdictum ſibi ſacerdotale officium obſtinata temeritate uſurpant.

*C. R. delinquerens.

2. Reg. 6. Nec ocioſè mortem Ozæ conſiderent, qui, cùm David arcam Domini de Phili-
D ſtiim in novo plauſtro reduceret : à Domino percuſſus interiit, eò quòd arcam, licèt jam caſuram, manu ſuſtentare præſumpſerit. Si enim ille meritò periit, qui temerè quidem, ſed benignè arcam Domini tantùm retigit: quantò magis ille, qui contra fas, & jus ipſum corpus Domini contrectare, ſibíque incorporare præſumit indignus.

Cap. XIX. Quidam tamen ſatis imperitè noſtro Apoſtolico obiiciunt quartum Gangrenſis Concilij capitulum : *Quicunque diſcernit à presbytero, qui uxorem habuit, quòd non oporteat eo miniſtrante, de oblatione percipere, anathema ſit.* Hoc etiam caput, juxta Petri Apoſtoli atteſtationem in ſuam ipſorum perniciem depravantes, ita pronuntiant. *Quicunque recuſaverit Miſſam conjugati presbyteri, anathema ſit.* Scilicet ut eos anathe- E 2. Pet. 3.
matizatos eſſe demonſtrent, qui Apoſtolicis inſtitutis obedientes, incontinentiam presbyterorum Miſſas recipere detrectent. Sed fruſtra. Nam prædictum caput illos tantùm anathematizat, qui reſpuunt presbyteri oblationem : non, qui modò habet : ſed qui quondam habuit uxorem. Eo enim tempore, ùt prologus Gangrenſis Concilij teſtatur, erant hæretici ſectatores cujuſdam * Euſtaſij, qui legitimas nuptias, quaſi mortale crimen condemnabant : aſſerentes, nullum in conjugali gradu poſitum ſpem habere apud Deum. Unde, & oblationes presbyterorum, etiam ante ordinationem legitimè conjugatorum reſpuiſſe traduntur. Quippe legitimum conjugium pro mortali crimine deputantes, quale etiam, ſi quis hoc tempore perpetràſſe detegitur, altari mini- F
ſtrare juxta canones non permittitur. Meritò igitur anathematizati ſunt iidem hæretici dogmatizantes contra illud Apoſtoli : *Si acceperis uxorem, non peccâſti.* Et illud : *Oportet Epiſcopum unius uxoris eſſe virum.* Sæpe 1. Cor. 7. 1. Tim. 3. Tit. 1.
poſitum autem noſtri Apoſtolici ſtatutum nulli prohibet audire Miſſam illius presbyteri, qui juxta Apoſtolicam permiſſionem, ante ſacrum Ordinem, unam tantùm uxorem habuit : quando, & ſine crimine uxorem ducere potuit. Sed, illius presbyteri, qui contra Apoſtolum, in crimine fornicationis detegitur jacere : quem, ipſi Apoſtoli, & reliqui ſancti Patres, ſucceſſórque eorum G
noſter Apoſtolicus à ſacratiſſimo officio ſegregavêre. Igitur quicunque hujuſmodi presbyterorum Miſſas reſpuit, nullatenus tamen ſuperiori * Euſtaſianorum anathemati ſubjacebit, cùm optimè Apoſtolo conſentiat : qui & ſacerdotibus continentiam indicit : & fideles, prævaricatoribus ſermonum ejus admiſceri non permittit.

* Euſtathij.

* Euſtathianorum.

Notandum autem, quòd noſter Gregorius juxta SS. Patrum ſtatuta priùs incontinentes presbyteros officio privavit. Poſtmodum populo, ne eorum officia reciperet, interdixit. Unde, non tam incontinentium, quàm pro incontinentia damnatorum Miſſas audire prohibuit. Ne, & populus juxta Antiochenum Concilium ſub ex- H
communicatione poneretur, ſi eorum officia recipere præſumeret. Ipſe autem Spiritus ſanctus per Samuelem Prophetam docet populum, ut Canonicis inſtitutionibus noſtri Apoſtolici potiùs obediat, quàm hujuſmodi præſumptorum ſacrificia in periculum ſuum recipiat. Dicit enim ſcriptura : *Melior eſt obedientia, quàm victima, & auſcultare, magis, quàm offerre adipem arietum, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare : & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.* Igitur populus, Apoſtolicis inſtitutis obediens, inobedientium ſacerdotum * officia, vel ſacra 1. Reg. 15.

* C. R. ſacrificia.

A cra meritò recuſat, ne & ipſe crimen idolatriæ per inobedientiam incurrat. Idem Dominus alibi proteſtatur: *Miſericordiam volo, & non ſacrificium* : ſcilicet, ut quivis placens Deo per obedientiam potiùs animæ ſuæ miſereatur, cui potiſſimùm eſt miſerendum : quàm, cum inobedientia vel per ſe, vel per alium Domino offerat ſacrificium.

Matth. 9. Eccleſ. 30.

Libet autem conſiderare, quàm clementer noſter Apoſtolicus etiam ipſos contemptores canonum in ſuperioribus ſtatutis tractârit. Quos tantùm à tali officio removit: quod tamen nullatenus niſi in perniciem ſuam celebrare poſſent: ſi Canonicis ſanctionibus repugnantes, ipſum Spiritum ſanctum blaſphemare non deſiſterent. Ipſorum ſanè diuturnam obſtinationem jam dudum acriùs plectendam nondum debita ſeveritate
B punivit: ſed illos, ut ſaltem adhuc redirent ad cor, paterno affectu exſpectavit, ut vel in hoc ſuam damnationem cognoſcere vellent, cùm populum à recipiendis eorum officiis juſtiſſimè prohibitum, negare non poſſent.

Cap. XX. Fortaſſis autem aliquis dicat: cur noſter Gregorius tam contraria noſtræ conſuetudini ſtatuta obſervari præceperit? Cur non potiùs noſtram conſuetudinem quaſi miſericordi diſſimulatione tolerârit?
C Sed ille audiat, quid beatus Leo Papa, qui ſacratiſſimo Chalcedonenſi Concilio * præfuit, decernat: qui Anatolii Præſulis Conſtantinopolitani præſumptionem cohibens, ita pronuntiat: * *quod in reatum Romani Pontificis deputetur, ſi inſtitutio Canonum eo non prohibente, & in hoc quaſi connivente, alicubi violetur.* Item ſanctiſſimus noſtri Apoſtolici homonymus ſcribens Victori Epiſcopo hanc terribilem, & generalem ſententiam protulit: * *Quiſquis ad hoc facinus*, (videlicet Simoniacæ, aut Neophytorum hæreſeos) *emendandum, officij ſui conſideratione, vehementer non arſerit, cum ipſo ſe non dubitet habere portionem: à quo priùs hoc piaculare flagitium, ſumpſit exordium.* Igitur & ille nihilominus Hebionis hæreſiarchæ particeps eſſe detegitur quicunque pro debito officij, illius hæreſim, id eſt Judaicam incontinentiam modernis ſacerdotibus prohibere non ſtuduerit.

* *per Legatos.*
* *Epiſt. 54. ad Martianum Auguſtum.*
* *Locus ſancti Leonis in eadem epiſtola ſic habet.* Ad meum tendit reatum, ſi paternarum regulæ ſanctionum, quæ in ſynodo Nicæna ad totius Eccleſiæ regimen, ſpiritu Dei inſtruente, ſunt conditæ, me (quod abſit) connivente, violentur; & major ſit apud me unius fratris voluntas, quàm univerſæ domûs Domini communis utilitas.
* *S. Gregor. Reg. epiſt. lib. 10. ep. 32.*

Ipſa quoque ſacratiſſima Concilia, ex quibus ſtatuta noſtri Apoſtolici profluxerant, adeò amplexi ſunt ſancti Patres, ut, ſicut ipſorum ſcripta teſtantur, potiùs ſeipſos diverſis tormentis affligi, imò ſe potiùs crudeliter occidi permitterent, quàm violatoribus earundem ſanctionum conſentire vellent. Ob hanc cauſam magnus Athanaſius Patriarcha Alexandrinus poſt diverſas calamitates in exilium deportatur. Ob hoc
D etiam Felix Papa Romanus ab Epiſcopatu * depoſitus Martyrio legitur coronatus: & multi ejus Presbyteri, Diacones, & reliqui ex clero etiam intra Eccleſiam ob eandem cauſam, heu, crudeliſſimè occiſi leguntur: E
videlicet, quia ſectatoribus Arii in violatione Nicæni Concilii aſſentire nolebant. Hæc autem & hujuſmodi innumerabilia ex Eccleſiaſticis hiſtoriis affatim colligere poteris.

* *C. R. expulſus.*

Dicat ergo quis, quomodo noſter Apoſtolicus ſine ſuo periculo, vel potiùs exitio negligere poſſet, quin tam inevitabilium ſanctionum non dico violatoribus, ſed impugnatoribus ex debito Officii ſui obviaret: quibus ipſos ſanctos Patres etiam uſque ad ſanguinem reſtitiſſe non ignoraret? Quamvis enim modò quidam non tam apertè cum Ario, & reliquis hæreſiarchis fidem ſanctorum Patrum impugnent: tamen eorum moralibus ſtatutis cum ipſa quidem fide per eoſdem ſanctos Patres eodem tempore, eâdem ſubſcriptione roboratis obſtinatè reſiſtunt: quæ & cum eâdem fide ex ſacratiſſi- F
mo fonte ſcripturarum emanaverunt: ſed in hac eorum nefandiſſima rebellione, etiam ipſam fidem ſanctorum Patrum probantur annullare: cùm in authenticis ſanctionibus auctoritatem illorum pro nihilo ducant, qui & fidem ſua auctoritate confirmaverant. Nullatenus ſanè alicui fides ſanctorum Patrum proderit, qui eorum Canonicis, atque moralibus præceptis non obedire, ſed pertinaciter reſiſtere ſtuduerit. Nam ùt Jacobus frater Domini teſtatur; *Fides ſine operibus mortua eſt;* qualem & dæmones habere fatetur. Non ergo minùs eſt reſiſtendum pertinacibus authenticarum inſtitutionum G
impugnatoribus, quàm ſacræ fidei violatoribus; cùm & dæmonibus aſſimilentur quicunque inſtitutionem ſanctorum Patrum in fide tantùm, non etiam in converſatione pro viribus ſuis ſectantur: quia & culpam, quam humanum fuit committere, diabolico inſtinctu non timent pertinaciter defendere.

Jac. 2.

Amplius: Ipſum vas electionis in ſua perſona omnibus Eccleſiaſticis Paſtoribus dicit: *Si evangelizavero, non eſt mihi gloria. Neceſſitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi eſt, ſi non evangelizavero.* Quomodo igitur no- H
ſter Apoſtolicus iſtud *væ* ſubterfugere poſſet, ſi gregem ſibi commiſſum juxta ipſius Apoſtoli præcepta, inſtituere negligeret? ſanctus etiam Spiritus per Ezechielem Prophetam cuilibet Paſtori terribilem proponit conditionem: *Si*, inquit, *non dixeris peccatori, morte morieris, & oſtenderis, ut recedat ab iniquitatibus ſuis: ipſe quidem in peccatis ſuis morietur: ſanguinem autem ejus de manu tua requiram. Si autem dixeris, & ille contempſerit, & non obedierit: ille, in ſceleribus ſuis morietur. Tu autem animam tuam liberabis.* Hac quidem translatione ſanctus Auguſtinus in ſermone de Pſalmo 49. utitur: ſtatimque ſuis auditoribus ſubjungit: *Dico vobis, libero animam meam. In magno enim ſum, non periculo, ſed exitio conſtitutus, ſi tacuero.* Satis ergo patet, quàm immeritò

Ezech. 3.
S. Auguſt. in Pſalm. 49.

A quidam noſtro Apoſtolico pro ſuperioribus ſtatutis indignentur: qui tam inevitabili neceſſitate coactus, eadem inſtituiſſe detegitur, videlicet ne propriæ mortis crimen incurreret: ſi nos ex debito officii ſui inſtituere negligeret.

CAP. XXI. Præterea ſi ob hoc noſtro Apoſtolico indignari ſatagunt, cur non potiùs illis CCC. XVIII. SS. Patribus in Nicæa congregatis: & DC.XXX. Patribus in Chalcedone congregatis, vel coadunatis indignantur: qui, ùt prædictum eſt, contra Simoniacos, & incontinentes altaris miniſtros multò acriores ſententias protulerunt, quàm noſter Apoſtolicus? Indignentur ſanè ſanctiſſimo Papæ Clementi, qui & martyrio ſuo decreta confirmavit: quem, ipſe Princeps Apoſtolorum ſibi ſucceſſorem deſtinavit. Legitur enim in decretis ejus capit 46.
B quòd incontinentes penitus ab altaris officio removerit: quòd etiam cohabitationem extranearum feminarum Clericis prohibuerit: quòd violatores hujus inſtitutionis prorsùs anathematizaverit. Indignentur etiam beatiſſimo Papæ Sylveſtro, qui in Apoſtolica ſede conſtitutus incontinentiam totius mundi presbyteris, ùt prædictum, prohibuit, & omnes huic decreto repugnantes in perpetuum damnandos eſſe decrevit. Indignentur etiam beatæ memoriæ Damaſo Papæ, cujus auctoritate ſecunda univerſalis Synodus Conſtantinopolitana legitur roborata. Item, ſanctiſſimo Papæ Leoni, Chalcedonenſium canonum ductori: quorum uterque eadem, & Apoſtolica auctoritate in decretis ſuis: Ille quidem cap. 4.
C hic autem quinto ita generaliter decrevêre: *Omnia decretalia cunctorum prædeceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus, & canonum promulgata ſunt diſciplinis: ita ab omnibus Epiſcopis, ac cunctis generaliter ſacerdotibus cuſtodiri debere mandamus: ut, ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps noverit denegari.* Indignentur etiam ſanctiſſimo noſtri Apoſtolici æquivoco, qui ſub generali anathemate damnavit omnes à ſacratiſſimis IV. Conciliis diſſentientes. Sed cùm nullus ſanæ mentis hujuſmodi ſanctorum Patrum ſententiis indignetur, patet evidentiſſimè, quàm irrationabiliter quidam noſtri Apoſtolici inſtitutis indignentur! In quorum promulgatione nullatenus à ſanctis
D Patribus diſcrepavit: excepto in hoc tantùm, quòd non tam ſeverè, ùt illi, contemptoribus Canonum obviavit. Illos enim clericos officio tantùm privavit, quibus ſancti Patres non modò officium, ſed & veniam, & Eccleſiaſticam communionem denegavêre. Nil denique novi noſter Apoſtolicus nobis obſervandum injunxit: quod, etiam ſi feciſſet, non tamen ſine periculo ejus contemni præceptum poſſet. Nam Apoſtolica ſedes ex divina confeſſione hunc ſemper obtinuit, & obtinebit primatum,
E ut totius mundi Eccleſias non ſolùm antiquis inſtitutis, ſed etiam novis diſponat, prout diverſorum neceſſitas temporum expoſtulat: *Cogunt enim*, ait Auguſtinus ad Bonifacium, *multas invenire medicinas multorum experimenta morborum.* Hoc utique diverſa Romanorum Pontificum decreta teſtantur, in quibus ipſi diverſis temporum neceſſitatibus conſuluiſſe leguntur.

CAP. XXII. Incaſſum autem publici contemptores Apoſtolicæ inſtitutionis, inducias ſuæ damnationis à noſtro Apoſtolico quærunt: quos, ùt prædictum eſt, SS. Patres abſque omnibus induciis damnaverunt. In dubiis enim rebus, licèt veris, nondum tamen publicatis, neceſſariò conceduntur induciæ: ut, juxta ſanctiones Apoſtolicorum virorum, Felicis, & Julii, & reliquorum,
F ipſe accuſatus poſſit ſe contra accuſatores pleniter præparare ad abluenda crimina. Unde & B. Eleutherus à B. Petro duodecimus, in decretis ſuis, cap. 1. teſtatur: *Induciæ non modicæ ad inquirendum dandæ ſunt: ne aliquid præproperè agi à quacunque parte videatur: quia per ſubreptionem multa proveniunt.* Jure ergo illi abſque induciis damnantur, qui culpam ſuam jam dudum à SS. Patribus definitè damnatam non negare, ſed publicè contra Apoſtolica ſtatuta conantur defenſare. Nempe B. Gregorius ab omni Catholico paſtore meritò imitandus, contemptores ſedis Apoſtolicæ, etiam ante peractam culpam ſolebat excommunicare. Sic enim
G Maximum per ambitionem Salonitano Epiſcopatui inthronizatum, & omnes ejus ordinatores excommunicavit: quos eadem excommunicatio nondum peracta culpa, pro qua excommunicati ſunt, obligavit. Nam priuſquam idem Maximus ordinaretur, ſub excommunicatione prohibuit S. Gregorius: ne hoc * præſumerent. ** C. R. præſumeretur.* Quod præceptum contemnentes Epiſcopi, cùm ordinarent eundem Maximum, ante peractam ordinationem, erant excommunicati, juxta atteſtationem ſancti Gregorii: ſcribit enim in epiſtola ad eundem * præſumptorem ita deteſtans ejus conſecrationem: *Lib. 3. ep. 20.* ** C. R. Maximum.* *Quam rem*, inquit, *nos conſecrationem dicere nullo modo poſſumus: quæ, ab excommunicatis eſt hominibus celebrata.*
H Non enim poſt ordinationem excommunicandos, ſed in ipſa ordinatione dixit excommunicatos. Sic, idem Apoſtolicus per Subdiaconem ſuum Natalem Salonitanum Epiſcopum abſque induciis, ſi præcepto ejus non obediſſet, pallio, & communione cenſuit privandum eſſe. *Lib. 2. epiſt. 14. 15. & 16.* Sic, inquam, ipſe, & reliqui, ejuſdem ſedis Epiſcopi, quoslibet, & abſque induciis, damnaverunt: qui, aliquam rem ſub excommunicatione, vel officii ſuſpenſione prohibitam, temerariè uſurpaverunt. Has igitur, & hujuſmodi rationes moderni præſumptores cautè conſiderent, nec deinceps inju-

ſtè

A ſtè ſe abſque induciis damnatos eſſe exiſtiment.

Cap. XXIII. Forſitan autem aliquis adeò delirat, ut ſubditos cujuslibet Epiſcopi per ipſum tantùm, non per Romanum Pontificem damnari poſſe dicat. Sed illi, ipſa veritas in Evangelio contradicit: quæ, B. Petro principaliter inter reliquos Apoſtolos, hoc privilegium conceſſit: *quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.* Qui enim generaliter omnes Apoſtolicæ poteſtati ſubjecit: nullo modo alicuius Epiſcopi ſubditum excepit. Unde idem Apoſtolus, & à ſenioribus ſui temporis, id eſt, Presbyteris, ſive Epiſcopis, & ab eorum ſubditis obedientiam generali- B ter exegit: cùm, tam ſubditis, quàm Prælatis, tam fœminis, quàm viris, ſpecialia vivendi præcepta in epiſtolis ſuis tradiderit. Quod, incaſſum ipſe faceret: ſi non generaliter omnes ejus inſtitutioni odedire deberent.

Matth. 16.

Beatus quoque Anacletus ab ipſo Principe Apoſtolorum presbyter ordinatus, in decretis ſuis cap. 111. teſtatur: *Sacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino noſtro primatum obtinuit: ſicut ipſe B. Petro Apoſtolo dixit: Tu es Petrus*, & reliqua. Ergo hæc Apoſtolica ſedes, cardo, & caput omnium Eccleſiarum à Domino, non ab alio eſt conſtituta. Et ſicut cardine oſtium regitur: ſic hujus ſanctæ ſe- C dis auctoritate omnes Eccleſiæ Domino diſponente, reguntur.

Item B. Gelaſius, doctor Apoſtolicus cap. 11. *Cuncta per mundum novit Eccleſia, quòd ſacroſancta Romana Eccleſia, de omni Eccleſia fas habeat judicare: nec cuiquam de ejus liceat judicare judicio. Si quidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum eſt; * ab illa autem nemini appellare permiſſum eſt.*

** C. R. nemo eſt appellare permiſſus.*

Sed nec illa præterimus, quòd Apoſtolica ſedes ſine ulla ſynodo præcedente, exſolvendi * quos oportuit, habuerit facultatem. Et hoc nimirum pro ſuo principatu, quem B. Petrus Apoſtolus Domini voce & tenuit, & ſemper retinebit. His autem ſanctiſſimi Patres, Caliſtus, Fabianus, Sixtus, Silveſter, Julius, & reliqui innumerabiles adſtipulantur. Qui adeò amplexati ſunt * unitatem, ut potiùs mori, quàm mentiri delibera- D rent. Hujus igitur privilegij auctoritate B. Simplicius Papa XLIX. Gregorium Mutinenſem Epiſcopum Ravennatis Archiepiſcopi ſuffraganeum, à ditione ejusdem Archiepiſcopi penitus abſolvit. Et hoc Ideo: quia idem Archiepiſopus eum invitum Mutinenſi cathedræ inthronizavit.

** C. R. quos Synodus iniqua damnaverat, & damnandi nulla exiſtente ſynodo.*

** C. R. veritatem.*

Item S. Gregorius Honoratum Salonitanæ Eccleſiæ Archidiaconum, qui jam ex Archidiaconatu ad presbyterium devenit, invito ejus Epiſcopo, ad priſtinum gradum reduxit: depoſito quidem eo, quem idem E Salonitanus Epiſcopus in locum ejus ordinavit. Quapropter apertiſſimè deſipiunt, ſeque reos Apoſtolicæ auctoritatis efficiunt, quicunque eius poteſtati temerè præjudicant: cùm cujuslibet Epiſcopi ſubditos non per Romanum Pontificem, ſed tantummodò proprium antiſtitem ligari, vel ſolvi poſſe confingant.

Lib. 2. epiſt. 14. 15. & 16.

Præterea B. Leo Papa, qui quartam univerſalem Synodum Chalcedone congregavit: Item Vigilius Papa, ſub quo quinta univerſalis Synodus Conſtantinopolim convenit: Item beatus Pater Gregorius; hi, inquam, ſinguli, eadem auctoritate præcipui, pænè eadem voce in decretis ſuis veriſſimè teſtan- F tur hoc modo: *Sancta Romana Eccleſia vices ſuas ita aliis impertivit Eccleſiis, ut in partem vocata ſint ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Unde liquidò demonſtratur, quòd quilibet Epiſcopus nec ſuper gregem ſibi commiſſum tantam poteſtatem habeat, quantam præſul Apoſtolicus, qui, licèt curam ſuam in ſingulos Epiſcopos diviſerit: nullo modo tamen ſeipſum, ſua univerſali, & principali poteſtate privavit: ſicut nec rex ſuam regalem potentiam diminuit: licèt regnum ſuum in diverſos duces, comites, ſive judices diviſerit.*

Cùm igitur Domnus Apoſtolicus in omni Eccleſia tam principalem poteſtatem habeat, ut etiam invito Epiſcopo cujuslibet G Eccleſiæ, quæque in ea, juxta Canonicas ſanctiones, poſſit diſponere: quis denegare poterit, quin ubique gentium tam ſubditos Epiſcoporum, quàm ipſos Epiſcopos Apoſtolicæ inſtitutionis contemptores damnare poſſit?

Cap. XXIV. His autem rationibus & hoc declaratur, quòd cujusvis Epiſcopi parochianus, potiùs Domno Apoſtolico, quàm proprio Epiſcopo obedire debet: cùm auctoritas proprij Epiſcopi nullatenus eum ab Apoſtolica damnatione valeat liberare: ſi Apoſtolicis præceptis inobediens extiterit. Et è contra: Domnus Apoſtolicus, ſi ei obedierit, eundem ab omni violentia proprij H Epiſcopi facillimè poterit defendere: videlicet vel ipſum parochianum ejus ditioni penitus emancipando; vel Epiſcopum ab injuria per correptionem, vel damnationem Apoſtolica auctoritate refrænando. Attendat ſanè cujusvis Epiſcopi ſubditus, ne vel proprio Epiſcopo contra Apoſtolica præcepta obediat in aliquo. Cùm ſanctus Gregorius Archidiaconum Salonitanum in locum Honorati jam depoſiti ſubrogatum depoſuerit, eò quòd idem proprio Epiſcopo, ſe in locum illius ordinari, poſt Apoſtolicam prohibitionem obedierit. Hinc etiam patet, quàm apertiſſimè illi deſipiant, qui dicunt, quòd ſubditi cujuslibet Epiſcopi,

Lib. 2. epiſt. 15. & 16.

A pi, Apoſtolicæ ſedi nullatenus obedire debeant, ſi proprio antiſtiti obediant: cùm à S. Gregorio & ille meritò degradaretur, qui & per obedientiam Epiſcopi ſui Apoſtolicæ ſedi adverſus fuiſſe detegitur. Nempe nullus debitam obedientiam proprio Epiſcopo exhibere poterit; niſi qui & Apoſtolicæ ſedi principaliter obedire ſtuduerit. Omnis enim, qui vult eſſe Epiſcopus, hoc maximè ſubditis ſuis inculcat, ut ſanctorum Patrum inſtitutis, abſque omni contradictione obediant. Quæ, ùt prædictum eſt, Apoſtolicæ ſedi principaliter ab omnibus obediendum eſſe, denuntiant.

Quicunque igitur ſuo legitimo paſtori debitam obedientiam tribuerit: etiam principaliter Domno Apoſtolico obedire ſtudebit. B Nam juxta ipſius veritatis edictum; *non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum.* (Matth. 10.) Si autem Domnus Apoſtolicus proprio, & legitimo Paſtori jure præponitur; quantò magis illi, C qui nec nititur eſſe, quod dicitur?

Has igitur, & hujuſmodi rationes, quicunque ſaltem è rudibus fideliter inſpicere dignabitur: nullatenus prædicta noſtri Apoſtolici ſtatuta proſcribere conabitur: præſertim cùm videat evidentiſſimè; eadem ex SS. Patrum ſententiis, imò ex divinis ſcripturis emanâſſe. Poteram verò quàm plures alias rationes ſuperioribus annectere; & innumerabilia SS. Patrum exempla præfatis ſtatutis aſſignare, ſed ea hic conſideratione prætermiſi, ne gravis eſſem idiotis, quibus hic ſpecialiter ſatisfacere propoſui; quibus, pauca ex multis tam indubitatæ veritatis ſufficere poſſunt: ſi indagandæ potiùs veritati, quàm infructuoſæ contentioni D operam dare volunt.

FINIS.

PRÆFATIUNCULA
IN TRES SEQUENTES EPISTOLAS.

Videntur tres iſtæ epiſtolæ ſcriptæ ante tractatum de Sacramentis excommunicatorum, *cui inter hæc pro Gregorio VII. opuſcula primum locum tribuimus: nam hîc quaſi adhuc incerti fluctuare videntur, Adalbertus & Bernaldus, quid de controverſiis ea ætate excitatis, ſentiendum eſſet. In opuſculo autem prædicto Bernaldus ſententiam abſque ulla hæſitatione profert, tametſi indicat, multa ſuper hac controverſia inter ſe & Bernardum, eſſe diſceptata: qui Bernardus non eſt alius quàm Magiſter ille Scholarum Conſtantienſium, de quo ſuprà in præfatione ad hos Tractatulos, & in teſtimoniis pro Gregorio VII. poſtea Magiſter Scholarum Hildesheimenſium, & tandem Monachus Corbeienſis in Saxonia factus, qui ùt ex ſecunda epiſtola apparet, ferventiſſimè quidem cauſam S. Petri defendebat; ſed dum ardorem per ſcientiam Eccleſiaſticam non temperat; nonnihil impegit, ùt docet ipſe Bernaldus in ſuo Chronico. Adalbertus ille eſt, quem Bertoldus ſeu Bernaldus in Chronico hoc elogio cohoneſtat anno M. LXXIX.* Doctor Adalbertus, facto verbóque diſertus, jam triginta annis mundo crucifixus, & in fine ad Evangelicam perfectionem perductus, migravit ad Dominum tertio Nonas Decembris. *Quem honoris cauſa Bernaldus in ſecunda epiſtola appellat* Patrem & Dominum.

DE DAMNATIONE EORUM, QUI* PAPAM, TOTAMQUE ROMANAM, SYNODUM DEAUCTORARE TENTAVERUNT, ET DE SACRAMENTIS DAMNATORUM.

* *Gregorium VII.*

EPISTOLA PRIMA
ADALBERTI ET BERNALDI

A DOmno, ac venerando ſacerdoti Bernhardo doctrina, ac moribus adornato Adalbertus presbyter indignus ejusque * bonum indeficiens, quod eſt Chriſtus.

* *Lacuna eſt in Ms. S. leg.* ejúsqueBernaldus, *ut infrà in tertia epiſtola.*

Multum de veſtra ſalutatione gaviſi ſumus, ſed multò plus gauderemus, ſi quoquo modo ad invicem conveniendi, & dulce colloquium conſerendi facultatem haberemus. Quod cùm nobis diverſarum rerum neceſſitas intercludat, ſaltem mutuam collocutionem literarum officio commendare non pigeat.

B * De judicio igitur Domni Apoſtolici ſuper publicos & contumaces Apoſtolicæ ſedis proſcriptores aliquid nobis reſcribere velitis, ſicubi quidquam authenticum eidem judicio adverſum inveniſſetis. Nam nos nihil adhuc illi contrarium reperimus, licèt diverſorum Patrum ſtatuta ſingulari diligentia evolviſſemus. In illis ſanè duos judiciarios ordines invenimus. Unum de publicis criminibus: alterum, de dubiis, licèt veris, nondum tamen publicatis. Et ad dubias quidem res diſcutiendas induciæ leguntur conceſſæ, ut accuſati ſe contra accuſatores ſuos poſſint præparare. In quo judicio neceſſaria eſt præſentia accuſati, & accuſatoris. Publicæ autē contumaciæ nuſquam legimus inducias ex debito eſſe concedendas. Huiusmodi enim cauſa non indiget accuſatore, vel teſtium conductione: cùm ipſe reus non verecundetur crimen ſuum propalare: nec per abſentiam damnationem ſuam debet differre. Sed hos duos ordines judicandi, per exem-C pla vobis denotari non neceſſarium æſtimamus, cùm ſcientiori quælibet ingerere, magnæ judicetur impudentiæ.

* *Manuſcriptus codex non ad marginem ſed in ipſa contextus ſerie hoc gloſſema habet.* De hoc judicio, in epiſtola, quæ iſtam tertio loco ſubſequitur, diligentiſſimè tractatum invenitur: videlicet, quàm nefariè iſti in Apoſtolicam ſedem peccaverint, & quàm Canonicè Romana ſynodus eos damnaverit.

Juxta hunc modum Domnus Apoſtolicus, publicos, & contumaces Apoſtolicæ ſedis proſcriptores, ſatis canonicè damnavit etiam abſentes. Quid autem vobis inde videatur, charitas veſtra nobis reſcribere non gravetur. Nam veſtram de hac cauſa ſententiam libentiſſimè recipimus: quem præ cæteris diligentiorem, & diſcretiorem in ſacris literis non dubitamus.

De confectione etiam Sacramentorum à Simoniacis, ſeu à quibuslibet excommunicatis uſurpatorum, quid videatur vobis, ſcire vellemus. quippe, ſi careant veritate. D Sanctiſſimus enim Pater Auguſtinus ita teſtatur: *Veri*, inquit, *ſacrificij locus non eſt extra Catholicam Eccleſiam.* Nullus igitur locus veri ſacrificij eſt apud hæreticos, ſive excommunicatos.

Beatiſſimus quoque Papa Leo, cujus auctoritate congregatum eſt & confirmatum Chalcedonenſe Concilium, à ſancto Gregorio, Evangelio comparatum: Ipſe, inquam, Leoni Auguſto ſcribit de quodam damnato Timotheo Epiſcopo * qui reus occiſionis Alexandrini Præſulis, * ſedem ejus ſimoniacè invaſit. De hujus igitur ſimoniaci Sacramentis præfatus Papa Leo ita teſtatur ad Auguſtum: *Manifeſtum eſt*, inquit, *per crudeliſſimam, inſaniſſimámque ſævitiam, omne * illic cæleſtium Sacramentorum lumen extinctum. Intercepta eſt ſacrificij oblatio: defecit chriſmatis ſanctificatio: & parricidialibus manibus impiorum omnia ſe ſubtraxêre myſteria, &c.* E Sanctus quoque Gregorius ſcribens de temeraria ordinatione Maximi Salonitani Epiſcopi, ita deteſtatur eandem: *Poſt interdictionem*, inquit, *quoque noſtram, quæ ſub excommunicatione tua, ordinantiúmque te facta eſt, cæſis presbyteris, diaconibúſque ceteróque clero, manu militari ad medium diceris adductus. quam rem nos conſecrationem dicere, nullo modo poſſumus, quæ ab excommunicatis eſt hominibus celebrata.* Epiſcopi enim excommunicati erant, qui eum conſecraverant.

* *intruſo Alexandrino cui cognomen Ælurus.*
* *Proterij.*
Leo Papa, epiſt. 75. ad Leonem Auguſtum.
* *In Alexandrina ſede.*
Lib. 3. ep. 20.

Veſtrum igitur judicium exſpectamus, quid de hujusmodi Sacramentis judicare debeamus? F

* *Poſt interrogationem hic incipit valens reſponſio, cautè tamen legenda in ulteriore parte.*

* *Ita codex manuſcriptus.*

EPISTOLA SECUNDA.

AReolæ aromatis, cujus lilio capreus Libani paſcitur; cujus in umbra ipſe cubans meridiatur, viro deliciarum Adalberto, de Sacramentorum confectione Bernhardus cauteriatus inſtar æthiopis in tabernaculis Cedar, damnatus piſtrino in

A Ur Chaldæorum, nec jam ſubſiſtens in miſeriis, non dico corporis, ſed expoſitæ jam morti animæ, quidquid gemens peccatoris devotio, angelicæ ſanctitati. Deo fonti miſericordiarum, & patri totius conſolationis, gratias corde, & voce itero utroque: quòd me tui ſalutatione tunc, cujus audito nomine recreor, dulciſſima dignatus eſt collocutione. Salve corruptelam neſciens cedre paradiſi: ſalve auriga Iſraël: ſalve immortalitatem ſpirans ô animarum medela: ſalve petra, quam callidus ſerpens ſuis ſignâſſe veſtigiis non gaudet: imò ab omni corporeæ labis aſpergine purè deterſam abhorret. Salve aureum menſæ Salomonis non ſignificativi, ſed ſignificari reclinatorium. B Salve cœli luminare, lucens inexſtinguibiliter in medio nationis malæ, atque perverſæ. (2. Pet. 1.)

Juſſionis igitur tuæ exſequutionem licèt mihi pro ſanctitate negotii, interdicat conſcientia: licèt præſumentem me, in faciem ipſam cedat ſtultitia: aggredior tamen, certus: quia, etſi quæ oporteat, dici, neſcio: in hoc tamen ſciens ſum; quòd tibi, Domine obedio. Jubes igitur, ut tua ipſius verba ponam, tibi à me ſcribi de judicio Domni Apoſtolici ſuper publicos, & contumaces ſedis Apoſtolicæ proſcriptores, ſicubi quidquam authenticum eidem judicio adverſum invenerim.

Sedis, pater, Apoſtolicæ eſt, ut divini conſciæ arcani, rotare claves regni cœlorum. *Ipſa enim*, ùt Anacletus Papa ſcribit, *conſtituta eſt à Domino, non ab alio, caput, & cardo Eccleſiarum.* Et ſicut cardine oſtium C regitur, ſic hujus ſanctæ ſedis auctoritate omnes Eccleſiæ Domino diſponente reguntur.

Hinc B. Gelaſius in generali decreto ad omnes Epiſcopos de inſtitutis Eccleſiaſticis dicit: *Cùm nobis contra ſalutarium reverentiam regularum cupiamus temerè nil licere: &, cùm ſedes Apoſtolica ſuper his omnibus, favente Domino, quæ paternis Canonibus ſunt præfixa, pio, devotóque ſtudeat tenere propoſito: ſatis indignum eſt, quenquam vel Pontificum, vel Ordinum ſubſequentium, hanc obſervantiam refutare: quam B. Petri ſedem, & ſequi videat, & docere, ſatis conveniens ſit, ut totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſervatione concordet:* D *quam illic vigere conſpiciet, ubi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum.*

(S. Leo epiſt. 84.) Leo quoque ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum: *Quibus*, (Sacerdotibus) inquit, *cùm ſit dignitas communis: non eſt tamen ordo generalis; quoniam, & inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris, fuit quædam diſcretio poteſtatis. Et cùm omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt, ut ceteris præemineret.* Et quia hanc excellentiam ſummæ ſedis non minuit indignitas præſidentis, teſtatur idem Leo: *Etſi nonnunquam*, inquiens, *diverſa merita præſulum, jura tamen permanent* E *ſedium, quibus poſſint æmuli perturbationem aliquam fortaſſe inferre, non tamen poſſunt minuere dignitatem. Sedis tamen hujus ſancta præſules, à ſubjectis moneri perſæpe tolerabant: ſpiritum in eis exſtinguere nolebant: demum Eccleſiaſtica lege duce, & magiſtra potiùs ipſi ſecundùm inſtituta canonum vivere, quàm ex canonicis inſtitutis ſubjectos opprimere volebant. Princeps Apoſtolorum cùm in ſuî ſimulatione gentes cogeret judaizare, Pauli correptione ſuggerentis, nec Judæos ab hujuſmodi tanquam à nefariis prohibendos, nec gentiles ad ea tanquam ad neceſſaria compellendos ſententia* mutatum.* (* Locus, ût videtur mutilus.)

Ego, inquit B. Gregorius, *& minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus ſum, ſtultus enim* eſſem, qui in eo ſe primum æſtimat, ut bona, quæ viderit, diſcere contemnat.* (* Eſt.) F Ille etiam, qui non ab homine didicit, auctoritati Corinthiorum ceſſit dicens: *Cui aliquid donâſtis, & ego.* (2. Cor. 2.) Hinc colligimus cùm ſedis hujus ſuper petram, quæ Chriſtus eſt, fundatæ, jus, & dominium conſtet, non poſſe abrogari: Præſules tamen ejus concedat ratio interdum commoneri.

De judicio autem Apoſtolici facto ſuper hos, quos tu vocas publicos, & contumaces proſcriptores, pro noſtra reſpondemus ſtultitia. Fecit quidem Papa quod eſt Apoſtolicum, dum damnavit, quos dixeras, publicos, & contumaces* ſi tantùm hanc dubietatem ſequens epiſtola ſatis elucidabit, (* fort. ſed hanc.) G quæ eos poſt literatoriam confeſſionem damnatos declarabit, ùt Acacius Patriarcha Conſtantinopolitanus à ſancto Felice Papa legitur anathematizatus, utpote litteris profeſſus, nulla autem ſynodica vocatione præventus: aut confeſſos veraciter, aut convictos regulariter; aut, ſi vocati canonicè ad reddendæ rationis judicium venire noluerunt.

Audi, Pater, quid S. Auguſtinus, qui Carthaginenſi Concilio, ex Apoſtolica auctoritate, & ducentorum XVII. Patrum firmato interfuit, de ſententia ejuſdem Concilii ad clerum, & plebem Hipponenſium inter alia dicit. *Nuper in Concilio Epiſcoporum conſtitutum eſt, nullum Clericum, qui nondum convictus ſit, ſuſpendi à communione debere, niſi ad cauſam ſuam examinandam ſe non præſentaverit.* (* Et S. Auguſt. epiſt. 137.) H Ipſam autem præſentationem ipſum demonſtrat Concilium, videlicet, ut aut ipſe accuſatus ad cauſam ſuam dicendam die ſtatuta litteris evocatus occurrat: aut aliquas veras neceſſitatis cauſas probet, quibus occurrere, non potuiſſe manifeſtum ſit. Et attendendum, quia dicit, *non potuiſſe:* nec dicit, non voluiſſe: ſimiliter & de accuſatore, ſi ad Concilium univerſale anniverſarium occurrere noluerit. Certè, ſive accuſator, ſive accuſatus occurrere voluit, & non valuit, Carthaginenſis Concilii decretis abſolutus erit. Conſentit & Africana

A cana Synodus dicens: *Si infra annum cauſam
ſuam purgare contempſerit.* Nota verba; non
dicit, *non voluerit*; ſed *contempſerit.* Unde
Auguſtinus in libro de pœnitentia: *Nos ve-
rò à communione quenquam prohibere non poſſu-
mus: quamvis hæc prohibitio nondum ſit morta-
lis, ſed medicinalis: niſi aut ſponte confeſſum;
aut in aliquo ſive ſeculari, ſive Eccleſiaſtico judi-
cio nominatum, atque convictum. Quis enim
ſibi utrumque audet aſſumere, ut cuiquam ip-
ſe ſit accuſator, & judex? Ideo*, inquit S. Ge-
laſius, *vocatur ad judicium certa quæcunque
perſona, ut aut fateatur objecta, aut convinca-
tur objectis.* Et Antiocheni Canones: *In Con-
ciliis*, inquiunt, *adſint omnes, qui ſe læſos exi-
ſtimant, & ſynodi experiantur examen.*

B Sed tu dicis, duos eſſe judiciarios ordines:
unum, de dubiis, licèt veris: qui & indi-
geat induciis: ſcilicet, ut accuſatus conſu-
lendo ſibi provideat, qualiter de objectis
commodè reſpondeat. Alterum, de ma-
nifeſtis, cui induciæ minimè ſint conceden-
dæ: quia, non neceſſariæ. Et poſteriori
hoc ordine Papam in contumaces Epiſco-
pos Apoſtolica uſum poteſtate. Recipimus,
Domine, quod aſſeris, ſi conjunctionem
hanc, quæ eſt, tantùm, non addideris. Sunt
quidem duo judiciarii ordines, ùt duo præ-
cepta, ùt duo peccandi genera; unum, ſci-
licet in Dominum: alterum, in homines:
C ùt, duo adventus Domini: unus, occul-
tus; alter, manifeſtus. Unus de quo ſcrip-
Pſal. 71. tum eſt: *Deſcendet ſicut pluvia in vellus.* Al-
Pſal. 49. ter, de quo ſcriptum eſt: *Deus manifeſtè ve-
niet.* De priori igitur judiciario ordine,
1. Cor. 5. dicit Apoſtolus: *Si quis frater nominatur for-
nicator, &c. Eam nominationem intelligi vo-
lens*, ùt dicit Auguſtinus in lib. de pœni-
tentia; *quæ fit in quenquam cum ſententia or-
dine judiciario.* Noluit enim hominem ab
homine judicari, ex arbitrio ſuſpicionis, vel
etiam extraordinario uſurpato judicio, ſed
potiùs ex lege Dei, ſecundùm ordinem Ec-
cleſiæ, ſive ultrò confeſſum, ſive accuſatum,
atque convictum.

Hunc autem ordinem qualiter procede-
S. Greg. lib. re, ac tractari oporteat, deſcribit B. Grego-
11. epiſt. 56. rius in commentario ad Joannem Defenſo-
rem, euntem in Hiſpanias: decernens, &
D Catholicum ſtatuens, ut conſiderata cauſa-
rum qualitate alii ſint accuſatores, alii te-
ſtes: & ut præſente accuſato, ſub jurejuran-
do dicatur teſtimonium ſcriptis alligatum:
& accuſatus reſpondendi, & defendendi ſe,
locum habeat: & examinatio perſonarum
accuſantium, ac teſtificantium regulariter
fiat. Hunc etiam judiciarii ordinis modum
Matth. 9. Dominus innuit: cùm in reſuſcitatione pu-
Luc. 8. ellæ in domo jacentis mortuæ, ac ſi in reve-
latione cauſæ non omnibus notæ, quoſdam
diſcipulorum ſuorum teſtes ſcilicet, & pa-
trem, & matrem puellæ ſecum adhibuit.

Qualiter autem ſit determinanda hujuſ-
modi conjecturalis controverſia, deſcribit E
Leo ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum:
*Quia ſacerdotum Domini matura volumus eſſe
judicia, nihil poſſumus in rebus incognitis, in
cujuſquam partis præjudicium definire, priuſ-
quam univerſa, quæ geſta ſunt, veraciter au-
diamus.* Et item alibi egregiè dicitur: *Non
juſtum mediatorem, qui in incertis ſic unam
partem audit, ut alteri parti nihil reſervet.*
Quid verò ſit faciendum, ſi accuſatus poſt
canonicas inducias, nec ipſe venerit, nec
impedimenti neceſſitates probaverit, præ-
ſcribit S. Gregorius in prædicto commenta- *S. Greg. lib.*
rio dicens: *Quoniam quidam aut apud loco- 11. epiſt. 56.*
*rum defenſores, aut apud clariſſimos Provincia-
rum judices, aut etiam, ùt aſſolet*, hîc apud F
virum clariſſimum *magiſtrum cenſus ingredi-
untur*, & queruntur *tanquam ab alio paſſi ali-
quid contra leges, aut aliter læſi, aut damni fa-
cti teſtes volentes producere. At ne poſtea obji-
ciatur eis*, quia per unam partem geſta con-
fecta ſunt: *oportet illum qui impetitur, in ipſa
civitate conſtitutum, ubi teſtimonia dantur, ad-
monitum, à judice ſive à defenſore advenire, &
audire atteſtationes. Si verò noluerit advenire,
ſed contempſerit; ut ex hoc ab una parte teſtimo-
nia adversùs eum inutilia ſint; ſancimus, hujus
modi teſtimonia ita valere, ac ſi non ex una parte
conſiſterent, ſed etiam ipſo præſente fuiſſent facta.
Si enim recuſaverit, & venire noluerit, & au-
dire, quæ deponuntur, cùm utique in publico ſit,* G
*& non ex inevitabili quadam neceſſitate venire
non poſſit: ſimilis advenienti erit, & nulla uti-
litas ex contemptu ſuo ei adhibebitur: ſed vide-
buntur quidem ex utriuſque præſentia probatio-
nes factæ. Ecce*, inquit S. Gregorius, *admo-
nendus eſt ſemper adverſarius, ut ad audiendos
teſtes adveniat; alioquin neceſſe eſt, ut quod con-
tra leges actum eſt, firmitatem non habeat.*

Demonſtrat etiam Bonifacius Papa ſcri- *Epiſtola 2. B.*
bens ad ſeptem Provincias de Maximo, qui *Bonifacij*
multo crimine infamatus præſentari judicio *Papæ I.*
noluit, regulariter vocatus. *Nullus*, inqui-
ens, *dubitat, quòd ita judicium nocens ſubter-
fugit, quemadmodum ut abſolvatur, qui eſt in-
nocens, quærit: ſed aſtuta cavillatio eorum, qui
verſutiis agendum credunt eſſe conſiliis, nunquam
innocentiæ nomen accipiet. Confitetur enim de
omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere judicium dila-
tionibus putat.* Et quibuſdam interpoſitis: H
Decrevimus, inquit, *veſtrum debere intra Pro-
vinciam eſſe judicium, & congregari ſynodum,
ante diem Kalendarum Novembrium, ut, ſi ad-
eſſe voluerit, præſens, ſi confidit, ad objecta re-
ſpondeat. Si verò adeſſe neglexerit, dilationem
ſententiæ de abſentia non lucretur. Nam mani-
feſtum eſt, confiteri eum de crimine, qui indul-
to, & toties delegato judicio purgandi ſe occaſione
non utitur. Nihil enim intereſt, utrum in præ-
ſenti examine omnia, quæ dicta ſunt, compro-
bentur, cùm ipſa quoque pro confeſſione procurata
toties conſtet abſentia. Nos autem per omnes Pro-
vincias literas dirigemus, ne excuſationem ſibi*

 igno-

A *ignorationis obtendat, ut ad Provinciam venire cogatur, & illic ſe conſtituto præſentare judicio.*

S. Greg. lib. 5. epiſt. 3.

Simili exequutione vocavit, & exſpectavit B. Gregorius Maximum Salonitanum Epiſcopum, evidenter reum, & contumacem dicens: *Hortamur, ut ad nos venire, omni poſtpoſita excuſatione, feſtines: quatenus ſervata juſtitia, hæc,* (de quibus accuſaris) *& cognoſcere, & finire, ſecundùm canonica inſtituta, Chriſto revelante, poſſimus. Ita autem fac, ut ad veniendum amplius jam moras non ingeras: ne ipſa te magis abſentia obnoxium his, quæ dicuntur, aſſignet: & nos in te hæc res, non ſolùm propter dicta crimina, quæ purgare ſubterfugis, ſed etiam propter inobedientiæ culpam durius ſcilicet, ut in contumacem cogat ex*

B *Concilio ferre judicium.*

Vides Domine, quia B. Gregorius Maximum Salonitanum, & præſumptorem, & contumacem, qui ordinem illicitè ſuſcepit, qui literas Papæ celebrationem ſibi Miſſæ interdicentis, protervè diſcidit: quia hunc, inquam, niſi canonicè vocatum, niſi regulariter exſpectatum, damnare noluit. Unde & ipſe ad * Martianum: *Nullus ſine cognitione damnandus eſt.*

** Marinianum lib. 2. epiſt. 27.*

** ſcelerum.*

** Hæc & ſequentes notatiuncula ad hanc epiſtolam, erant in margine manuſcripti Codicis, cautela gratia ſive ab ipſo Adalberto & Bernaldo, ſive ab alio quopiam adjectæ.* Hic cautiſſimè (*vocabulū*) SEMPER non adjectum, nec aliud univerſitatis deſignativum; ne eo adjecto Apoſtolicæ ſedi præjudicaretur: quam certè contumacia ſynodicam vocationem non cogatur prætendere.

Alter judiciarij ordinis modus eſt, quem & tu dixeras, cùm crimen non negatur; cùm jam quaſi extra portam civitatis, * ſceleribus exequiis reus effertur. Hunc modum, niſi tua vel providentia aliter judicaverit, in duos adhuc modos ſubdividimus: & modum utrumque in ſynodum * vocari, & ex judicio determinari volumus. Una ſcilicet manifeſti judiciarij ordinis ſpecies eſt, cùm reus nec ſe, nec admiſſum, quod objicitur, defendit: id eſt, cùm fatetur & ſe feciſſe, & faciendo peccâſſe. In hac cauſa, accuſatoribus nil facientibus, reus tantùm ad judicium vocatur: paſſurus quod confeſſo, vel convicto medicinaliter præſcribunt pænè ſingula folia Canonum. Secundùm hunc modum videtur Apoſtolus dixiſſe ad Corinthios. *Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, jam judicavi, ut præſens, eum, qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri JEſu Chriſti, congregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri JEſu Chriſti tradere hu-*

1. Cor. 5.

C *juſmodi ſatanæ in interitum carnis.*

Nota, quod dixit; *congregatis vobis in nomine JEſu:* quaſi diceret: collecto à vobis Concilio, facto à vobis conventu in nomine Domini, id eſt, canonico: ibi me ſpiritualiter vobiſcum præſente, reus judicetur: ibi à conſortio Eccleſiæ eliminetur: tunc, manifeſtè ei monſtretur, quia peccando, ejus ſe jugo ſubjugavit; ejus dico, qui jugum Domini abjecit. Et hoc niſi privatæ reſpectu injuriæ, non alia intentione, niſi ut in eo intereat, in mortem vergens carnalitas: reſipiſcat æterna quærens ſpiritualitas: carne ſcilicet intereat, ut ſpiritu ſalvetur. Item paulò ſuperiùs: *ut*

D

tollatur de medio veſtrûm, qui hoc opus fecit. *Ibidem.* Quod exponens Ambroſius, dicit: *Cognito opere iſto, pellendum illum* (peccantem) *fuiſſe de cœtu fraternitatis. Omnes enim crimen ejus ſciebant, & non arguebant. Publicè enim novercam ſuam loco uxoris habebat. In qua re, neque teſtibus opus erat; neque tergiverſatione aliqua poterat tegi crimen.*

S. Ambroſ. in 1. Cor. 5.

E

Altera manifeſti judiciarij ordinis ſpecies eſt, cùm purgatoriè crimen conceditur: ſed culpa removetur, id eſt, cùm * fatetur ſe, quod objicitur, feciſſe; affirmat autem ſe * legem Eccleſiaſticam minimè in hoc facto exorbitâſſe. Huic accuſato magnopere ſuademus concedendam ſynodum: ſcilicet, ut aut convincatur, aut probando ſuas partes, abſolvatur. Hoc modo ſecum agi debere clamant nunc proſcripti ab Apoſtolico Præſule. Hujus judiciarij ordinis formam dabant nobis plures propter juſtitiæ defenſionem accuſati: plures tyrannidem Prælatorum experti. Quibus in conventu auditis ipſi perſæpe objecti honeſtatem ſuadendo, ſunt abſoluti: compreſſores eorum, relato in ſe crimine, damnati. * Sic Conſtantia Epiſcopum Carlomannum, qui eam ex inobedientia accuſavit, perorata inobedientiæ dignitate, quaſi infernalem furiam exſufflavit.

** quis.*

** contra.*

F

** Carolomannus qui & Carolus Epiſcopus Conſtantienſis intruſus & ſimoniacus ab Henrico IV. Cæſare anno M.LXIX. Vide Catalogum Epiſcoporum Conſtant. nuper editum à D. Piſtorio, & Lambertum M. LXIX. & M.LXXI*

Conc. Sardicenſ. c. 17.

Hujus autem regulam, & actionem controverſiæ præſcribit Concilium Sardicenſe: *Si Epiſcopus quis fortè iracundus, (quod eſſe non debet) citò, aſperè commoveatur adversùs presbyterum, ſive Diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit; providendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo, habeat poteſtatem is, qui abjectus eſt, ut Epiſcopos finitimos interpellet; & cauſa ejus audiatur, ac diligentiùs tractetur. Quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui aut juſtè, aut injuſtè eum abjecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur: ut vel probetur ſententia ejus à plurimis, vel emendetur. Tamen priuſquam omnia diligenter, & fideliter examinentur, eum, qui fuerat à communione ſeparatus, ante cognitionem nullus debet præſumere, ut communioni ſociet.*

G

Notentur verba, quæ dicuntur: *ut ſententia ejus probetur, vel emendetur:* ſcilicet ut diſcuſſione facta, ſententia ejus, qui damnaverat, ſi juſtè ſecum agit, probetur: ſi ratione caret, emendetur. Cùm ergo neminem præproperè, ſeu præpoſterè damnari lex patiatur Eccleſiaſtica, probabiliter dicimus; ſi qui Epiſcoporum à Papa regulariter ad ſynodum vocati non venerant, vel certas impedimenti neceſſitates non probaverant, officij ſuſpenſionem * meruerant: audiendo tamen humano * Auguſtini conſilio in epiſtola ad Bonifacium: *In hujuſmodi cauſis, ubi per graves diſſenſionum ſciſſuras, non hujus, aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages jacent; detrahendum eſt*

H

* Hîc cautiſſimè non adjectum: quòd Papa abſque ſynodo neminem poſſit damnare. Nam hoc adjectivum Apoſtolicæ auctoritati præjudicare videretur.

** S. Aug. epiſt. 50. circa finem.*

aliquid

A *aliquid ſeveritati, ut majoribus malis ſanandis caritas ſincera ſubveniat.* Et Leone ad * Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum dicente: *Sicut quædam ſunt, quæ nulla poſſunt ratione convelli; ita * nonnulla ſunt, quæ aut pro conſideratione ætatum, aut pro neceſſitate rerum oporteat temperari: Illa ſemper conditione ſervata; ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obſcura, id noverimus ſequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis SS. Patrum inveniatur adverſum.*

** Epiſt. 92. ad finem.*

** multa.*

* Hi modi anathematum diſcutiendi ſunt quidem Epiſcopis, non utique in contumacia publicatis præfixi videntur, ut ex lectione ejuſdem Concilij colligitur. qui etiam modi præjudicare non poſſunt Apoſtolicæ auctoritati.

*Præterea decreta Triburenſis Synodi Concilii, cui interfuit Catholicus Arnolfus Rex, præſcribunt nobis tantùm tria, quæ mereantur Epiſcopale anathema. Unum ſcilicet; *Si ad ſynodum quislibet canonicè vocatus, venire contempſerit.* II. *Si præſentatus præceptis ſacerdotalibus non obedierit.* III. *Si ante finitam cauſæ ſuæ examinationem à ſynodo profugus abire præſumpſerit.* Ne verò hæc ſynodus ex loci humilitate demereatur auctoritatem, audiatur Gelaſius in epiſt. ad Epiſcopos per Dardaniam conſtitutos: *Confidimus*, inquiens,
B *quòd nullus jam veraciter Chriſtianus ignoret, uniuſcujuſque Synodi conſtitutum, quod univerſalis Eccleſiæ probavit aſſenſus; * nullam magis exſequi ſedem præ cæteris oportere, quàm primam: quæ & unamquamque Synodum ſua auctoritate confirmat, & continuata moderatione cuſtodit, pro ſuo ſcilicet principatu, quem Beatus Petrus Apoſtolus Domini voce perceptum, Eccleſia nihilominus ſubſequente, & tenuit ſemper, & retinet.*

Gelaſius I. epiſt. 11.

* non aliam.

Matth. 16.

Et Beatus Iſidorus poſt deſcriptionem authenticarum ſcripturarum, & Nicænæ; Conſtantinopolitanæ, Epheſinæ, Chalcedonenſis quoque Synodi addidit: *Si qua ſunt Con-*
C *cilia à SS. Patribus inſtituta, poſt iſtarum IV. auctoritatem, & cuſtodienda, & recipienda decrevimus.* Hinc & Auguſtinus de vera religione dicit: *Æternam legem mundis animis fas eſt cognoſcere, non eſt fas judicare.* In iſtis autem temporalibus legibus, quanquam de his homines judicent, cùm eas inſtituunt, tum, cùm fuerint inſtitutæ, atque firmatæ, non licebit judici de ipſis judicare, ſed ſecundùm ipſas. Et per Carthaginenſes Canones dicitur: *Quæ vel facta, vel dicta ſuperiùs comprehenſa ſunt, vel ab aliis Conciliis conſcripta, quæ ſecundùm legem inveniuntur, cuſtodire nos oportet. Si quis verò ſtatuta ſuper-*
D *greſſus corruperit, vel pro nihilo habenda putaverit: ſi laicus eſt, communione: ſi clericus, honore privetur.*

Iſidor. lib. 6. c. 15.

S. Auguſt. lib. de vera religione. Tom. 1. Operum.

His de judicio Papæ reſponſis, pro mea ſtultitia, tuæ, Pater, juſſioni, liceat me, antequam de Simoniacis, & excommunicatis reſpondeam, quædam, quæ nos idiotæ utrinque conferimus, tecum agendo deliciari. Perſona igitur Apoſtolici exigit ab eo, ut ſi Eccleſiæ, quæ ſe ſuo credidit patrocinio, conſultum voluerit, ſi id, quod dicitur, eſſe decreverit, gladium ſpiritus evaginet in Epiſcopos, qui non per oſtium E
intraverant; qui cum præcipientem, quod Apoſtolica clamat auctoritas, non audierant: id ſibi neceſſitatis imponentes, ut in correctionem Eccleſiaſticorum opera utatur ſecularium, ut quorum eſſet ſpeculum vitæ clericorum de agendis conſulere, ſibi modò arrogent Clericis magiſtrare. Tracta igitur, quod ajunt, à tergo legis Eccleſiaſticæ materia, non per oſtium intraverant. * qui apud ſuas, quas nunc occupant ſedes, non priùs electi, quàm recepti; ſed heu præpoſterè priùs recepti, quàm electi: priùs perſæpe ordinati, quàm * omnes manus, & linguæ, ſeu corporeæ ſervitutis, non ſolo ſpiritualis vitæ interventu, & commendatione promoti: de quorum contagio Ec-
F cleſia jam id labis contraxit, quòd penè ſui Sacramenta, id eſt, ordinationes clericorum, conſecrationes Eccleſiarum, & alia quædam ſui inſignia perdidit, cùm à talibus conſecrata, potiùs ab his maledictis ſit maledicta, Domino eis per Prophetam dicente: *Maledicam benedictionibus veſtris.*

** Hic M.S. lacunam habet.*

** Etiam hic lacuna, nec ſenſus conſtat.*

Malach. 2.

*Hæc dicuntur, imò deplorantur in quoſdam iſtorum pro miſeriis præſentis ſtatus Eccleſiaſtici, clamatur Apoſtolicus, ut ſubveniat Eccleſiæ laboranti. Iſti è contra pro ſe, & in Apoſtolicum clamant: quòd ipſe eos, ut tuo verbo utar, proſcripſerit Tyrannicè, non Eccleſiaſticè: privatæ ſui ipſius injuriæ, non reſpectu æquitatis publicæ. Et maximè, quia id agentes, quod non pro magnitudine negotij diſcuſſum, ſed rei Romanæ periculoſum, omni verò Eccleſiæ erit damnoſum.

* Ab hinc calumnioſæ objectiones conſpiratorum in Papam ſequuntur. quarum quædam in ſequenti Epiſtola refelluntur. Illæ, inquam, quæ Apoſtolico aliquid ob- G
eſſe videbantur. Nam decreta SS. Patrum, quæ ſibi depravant: ipſos magis, quàm illum impugnare videntur; ſi rectè intelligantur.

Dicunt quidem Stephanum Papam, qui antea Fridericus, fratrem Gotefridi Ducis in publica Synodo; ejus, qui nunc Papatum tenet, & omnium, qui aderant conſenſu, decreviſſe, ut regnante Heinrico, quem nunc regem habemus, ejus in electione Romani Pontificis exſpectaretur conſenſus. Teſtantur etiam, quia hic idem Papa in eadem verba, orario collum ornatus, bis juraverit. Et ex his ſubjungitur; quia ex * hoc quidem Papatum conſcenderat, ſuum decretalem conſenſum, ſuam profeſſionem, ſuam ſubſcriptionem negaverit, H
ſéque perjurum, quod nefas eſt dici, non ſolùm tunc fecerit, ſuſcipiendo, ſed quotidie faciat obtinendo. Audiat dicta decreta Carthaginenſis Concilii: *Si quis contra ſuam * profeſſionem, vel ſubſcriptionem venerit in aliquo; ipſe ſe honore privavit.* Et ne ex loci culmine putet ſibi omnia licere, audiat illum, cujus nomine gaudet, Gregorium. * *Nos, qui præſumus, non ex locorum, nec generis dignitate, ſed morum nobilitate innoteſcere debemus; nec urbium claritate, ſed fidei puritate.* Id eſt: Adam primus

Stephanus X. Papa, dictus IX. De hoc vide Bar. Tom. XI. Anno 1058.

** quo.*

* ſcilicet conſideratè, non improvidè factam.

* His rationibus ſuam ſuperbiam refrænare potiſſimùm

A

debebunt : ! qui non dico in ſubditos, ſed in prælatum ſuum tam inauditè ſuperbierant.

homo, pro peccato de Paradiſo dejectus eſt. Hoc eſt, qui nobilitatem Dei à ſe jecit, nobilitate loci privetur. Id eſt, in exemplum culpa vehementer extenditur, cùm pro reverentia ordinis peccator honoratur. Audiat & Papam Simplicium: *Privilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.* Audiat & Hieronymum: *Non facile eſt ſtare in loco Petri, & Pauli, & tenere cathedram regnantium cum Chriſto: quia hinc dicitur: non Sanctorum filii ſunt, qui tenent loca Sanctorum, ſed qui exercent opera eorum.* Hinc & Auguſtin. de ſerm. Domini in monte: *Maximè hi temerè judicant, qui magis amant vituperare, & damnare, quàm emendare, atque corrigere.* Quod vitium eſt ſuperbia vel invidentia.

11. q. 3. c. 63.

S. Auguſt. ſerm. in monte.

B

* Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foveam, quam fecit. Si enim S. Gregorios Joannem temerè inferiorem ſuum excommunicantem abſque Synodica vocatione excommunicavit: cur ſe abſque vocatione excommunicatos lamentantur, qui non dico inferiorem, ſed prælatum omnibus Chriſtum, imò totam Romanam Synodum de auctoritate tentaverunt, ùt ſequens epiſtola veriſſimè teſtatur.

Demum ut Canonici Canonicis jaculis, Canonica prætendant propugnacula dicunt: Cùm Dominus Papa nos non Canonicè vocatos, nos venire prohibitos damnârat, audire oportuit prædeceſſorem ſuum, cujus nomine gaudet, Gregorium, Epiſcopo Joanni * injuſtè excommunicanti ſcribentem: *Caſſatis priùs, atque ad nihilum redactis prædicta ſententiæ tuæ decretis, ex Beati Petri Apoſtolorum principis auctoritate decernimus, triginta dierum ſpatio ſacra te communione privatum ab omnipotente Deo noſtro tanti exceſſus veniam cum ſumma pœnitentia, & lacrimis exorare. Quòd ſi hanc ſententiam noſtram te cognoverimus implèſſe remiſſiùs, non jam tantam injuſtitiam, ſed contumaciam fraternitatis tuæ cognoſcas, juvante Domino, ſeveriùs puniendam.*

Et item alibi: *Quòd ſi contra hæc, quæ ſtatuimus, quolibet tempore, qualibet occaſione, vel ſubreptione venire tentaveris, ſacra te communione privatum: nec eam, te excepto ultimo vitæ tuæ tempore, niſi cum conceſſa Romani Pontificis decernimus juſſione recipere. Hæc enim conſona ſanctis Patribus definitione ſancimus, ut qui ſacris neſcit obedire canonibus, nec ſacris adminiſtrare, vel communionem capere ſit dignus altaribus.*

C

* Hoc ſi vos bene audiſſetis, non ita temerè prælatum veſtrum deponere concupiſſetis.

Mirum quòd non * audit Leonem ad Anatolium, *Virum Catholicum, & præcipuum Domini ſacerdotem; ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate corrumpi, dicente Scriptura: Poſt concupiſcentias tuas non eas.* Non conſiderat ſententiam Juſtiniani Catholici Imp. quam probat, & ſervat Eccleſia, dicentem: *Ut; nemo Epiſcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam cauſa probetur, propter quam Eccleſiaſtici Canones hoc fieri jubeut. Si quis autem adverſùs eam excommunicaverit aliquem; ille quidem, qui excommunicatus eſt, majoris ſacerdotis auctoritate ad gratiam ſanctæ communionis redeat. Is autem, qui non legitimè excommunicavit, in tantum abſtineat tempus ſacroſanctæ communione, quantum majori ſacerdoti viſum fuerit, ut, quod injuſtè fecit, ipſe juſtè patiatur.*

Eccleſ. 18.

1. q. 6. c. 11.

D

Num S. Greg. vos excepit: cùm omnes adverſarios Canonum anathematizavit. Vos, inquam, qui Patrem primæ ſedis non convictum nec veſtro judicio convincendum deponere tentâſtis.

E

In bannientem igitur hunc nos voto privatæ ultionis, non juſti examinis oporteret aurem inclinare Apoſtolo dicenti: *Non vos defendentes cariſſimi, ſed date locum iræ.* Audire etiam eum, cujus ſedi præſidet Principem Apoſtolorum: *Nemo veſtrûm patiatur tanquam homicida, aut fur, aut maledicus.* Tanquam maledicus, inquiunt Catholici Doctores, patitur, qui injuriatus ſuas injurias effrenato linguæ, & animi fervore perſequitur.

Rom. 12.

1. Pet. 4.

Audire etiam oportebat Gregorium ſcribentem, ad Januarium: *Inter querelas multiplices Iſidorus Vir clariſſimus à fraternitate tua fruſtra ſe excommunicatum, anathematizatúmque conqueſtus eſt. Quod ob quam rem factum fuerit, dum à clerico tuo, qui præſens erat, voluiſſemus addiſcere, pro nulla alia cauſa, niſi pro eo, quòd te injuriaverat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer affligit. Quod ſi ita eſt, nil te oſtendis de cæleſtibus cogitare, ſed terrenam te converſationem habere ſignificas, dum pro vindicta * propria injuria, quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexiſti. Unde de cætero omnino eſto circumſpectus, atque ſolicitus, & talia cuiquam pro defenſione propriæ injuriæ tuæ inferre denuo non præſumas. Nam, ſi tale aliquid feceris, in te ſcias poſtea vindicandum.*

Lib. 9. Epiſt. 34.

F

* Cur hoc pro privata injuria Romani Pontificis computare vultis, cum quo totam Romanam Synodum annullare voluiſtis.

Item idem ad * Euſronum: *Servorum DEI humilitas in afflictionis tempore debet apparere,* &c. *Non enim grande eſt, his nos eſſe humiles, à quibus honoramur. Quia & hoc ſeculares quilibet faciunt. Sed illis maximè humiles eſſe debemus, à quibus aliqua patimur. Nam Pſalmiſta * dicente; vide humilitatem meam de inimicis meis.* Item in Homilia VI. *Judicare de ſubditis dignè nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſua vel odia, vel gratiam ſequuntur. * Unde fit; ut ipſa hac ligandi, & ſolvendi poteſtate ſe privet, qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non ſubditorum moribus exercet. Unde rectè per Prophetam dicitur: Mortificabant animas, quæ non moriuntur, & vivificabant animas, quæ non vivunt.* Licet quidem, Prælatos ſedis ſuæ, ſeu gradus zelo moveri: ſed tamen quia in maximo Imperio minima eſt licentia, non oblviſci. * Unde Gregorius in Epiſtola Sabiniano Diacono legato: *Paratior ſum,* inquit, *mori, quàm Beati Petri Eccleſiam meis diebus degenerare.* Item ad Conſtantinam Auguſtam: *Et ſi peccata Gregorij tanta ſunt, ut pati talia debeat; Petri tamen Apoſtoli peccata nulla ſunt, ut veſtris temporibus pati iſta mereatur.* Item; *quem ſedis, ordiniſque dignitas erexit, ſui ſe conſideratione repreſſit.* Item, ſcribens Epiſcopis Eulogio & Anaſtaſio Antiocheno dicit: *Cùm prædicator egregius dicat, quamdiu quidem ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo, qui rurſus aliàs dixit: Facti ſumus parvuli in medio veſtrûm: Exemplum proculdubio nobis ſequentibus oſtendit, ut & humilitatem teneamus in mente, & tamen ordinis noſtri dignitatem ſervemus in honore, quatenus nec in nobis*

* *Lege Euſebium Abbat. Lib. 2. Epiſt. 24.*

Pſal. 9.

* *dicit.*

S. Gregor. Hom. 26.

G

* *Hæc periodus in homilia S. Greg. priorem præit.*

Ezech. 13.

* *Locus mutilus.*

Lib. 7. Epiſt. 1.

Lib. 4. epiſt. 34.

H

Rom. 11.

Lib. 4. Epiſt. 26.

1. Theſſ. 2.

A *bis humilitas timida, nec erectio ſit ſuperba.*

Sententiæ quidem, qua ipſi ejus maculant promotionem, arbitror eum hæc reſpondere. Se, à Romanis electum, id culminis conſcendiſſe coactum, indignúmque, & rationis eſſe alienum, ut Eccleſiarum mater ſedes Romana priveтur ſuæ electionis arbitrio: per quam aliæ ſedes id obtinent, ut non ſint Epiſcopi, qui non à ſuæ ſedis clero, & populo, non propter generis nobilitatem, ſed vitæ ſanctitatem: non divites in rebus, ſed ſancti in moribus ſunt electi.

Defendit etiam forſitan ſe, ex Decretis prædeceſſorum ſuorum, Nicolai, Stephani, & aliorum, qui hoc firmaverunt ſub anathemate: ne quis negaret electionis privilegia ſedi Romanæ. Illis è contra affir-B mantibus, non licere electioni, ut ad hoc rapiat electum, quod ipſe ſibi fecerat illicitum. Et hinc * Sunamite Eccleſia, quaſi in colliſione duorum lapidum contrita nobis, qui in ſpem filiorum in hac ingemiſcimus valle lacrymarum, ſupplicandum eſt fonti miſericordiarum; *ut fermentum illud,* quod ſicut Gregorius dicit, *tribus farinæ ſatis totius humani generis maſſam in unitatem conſperſit: nunc totius Eccleſiæ corpus in illius formam panis, qui de cælo deſcendit, redigat, ut vinea Chriſti mundata vulpeculis, quæ eam demoliuntur, purgata ſarmentis, quæ igni debentur, vernet, floreat per concordiam unitatis, veræ viti in odorem ſuavitatis* *

* ſunamitides

2. Cant.

* adhærens fortè, ſubdendum.

* Audito.

* Audituris, qui nunc Apoſtolico contradicitis, Epiſcopi illud Gregorii ad Felicem C Epiſcopum dicentis: *Qualiter obedientia, vel reverentia ſit Præpoſitis exhibenda, ex tuis quoque ſubjectis, ipſe non ambigis. In qua re valdè eſt utile, ſi id, quod diſciplinæ vigor imponit, nullo cogente, humilitas laudanda ſervaverit.* Et illud Leonis: *Qui ergo ſcit, ſe quibuſdam præpoſitum, non moleſtè ferat, aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat.* Econtra Domno Apoſtolico viſcera Doctoris gerentis in ſubjectos accepturo dicentis; *tanquam ſi nutrix foveat filios ſuos; ita deſiderantes vos cupidè volebamus tradere vobis non ſolùm Evangelium Dei, ſed etiam* D *animas noſtras: quoniam chariſſimi nobis facti eſtis.* In hac Apoſtolici, ſive, ùt ille putat, reprehenſione, ſive, ùt illi, neceſſaria conſideratione * ego tuus, licèt interiori caream rationali, volens tamen funem Apoſtolicum potiùs ſequi, quàm trahere, ſedem Romanam veneror, ùt tribunal Chriſti, ejus Pontificem, ùt ſacrarium ſpiritus almi, ejus amplectens decreta, ùt cæleſtis curiæ edicta.

Lib. 4. Epiſt. 10.

1. Theſ. 2.

* Hac Catholica profeſſione, in qua ſcriptor ea (ponit) quæ in Apoſtolicum perſcripſit: non ex ſua, ſed ex ſchiſmaticorum perſona retuliſſe monſtratur.

Inquiris præterea à me, ut tui rurſus verba ponam, quid ego ſentiam de confectione Sacramentorum à Simoniacis, ſeu à quibuslibet excomunicatis uſurpatorum: quippe ſi careant veritate. Stultus igitur non ſtultè obedio. Dicam, quod ſentio.

Simoniacus eſt, qui temporalis lucri gratia Eccleſiaſticos honores qualitercunque vel emit, vel vendit. Horum alii, licèt ordinati, carent tamen Eccleſiaſtico honore, quem à nullo acceperant. Alii regulariter ordinati, licèt poſtmodum Simoniaci facti, habent tamen adhuc ordines, quos publicata ſua hæreſi nondum amiſerant. Inordinatos autem dicimus, qui ordinati ſunt à Simoniaco, qui nihil eis potuit dare: vel, qui per pecuniam, aut interventum ſecularis gratiæ ordinati ſunt à non Simoniaco: à quo nihil per emptionem poterant accipere. Ordinatos autem, & tamen Simoniacos appellamus, qui poſt acceptos, à quibus, & ùt debuerant ordines, Eccleſias, vel alia, quæ Simoniaca ſuaſit hæreſis, emerant, vel vendiderant. Sed priores, quos diximus, ordinatos, nullo modo conficient Sacramenta, niſi poſt ſatisfactionem Epiſcopali auctoritate admittantur. Iſti poſteriores, id eſt ordinati, & Simoniaci non conficient * qui manifeſti ſunt, niſi convertantur. Quia verò matre Eccleſia cum Chriſto capite in unum corpus unita, filiorum eſt Eccleſiæ non niſi de Sacramentis Chriſti, & Eccleſiæ: propono mihi diſtinguendum, auctoritate Catholica probandum, quid de Simoniacis, & excommunicatis eadem ſibi Sacramenta vendicantibus, ſit tenendum. G

E

F

* in M.S. eſt hic lacuna.

* Simoniacos igitur, & excommunicatos in duo dividimus. Alii eorum, quorum zelus innotuit. Alii, qui, etſi accuſati, etſi macula ſuſpicionis reſperſi, necdum tamen manifeſtati. Illorum verò, quorum nefas patet: alii, necdum in judicio præſentati, alii publico Eccleſiæ judicio damnati. Ab illis igitur quorum ſcelus adhuc oculum hominis latet, credimus poſſe confici Sacramenta Eccleſiæ. Sed quamvis nos juvent per fidem: illos damnant propter præſumptionem: *Judicium*, inquit Apoſtolus, *ſibi manducat.* ſibi, inquit, non tibi, ùt Auguſtinus in Epiſtola Concilii ad Donatiſtas. Communio malorum non maculat aliquem participatione Sacramentorum, ſed conſenſione factorum. Nam ſi in factis malis non eis quiſque conſentiat, portat malus cauſam ſuam & perſonam ſuam. Non præjudicat alteri, quem in conſenſione mali operis ſocium non habet criminis. Et ut ſcias, quòd H Simoniaci, quòd excommunicati nondum ventilabrum experti latent in Eccleſia, ùt in meſſe cum grano palea; omnes, quos Simoniaca polluit hæreſis, ex ſententia principis Apoſtolorum damnari, dicente Beato Gelaſio: *Idem ipſe error, qui ſemel eſt cum ſuo auctore damnatus, in participe quolibet pravæ communionis effecto, exſecrationem ſui geſtat, & pœnam.* Item: *Nec dubium, quòd ſicut in unaquaque hæreſi, quod inceſſabiliter repetendum eſt: quia firmum eſſe, nullus ambigit Chriſtianus: omnes complices, ſectatores, communicatores damnata ſemel pravitatis pari ſorte cenſentur.* Om-

* De Sacramentis hæreticorum, ſive excommunicatorum audiatur Auguſtinus, ex cujus lib. de Baptiſmo contra Donatiſtas colligitur: tam ordinationes, quàm Baptiſma extra Eccleſiam haberi, & dari poſſe, licèt perniciosè tam habenti, quam danti.

1. Cor. 11.

A Omnes, ſcio, præſumptuoſi, transgreſſores Canonum ſunt anathematizati, ſcribente S. Gregorio ad Gallicanos Epiſcopos: *Omnia, quæ ſanctis canonibus ſunt adverſa, diſtrictè ſub anathematis interpoſitione damnentur.* Sed hi, inquam, etſi accuſati, evidenter tamen nondum in hac transgreſſione denudati, habent, ùt credimus, de materna Eccleſiæ gratia, & ſanctitate, adversùs quam

Matth. 16. nec portæ inferi prævalebunt: ſub cujus alis in ſpe veniæ adhuc latent, ut Sacramenta ejusdem matris conficiant, cujus necdum filij eſſe publicè perdiderant.

Sed dicis: Quomodo conficient corpus Chriſti, qui per hæreſim, ſeu per meritum anathematis, ſe demembraverunt à corpore Chriſti? Reſpondetur; Judas unus ex

B duodecim erat, eandem cum eis poteſtatem miracula faciendi habebat. Et quamvis *loculos portans fur eſſet:* tamen quibus par

Joan. 12. erat in ſignis, par videbatur & meritis. Ante oculos quippe hominum in miraculorum inſignibus, Petri, Andreæ, Jacobi, & Joannis erat ſocius; ante ejus autem oculos, cui non erat opus, ut quis ſibi teſtimonium perhiberet de homine: quia *ipſe ſciebat, quid eſſet in homine,*

Joan. 2. erat diabolus: dictum eſt enim de eo:

Joan. 6. *Nónne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus eſt?* Ideo utique diabolus, quia vendualem ſpirabat ſpem: eſſe videlicet & venditor Domini, & diſcipulus Domini: ſed

Matth. 26. cùm jam nequitiæ ſuæ precium venditi Do-

Luc. 22. mini promitteret, cùm jam opportunitatem tradendi eum quæreret: in hoc baratro

C ſceleris non minùs uſus eſt poteſtate Apoſtolica, & hac tamdiu, donec audito; *quod*

Joan. 13. *facis, fac citiùs, exivit foras. Erat enim nox.* Ad hunc modum credimus & hos poſſe Eccleſiaſtica efficere Sacramenta; dum nondum eos publicavit, & quodammodo ante Epiſcopalem Eccleſiaſticam excommunicationem, ab Eccleſia prajudicariè eliminavit eorum ſe effrenis contumacia.

* Ab illis verò, qui de hæreſi Simoniaca ſunt evidenter rei, etſi nondum publicè judicati, firmiter diſſitemur Eccleſiæ Sacramenta poſſe confici. Publica enim & fronte carens præſumptio maior eſt ipſo ſcelere admiſſo. quæ, dum claret, evidens eſt exemplar peccandi: qui dicit, niſi, me, me imitamini. Verbi gratia, qui honores Simoniacè acquiſitos non deponit: quid aliud,

*Hoc ex diffinito credendum ne cenſeas, uſque dum perlegas librum S. Aug. de Baptiſmo contra Donatiſtas.

D niſi Simonem, in quo vivit, imitandum proponit? Qui autem pudibundè, & tantùm ante DEum peccat, quandoque eſſe metuet, quod videri pudet.

Sed oppones mihi, ſcio: Cùm uſus quotidiè nobis præſentet unum, eundémque Simoniacum, alij cuiquam Chriſtiano adhuc inexpertum: alij verò perlucere manifeſtum: quomodo ille Sacramentum neſcienti conficiet, quod quantum ad ſcientem conficere

Rom. 1. non valet? Reſpondetur; juſta mens *ex fide vivit.* Fidei effectus ſalubriùs creditur, quàm cùm ratione inveſtigetur. Dico equidem. * quia illud quod per Simoniacum non poſſe confici creditur: illud, inquam, alicui ſimpliciter credenti, & fideliter neſcienti* Sacramentum eſſe, fides operatur. Ipſe tamen conficiens, ex hoc, quod conficit, damnatur. Ne mireris, quia per fidem Sacramento reficitur accipiens. audi, quia Sacramenti gratia * participatur etiam non accipiens. Auguſtinus in ſermone ad infantes ad altare de Sacramento: *Nulli eſt aliquatenus ambigendum; tunc unumquenque fidelium corporis, ſanguiniſque Dominici participem fieri, quando in baptiſmate membrum Chriſti efficitur: nec alienari ab illius panis, calicisque conſortio, etiam ſi, antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc ſeculo in unitate corporis Chriſti conſtitutus abſcedat. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non privatur, quando ipſe hoc, quod illud Sacramentum eſt, invenit.* Ne igitur dubites ſimpliciter credentem ſalubriter illud accipere, ab illo, quem neſcit hæreticum: audi etiam, quòd * ſimplicitatem fidei efficaciter accipit ab eo, quem ſcit hæreticum. Auguſtinum in eodem ſermone: *Si quem fortè,* inquiens, *coëgerit extrema neceſſitas, ubi Catholicum, per quem accipiat, non invenerit, & in animo, pace Catholica cuſtodita, per aliquem extra unitatem Catholicam poſitum acceperit, quod erat in ipſa Catholica unitate accepturus: ſi ſtatim etiam de hac vita migraverit, non eum, niſi Catholicum deputamus. Si autem fuerit à corporali morte liberatus, cùm ſe Catholicæ congregationi etiam præſentia corporali reddiderit, unde nunquam corde diſceſſerat, non ſolùm non improbamus, quod fecit, ſed etiam ſecuriſſimè, veriſſiméque laudamus. Quia præſentem * Dominum credidit cordi ſuo, ubi unitatem ſervabat.*

E

*Hoc non conficitur, & quidem ab aliquo rem ſciente per Simoniacum.

*Hæc ſunt erronea.

*De hac ſententia ſequens Epiſtola non improbabiliter conjecta dabit.

De conſecr. d. 4. c. 131. Nulli eſt.

F

*f. ſimplicitas.

24. q. 2. c. 40. Si quem fortè.

G

*Deum.

Diſcamus ergo, quia ſi cum Simoniaco ago, qui eſt adhuc tantùm de manifeſtis, nondum de publicè damnatis: cùm illi, inquam, quædam Eccleſiæ Sacramenta conficere nequeant: cùm perfecti nec illos poſſe conficere, nec ſe confecta ab eis accipere credant: tamen quòd non habeat nequitiam dantis, accipit pleniter fides, & ſapienter ſimplicis, & ſimpliciter ſapientis; totum implente gratia JESU, ſicut in illo felici latrone: cui; ùt Auguſtinus ait; *quod ex Baptiſmi Sacramento defuit, benignitas DEI ſpiritaliter adimplevit.* H

Hoc autem diſtare videtur inter manifeſtè reos, & publicè excommunicatos: quia cum excommunicatis communicare prohibemur, niſi convertantur. Cum manifeſtis, & nondum judicatis, converſari oportet, ut convertantur. Illis nefas eſt, ut dicamus *ave:* nefas eſt cum illis vel cibum ſumere. Cum iſtis permittit Apoſtolus communicare dicens: *Non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis ſervientibus: alioquin debueratis ex hoc mundo exiſſe* 1. Cor. 5.

A *exiſſe.* Illorum igitur, qui manifeſtè ſunt rei, formam habuerunt publicani, & peccatores, cum quibus Salvator manducaverat. Excommunicati autem ſignificantur per illos, quos Apoſtolus Sathanæ tradiderat. Hujusmodi manifeſtis, nondum publicè judicatis ego communicans, me non excommunico, dum hominem ùt Chriſtianum diligens; factum ejus, ùt non Chriſtiani, improbo, præſcribente Auguſtino: *Duobus modis non te maculat malus, ſi non conſentias, & ſi redarguas,* hoc eſt, non communicare, non conſentire. Communicatur quippe, quando facto ejus conſortium voluntatis, vel approbationis adjungitur.

Matth. 9.

1. Cor. 5.

Ab his autem, id eſt Simoniacis, licèt nondum publicè excommunicatis, non B poſſe clericos ordinari, non poſſe Dominicum corpus confici, credas Apoſtolicis Innocentio & Paſchali. Innocentius Papa de Simoniacis dicit: * *Aſſeritur eum, qui honorem amiſit, honorem dare non poſſe. Nec acquieſcimus, ullum aliquid ab eo accepiſſe. Quia nil erat in dante, quod alius ab eo poſſet accipere. Et verum eſt certè. Quia quod non habuit, dare non potuit.* Audi Paſchalem Papam in Epiſtola ad * Mediolanenſem Eccleſiam:

*Si hanc ſententiam ita interpretamur: ut hæreticum dicamus, nihil proficui nil honoris poſſe dare, dum tamen habeat Sacramẽtum ordinationis ſibi quidem, & ab eo accipienti in damnationem, ſi ita inquam intelligimus; à Beato Auguſtino non diſcrepamus.

* Hanc Epiſtolam non Paſchalis Papa fecit; ſed quidam Wido: qui & Muſicam compoſuit. Sic enim viri religioſiſſimi afferunt: qui ex diſcipulis ejuſdem diligentiſſimè exploraverunt. Præterea eadem Epiſtola inter Romanor. Pontif. decreta nuſquam ſcripta reperitur. Non ergò Beato Auguſt. præjudicare poterit in aliquo.

Quicunque ſacros ordines ad precium largiuntur, cum Iuda peſſimo mercatore peribunt: qui pro XXX. argenteis æternũ filium vendidit parentis. Audiat hoc hæreticus, audiat & Chriſtianus. Audiat & ille, qui hanc hæreſin vult rabido ore C *auctorizare. Iſtis dico: Ubi eſt, quod accepiſtis? Illis dico: ubi eſt, quod dediſtis? Infelices infeliciter ſibi invicem contra campſerunt. Hic, ut conſuleret ſuæ philargyriæ. Ille, ut ſatisfaceret propriæ nequitiæ. Quapropter nec ille habet precium; nec illi habent Chriſtum. Exulta Chriſtiane; quia quod Judas vendidit, & Judæus emit, tu acquiſiſti. Grande bonum ſuo malo operati ſunt nobis ambo.*

Item in eadem: *Si tali exterminio traditus eſt, qui vendidit Chriſtum: quid erit de ſociis ejus, qui emunt, vel vendunt paraclitum? Nunquid non pares ſunt in ultione, qui pares ſunt in crimine? Ille, vendidit filium. Iſti, quantum in ſe ipſis eſt, Spiritum ſanctum conantur vendere.*

Cùm autem quidam, domine, & maximè apud vos, blandiantur ſibi, affirmantes, ſe non eſſe Simoniacos; quia non eme- D rint, vel vendiderint Eccleſias, vel Altaria: ſed res, & commoda Eccleſiis attinentia: audi eundem Paſchalem in eâdem Epiſtola. *Si quis objecerit, non conſecrationes, ſed res ipſas, quæ ex conſecratione proveniunt, vendi: videtur quidem aliquid dicere; nihil autem penitus ſentire. Nam cùm corporalis Eccleſia aut Epiſcopus, aut Abbas, aut alius aliquis ſine rebus corporali-* E *bus, & exterioribus in nullo proficiat, ſicut nec anima ſine corpore temporaliter vivit: quisquis eorum alterum vendit, ſine quo alterum haberi non provenit, neutrum non venditum derelinquit.*

Quid quòd etiam Miſſa à talibus nequeat celebrari, declarat quidem in eadem: *Nunquid maledictus ſua benedictione panem in Chriſti * carnem poterit vertere? maximè, cùm quidquid benedixerit, Dominus ſe maledicturum aſſerit?* Et poſt pauca: *Si hæretici ſacerdotes, voces exhortationum non poſſunt fari: quomodo valeant vinum in Chriſti cruorem vertere? Etſi Dominus præcepit nequaquam dari homicidis, adulteris, rapacibus, & cæteris criminalibus peccatis irretitis corpus, & ſanguinem ſuum, uſque ad ſatisfactionem: quomodo ipſe dabit ſacerdotium uſurpanti per Simoniacam hæreſim ubique damnatam?*

* Hujus moderni dogmatiſtæ ſententiam cautè legamus. Uſquedum diligentiùs SS. Patrum ſcita de Sacramentis inveſtigemus.

Quantum noceat audita eorum miſſa, au- F di eundem: *Cùm ergo tales Epiſcopos, vel Abbates, vel reliquos clericos non devitamus, ſi eorum miſſas audiamus, vel cum eis oramus, excommunicationem cum eis ſubimus. Quos quidem ſacerdotes eſſe ſaltem credere, omninò errare eſt. Cùm Petrus Simoni dicat: pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum DEI exiſtimâſti cum pecunia poſſideri.* Ubi, cùm, *exiſtimâſti*, dicitur, patet, quia non pro eo, quod fecerat, ſed quia ſe facere poſſe crediderat, condemnatur. Patet igitur ex prædicta auctoritate, nec clericos ab eis ordinari, nec Dominicum corpus poſſe confici, ſed ipſos ex voce Petri eſſe perditos clericos. Et ſi prædicta duo Sacramenta non conficiunt, certè nulla. Niſi fortè ſolum baptiſma conficere poſſunt. Et ut ſcias, quia nullo modo Eccleſiaſtica Sacramenta G fieri poſſunt à Simoniaco: audi ex Apoſtolico decreto, annullata eſſe omnia, quæ facta videbantur à neophyto.

Act. 8.

Defuncto Romanæ Sedis Præſule XCIV. Paulo hujus nominis primo * Conſtantinus quidam à Laico in Papam conſecratus Sedem Apoſtolicam per annum & menſem obtinuit. Epiſcopos ſcilicet, Presbyteros, & alios diverſi gradus, infra hoc temporis ſpatium ordinavit: omnia, quæ Apoſtolici erant, fecit. Inter hæc quidam Romanorum abhorrentes Caput Eccleſiæ Romanam Sedem à neophyto invaſam: Stephanum natione Siculum, Eccleſiaſticis traditionibus eruditum, impetrato cleri, ac populi conſenſu, Conſtantino depoſito, Stephanum illius nominis * III. Papam XCV. Apoſtolici apicis conſecratione ſublimaverunt.

**Pſeudo-Papa hic factus eſt, An. Chriſti DCC. LXVII. Vide Panvin. lib. de Pontif. & Cæſ. Bar. Tom. IX.*

** Baron. Steph. IV.*

H Hic mox directis legatis ad reges Franciæ Karolum & Karolomannum, qui defuncto nuper Patri Pipino ſucceſſerant, eorum aſſenſu XII. Epiſcopos probabilioris vitæ, & ſcientiæ inſignioris de Francia adſcivit: advocatiſque inſuper Apuliæ, Campaniæ, Italiæ Præſulibus Synodum Romæ in Eccleſia

Lege Baron. Anno 768. & 769.

A

Salvatoris celebravit. Ibi omnia Conſtantini ſtatuta ex communi judicio ſcinduntur, ſcripta ejus in præſenti comburuntur. Ipſe Stephanus Papa cum clero proſtratus pœnituit ſe unquam Papæ neophyto obediſſe, ſe, de manibus ejus communionem accepiſſe. Decretum eſt igitur in Concilio eòdem ſub anathematis vinculo, nullum dehinc neophytum ad Epiſcopalem adſpirare apicem. De Epiſcopis autem Presbyteris, & cæteris, quos infelix Conſtantinus conſecrando ordinaverat, ſtatutum eſt, ut omnes Eccleſiaſticis, quos per eum ſibi vendicaverant, honoribus exſpoliati, deſcenderent ad ſolos illos gradus, in quibus conſtiterant, priuſquam ab eo ad altiora provecti fuerant. Si

B

quos tamen ex illis ſub modio latere, candelabrum Eccleſiæ ſibi ſuper imponendos * expoſceret, ipſi à clero, & populo iterum electi, iterum quaſi non antea à Conſtantino Papa conſecrati, depoſitum tantùm, & nunquam altiorem merentur honorem. De his autem, ſi qui per eum de Laicis in Presbyteratum, ſive Diaconatum fuerant promoti, decretum, ut admiſſo gradu, ubicunque voluiſſent, in religioſo tantùm habitu permanerent. Nullus omnium ad Pontificatus apicem promoveretur; nullus omnino altiorem gradum ſperaret: ne, hic novitatis error in Eccleſia DEI radicaret. Demum ſancitum eſt, ut quæcunque Conſtantinus invaſor in Sacramentis Eccleſiaſticis egerat, omnia iterarentur, ùt in geſtis Pontificum legitur, * præter ſacrum baptiſma, & myſticum chriſma. Finita ſancta Synodo omnis populus ſui pedibus Papæ advolvitur, indulgentiam popoſcit, quòd unquam Conſtantino invaſori communicavit. Ille, ſingulis pœnitentiam pro hoc admiſſo injunxit. Epiſcoporum, qui digni cenſebantur, denuo à ſubjectis electos, ipſe denuò * conſecravit Reliqui ordinis nullum amiſſo gradui reſtituere cenſuit.

*Iſtud exemplum, ſi tamẽ eſt verum, laudare timeo, ne eo affirmato etiam omnes à S. Ambroſio conſecratos itidem exſufflandos reputẽ: qui utique fuit neophytus, utpote in depoſitione albarum conſecratus ad Epiſcopatum. *hoc eſt octavo poſt baptiſmum die.*

** Lege Baronium Tom. 9. Anno 769. Et videbis ab hoc Auctore non ſatis ea intellecta, quæ in Pontificum hiſtoriis hac de re leguntur.*

**Conciliavit. Ita enim in hujus facti narratione vox conſecrandi accipi debet.*

Patet autem, Domine, ex clericorum ordinationibus ordinatis, annullatis, ex Eccleſiarum conſecrationibus alteratis; chriſma etiam neophyti conſecratoris annullatum, niſi quòd baptiſma ex illo chriſmate

C

celebratum noluit Stephanus Papa annullare. Quia nec ab hæretico baptizatum licet rebaptizare, dum tantùm baptizet in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Eſt ergo hæc epiſtola ſcripta Anno M. LXXVI.

Hac etiam ratione cùm prioris anni, id eſt, ab Incarnatione Domini M.LXXV. Paſcha rex apud Babinberch celebraret, Lei-

D

marus Bremenſis Archiepiſcopus noluit in baptizando uti chriſmate, quod confectum videbatur ab * Herimanno, tunc ibi Epiſcopo, cùm ſciret hunc Simoniacum, licèt nondum convictum: Eccleſiaſtica in hoc uſus ratione. Quia baptiſma, quod non annullatur, poſtquam factum eſt ab hæretico, non tamen ut fiat, concedendum eſt hæretico: cùm aliud ſit, rem, poſtquam facta eſt, non improbando tolerare: aliud, ne improbari metuat, prævidere. Scire autem oportet illos non tantùm neophytos, qui de Laicis ſubitò ad Eccleſiaſticas promoventur dignitates, ut illum, quem veſter

*De hoc Herimanno Bernaldus in Chronico Anno M. LXXV. Hermannus Babenbergenſis Epiſcopus à clericis ſuis pro Simoniaca hæreſi accuſatus, à Papa deponitur.

E

Herimannus de * unâ & eâdem die de coriario presbyterum maturavit. Quem ipſe ſubitò de pila, in qua cortices contuderat, ad altare Chriſti tranſtulit: O feſtinata promotio. Fit Diaconus, qui lectionem priùs in celebratione miſſæ non legerat: ſacerdos, qui tunc primùm Levita: ſuſcepit ſimul omnes Eccleſiaſticos gradus, qui largum & cogentem conſecrare conſecratorem eadem die * venerat, nec corona ſignatus: Sciendum eſt, inquam, non ſolùm hujuſmodi vocari, & eſſe neophytos, ſed magis illos, qui moribus informes; religione, rudes; ſcientia ruſtici; plures renaſcentis hydræ capitibus nunc emergunt, & per hoc ſe perpetuo anathemate perimunt. Audi Gregorium in ſuo regeſto, in Epiſtola Vergilio

**f. emerat.*

F

Arelatenſi Epiſcopo miſſa: *Cùm ad ſacros ordines Paulus Apoſtolus neophytum venire prohibeat; ſciendum eſt nobis, quia ſicut tunc neophytus vocabatur, qui adhuc novè erat plantatus in fide: ita nunc inter neophytos deputamus, qui adhuc novus eſt in ſancta converſatione.*

1. Tim. 3.

Scribam & adhuc de geſtis Pontificum Concilium Papæ de annulatis, quæ Leo neophytus uſurpaverat, Sacramentis.

Anno Dominicæ Incarnationis DCCCC. XLIV. Tertio autem ex quo Otto Imper. Heinrici Regis filius, compreſſa Beringarij, & ejus filij Tyrannide, Italiam ſubjugaverat: Joannes Papa ab Imp. quem cum conjuge, & Adelhaida * priori anno imperiali unctione ſublimavit, deficiens, Adelbertum Reip. adverſarium in urbem recepit. Quod non

Error in numero vide Baron. Tom. 10. Anno Chriſti 963. 964.

** hoc eſt Anno 962.*

G

paſſurus Imperator Romam hoſtiliter invadit. Papa hinc Imperatorem timens, illinc Romanis diffidens cum ſuo complice Adelberto aufugit, uſurpato ſibi non parvo Eccleſiæ theſauro. Romani, ſive timore correpti, ſive reſpectu juris allecti, Dominum ſuum gratulatoriè recipiunt. Imperator Apoſtolico, ad determinanda, quæ tunc imminebant negotia, indigens, Joannem Papam ad deſolatam ſui ſedem revocavit. Quò reverti negante, * Leo adhuc Laicus, quantum ad ſecularia non parùm ſtrenuus, Papa eligitur, ordinatur. Synodus, præſente Imp. & multis Teutonicis, & Italicis Præſulibus celebratur. . Multa, quæ vel Eccleſiaſtica neceſſitas, vel Imperatoria poſcebat voluntas, decernuntur. Sic Domnus

** At Leo iſte non fuit legitimus Papa, ſed Antipapa, ſeu Pſeudopapa. Vide Baron. Anno 963.*

H

Leo præſidens Apoſtolicæ Sedi fecit interim ordinationes, & omnia, quæ erant Apoſtolici. * Nec longum, Romani alterata fide apud Imp. Papam recipiunt Joannem. Ille congregato Romæ in Eccleſia ſancti Petri Concilio, Leonem, qui ſibi vivo neophy-

Anno Chriſti 964. lege Baron.

tus

A tus ſucceſſit, omni Eccleſiaſtico ordine exutum, ita ex ſtatutis Canonum damnavit, ut, ſi poſtmodum ad aliquem clericalem gradum vel aſpiraret, perpetuo anathemati cum omnibus ſibi ad id opitulantibus ſubjaceret. Epiſcoporum duos, qui eum promoverant, io Syoodum vocatos & in tertia Actione præſentatos, ita ex auctoritate Apoſtolica ſacerdotali privavit honore, ut poſtmodum in nulla Syoodo recuperatioois aditum auderent vel tentare. Tertium autem ex his nomine Siconem canonicè vocatum, exſpectatum, demum venire nolentem, Eccleſiaſtica privavit communione. Statutúmque eſt publico omnium judicio, Synodum à Leone collectam, nec nominandam Synodum, ſed proſtibulum favens adulteris. Ergò omnia prædicti Leonis decreta caſſantur: &, quicuoque ab eo erant conſecrati, juſſi B ſunt planetis veſtiri, & ſuam ipſorum proſcriptionem præſentare in charta, hæc verba continenti: *Pater meus nihil ſibi habuit, nihil mihi dedit.* Et ſic depoſiti remanſerunt in illis gradibus, quos habuerant antè, quàm à Leone promoti fuerant. Eâdem ratione, eâdem auctoritate, qua & illi, quos ſuprà diximus à Conſtantino neophytos promotos.

Ut etiam ſcias non tantùm à Simoniacis, noo tantùm, quod minus eſt, à neophytis, ſed etiam ab aliis inordinatè promotis noo poſſe confici Sacramenta Eccleſiæ, referam quod contigit apud ſacroſanctam * Hildenesheimenſem Eccleſiam, cui ego indigniſſimus nuoc ſervio, ſi non fructuoſè, tamen devotè: ſi noo utiliter, tamen fideliter: ſi non, ùt debeo, tamen ùt potero.

* *Nota. Venit Bernardus Conſtantiâ Hildeſheimium: ubi Scholarum Eccleſiæ illius, ùt prius Conſtantiæ, magiſtrum egiſſe videtur. Inde Corbeiam venit & Monaſticam vitam amplexus eſt. Krantzius in Metropoli. lib. 5. cap. 26. de Bennone Oſnaburgenſi Epiſcopo.* C Qui cùm ſcholis præfuiſſet apud Eccleſiam Hildeſheimenſem, (docebant enim illa ætate Scholaſtici ſacras litteras, & habebant, qui ſubdocerent in trivialibus,) clarum illi nomen ex doctrina & ex vitæ religione conciliabat ei Imperatori Henrico, &c.

* Ebo Rhemenſis Epiſcopus aſſenſum Lothario præbuit, cùm Patrem ſuum Ludevvicum magni Karoli filium regno privavit. Ludevvico autem ope filiorum ſuorum, Pipini ſcilicet, & Ludevvici, quorum prior dux Aquitaniæ; alter dux erat Bajoariæ, in regnum recepto, Synodus colligitur. Ebo depoſitus Hildenesheimi relegatur. Defuncto iterum Reginberto Hildenesheimenſis Eccleſiæ Epiſcopo ſecundo, Imperator, Ebonem humanitatis potiùs, quàm juſtitiæ reſpectu eidem ſedi tunc terti- D um præfecit. Ille miſer exEpiſcopus Eccleſiæ Sacramenta Epiſcopali coočeſſa dignitati ſtolidus ſibi per XII. annos uſurpavit. Quo hominem exuto, ſucceſſor ejus Alfridus clericos, acceptis ab anteceſſore ſuo ordinibus, ex auctoritate Apoſtolica, exuerat: Eccleſias denuo dedicaverat: omnia de Sacramentis Eccleſiæ ab eo geſta, præter ſolum baptiſma, juxta decreta prædicti Papæ Stephani annihilaverat. E Ecce quàm periculosè ſibi uſurpant Eccleſiæ, qui tamen non conficiunt, Sacramenta, quos Eccleſiaſticæ dignitatis præſumptuoſos raptores Apoſtolicum, & ligando damnat, & damnando ligat anathema.

** De hoc Ebbone vide Baron. Tom. 9. & 10. præſertim Anno 853. & 866. ubi oſtendit Baronius, non legitimè facta fuiſſe, quæ Auctor iſte ùt legitima prædicat.*

Reſtaret mihi probare de publicè excommunicatis: ſed cùm Sacramenta Eccleſiæ oon conficiantur à præſumptoribus, qui nondum in judicio ſunt præſentati, quis quærat, quis ambigat de his, quin à concione Eccleſiæ ſint alienati? dimembrati igitur à corpore Chriſti, id eſt, ſeparati ab Eccleſia, nihil poterunt intra Eccleſiam operari: quod & tu ratione, & auctoritate invictiſſimè probâſti, dicente Auguſtino contra Donatiſtas: *Quiſquis à Catholica Eccleſia fuerit ſeparatus:* F *quantum ſe laudabiliter vivere exiſtimet; hoc ſolo ſcelere, quod à Chriſti unitate defunctus eſt, non habet vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.* *Coloſſ. 3.*

Ne autem excommunicatus propter conſcientiam innocentiæ, teſte ſe, abſolutum ſibi polliceatur, audiat decretumCarthaginenſis Concilii: *Qui excommunicatus fuerit pro ſuo neglectu ſive Epiſcopus, ſive quilibet clericus, & tempore excommunicationis ſuæ, ante audientiam communionem præſumpſerit, ipſe in ſe damnationis judicetur protuliſſe ſententiam.* Et illud Sardicenſis Concilii: *Priuſquam omnia diligenter, & fideliter examinentur, eum qui fuerat à communione ſeparatus ante cognitionem nullus debet præſumere, ut eum communioni ſociet.* *Concil. Sardicenſe 17.*

Agens ego de Synodis; legens ego illam * Leonis Synodum, vocatam non Synodum, ſed *proſtibulum favens adulteris*, non poſſum non recordari Synodi veſtræ, quæ G in * præterito anno à tribus millibus ac ſexcentis inter Presbyteros, & reliquos gradus, Eccleſiaſticis, ùt audio, apud vos collectis; quàm parùm ſuæ profeſſioni proſpexit, cùm decretis Nicænæ Synodi neſcio qua froote contradixit. Si circumſpicientes animati ſuot de circumfuſo tantùm ſui numero, legerent in decretis ſedis Apoſtolicæ, quæ Romani clerici Joanni Presbytero, ſed ſchiſmatico direxerant, tunc temporis, * quando Vigilius ex Apoſtolico in hæreſim lapſus, Conſtantinopoli tenebatur. In his, inquam, decretis hodie à Romana Eccleſia inter Catholicas regulas habitis legerent: *Quòd ſi omnes ſacerdotes, & mundus aſſentiat, damnatio conſentientes involvit, non prævaricationem aſſenſus abſolvit. Non enim crimen minuitur: ſed accreſcit: contrà, generale fit ex privato.* H *Hoc enim Dominus omnium judicavit, qui peccantem mundum generali diluvio interemit.* Audirent & Leonem ad Anatolium: *Illa Nicænorum Canonum per ſanctum verè Spiritum ordinata conditio, nulla unquam eſt parte ſolubilis. Nulla ſibimet de multiplicatione congregationis Synoda-*

** Pſeudopapæ, de quo ſuprà.*

** Loquitur de Synodo Romæ ſub Gregorio VII. celebrata Anno 1075.*

** Vide Bellarm. lib. 4. de Pontif. cap. 10. & Baron. Tom. 7. Ann. Chriſti 538.*

Gen. 8.

S. Leo, Epi. 53.

A *lia Concilia blandiantur. Neque trecentis illis decem, atque octo copioſior numerus ſacerdotum, comparare ſe audeat, vel præferre; cùm tanto divinitus privilegio Nicæna ſit Synodus conſecrata; ut ſive per pauciores, ſive per plures Eccleſiaſtica judicia celebrentur: Omni penitus auctoritate ſit vacuum, quidquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum.*

De cujus privilegio & Beatus Ambroſius dicit: *Non humana induſtria, non compoſitione aliqua, trecenti decem & octo Epiſcopi ad Concilium convenerunt: ſed, ut in numero eorum, per ſignum ſuæ paſſionis, & nominis Dominus Jeſus ſuo probaret ſe adeſſe Concilio. Crux in trecentis, Jeſu nomen in 10. & octo eſt ſacerdotibus. Et mihi*, inquit Hilarius, *ipſe ille numerus hic ſanctus eſt. In quo Abraham Victor regum impiorum, ab eo, qui æterni ſacerdotii eſt forma,* S. Leo, epi. 53. *benedicitur.* Et idem Beatus Leo Papa: *Sancti illi, & venerabiles Patres, qui in Urbe Ni-* B *cæna, ſacrilego Ario cum ſua impietate damnato, manſuras uſque ad finem mundi leges Eccleſiaſticorum Canonum condiderunt, & apud nos, in toto orbe terrarum in ſuis conſtitutionibus vivunt: Et, ſi quid uſquam aliter, quàm illi ſtatuere, præſumitur, ſine cunctatione caſſatur.* Et hinc Idem Epi. 55. ſanctus Leo ad Pulcheriam Auguſtam: *Contra ſtatuta*, inquit, *paternorum Canonum, quæ ante longiſſimæ ætatis annos in urbe Nicæna ſpiritalibus ſunt fundata decretis, nihil cuiquam audere conceditur; ita, ut ſi quis diverſum aliquid decernere velit, ſe potiùs minuat, quàm illa corrumpat.* Audirent etiam BeatumGregorium in multis ſui non *Regiſtri*, ſed *Regeſti* epiſtolis Nicænæ Synodi decreta affirmantem: Reponerent interius & illud Gregorii, quod & priùs dixi: *Conſona ſanctis Patribus defini-* C *tione ſancimus: ut, qui ſacris neſcit obedire Canonibus, nec ſacris miniſtrare, vel communionem capere ſit dignus altaribus.*

Si dicunt hæc nova emerſiſſe, tertium nunc Catonem de cœlo cecidiſſe, audiant Papam Cœleſtinum: *Nulli ſacerdotum ſuos ig-* Cæleſtinus, I. Epiſt. 2. *norare licet Canones, nec quidquam facere, quod* [a] regulis. *Patrum poſſit* [a] *legibus obviare. Non prætereant, non abradant pronomen SUOS. Nam Canones pro-* D *prii ſunt ſacerdotum, ùt lex Moyſi, & lex Judæorum. Unde eis Dominus: in lege*, inquit, Joan. 8. *veſtra ſcriptum eſt. Et de eis in lege eorum ſcrip-* Joan. 15. *tum eſt.* Hinc patet, quia, ſi, ut Cœleſtinus affirmat, illi ſunt ſacerdotes, quorum ſunt Canones, tunc, quorum non ſunt Canones, nec erunt ſacerdotes. Sed hæc hactenus.

Cùm tui, venerande Pater, recordor, exclamare compellor: O me infelicem, imò infeliciſſimo infeliciorem: quòd ego olim digitis tuis probaniſſimam diſtillando myrrham, mihi quid agendum præſcribentibus, non obedivi. Quod, inſtar aſpidis ſurdæ, aurem tuis monitis obturavi. Nunc enim Prov. 26. arguit me illud Salomonis: *Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti; ſic in ore ſtultorum parabola.* Nam ſicut temulentus ſpina in ma- E nu detenta ſeipſum in primis vulnerat: Ita me mea ſententia ſui laqueo ſtrangulat: ita me proprio meo gladio jugulat. De lege ſua me Deus docendo mitigare mihi à diebus malis voluit: ſed fateor tibi, ſancte Pater, quia tibi factus ſum in medio fornacis *æs*, murmurando ſtannum, ùt dealbatus paries meliora mentiendo; ferrum, proximis nocendo; plumbum, ſemper ad infima ver- Hierem. 51. gendo. *Curavimus*, ait Dominus, *Babylonem, & non eſt ſanata. Crepuit*, dicit ſcriptura, *in fornace:* qui non caruit vento ſuperbiæ. Hinc ego expallens illud Domini in Ezech. 24. Ezechiel dicentis: *Væ civitati ſanguinum: cujus ego grandem faciam pyram:* licèt Deus in me fecerit viam ſemitæ iræ ſuæ. Illam ta- F men deſidero iram, de qua Hieronymus: *Grandis* dicit: *offenſa eſt, poſtquam peccavimus iram Dei non mereri: ut illam declinem iram,* Pſal. 10. *de qua Pſalmiſta: Exacerbavit Dominum ſecundùm miſericordiam iræ ſuæ, non quia idem peccator licenter peccat: ſed nimia DEI ira eſt, quòd peccanti, proſpera arrident: quòd nequitia ejus non retunditur: quòd ejus ſceleri pro meritis non reſpondetur.*

Et ne diutiùs delinquam majeſtatem animi à majoribus demorando, tuos deoſculans pedes, tua amplectens genua, clamo tibi Pater & Domine; unum pietate, alterum dignitate, precans indulgentiæ gratiam, quam ſæpe tibi vale facienti ſeniori meo ſanctiſſimo * Rumoldo hodie cæleſtis aulæ domeſtico dederas: precans levatæ manus tuæ mereri benedictionem: cui nullus diſtat locus: precans, ut in illo ineffabili jubilo, quo cælum penetras, quo divinam promulces aurem, mei non obliviſcaris: qui tui ſaltem tunc memor exiſto, cùm tui converſationem, tritámque vivendi ſemitam devotus exopto. Vix refrenata penna dicam invito ore; Vale gloria Iſraël, vale curiæ cæleſtis conſcriptæ ſenator. Inſipiens factus G ſum loquendo dices mihi: Reſpondeo: coëgiſti me. Amori modum ſuadens, perdes operam.

* *An hic ille eſt Rumoldus, qui fuit primus præpoſitus Goſiarienſis, & poſtea Epiſcopus Conſtantienſis; de quo in vita S. Bennonis cap. 12. & apud Lambertum Anno 1069.*

Valeas & tu optatæ indolis, BERNALDE, floſcule vernans, rogatus cum illo Apoſtoli Philip. 2. ad Philippenſes: *Si qua conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis*, ut citiùs dictatæ tibi à Domino tuo materiæ merear literas omni nectare mihi ſapidiores, tum tantùm tuam, Dominíque tui ſalutem mihi H referentes. Tu, tibi, moneo, non deſis, præſentaturus te nobis talem, qualem ego te neſcio, utrum magis optem, an ſperem. Opto quippe ex illo, quem in te habeo, affectu. Spero ex debitæ virtuti tuæ parentelæ reſpectu.

EPI-

A

EPISTOLA
TERTIA.

DOmino, ac Reverendiſſimo Sacerdoti BERNARDO non jam nugacem lyram Horatij, ſed myſticam citharam David, fructuoſiùs ſibi, & ſuis auditoribus amplexanti, Adalbertus ætate Presbyter non moribus, ejúsque Bernaldus, ex utroque homine certiſſimi ſerviminis affectus. De dulciſſimo veſtri reſcripto, vobis condignas grates referre non ſufficimus: ſed hoc omnium bonorum retributori, ut ipſe vobis retribuat, obnixa ſupplicatione committimus: quem & vos, in nobis tam charitativa reſponſione, tam laborioſa re- B ſcriptione non dubitamus honorâſſe. Sed quia nonnulla in eodem reſcripto, nos movent, de experta veſtræ prudentiæ benevolentia ſecuri, iterum vos inquietare præſumimus: iterum veſtræ diligentiæ judicium ſuper nonnullis obſcuris ardenter exſpectamus.

De primatu igitur ſanctiſſimæ Sedis Apoſtolicæ ſatis eleganter charitas veſtra nobis ſcripſit. Quam licèt aliquando ab indignis poſſeſſam, ſemper tamen omnibus Eccleſiis eſſe præferendam, ex decretis SS. Patrum evidentiſſimè probavit. Hujus enim Sedis Pontifices pro tempore à ſubditis admonendos fore, non tamen temerè proſcriben- C dos, Chriſtianiſſima pronunciatione docuiſtis, videlicet ut ejuſdem ſedis primus poſſeſſor à Coapoſtolo ejus Paulo charitativa liberalitate admonitus eſt, non ùt S. Athanaſius Alexandrinus Patriarcha ab Arianis hæretica uſurpatione depoſitus eſt.

Tractatum veſtrum de ordinibus judiciorum gratiſſimè ſuſcepimus, quem ita expreſſum, ac teſtimoniis SS. Patrum ita roboratum, & nos poſtmodum in quodam libello reperimus. Duos quippe judiciarios ordines eſſe nobiſcum ſentitis: unum, de dubiis, alterum de manifeſtis. Sed ordinem de manifeſtis in duas ſpecies ſubdividi- D tis. Unam quidem, cùm reus & objecta ſe feciſſe, & faciendo peccâſſe, fatetur. Alteram verò, cùm reus ſe objecta feciſſe, ſed in hoc non peccâſſe fatetur. Nos tamen hanc poſteriorem veſtræ ſubdiviſionis ſpeciem in noſtra diviſione comprehendimus infra modum de dubiis criminibus. Dicimus enim ex judiciariis ordinibus, hunc, fieri de dubiis: illum verò de manifeſtis criminibus. Nec hoc me quilibet dixiſſe putet, quaſi veſtræ diviſioni præjudicemus, ſed ideo potiſſimùm, ut utrarumque diviſionum concordiam ad invicem denotemus. Nam utraque diviſio, ùt nobis videtur, ſtare poterit. Si veſtra prudentia non aliter judicaverit. Illa enim veſtræ diviſionis ſpecies, in qua factum conceditur, culpa denegatur, partim manifeſta, partim dubia probatur. E Factum enim, quod conceditur, manifeſtum eſt: ſed idem ipſum, an pro crimine ſit habendum, ſummoperè dubitatur. Non ergo mirum eandem ſpeciem diverſo reſpectu, nunc dubiis, nunc manifeſtis adſcribi: ſed nos magis illam dubiis interpoſuimus: quia diviſionem judiciorum non generaliter inter facta: ſed, inter crimina fecimus judiciariorum ordinum. Alij, fiunt de dubijs criminibus; alij, de manifeſtis.

Unde prædicta veſtræ diviſionis ſpecies; in qua, conceſſo facto, an crimen ſit, dubitatur: non incongruè in noſtra diviſione dubiis annumeranda videbatur. Vos autem F judiciarios ordines non inter crimina, ſed abſolutè inter occulta, & manifeſta diviſiſtis: unde, & prædictam ſpeciem, in qua denegata culpa, factum conceditur, ſine contradictione manifeſtis annumerare potuiſtis. Illud etiam, quod ſingularum diſcuſſioni cauſarum Synodicam vocationem prærogari vultis, & nos utique laudamus. Nam & decreta SS. Patrum itidem præcipiunt, quippe, ut dubiis rebus infamati, ad conventum ſacerdotalem vocentur, per Canonicas inducias exſpectentur, tunc demum, ſi venerint, in conventu audiendi. Aut, ſi venire noluerint, pro contemptu à communione ſuſpendendi. Hoc, inquam, G illis jure conceditur, qui de objectis aut nihil ſe feciſſe fatentur: aut hoc, quod fecerint, crimen eſſe diffitentur.

Nec hoc etiam negamus: quin & publicis criminibus obligati ad Synodale judicium, pro contemptu vocentur, ut tantò cautiùs, tantò irrefragabiliùs, & demum Eccleſiæ tantò fructuoſiùs, quantò à pluribus auditi judicentur. Sed hanc Synodicam vocationem nullatenus tam generalem ponere audemus, ut ipſius Apoſtolicæ Sedis privilegium, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino ei conceſſum infringere tentemus. Eſt enim privilegium Sedis Apoſtolicæ, ut nulla proveniente Synodo, quoslibet damnandos poſſit damnare, & reconciliandos, reconciliare, ùt Beatus Gelaſius in decretis ad H Orientales Epiſcopos directis, oſtendit, in quibus Achatium Conſtantinopolitanum Patriarcham abſque omni Synodo Canonicè ab Apoſtolica Sede damnatum irrefragabiliter probavit. Scribit enim inter cætera: *Cuncta per mundum novit Eccleſia; quod ſacroſancta Eccleſia Romana, de omni Eccleſia fas habeat judicandi: neque cuiquam, de ejus liceat judicare judicio; ſiquidem ad illam, de qualibet mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus.* Sed nec illa prætermus, quòd Apoſtolica Sedes ſine ulla Synodo præcedente, exſolvendi, quos Synodus iniqua damnaverat, & damnandi, nulla exiſtente Synodo, quos oportuit, habuerit facultatem. Et hoc nimirum pro ſuo prin-

B. Gelaſius Epiſt. 12.

Matth. 16. Joann. 21.

A cipatu; quem beatus Petrus Apoſtolus Domini voce, & tenuit ſemper, & retinebit.

Hujus ergo privilegij auctoritate ſanctiſſimi Romanæ Sedis Epiſcopi, abſque omni Synodo damnare conſueverunt: quorum contumaciam, ex cujuslibet indubitabili relatione cognoverunt. Hoc utique illius ſcientiam non ſubterfugit, quicunque regeſtum S. Gregorij, & reliqua SS. Patrum decreta, diligenti conſideratione percurrerit. Sic, inquam, Maximus Salonitanus Epiſcopatui præſumptuosè inthronizatus à B. Gregorio abſque omni Synodo pro hac præſumptione miſſarum celebratione privatur. Quem S. Gregorius non tam pro manifeſtis quàm pro dubiis criminibus ad ſe vocatum, videlicet, quem Simoniaco ſchiſmati, ſive B mulieribus miſtum fuiſſe, non pro certò novit, ſed infamatum audivit. De quibus etiam criminibus idem Maximus, ſe poſtmodum juramento expurgavit. Si enim eum tam indubitanter Simoniacum ſive fornicarium, ùt præſumptuoſum nôſſet, abſque omni vocatione, ſive diſcuſſione, juxta prædictum Apoſtolicæ Sedis privilegium damnare illum poſſet.

Lib. 5. ep. 3. Eodem lib. epiſt. 25.

Item lib. 7. epiſt. 83.

Præterea, ſi nullum, licèt in crimine vulgatiſſimum, niſi poſt ſynodicam vocationem judicandum fore cenſemus; multum Eccleſiaſticæ correctioni derogamus, nimiam multitudinem * carrinarum ad Synodum differemus: imò hac occaſione plurimas negligendas fore non dubitamus. Sed Eccleſiarum conſuetudo hoc obtinuit, ut non ſolùm Epiſcopus, ſed etiam unus ſolus presbyter ſubditum ſuum manifeſto crimine obligatum, canonico judicio ſubjicere vaC leat, nec eum, niſi ejus judicio inobediens extiterit, ad Synodum venire compellit.

** cauſarum forte leg.*

Nec ociosè conſiderandum, quòd S. Patres abſque omni Synodo etiam de dubiis criminibus judicare ſolebant: non quidem definitè, ſed ſub quadam judiciaria conditione. Unde S. Gregorius Andream Tarentinum Epiſcopum, pro quadam concubina poſt ordinationem ſuam infamatum ita judicavit, ut ſacerdotale officium penitus deponeret; ſi, eum conſcientia ſua, de illato crimine, culpabilem aſſereret.

D Sed jam ad cauſam noſtram veniamus, quam etiam, ut evidentior fiat, breviter, & fideliter literis commendare non pigeat: ùt ex fidelium virorum certiſſima relatione didicimus; quorum alios corpore quidem, non animo, Wormatienſi conſpirationi: alios verò Romanæ Synodo hanc eandem damnanti proculdubio interfuiſſe cognovimus.

Anno igitur Dominicæ Incarnationis M. LXXVI. GREGORIO Papa VII. in Apoſtolica Sede conſtituto, cùm Henricus Rex jam per tres annos pro ſuis reatibus ad pœnitentiam multotiens ab Apoſtolica ſede vocatus reſipiſcere nollet: cúmque ſe in pro- E xima Romana Synodo excommunicandum fore prænoſceret; tale conſilium à Simoniacis, ſive excommunicatis accepit, ut omnes ſibi ſubjectoś ab Apoſtolico Præſule ſepararet: ſic, quòd ſanctam Romanam Synodum deauctoraret; tunc in prima Quadrageſimali hebdomada futuram, & illum cum ſuis complicibus excommunicaturam. Accepto igitur conſilio, ante eandem Synodum, in ſeptuageſimam generale Colloquium apud Wormatiam condixit, quò, præter regni ſui Principes, quàm plures Epiſcopos, & reliquos ſuos fideles, vel potiùs infideles congregavit. Qui pœnè F omnes aut Simoniaci, aut excommunicati, aut eorum complices individui ſe Romani Pontificis cenſuram ſubituros non dubitabant, ſi Rex reſipiſcens Apoſtolicæ ſedi obediret, eique in Eccleſiaſticis negotiis debitum adjutorium impendere vellet. Quapropter ex Regis inſolentia, occaſione accepta Regi non tam conſenſerunt, quàm perſuaſerunt, ut litteras proſcriptorias omnium eorum manibus, per ſubſcriptionem roboratas ad Apoſtolicam ſedem transmitteret: quibus, quaſi proſcripto Romanæ ſedis Epiſcopo, Synodus Romana Regem excommunicatura, nihilo minus ceſſaretur: ſicque ipſi cum Rege ab Apoſtolicæ ſedis cenſura liberarentur. In prædictis ſanè litteris, poſt multas Romani Pontificis G blaſphemias, hoc ſinguli ſua ſubſcriptione confirmaverant, ut nollent deinceps hujusmodi criminoſo ſubeſſe, vel aliquam obedientiam exhibere.

Lege de his Bertoldum ſeu Bernaldum noſtrum in Chronico. Anno M. LXXVI.

His ergo litteris in Romanam Synodum delatis, juxta poſſe eorum, eandem per legatos ſuos diſturbaverant, & Apoſtolicum Præſulem, in Romana Synodo turpiter blaſphemantes, eum non confeſſum, nec alicujus criminis convictum, ab Apoſtolica ſede, ùt viliſſimum mancipium juſſerant deſcendere. Præterea ex præcepto præfati Henrici Francorum Regis, non utique Romani Imp. cunctæ Romanæ Synodo contumaciter interdixerant, ne domno Apoſtolico Paſtori ſuo ullatenus obedirent: Paſtori, in- H quam, ſuo, cui eatenus obedierant, quem eatenus pro legitimo Paſtore, ùt canonicè ordinatum, ùt canonicè in ordine ſuo converſatum habuerant: cui etiam prædictus Rex debitam obedientiam ſpeciali promiſſione devoverat: quem, diverſorum regnorum Præſules, & Principes, pro S. Petri Vicario honoraverant.

Hunc igitur non confeſſum, non convictum, imò nec, ſi reus eſſet, ita, vel ab hujusmodi convincendum prædicti conſpiratores per legatos ſuos degradare volebant: qua temeritate, imò quo veſaniſſimo furore, nec cauponem ſuum quilibet deſtituere permitteret. Nam ùt B. Marcellinus Papa om-

A omnibus orthodoxis ſcribens, capit. 11. teſtatur: *Epiſcopi, Pontifici, à quo conſecrati probantur, præjudicium inferre nullum poſſunt.* Item, B. Anacletus Papa à B. Petro Presbyter ordinatus: *Sententia*, inquit, *quoque Cham filij Noë damnantur, qui ſuorum doctorum, vel præpoſitorum culpam produnt; ceu Cham, qui Patris pudenda non operuit, ſed deridenda monſtravit. Doctor autem, vel Paſtor Eccleſiæ, ſi à fide exorbitaverit, erit à fidelibus corrigendus: ſed, pro reprobis moribus magis eſt tolerandus quàm diſtringendus.* Item ſanctus Alexander Papa: Item S. Sixtus Præſul Apoſtolicus, qui omnes mori magìs, quàm mentiri voluerunt. Ij, inquam, ſinguli eâdem auctoritate præcipui, eisdem penè verbis ſtatuerunt. B *Si qui*, inquiunt, *adversùs Epiſcopos cauſam habuerint, priùs ad eos recurrant, caritatis ſtudio, ut familiari colloquio commoniti, ea ſanent, quæ ſananda ſunt. Si autem aliqui eos, priuſquam hæc egerint, lacerare, accuſare, infeſtare præſumpſerint, excommunicentur.*

Anacletus epiſt. 3. Gen. 9.

Has igitur, & hujusmodi innumerabiles SS. Patrum ſententias, ſi illi noſtri conſpiratores fideliter inſpexiſſent, nullatenus ſuum, ùt puta primæ ſedis Epiſcopum, tam repentina vituperatione, non conventum, non confeſſum exſufflâſſent: nec ſe ipſos, pro tam temerario auſu ſub pernicioſa excommunicatione enecuiſſent. Nempe, ſi culpabilis eſſet peregrinorum, tamen Epiſcoporum judicio juxta canones, nec diſcutiendus eſſet, nedum temerè deponendus: ſed potiùs in Romana ſynodo audiendus: ſi C tamen de dubiis rebus, niſi ipſe vellet, vel uſquam vel à quoquam juxta Canones diſcuti poſſet. Scriptum eſt enim: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.* Unde S. Sylveſter Nicænorum Canonum auctor, generali Synodo præſidens conſenſu CC. LXXVII. Epiſcoporum cap. 7. ſtatuit dicens. *Nemo judicabit primam ſedem, juſtitiam temperare deſiderantem. Neque enim ab Auguſto; neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo judex judicabitur.* Item Symmachus Papa omnibus Epiſcopis ſcribens, cap. 7. decrevit dicens: *Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminare. Sacro verò ſanctæ ſedis Romanæ præſulum, ſuo, ſine quæſtione, reſervavit judicio.* Item S. Alexander D Papa, qui martyrio ſua conſecravit decreta cap. 1. teſtatur. *Non poteſt*, inquit, *condemnari humano examine, quem Deus ſuo reſervavit judicio.*

Matth. 10.

Sed tempora priùs conſumeremus, quàm exempla, ſi ſingula hujuſmodi SS. Patrum ſtatuta enumerare tentaremus. Quippe prædictus Papa Symmachus, Catholicæ fidei propugnator indefeſſus, cùm plurimis criminibus infamaretur, nec ab Ariano Rege Theodorico tunc Romanis imperante, tam temerè proſcribitur: ſed in ſynodo Romana, non ab alio, niſi ab illo legitimè congreganda, diſcutiendus exſpectat. Synodus igitur Romæ per auctoritatem ipſius congregata, nullatenus tamen eum, licèt hoc permittentem, contra decreta ſanctorum Patrum diſcurere præſumpſit: ſed totam ejus cauſam divino judicio, ùt geſta ejuſdem ſynodi teſtantur, commiſit. E Nec hoc utique dicimus, quaſi quælibet nefanda Romano Pontifici impunè licere credamus: quaſi non & ipſe ſit impetendus, ſi in aliqua hæreſi fuerit publicatus, ſed contra illos agimus, qui pro dubiis rebus, Apoſtolicæ ſedis Epiſcopum temerè judicaverunt expellendum.

Ipſe quidem noſter Apoſtolicus multotiens hoc à ſuis inſidiatoribus expetivit, ut Romæ, vel alibi, quò ipſe poſſet venire, in F ſynodo convenirent: & eo hoc libenter concedente, ordinationem ejus, ſive converſationem, utcunque vellent, duntaxat canonicè diſcuterent: ſeque ab Apoſtolica ſede, abſque omni contradictione deſcenſurum promiſit: ſi quid in eo dignum depoſitione reperirent. Et hoc utique ſibi facilè credi potuit, qui id culminis captus, atque eò actus cum magno ejulatu aſcendit: cui, nec divitias, nec honores ſeculares in Romano Pontificatu quærere opus fuit: quibus utriſque cum minori ſollicitudine & ante Pontificatum abundavit.

Sed ejus inſidiatores hactenus eum præ- G ſentialiter convenire ſpreverunt: non tam, ut qualibet ratione ſe ab hujuſmodi accuſatione ſuſpenderent: quàm, ut ipſi debitam ſententiam, pro ſuis criminibus ab illo non exciperent. Nam, ùt beatæ memoriæ Bonifacius Papa teſtatur: *Nullus dubitat: quòd ita judicium nocens ſubterfugit, quemadmodum, ut abſolvatur, qui eſt innocens, quærit.*

Bonifacius I. epiſt. 2.

Apud Wormatiam igitur conventu facto, ſchiſmaticam conſpirationem adversùs Dominum, & adversùs Chriſtum ejus conflaverant, quam, ùt prædictum eſt, ad deauctorizandam ſanctam Romanam ſynodum per legatos ſuos in eâdem ſynodo publicaverant. Unde Romani cives de ſanctæ Romanæ Eccleſiæ dehoneſtatione meritò commoti, prædictorum legatos omni pœna dig- H niſſimos arripiunt, & vel aliquatenus eorum immaniſſimum ſcelus ulciſci voluerunt. Sed Romanus Pontifex, licèt à prædictis legatis, ſpecialiter impeteretur, tamen de manibus Romanorum crudeliter eos afficientium vix demum eripuit; & ſedata turba, factóque ſilentio eos ad pedes ſuos ſedere fecit. Ea quidem ratione, ut ipſi audirent; quid ſancta Synodus de hujuſmodi ſchiſmatica conſpiratione in eâdem Synodo ad injuriam ipſius manifeſtata decerneret.

Anno Chriſti M. LXXVI. lege Baron. Tom. undecimo Anno M. LXXVI.

Decrevit igitur ſancta Synodus, ut officio, & communione privati eſſent: quicunque illam nefariam conſpirationem, &

con-

A contumaciſſimam legationem ſtudio, & voluntate conflâſſent. Reliquis autem omnibus ejusdem conſpirationis participibus, inducias conceſſit, ut infra feſtivitatem S. Petri, tunc proximam, ſe aut coactos deliquiſſe, miſſis legatis probarent; aut prædictorum excommunicationi, ut eodem crimine obligati ſubjacerent.

Regem verò poſt multas admonitiones reſipiſcere nolentem, imò hujus ſchiſmaticæ conſpirationis auctorem, regno privatum ſub anathematis vinculo Domnus Apoſtolicus ligavit: ùt eidem etiam ante excom̃unicationem promiſit. De cujus anathematiſmi Canonica promulgatione nullum dubitare confidimus: quicunque illam e-
B piſtolam Domni Apoſtolici fideliter conſideraverit: in qua, ipſe Regem ſæpiùs à ſe præmonitum, multo tempore expectatum, & ita demum canonicè anathematizatum evidentiſſimè probavit. Quapropter ſpeciali Regis cauſa prætermiſſâ, quid ſancti Patres de hujusmodi conſpiratoribus generaliter definiverint, videamus.

Sanctiſſimus Papa Fabianus, veritatis miles indefeſſus, omnibus Epiſcopis ſcribens; decrevit, dicens: *Si quis clericus ſuo Epiſcopo infeſtus, aut inſidiator fuerit, eúmque criminari tentaverit, aut conſpirator fuerit:*
C *mox ante examinatum judicium ſubmotus à clero, curiæ tradatur, cui diebus vitæ ſuæ deſerviat, & infamis abſque ulla ſpe reſtitutionis permaneat.*

Item S. Calliſtus Papa, fortiſſimus veritatis athleta Gallicanis Epiſcopis ſcribens: *Conſpirationum*, inquit, *crimina veſtris in partibus vigere audivimus, & plebes contra Epiſcopos ſuos conſpirare, nobis mandatum eſt. Hujus criminis aſtutia non ſolùm inter Chriſtianos execrabilis eſt, ſed etiam inter Ethnicos, & ab exteris lege prohibita. Et idcirco hujus criminis reos non ſolùm Eccleſiaſtica, ſed etiam ſeculi damnant leges: & non ſolùm conſpirantes; ſed etiam conſentientes eis. Anteceſſores verò noſtri, quàm plurima turba Epiſcoporum, quicunque*
D *eorum in ſacerdotali ordine ſunt conſtituti, aut exiſtunt clerici, honore, quo utuntur, carere præceperunt. Ceteros verò communione privari, & ab Eccleſia extorres fieri juſſerunt. Et, non ſolùm facientes, ſed eis conſentientes.*

Item ſacratiſſimum Chalcedonenſe Concilium, Evangelio in veneratione comparandum: cap. 18. irrefragabiliter decrevit dicens: *Si qui Clerici, vel Monachi reperti fuerint conjurantes, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes Epiſcopis, aut Clericis, gradu proprio penitus abjiciantur.*

Ergo, quos SS. Patres, etiam ante examinatum judicium degradandos eſſe, vel penitus ab Eccleſia abjiciendos diſtrictiſſimè judicaverunt, hos Domnus Apoſtolicus per Synodale judicium ſatis misericorditer uſque ad ſatisfactionem officio & communione privavit: quæ tamen eis nondum E
eo crimine expiatis, periculoſa, imò perniciosa fore, ſi uſurparentur, non ignoravit.

Forſitan aliquis eorum dicit; Non pro conſpiratione habendum, quòd contra illum factum fuerit, quem pro Epiſcopo habere noluerint. Sed ille, ſi tamen Epiſcopus eſt, audiat: Nunquid & ſe pro Epiſcopo habendum non eſſe decernit, ſi quis ex ejus ſubditis eum in nulla hæreſi publicatum; nec pro aliquo crimine damnatum, pro Epiſcopo habere contempſit? Non utique credimus, dum adeò eis ſapiat Epiſcopatus. Ergo non denegent ſuo Paſtori, quod ſibi à ſubditis ſuis nollent denegari: F
ſed juxta illud ſancti Leonis decretum; *obedientiam, quam à ſubditis ſuis exigunt, etiam ipſi Prælato ſuo dependant. Quippe & ipſi eum etiam eo tempore, cùm conſpirarent, pro Epiſcopo habendum fuiſſe modò demonſtrant: cui pro eâdem conſpiratione ad ſatisfactionem venire non ceſſant.* Nempe, ſi nullius conſpirationis reatu obnoxii tenerentur, ſine exemplo tamen jure damnarentur: qui, ſine exemplo contumaciam ſuam in Romana Synodo publicare; & inſuper eandem Synodum diſturbare præſumpſerunt. Incaſſum ſe abſque Synodica vocatione damnatos conqueruntur: cùm & hoc in Provincialibus Synodis pro Canonico cuſtodiatur, ut cujuslibet contumacia in Synodo publicata, nullatenus exeat impunita: licèt, ad ipſam Sy- G
nodum deauctorizandam ibi perpetrata non detegatur.

Præterea Romanæ ſedis Epiſcopus, juxta privilegium ſuum, ùt jam prælibavimus, abſque omni Synodo damnare poteſt, vel reconciliare quoslibet damnandos, vel reconciliandos. Sic enim S. Gregorius ad *S. Greg. lib. 7. epiſt. 67.*
Januarium Caralitanum Epiſcopum ſcribens, conſiliarios ejuſdem Epiſcopi nulla ſynodica vocatione præventos, uſque ad ſatisfactionem à communione privavit: per quorum conſilium idem Epiſcopus Dominicorum die meſſem quorundam furioſa mente exaravit. Nihilominus & noſtri temporis Gre- H
gorius ad nullam ſynodum vocatos: attamen præſentario crimine obligatos damnare potuit. Per quorum conſilium, Heinricus Rex meſſem non terrenam, ſed Eccleſiaſticam nova præſumptione penitus devaſtare tentavit.

Item S. Gregorius Joannem primæ Juſtinianæ Epiſcopum nulla ſynodica vocatione præventum excommunicavit: eò quòd ille injuſtè Adrianum Thebanæ urbis Epiſcopum *Lib. 2. epiſt.*
deponere præſumpſerit. *6. & 7.* Sic utique & noſter Apoſtolicus Epiſcopos indubitatæ contumaciæ non vocatos excommunicare potuit: qui non unum ſolum modò Epiſcopum, ſed totam Romanam Synodum deauctorizare

cto-

Digitized by Google

A ctorizare tentaverunt. Illud ſanè exemplum illi noſtri conſpiratores ſecum agere putaverunt, juxta cujus edictum, ſe rationabiliter excommunicatos eſſe non dubitabunt, ſi ſacrorum Canonum lectores potiùs, quàm perverſores eſſe noluerint.

Fruſtra quoque proclamant, ſecum agendum fore, eo judicandi ordine, ubi manifeſtum factum crimen eſſe dubitatur. Nam, ùt nobis videtur, de nullo facto, an crimen ſit, eſt dubitandum; quod definitis ſanctorum Patrum ſententiis generaliter pro crimine damnatum manifeſtatur. Si e-
B nim ea, quæ illi generaliter, & ſynodaliter prohibuêre, an culpæ ſint, dubitaverimus: nihilominus de eorum ſtatutis, an juſta ſint, dubitare videbimur. Quod B. Leo Papa, Leoni Auguſto ſcribens, penitus prohibuit.

S. Leo epiſt. 78.

Quæ patefacta ſunt, inquit, *quærere: quæ perfecta ſunt, retractare; quæ ſunt definita, convellere, quid aliud eſt, quàm de adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere?* Idem in ſequentibus: *De rebus*, inquit, *& apud Nicæam, & apud Chalcedonam (ſicut Deo placuit) definitis, nullum audemus inire tractatum, tanquam dubia, vel infirma ſint, quæ tanta per Spiritum ſanctum fixit auctoritas.* Idem ad Martianum Auguſtum: *Si quid uſquam*, inquit, *aliter quàm SS. Patres ſtatuêre, præſumitur, ſine cunctatione caſſabitur.*

C Ergo illi noſtri conſpiratores manifeſtum factum ſuum an crimen eſſet, incaſſum diſcuti voluerunt, quod & ipſi à definitis ſanctorum Patrum ſententiis pro crimine damnatum indubitanter noverunt. Unde non, ùt dubiis criminibus obligati per inducias erant exſpectandi, imò, ùt contumaces, & apertiſſimi Canonum contemptores abſque dilatione erant damnandi: de quibus divina Scriptura apertiſſimè ſanxit; ùt Carthaginenſe Concilium capit. 5. conſtituit, non eſt differenda ſententia, ſed potiùs exequenda. Unde & S. Gregorius Mariniano Abbati, &c. ſcribens, teſtatur dicens: *Si ea, de quibus Deus vehementer offenditur, inſequi, vel ulciſci differimus, ad iraſcendum utique Divinitatis patientiam provocamus.*

S. Greg. lib. 2. epiſt. 27.

Item piæ memoriæ Damaſus Papa ſcri-
D bens ad Stephanum Archiepiſcopum Mauritaniæ, & reliquos Epiſcopos Africæ: *Qui poteſt*, inquit, *obviare, & perturbare perverſos, & non facit, nihil aliud eſt, quàm eorum favere impietati.*

Tres modos anathematiſmi, quos Tribucienſe Concilium nobis præſcribit, non tam generales affirmare præſumimus, ut nullum abſque ſynodica vocatione damnandum fore contra ſedis Apoſtolicæ privilegium aſſeramus: ſatiúſque nobis, ſi & vobis; ita videtur, ut idem Concilium potiùs aliquem modum anathematis dicatur prætermiſiſſe, quàm Apoſtolicæ ſedis privilegio præjudicâſſe. E

Singulis autem objectionibus, ſive, ut veriùs dicam, reprehenſionibus conſpiratorum reſpondere non neceſſarium æſtimamus, quibus culpam ſuam nullatenus expurgaverant, ſed perverſa interpretatione ſcripturarum, Romano Pontifici derogando, crimen ſuum duplicaverant. Nam perjurium, quod eum feciſſe confingunt, etiamſi eorum ſubditus eſſet, oportuiſſet tamen, ut eum non confeſſum, priùs, feciſſe convincerent, quàm illud in eo tam tyrannicè vindicâſſent. Quòd ſi, ùt fingunt, jurâſſet, ut per conſenſum Heinrici Regis Romanus Pontifex eligendus eſſet, nunquam F tamen, quod & vos cautè prævidiſtis, obviando Romanæ electionis privilegio, ſe anathematizare deberet: præcipuè, cùm Canones dicant, definitio incauta, laudabiliter eſt ſolvenda. Nec prævaricatio eſt, ſed temeritatis emendatio.

Ampliùs: Si quis anachoreta, vel Incluſus, qui ſolitariam vitam Deo firmiſſimè promiſerat, ad Epiſcopalem gradum expetuntur, nunquid promiſſionem ſuam, licèt cautiſſimè factam, magis quàm Eccleſiæ cauſam attendere debebunt? Non planè. quod & noſtri Conſpiratores non inviti concedunt. quorum quidam ad Epiſcopatum etiam Monachali habitu penitus abjecto convolârunt. Ergo ſi & cautiſſima promiſſio pro cauſa Eccleſiæ laudabiliter ſolvitur; quantò magis in cauſa, quæ etiam ſub anathe- G mate impleri prohibetur. Nec hoc utique dicimus, quaſi Domnum Apoſtolicum ità unquam jurâſſe credamus: ſed ideo maximè, ut etiam ſi feciſſet, quod non fecit, non ob hoc tamen ità proſcribendum eſſe probaremus.

Sententiæ autem SS. Patrum, quas enumerant de compeſcenda Prælatorum ſuperbia, ſive de damnatione temeraria, ſe ipſos maximè percellunt: qui non modò in ſubditos, ſed in ipſum prælatum ſuum novà præſumptione ſuperbiêrant; quem ab Apoſtolica ſede, ùt ſervum ſuum deſcendere, ſingulari contumacia præceperant. Sed hæc hactenus.

Omnipotenti Deo condignas grates com- H penſare nequimus, cujus gratia nobis conceſſit, ut in hoc periculoſo tempore, in quo omnes, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ JEſu Chriſti, adulterantes Verbum Domini, vos ſaltem habeamus, cui veritas audita, nares non contrahat: imò cui præconium veritatis, quantò liberius, tantò dulcius ſapiat. Non enim alii tam liberaliter, tam infucatè loqui præſumeremus: quem non tam veritatem rerum, quàm aliquod privatum ſtudium per ſingula interpretaturum putaremus. Hoc, inquam, nefas eſ-

A ſet de vobis vel ſuſpicari: qui ipſum præconem veritatis pro ſacrario Spiritus ſancti venerandum fore judicâſtis. Experti igitur veſtræ prudentiæ ardorem ad indagandam, ſive denuntiandam rerum veritatem, potiſſimùm veſtrum expectamus judicium de his rebus, de quibus adhuc dubitamus.

De Simoniacis igitur precamur, ut prudentia veſtra nobis apertiùs ediſſerat, ſi & illi pro hæreticis deputentur, qui propter ſacros ordines aliqua Eccleſiaſtica officia, ùt Decaniam, Præpoſituram, emunt vel vendunt. Non negamus quidem, & eos probabiliter poſſe vocari Simoniacos, utpote de ſpiritali officio ſæculare lucrum quærentes: quos & ab eiſdem officiis juxta Cano-
B nes pellendos eſſe cenſemus: ſed cur pro hæreticis ſint deputandi, ex teſtimoniis SS. Patrum evidentiùs doceri vellemus.

S. Greg. lib. 4. epiſt. 55.

Sanctus videlicet Gregorius in decretis ſuis illud ſpecialiter ſimoniacam hæreſin vocare videtur, cùm manûs impoſitio propecunia emitur vel venditur. Illud etiam nobis ſcribere dignemini; ſi & illi pro hæreticis habentur, qui * per aliud munus, niſi à manu ſacra officia emerunt, vel vendiderunt. Nam illos magis ambitioſos cenſeri vellemus, quàm ſimoniacæ hæreſis obnoxios, ne penitus Eccleſiaſtica ſacramenta proſcriberentur, quæ penè omnino hactenus à ſolis hujuſmodi ambitioſis uſurpata non ignoramus.

* *hoc eſt*, non per pecuniam; *hanc enim vocabant*, munus à manu, *ut patet ex lib. 1. S. Anſelmi contra Guibertum, qui recenſet tria genera munerum, quib. Eccleſiaſtica beneficia emebantur:* munus à manu, munus à lingua: munus ab obſequio.

De eo autem, quod ſcribitis Sacramenta à ſimoniaco nondum publicato uſurpata, ſcienti quidem non eſſe Sacramenta, ſed neſcienti: necdum fideliter intelligere potuimus. Nam eſſentiam rerum non ſolet in contrarium ducere contrarietas opinantium. Ergo ſi Sacramenta quoquo modo veraciter ab aliquo ſimoniaco conficiuntur: quomo-
C do alicui ejus hæreſim ſcienti inconfecta veraciter probabuntur? Credibile quidem videtur corporales res in altari poſitas per ſacerdotalem benedictionem ex conſenſu Eccleſiæ in divina poſſe converti Sacramenta, etiam inter manus hæreticorum, nondum tamen in Eccleſia publicatorum. Quæ, inquam, Sacramenta proſcribere timemus: vel apud illius ſcientiam, qui ſolus, vel alter ſacrificantis hæretici cognoverit dementiam, ſatius nobis videretur, ut eadem & ipſi hæretico conficienti, & alii ejus hæreſim ſcienti Sacramenta eſſe crederetur, quàm ea-
D dem eſſe, & non eſſe ſtatuerimus, videlicet, ut eadem oblatio & offerenti hæretico, ſive ejus ſocio ad damnationem, ignoranti autem Catholico ad ſalutem provenirent. Nam S. Auguſtinus, ubi neophytos, licèt ante communionem morte præventos, non tamen eos Sacramento privari teſtatur, non de re, ſed de virtute Sacramenti dixiſſe videtur, ut ille Sacramenti virtute non careat, quem extrema neceſſitas, à reali commu-
E nione ſuſpendit. Et nos utique omnes, ſi Catholicæ fidei non ceſſâmus cooperari, nunquam ejus Sacramenti virtute privamur, licèt ipſam rem Sacramenti rariùs ſumere ſoleamus, ſic utique faciliùs vos intelligere poſſemus, ſi diceretis, quemlibet Catholicorum ab eo, quem neſcit hæreticum, non rem Sacramenti percipere, quam nec hæreticus poteſt conficere, ſed virtutem Sacramenti, non ex illa perceptione, ſed ex propria fide. Hoc, inquam, intelligibilius nobis videretur, quàm idem panis in divina Sacramenta confectus, & non confectus diceretur. Apertius igitur nobis intimate, quid de hujuſmodi Sacramentis debeamus judicare.

F

Sententiæ autem veſtræ de ordinatis ab hæretico, iterum ordinandis à Catholico, illud repugnare videtur, quod quàm plures hæreticorum clericos ad Catholicam converſos in ordinibus ſuis legimus acceptos, non utique reconſecratos, videlicet ùt Nicænum Concilium capitulo 8. Novatianos: & Africanum capit. 35. Donatiſtas, recipiendos eſſe in ſuis ordinibus, non reconſecrandos decrevit. Nempe Nicænum Concilium ſolummodò clericos Paulianiſtarum à Catholicis reordinandos conſtituit: quorum etiam baptizatos, à Catholicis baptizandos eſſe decrevit. Hæc enim hæreſis non faciebat invocationem S. Trinitatis.

G

Damaſus autem Papa ſcribens ad Proſperum primæ ſedis Numidiæ Epiſcopum, & reliquos Epiſcopos, veſtræ ſententiæ de reordinationibus adſtipulari videtur, ſi tamen in exemplari non fallimur: *Per illam illicitam manus impoſitionem*, inquit, *ut paulò ſuperiùs prælibavimus; vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepiſſe, habebant. Et, ubi vulnus infixum eſt, neceſſe eſt medicinam adhibere, qua infixa ſanetur macula: Id eſt, reiterari neceſſum eſt, quod legitimè actum, aut collatum minimè probatur, ſi perfectum eſſe debebit. Nam quomodo honorem poſſit retinere, qui ab illo accepit, qui poteſtatem dare legitimè non habuit, invenire non poſſum.* * H

B. Damaſus epiſt. 5.

Harum igitur ſententiarum repugnantiam concordare neſcimus, niſi hoc auctoritati ſedis Apoſtolicæ, cum conſenſu ſanctæ matris Eccleſiæ licitum fortè dicamus, ut pro aliqua temporis neceſſitate ordinatos ab hæreticis, per invocationem S. Trinitatis in ordine ſuo non reconſecrandos ſuſcipiat: quos tamen aliquando ad evidentiorem hæreticæ ordinationis proſcriptionem reconſecrari præcipiat. Nullam enim conſecrationem videntur aliquibus accepiſſe ab hæreticis, quippe jam dudum omni ſpiritali gratia privatis, ùt B. Judas Apoſtolus de eiſdem teſtatur: *Hi ſunt*, inquit, *qui ſegregant ſe ipſos, animales, ſpiritum non habentes.* Unde B. Innocentius: *Hæretici*, inquit, *cùm à fide Catholica deſiſterent, perfectionem ſpiritus,* quam

* *Hoc Damaſi dictum, & ſimilia intelligi debent vel de ordinatorum cum Eccleſia conciliatione; vel reordinatione vera, ſi quis validè ab Hæretico vel Schiſmatico non fuerit ordinatus: cùm ſcilicet ordinatos ordinandi nec jus nec poteſtatem habuit.*

24. q. 1. c. 30.

A

quam acceperant, amiſerunt. Hinc igitur conjicitur, ordinatos ab hæretico, non conſecrationem aliquam accepiſſe, ſed ſolam formam conſecrationis, abſque virtute ſanctificationis, quæ utique forma, ſive accepta virtute ſanctificationis, ex conſenſu ſanctæ Eccleſiæ, à converſis retineatur, ſive per iterationem penitus proſcribatur: ad præſens non occurrit, quod rationabiliter objici poſſit. Nam illa objectio, quæ dicit, invocationem ſanctæ Trinitatis, licèt ab hæretico factam non eſſe annullandam, facilè refellitur: cùm Eccleſias item ab hæreticis per invocationem S. Trinitatis conſecratas reconſecrare jubeamur, ùt S. Joannes præſul Apoſtolicus, illius nominis primus diverſis Epiſcopis ſcribens decreviſſe legitur: *Eccleſias, inquit, Arianorum ubicunque inveneritis, Catholicas eas divinis precibus, & operibus abſque ulla mora conſecrate: quia & nos fecimus, cum pro cauſa Theodorici Regis Conſtantinopoli fuiſſemus.*

Hæc diſputantur ab Adalberto & Bernaldo non per aſſertionem: ſed inquiſitionis gratia.

Joannes Papa I. ep. 2.

B

Nempe ſacri baptiſmatis formam in nomine S. Trinitatis, licèt ab hæretico ſuſceptam non iteramus, ne præceptum ab Apoſtolo unum baptiſma præcipientis prævaricari videamur. Præterea, ùt B. Felix Papa generali Synodo præſidens veriſſimè pronunciavit: * *Nullus ad ſecundam tinctionem venire poterit, niſi primitus profeſſo paganiſmo ſe Chriſtianum denegaverit.* quæ denegatio, per iterationem baptiſmi jure vitatur; ne juxta Nicænum Concilium graviſſimè puniatur. Hoc tamen indubitanter ſcimus, juxta Apoſtolicas ſanctiones, nullum ab hæretico ordinatum à Catholicis, vel in ordine ſuo recipiendum, vel reordinandum, niſi in hoc alicui temporis neceſſitati conſulatur. Nam, ùt prædictus Papa Innocentius aſſerit: *Hæreticus per pravam manus impoſitionem ordinato damnationem irrogavit: cui, quia remedium pænitentiæ neceſſarium eſt, legitimæ ordinationis honorem habere non poteſt.* Item Africanum Concilium cap. 35. decrevit, ut ordinati in parte Donati, ſi ad Catholicam correcti tranſire voluerint, non ſuſcipiantur in honoribus ſuis, ſecundùm tranſmarinum Concilium, exceptis his, per quorum ſuſceptionem Catholicæ unitati conſulitur.

** Non vult Felix III. epiſt. 7. ad univerſos Epiſcopos Tom. 2. Concil. Novæ editio. eos, qui Chriſtum abnegarunt, denuo eſſe baptizandos, ſeu ad ſecundam tinctionem admittendos eſſe; ut Auctor hujus epiſtolæ intellexiſſe videtur; ſed exaggerans ſcelus Epiſcoporum Presbyterorum & Diaconorum, qui ſe rebaptizari permiſerant ait, eos ad ſecundam tinctionem, hoc eſt, ad iteratum baptiſmum pervenire non potuiſſe; niſi Chriſtum penitus negarent, & ſe paganos eſſe profiterentur; propterea perpetuæ pœnitentiæ eos ſubjicit.*

Notandum quoque, quod in Africano Concilio cap. 75. decernitur: ut non liceat fieri rebaptizationes, reordinationes, vel translationes Epiſcoporum.

C

Item ſanctiſſimus Papa Gregorius ſcribens Joanni Epiſcopo Ravennati: *Sicut, inquit, baptizatus ſemel, iterum baptizari non debet; ita qui conſecratus eſt ſemel in eodem iterum Ordine non debet conſecrari: ſed ſi quis forſitan cum levi culpa ad ſacerdotium venit, pro culpa pænitentia indici debet, & tamen ordo ſervari.* Sed in his ſententiis, ùt nobis videtur, non tam hæreticorum uſurpationes, quàm Catholicorum ordinationes iterari prohibentur.

S. Greg. lib. 2. epiſt. 32.

D

Nam conſecratio, quæ nulli ab hæretico dari poteſt, ùt probatum eſt, ſi à Catholico converſis impenditur, non iterata, ſed primitus impenſa magis propriè dicitur. E Si conſecrationes excommunicatorum, ùt hæreticorum nihili pendimus, B. Anaſtaſii Papæ ſententiis ad Anaſtaſium Auguſtum directis contraire timemus. qui Sacramenta non irrita fore contendit, quæ Acacius Patriarcha Conſtantinopolitanus, licèt à Felice Papa jam dudum anathematizatus uſurpavit. Sic enim prædictus Anaſtaſius Papa Auguſto ſcribit, cap. 8. *Ideo (Acacius) cujus nomen dicimus eſſe reticendum, malè bona miniſtrando ſibi tantùm nocuit. nam inviolabile Sacramentum, quod per illum datum eſt, aliis perfectionem ſuæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit.*

Quòd ſi eſt aliquorum in tantum ſe extendens curioſa ſuſpicio, ut imaginetur prolato à Papa Felice judicio, inefficaciter poſtea in Sacramentis, quæ Acacius uſurpavit, egiſſe, ac perinde eos metuere, qui vel in conſecrationibus, vel in baptiſmate myſteria tradita ſuſceperunt, ne irrita divina beneficia videantur, meminerint in hanc quoque partem ſimiliter tractatum prævalere ſuperiorem: quia non ſine uſurpatione ſacerdotii adjudicatus hoc egit. In quo virtutem ſuam obtinentibus myſteriis, in hoc quoque aliis rea ſibi perſona non nocuit. Nam ad illum pertinuit, quod tuba Davidica canitur. F G

Felix III.

Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum: verticem capilli perambulantium in delictis ſuis. Nam ſuperbia ſemper ſibi, non aliis facit ruinam: quod univerſa cœleſtium ſcripturarum teſtatur autoritas: ſicut etiam per Spiritum ſanctum dicitur in Propheta: *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam.* Unde cùm ſibi ſacerdotis nomen vendicaverit, condemnatus in ipſius verticem ſuperbiæ tumor inflictus eſt: non populus, qui in myſteriis donum ipſius ſitiebat, excluſus eſt. H

Pſal. 67.

Pſal. 100.

Hujus igitur * Apoſtolici ſententia vetare videtur; ne, vel excommunicati Sacramenta irrita fore cenſeantur: quod veſtræ aſſertioni de hujuſmodi Sacramentorum annullatione, non dubitatur repugnare: niſi forrè dicamus, beatum Anaſtaſium Papam non hoc dixiſſe de publicatis in anathemate, ſed ſpecialiter de Acacio, cujus damnatio nondum, eo vivente, publicata creditur. Nam ille excommunicatoriam Felicis Papæ epiſtolam noluit recipere, ùt Liberatus in libro ſuo teſtatur. In qua epiſtola mandatum eſt Acatio, ut ſe excommunicatum fore, non dubitaret, poſtquam eandem epiſtolam per Toleratum diaconum ſuſcepiſſet. Sed legatus Apoſtolicæ ſedis illam dare Acatio, vel publicare non præſumpſit, eò quòd Imperator ejus errori patrocinaretur. Si enim ejus damnatio ſubditis ſuis publicata eſſet,

** Anaſtaſ.*

A juxta beati Innocentii Papæ aſſertionem, ordinandis potiùs damnationem, quàm conſecrationem irrogaret. Quòd autem damnatio ejus ita occultaretur, inde ſatis probari videtur: quia Euphemius Epiſcopus ſucceſſor Acatii, quærit à beato Gelaſio Papa, quando Acatius damnaretur: ùt in epiſtola ejuſdem Papæ ad eundem Euphemium continetur. Et nos quoque damnatos, quorum damnationem adhuc ignoramus, divina Sacramenta conficere poſſe per conſenſum Eccleſiæ credimus: quorum tamen confectionem publicè damnatis adſcribere non audemus.

B. Gelaſius l. Epiſt. 9.

Quid autem vobis de his omnibus videatur, charitas veſtra nobis reſcribere non gravetur. Item, ſi conſecrationes eorum, qui B quondam Catholicè ordinati, nunc autem pro aliqua culpa ſunt remoti, ùt hæreticorum pro nihilo ducimus, ſententiis S. Auguſtini contradicere videmur: qui & in damnatis Sacramentum ordinationis permanere E in libro de bono conjugali teſtatur: *Si*, inquit, *fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam etiamſi plebis congregatio non ſubſequatur, manet tamen in ordinatis Sacramentum ordinationis. Et, ſi aliqua culpa, quiſquam ab officio removeatur, Sacramento Domini ſemel impoſito, non carebit, quamvis ad judicium permanente.* Juxta hujus viri ſententiam, remoti etiam ab officio cùm Sacramentum ordinationis retineant; divina Sacramenta, licèt ad damnationem ſuam, celebrare poſſunt; ſi tamen vobis non aliter videtur intelligendum.

S. Aug. lib. de bono conjugali cap. 24.

Veſtræ igitur deliberationis ſententiam exſpectamus de his omnibus, ſive quæ nos ipſi, utcunque pro captu noſtræ intelligentiæ ſolvimus: ſive quæ nos nondum ſolvere, ſeu F intelligere potuimus: *Deus autem pacis ſanctificet vos per omnia, ut integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur.*

1. Theſſ. 5.

ILLUSTRISSIMUS CARDINALIS BARONIUS TOM. XII. ANNALIUM ANNO REDEMPTORIS M. C.

BERTOLDUS (Bernoldus ſeu Bernaldus, unus enim idémque his tribus nominibus ſignificatur) *ex vitæ integritate, & Catholico nomine ſummam ſibi gloriam comparavit inter Chronographos hujus temporis;* G C *cui ùt veritatis ſtudioſiſſimo, bene precamur.*

Hactenus igitur quinquaginta teſtes pro innocentia Gregorii VII. audivimus, qui omnes Gregorio partim fuère coætanei, partim non longè ab ævo illius remoti; partim alioqui fidei ſanæ & incorruptæ, & à ſtudiis factionum averſæ; quorum nonnulli non modò eruditione, ſed & vitæ ſanctimonia ac miraculis inſigniter effulſerunt: quos qui uni Bennoni, & recentiorum Sectariorum inſanis vociferationibus poſthabendos exiſtimat; is neſcit quid *diſtent æra lupinis*: & eſt cur indeſinenter à Deo flagitet: *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.*

Pſalm. 12.

REFUTATIO EORUM, QUÆ BENNO ET HÆRETICI GREGORIO VII. OBJECTANT.

D OBjiciunt; *Gregorium malis artibus ad ſedem Pontificiam aſcendiſſe; abſque Cardinalium ſuffragiis, inſcio Imperatore; Magum fuiſſe, imò & hæreticum, & mortalium omnium teterrimum.* Reſpondeo, hæc omnia hauſta eſſe ex lacunis & criminationibus Bennonis, contra quem ſtant quinquaginta iſti, quos produximus, teſtes. Quis non credat potiùs quinquaginta teſtibus, quàm uni, præſertim tam inſulſo, indocto & barbaro, qualis eſt iſte Benno, cujus ſcriptum Sectarij ne aſpicerent quidem, niſi mendaciorum & calumniarum in Pontifices incondita farrago eſſet. Nam quod Suclivius, Savvbrandus, & alii dictitant, H *hos omnes fuiſſe Pontificis adulatores, ac proinde fide indignos.* Reſpondeo; ſi iſti fide indigni, quia Pontificis & Pontificiæ cauſæ amici; fide indigniſſimus erit Benno, & tota colluvies hæreticorum Bennoni adhærens; qui palàm immaniſſimos Pontificum omnium, præſertim Gregorii VII. ſeſe profitentur hoſtes; odiúmque pluſquam humanum non in pectore abſconditum, ſed in ore, lingua & calamo promptum publicè circumferunt. Uter quolibet tandem in judicio, fide dignior habetur, apertus amicus & fautor: an capitalis hoſtis & oſor? Nam

quod

A quod ad conſenſum Imperatoris attinet; fuit
quidem electus Gregorius inſcio Imperatore,
rei neceſſitate celeritatem electionis efflagi-
tante: noluit tamen Gregorius confirmari,
inconſulto Henrico Rege, ùt ſuprà audivi-
mus: Quocirca mox legationem de ſua Ele-
ctione ad Henricum decrevit: tametſi, ut
minimè legatos ad Regem miſiſſet, culpari
haud poſſet, cùm totum iſtud jus, quod
Reges & Imperatores in electione & confir-
matione ſummi Pontificis ſibi vendicabant,
non fuerit jus, ſed injuria, ùt docet nomi-
natim S. Anſelmus contra Guibertum Anti-
papam: An non inter Epiſtolas Gregorii
VII. extat una Regis Henrici hoc titulo ad
Gregorium lib. 1. *Vigilantiſſimo & deſidera-*
B *tiſſimo Domno Papæ Gregorio Apoſtolica dignita-*
te cœlitus inſignito, Henricus Romanorum, Dei
gratia, Rex, debiti famulatus fideliſſimam ex-
hibitionem. Conſtat item teſtificatione plu-
rium Auctorum, quorum teſtimonia jam
audivimus, Henricum initiò electioni Gre-
gorii non contradixiſſe, donec poſtea à Gui-
berto, & à maleſuadis conſiliariis iterum in
præceps eſt actus. Idem teſtatur ea epiſto-
la, cujus inſcriptionem jam recitavimus.

Secundò objiciunt. *Henricum injuſtè à*
Gregorio communione fidelium ſubmotum fuiſſe.
At contrarium teſtantur omnes Auctores ſu-
prà adducti, & hanc objectionem ſatis ſu-
pérque refellit Bellarminus, etiam ex ipſis
Henrici fautoribus, qualis Abbas Urſper-
genſis & Aventinus; qui tyrannidem & ſce-
C lera Henrici minimè valuerunt diſſimulare:
quem his etiam coloribus depingit S. An-
ſelmus lib. 1. contra Guibertum: *Rex autem*
tuus ſine intermiſſione vendit Epiſcopatus ſuos,
edicta proponens, ut nullus habeatur Epiſcopus,
qui à clero electus, vel à populo fuerit expetitus,
niſi præceſſerit honor regius, quaſi ipſe ſit hujus o-
ſtij oſtiarius, de quo veritas dicit: (Joan. 10.)
huic oſtiarius aperit.

Longè adhuc expreſſioribus coloribus de-
pingit Henricum Bruno in commentario de
bello Saxonico. Inter cætera ita ſcribit:
Binas, vel ternas ſimul concubinas habebat: nec
his contentus, cujuscunque filiam, vel uxorem
juvenem, & formoſam audierat, ſi ſeduci non po-
terat, ſibi violenter adduci præcipiebat. Ali-
quando etiam ipſe uno, vel duobus comitatus, ubi
D *tales eſſe cognoverat, in nocte pergebat: & ali-*
quando voti ſui mali compos efficitur; aliquando
verò vix effugiebat, ne à parentibus amatæ, ſive
marito occideretur, &c.

Poſt enumerata in hoc genere dictu nefan-
da flagitia, ſubjicit: *Sed quia nefanda ſtupra,*
nefandiora generare ſolent homicidia, ſicut ille
non unam Bethſabe libidinoſus ſtupravit: ita non
unum Uriam crudelis interfecit. Tot enim in
homicidiis immania perpetravit facinora, ut du-
bium ſit, quæ major ſit ejus infamia, libidinis in-
ceſtæ, an crudelitatis immenſæ? Omnibus erat
horribiliter crudelis, ſed nullis ita, ut familia-
riſſimis ſuis. Qui omnium particeps erat ſecreto- E
rum ejus, & conſcius, vel adjutor flagitiorum,
ſive facinorum, dum ſecurus ſui de aliorum mor-
te tractanti favebat, coactus eſt mortem pati,
quam non timebat. Et hoc, pro qua culpa? quòd
unum contra ejus voluntatem dixit verbum, vel
tacens aliquod ejus conſilium ſibi non placere geſtu
quolibet oſtendit. Multos namque conſiliarios ha-
bebat; ſed nullus ei dare conſilium audebat, n. ſi
quod ipſi placeret. Si quis vel inſcius aliquid,
quod nollet, ei conſulebat, delictum, quod ig. o-
ranter egerat, ſui ſanguinis effuſione luebat. Nec
alicui ſuam demonſtrabat iram, donec incauto fa-
ceret auferri vitam.

Poſt plura hujus generis expoſita immania
facinora, ſubdit Bruno: *Omnibus his malis* F
hoc malum ſuperaddidit, quod ceteris omnibus
malis, & antiquis firmamentum, quo vigerent,
& novis, quo ſurgerent, initium dedit. Epi-
ſcopos enim non pro qualitate meritorum ſecundùm
Canonum decreta conſtituit, ſed, ſi quis majo-
rem pecuniam dedit, vel ipſe major ejus flagitio-
rum adulator extitit. hic dignior quolibet Epi-
ſcopatu fuit. Cumque alicui ſic Epiſcopatum
dediſſet, ſi ei alius plus daret, vel ejus magis
facinora laudaret, illum priorem, quaſi ſimo-
niacum fecit deponi, & iſtum ſecundum quaſi
ſanctum in eodem loco conſecrari. Unde conti-
git, ut multæ civitates in illis temporibus duos
Epiſcopos ſimul haberent, quorum neuter Epiſco-
pi vocabulo dignus eſſet. Babenbergenſem Epi-
ſcopatum tam rebus exteriùs divitem, quàm ſa-
pientibus perſonis intus venerabilem: cuidam G
mangoni dedit, imò pro inæſtimabili pecunia
vendidit: qui, melius ſciebat nummos monetæ
cujuslibet æſtimare, quàm textum cujuslibet li-
bri, ne dicam intelligere vel exponere, ſaltem
regulariter pronunciare, &c. Uno verbo,
omnes Epiſcopatus, Abbatias, Prælaturas,
totúmque Clerum ſibi & Gnathonibus ſuis
Henricus ſubjugaverat. En quale prodigium
iſte Henricus.

Tertiò objiciunt, *Gregorium fuiſſe Aucto-*
rem turbarum & ſanguinis effuſi, præſertim in
Saxonia. Hanc calumniam graviſſimè refel-
lit S. Anſelmus lib. 1. contra Guibertum.
Non adversùm nos clamat ſanguis Saxonum, ſed
contra vos cum univerſo mundo, qui ſceleris ve-
ſtri tabe inhorruit. clamat cœlum, clamat terra;
clamat omnis Eccleſia juſtorum, & quæ adhuc pe-
regrinatur, & quæ jam cum Chriſto regnat: cla- H
mat Chriſtus, clamat Pater pro ſponſa Filii ſui;
clamat Spiritus ſanctus, qui quotidie poſtulat pro
ea gemitibus inenarrabilibus. Vos ſiquidem
Eccleſiam laniatis, & ſcinditis, qui partem
veſtram ab ejus unitate præcidiſtis; eámque
crudeliùs gladio ſchiſmatis, quàm idololatriæ ſce-
lere in fruſta concidiſtis: ut jam non cum gra-
nis palea, ſed præciſa à vite in ignem projician-
tur ſarmenta. Vos enim Eccleſiæ Catholicæ,
quam invaſiſtis per totum regnum, quod quia in-
tus cecidit, foris diu ſtare non poterit; membra
diſtrahitis, & in ſervitutem redacta, quaſi vile

A *mancipium in veſtrum dominium redigitis, & divini juris libertatem veſtro obſequio mancipatis, dicentes: omnia Imperatoris juri eſſe ſubjecta: Epiſcopatus, Abbatias, omnes omnino Dei Eccleſias, cùm Dominus dicat; Eccleſiam meam; columbam meam; oves meas. Paulus dicit: nemo aſſumit ſibi honorem, niſi qui vocatus eſt à Deo tanquam Aaron. In parte tua, quis præficitur, niſi quem aut gratia exhauſto fœnore, vel munus à manu, vel munus à lingua, vel munus ab obſequio attraxerit? Quis moribus, quis honeſtate, quis vita integritate eligitur? Perſequendi ſunt itaque lupi, vitandi ſunt univerſi, qui ad hoc, ut hæretici fiant, promoventur; qui lepram Giezi cum divitiis poſſident, & malè quæſita mercede, non tam patrimonium facultatum, quàm theſaurum criminum congregârunt.*

B Quartò objiciunt. *Gregorium fuiſſe Hæreticum, & quidem Berengarianum*, hoc eſt, Sacramentarium. Ridiculè prorſus, ùt oſtendit Bellarminus, & patet ex Concilio Romano anno Chriſti M.LXXIX. à Gregorio celebrato, in quo Berengarius Catholicæ Fidei, ejurata hæreſi, profeſſionem edidit. Extat hæc Synodus lib. 6. epiſt. ipſius Gregorij, & Tomo III. Conciliorum nuperæ edit. Colon. Et quia ante Synodum Gregorius publicum jejunium indixerat; valdè in eum debacchatur Benno, quaſi in *tentatorem Dei, qui miraculum extraordinarium quæſiverit & expetierit:* quaſi verò antiqui moris & ritus Eccleſiaſtici non fuerit, ut C Concilia inchoentur præcedente jejunio. Nec ſine emolumento præmiſit Gregorius Concilio ſuo jejunium, cùm in eo veternoſus ſerpens Berengarius, inquit Cardinalis Baronius Annali undecimo, ſpectantibus, & audientibus omnibus, virus evomuerit hæreticæ pravitatis, confeſsúſque fuerit Catholicam Fidem. Sed &, quàm Gregorius certus aſſertor ſemper fuerit, in nullo hæſitans, veritatis, & certitudinis corporis, & ſanguinis Chriſti; cognoſcet lector ex ejus epiſtola 47. libro 1. ſcripta primo anno Pontificatûs ad Mathildem, qua hortatur eam, ut Sacramento ſacratiſſimæ Euchariſtiæ fre- D quenter utatur. Nos dignas Deo vindici veritatis gratias agimus, qui poſt naufragia, quibus quamplurimæ Gregorij Epiſtolæ periiſſe noſcuntur, eam integram voluerit conſervari, in teſtimonium integerrimæ ejuſdem Gregorij de veritate corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento confeſſionis: qua vel una obſtruatur os calumniantium ſchiſmaticorum. Qui igitur tam magnificè, tanta cum laude de Sacramento Euchariſtiæ ſenſit, ac ſcripſit, quàm diſpar eſt, ut fingi poſſit eodem ad vetitam divinationem abuſus, nec clandeſtino ſcelere, ſed palàm coram omnibus Cardinalibus?

Et hæc pro Defenſione Gregorij ſeptimi diſputata ſint. Quid enim cætera Bennonis mendacia redarguere attinet, quæ indu- E cto tanto teſtium numero; ita opprimuntur, ut caput nuſpiam attollere queant, niſi apud illos, quorum capita magis delectantur & ſaginantur mendaciis, quàm veritate; ex quibus etiam unus eſt Junius, qui clamat, *duos fuiſſe Bennones tempore Gregorij VII. alterum Epiſcopum Oſnaburgenſem: alterum Miſnenſem; & neutrum horum à Clemente III. Antipapa creatum eſſe.* Num dicit Bellarminus, aliquem ex his duobus fuiſſe Auctorem inſulſi illius & mendaciloqui ſcripti, quod nomen *Bennonis* Pſeudocardinalis præfert? An duo tantùm erant in orbe Bennones temporibus Henrici Regis, & Gregorij VII? Abſit autem, abſit, ut Benno Miſnenſis lib- F ri hujus parens exiſtimetur. Nimis injurioſa eſſet in virum ſanctum hæc exiſtimatio. Quem Gregorio VII. conſtanter adhæſiſſe litterarum monumentis proditum legimus; qui ipſi etiam Langio in Citizenſi Chronico *Vir Dei* nominatur.

Porro, ne quis cauſetur, me non quinquaginta, ſed tantummodo quadraginta novem teſtes pro innocentia Gregorij adduxiſſe, ſi fortè Bertoldus Conſtantienſis, & Bernaldus noſter ſunt unus & idem; ùt quidem nobis abſque dubitatione perſuademus: en alium tibi dabo, eúmque non unum, ſed multiplicem, nempe totum Monaſterium Hirſaugienſe: quod non modò conſtantiſſimè Gregorio ſemper adhæſit, ſed & ſcriptis defendit, ùt teſtatur Trithe- G mius in Chronico Hirſaugienſi, in Wilhelmo Abbate duodecimo, & in Gebhardo Abbate decimo tertio. Quod eorum in Sedem Apoſtolicam ardens ſtudium, excitavit Auctorem Apologiæ Henricianæ, ut in Monachos illos admodum ſtomachosè inveheretur, & epiſtolam quandam à quodam ex illis, contra Henricum & Guibertum Antipapam publicatam, refutandam in poſteriore Apologetici ſui parte ſuſciperet: quos initio his verbis inceſſit: *Igitur æmulatores, ſive autores ſchiſmatum, quæ dudum facta ſunt in Eccleſia pariter, & in Republica, extant præcipuè quidam, qui dicuntur monachi de Hirſaugia: ex quorum ſchola pervenit ad nos hæc, de qua tractamus, epiſtola; quæ contra Apoſtolicam* H *Sedem, & contra regiam poteſtatem eſt deſcripta: & inteſtinum illud bellum, quo in plures ſectas jam diu ſciſſus eſt ſingularis ille ordo monachorum, ecce pervenit ad publicum malum. Qui enim debuerant ſe continere intra ſolitudines monaſteriorum, egreſſi ſunt ultra terminos, & conſtitutiones Patrum, &c.* Scilicet ad commune incendium Eccleſiæ extinguendum non licebit Monachis, præcipuis Eccleſiæ filijs accurrere, ſed, manibus in ſinum abditis, otioſi ſpectatores adſtabunt, & ſchiſmaticos incendiarios omnia rapere & diripere ſinent, nec vel verbulo contrà mutient; alioqui profeſſionis monaſticæ violatæ rei erunt.

Nec

A Nec videtur hæc epiſtola Hirſavvgienſis illa eſſe, quæ exſtat apud Dodechinum ſcripta à Stephano Halberſtadienſi Epiſcopo, antea Monacho Hirſavvgienſi, ad Walramum non Epiſcopum Magdeburgenſem, ùt vitioſè ſcribitur apud Dodechinum, ſed Naumburgenſem, ùt habet Trithemius in Chronico Hirſavvgienſi, quandoquidem verba, quæ Auctor Apologetici ex epiſtola Hirſaugienſi recitat, non reperiuntur in epiſtola apud Dodechinum; quæ non ſub Stephani, ſed ſub Ludovici Comitis nomine ad Walramum miſſa fuit. Et Auctor epiſtolæ Hirſavvgienſis in eadem epiſtola plura contra Guibertum ſeſe ſcripſiſſe
B affirmant, illis verbis, quæ exſtat apud Apologeten Henricianum. *In libello, quem fecimus tibi ſcribi, optimè ad omnia reſpondetur hìs, quæ in Wigberti* (Antipapæ) *epiſtola invenis. Sed quis ſit, ad quem ſcribat*, inquit Apologetes, *textus ſcripturæ non indicat:* Freherus, qui nuper poſt Huttenum Henricianam Apologiam edidit: notat eſſe Walramum, & probat ex Trithemio in Chronico Hirſavvgienſi. Sed Trithemius loquitur de epiſtola Stephani Halberſtattenſis, quæ diverſa eſt ab iſta, quam refellit Apologia Henriciana. Et præterea hæc expreſſè Walrami vel Waltrami nomen adjunctum habet, ùt & ejus, qui epiſtolam mittebat, nempe Ludovici Comitis, tametſi Stephanus eam compoſuiſſet. At epiſtola, quam refellit Apologia Henriciana, anonyma erat; *cùm nec*
C *proprii nominis*, inquit Apologia, *nec ejus, ad quem ſcribitur epiſtola, vocabuli mentionem aliquam ſcriptor fecerit, qui etiam in exordio epiſtolæ dicit, quòd ſalutationem ei præfigere nolit:* quia videlicet ſcribebat ad ſchiſmaticum & excommunicatum, cui ex Apoſtolico mandato, ne *Ave* quidem dicere fas eſt.

Tom. I. ſcriptorum Germanicorum.

Obſervandum eſt autem, hanc Apologiam pro Henrico editam fuiſſe octavo anno poſt Gregorii VII. ex hac vita exceſſum, ita enim Auctor: *Nunc autem aliter inſtituta Mathilla, poſt octavum quoque annum, quo defunctus eſt Hildebrandus familiaris ejus, defendit*
D *proniſſimè contra Sedem Apoſtolicam* (imò contra Guibertum Antipapam) *& contra imperatorem partem ipſius.* Et meritò; neque enim par erat, ut mortuo Gregorio, intermoreretur quoque pietatis & juſtitiæ patrocinium.

Refellit autem Auctor in priore parte Apologetici, ex inſtituto litteras Gregorii VII. non illas, *ad omnes Epiſcopos, Duces, Comites, caeteróſque fideles in regno Teutonico Chriſtianam fidem defendentes*, ùt putat Freherus, ſed alias ad Hermannum Epiſcopum Metenſem, quæ, ùt & priores, exſtant apud Brunonem in Hiſtoria de bello Saxonico. Auctorem Apologiæ pro Henrico, ſuſpicatur in Catalogo Teſtium, Illyricus eſſe *Walramum* ſeu *Waltramum*, Naumburgenſem Epi- E
ſcopum: alii *Venericum Vercellenſem* Antiſtitem, de quo hæc Bernaldus in Chronico anno M. LXXVII. *Vercellenſis quoque Epiſcopus, depoſiti Regis Cancellarius, cum omnibus ſuis ſequacibus, colloquium generale circa Kalendas Maij in Runcalibus condixit, ut ſi aliquo modo poſſet, Gregorium Papam deponeret; ſed ipſe ad eundem terminum abſque Eccleſiaſtica communione, vitam ſimul & Epiſcopatum heu miſerabiliter depoſuit, quo ille Papam nefaria præſumptione ſtatuit deponere.* Sed de Auctore Apologiæ Henricianæ res incerta eſt. Certum illud, non eſſe *Venericum*, cùm Auctor Apo- F
logiæ Henricianæ multis annis ultra annum M. LXXVII. ſupervixerit, ùt patet ex ipſa Apologia.

Pulſat animum meum neſcio quæ ſuſpicio de Sigeberto. Teſtatur enim ipſemet in Catalogo de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. *Se validis Patrum argumentis reſpondiſſe epiſtolæ Hildebrandi Papæ, quam ſcripſit ad Hermannum Metenſem Epiſcopum.* Hæc certè Apologia Patrum teſtimoniis, tametſi in pravum ſenſum detortis, referta eſt, & in priore parte epiſtolam ad Herimannum, ex profeſſo refellere tentat; & Auctor non eſt unus ex trivio: lacertos habet.

Nec obſtat, quòd poſtea Monachi cujuſ- G
dam Hirſavvgienſis epiſtolam contra Guibertum confutare aggreditur, Monachóſque reprehendit, quaſi ſe contra profeſſionem ſuam Reipublicæ negotiis immiſceant; ex quo colligi videtur, Auctorem Henricianæ Apologiæ non fuiſſe *Monachum*; qualis Sigebertus: Non obſtat hoc, inquam, quia ſchiſma etiam fratres à fratribus & profeſſores ejuſdem inſtituti animis ſcjunxerat; & in Hirſavvgienſes propter conſtantiam in unitate Catholica omnium ſchiſmaticorum corda potiſſimùm exulcerata erant. Et Auctor iſte eas fortè leges aliis præſcripſit, quas ipſemet non obſervavit. Certè vita Monaſtica non prohibet, quò minùs quis, qui eruditione H
præſtat, veritatis patrocinium per librorum ſcriptionem ſuſcipiat: quod factum à Monachis Hirſavvgienſibus, quantumvis ſchiſmatici fremerent ac ringerentur. Edidit Sigebertus libros adversùs Gregorium VII. Et Paſchalem II. Et Apologiam ad Henricum IV. *contra eos, qui calumniantur Miſſas Sacerdotum uxoratorum.* Et nefas ſcilicet fuerat Monachis Hirſavvgienſibus, ut pro legitimo Pontifice contra Guibertum, intruſum lupum, ſtylum ſtringerent.

Accedit denique, quòd Auctor Apologiæ Henricianæ de S. Benedicto ubique admodum honorificè loquitur, ut Benedictini inſtituti Sectatorem agnoſcere poſſis. Sed hæc de hoc Auctore non niſi ſuſpicionem eſſe volo, donec certiora indagem.

Illud

A Illud diligenter advertendum, cùm non
modò hæc Apologia pro Henrico, ſed &
vita Henrici IV. compoſita ab Auctore ſyn-
chrono ſeu coævo, exſtet; vulgata à Rei-
neccio cum ſuo Bennone, item à Juſto Reu-
bero, & ab Urſtiſio, & ab aliis ſectariis, qui
hujuſmodi ſcripta legentes mel Atticum ſibi
lingere videntur; nihil tamen immanium
illorum ſcelerum, quæ à Bennone Gregorio
affinguntur & impinguntur, in his chartis
reperitur. Qua de cauſa, niſi quia verè
Gregorio tribui non poterant? Itaque cùm
modeſtiore fronte, quàm Benno, eſſent, re-
ligioni habuerunt, tam horribilia crimina
B monumentis ſuis intexere: non omiſſuri ea,
ſi quæ veriſimilitudinis ſpecie Gregorio ob-
jici potuiſſent.

Refert Lambertus, Hugonem cognomen-
to Blancum, unum ex Cardinalibus, quem
ante paucos dies Gregorius VII. *propter inep-
tiam ſuam & mores inconditos de ſtatione ſua re-
moverat*, veniſſe ad conventiculum Wor-
macienſe M. LXXVI. *& ſecum detuliſſe de vi-
ta & inſtitutione Papæ ſcenicis figmentis conſimi-
lem tragœdiam, ſcilicet, unde oriundus, quali-
ter ab ineunte ætate converſatus, quàm perverſo
ordine Sedem Apoſtolicam occupârit, quæ ante E-* C
*piſcopatum, quæ poſt acceptum Epiſcopatum me-
moratu quoque incredibilia flagitia commiſerit.*
Non ingratus accidit conventiculo tanti ca-
lumniatoris adventus. *Hujus enim auctorita-
tem*, inquit Lambertus, *tanquam divinitus
ſibi deſtinatam gratiſſimè amplexati & promptiſ-
ſimè ſecuti, ſententiam promulgârunt; quòd Papa
eſſe non poſſit*, &c. *qui tantis vitam probris ac
criminibus commaculaverit.* Videtur autem
iſte criminationum cento vel ipſe Bennonis
commentarius verè commentitius, vel ma-
teries ejus fuiſſe, ex qua poſtmodum Benno D
farraginem ſuam impolitiſſimam & rudiſſi-
mam inconcinnè prorſus concinnârit; quæ
hodiernis ſectariis non minùs jucunda venit,
ac Wormacienſi Synedrio ſtrues illa lœdoria-
rum Hugonis Blanci; quem ambitio, & ſpe-
rati Pontificatûs repulſa in præceps egit.

Hactenus de Gregorio VII. cui in Marty-
rologio Romano hoc elogium ponitur XXV.
Maij. *Salerni depoſitio Beati Gregorii Papæ ſep-
timi, Eccleſiaſticæ libertatis propugna-
toris ac defenſoris acer-
rimi.*

GREGO-

GREGORII VII.
PONTIFICIS MAXIMI,
VITA, ELECTIO,
RES GESTÆ.

Ex

LIBRO IV. ONUPHRII PANVINI
DE VARIA CREATIONE
ROMANI PONTIFICIS.

Quæ nunc primùm
EX BIBLIOTHECA BAVARICA
IN LUCEM PRODUNTUR.

Digitized by Google

LECTORI.

PAucis te, Chriſtiane Lector, monitum volo, Onuphrium, dum Sigeberti, Urſpergenſis & Aventini veſtigia nimis properè ſequitur, à recta linea aliquando excidiſſe; ùt contingere ſolet iis, qui duces ſchismaticos, qualis fuit Sigebertus, vel alioqui parùm ſanæ fidei & doctrinæ ſcriptores, qualis Aventinus; absque accurato ſingulorum, quæ afferunt, examine; ſibi deligunt. Sed habes, cujus filo ductus, à vero nunquam avius abeas, Illuſtriſſimum Cardinalem Baronium, Annali undecimo, qui ab Anno M. LXXIII. uſque ad annum M.LXXXV. vitam & res geſtas Gregorij VII. copiosè & fideliter perſequitur. Ex quo etiam notulas ad hanc Onuphrianam commentationem attexuimus.

Divinitus autem accidiſſe reor, ut dum ſectarij turmatim hujus Pòntificis nomen & decus oppreſſum eunt; confictis & congeſtis in eum immenſis calumniarum ſtruicibus partim novis, partim antiquis; alij è contra ex Orthodoxis exiſterent, qui perditis conatibus ſeſe opponerent, & magnanimi Pontificis gloriam à nebulis tenebrionum vindicarent; quorum pro optimo Pontifice ſtudium nos itidem imitari voluimus.

Porro ad reliquos Gregorij VII. criminatores acceſſit his diebus liber poſthumus Witackeri, qui in Controverſia de ſummo Pontifice Quæſt. 6. ſibi temperare non potuit, quò minùs ipſe etiam virulenti ſui ſtyli & calami ſpicula in hunc Pontificem vibraret. Sed qualia? ùt trivialia, ſic & obtuſa; quippe ex Bennonis & Sigeberti pharetris deprompta; quorum alter juratus; alter juratiſſimus Gregorii hoſtis fuit. Riſi cùm Witackerus Bennonem *virum doctum* nominat. Quî doctus ille, cujus totus commentarius nil aliud eſt, quàm inſcitia & mania? cujus ſtylus eſt unus quidam perennis barbariſmus & ſolœciſmus? Nimirum judicio ſectariorum *doctus* eſt, quisquis projectè calumnias in Papam fundit, licèt id faciat inſulſiſſimè & inſcitiſſimè; ùt fecit ille Benno: cui tantum ingenii non ſuppetebat, ut aptè & aſtutè calumniari poſſet. Ejusdem farinæ ſunt reliqui Witackeriani teſtes; ùt conciliabulum Brixienſe; Aventinus, & clerici apud Lambertum & Nauclerum. qui cùm ſcortationi & ſimoniæ ſuæ, aliisque ſceleribus à Gregorio fibulam imponi ægrè ferrent; conviciis in eum debacchari inſtiterunt, ùt plerumque fieri aſſolet, cùm quis alicui illud, quod efflictim deperit, eripere tentat. Illud concoquere nequit Witackerus, quòd Papa, Henricum abſolutionem ab excommunicatione ſuppliciter poſtulantem depoſitis ad Papæ palatium imperatoriis inſignibus, nudis pedibus, cùm omnia gelu rigeſcerent, non niſi poſt tridui ſpatium admiſit & exaudivit. *Quæ hæc Luciferiana ſuperbia erat;* vociferatur Witackerus. *Hiccine vir bonus? Diabolum certè ipſum hac in re malitiâ & ſuperbia vicit.* Minimè verò, ô Calviniſta. Pertinax morbus acrem deſiderabat medicinam: Et piaculum ſchiſmatis tanto cum diſpendio

Impe-

Imperii commiſſum, duriore pœna expiandum fuit, & verſatilis ac inconſtans Henrici animus explorandus, num ſeriò de meliore fruge cogitaret. Nudis pedibus & depoſito omni corporis cultu, veſtibúſque ad luctum & mœrorem idoneis, pœnitentiam agere; offensíque gratiam, & amicitiam poſtulare, in Eccleſiaſtico foro perquam uſitatum fuit; Eſt cùm & in civili.

Audi Calviniſta, quid ipſe Henricus non erga unum, ſed plurimos Saxoniæ Principes egerit, cùm in gratiam Henrici recipi vellent; Nec mea hîc adhibebo verba, ſed Lutherani Fabricij lib. 3. Originum Saxonicarum: *Planicies ibi latè patens fuit, quam Spiraugiam nominant: in qua Rex in ſolio ſuo, auro, purpuráque fulgens, ſolenniter aſſedit: quem exercitus ad ſpectaculum diſpoſitus, circumſtetit, relicto per medium ſpacio, quo prætereuntes Saxonum Duces, atque Antiſtites omnibus conſpicui eſſent. Incedebant habitu lugubri Præſules, Uvezelo Magdeburgius, Bucco Halberſtadius, Benno Miſnenſis, Uvernerus Merſpurgius. Inter Duces erant Otho Gotingenſis, Bavariæ exul, Magnus Elector Saxoniæ, Hermannus patruus ejus Saxoniæ Comes, Fridericus Saxoniæ Palatinus, Ditericus Comes Catelnburgi, Albertus Turingiæ; Comites item, Rudigerus, Sizzo, Beringarius, Berno, & alii quinque, ut Siffridus: ſed, eorum cognomenta expreſſa non ſunt. Eos hominum generoſorum, ingenuorum, nobilium magna ſequebantur agmina. In conſpectum Regis venientes, ad ejus pedes ſordidati provolvuntur; qui eos jacere tam diu paſſus eſt, donec ipſorum miſeriâ animum, atque vultum ſuum explevisset.*

Hæc Lutheranus Fabricius de Henrico, qui contra fidem datam omnes iſtos ſibi ſupplices Principes conjecit in vincula; & à ſe mutuò disjunctos, in varias provincias ſedulò cuſtodiendos ablegavit. Nec fortè unquam evaſiſſent, ſi Henrico omnia ex animi ſententia ſucceſſiſſent. Quæro, quis durior fuerit in ſupplices; Henricus an Gregorius? Hic, Henricum poſt tridui, qualem qualem, ſubmiſſionem; nec certè ſpernendam, ſi ſeria; aut ſi tum ſeria fuit; ſi conſtans fuiſſet, abſolvit. At Henricus tot Principes, qui ultro ſe dediderant, eo ſolùm conſilio, ne Chriſtianus ſanguis ampliùs effunderetur, contra pacta conventa in carcerem compegit, & indignè prorſus habuit; & niſi metus majoris mali obſtitiſſet, neci dediſſet, præſertim Burchardum Halberſtatenſem Præſulem, quem peſſimis modis oderat. Sed nunc, miſſo Witackero, Onuphrium audiamus.

GREGORII PAPÆ VII. VITA, ELECTIO, RES GESTÆ, ET CONSTITUTIONES CIRCA NOVAM ROMANI PONTIFICIS ELECTIONEM.

A COMITIA, quibus Gregorius Papa VII. renunciatus eſt, &, quæ circa electionem conſtituerit, deſcripturo, quàm vir maximè memorabilis, & Romanæ Eccleſiæ perneceſſarius fuerit, non alienum ab inſtituto noſtro erit, pauca quædam repetere, quæ de eo in Leonis Papæ IX. renunciatione dixi, & alia poſtmodum addere, quibus, quiſnam vir ille ante Pontificatum fuerit, & qua occaſione tot, tantáque memoratu digna contra Imperatorem Henricum IV. pro libertate Eccleſiaſtica geſſerit, intelligatur.

B Gregorius igitur VII. Hildebrandus antea vocatus, fuit natione Tuſcus, patria Soanenſis, & nobili genere ortus, ex ea ſcilicet familia, quæ poſtea ab eo *Hildebrandina*, ſive de Pitiliano (cujus oppidi princeps aliquando fuit) appellata eſt. Patrem ipſe habuit nomine Bonitium virum ſtrenuum. Adoleſcens altæ indolis factus, ad Imperatoris curiam, ubi valdè profecit, ſe contulit. Inde invidiâ ob virtutem contractâ, ceſſit multorum furori, ſe in religionem recludens. Monaſticam enim vitam in cœnobio Cluniacenſi, viris ſanctiſſimis per ea tempora refertiſſimo, ſub Odilone Abbate profeſſus eſt.

C Sunt, qui dicant, eum infimo, ac penè ſordido loco natum, fabríque lignarii filium fuiſſe, atque adhuc puerum ad aulam Imperialem profectum in Cæſaris Chunradi, & ejus filii Henrici III. curia adoleviſſe. De quo comminiſcitur neſcio quis fabulator inconcinnas fabellas: quòd cùm filius eſſet fabri lignarii, ex ſarmentis ordine compoſitis inſcium ipſum has litteras ordine conſeruiſſe, quibus adſtans homo literatus legerit, ex ea compoſitione ſcandularum; *dominabor à mari* D *uſque ad mare*: Vel, ùt alii dicunt, ſpiritu Prophetico magis ductus, quàm inſtructus, monſtraverit, ſe futurum Dominum à mari uſque ad mare. Inde conjectans vir ille literatus divinum aliquid in puero, ſuaſit patri, ut eum literis traderet: traditus, ita profecit, ut in Cancellariam Imperatoris pervenerit: * ubi ſomnio admonitus Imperator de eodem tum ſcriniario ſuo, quòd cornua videretur habere, quibus filium ejus contereret; hominem in vincula conjeciſſe: ſed ab E Imperatrice Hagnete vinculis liberatum, Cluniacenſe monaſterium petiiſſe, indéque profeciſſe primùm in Subdiaconum, deinde in Cardinalem, noviſſimè in Gregorium Papam VII. Sed ego leviſſimum hominem ridendum dico. Satis tamen conſtat, eum ex aula Imperiali ad cœnobium Cluniacenſe profectum: in quo, cùm vir evaſiſſet, rebus gerendis maximè idoneus, atque admodum ſagax, & prudens ab omnibus exiſtimaretur: Romam ab eodem Abbate ſuo miſſus eſt, ut F monaſterii, & Congregationis Cluniacenſis negocia apud Apoſtolicam ſedem percuraret. Diu autem in monaſterio ejuſdem congregationis ſanctorum Laurentii, & Stephani extra muros Urbis laudabiliter vitam tranſegit Benedicto * IX. Rom. Pontifice, quo tempore maxima familiaritate uſus eſt Joannis Gratiani S. R. E. Cardinalis, & Archipresbyteri S. Joannis ante portam Latinam, qui poſtea Romanus Pontifex tribus ſchiſmaticis abdicantibus, factus, * Gregorius VI. appellatus eſt. Hic Hildebrandum jam monachum, propter ejus ſuaviſſimos mores, prudentiam, atque admirabilem doctrinam, maximè diligebat. Eo autem in Concilio * Sutrii congregato, ex auctoritate Henrici Imperatoris III. Pontificatu privato, ejus non immemor amicitiæ, & beneficiorum, ipſum ſecutus eſt uſque ad ſuum G Cluniacenſe monaſterium, quò ab Imperatore Henrico, vitandi ſchiſmatis cauſa, relegatus fuerat, ubi non longè pòſt, Gregorius ipſe animi dolore confectus diem clauſit extremum.

Ita Baron. Ann. 1073. Num. 16.

* De hoc ſomnio nil Baronius; fabulam reſipit, ùt rectè judicat Onuphrius.

* Iniit Benedictus Pontificatum Anno 1040.

* Electus Anno 1044.

* Vide Baron. 1046.

Contigit verò, ut eodem anno Prior cœnobii Cluniacenſis, quæ ſecunda poſt Abbatem dignitas eſt, moreretur. Quare ſtatim H ab Abbate, ex Monachorum conſenſu, magiſtratus ille, Hildebrando demandatus eſt. * Quo tempore Brunonem, Romanum Pontificem electum Cluniaco, vel per Biſuntium tranſire contigit: quem, clam conventum, zelo honoris Dei plenus Hildebrandus conſtantiſſimè de ipſa novitate redarguit, inconveniens omninò eſſe dicens, & contra ſan-

* Lege Baron. Anno 1049.

A ſanctorumPatrum inſtituta, à manu laica maximum Chriſtiani orbis Pontificem ad totius Eccleſiæ regimen vi immitti: verùm, ſi ſuis conſiliis acquieſcere vellet, ſe utrumque pollicetur effecturum, & quòd Imperatoris indignationem propterea non incurreret, quódque libertas Eccleſiaſtica in legitima, juſtâque Pontificis ordinatione illæſa conſervatâque maneret. Cujus monitis vir pius, & ſanctus humiliter parens, purpuream veſtem ſtatim, & alia Pontificalia indumenta depoſuit; peregrinique habitu ſuſcepto, ſecum ipſum Hildebrandum monachum, qui ſalubre conſilium ſibi dederat, comitem aſſumpſit, & cœptum iter Romam verſus cum legatis Romanis, & aliis comitibus Epiſcopis arripuit. Romæ honorificentiſſimè ſuſceptus, altero poſt adventum ſuum die, congregatis in Baſilica S. Petri Cardinalibus, clero, ſenatu, populóque Romano, cos his verbis ab Hildebrando inſtructus allocutus eſt.

B *Fratres, & amici in Chriſto mihi chariſſimi, legatione veſtra cognita, ad Imperatorem profectus ſum, ut voluntatem, & propoſitum ſuum requirerem: non, ut ab eo Romanus Pontifex eligerer:* * *quem ſcio nihil juris in hujuſmodi electione habere: ſed eam ad vos liberè pertinere. Hunc autem non ob aliam cauſam veni, quàm ut Apoſtolorum limina viſitarem. Et quoniam hæc Apoſtolica ſedes; jam diu paſtore vacavit, eam ampliùs ſic manere non expedit. Quapropter vos omnes hortor, & moneo, ut nulla interpoſitâ morâ, idoneum vobis quamprimùm eligatis paſto-* C *rem, & Epiſcopum.* Statim autem Hildebrandi conſilio ab omnibus Epiſcopis Cardinalibus, cæteriſque nobilibus ei reſponſum eſt: te unum, & non alium volumus, atque in Romanum Pontificem eligimus. Túncque Archidiaconus S. R. E. more majorum clamavit: *Brunonem Epiſcopum B. Petrus elegit.* Dúmque omnis clerus, & populus hoc ipſum conclamaret, ſtatim ab omnibus raptus in Pontificali ſolio collocatus eſt; conſecratus eſt autem Pontifex ab Epiſcopis Cardinalibus, & diademate S. R. E. redimitus Romæ in baſilica S. Petri in Vaticano aſtantibus clero, & populo die Dominica prima Quadrageſimæ pridie idus Februarii, anno Domini M. LIX. Leóque IX. appellatus eſt. Sedit autem in Apoſtolica ſede annos V. menſes II. dies VIII.

* *Nihil juris habet Imperator in Electione Pontificis.*

D Conſecratus igitur Pontifex, ipſum Hildebrandum monachum, cujus ſano conſilio hæc omnia facta fuerant, ſubdiaconum Cardinalem, cuſtodem altaris S. Petri Apoſtoli S. R. E. Oeconomum, atque Abbatem monaſterii S. Pauli extra muros Urbis via Oſtienſi creavit: cujus poſtea conſiliis, & auctoritate in omnibus totum ferè Pontificatus ſui tempus tranſegit. Ab eo enim admonitus, beatus Pontifex, inter alia multa, quæ fecit, Synodum quoque celebravit, in qua pleraque contra uxoratos ſacerdotes, & E Simoniacos Epiſcopos decreta ſtatuta ſunt.

Eo verò mortuo, Hildebrandus Subdiaconus à clero, ſenatu, populóque Romano legatus ad Imperatorem miſſus eſt, ut novum ab ipſo Pontificem poſtularet: à quo cùm * Gebehardus Epiſcopus Aichſtatenſis electus, Victórque II. appellatus eſſet; eum Romam conſecrandum adduxit: apud quem etiam plurimum, ùt & apud Leonem IX. in omnibus valuit, erat enim vir rerum gerendarum peritia valdè clarus: cui etiam maximam religionem, vitæque obſervantiam adjunxerat.

* *Lege Baron. Anno 1054. & 1055.*

Poſt obitum Victoris II. dignus Romano F Pontificatu adhuc Subdiaconus exiſtimatus eſt. Verùm cùm ei Stephanus Papa * IX. prælatus, Romanus Pontifex creatus eſſet, apud eum quoque in maxima auctoritate fuit; à quo Simoniaca labe Italiam, & Galliam pervagante, * Apoſtolicæ ſedis Legatus miſſus eſt in Gallias cum quibuſdam Epiſcopis, ut Synodo, quam contra Prælatos Simoniacos Lugduni congregare juſſerat, Apoſtolica vice præſideret. In qua Synodo maximè Hildebrandi virtus enituit, & religio. Reſidentibus enim omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus in Concilio: Archiepiſcopus quidam vir litteratus, & eloquens, quòd Epiſcopatum emiſſet, G accuſatus eſt. Qui, omnibus accuſatoribus ſuis profuſa largitione corruptis, in Synodum alia die reverſus, magna cum audacia dixit. Ubinam ſunt accuſatores mei? Surgant in publicum contra me: modò prodeant. Cunctis autem tacentibus, Hildebrandus ſurgens, & ſe ad illum convertens; *Credis*, inquit, *Archiepiſcope Spiritum ſanctum ejuſdem eſſe cum patre, filióque ſubſtantiæ, & divinitatis?* Cui, ſe credere reſpondenti, dixit; Dic: *gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.* Cúmque Archiepiſcopus verſiculum inchoâſſet, *Gloria; & Patri, & Filio* expeditè dicebat: ſed, *Spiritus ſancti* vocem nulla ratione proferre unquam potuit. Cúmque frequenter re- H peteret, & nihil proficeret, cognoſcens ſe divino judicio convictum, ad legati pedes ſe projiciens, errorem ſuum per ordinem confeſſus eſt. cùm verò omnium judicio ſtatim Epiſcopali munere mulctatus eſſet; *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*; libera voce, & expedita decantavit. quod factum reliquos Prælatos Simoniacos adeò perterruit, ut XVII. ex his ſe Simoniacos fuiſſe confeſſi ſint, & Epiſcopatibus, quos emerant, abdicaverint.

* *X. Vide Baron. Anno 1058.*

* *Hæc acciderunt ſub Victore II. Bar. Anno 1055. num. 15. & ſeqq.*

Celebrata Synodo, & Eccleſiaſticis negociis magna cum providentia ordinatis, ad Urbem reverſus eſt. Tunc à Papa * Stephano IX. poſt ſolenne Sacramentum, de quo in ejus vita mentionem fecimus, ei ab omnibus Epiſcopis, & Cardinalibus præſtitum, de

* *Bar. Anno 1058. qui rem aliter ex Leone Oſtienſ. refert.*

Digitized by Google

A de non eligendo Romano Pontifice, ſi ſe mori contigiſſet, donec Hildebrandus, qui tunc ad Imperatorem ſuper hoc negotio mittebatur, rediiſſet, Apoſtolicæ ſedis legatus ad Imperatorem, & ejus filium adoleſcentem Henricum IV. miſſus eſt.

Cùm autem audita Stephani IX. morte rediiſſet, Benedicto X. qui poſt eum Apoſtolicam ſedem invaſerat, ejus auctoritate abrogato, * Nicolaus II. Pontifex maximus renunciatus eſt: qui beneficii memor; quòd enim Pontifex Romanus eſſet, illi acceptum referebat, ipſum poſt Mincium, S. R. E. Archidiaconum creavit. Apud Nicolaum ipſum tanta gratia, & autoritate valuit, ut nihil eo inconſulto unquam Pontifex decreverit.

* *Bar. Anno 1058. & 1059.*

Quo mortuo, Eccleſiaſticæ libertatis anxius, Romani Pontificis electionem, ex manu Imperatorum eripere jam aſpirans, maximus auctor fuit, B ut in electione Romani Pontificis Eccleſia Romana libertatem ſuam jam diu in electione ſuorum Pontificum amiſſam recuperare inceperit. Cadolo enim Parmenſi Epiſcopo, qui ab Imperatore electus fuerat, abrogato, * Anſelmum Epiſcopum Lucenſem Romæ liberis Cardinalium ſuffragiis eligi procuravit: ejúsque jam electi, & conſecrari partes quàm maximè tutatus eſt. Et ipſius tandem opera effectum eſt, ut * Cadolus ipſe, qui armata manu bis Romam venerat: ſedem B. Petri occupaturus, bis armis auxilio Ducis Gotefridi repreſſus ſit, atque Urbe fugatus: & demum in Concilio Mantuæ, ob eam cauſam congregato, Pontificatus ei ex Synodi ſententia abrogatus fuerit, ordinatione Alexandri II. Papæ approbata, tanquam quæ legitimis C ſuffragiis facta fuiſſet; Alexandro verò II. patrimonium B. Petri in Campania, quod Nortmanni occupaverant, accito Duce Gotefrido, cum ejuſdem, & Mathildis Comitiſſæ exercitibus, fugatis Nortmannis, recuperavit.

* *Bar. Anno 1061.*

* *Aliis Cadaloas.*

Alexandro demum Laterani vita functo, die obitûs ejus, cùm eſſet in ſacris literis eruditiſſimus, & in Romana Eccleſia, tot Pontificum ſuperiorum tempore, omni virtutum genere celeberrimus, omnium Cardinalium, & cleri, populíque Romani ſuffragiis ingenti gaudio, & ſumma', concordíque omnium voluntate Pontifex maximus renunciatus eſt, nullo Imperatoris conſen- D ſu, aut voluntate exſpectatis. * Ex qua re ſchiſma poſtea graviſſimum exortum eſt: occaſione accepta, quòd abſque Imperatoris conſenſu per electionem tantùm cleri Romani conſtitutus fuerit. Ipſe autem, qui multo tempore ad libertatem Eccleſiaſticam obtinendam, jam inde à Gregorij Papæ VI. abrogatione privatus laboraverat; jam ad Pontificatum promotus, à cœpto deſiſtere, indignum ducens, tam ob hanc rem, quàm pro Simonia extirpanda, & clericorum inconE tinentià reprimenda, plurimum deſudabat. Denique, non ſolùm Imperatorem, pro ejusmodi rebus ad Synodalia reſponſa crebrò vocavit: ſed etiam, editis decretis, clericorum à ſubdiaconatu ad Epiſcopatum connubia, in toto orbe Romano prohibuit; formáque gregis factus, quod verbo docuit, exemplo demonſtravit: ac fortis per omnia athleta murum ſe pro domo Domini ponere non expavit.

Bar. Anno 1073.

* *Hæc non fuit vera cauſa ſchiſmatis, ſed obſtinatio Henrici, qui initio electionem Gregorii ratam habuit.*

Igitur anno Domini M.LXXIII. mortuo Papa Alexandro II. eóque in Lateranenſi Baſilica honorificè ſepulto, eôdem ejus obitûs, & ſepulturæ die, videlicet X. Kal. Maji, dum adhue eſſet in ejus * obſequiis Hildebrandus Archidiaconus occupatus; repentè factus eſt in ipſa Eccleſia maximus cleri, & F populi Romani concurſus clamantium & dicentium; *Hildebrandum Archidiaconum S. Petrus elegit.* Quod audiens ipſe Archidiaconus, quàm maximè timuit; multa veritus, (erat enim Vir prudentiſſimus) quæ in hujuſmodi tumultuariis electionibus incommoda evenire ſolent. Ad pulpitum igitur, quod erat in media Eccleſia Lateranenſi, currens, populum ipſum alloqui, & ſedare volebat: &, ut ab hac deſiſterent novitate, monere atque adhortari; quippe, quæ contra Canones; qui jubent, ne ante diem tertium ab obitu paſtoris novus Pontifex eligeretur; & contra conſuetudinem, quæ per ea tempora uſurpabatur, inconſulto videlicet Imperatore, in novi Romani Pontificis electione; erat: quod, cùm præ G tumultu, & populi furentis celeritate facere non poſſet; (ſuadente maximè * Hugone Blanco Tridentino tituli S. Clementis Cardinale, Archipresbytero S. R. E. qui, ubi omnium vota in eundem Hildebrandum directa eſſe cognovit, ab incepto deſtitit, ut Archidiaconi electionem impediret, & Pontificatum Romanum, quem maximè ambierat, peteret) vi raptus, atque ad Titulum S. Petri ad Vincula, qui dicitur Eudoxiæ, deductus; ibidem ipſo die, ex monacho, & S. Romanæ Eccleſiæ Archidiacono, à Cardinalibus, clero, ſenatu, populóque Romano, in Papæ Alexandri locum ſummo omnium conſenſu Romanus Pontifex, contra illius temporis conſuetudinem, Imperatore inconſulto, nulláque ejus, aut Germaniæ Epiſcoporum, & Principum interpoſita, aut exſpectata auctorita- H te, renunciatus eſt. Sedit autem in Apoſtolica Sede Imperatore Cæſare Henrico IV. Auguſto, annos XII. menſem unum, & dies tres. Qua ratione autem fuerit creatus, & quantæ vir tunc in Romana Eccleſia exiſtimationis fuerit, ſubjicere placet, ex ejus electionis forma, quæ in libro regiſtri ejus annotata eſt in hunc modum:

* *f. Exequiis.*

* *Qui poſtea à Gregorio ad ſchiſmaticos deſcivit.*

Reg-

A *Regnante Domino noſtro JESU Chriſto, Anno clementiſſimæ ejus Incarnationis M. LXXIII. Indictione & Luna XI. X. Kal. Maji, feria II. die obitûs & ſepulturæ Domini Alexandri bonæ memoriæ Papæ II. ne Sedes Apoſtolica diu lugeat proprio deſtituta paſtore, congregati in Baſilica S. Petri ad vincula, nos ſanctæ, Romanæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Cardinales, clerici, acolyti, ſubdiaconi, Diaconi, & presbyteri, præſentibus venerabilibus Epiſcopis, & Abbatibus, clericis, & monachis, conſentientibus plurimis utriuſque ſexus, diverſiſque ordinis, & acclamantibus laicis; elegimus nobis in paſtorem, & ſummum Pontificem, virum religioſum, geminæ ſcientiæ prudentia pollentem, æquitatis, & juſtitiæ præſtantiſſimum amatorem, in adverſis fortem, in proſperis temperatum, & juxta Apoſtoli dictum, bonis moribus ornatum, pudicum, modeſtum, ſobrium, caſtum, hoſpitalem, domum ſuam bene regentem, in gremio hujus matris Eccleſiæ ſatis nobiliter educatum, & eductum, atque pro* B *vitæ merito in archidiaconatus honorem uſque hodie ſublimatum, Dominum Hildebrandum videlicet archidiaconum, quem amodo, & uſque in ſempiternum, & eſſe, & dici Gregorium VII. & Apoſtolicum volumus, & approbamus. Tunc primus diaconorum dixit univerſis aſtantibus;* placet vobis? *qui reſponderunt;* placet. *ſubjunxit iterum;* vultis eum? *qui reſponderunt;* volumus. *Et tertiò;* laudatis eum? Laudamus, *omnes reſponderunt. Tunc ab omnibus clericis, & populo acclamatum eſt, Gregorium Papam S. Petrus elegit. Actum Romæ X. Kal. Maii, Anno M. LXXIII.*

Tunc Hugo Candidus presbyter Cardinalis tituli ſancti Clementis, cùm præter ſententiam ejus Gregorius ipſe à Cardinalibus Papa renunciatus eſſet, depoſita ſimultate, C & amicitia ad tempus * ſimulata, quòd eſſet S. R. E. Archipresbyter, vice omnium Cardinalium ejus creationem honorifico elogio, quo ei gratificaretur, his verbis more majorum fecit: *Nobiliſſimi*, inquit, *cives, nemini veſtrûm dubium unquam fuit; quin Hildebrandus noſtræ Eccleſiæ Archidiaconus, vir prudentiſſimus, & ſpectatæ inter omnes fidei, & probitatis, eam jam inde à Leonis IX. tempore mirum in modum ſuis virtutibus exornaverit, laboribus auxerit, ſtudio, & induſtria tutatus ſit, atque à multis periculis eripuerit. Quamobrem cùm Patres neminem eo aptiorem judicaverint ad urbis noſtræ, & Romanæ Eccleſiæ regimen obeun-* D *dum; ego ipſum omnium Epiſcoporum, presbyterorum, & Diaconorum S. R. E. Cardinalium nomine, omnibus electioni conſentientibus, nobis, vobiſque Epiſcopum Romanum, & animarum noſtrarum paſtorem pronuncio.*

** Ut nullum violentum perpetuum; ſic nil ſimulatum, diuturnum. Quocirca paulò poſt depoſuit iſte Hugo larvam.*

Quo facto, ſtatim arreptus, & more majorum veſte purpurea indutus, Ponnificalíque diademate redimitus, invitus, & reluctans in Apoſtolica ſede magnificè ſummo cum gaudio, & lætitia fuit collocatus; quippe, qui eum unum tantùm eſſe credebant, E qui rem Eccleſiaſticam reſtituere, atque Romanam Eccleſiam diu ſervam, in priſtinam libertatem ex Imperatoris manu eruere, & vindicare auderet, & poſſet. Electus autem Romanus Pontifex more majorum Abbati Caſſinenſi, & Archiepiſcopo Ravennati ſcripſit Epiſtolas, quibus eos de electionis ſuæ forma, & modo certiores facit.

Recitat Onuphrius has Epiſtolas. Nos omiſimus brevitatis cauſa.

Electus igitur Hildebrandus Archidiaconus in Romaoum Pontificem, tempus opportunum veniſſe ratus eſt, quo Eccleſiaſticam libertatem tam Romanæ Eccleſiæ, quàm aliarum, pro qua tantopere privatus laboraverat, jam Pontifex maximus renunciatus, aſſerere poſſet, omniáque in priſtinam vendicare libertatem. Verùm maximè apud ſemetipſum contriſtari, & æſtuare cæpit, atque conſiderare, in quot gravia ſchiſma- F tis, & aliarum calamitatum pericula, ſi Pontificatum ſemel aſſumptum retinere vellet, ſe, & Romanam Eccleſiam conjeciſſet: quippe qui abſque Imperatoris, & Germaniæ Principum conſenſu, Romanus Pontifex contra conſuetudinem creatus eſſet. Recordabatur enim malorum, ſeditionum, & ſchiſmatis, quæ in creatione Alexandri II. per Imperatorem, & * Cadolum facta fuerant. Timebat Imperatorem potentiſſimum, juvenem, audacem, maximè ferocem Henricum IV. quem haud paſſurum, ut Imperij * jura deperderet, arbitrabatur. Angebat præterea hominem, quem inviſum ſe * multis Germaniæ Principibus, & magni nominis Epiſcopis ſe eſſe cognoſcebat. Sæpe enim ſub prædeceſſoribus ſuis ad Imperatoris aulam legatus miſſus, maximam Epiſcoporum contraxerat inimicitiam, eo- G rúmque in ſe odia concitaverat, qui nimis aſper, durus, & Eccleſiaſtici rigoris valde tenax eſſe crederetur: atque eò magis contriſtabatur, quòd ſi occaſio in priſtinam libertatem reducendi Eccleſiam hoc temporè ſublata eſſet, nequaquam ampliùs poſtea tempus ſic opportunum venire poſſe arbitrabatur. Nam tunc Imperator adoleſcens erat, & nondum planè in Imperio confirmatus: maximis quoque bellorum turbinibus in Saxonia vexabatur: quæ, ut ad alia animum intenderet, eum maximè prohibebant. H * Plures enim primi ordinis viri Saxones ab eo defecerant, rebelliones maximas molienti; ſibi verò nec animum, nec vires defuturas exiſtimabat, ad hæc omnia perficienda. Et quidem optimè noverat, quantam rem moliretur, quàm difficilem, arduam, & periculoſam. Difficile quoque in poſterum fore exiſtimabat, ut Romanus Pontifex quiſpiam eſſet, qui hæc tentare auderet, idque ſuperiorum ſuorum exemplo. Cùm enim multoties Stephano IX. Nicolao II. & Alexandro II. perſuaſiſſet, ut hæc molirentur, nunquam hæc ipſa tentare auſi ſint, Imperatoris omnia poſſidentis potentiam veriti.

Habentur Tom. 3. Epiſtolar. decretalium ſummor. Pontif. Edit. Rom. pag. 550. & 55 1. & Tom. 3. Concil. Novæ edit. Colon. & apud Bar. Tom. XI. Anno. 1073.

** Cadaloum.*

** ſed jura non jura.*

** ſed Simoniacis & concubinariis.*

** Vide Brunonem de Bello Saxonico.*

veriti. Si enim ſe in Romanum Pontifi-
A cem confirmari non contigiſſet, de Eccle-ſiaſtica libertate, ad quam totis viribus anhelabat, actum eſſe arbitrabatur; nam ſe unum tanto negocio idoneum eſſe putabat.

Ne igitur aliquando controverſia aliqua oriri poſſet, quòd minùs legitimis ſuffragiis electus, & conſecratus Pontifex eſſet, & hanc ob cauſam de Pontificatu cum Imperatore, quem graviter paſſurum eſſe non ignorabat, quòd eo inconſulto, contra conſuetudinem majorúmque ſuorum privilegia * Imperatoribus ab Apoſtolica ſede conceſſa, ipſe Romanus Pontifex renunciatus eſſet, aliquando contenderet: &, ut ab omnibus legitima ejusdem ordinatio haberi poſſet, nec in dubium aliquando vertenda: (nam, ſi id eveniſſet, nihil eorum, quæ cogitaverat, perficere potuiſſet) nulla unquam ratione adduci potuit, ut conſecrari vellet, & coronari,
B donec Imperatoris, & Principum ſuper electione ſua exquireret voluntates. Primùm igitur ſtatim poſt electionem ſuam Præſidi Cæſareo in Italia de ſua creatione ſcripſit. Eâdem ratione Imperatori Henrico IV. tum in Germania agenti per legatos ſuos cauſam, & modum electionis de ſe per violentiam Romanorum factæ renunciavit, aſſerens, & ſi electus eſſet; quia populi furentis voluntati reſiſtere non potuiſſet, ſe tamen nunquam conſecrari voluiſſe, nec velle, nec Pontificatûs adminiſtrationem ſe unquam accepturum, niſi priùs ipſius, Germaniæque Epiſcoporum, & Principum adeſſet conſenſus. Atque ob eam cauſam, quamprimùm à populo, poſt electionem ſuam, liber dimiſſus fuit, ſtatim Albanum extra Urbem
C conceſſiſſe, ne contra morem ab eodem populo conſecrationis munus accipere cogeretur.

**Nulla extant hujus generis privilegia: Et quæ extare videntur, ſictitia ſunt.*

Vide Baron. 1073. & 1074.

Litteris autem ſuis ab Imperatore acceptis, Epiſcoporúmque conventu congregato, diligenter Gregorii VII. electio examinata fuit. Cùm verò * Imperator, eam legitimam eſſe, omniúmque tam cleri, quàm populi Romani liberis ſuffragiis factam fuiſſe cognoviſſet, tam ipſe, quàm cæteri Principes ratam eſſe voluerunt, eíque conſenſerunt. Fuêre autem in illo conventu multi Germaniæ Prælati, Epiſcopi, & Abbates, qui gravi ſcrupulo commoti, eandem ele-
D ctionem oppugnabant: qui Ipſius Hildebrandi mores, res geſtas, inflexibilem conſtantiam, ferventiſſimum divini honoris zelum, & tenacem propoſiti ſui voluntatem per multos retrò annos, quibus in aula Imperiali verſatus, tam privatus, quàm in publicis S. R. E. legationibus fuerat, optimè noverant. Timebant enim, ne vir vehementis ingenii, & acris erga Deum fidei, ſtrictiùs eos, pro negligentiis ſuis quandoque diſcuteret, rationémque ab eis de gregibus, ſibi commiſſis, arctiorem exquireret.

**Rex & Principes approbant electionem Gregorii. Vide Epiſt. Henrici lib. 1. Epiſt. 29. Baron. 1073.*

E Hi communi conſilio Cæſarem adorti, ipſi Hildebrandum maximè cavendum eſſe ſuggerebant: perſuaderéque ei conabantur, ut nulla ratione hominis ſibi infenſiſſimi futuri, in tam ſumma, & maxima poteſtate electioni aſſentiret, eámque tanquam injuſſu ſuo factam, irritam eſſe, decerneret. Futurum enim vaticinabantur, quòd niſi impetum hominis prævenire maturaret, ut ab ipſo Romanum Imperium maximam eſſet jacturam paſſurum: ipſéque Imperator, multis calamitatibus, & incommodis ab eo involveretur: atque hoc malum, non in alium poſtremò gravius, quàm in ipſum Cæſarem redundaturum. Id quoque pro certo affirmabant, quod poſtea uſuvenit, ipſum nihil magis curaturum, quàm ut Epiſcoporum, Abbatúmque collationes ex Imperatoris manibus, & poteſtate eriperet, imperiúmque ipſum omnino peſſundaret.

F His auditis Rex pauliſper commotus, à latere ſuo Eberhardum Comitem ire juſſit, qui Romanos proceres conveniens cauſam ab eis ſciſcitaretur, quare præter conſuetudinem majorum, Rege ſaltem non conſulto, Romanæ Eccleſiæ Pontificem elegiſſent, ipsúmque, ſi non idoneè ſatisfaceret, ab accepta illicitè dignitate abdicare præciperet. Is veniens Romam, benignè à Papa Gregorio ſuſceptus eſt: cúmque ille mandata Regis expoſuiſſet, eadem, quæ Regi ſcripſerat, reſpondit; ſe, Deo teſte, honoris hujus apicem nunquam per ambitionem affectâſſe, ſed electum ſe à Romanis, & violenter ſibi impoſitam fuiſſe Eccleſiaſtici regiminis neceſſitatem. Cogi tamen nullo modo potuiſſe, ut ordinari ſe permitteret, do-
G nec in electionem ſuam, tam Regem, quàm Principes Teutonici regni conſenſiſſe certa legatione cognoſceret. Hac ratione diſtuliſſe adhuc ordinationem ſuam, & ſine dubio dilaturum, donec ſibi Regis voluntatem certus inde veniens nuncius aperiret. Hoc ubi eſt Regi renunciatum, divina voluntate res humanas ita diſponente, eùm Imperium Romanum à ſacerdotali poteſtate minuendum eſſet, & ad nihilum ferè redigendum, ipſe libenter hanc ſatisfactionem ſuſcepit; iiſdémque Epiſcopis, qui vera prædicare videbantur, futuráque, ùt præterita cognoſcebant, minimè acquieſcendum duxit; Gregorium aſſerens eſſe virum ſanctum, & tanto ſacerdotio digniſſimum, atque nunquam beneficij abs ſe accepti obliturum;
H ſtatímque, ut conſecraretur, lætiſſimo ſuffragio reſcripſit, & Gregorium Epiſcopum Vercellenſem Italici Regni Cancellarium ad Urbem transmiſit, qui Imperatoris auctoritate electionem ipſam ratam faceret, & ejus conſecrationi intereſſet.

Gregorius igitur præter ſpem, quod tantopere deſiderabat, aſſecutus, ut in ejus electione Imperatoris eſſet conſenſus, nihil differen-

A differendum ratus, in proximo Pentecoſtes feſto, presbyterum ſe ordinari fecit; & natali die Apoſtolorum Petri & Pauli in Romanum Pontificem conſecratus, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Confirmatus igitur in Romana Sede, quaſi nulla ampliùs hæſitatio in animis hominum obrepere poſſet de legitima ejus creatione: quippe, quòd à Cardinalibus, clero, ſenatu, populóque Romano, conſenſu, & voluntate Imperatoris, & Principum accedente, jam electus, & conſecratus erat, atque tunc pro legitimo, vero, & indubitato Pontifice habebatur: non longè poſt ejus conſecrationem, quod diu antè animo conceperat, executioni mandare diſponit. B Nam non ſolùm Imperatorem * electione Romani Pontificis, quod & Hadrianus III. aliquando fecerat, ſed & omni * autoritate, qua reliquos Prælatos, Epiſcopos ſcilicet, & Abbates conſtituebat, primus omnium Romanorum Pontificum privare tentavit: &, ſi opus eſſet, eum non obtemperantem, excommunicare, atque Imperio deponere; recipientéſque ab eo Prælaturas, ſimiliter gladio anathematis percutere. Sed, quoniam hæc magni ponderis erant, & baud ita facilè ſucceſſura ſibi ſperabat, ſtatuit rem paulatim, & ſenſim incipere, totúmque ferè annum ſui Pontificatûs, in ejusmodi conſilijs, uſque ad mediam Quadrageſimam tempus congregandæ ſynodi à ſuis prædeceſſoribus præſcriptum conſumpſit. C

** Quia non competebat illi*

** Nulla id auctoritate legitima faciebat.*

Anno igitur Domini M. LXXIV. qui adhuc primus erat ſui Pontificatus, ſtato tempore hac ratione principia recuperandæ Eccleſiaſticæ libertatis jecit. * In media enim Quadrageſima Romæ in Baſilica Lateranenſi, quæ Conſtantiniana appellatur, primò ſynodum generalem multorum Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum congregavit; in qua, circa XXX. edidit capitula, ſeu canones, quos *dictatus* appellavit: quorum major pars antea parùm in uſu fuerat, D & à nemine prædeceſſorum ſuorum unquam attentata: verùm ad firmiſſimum Eccleſiæ ſtatum jaciendum, & ad omnia tentanda, quæ animo agitabat, idonea. Ex quibus illud intelligebatur, quæ tum Romani Pontificis auctoritas fuerit: inter quæ, hæc præcipuè capitula fuère:

** Prima Synodus Gregorij pro reformando Eccleſiæ ſtatu.*

Baron. vult hæc capitula fuiſſe conſcripta & edita in ſynodo anni M. LXXVI.

Quòd Romana Eccleſia à ſolo Domino ſit fundata.

Quòd ſolus Papa jure dicatur univerſalis Romanus Pontifex.

Quòd ille ſolus deponere poſſit Epiſcopos, vel reconciliare.

Quòd Legatus ejus omnibus Prælatis in Concilio præſit, etiam in inferiori gradu conſtitutus, & adversùs eos ſententiam definitionis dare poſſit.

Quòd Papa abſentes deponere poſſit.

Quòd non debemus manere in domibus excommunicatorum ab illo.

Quòd illi ſoli liceat pro temporis neceſſitate novas E *leges condere, novas plebes congregare, de * Canonicis Abbatiam facere, & è contra divitem Epiſcopatum dividere, & duos pauperes unire.*

** Canonica.*

Quòd ſolus poſſit uti imperialibus inſignibus.

Quòd ſolius Papæ pedes omnes Principes deoſculentur.

Quòd illius ſolius nomen in Eccleſiis recitetur.

*Quòd hoc unicum eſt nomen in mundo: **

** Bar. Papa videlicet.*

Quòd illi liceat Imperatores deponere.

Quòd illi liceat de ſede ad ſedem, ob neceſſitatem Epiſcopos transmutare.

Quòd de omni Eccleſia, quemcunque voluerit, clericum valeat ordinare.

Quòd ab illo ordinatus alij Eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare. & quòd ab aliquo Epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere. F

Quòd nulla Synodus absque præcepto ejus debeat generalis vocari.

Quòd nullum Capitulum, nullique libri Canonici habeantur absque ejus auctoritate.

Quòd ſententia illius à nullo debent retractari, & ipſe omnium ſolus retractare poſſit.

Quòd à nemine ipſe judicari debeat.

Quòd nullus audeat condemnare Apoſtolicam Sedem appellantem.

Quòd majores cauſæ uniuscujusque Eccleſiæ ad eum referri debent.

Quòd Romana Eccleſia nunquam erravit, nec, ſcriptura teſte, in perpetuum errabit.

Quòd Romanus Pontifex, ſi canonicè fuerit ordinatus, meritis beati Petri indubitanter efficitur, teſte S. Ennodio Epiſcopo Papienſi, & multis SS. Patribus faventibus, ſicut in decretis beati Papæ Symmachi continetur. G

Quòd de illius præcepto, & licentia ſubjectis liceat accuſare.

Quòd absque Synodo poſſit Epiſcopos deponere, & reconciliare.

Quòd Catholicus non habeatur, qui non concordat S. R. E.

Quòd à fidelitate iniquorum ſubjectos poſſit abſolvere.

H Quibus * decretis gradum ſibi fecit, & viam, ad ea omnia, quæ animo conceperat, peragenda: quibus jactis, & factis fundamentis in ſynodo, tentandi, quod diſpoſuerat, gratiâ, benignè primùm, & humaniter Henricum Regem per literas ſuas deprecatus eſt, ut ſubjectionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ non abnueret, tanquam bonus & Catholicus Princeps, atque ſe eidem Eccleſiæ devotum filium exhiberet; hortatúſque eſt, ut à Simoniaca hæreſi, id eſt, ab Epiſcopatuum, & Abbatiarum venditione, ſive mercatu, quas largitione correptus conferebat, omnino ſe temperaret: & à reliquis vitiis, de quibus apud Sedem Apoſtolicam, tam ſub prædeceſſore ſuo Alexandro Papa II. quàm ſe Pontifice renunciato, infamatus, & accuſatus fuerat, ſe contineret; aliôqui ſe uſurum in ipſum, & delinquentes cenſuris Eccleſiaſticis.

** Hæc omnia decreta ex jure divino deducuntur, partim directè, partim indirectè. Nec quidquam novi ſanxit Pontifex, ſed quæ apud multos in oblivionem venerant.*

A Quæ omnia, ut accuratiùs intelligantur,
& unde tot malorum, & ſchiſmatum origo
inchoaverit, cognoſcatur, eorum tempo-
rum conſuetudinem referam, ejúſque pri-
mordia paulò altiùs repetam.

Erat tum conſuetudo, à temporibus * Ca-
roli Magni Imperatoris, primùm ex aucto-
ritate Romani Pontificis Hadriani I. intro-
ducta, ut alicujus urbis, vel Abbatiæ Epiſ-
copo, aut Abbate mortuis, ſtatim clerus,
vel monachi in unum congregati, Legatos
ad Imperatorem, qui tunc erat, dirigerent,
ad quem defuncti Prælati pedum Pontifi-
cale, & annulum deferentes, eum pro no-
vo Antiſtite deligendo, nomine ſui collegij
interpellabant. Qui ſtatim ſenatu ſuo con-
B gregato, ex ipſius plerumque ſententia, u-
num vel ex ipſis Collegiis, vel ex amicis, &
Capellanis, ceteríſque domeſticis, & fami-
liaribus ſuis, juxta loci dignitatem, ùt ei
libitum erat, pro arbitrio à ſe electum, an-
nulo, & virga paſtorali Prælati defuncti ad
ſe tranſmiſſis donabat, eúmque de illo ſa-
cerdotio diplomate ſuo imperiali (ùt tum
dicebatur) inveſtitum, hoc eſt, illa digni-
tate donatum, in Epiſcopum, vel Abbatem
conſecrari mandabat, abſque alia cleri, &
monachorum lectione. Hoc autem per
Galliam, Germaniam, & Italiam, quæ tunc
Latinus orbis cenſebatur, uſurpari mos erat.

** Non eſt ita. Decepit Onuphrium Sigebertus, quem egregiè confutat Bar. Tom. 9. an. Chriſti DCC. LXXIV. num. 10. & ſeqq.*

Cujus exemplo cæteri quoque Reges, ùt
C Hiſpaniæ, Francorum, Hungariæ, & ejuſ-
modi imitati ſunt. Hanc autem conſuetu-
dinem; cùm omnes, ùt dixi, Latini orbis
Eccleſiæ, tum ſæpè, & diu in multis
ſuorum Pontificum lectionibus ſervavit Ro-
mana Eccleſia, & præſertim in Joannis XIII.
Gregorii V. Silveſtri, Clementis, Dama-
ſi, Victoris, Nicolaíque II. & Leonis IX. Ro-
manorum Pontificum lectionibus: qui om-
nes, ùt ſuprà vidimus, Imperatorum Otho-
nis I. & III. Henrici quoque III. & IV. ſen-
tentia, Romani Pontifices ſine cleri Romani
ſuffragiis lecti, & ab eiſdem Imperatoribus
per annulum, & virgam de Papatu Roma-
D no inveſtiti fuerant. Hanc rem, ante qua-
dringentos annos tradit Guillelmus Tyrius
libro 1. cap. 13. de bello ſacro ita: *Henricus
Teutonicus Rex, & idem Romanorum Imperator
à Gregorio Papa VII. paſſus fuerat quæſtionem,
& controverſiam non modicam ſuper annulo de-
functorum Epiſcoporum, & baculo. Inoleverat
enim conſuetudo, præſertim de Imperio, quòd
decedentibus Eccleſiarum Prælatis, annulus, &
virga paſtoralis ad D. Imperatorem dirigebantur;
unde poſtmodum unum de familiaribus, & ca-
pellanis ſuis inveſtitum ad Eccleſiam vacantem
dirigebat, ut ibi paſtoris fungeretur officio, non
exſpectata cleri electione, Quod Papa Gregorius
contra omnem fieri honeſtatem conſiderans, & ju-
ra in eo facto conculcari Eccleſiaſtica perpendens,
ſemel, ſecundò, ac tertiò eundem Imperatorem
commonuit, ut à tam deteſtabili deſiſteret præ-
ſumptione: quem præceptis ſalutaribus commoni-
tum, cùm revocare non poſſet, vinculo anathema- E
tis innodavit, quod factum nimis Imperator indig-
nè tulit, &c.* Hæc autem omnia ut accura-
tiùs intelligi queant; quia ſunt cognitu non
indigna, nunc breviſſimè ab origine repe-
tam, brevíque ſermone percurram, quæ
duobus libris ſuprà ſcripſi.

** Tradidit quidem hoc Tyrius, ſed non approbavit, imò expreſſè improbavit, & pro deteſtabili conſuetudine habuit.*

Poſt Juſtiniani Imperatoris tempora, Go-
thóſque, Italia, qua per LXXVII. annos, po-
titi fuerant, ab ejus ducibus Beliſario, &
Narſe, bello XVIII. annorum poſtremo ex-
actos, Vigilius, qui tunc Pontifex Romanus
erat, ceteríque, qui poſt eum fuerant, ſummi
Pontifices, Roma, & ea Italiæ pars, quæ à
Longobardis occupari non potuit, diu ſub
Imperii Conſtantinopolitani poteſtate, & F
protectione fuerunt, ſcilicet uſque ad Leonis
Iconomachi, & Gregorii Papæ II. ſæcula.
Quo temporum tractu, Longobardi ſub ju-
niore Juſtino Auguſto in Italiam ex Panno-
niis ingreſſi, ejus primùm potiorem par-
tem, deinde paulatim ferè omnem, præ-
ter unam tantùm Romam (quam in ejus gen-
tis poteſtatem, eam acriter Romanis Ponti-
ficibus Imperatorum Orientalium auxilio, &
præſidio fultis, defendentibus, nunquam
veniſſe conſtat) obtinuêre. Græci porrò,
Imperatoris præſidiis vel pulſis, vel cæſis,
cùm Ravenna, & Exarchatu, quæ ſola in
Imperatoris Conſtantinopolitani ditione pro-
vincia ſupererat, captis, Romæ quoque ſub
Rege Aiſtulpho Longobardi inhiarent,
multas Romanis, qui deditionem facere ſua-
ſu Pontificum recuſabant, calamitates, & G
incommoda intulerunt. Verebantur enim
Romani Pontifices Longobardorum ferita-
tem, & barbariem; ſimúlque, ne urbem
Romam ſuæ ditionis, eam negligentibus
Græcis Imperatoribus, factam, & cujus tan-
quam domini erant, ſibi eriperent. Quo
tempore cùm imperii Romani majeſtas in
Oriente, omnia ſibi barbaris vendicantibus,
obſoleſceret, ac ſenſim laberetur, Impera-
toréſque Conſtantinopolitani in hæreſim
lapſi orthodoxam fidem, Catholicámque
Romanam Eccleſiam, quæ eis aſſentire no-
lebat, ſuper imaginum depoſitione, oppug-
narent, (nunquam enim adduci potuerunt
Romani Pontifices, ut impiis abolendarum
imaginum decretis ſubſcriberent, imò eas H
contra Imperatorum orientalium furorem
tuendas ſuſceperant) Romana Eccleſia ob eas
cauſas orientalibus deſtituta auxiliis, quibus
uſque ad ea tempora in tuenda contra Lon-
gobardos ſua libertate uſa fuerat, ab eiſdem
ad Francorum potentiam, & virtutem tum
maximè in Occidente florentes reſpicere,
& ſe convertere cœpit, atque ab eis auxilia
contra Longobardorum ſuperbiam poſtu-
lare.

Primus enim Stephanus II. cùm ab Aiſtul-
fo Longobardorum Rege opprimeretur, à
Pipino Francorum Rege, & Caroli, poſtea
Im-

A Imperatoris, patre, auxilia contra Longobardos impetravit. Qui in Italiam veniens, urbem Romam, ſedémque Apoſtolicam egregiè tutatus eſt, Aiſtulfúmque acie victum, & pacis conditiones accipere coactum, diu, dum vixit, in officio continuit, & Exarchatum Ravennæ, quem paulò antè Aiſtulfus de Græcis vi abſtulerat, eis ademptum, Romanæ tum primùm Eccleſiæ donavit.

Aiſtulfo Longobardorum, & Pipino Francorum regibus vita functis, Carolus B Francis, & Deſiderius Longobardis præfuêre. Quorum ille obſequii erga Romanam Eccleſiam, hic verò odii, hæredes fuerunt. Deſiderius, Hadriano Papa, adeò Romanos vexare, & oppugnare cœpit, ut Pontifex, qui longè impar Longobardorum viribus erat, Orientalibus auxiliis deſtitutus, coactus ſit exemplo Stephani II. Carolum magnum Pipini filium Francorum Regem Saxonico bello tunc implicitum, in Italiam Eccleſiæ Romanæ auxilio evocare. Qui Pontifici obtemperans, in Italiam ingenti cum exercitu, Alpibus ſuperatis, venit. Ubi Deſiderio acie victo, atque paulò pòſt capto, Longobardorum regnum in Francorum jus tranſtulit. Qui, ut ſe gratum Romanæ Eccleſiæ exhiberet, cujus tuendæ cauſâ opulentiſſimum regnum obtinuerat; tres ex regno Longobardico partes C fecit: quarum unam, ipſius ſcilicet regni Longobardici ſedem Ticinum, & omnia, quæ Longobardi in Italia antiquitus acquiſierant, ſibi retinuit: alteram verò, quæ ea comprehendebat, quæ paulò antè Longobardi in Italia orientalibus ademerant Romanorum Imperatoribus, id eſt, Exarchatum, Umbriæ, & Piceni partem Romanæ Eccleſiæ confirmavit, vel de novo largitus eſt. Tertiam porrò, qua ea Italiæ parte continetur, quæ Siciliam verſus, in qua Beneventum erat, reſpicit, & hodie regni Neapolitani nomine appellatur, Duci Beneventano, qui unus ex regio Longobardorum ſanguine ſupererat, & Imperatori Conſtantinopolitano cum Siciliæ inſula dimiſit. Quibus ita diſpoſitis, primus omnium Principum, Romanam quàm maximè & digni- D tate, & profana ditione, maximiſque opibus auxit Eccleſiam.

Tot igitur, tantorúmque beneficiorum non immemor Papa Hadrianus, ſub quó tam magnificè de Romana Eccleſia Carolus bene meritus fuerat, Synodum C. LIII. Epiſcoporum, Abbatum, aliorúmque plurium Prælatorum anno ſalutis * DCC. XXCV. Laterani in baſilica S. Salvatoris, quæ *Conſtantiniana* vocatur, congregavit; in qua, ex totius Synodi conſenſu, dedit ei jus, & poteſtatem Pontificem eligendi, & ordinandi Apoſtolicam ſedem, cùm eo tempore liberis Romani cleri, & populi ſuffragiis Romanum Pontificem creari mos eſſet. Inſuper Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Abbates omnium provinciarum ei ſubditarum ab eo inveſtituram accipere definivit, eorum, quibus E præerant, ſacerdotiorum; ita ut niſi à rege laudarentur, & inveſtirentur Epiſcopus, vel Abbas, à nemine conſecrari poſſet: & omnes, qui contra hoc decretum egiſſent, anathemate notavit, & bona ejus proſcripſit. Cujus rei meminit Anaſtaſius Bibliothecarius in hiſtoria Eccleſiaſtica * quem locum Gratianus Canonum collector 63. diſtinctione notavit.

**Nihil de hac Synodo hoc anno celebrata in legitimis & genuinis Eccleſiaſticis monumentis occurrit. Totum hoc commentum refellit Bar. anno DCC. LXXIV.*

** Gratianus in errorè inductus eſt à Sigeberto, cujus verba verbatim exſcripſit. Sigebertus hanc fictitiam Synodum refert ad annum DCCLXXIII. cur Onuphrius ad annum DCC. LXXXV. In vita Hadriani nil hac de re habet Anaſtaſius. Nec in ejus Hiſtoria Eccleſiaſtica, quam legi manuſcriptam, vel veſtigium, vel volam de privilegio Pontificis Romani eligendi per Hadrianum primum Carolo Magno conceſſo, reperire potui.*

Imperatoribus autem, qui Carolo Magno ſucceſſerunt, ad eam ignaviam delapſis, ut F non ſolùm ejuſmodi privilegium tueri nollent, ſed nec ulla Imperii jura curarent, eam occaſionem nactus * Hadrianus Papa III. ſub Imperatore Carolo Tertio anno ſalutis DCCC. LXXXIV. illud quidem quod ſub prioribus Pontificibus ſenſim exoleverat, congregata Synodo, omnino antiquavit, & abrogavit, inſtituens, ut in Papæ electione Imperator ſe non intromitteret. Privilegium Hadriani primi, Imperatori ab Hadriano III. G ereptum, * Leo Papa VIII. Othoni primo Imperatori de Romana Eccleſia optimè merito, cùm eam ex tyrannorum Berengarii, & Adalberti manibus erutam, in libertatem, quam amiſerat, vendicâſſet, anno Domini CM. LXII. in Synodo Laterani congregata, exemplo ejuſdem Hadriani primi, qui illud Regi Carolo conceſſerat, reſtituit, renovavit, & de novo confirmavit, ùt patet ex eâdem diſtinctione apud Gratianum.

** Rectè & legitimè fecit Hadrianus.*

**Leo non fuit Papa, ſed Antipapa. Quod mirum ab Onuphrio non fuiſſe animadverſum. Fictitium Leonis privilegium ſolidè refellit Baron. anno Chriſti DCCCC. LXIV. & Gratiani hallucinationem d. 63. cap. 23. manifeſtè demonſtrat.*

Porrò autem contra hoc Leonis VIII. de- H cretum nullus deinceps Romanorum Pontificum reclamavit, vel apertè contradixit, uſque ad Gregorium VII. Hic primus fuit, qui Imperatorum ſimonia offenſus, in contrarium editis decretis, hæc duo Hadriani primi, & Leonis VIII. privilegia omnino abrogavit, & induxit. Satis autem conſtat, Joannem XIII. qui Leoni VIII. immediatè ſucceſſit, Gregorium V. & Sylveſtrum II. Apoſtolicæ ſedi ſola Imperatorum auctoritate impoſitos fuiſſe, nullis cleri, vel populi Romani ſuffragiis expetitis. Cæteri verò Romani Pontifices, qui inter Joannem XIII. & Sylveſtrum II. fuerunt, etſi eos electos fuiſſe ab Imperatoribus non legatur, ſed à clero, ſenatu, populóque Romano, id accidit, quòd electionis tempore Imperatores urbe abſentes, adeò maximis in Germania,

Quid opus erat contradicere, cùm utrumque privilegium ſit fictitium? Nulli Imperatori, Regi vel Principi jus eligendi Pontificem Romanum competit. Primus, qui hoc jus ſibi tyrannicè arrogavit, fuit Theodoricus Rex Arianus, Quem Deus in pœnam facti, mox è medio ſuſtulit. Vide Baron. Tomo. 7. Anno D. XXVI. num. 22. & ſeqq. Quem poſtea ſecutus eſt Juſtinianus, & alii Orientales Imperatores, qui ſaltem confirmandi Pontificis jus ſibi vendicabant, nec ſine nummorum exactione, quod non ſemel deteſtatur & amariſſimè deplorat Gregorius, præſertim ſuper 4. Pſal. pœnit. Vide Bar. Tom. 8. Anno D. XC. num. 5. & ſeqq. pecuniam pro confirmatione pendendam remiſit Conſtantinus Pogonatus Anno Chriſti DC. LXXXI. retento tamen confirmationis jure, quo tamen paulò pòſt nempe anno DC. LXXXIV. penitus ſe abdicavit. Vide Bar. dicto anno. De conceſſione quadam à Nicolao II. facta Henrico, infrà dicemus.

A nia, & alibi bellis impliciti eſſent, ut de novo Pontifice Romanæ ſedi providere non poſſent. Illud tamen conſtat, dum Imperatores, tres Othones loquor, in Urbe, vel propè, aut certè in Italia fuerunt, & Romanam fortè Eccleſiam paſtore vacare tum contigiſſet, eos novum ſummum Pontificem dediſſe. Si verò tempore novæ electionis, eos ab Italia procul eſſe contigiſſet, certum eſt, tum Romanos Pontifices à clero, ſenatu, populóque Romano electos non abſque Imperatorum conſenſu conſecratos fuiſſe. Fuerunt autem Benedicti duo VI. & VII. Bonifacius VII. Apoſtolicæ ſedis invaſor, B qui etiam exactus fuit, & Joannes XIV. XV. * XVI. Quorum noviſſimus, ùt quidam ſcribunt, quòd ſine Imperatoris Othonis III. conſenſu electus, & conſecratus eſſet, urbe fugatus, ſacerdotio mulctatus eſt, Gregorio V. ſubrogato.

* *Iſte Joannes fuit Antipapa.*

Huic igitur privilegio à Leone VIII. uſque ad Gregorium VII. à nemine unquam Papa reclamatum eſt: quanquam non omnino fuerit, negligentiâ Imperatorum obſervatum. Verùm Othone III. Imperatore ſub Sylveſtro II. circa annum Domini M. mortuo, qui ei ſucceſſit Henricus II. vir ſanctiſſimus, ac inter Divos relatus, & poſt eum C Cunradus II. ejuſmodi privilegium curare viſi non ſunt. Nam poſt Sylveſtrum Secundum, qui ſub Henrici Secundi Imperio obiit, Romani omnes Pontifices uſque ad Clementem II. ſine Imperatorum auctoritate renunciati ſunt. An autem eorum conſenſum, antequam conſecrarentur, requiſierint, etſi mihi veriſimile ſit, nunquam tamen inveni. * Hoc autem accidiſſe credendum, cum propter Henrici II. eximiam ſanctitatem, qui liberam voluerit eſſe Romani Pontificis electionem, cujus in ſuperiori libro 3. vetus etiam documentum retulit, tum etiam propter Cunradi II. occupationes, quibus, & maximis bellis, dum vixit, detentus eſt, longè ab urbe abſens. Neque etiam unquam contigiſſe legitur, ut unus ex his duobus Imperatotibus Romæ, vel in Italia vacantis ſedis tempore fuerit. nam fortè trium Othonum prædeceſſorum ſuorum exemplo Romanum Pontificem dediſſent. Cæterùm cùm ob eorum * negligentiam in Imperii jure tuendo, privilegium Leonis VIII. fortè obſoleviſſet, octo, vel novem Romanis Pontificibus ſine eorum lectione à clero, ſenatu, populóque Romano creatis, occaſione maximi inter tres Pontifices ſchiſmatis accepta, D Cunradi II. filius * Henricus III. in Italiam venit, Imperiíque hoc privilegium magnificè vindicavit (ùt ſupra in Clementis II. vita docui) & * juxta privilegia Hadriani I. & Leonis VIII. formam, abrogatis tribus Pontificibus, Benedicto VIII. Sylveſtro III. & Joanne XX. Gregorio quoque VI. privato, novum Pontificem Romanæ ſedi dedit Suidegerum Saxonem Capellanum ſuum, Epiſcopum tunc Bambergenſem, quem Clementem II. appellavit, Cardinaléſque, clerum, ac ſenatum, populúmque Romanum Sacramento adegit in verba ſua jurare cogens, ſe Romanum Pontificem niſi ſuo juſſu creatum non ſuſcepturos. Qui, dum vixit, hoc * præſtantiſſimum Imperii jus mordicus retinuit, & Clementem II. Damaſum II. Leonem IX. & Victorem II. ſuo arbitrio Romanos Pontifices deſignavit. Quo modo autem, & qua ratione, ab electione Clementis II. uſque ad Gregotii VII. Pontificatum Romana Eccleſia in hujuſmodi electionibus ſe geſſerit, & cauſarum initia, quæ Gregorium VII. Papam commoverint, ad libertatem Eccleſiaſticam in Pontificiis Comitiis aſſerendam, ſatis ſuprà explicavi: nunc factum exponam. E

* *S. Henricus id, quod ſibi non debebatur, voluit itidem ſibi temerè arrogare. Eadem mens fuiſſe videtur Conrado Salico.*

* *Non fuit ulla negligentia. Obſecro, cur vix quiſquam Adriani & Leonis privilegia contra Gregorium VII. & alios protulit, præter Sigebertum & Walramum in Tractat. de Inveſtituris apud Illyr. Catal. Teſt. qui Walramus ſcripſit hunc Tractatum ſuum anno Chriſti. M. C.LX.*

* *Idem jus Henrico fuit, quod Theodorico Regi Gothorum, hoc eſt, nullum. Lege Bar. anno M. XLVI.*

* *Præſtantiſſimum jus fuiſſet; niſi injuria fuiſſet. Auctor Apologiæ pro Henrico nihil de hoc jure ſcivit. Saltem Catholicis non objecit: nec ullum argumentum pro ſuo Henrico inde duxit. Nec Catholici, qui omnes ſchiſmaticorum objectiones ſolvunt, hanc unquam attingunt.*

Gregorius VII. jam inde à Gregorii VI. F depoſitione * malè adversùs Imperatores animatus, Pontifex factus, nullam occaſionem prætermittebat, qua Imperatores auctoritate creandi Pontificem Romanum ſpoliaret. Cui rei maximum incendium obtulit comitiſſa Mathildis, quo jure quodam contra Imperatorem ipſum procedere poterat. Mathildis enim illuſtris illa, & tota Italia celebratiſſima femina, Bonifacii maximi per Italiam Principis filia, & hæres; Imperatoris Henrici IV. vim timens, * Longobardiæ, Tuſciæ, & Liguriæ aliquot urbes jure hæreditario ad ſe pertinentes Gregorio Papæ, & S. R. E. donavit. * Hinc odii inter Imperatorem, & Pontificem ſeminarium primò exortum, cùm Imperator donationem illam in Imperii (cujus Mathildis beneficiaria erat) præjudicium approbare nulla ratione voluiſſet. imò ea omnia occupare, tanquam ad ſe devoluta tentaret: Tunc enim Pontifex opportunitatem nactus, quòd imperator ſibi jura vendicaret Eccleſiæ, poſtea eum ex- G communicavit, alia demum accedente, quæ periculoſiſſima erat cauſa. Henricus enim IV. Imperator, cùm multis, & maximis bellorum occupationibus implicitus ingenti pecuniæ vi indigeret, Epiſcopatus, & Abbatias, plerúmque his *, qui plus ei offerebant, largiebatur, perſonarum conditionis nulla habita ratione. Quod factum hæreſis Simoniacæ labem fugere non poterat. De hac igitur re, & aliis multis criminibus apud ſedem Apoſtolicam tam ſub Alexandro II. quàm ſub Gregorio VII. accuſatus, ſæpè à Gregorio VII. admonitus eſt, & acriter reprehenſus. H Quem cùm ſibi rectè admonenti obtemperare nolle Pontifex cognoviſſet, eum literis minarum plenis urgere cœpit. Animum Papæ ſuapte natura contra Imperatorem commotum excitabant aliquot Germaniæ, & Saxoniæ Principes, Henrico rebelles, quorum, & Nortmannorum præſidiis, Comitiſſæ quoque Mathildis auxilio fretus, mul-

* *Non malè, niſi qua malè jus alienum ſibi arrogabant.*

* *Lege Bar. anno M. L XXVII. num. 24. & ſeqq.*

* *Hæc non fuit prima cauſa diſſidii, ſed Simonia, & ſcelera Henrici, & alieni juris tyrannica uſurpatio.*

* *Eandem rationem tenent hodie Turcæ in Græcia & alibi, ubi ſub ſe Chriſtianos habent.*

A multa contra Imperatorem, cùm primùm potuit, * auſus eſt.

* *Sed jure, quia pro Eccleſiaſtica libertate contra turpiſſimam Simoniæ labem. Lege Bar. M. LXXVI.*

Igitur anno Domini M. LXXV. rebus, non verbis ampliùs tranſigendum eſſe ratus, Legatos ſuos ad Imperatorem miſit, ipſi mandans, ut ſecunda feria ſecundæ hebdomadæ in Quadrageſima anni proximi M. LXXVI. Romam ad Synodum veniret, de criminibus, quæ ei objecta fuerant, cauſam dicturus: alioqui ſciret, ſe abſque omni mora eodem die anathemate notatum iri. Quæ legatio adeò Henricum permovit, ut rejectis ſtatim gravi cum contumelia legatis, duo tum primùm agitaret: unum, ut clàm Gregorium capere, vel interficere faceret; aliud, ut niſi ejuſmodi res ſucceſſiſſet, ipſum Pontificatu privaret.
B Quare occultè per nuncios ſuos egit, ut nocte Natalis Domini, dum Papa Miſſam celebraret, à * Cencio Præfecti urbis filio, ſatellite ſuo, ipſe caperetur, quod etiam factum eſt. Verùm à populo Romano Cencio proſcripto, liberatus impium conatum Imperatoris eluſit.

* *Cincio. Bar. anno M. LXXV.*

Cæſar, ubi inſidiæ non proceſſerant, ad vim converſus, * congregato Wormatiæ in proxima Dominica Septuageſimæ XXIV. Epiſcoporum, Abbatúmque multorum, quos Gregorius variis excommunicationibus antè * vexaverat, conventu; occaſione accepta, quòd * abſque conſenſu ſuo, ſolis tamen Romanis faventibus, Apoſtolicam ſedem conſediſſet, eum Papatu privârunt. Cujus privationis formula ejuſmodi fuiſſe dicitur: *Quia ergo & introitus tuus tantis perjuriis eſt initiatus, & Eccleſia Dei tam gravi tempeſtate per abuſionem novitatum tuarum periclitatur,*
C *& vitam per converſationem tuam tam multiplici infamia dehoneſtâſti, obedientiam, quam tibi nullam promiſimus, nec de cætero ullam ſervaturos eſſe renunciamus; & quia nemo noſtrûm, ùt tu publicè declamabas, tibi hactenus fuit Epiſcopus, tu quoque nulli noſtrûm amodo eris Apoſtolicus.* Cui decreto non ſolùm Germaniæ, & Galliæ multi Epiſcopi, ſed & Italiæ plerique conventu Papiæ Imperatoris juſſu habito, ſubſcripsêre.

* *M. LXXVI.*

* *Sed ideo, ut vexatio daret intellectum.*

* *Conſenſerat Henricus, ſed ùt erat variabilis, conſenſum poſtea in diſſenſum vertit.*

Quo ad Gregorium Papam Laterani in Concilio Quadrageſimali ab ſe coacto, tam hoſtili decreto perlato, Pontifex ſtatim nul-
D las interponendas eſſe moras ratus, ex omnium Epiſcoporum, & Abbatum, qui in Synodo aderant, ſententiâ, Imperatorem, & omnes ejus fautores, & adhærentes, graviſſimo anathemate notatum, imperio privavit, omnéſque ſubditos ab omni ei præſtito juramento abſolvit.

Cujus rei occaſione, cùm univerſi ferè Germaniæ ſeculares Principes ab eo * defeciſſent; alium Imperatorem creare conſtituerunt, niſi Cæſar Henricus ante anni tempus excommunicatione à Pontifice ſolveretur: quem per nuncios ſuos clàm deprecati fuerunt, ne ea Imperatorem exſolveret.
E Cæſar tot minis coactus in Italiam, ſuperatis Alpibus, rigidiſſimo Anni tempore venit, & cum Gregorio Papa (quem Canuſij invenerat) poſt multas preces, maximámque præteritorum pœnitentiam oſtenſam, pacem quibuſdam duris conditionibus, præter Italiæ Principum voluntatem, fecit; atque ab eo ſe anathemate ſolvi procuravit. Sicque Principum Germaniæ vim, & inflexibile contra eum propoſitum fregit. Hoc factum eſt 5. Kalend. Februarij Pontificatus Gregorij VII. anno quarto, ſalutis verò M. LXXVII.

* *Imò & Epiſcopi, qui decreto conciliabuli ſubſcripſerant, teſte Sigeberto, quamvis Shiſmatico, anno M. LXXVII.*

F Cæterùm Cæſar ingenti metu liberatus, Italicorúmque Principum promiſſis incitatus, Gregorio Pontifici denuò rebellis, & *manifeſtus hoſtis factus, ipſum clàm capere Canuſio Romam redeuntem tentavit. Quòd ubi alienatum àb ſe Cæſaris animum Papa cognovit, ſtatim in Germaniam ad Imperatoris hoſtes Saxones, & alios Principes Legatos miſit, qui Regis temeritatem, ſcelera, & perjuria referrent, hortarentúrque eos, ut novum ipſi Regem, Henrico abrogato, crearent, quem ipſe poſtea Imperatorem inungeret. Germaniæ Principes Papæ legatione audita, illicò conventu in Forcheim congregato, Rodulfum Suevorum Ducem in Romanorum Regem elegêre, hac conditione, ut ſacerdotiorum inveſtituras dimitteret, &, ne velut hæreditario ju-
G re, filios ſuos ſucceſſores declararet. Quod ubi Henricus Imperator audivit, vehementi indignatione inflammatus, in Germaniam ingenti exercitu comparato, regreſſus, bellum rebellibus Principibus indixit: quod vario eventu propè in triennium protractum eſt.

* *Imò & ſubdolus inſidiator. Baron. M. LXXVII. num. 36.*

Anno verò M. XXC. Pontificatus Gregorij VII. Pontifex Laterani Concilio multorum Epiſcoporum, & Abbatum in Quadrageſima congregato, Henrico Rege bellis Germanicis implicito, cùm ipſum nulla ratione ex hoſtium Germanorum manu evaſurum ſibi perſuaderi poſſet, quod diu antè agitaverat, aliquótque decretis antè ſenſim prænotaverat, tunc primùm * apertè evomuit. Conſtitutionem illam enim tunc primùm edidit, qua Imperatorem non ſolùm auctoritate inſtituendi Romanum Pontificem, * quam
H trecentis propè annis antè prædeceſſores ſui habuerant, ſed & omnibus etiam cæterorum ſacerdotiorum inveſtituris privare conatus eſt, omnémque Epiſcoporum, & Abbatum inſtituendorum rationem ad electionis capitulorum, & monachorum formam reduxit. Cujus decreti exemplum ſequens eſt.

Vide Baron. anno M. LXXX.

* *Shiſmaticum hac locutio decet, non Catholicum.*

* *Numquam habuit jure. Agnum faucibus lupi eripere, cur non liceat.*

Patrum ſanctorum ſtatuta ſequentes, ſicut in prioribus Conciliis, quæ, Deo miſerante celebravimus, de ordinatione Eccleſiaſticarum dignitatum ſtatuimus, & ita per noſtram Apoſtolicam

A *auctoritatem decernimus, confirmamus, & conſtituimus, ut, ſi quis deinceps Epiſcopatum, vel Abbatiam de manu alicujus laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus Epiſcopus, vel Abbas habeatur, neque ulla ei, ùt Epiſcopo, vel Abbati adhibeatur reverentia. Inſuper ei B. Petri gremium & introitum Eccleſiæ interdicimus, quo uſque locum, quem ſub tanto crimine ambitionis, & inobedientiæ, quod eſt ſcelus idololatriæ, cepit; reſipiſcendo non deſerit. Similiter & de inferioribus Eccleſiaſticis gradibus, dignitatibúsque conſtituimus. Si quis item Imperatorum, Regum, Ducum, Principum, Comitum, vel cujusvis poteſtatis ſecularis Epiſcopatum, vel quamvis aliam Eccleſiaſticam dignitatem dare præſumpſerit, ejuſdem ſententiæ vinculo ſe obſtrictum noverit. Inſuper etiam, niſi reſipuerit, & Eccleſiæ propriam libertatem dimiſerit, divinæ animadverſionis ultionem* B *in hac præſenti vita, tam in corpore, quàm in cæteris rebus ſuis ſentiat, ut in adventu Domini noſtri JESU Chriſti ſpiritus ejus ſalvus fiat:* * *cùm* CCC. *XVIII. Patres in Concilio Nicæno omnes hujusmodi vendentes, & ementes excommunicaverint, cenſentes, ut qui dat, & qui recipit, anathema ſit.*

**Sequentia non exſtant apud Baronium, & Tomo 3. Conc. edit. Colon.*

Cum ejusmodi igitur Epiſcopis, vel Abbatibus, aut clericis qui communicat, vel orat, aut ipſorum audit Miſſas, unà excommunicationis ſententia plectatur. qui ne ſacerdotes quidem rectè putari poſſunt: pœnitentia verò, & communio à nemine, niſi à Catholico ſuſcipiatur. Quòd ſi nullus adſit Catholicus presbyter, rectius eſt ſine viſibili communione perſiſtere, & inviſibiliter Domino communicare, quàm eam ab Hæretico C *ſumendo, à Deo ſeparari. Nulla enim, ùt ait Apoſtolus, eſt conventio Chriſti ad Belial: neque pars aliqua fidelis, cum infideli.* Omnis enim hæreticus infidelis. *nam ſacram Chriſti communionem, quamvis viſibiliter, & corporaliter Catholici propter imminentes hæreticos habere non poſſint, dum tamen mente Chriſto conjuncti ſunt, ejus communionem inviſibiliter ſumunt.* Simoniacos verò hìc appellat, quotquot à manu laica alicujus beneficii inveſtituram acciperent. Hoc verò decreto procul dubio Imperator * Henricus, & omnes Reges Latini, & occidentales petebantur; deinde Epiſcopi, & univerſus clerus Galliarum, Germaniæ, & Italiæ pulſabantur.

**Nemo petebatur hoc decreto, niſi Simoniaci, & qui alienum jus invaſerant: & ab invaſoribus jus ſibi reddi poſtulabant. Omnes hujus generis fuiſſe apertè falſum eſt.*

De Epiſcoporum verò electione ita definivit.

Quoties defuncto Paſtore alicujus Eccleſiæ alius eſt ei canonicè ſubrogandus, inſtantia viſitatoris Epiſcopi, qui ei ab Apoſtolica ſede, vel à Metro- D *politano directus eſt; clerus, & populus, remota omni ſeculari ambitione, timore, atque gratia; Apoſtolicæ ſedis, vel Metropolitani ſui conſenſu, paſtorem ſibi ſecundùm Deum eligant. Quòd ſi corruptus aliquo vitio aliter agere præſumpſerit, electionis perperam factæ omni fructu carebit, & de cætero nullam electionis poteſtatem habebit. Electionis verò poteſtas omnis in deliberatione ſedis Apoſtolicæ, ſive Metropolitani ſui conſiſtat. Si enim is, ad quem conſecratio ſpectat, non ritè conſecrando, teſte B. Leone, gratiam benedictionis amittit, conſequenter is, qui ad vanam electionem declinaverit, eligendi poteſtate privatur.*

**Quæ ſequuntur planè indigna ſunt homine docto, nedum Onuphrio, qui tamen hæc ex Henrici potiùs ſenſu; quàm ex ſuo ſcribere videtur. Refert enim, quis Henrici & Schiſmaticorum ſenſus fuerit ſuper Gregorii decretis.*

E

His autem decretis, in duobus potiſſimùm, majeſtas, & Romani Imperii dignitas evertebatur; & quod longè pejus erat, ea fundamenta jaciebantur, quibus Romani Imperij poteſtas omnino labefactaretur.

De primo autem dicam: Erat tunc * conſuetudo, ut ex omnibus orbis Latini partibus infinita propè hominum diverſarum conditionum millia, aulam Imperialem frequentarent. In his aderant diverſarum congregationum monachi, doctores, viri literati, nobiles, & ignobiles, qui omnes eò confluebant, ſpe ducti, ut ab Imperatore ſacerdotia conſequi poſſent, quemadmodum nunc uſus eſt in Romana curia. Imperator enim non ſolùm Epiſcopatus omnes, F & Abbatias, minoráque omnia ſacerdotia, ùt præbendas, canonicatus, præpoſituras, & decanatus, & hujusmodi * conferebat: ſed etiam, ùt jam viſum eſt, Romanum ipſum Pontificem deſignabat.

**Peſſimus & perniciofus hic abuſus fuit, & ferro excommunicationis recidendus, ùt factum à Greg. VII. qui nundinationem iſtam ſuſtulit.*

**Ei nimirum, qui plus dabat, ſive aptus, ſive ineptus eſſet; quia in Aula perpetuæ nundinæ erant.*

Si igitur Gregorii decretis locus eſſet, illicò conſequebatur, ut omnis hæc * aulæ Imperialis majeſtas obſoleſceret, ſpe conſequendi à Cæſare ſacerdotia ſublata, quæ jam per electionem tradebantur, nullo ampliùs imperatoris interventu, nec præterea à tot diverſarum nationum illuſtribus doctrina, & nobilitate viris frequentari contigiſſet aula Imperialis. G

**An aula Imperialis florere nequibat ſine beneficiorum Eccleſiaſticorum nundinatione?*

* Altera verò cauſa, qua Imperator valdè urgebatur, quæ multò majoris momenti exiſtimabatur, erat: quòd ſi Cæſar Prælatorum *inveſtituras* (ita enim collationem appellabant) amitteret, majorem imperii ſui, H meliorem, fortiorémque partem deperderet, & maximarum calamitatum ſeminarium imperio faceret. Nam, quando privilegia * Carolo Magno, & Othoni I. Auguſtis ab Apoſtolica ſede de Prælatorum inveſtituris conceſſa fuère, Eccleſiæ, & Epiſcopatus tunc * pauperes, tenues, & ſine tot redditibus erant. Poſtquam verò juris Imperii facta eſt eorundem Prælatorum electio, quemadmodum & ceteri Principes ſeculares Imperii, tum Cæſares, qui de religione bene mereri volebant, ſine imperii tamen præjudicio, cœperunt Epiſcopos, & Abbates ob religionem, tanquam potiora Imperii membra, præ ceteris Laicis principibus honorare; profana ditione, & ingentibus opibus honeſtare, arces, oppida, urbes, marchias, ducatus, provincias, pedagia, telonea, vectigalia, portoria, & multa alia, quæ Imperii propria erant, Epiſcopatibus concedere; quæ vel ex ſuis propriis bonis, quæ ad Imperium pertinebant, vel ex alienis feudis erant.

**Cura pecuniæ emungendæ potiſſimum coquebat & torquebat Henricum.*

**Videtur totus iſte de inveſtituris diſcurſus effictus & expreſſus ex Tract. Walrami de eodem argumento apud Illyricum in Catalogo Teſtium; qui totus inædificatur privilegiis nunquam conceſſis: ſed ſuppoſititiis & commentitiis.*

**Non eſt univerſim verum. Nam Carolus Magnus ampliſſimis opibus auxit cùm alias Eccleſias, tum maximè Romanam, ut de antiquioribus Impp. nihil dicam.*

*Nam

A * Nam laicis principibus ſine legitimo barede mortuis, eorum provincias, quæ beneficiario jure ad Imperium pertinebant, non aliis ampliùs Laicis regulis, ſed Epiſcopia concedebant: atque bac ratione omnes Epiſcopatus, & Abbatias Italiæ, Galliarum, & Germaniæ, imò totius orbis Latini, & denique ipſum Pontificem Romanum, ex pauperibus ditiſſimos, & maximos Principes fecerant; ex eis ſcilicet opibus, quæ antè Imperii juris erant, in nulla re Imperialia propterea jura minui exiſtimantes. quippe quòd certi eſſent, eos omnes Prælatos à ſe deſignandos fore, & non niſi juſſu ſuo, & voluntate ſacerdotia ipſa obtenturos. Gregorius igitur ſuis decretis dimidium * Imperii Cæſari tollebat: Nam Epiſcopi nulla ratione adduci poterant, ut, quæ ab Imperatoribus antiquis obtinuerant, dimittere, & Imperatori reſtituere vellent, cùm ex ſua eruendi eſſent poteſtate (id enim Cæſar ipſe quærebat) nec Imperator id agere poterat, ut Epiſcopi ea imperio reſtituerent, quæ ab Imperatoribus non ùt * Epiſcopi, ſed ùt Imperialia membra obtinuerant. Si igitur Prælatorum deſignatio ab Imperatore auferretur, & Prælati retinerent beneficia, & alia, quæ Imperii antè fuerant, * dimidium Imperii omnino ab Imperatore tollebatur.

** Plurima quidem Eccleſiis donata ſunt ab Imperatoribus; etiam immediatè. Sed non omnia: neque nullus Catholica pietatis amans Imperator aut Princeps eo conſilio Romanam Eccleſiam vel alias ditavit, ut jus eligendi & inveſtiendi Antiſtites ſibi raperet, quia hoc jus non laicis, ſed Eccleſiæ competit.*

** Falſum; nam quæ Gregorius Cæſari eripere tentabat, nunquam fuerant Imperii de jure, ſed per vim & illegitimam uſurpationem.*

** Imò, ùt Epiſcopi ea obtinuerant.*

** Nihil penitus Imperio debitum auferebatur; quia Epiſcopi manebant imperii membra, tametſi, ùt Epiſcopi, non inveſtirentur ab Imperatore.*

Accedit, quod maximè Cæſarem angeB bat, quòd ſi Epiſcopi Germaniæ, & Italiæ cùm ab Imperatore electi, & inveſtiti eſſent, vix in officio contineri poterant, ne contra ipſum varias, & frequentes rebelliones molirentur: quid deinceps facturi eſſent, ſi omnino ex Imperatoris poteſtate eruti & liberati eſſent, & in cujusvis Eccleſiæ, Capituli, vel Collegii poteſtate eſſet nobiliſſimi, & potentiſſimi Epiſcopatus antiſtitem quempiam Imperatori hoſtem acerrimum eligere, qui maximæ Imperii ruinæ cauſa deinde eſſet? *

** Huic incommodo occurri poteſt, ſalvo Eccleſiæ jure, & abſque ulla, quæ tunc vigebat, Simoniaca beneficiorum nundinatione.*

Hæ igitur cauſæ ſunt, quæ Cæſarem, & ceC teros Laicos Principes quàm maximè adverſùs Pontificem commoverunt, Imperii enim vel omnino tollendi, vel in perpetuum ſtabiliendi cauſa tunc maximè tractabatur. Cæſar enim Imperii jura, & ea quidem ſumma omnino tueri, Papa verò Eccleſiæ libertatem, nulla imperialis excidii ratione babita, aſſerere volebat, indignum eſſe clamitans à maD nu Laica ſacerdotes creari, quanquam id per trecentos ferè annos à Caroli Magni tempore * ſub ſexaginta & eò ampliùs Romanis Pontificibus uſurpatum eſſet. Maximè igitur Imperatori laborandum erat, ne bæc decreta ſtarent, ſi imperii jura; imò imperium ipſum ſalvum eſſe vellet, quod ejusmodi Papalibus edictis procul dubio diſſipandum eſſe * exiſtimabat.

** Hæc ſunt Sigeberti, non veritatis.*

** Sed malè: nam imperium non diſſipatur conſervatione juris Eccleſiaſtici.*

Pontifex etiam * Epiſcopos, Abbates, E cæteróſque Prælatos prima bac fronte his conſtitutionibus non minùs ſibi infeſtos reddidit, quàm Imperatorem ipſum: quibus neceſſe erat, aut Epiſcopatibus carere, & Abbatiis, aut excommunicationi ſubjacere: aut Epiſcopatus, & Abbatias de manu Imperatoris ſuſcipere. Quod enim tunc Collegium, vel Capitulum auderet contra tam * veterem conſuetudinem, tot ſeculis coalitam, & ſemper uſurpatam in locum demortui Pontificis, vel Abbatis novum conſtituere Præſulem, Imperatore potentiſſimo inconſulto? Nam & eligentes, & electus antiſtes non ſolùm votis ſuis potiri non potuiſſent, F ſed & temerarii auſus ſtatim pœnas Imperatori luiſſent. Aut, quis Epiſcopus, vel Abbas, quanquam tutè eligi à ſuæ Eccleſiæ collegio potuiſſet, & præter Imperatoris ſententiam; ſacerdotium aſſumere poſſet, vel auderet, qui ſtatim à ſua ſede, alio ab Imperatore ſurrogato, armata manu ejiciendua eſſet? Fieri ergo non poterat, ut, ſi quis Epiſcopatum, vel Abbatiam adipiſci volebat, eam aliter quàm ab Imperatore acciperet, & præſertim in provinciis imperio ſubjectis. E contra, ſi quis ita ab Imperatore ſacerdotium ſuſcepiſſet, ſtatim ab Epiſcopo Romano excommunicatione notabatur; quam bomines bac tempeſtate in tantum timebant, G ut ea una præcipuè Romani Pontifices omnia, quæ deſiderabant, ſe tandem conſequi poſſe, non dubitârint. Quod etiam illis ex voto, quanquam non ſine periculis, & difficultatibus poſtremò ceſſit. Vix enim ab iis devotus, alicubi diutino tempore conſiſtere pôterat, omnibus eum, tanquam peſtem publicam, evitantibus, exiſtimantibúsque, ſi cum excommunicato agerent, ſe ſtatim vivos terræ hiatu abſorbendos.

** Simoniacos, qui beneficia Eccleſiaſtica emerant.*

** Quàm verò vetus?*

Effectus & efficacitas excommunicationis.

In maximis ergo anguſtiis, & calamitatibus, nimiíſque preſſuris Prælati Eccleſiæ tunc conſtituti erant, adeò, ut multi potiùs elegerint dignitatibus cedere, quàm vel in Imperatoris indignationem, ſi ab eo inveſtituras, quod alia ratione fieri non poterat, H non ſuſciperent, vel in excommunicationem, ſi acceptâſſent, incurrere, ab omnibúsque ludibrio haberi, & pro impiis, & facinoroſis reputari. * Cæſar quoque ipſe, multíque alii Principes, & Prælati fuerunt, qui Romani Pontificis anatbema, tanquam iniquum, & injuſtum, & præter leges factum, contemnebant, alióſque contemnere perſuadebant, & cogebant. * Populorum tamen multitudo, & maxima Principum tam Laicorum, quàm Eccleſiaſticorum pars excommunicationem Papæ maximè verebantur; vel, quod re ipſa ſentirent; vel, in Imperatoris odium, qui à multis Germaniæ Principibus, & præſertim Saxonibus, quos, ùt rebelles Cæſar ipſe frequentibus bellis attriverat, ingenti odio babebatur. Ita enim ſtinc Ger-

** Aliqui contemnunt excommunicationem & repudiant, ut iniquam.*

** Plures eam reverentur & ratam exiſtimant.*

A Germanorum Principum animi, *ut non niſi coacti, Imperatori à ſe electo parere velint, avitæ tuendæ libertatis avidiſſimi.

** Imperatori ſponte ſua parent Germani; tyranno non niſi coacti.*

Hoc igitur Papæ decreto quàm maximè incitati ſunt Epiſcoporum Germaniæ, & Italiæ animi; cui cùm Imperator nulla ratione obtemperare vellet; Papa Gregorius tam ob hanc cauſam, quàm ob eam rebellionem, quam poſt primam pacem, & abſolutionem impetratam fecerat, & alia multa crimina, de quibus à Saxonibus apud Pontificem delatus fuerat, ipſum Cæſarem denuò graviſſimo anathemate notatum, imperio privavit; Rodulfúmque, qui contra eum Auguſtus ab aliquot Germanis Principibus
B creatus in ſchiſmate fuerat, confirmavit, & omnes ab Henrici Sacramento abſolvit: Guibertúmque Archiepiſcopum Ravennatem præcipuum Imperatoris amicum, ſacerdotio mulctatum, ac pleróſque alios Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Abbates, qui Henrici cauſam tuebantur, paſſim excommunicavit. Quæ omnia, cùm ad Imperatoris aurem perveniſſent, valdè timuit, Pontificíſque * audaciam veritus, ſtatuit hominem prævenire, quem videbat totas vires ſuas eò dirigere, ut ſe Imperio privatum, in ordinem cogeret, * Imperiíque majeſtatem, & jura omnino everteret. Pro certo etiam ſciebat, Papam ipſum hoſti ſuo Rodulfo conſtantiſſimè adhærere; ſe quoque ob frivolas, ùt ipſe dicebat, cauſas excommunicatum querebatur. Ipſum itaque Pontificatu, alio ſuffecto, privare omnino conſtituit.

** Imò magnanimitatem.*

** Hoc non fuit propoſitum Gregorio: ſed Eccleſiæ jus ſuum recuperare, Simoniam tollere, & menſas nummulariorum evertere ſtuduit. Nec Imperium evertitur, ſi Eccleſiæ jus ſuum relinquatur integrum.*

Igitur eodem anno, qui ſalutis erat M. XXC. duo contra Gregorium Papam Concilia in Germania celebravit. Primum Moguntiæ in Pentecoſte XIX. alterum verò in Italiam veniens, * Brixinæ in Noricis, XXX. Epiſcoporum. In quo etiam adfuerant Prin-
C cipes Laici omnes, qui Imperatoris cauſam tuebantur; non ſolùm Germaniæ, ſed etiam Italiæ. Ubi ex Imperatoris auctoritate factus eſt omnium conſenſus adversùs Papam Hildebrandum; quem *Pſeudomonachum totiúsque veſaniæ peſtiferum Principem, & præcipuè ſanctæ ſedis invaſorem eſſe* affirmantes, ab Apoſtolica ſede depellendum, quanquam inauditum, & abſentem, judicaverunt; & ex Imperatoris voluntate Guibertum Archiepiſcopum Ravennatem ipſi ſub-
D rogandum elegerunt.

** Tirolenſis ditionis.*

Convicia ſchiſmaticorum in Gregorium VII.

Maximum hinc diſcordiarum initium exortum, quem electum tam Rex Henricus, quàm omnes Principes, & Epiſcopi * proni in terram adoraverunt. Ejus porrò decreti, quo in Concilio Brixinenſi, Epiſcopi factionis Henricianæ Pontificatum Gregorio VII. abrogârunt, concluſio hæc fuit: * *Quia*, inquiunt, *illum conſtat non à Deo electum, ſed à ſe ipſo in fraude, & pecunia imprudentiſſimè objectum, qui Eccleſiaſticum ſubvertit ordinem, qui Chriſtiani Imperij perturbavit regnum, qui Regi Catholico, ac pacifico corporis, & animi intentat mortem, qui perjurum defendit Regem, qui inter concordes ſeminavit diſcordiam, inter pacificos lites, inter fratres ſcandala, inter conjuges diſcordiam, & quidquid quietè inter piè viventes ſtare videbatur, concuſſit: nos, auctore Deo, congregati in unum, legatis, & litteris freti XIX. Epiſcoporum, die ſancto præterita Pentecoſtes Moguntiæ congregatorum, contra eundem Hildebrandum procaciſſimum, ſacrilegia, & incendia prædicantem, perjuria, & homicidia defendentem, Catholicam, & Apoſtolicam fidem de corpore, & ſanguine Domini in quæſtionem ponentem, hæretici Berengarij antiquum diſcipulum, divinationum, ac ſomniorum cultorem, manifeſtum necromanticum, pythonico ſpiritu laborantem, & idcirco à vera fide exorbitantem, judicamus Canonicè deponendum, & expellendum; & niſi ab ipſa ſede, his auditis, deſcenderit, in perpetuum condemnandum.* Actum 7. Kalend. Julij feria 5. Indictione 2.

** Notent hæc ſectarii. Henricus cum ſuis non negavit Auctoritatem ſedis Apoſtolicæ, ſed quæ geſſit, odio Gregorii, non ſedis aut throni geſſit.*

** Hæc ſententia ex Urſpergenſi deſumpta eſt: de qua lege Bar. M. LXXX. num. 18. & ſeqq.*

E

F

Cæſar quoque Henricus hanc illi epiſto- G
lam ſcripſit: Henricus Dei gratia Rex, &c. Hildebrando, &c. *Cùm hactenus ex te ea, quæ ſunt Patris exſpectarem, tibique in omnibus magna cum fidelium noſtrorum indignatione obedirem, recepi abs te viciſſitudinem, qualem oportebat ab eo, qui vitæ, regnique noſtri perniciosiſſimus hoſtis eſſet. Nam cùm primùm omnem hæreditariam dignitatem, quæ mihi ab illa Apoſtolica ſede debebatur, ſuperbo auſu rapuiſſes, longiùs inde progreſſus, regnum Italiæ peſſimis artibus alienare tentâſti. neque hoc contentus, in Reverendiſſimos Epiſcopos, qui nobis veluti dulciſſima membra uniti ſunt, manum mittere non timuiſti, eóſque ſuperbiſſimis injuriis, acerbiſſimiſque contumeliis contra divina & humana jura, ùt ipſi ajunt, exagitâſti. Quæ omnia, cùm ego quadam patientia diſſimularem; tu, hoc non patientiam, ſed ignaviam exiſtimans, in ipſum caput inſurgere auſus es, mandans, quæ nôſti, videlicet, ut tuis verbis utar, quòd aut tu* H
morereris, aut tu mihi animam, regnúmque tolleres, &c.

Vide Bar. M. LXXX. num. 26.

Hoc decreto, & epiſtola ad ſe perlatis, Gregorius nihil timens, ut animos ſuorum confirmaret, providit, Saxonibúſque, Imperatoris hoſtibus, ut bono animo eſſent, perſuaſit. * Falſum enim Regem eo anno moriturum, conſtantiſſimè, quemadmodum ſibi divinitùs revelatum fuerat, affirmabat. Et verum quidem prædixit: ſed, ſefellit eum de falſo Rege conjectura, ſecundùm ſuum deſiderium de Henrico Rege interpretata. Nam, cùm poſt Concilium Brixinenſe Antipapa Guibertus cum inſignibus Pontificalibus in Italiam veniſſet, Imperatoris adventum exſpectans, à quo armata manu Romam deduceretur; Imperator verò in Germaniam contra Rodulfum profectus eſſet, prælio inter utroſque reges

** Hæc à ſchiſmaticis conficta ſunt, occaſione cujuſdam epiſtolæ à Gregorio ſcriptæ, de qua Baron. M. LXXX. num 49. & ſeq. Intulit ea, ut pleraque alia hujus farinæ Sigebertus in ſuam Chronologiam. Unde deſcripſit Onuphrius.*

ad

A ad 4. idus Octob. inito Rodulfus Rex gravi vulnere ſaucius, non longè pòſt mortuus eſt. Rodulfo occiſo, & rebus Germaniæ compoſitis, Henricus ingenti exercitu comparato, in Italiam venit, ut Antipapam Guibertum Apoſtolicæ ſedi, fugato Gregorio, per vim imponeret.

Baron. M. LXXXI. num. 13. & ſeq. Quapropter anno Domini M. XXCI. feſtis Paſchalibus celebratis, Imperator Henricus in Italiam cum exercitu veniens, aſſumpto ſecum Antipapa Guiberto, ad urbem in vigilia Pentecoſtes pervenit, quam reſiſtentibus ſibi Romanis, & Gregorio Papa, ferè per biennium obſedit: donec poſtremò anno Domini M. XXCIII. nonis Junij, tradentibus ſe Romanis, ingreſſus eſt. Pontifex Gregorius, urbe partim vi, partim proditione ab Henrico occupata, in arcem B ſancti Angeli, quam egregiè muniêrat, cum ſuis ſe recepit. At cùm nulla inter Imperatorem, & Pontificem concordiæ via relicta eſſet, Imperator anno ſequenti M. XXCIV. Gregorio adhuc in arce S. Angeli exiſtente, de aliquot procerum, & Cardinalium Romanorum conſenſu, quos partim vi, & metu, partim donis, & pollicitationibus in ſententiam ſuam traxerat, Guibertum Archiepiſcopum Ravennatem, ex ejus auctoritate Brixinæ triennio antè Romanum Pontificem deſignatum; in Antipapam Dominico die Palmarum Clementis III. illi nomine impoſito, inaugurari fecit: à quo proximo C Paſchali feſto cum uxore ſua Berta, Imperator, & Auguſtus coronatus eſt. Deinde ad arcem S. Angeli oppugnandam, in qua Gregorius VII. permanebat, converſus, cùm eam acriter urgeret, effecit, ut Pontifex coactus Robertum Guiſcardum, cum maximo Nortmannorum exercitu in auxilium ſuum evocârit, cujus adventu Imperator perterritus, urbe cum Antipapa aufugit. Robertus porrò in urbem veniens, Gregorium arce eductum, ſuæ ſedi Laterani reſtituit: ſed audiens Imperatorem, quem urbe effugaverat, reparatis ex Tuſcia, & D Lombardia viribus, cum Antipapa Romam reverti, ſimúlque Romanorum inconſtantiam veritus, Pontificem ex urbe eductum, ſecum Salernum urbem munitiſſimam perduxit, ut ibidem, quouſque pax daretur Eccleſiæ, permaneret. Ubi, toto anno M. XXCIV. & parte anni M, XXCV. uſque ad diem mortis ſuæ commoratus eſt: cùm Imperator, & Antipapa Romam, eo interim tempore, & omne Eccleſiæ patrimonium occupâſſent.

Quibus factis Imperator in Germaniam reverſus Antipapam magna cum militum copia, & Romanis commendatum in urbe reliquit.

Encomia Gregorii VII. Anno deinde, qui ſecutus eſt M. XXCV. *Vir vita venerabilis, prudentiſſimus, Catholicus, Deo amabilis, hæreticorum malleus indefeſſus, Eccleſiaſtici juris redemptor, ac conſervator ſolertiſſimus, perpetuóque memoria dignus Gregorius Papa VII.* E cùm per aliquot menſes Salerni fuiſſet, magna morbi vi premi cœpit, exitúsque de hoc mundo tempus ſibi adeſſe cognoſcens, ante tertium ſui obitûs diem, rogatus ab Epiſcopis, & Cardinalibus, qui fortè tunc cum Abbate Caſſinenſi Deſiderio aderant, quid de Romanæ ſedis poſt obitum ſuum ordinatione juberet, omnes hortatus eſt, ut procul dubio novum in ſui locum Pontificem crearent, omnibúsque Abbatem Deſiderium propoſuit tanto muneri parem. Præter id enim, quòd is S. R. E. Presbyter Cardinalis eſſet, prudentia quoque ſumma, & religione præcipua, ſingulari F Principum benevolentia, amicitiáque pollebat. Quòd ſi hunc flectere nullatenus poſſent, ut Pontificatum Romanum acciperet; aut Lugdunenſem Archiepiſcopum Hugonem, aut Othonem Oſtienſem, ſive Anſelmum Lucenſem Epiſcopos eligere, quàm primùm ipſe defunctus eſſet, ſtuderent.

His ordinatis, cùm tempus obitûs ſui jam jam appropinquare cognoſceret, clamavit: *Dilexi juſtitiam, & iniquitatem odio habui*; & propterea exul morior. His dictis, & omnibus Eccleſiaſticis Sacramentis præmunitus, glorioſus, & B. Pontifex 8. Kal. Junij die Dominico, Indictione 8. anno M. XXCV. animam cælo reddidit: ibidémque in Eccleſia S. Matthæi, quæ Salerni cathedralis G eſt, honorificentiſſimè eſt ſepultus. Vacavit eo mortuo propter temporis, rerúmque difficultatem Romana ſedes annum unum.

Cùm igitur in Principe Romano imperium ab Eccleſia præciſum graviter percuſſum fuiſſet, Eccleſia quoque Romana tanto Paſtore, qui inter omnes Principes *præcipui zeli, ac auctoritatis* erat, orbata, dolorem non modicum ſenſit. Fuit enim hic Pontifex *Laus Gregorii VII.* *vir conſtantiſſimus, recti propoſiti tenax, & qui à recta via nec minis, nec precibus unquam ne latum quidem, ùt dicitur, unguem diſceſſit. Homo antiqui exempli, & priſcis illis Romanis Pontificibus, qui diverſa pro Chriſto cruciatuum* H *genera pertulère, comparandus, audax, prudens, cautus, & maximus Eccleſiaſticæ libertatis aſſertor.* Huic uni, cùm omnes Latinæ Eccleſiæ, tum præcipuè Romana acceptum referre debet, quòd libera ſit, & ab Imperatorum manu eruta, quòd tot divitiis, opibus, & profana ditione locupletata; quòd Regibus, Imperatoribus, & omnibus Chriſtianis Principibus ſit præfecta; à quo poſtremò, ut omnia verbo uno complectar, maximus iſte, eximiúſque ſtatus, in quo Eccleſia Romana eſt omnium Chriſtianorum domina; cùm antea, tanquam vilis ancilla, non ab Imperatoribus modò, ſed à quovis Principe Romani Imperatoris præſidiis fulto, premeretur, ab hoc maximè illius, & omni ſæculo tremendæ, venerandæque Romani Pontifi-

A cis, & infinitæ penè poteſtatis jus manavit. Nam etſi antè Romani Pontifices, tanquam religionis Chriſtianæ capita, Chriſtíque Vicarij, & Petri ſucceſſores colerentur, non tamen eorum auctoritas ultra protendebatur, quàm in fidei dogmatibus, vel aſſerendis, vel tuendis. Cæterùm * Imperatoribus ſuberant; ad eorum nutum omnia fiebant: ab eis creabantur: * de eis judicare, vel quidquam decernere non audebat Papa Romanus. Primus omnium Romanorum Pontificum Gregorius VII. armis Normannorum fretus, opibus Comitiſſæ Mathildis, mulieris per Italiam potentiſſimæ confiſus, diſcordiáque Germanorum Principum bello civili laborantium inflammatus, præter majorum morem, contempta Imperatoris auctoritate, & poteſtate, cùm ſummum Pontificatum obtinuiſſet, Cæſarem ipſum, à quo ſi non electus, ſaltem confirmatus fuerat; non dico excommunicare, ſed etiam regno, imperióque privare auſus eſt. Res ante ea ſæcula inaudita. * Nam fabulas, quæ de Arcadio, Anaſtaſio, & Leone Iconomacho circumferuntur, nihil motor. Unde Otho Friſingenſis horum temporum ſcriptor; *Lego*, inquit, *& relego Romanorum Pontificum geſta, & nuſquam invenio aliquem eorum ante hunc Henricum à Romano Pontifice excommunicatum, vel regno privatum* &c.

** Non omnibus, ſed nonnullis, idque de facto, non de jure; vi & tyrannide, non lege & æquitate.*

** Non eſt verum.*

B

** Non ſunt fabulæ. Lege Bell. lib. 2. de Pontif. cap. 19. & lib. 3. cap. 2. Vide quæ ad lib. 2. cap. 19. diximus.*

C

Cæterùm ea, quæ horum temporum Cardinalis quidam Benno, Germanus, in gratiam Imperatoris contra Gregorium VII. ſcripſit, animus non eſt modò refellere. cùm res ipſæ, quas huic Pontifici objicit, partim falſæ, partim ridiculæ ſint, & nullius momenti: cui tum, quòd hoſtis acerrimus Gregorii Papæ fuerit; tum ex his, quæ dixi, nullatenus fidem adhibendam cenſeo. Meam hanc ſententiam confirmare poſſunt horum temporum ſcriptores tam Germani, quàm Itali; qui de hujuſmodi pernicioſa diſcordia, tum ex inſtituto, tum obiter libros conſcripſère; inter quos præcipui fuère, Paulus Bernriedenſis * presbyter Reginoburgi; Gerochus Reicherſpergenſis * Epiſcopus, Lambertus Schaffnaburgenſis Hirſenfeldenſis monachus, Chuntadus de Liechtenavv, omnes Germani: Ex Italis item Leo Marſicanus, Epiſcopus Oſtienſis; Incertus auctor Bibliothecæ Palatinæ, qui hujus Pontificis vitam conſcripſit, & noviſſimè Anſelmus Epiſcopus Lucenſis, Gregorii ipſius cooperator indefeſſus; qui hymnos, & alia, quæ de Salvatoris noſtri cruciatibus perſcripta ſunt, de Gregorio ipſo interpretatus eſt: ejúſque doctrinam eleganti libro ſcriptam confirmavit vir literis eruditus, ingenio acutiſſimus, facundia præcipuus, & quod omnibus majus eſt, in Dei timore, & ſancta converſatione celeberrimus, ita ut tam in vita, quàm poſt mortem miraculis claruiſſe memoretur.

Judicium de calumnioſo Bennonis commentario.

D

** Monachus ord. Canon. Regul. S. Auguſtini.*

** Non Epiſcopus, ſed Præpoſitus.*

E

Is ſcribens ad Antipapam Guibertum Epiſtolam, in qua illum prævaricatorem, ac ſuperbum vocat, atque inter alia: *Ut ergò*, inquit, *de beato Patre noſtro Gregorio dicam, quod de Cornelio ſcripſit beatus Cyprianus: factus eſt* Gregorius *Epiſcopus de Dei, & Chriſti ejus judicio, de clericorum penè omnium, &, ut verius dicam, omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc aderat, ſuffragio, de ſacerdotum bonorum virorum, & antiquorum collegio, cùm nemo ante ſe factus eſſet; cùm* Alexandri *locus, id eſt, Petri locus, & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret; quo occupato de Dei voluntate, atque omnium noſtrûm conſenſu ordinato, quiſquis jam Epiſcopus voluerit fieri, foras fieri neceſſe eſt; non habeat Eccleſiaſticam ordinationem, qui Eccleſiæ non tenet unitatem, quiſquis ille fuerit, licèt multum de ſe jactans, ſibi plurimum vendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt; & cùm poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt unum, qui ſolus debet eſſe, factus eſt, jam non ſecundus ille, ſed nullus eſt*, &c. Idem & alii multi ſcriptores prodidère. F

Cæterùm, ut hanc rem ſemel finiam, hujuſmodi rerum occaſione pernicioſiſſima ſeditio, & hæreſis omnium peſtilentiſſima Chriſtianum populum hoc tempore maximè pervagata eſt, & orbis terrarum, ſi unquam, hac tempeſtate à cardine bellorum procellis jactatus eſt; & genus humanum undique armorum turbine involutum fuit, ita ut nullius ſchiſmatis tempore graviora Eccleſiam pericula, & calamitates paſſam fuiſſe legamus. G

Gregorio VII. expedito, nunc quis Clemens III. Antipapa fuerit, & res ab eo geſtas aperiam.

CLEMENTIS III.
ANTIPAPÆ ELECTIO.

CLEMENS III. qui in ſchiſmate contra Gregorium Papam VII. ab Imperatore Henrico IV. ut * imperii jura tueretur, Antipapa creatus eſt. Fuit natione Italus, patria Parmenſis, ſummo loco natus, ex familia Corrigia, quæ ejus urbis aliquando principatum tenuit, Guibertus antea vocatus. Hic ab ineunte ætate ad curiam Imperatoris, (quæ ſacerdotiorum conſequendorum cauſa, * ùt noſtro tempore Romæ mos eſt, tunc ex toto orbe terrarum frequentabatur,) ut fortunam ſuam experiretur, acceſſit Chunrado Henrici III. patre rerum potiente. Cùm autem adoleſcens evaſiſſet ingenio, facundia, & prudentia clarus, & nobilitate præcipuus haberetur, paulatim in gratiam Henrici III. pervenit; à quo permagnificè ſemper tractatus eſt. Apud uxorem verò ejus Agnetem tantum gratia, & autoritate valuit, ut ipſum Italici regni Cancellarium creari procurârit. Eum enim providum, ſtrenuum, & prudentem

** Imò ut libidinem ſuam expleret, & jus divinum everteret.*

H

** Diſpar ratio. Nam Romæ legitimum eſt tribunal: in aula illegitimum, præſertim cùm in ea omnia eſſent venalia, præterque* Simonem & Giezi *nemo jus diceret. Domnizo de Guiberto.*

Major erat cunctis Gubertus Epiſcopus urbis

A tem virum in multis arduis negotiis experta fuerar. Quo tempore ad ejus nutum, & voluntatem totum Imperii pondus vertebatur; in quo munere Henrico III. Cæſare Cadolum Pallavicinum in ſchiſmate contra Alexandrum II. Pontificem creatum maximè fovit, &, dum potuit, in Pontificia dignitare prorexir.

Ravennæ, doctus, ſapiens, & nobilis ortus, exſtiterat Parmæ civis ſeu Clericus. antè dum fuit Electus Gregorius, iſte Guibertus ipſi juravit.

Cæterum Agnete Imperatrice à rerum cura ſubmota, quibus diu poſt Henrici III. mariti ſui mortem, quòd puer erat adhuc filius ejus Cæſar Henricus, præfuerat; cùm negotiorum Imperialium morem tractandum pro Rege puero Anno Colonienſis Archiepiſcopus ex Principum conſenſu ſuſcepiſſet, Guibertus officio ſuo privatus eſt; Vercellenſi illi Epiſcopo ſubrogato, cùm multo-
B rum Imperii procerum invidiam ob virturem contraxiſſet. Verùm, cùm Henricus Cæſar adoleſcens è tutorum poteſtate exiiſſet, cognita Guiberti induſtria, & virtute, eum inter intimos amicos, & conſiliarios ſuos accivit; & non longè pòſt Archiepiſcopum Ravennatem deſignavit. Mortuo Alexandro II. per aliquod tempus in officio permanſit, & Gregorio VII. qui ei ſucceſſerat, paruit. Cùm verò ejus ab Imperatore animi alienationem cognoviſſet, Pontifice, cui obedientiam præſtiterat, prodito, ad Imperatorem ſe contulit, eúmque vehementer ambitione inflammatus, contra Papam Gregorium concitavit. Quo poſtremò Brixinæ ex Imperatoris auctoritate Pontificatu privato, Anno M. XXC. Pontificatus ejuſ-
C dem Gregorii, VII. Guibertus ipſe Imperatoris juſſu VII. Kal. Julii; Indictione III. ab Epiſcopis, qui in eo conventu aderant, eidem Pontifici ſubrogatus eſt, & Clemens III. appellatus; qui in ſchiſmate contra Gregorium VII. Victorem III. Urbanum II. & Paſchalem II. ſedit annos plus minùs XXI. Anno deinde M. XXCIV. Romæ XI. Kal. Aprilis die Dominico Palmarum ab Epiſcopis Bononienſi, Murinenſi, & Piacentino, cùm Cardinales deeſſent, inauguratus proximo Paſchali feſto Imperatorem Henricum cum uxore Bertha coronavir. Audito verò Roberti Guiſcardi Nortmannorum Ducis adventu, qui in auxilium Gregorii VII. in arce
D ſancti Angeli concluſi veniebat, Imperator, & Antipapa urbe exceſſerunt: Guibertus quidem in Lombardiam; Imperator verò in Germaniam, ubi anno ſequenti M. XXCV. Moguntiæ Epiſcoporum Germaniæ Synodo congregata, ordinationem Clementis III. & abrogationem Gregorii VII. confirmari juſſit. Quo tempore Herimanno primùm, deinde eo mortuo, Egberto alio Regibus à Saxonibus contra ſe creatis, ita novis bellis civilibus implicari cœpit, ut rebus Italicis ampliùs ſic vacare non poſſet. Porrò autem Roberto Guiſcardo ex urbe cum Gregorio VII. diſcedente, Guibertus ad eam re-
verſus cum Imperatoris Præfecto arcem S. E
Angeli, & omnia ferè ejus loca obtinuit.

Audita interim Gregorij VII. & qui illi ſucceſſerat, Victoris III. morte, cùm Urbanum II. ſuffectum eſſe cognoviſſet, tum primùm intellexir adverſariorum ſuorum odium in ſe perpetuum eſſe, ſéque nunquam Pontificatum Romanum pacificè obtenturum. Quare toto Urbani II. Pontificatu, vario * cum Hildebrandina factione Marte conflixit, modò Urbe extorris, modò ea potiùs ſcilicet, prout ſibi ſecunda, vel adverſa Romanorum, & Imperatoris ſtudia erant, eam tamen majore Urbani II. Pontificatus parte obtinuit Urbano ipſo Urbe
fugato. F

* *imò cum orthodoxis.*

Paſchali porrò II. creato, cùm adversùs eum ſeditionem, & bellum civile aſtrueret, tandem in arce S. Angeli, quæ ſui juris adhuc erat, mortuus eſt, & ad Eccleſiam Ravennatem, in qua ſepultus eſt, translatus Pontificatus Anno XXI. Chriſti verò M. C. I. Fuit hic Clemens vir utique litteratus, ingenio, eloquio, nobilitate, cæteríſque animi, & corporis dotibus inſtructiſſimus, & perſonæ reverentia admodùm clarus; &, qui forſitan Deo placuiſſet, niſi vi, & ambitione inflammatus, ea, quæ ſibi non licebant, tentâſſet; nec Roma tunc, nec Ravenna bene uſus; & qui ſupra unum Papam Gregorium viventem, quanquam, ùt ipſe dicebat, coactus, aſcendit, & tribus ſibi invicem ſuccedentibus ſupervixit: extorris
diu utraque ſede, & Romana, & Ravenna- G
te, malens, ùt ſæpe dicere ſolitus erat, ſe Apoſtolici nomen nunquam ſuſcepiſſe. Cujus cadaver poſtmodum, pace inter Henricum V. & Paſchalem II. facta, de ſepulchro, ubi quinquennio jacuerar, abſtractum, crematum eſt juſſu Paſchalis II. omniáque ejus acta in Synodo Laterani congregata irrita facta ſunt.

De eo ita quidam horum temporum auctor ſcribir: *Guibertus, qui poſt præſtita domino ſuo beatæ memoriæ Gregorio VII. fidelitatis juramenta, & obedientiam ſeptem annis exhibitam, invaſit Apoſtolicam ſedem, Henricúmque*
Imperatorem abſolvit ab obſervatione jurisjuran- H
di, quod apud Canuſium Lombardiæ oppidum olim Gregorio Papæ præſtiterat, eum Romam attraxit, & cum eo pugnare Eccleſiam Romanam cœpit. Ii verò, qui ex parte Gregorii ultra montes erant, cùm Imperatorem in Italia commorari cognoviſſent, adversùs eum rebellare diſponunt. Contra hos Imperator accedens, vario belli eventu, plurimis prœliis ſæpe pugnavit, magnæ utrinque cædes, incendia plurima, direptionéſque contigére. Relictis tandem in Germania copiis ad obſiſtendum ſumptu tum ſuo, tum conductitio milite, Romam, & ſuburbana omnia rapinis, incendiiſque, & cædibus, quanta potuit, acerbitate vexavit: tandem Simone ſuo, precio magis, quàm virtute,

A *in Apoſtolica ſede locato, Imperij ab eo accepit coronam, tam non faventibus ſibi, ſuiſque complicibus Romanis, quàm non contradicentibus, atrociſſimam movit perſecutionem. Hujus rei gratia, totus ferè Imperij Romani Eccleſiæ deſolata, & religio Chriſtiana diſſipata, & pluſquam viginti millia hominum, agente Guiberto, pleriſque locis ſunt cæſa. Qui etiam, pulſis Catholicis Epiſcopis, & Abbatibus, aliiſque Eccleſiarum Præpoſitis, doctrina, & religione præſtantibus, ſceleratos, & illiteratos ſingulis urbibus, monaſteriis, Eccleſiiſque præfecit; ſæpe ſingulos, plerumque binos, annis ſingulis Magiſtri ſui Simonis mercimonio execrando ſubſtituens in deprædandis locis ſanctis, ſibique non faventibus Chriſtianis, imò ipſis quoque faventibus, dum non eſſent, qui armato reſiſterent, longè, latéque ſævitia Neronis, & Decij perdita voluntate graſſatus eſt. Idem verò, qui multò rectiùs demens Papa, quàm Cle-* B *mens dictus eſſet, in oppido ſuo, quod argenteum dicitur, excelſa fabricata turre præſtolatus Simoniacos angelos, cum quibus volando in paludem ſtygiam rueret, Deo, per omnia, Gregorio Papa favente, cruribus ſuis confractis, cùm illi nemo Apoſtolicam obedientiam exhibuerit, vel reverentiam, præter Imperatorem, ejúſque complices, vel qui ſe illi propter avaritiam, quæ eſt idolorum ſervitus, vel perpetuò, vel ad tempus ſub juriſjurandi Sacramento crediderunt: quorum plurimi, quibus ejus perfidia claruerat, dum execrabilis divina immolaret ſacrificia, non adeſſe tolerabant, ſcientes eum nullo Romano ſucceſſiſſe Pontifici; ſed perfidum, perjurum, invaſorem, & Simoniacum Gregorio Papa ſuperadditum fuiſſe. Catholici verò, qui zelo Dei fidem, ac religionem tuebantur, Gregorio Papa, ſanctitate, ac religione præſtanti adhærebant.* Ita Leo Epiſcopus Oſtienſis libro III. hiſtoriæ Caſſinenſis. Cap. 69. E

Cæterùm mortuo Clemente III. vacavit in ſua obedientia ſedes aliquot dies. Nam in ſchiſmate contra Paſchalem Papam II. aliquot habuit ſucceſſores ſtudio Imperatoris Henrici in Italia ab ejus Præfectis, ducibus, & fautoribus infelici ſatis ipſis exitu creatos; quorum primus fuit Albertus quidam Attellanus: dein Theodoricus, & Maginulfus. F *De quibus omnibus agit poſtea Onuphrius.*

ADMONITIO
DE
JOANNE WOLFFIO.

C Monuimus ſuprà, Wolffium in undecimum mendaciorum & calumniarum ſuarum centenarium comportâſſe, quidquid contra Gregorium VII. olim vel ſimonia, vel ſcortatio, vel utraque, furiosè effuderat. Inter cætera, quæ affert, adducit quoque ſcriptores contra Gregorium VII. ſed tam obſcuros, ut vix appareant. Supereminet omnes Sigebertus; quid tamen iſte ad illos, quos ſuprà recenſuimus? qualis Benno Pſeudocardinalis tenebrio? Quàm ignotus Hugo Blancus ſeu Candidus: qui farraginem quandam contumeliarum & probrorum adversùs Gregorium ad Wormacienſe ſynedrium attulit. Sed ubi ullum ejus, extra Bennonem, exemplar ſupereſt? quem his coloribus depingit Domnizo in vita Mathildis.

D *Huc Hugo tunc falſus venit, qui dicitur Albus.*
Officit hic multis Romanæ presbyter urbis.
Ter damnatus erat; pretio, qui reſtituebat
Emptores Chriſti templorum junctus & ipſis
Adversùs Papam, fingens mala, lætificabat
Corda malignorum, Regis ſimul & ſociorum.

Nominat quoque lupus iſte Venericum Vercellenſem Antiſtitem. At licèt hic à parte ſchiſmaticorum ſteterit, diſſimulandum tamen non erat; qua ſtyli moderatione in ſua ſcriptione uſus fuerit. Audi Sigebertum in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſt. cap. 161. G *Venericus ex Scholaſtico Treverenſi Epiſcopus Vercellenſis, ſcripſit librum ſub perſona Theodorici Virdunenſis Epiſcopi, ad Hildebrandum, ſive Gregorium Papam, de diſcordia regni, & ſacerdotii, non eum increpans, ſed ut ſeniorem obſecrans, & patrem: & amicabili inductione quaſi affectu dolentis ſuggerens ei omnia, quæ contra jus legum, & fas religionis eum feciſſe, & dixiſſe divulgabat loquax fama.* Wolfius nil dubitat, hunc Venericum eſſe Auctorem Apologiæ Henricianæ; quam ipſe cum ſuis ineptè librum *de unitate Eccleſiæ* indigitat. De qua inſcitia jam alibi egimus. H

Profert quoque Rolandum, Parmenſem, ùt inquit, ſacerdotem. Illum, opinor, intelligit, quem Wormacienſe Conciliabulum Romam ablegavit, ut decretum putatitiæ depoſitionis ad Gregorium perferret: quem Auctor, qui res geſtas S. Anſelmi Lucenſis literis conſignavit, appellat *filium ſæculi; hamum diaboli: inventorem omnis ferè mendacii.* At dic, oro te, Wolffi, quid libri ſcri-

pſit

A pſit & evulgavit iſte Rolandus, ut à te me-
ritò inter ſcriptores contra Gregorium
VII. collocatus exiſtimari à nobis queat?

Prædictis additur Walramus Naumbur-
genſis Epiſcopus; cujus Epiſtolam ad Ludo-
vicum Comitem egregiè excepit Stephanus
Halberſtattenſis in Appendice ad Marianum
Scotum. Producit quoque Illyricus in Ca-
talogo Teſtium commentationem Walra-
mi *de inveſtitura Epiſcoporum per Epiſcopos fa-
cienda*; ineptam prorſus, & plenam igno-
rantia veræ hiſtoriæ; ut pronum eſſet oſten-
dere; ſi hoc nunc ageremus. Inde Wolffi-
us confectam Epitomen in ſuum undecimum
Centenarium retulit: ne tam pretioſa gem-
ma cento ille calumniarum careret.

B Paulum Bernriedenſem, & Gerochum
Reichersbergenſem appellat Wolfius *Prodi-
tores.* Qua de cauſa? quia Gregorium VII.
ſcriptis defenderunt contra ſchiſmaticos: En
grave crimen, dignúmque notari tam gra-
vi & acerbo convicio: quod tamen ad duos
iſtos ſcriptores non penetrat, tum quia alis
caret, tum quia ipſi jam in eum locum eve-
cti ſunt, quem talia jacula ferire non poſ-
ſunt.

Quàm verò cautus & circumſpectus eſt
Wolfius, cùm ait; *Othonem Imperatorem fu-
iſſe à Pontifice Gregorio excommunicatum, quòd
nollet conſentire, ut hereditas Mathildis ad Ro-
manam Eccleſiam devolveretur.* Num Grego-
rio VII. vel Mathildi ulla cum Othone Im-
per. contentio fuit? utrum autem Mathildis
C Azoni Marchioni Aſtenſi nupta fuerit; &
num ab eo per divortium ſeparata, intelli-
get Wolffius, ſi, ſepoſitis nonnihil chartis
infamibus & Voluſianis, meliores libros e-
volvere velit, nominatim Tom. XI. Baro-
nii, Anno Chriſti M. LXXIV. Num. 26. &
ſeqq. Sed non obſequetur; quia ſi mo-
rem gerat, evaneſcere videbit crimina-
tionem, qua Gregorium VII. ob hoc ficti-
tium connubium fictitiè diſjunctum verbe-
rat.

Exſcripſit idem Wolffius ex Zvvingliano
Stumpfio Epiſtolam conciliabuli Worma-
cienſis Anno Domini M. LXXVI. ad Grego-
rium VII. datam. Inter Epiſcopos, quo-
rum nomine ſcripta fertur, numeratur Bur-
D ckardus Halberſtatenſis. At quo jure, cùm
tempore hujus conciliabuli Burckardus ab
Imperatore in vinculis teneretur, cum aliis
Saxoniæ dedititiis principibus, ut planum
fit ex Brunone de Bello Saxonico. Nomi-
natur *Henricus Metenſis.* At Metenſis tum
non erat Henricus, ſed Hermannus, ſeu
Herimannus, ùt patet ex Lamberto & aliis.
Nominatur Eppo *Neapolitanus.* Sed Eppo
ille erat Epiſcopus *Citizenſis.* Forſan Epiſto-
læ Architectum Numburgenſem; ſeu Naum-
burgenſem Neapolitani vocabulo exprimere
voluit. Sed quis, quæſo, veterum Naum-
burgenſem Epiſcopum aliquando vocavit E
Neapolitanum? omnino hæc recentioris ſunt
ſtyli, ne dicam figmenti. Sed Wolfius cri-
minationum perquàm providus eſt coacer-
vator. Paulò antea ex ſibi ſimili Rhapſodo
Schardio dixerat, ab omnibus Epiſcopis Gal-
liæ & Germaniæ, exceptis Saxonibus, dam-
natum fuiſſe Gregorium VII. in Synedrio
Wormacienſi; Et tamen poſtea Saxones no-
minat. An non enim Saxo Burchardus Hal-
berſtatenſis, & Epiſcopi Mindenſis, Pade-
bornenſis, Monaſterienſis, Hildesheimen-
ſis, Oſnaburgenſis? quis enim neſcit Weſt-
phaliam olim Saxoniæ fuiſſe annumeratam? F
& quomodo omnes Germaniæ & Galliæ E-
piſcopi condemnârunt in Wormacienſi con-
venticulo Gregorium, ùt ex Schardio affir-
mat Wolffius? ubi in Epiſtola, quam pro-
fert ex Stumpfio, apparet Epiſcopus Colo-
nienſis? ubi Auguſtanus? ubi Paſſavienſis?
ubi Salisburgenſis? An non ſunt iſti Germa-
ni? Prætereo alia Schardii mendacia, quæ
Wolffius exſcribendo & iterando fecit ſua.

Oggerit eadem Stumpfiana & Wolffiana
Epiſtola decretum Nicolai II. Pontificis, quo
ſancitum, *ut nullus unquam Papa fieret, niſi
per electionem Cardinalium, & approbationem
populi, & per conſenſum auctoritatémque Regis;*
Et addit Epiſtola, ipſum Hildebrandum
fuiſſe hujus decreti *auctorem, perſuaſorem, &
ſubſcriptorem.* Sed ut hæc omnia abſque ul-
la dubitatione vero conſonarent, Grego- G
rium tamen non ferirent; qui ſummo Car-
dinalium, cleri, & populi Romani aſſen-
ſu, Pontifex creatus fuit, cujus electionem
poſtea ipſe Henricus ratam gratámque ha-
buit, ùt ſuo loco vidimus. Deinde, cur
ipſimet Schiſmatici hoc decretum non ob-
ſervârunt? Nam Cadaloum & Guibertum
elegit, imò intruſit Henricus abſque ulla
prorſus cleri & populi Romani approbatio-
ne. Cur ſoli hoc jus ſibi vendicare tentâ-
runt; ut quem vellent, Pontificem crea-
rent; ſive Romanis conſentientibus, ſive
diſſentientibus? An non privilegium amit-
tere dignus eſt, qui intra privilegii metas
ſe non continet, præſertim, ſi eò etiam au-
daciæ procedat, ut contextum ejus adden-
do vel detrahendo corrumpere audeat;
quod à ſchiſmaticis in hac ipſa Nicolai con- H
ſtitutione factum fuit, ùt probat Baronius
Anno Chriſti M. LIX. Ex Cardinali Deusde-
dit in libro contra invaſores, Simoniacos,
atque Schiſmaticos. *Cùm in eodem decreto
cautum eſſet,* inquit Deusdedit, *ut Romæ Pon-
tificis electio à Romano clero, & populo ageretur,
& poſtea notificaretur ipſi: præfatum violantes
decretum, elegêre (quod eis non licebat) prius
Cadaloum Parmenſem, poſtea Guibertum Raven-
natem, induentes eos Apoſtolicis inſignibus, vo-
cantes Apoſtolicos, Apoſtatas, & Antichriſti præ-
curſores. Præterea autem præfatus Guibertus,
aut ſui, aut ſuæ parti favorem adſcriberent, quæ-*

P 3 *dam*

A *dam in eodem decreto addendo, quædam mutan-*
do, ita illud reddiderunt à ſe diſſidens, ut aut
pauca, aut nulla exemplaria ſibi concordantia va-
leant inveniri. Quale autem decretum eſt, quod
à ſe ita diſcrepare videtur, ut, quid in eo potiſ-
ſimùm credi debeat, ignoretur? Et hoc quod
Henrico parenti & filio conceſſum fuerat,
ut ſchiſmatibus, quibus tunc ſcindebatur
Eccleſia, occurreretur, & ſeditioſi ac Simo-
niaci, interpoſita aliquantulum Imperato-
ris auctoritate coërcerentur, ne contra le-
gitimè electos Pontifices inſurgerent, poſtea
in violentiam, tyrannidem & turpiſſimam
nundinationem abiit, Imperatoribus ex
patronis & defenſoribus legitimè electi Pa-
pæ in oppugnatores converſis; qui totum
jus conſtituendi, confirmandi & deponen-
di Romani Pontificis penes ſe eſſe conten-
B derent; Cujusmodi privilegium, vel potiùs,
ùt à nonnullis appellatur, *pravilegium*, Impe-
ratoribus concedere, Nicolao nunquam in
mentem venit. Quapropter licèt Hildebran-
dus Archidiaconus, huic decreto Nicolai
ſubſcripſiſſet, nil tamen deinceps contra
ſubſcriptionis ſuæ fidem perpetrâſſet, quan-
doquidem ultra terminos privilegii proceſ-
ſum eſt; & non modò ſummus Pontifica-
tus, ſed & alii infra hunc regali auctoritati C
ac nutui ſubjecti.

Objicitur in Epiſtola ſupradicta etiam hoc
Gregorio VII. quòd ſub Henrico II. Imp.
Henrici IV. Regis & Imperatoris III. jura-
mento ſe obſtrinxerit, ſe nunquam paſſurum,
ut vel ipſe, vel quilibet alius *Papatum* ſuſci-
peret, *abſque aſſenſu & laudamento vel patris*
dum viveret, vel filij dum & ipſe viveret. Me-
minit hujus objectionis Bernaldus quoque ſi
rectè memini. Sed ut verum eſſet, quod
iſti objiciunt; attamen nil proficerent; quia
Gregorius non iniit Pontificatum abſque
Henrici IV. approbatione & aſſenſu, ùt jam
non ſemel monſtravimus. Illud fabellis ac-
cenſe, *Hildebrandum juràſſe, nunquam ſe Pon-*
tificatum ſuſcepturum. Nimirum, quidvis
fingendum eſt, ne legitimè in ovile Domi- D
nicum videatur ingreſſus; & ut tali jureju-
rando ſeſe obligâſſet, hoc ipſo tamen vin-
culo ejus ſolutus fuiſſet; eò quòd renitens
ac invitus, unanimi Eccleſiæ conſenſu, in
Petri cathedram ſublatus fuerit. At ſatis de
Wolffio. *Voſmet nunc facite conjecturam ca-*
terum, quid id ſit hominis, cui Lyco
(Lupo) *nomen ſit.*

COMMENT-

COMMENTARIUS
PAULI BERNRIEDENSIS,
ANTIQUI SCRIPTORIS,

DE

VITA GREGORII VII.
PONTIF. MAX.

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUS
CUM NOTIS,

PER

JACOBUM
GRETSERUM
SOCIETATIS JESU
THEOLOGUM.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO
ET
ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI
AC
DOMINO, DOMINO
JOANNI
GODEFRIDO,
ECCLESIÆ BAMBERGENSIS
EPISCOPO, &c.

JACOBUS GRETSERUS.

Cùm ſuperiore anno, *Reverendiſſime & Illuſtriſſime Princeps*, Tomum ſecundum Defenſionis Bellarminianæ, in qua de Chriſto, ejúsque in terris ſupremo Vicario diſputatur, evulgarem, addidi ad Operis calcem Apologiam * peculiarem pro Gregorio VII. Pontif. Max. eò quòd hunc unum præ cæteris ex toto Pontificum numero Hæretici noſtræ ætatis, & Schiſmatici ſuperioris memoriæ, peſſimis modis oderint, & infinitis maledictis & convitiis lacerent, omniáque venenatæ ſuæ linguæ ſpicula in hunc, velut in primarium ſcopum ſuum, deſtinent, & deſtinata emittant, idque non aliam ob cauſam, ſi rem ad vivum reſecare, & penitiùs introſpicere velimus; niſi quia Gregorius Eccleſiaſticæ libertatis & diſciplinæ conſtantiſſimus & imperterritus aſſertor ac vindex fuit; nullis minis, nulliſque periculis (quæ plurima ſubiit) de recto tramite ſeſe abduci paſſus; cujus integritati, innocentiæ, & ſanctimoniæ, cùm varia alia luculentum teſtimonium præbent; tum hoc præcipuè, quòd viri iis temporibus & paulò pòſt ſubſeeutis doctiſſimi, & virtutis laude celebratiſſimi, in ſchiſmate excitato ad Gregorii partes intrepidè ſe adjunxerunt; quorum nonnulli maluerunt omnium rerum ſuarum jacturam facere, & in exilium abire, quàm fidem, reverentiam, & obedientiam erga Sedem Apoſtolicam perdere.

* *Extat modò Apologia hæc ad initium Tomi hujus VI.*

Quos

Quos inter, familiam ducunt, Anſelmus Lucenſis, Anſelmus Cantuarienſis, Hermannus Metenſis, Altmannus & Udalricus Paſſavienſes, Gebhardus Conſtantienſis, Gebhardus & Thiemo Salisburgenſes, Anno Colonienſis, Burckhardus Halberſtatenſis, omnes Archiepiſcopi & Epiſcopi: itémque Wilhelmus Abbas Hirſaugienſis, vir religionis opinione apud omnes decantatus; ut alios ſileam.

Nec defuerunt ex eruditorum cœtu, qui literarum monumentis poſteritati teſtatum facerent, quàm ſedulus & indefeſſus Eccleſiæ paſtor Gregorius VII. fuerit: quantâ curâ & vigilantia ovile Chriſti rexerit: & quàm mendaciter & calumnioſè à ſchiſmatum ſatoribus traducatur, quaſi in ipſo omnis omnium turbarum & turbationum cauſa & culpa hæſerit, aut etiamnum hæreat.

Ex his Gregorij VII. Apologeticis defenſoribus duo claruerunt olim in Bavaria ſub Henrico IV. & Henrico V. Regibus & Imperatoribus, Paulus Bernriedenſis, & Gerochus Reicherſpergenſis: ſed, quod dolendum, eorum pro Gregorio VII. monumenta ita fuêre nata, quaſi nata non fuiſſent; longa oblivione, tenebriſque obruta: quæ aliquando extitiſſe, forſan ignoráſſemus, niſi Aventinus, qui vidit & legit, indicium feciſſet in Annalibus Boicis. Nec vidit tantùm Aventinus, ſed, ùt videtur, poſteris quoque invidit; ne haberent, quos Pſeudobennonis in Gregorium VII. furioſiſſimis criminationibus opponerent. Utcunque ſit, numine benè amico, tandem in Paulum Bernriedenſem variis in Bibliothecis ſtudioſè, imò & anxiè quæſitum, incidi. Nec de Gerocho, ſocio ſcriptoris & calamitatum, quas Paulus à Schiſmaticis pertulerat, ſpem omnem penitus poſui.

Interea, dum iſte inveſtigatur, & ex caligine in lucem vindicatur, Paulum notis illuſtratum foras prodire juſſi; & quidem ſub tuo patrocinio, *Reverendiſſ. & Illuſtriſſ.* PRINCEPS. Decebat enim; ut in hac publica & ſolenni bonorum omnium lætitia, partim ſibi, partim, & verò potiſſimùm, nobiliſſimæ Bambergenſi Eccleſiæ & Diœceſi gratulantium ob *Celſitudinem V.* ad thronum S. Othonis evectam: partim quoque, pia vota pro *Celſit. V.* diuturna incolumitate, & auſpicata Epiſcopatûs & Principatûs adminiſtratione ſuſcipientium; ego itidem ex Bavaria concepti paſſim gaudii ſignificationem palàm darem.

Cùm S. Baſilius ad Archiepiſcopatum Cæſarienſem, communi omnium orthodoxæ fidei amantium approbatione & lætitia evectus eſſet: miſit ad eum S. Gregorius Nazianzenus gratulatoriam Epiſtolam, quam hunc in modum auſpicatur: *Poſteaquam te in ſublimi throno collocatum, ac lucernam ne illam quidem, prius obſcurè lucentem, à ſpiritu victore, ſupra candelabrum oculis omnium expoſitam eſſe intellexi: lætatus ſum, fateor. Quid ni enim? (Cùm Eccleſiæ corpus malè affectum eſſe, atque hujuſmodi ductu & auxilio opus habere conſpicerem.* *Epiſt. 24.*

Liceat, *Illuſtriſſime Præſul*, apertè & ingenuè, bona cum *Celſitud. Veſtræ* venia, id quod res eſt, proloqui. Simul atque fama, alioqui tam pravi, quàm recti tenax, & tam falſi quàm veri nuncia, ad nos Electionem *C. V.* detulit, & quidem veriſſimè; omnium Catholicorum, quotquot vidi, idem, qui olim Nazianzeni, Baſilio Epiſcopali tiara inſignito, animus & animi index, oratio fuit: multis cum Gregorio, Gregorij Nazianzeni parente, in has voces erumpentibus: *Alij quidem alios eligent, atque in medium proponent, nimirum pro ſuis quiſque moribus, aut commodis, quemadmodum hujuſmodi rebus accidere con-* *Epiſt. 23. inter Epiſt. Nazianzeni.*

ſuevit. Nos verò neminem: neque enim fas eſt, non jam Baſilio, ſed JOANNI GODEFRIDO *ab Aſchauſen, præferre poſſumus. Ecquem enim ex omnibus, quos novimus, vel vita probatiorem, vel ſermone ac doctrinâ valentiorem, magísque ad virtutis elegantiam undique perpolitum reperiemus?*

Nec ſanè immeritò commune gaudium exoritur, cùm alicui Eccleſiæ gubernator ſedulus, & in omnes partes intentus præficitur. Epiſt. 12. Nam, ùt idem Gregorius ait: *Lucerna corporis eſt oculus non hic tantùm, qui corporeo modo cernit ac cernitur, ſed is etiam, qui ſpiritualiter ſpectat & ſpectatur. Lucerna autem Eccleſiæ eſt Epiſcopus. Itaque quemadmodum cùm ille purè & integrè ſe habet, corpus quoque rectè ducitur: cùm autem impurus eſt, non rectè: conſimili quoque ratione, utrolibet modo ſeſe Eccleſiæ Antiſtes habuerit, omninò vel periculi vel ſalutis particeps eſſe neceſſe eſt.* Hæc veriſſimè ſanctiſſimus ſimul & doctiſſimus Epiſcopus Gregorius Nazianzenns.

Porrò cùm hoc tempore in ſupellectile mea literaria & libraria, nihil quo *Celſit, V.* partam dignitatem gratularer, præter *PAULUM*, reperirem; non dubitavi hunc ad *Celſit. V.* internuncij vice functurum, ablegare. Si enim tertio abhinc anno *Prædicantem Vapulantem* à me oblatum tam benevolè excepit; quid ſibi Paulus non poterit polliceri; qui *Pontifice maximo*, & quidem tali ac tanto, comitatus venit; nec Pontifice tantùm, ſed & *Cardinale;* eóque Clariſſimo & eruditiſſimo *Cæſare Baronio; Celſit. Veſtræ*, nil ambigo, propter aureos Annalium Tomos, in amore, & precio: à quo Calvinianas aſpergines apologetica, ut ſic loquar, ſpongia abſterſi; quemadmodum olim Paulus à Gregorio VII. ſchiſmaticas. Et hoc totum, quidquid eſt lucubrationis, *Celſit. V.* ùt libenter, ſic & reverenter dico & offero, donec aliquid dignitate & faſtigio *Celſit. V.* dignius occurrerit: DEO ſubmiſsè ſupplicans; ut Eccleſiæ Bambergenſi moderatorem vigilantiſſimum; Societati noſtræ Patronum ſingularem; & omnibus litteratis benevolentem Mæcenatem, quàm diutiſſimè incolumem & ſuperſtitem, ſempérque donis & ſubſidiis cæleſtibus florentem præſtet. Ingolſtadij XIX. Martij; Anno Redemptoris M.DCX.

APPROBATIO FACULTATIS THEOLOGICÆ.

PAULUM BERNRIEDENSEM, antiquum Scriptorem, & novam Apologiam pro Illuſtriſſ. Card. *BARONIO* cum legentium emolumento typis evulgari poſſe exiſtimo. Ille enim, GREGORII VII. ſanctitatem & virtutes Pontifice dignas ſtylo ſuo veridicè nobis exhibens & patefaciens, HÆRETICORUM in eundem Pontificem eriminationes diſpellit: Iſta autem Annalium Eccleſiaſticorum inſtauratorem à conviciis Calvinianis aſſerens; planum teſtatúmque reddit; quàm Hæreticus ſit faſtuoſum & ſuperciliosum animal; & quàm verè impleat vetus illud Proverbium; SUS MINERVAM.

PETRUS STEVARTIUS Leodius,
SS. Theolog. Doctor, Profeſſor Academiæ Ingolſtadienſ. Procancellarius, Collegii Theologici pro tempore Decanus, Canonicus Leodiens. & Eichſtetenſis.

PRO-

PROLEGOMENA
IN
VITAM GREGORII VII.
PONTIFICIS MAXIMI.

Rogo te, amice Lector, ut priùs hæc præloquia legas, quàm ad commentarium hunc lectitandum accedas.

QUIS FUERIT PAULUS BERNRIEDENSIS.

Quis fuerit Paulus Bernriedenſis.

ID *nobis explicatum dabit Aventinus lib. 5. Annalium Bojorum.* Legi multos præſertim Paulum Bernriedenſem, Gerochum Reicherſpergenſem Antiſtitem, Auguſti-A nianos Myſtas, in Bojaria ortos. Uterque de hujuſcemodi diſcordia pernicioſa libros edidit, uterque pars hujus tumultus fuit. Ille, Reginoburgii; hic, Auguſtæ primariæ ædis ſacerdos, ambo rebus Hildebrandi ſtuduêre. Quamobrem ſedibus pulſi, in exilium acti ſunt. *Ita Aventinus.*

Paulum fuiſſe Sacerdotem ſeu Canonicum Ratisbonenſem, planum fit ex vita Virginis Herlucæ cap. 43. & 44. Ratisbona pulſus Bernriedi *ſeu* Beronicæ *inſtitutum Canonicorum Regularium amplexus videtur, non priùs: Etſi priùs etiam declinandæ Henricianæ perſecutionis cauſa Ratisbona ſubinde ſe ſubduxit, ut ex eadem Hiſtoria de B. Virgine Herluca liquet.*

Idem Aventinus ibid. Gregorium, virum ſanctiſſimum pervicaciorem exſtitiſſe, Paulus Bernriedenſis, qui ejus vitam libris duobus complexus eſt, & reliqui ejus partium B acerrimi propugnatores, produnt. *Neſcio, quibus oculis Aventinus Bernriedenſem legerit. In meo certè Paulo nullum veſtigium vel accuſationis vel notæ hujus de pervicacia apparet. Et adeò Gregorius in hac cauſa pervicax non fuit, ut quoties Henricus Rex vel minimam emendationis ſignificationem daret; eum in gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ recipere paratus fuerit. Certè tantum abeſt, ut Saxones Gregorium* pervicaciæ *arguerint, ut eum propemodum nimiæ lentitudinis in Henrico damnando inſimulârint, datis ad eum Epiſtolis, quas ſuæ Hiſtoriæ de Bello Saxonico Bruno intexuit. Et ipſa oratio Gregorii ad ſanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, cùm ultimò Henricum excommunicavit, recitata à Paulo; ſatis oſtendit, quàm nihil Gregorius hoc in negotio pertinaciter egerit.* C

Pergit Aventinus. Gerochus quoque (quo nemo acriùs ſcriptis libris Hildebrandum tutatus eſt, utpote qui crimina Cæſari objecta, quæ apud nullum alium legerim, explicat) tandem ſuæ partis pertinaciam, ne dicam tyrannidem hiſce verbis, coactus veritate, notat. Romani, inquit, ſibi divinum uſurpant honorem, rationem actorum reddere nolunt, nec ſibi dici æquo animo ferunt; Cur ita agis? &c.

Gerochus Reicherſpergenſis ſcripſit pro Greg. VII.

Gerochum non vidi; utinam aliquando videam. Sed ex iis, quæ de Gerocho narrat ipſe Aventinus, & ex Aventini ingenio, exque illis itidem, quæ Paulo Bernriedenſi affingit, æſtimare licet, qua fide hæc de Gerocho prodiderit. Credam talia à Gerocho effuſa, cùm meis oculis ea in Gerocho legero.

Idem Aventinus: Paulus Bernriedenſis narrat, Epiſcopum quendam, dum pro concione Hildebrandum vituperat, fulmine tactum eſſe; dúmque ageret animam, dixiſſe, ignea catena conſtrictus trahor ad inferos: ite, nunciate Cæſari, ut reſipiſcat, & flagitium in Deum, Divum Petrum, ejus Vicarium commiſſum, officiis compenſet, D niſi me antecedentem æterna ſupplicia ſubſequi malit. Eodem quoque die, nempe Paſchalibus, quarto Calendas Martii, ùt idem Paulus recitat, Epiſcopus Spirenſis, Gregorio ſeptimo iniquus, ab eodem Calendis Martii devotus, animam efflavit. Gregorio Salernum profugo intrante, civis quidam dixerat; autor diſſenſionis, qui totum orbem terrarum armis, & bellis involvit, hujus urbis quoque quietem conturbaturus advenit. Mox

Quænam Aventinus ex Paulo Bernriedenſi excerpſerit.

A illc, his dictis obmuteſcit: deductus ad Gregorium, errorem ſuum confitetur: ab eodem ſanitati reſtituitur. Benried Collegium eſt flaminum Auguſtalium ſuperioris Vindeliciæ, propter Verrem lacum, ſupra Monachium quindecim millia paſſuum, ibi Herlucæ ſacratæ fœminæ ſepulcrum oſtenditur. Ea illa tempeſtate vixit, & nocturnis ſuperûm, & inferûm congreſſibus, ſecretíſque colloquiia intereſſe conſueta, narrare ſolita fuit; Execratos flamma omnium ardentiſſima excruciari.

Hæc omnia, ùt ab Aventino commemorantur, exſtant in hac, quam nunc evulgamus, Gregorii vita, ùt & illa, quæ de Rulando, Parmenſi Clerico, & de ovo *prodigioſo commemorat.* Il-
B le *(Rulandus)* vix ope Gregorii *(ita Paulus refert)* evaſit. *Et quidquid Aventinus illic ſcribit; id fermè ex Paulo Bernriedenſi decerptum eſſe, perſpicuè docebit Aventiniana narrationis cum hac vita collatio. Excipio tamen calumnias, quas Aventinus ſuæ hiſtoriæ ſubinde aſpergit; nam has aut ipſe ex ſuo capite extudit; aut ex Apologia innominati Auctoris pro Henrico IV. accepit: Et valde ſuſpicor indidem depromptam hanc Aventino aſſertionem.* Opes quoque Eccleſiaſticas, quibus hactenus pauperes alebantur, militibus & rei bellicæ peritis largitus eſt *(Gregorius VII.)* Quod & Hildebrandini Gerochus & Paulus non inficias eunt, & hic, tanquam benefactum excuſat, & id licere defendit. *Non invenio hanc excuſationem & defenſionem in noſtro Paulo. An Aven-*
C *tinus non copioſiorem, ſed obſequentiorem Paulum habuit, ita ut quidquid ipſe malè in Gregorium affectus, vellet; diceret?*

UNDE CONSTET PAULUM BERNRIEDENSEM ESSE HUJUS COMMENTARII AUCTOREM.

Codex, ex quo hujus vitæ exemplar deſumptum eſt, non præferebat nomen Pauli Bernriedenſis. Unde ergo liquet hunc fœtum Paulo adſcribi debere? Reſpondeo, id mani-
D *feſtum fieri, ex Aventino, cujus Codex Pauli Bernriedenſis nomen præſcriptum gerebat: Omnia autem, quæ Aventinus ex Paulo ſuo recitat, in hoc noſtro reperiuntur, ùt antea diximus. Nec refert, quòd in noſtro Exemplari non ſit diſtinctio operis in duos libros; duobus enim libris Paulum Gregorii vitam complexum eſſe, teſtatur Aventinus; quia collector vitarum Wolfhardus, de quo paulò pòſt, qui vitam Gregorii cum cæteris in unum volumen conjecit; hanc fortè diſtinctionem ſuſtulit, ut non rarò in omni genere librorum accidit: Sanè hiſtoria, quam nunc evulgamus, prolixa eſt, & commodiſſimè in duos libros ſecari poteſt.*

Argumenta, quibus evincitur, Paulum Bernried. eſſe hujus Commentarij Auctorem.

II. Paulus Bernriedenſis ſcripſit vitam Herlucæ Virginis, cujus bonam partem tranſtulit in vitam S. Wicterpi, Epiſcopi Auguſtani, Reverendus & perdoctus Pater, Carolus Stengelius. *Ord. D. Benedicti ad S. Udalricum Auguſtæ Vin-*

Paulus ſcripſit quoque vitam Virginis Herlucæ.

E *delicorum, quam tibi nunc integram infrà exhibeo. In eo libello teſtatur Paulus, ſe itidem vitam Gregorii literis mandâſſe; & quæ de cæleſti quadam viſione, Herlucæ oblata in Actis Herlucæ ſcribebat, jam in commentario de rebus geſtis Gregorii VII. explicâſſe. At quidquid Paulus in vita Virginis Herlucæ ſcribit de Chriſto, qui, clara die, vulneratus à multo ſanguine ſtillans, ſeſe ei conſpicuum præbuerat, id exſtat in hac vita non procul à fine, ùt ibidem annotavimus; quemadmodum & illa, quæ de Adalberti Presbyteri de Rota interitu in vita Herlucæ Virginis commemorantur. Ex quibus perſpicuè eluceſcit, Paulum Bernriedenſem utriuſque lucubrationis auctorem eſſe.*

F *Scripſit Paulus vitam Gregorii VII. Anno Domini MCXXXI. Id inde planum efficitur: quia ad calcem hujus commentarii ita loquitur de Udalrico Epiſcopo Paſſavienſi, Altmanni ſucceſſore.* Hic *(Thiemo ſeu Theodemanus Archiepiſcopus Salisburgenſis)* ordinaverat noſtræ humilitatis ordinatorem Reverendiſſimum ſcilicet Udalricum Laureacenſem ſive Patavienſem Epiſcopum atque Apoſtolicæ ſedis legatum, qui ante hoc ſeptennium, poſt multos agones, pro aſſertione Gregoriani dogmatis, &c. obdormivit in Domino, &c. *Obiit autem Udalricus VII. Idus Auguſti Anno MCXXIV. (tametſi Chronica Auſtralis obitum ejus ponit Anno M. C. XXI.) A quo anno ſi ſeptennium numeres, Annum Redemptoris MCXXXI. invenies.*

Quo tempore Paulus hanc Hiſtoriam ſcripſerit.

Sacerdotio initiatur Paulus ab Udalrico Epiſc. Paſſavienſi.

Meminit etiam Paulus in hac ſua Hiſtoria Calliſti ſecundi & Gelaſii ſecundi, Pontificum Romanorum, quorum hic Pontificatum iniit Anno MCXVIII. Calliſtus Anno M.CXIX. G

Exſtat porrò apud Baron. Anno Salutis MCVI. Epiſtola Paſchalis ſecundi ad Udalricum ſeu Odericum Paſſavienſem, & ad Gebhardum Conſtantienſem Epiſcopos.

De eodem Bertholdus in Chronico Anno M. XCII. In Bavariam venit Salzburgenſis Epiſcopus Dimo *(Thiemo)* qui Patavienſi Eccleſiæ jam dudum viduatæ ordinavit Epiſcopum nomine Udalricum, ſanctæ Auguſtenſis Eccleſiæ Præpoſitum, cúmque in ipſo die Pentecoſtes, cum ipſo Conſtantienſi & Wormacienſi ſolenniter conſecravit; hócque magnam fiduciam dedit Catholicis, ut in fide- H
litate S. Petri perſiſterent, & ſchiſmaticorum veſaniæ indefeſſiùs obſiſterent.

Quis qualiſque fuerit Codex, ex quo hæc Hiſtoria deſcripta eſt; malo cognoſcas verbis Clariſſimi & Doctiſſimi viri, Sebaſtiani Tengnagelii, *abſque cujus ope & opera foret Paulus adhuc in tenebris cum ſitu & ſqualore, cúmque blattis ac tineis decertaret; fortaſſis ſine ulla ſpe miſſionis. Ita ergo ille ad me Viennâ.* Paulum illum tu-

De Codice, ex quo hæc Hiſtoria exſcripta.

um,

Littera D. Tengnagelij

Digitized by Google

A um, diu multúmque perquiſitum, niſi me conjecturæ fallant, feliciter eruiſſe videor. Extant enim apud me Vitæ Sanctorum, Menſium Aprilis, Maij, & Junii unico Tomo in grandi, vaſtóque volumine comprehenſæ, Auctore Wolfhardo quodam (ùt è Præfatione in Junium liquet) collectæ, & in membranas redactæ, notæ ſatis probæ, & ante quadringentos præter propter annos conſcriptæ. Hiſce extremo Majo vita Gregorii VII. Papæ adjecta eſt: cujus initium ſic ſe habet. *Igitur Gregorius VII. ſupra quem verè primi Gregorii requievit ſpiritus, natione Tuſcus, patrem habuit Bonicum, & ipſe Hildebrandi ſortitus eſt in baptiſmo vocabulum, &c.* Hinc in laudes ejus excurrit, & nonnulla miracula memorat. Deinde ubi ad Rulandum Par-
B menſem ventum eſt, quod ex Paulo Aventinus affert, Noſter pium patrem, id eſt, Gregorium, toto corpore ſe ſuper eum (Rulandum, ne obtruncaretur) projeciſſe, omnibus de ejus morte clamantibus, narrat. Hæc oratio Gregorii, quam & Aventinus leviter perſtringit, excipit. Addit & de gallina ovum mirifico cælatum opere pariente. Quare, in eam adducor ſententiam, ut Aventinum hunc Auctorem & habuiſſe, & nonnullis in locis quà verba, quà ſenſum ſublegiſſe, non vanè exiſtimem. Quòd verò Aventinus Paulum hunc duobus libris vitam Gregorii complexum eſſe teſtatur, cùm noſter in libros diſtinctus haud ſit, cenſeo Pauli opuſculum in Epitomen hanc à Wolfharto eſſe contractum. Ut ut ſit, Auctor proximus ætati Gregorianæ haud longo
C intervallo fuiſſe videtur. In extrema ſiquidem pagina, ubi obitum Theodomari Juvavienſis Epiſcopi commemorat, hæc ſubjicit: Hic, *videlicet Theodomarus*, ordinaverat noſtræ humilitatis Ordinatorem, Reverendiſ. ſcilicet Udalricum Patavienſem Epiſcopum, qui ante hoc ſeptennium poſt multos agones pro aſſertione Gregoriani dogmatis, cujus ad normam & electus, & promotus fuerat, obdormivit in Domino Anno ætatis ſuæ, CV. &c.

Hac vir ille doctiſſimus & humaniſſimus. A quo tamen de Epitome vix perſuadeor. Nam in hac noſtra Hiſtoria adeò fuſè Gregorii VII. res geſtæ deſcribuntur (excepta Berengarij damnatione, quæ à Paulo præteritur) ut nemo majorem
D *copiam meritò deſiderare poſſit.*

In hac itidem Gregoriana Hiſtoria ex vetere exemplari exſcribenda, & cum autographo conferenda, egregiam planè & fructuoſam Catholicæ rei operam cepit R. P. Georgius Sturnus *Societatis noſtræ, in Collegio Viennenſi Philoſophiæ Profeſſor, cui proinde, ut & clariſſ. Tengnagelio, Paulus Bernriedenſis ſalutem vitámque ſuam; & omnes veri amatores, & Schiſmaticorum atque Hæreticorum oſores, grandes gratias debent. Utinam alterum exemplar nanciſci licuiſſet. Ego certe ut nanciſcerer, nullis laboribus peperci. Sed fruſtra fui; hactenus quidem; ſed non deſpero.* E *Erit, qui à nobis inchoata perficiat, etiam Gerocho in lucem extracto. Fiat, fiat: neque enim aliud occurrit, quo deſiderium meum explicem.*

DE ETYMO NOMINIS HILDEBRANDI.

PLacet audire, quid originationum inveſtigatores de Etymo hujus vocabuli Hildebrandus *tradiderint, cùm enim ſectarii hoc nomen ſemper in ore circumferant, & Gregorium VII. Papam vix unquam* Gregorium; *ſed ferè ſemper* Hildebrandum *appellitent; diſpicere oportet, num ſit ejusmodi nomen, quod Gregorio* Quæ ſit notatio; nominis Hildebrandus. *probri loco oggeri jure queat, & num ſatis cauſæ habeant, cur Hildebrandum, in* Hellebrandum, F *veteres Schiſmaticos imitati, transforment.*

Anonymus de propriis nominibus Germanorum, quem quidam Lutherum exiſtimant. Exſtat tomo primo operis hiſtorici editi Baſileæ, Anno M. D. LXXIV. Et ſeparatim quoque Urſellis Anno M. D. LIX. expreſſè ſub Lutheri nomine libellus iſte evulgatus eſt. Eſt Brynn ſeu Brenn (ùt antiqua carmina *heroum indicant) galea, præſertim criſtata ſeu cornuta: ergo * *Heldenbuch.* Brennus eſt Galeatius, & Brennburg vel ducis Brenni caſtellum vel Brennorum, ceu præſidium Galeatorum & armatorum ad tutandam regionem. Et ſcarabeus iſte majuſculus, qui galeatus rubris cornibus & alis teſtaceis armatus, Husbrenner dicitur in noſtra regione. Hiltebrand pro Heltbrenn, G id eſt gigas & heros Brennorum, ceu caput & dux eorum, hodie Hâuptmann über den reiſigen Zeug, Helt enim heroëm, velut Achillem vel Hectorem ſignificat. Luitprand Rex Longobardiæ pro Lutbrenn, id eſt hominum galeatus, qui homines armis tutatur, diximus enim Luit, Lyt, ſeu Suevicè Leute, ſignificare homines numero plurali. *Licèt verò in hac etymologia nimis violenta videatur mutatio* Brand *in* Brenn; *inde tamen elucet* Hildebrandum *Luthero non eſſe* Hellebrandum, *hoc eſt* inferni titionem, *ùt Lutherani & Calviniani nunc calumniantur, ſed* Brennorum, *hoc eſt*, galeatorum Ducem, caput, præſidium, & tutamen. *Et verè talis* Hildebrandus *fuit Gregorius VII. Heroëm enim, Ducem & anteſignanum ſe præbuit illi exercitui; ad quem hac Apoſtoli Epheſ. 6. exhortatio exſtat.* H State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam juſtitiæ, *&c.* & galeam ſalutis aſſumite, *&c. Quanta enim bella Heros iſte, &, ùt Germani appellant,* Helde, *(à quo Lutherus Hiltebrandi nomen deducit) ſuſceperit, & feliciter tam contra aſpectabiles, quàm inaſpectabiles hoſtes confecerit; abundè docent cùm alij, tum Paulus noſter; ita ut non niſi nutu divino Hiltebrandi nomen ei primitùs obtigerit, pro cujus tam honeſta Etymologia, eſt quòd Luthero, aliequi immerentiſſimo,*

A *mo, gratias agamus: ſi tamen Lutherus eſt Auctor libelli, de quo antea.*

Alia originatio vocis Hildebrandus.

A prædicta originatione non multùm abit alia Goldaſti Calviniani, qui in Notis ad Paraneſin Tyrolis Scotorum Regis putat eos, qui nominantur Celtæ, *veteribus fuiſſe* Cheld, *aut aſpiratione duplicata* Hheld, *qui nobis nunc* Held. *Sic* Hiltebrandum *dictum, quaſi* Chelte Bren, *hoc eſt* Celtam Brennum: *Et ab eadem origine deſcendere itidem iſta:* Hiltebolt, Hiltiman, Hiltivvin. *Et mulierum nomina* Hiltigart, Hiltrut, Hiltegunt, Adilhilt, Reginhilt. *Ubi iterum vides, in* Hildebrandi *vocabulo nihil eſſe* infernale *ſeu* Tartareum, *ut hæretici criminantur; ſed omnia Heroica, ab* Celta *ſeu* Heroë *&* galea.

B *Aventinus in Nomenclatura propriorum nominum.* Helt, Heros. Hyld, Huld, amor eſt. Hyldeprand, amoris titio. *Idem habet,* Luitprand, populi titio & amor. *Sed* prand *ſive* brand *in iſtiusmodi compoſitis pro* titione *accipi; multis parùm ſit veriſimile: licèt ita etiam ſentiat Paulus noſter in ipſo Hiſtoria ſua veſtibulo. Utcunque tamen ſit, neque Aventino in mentem venit, Etymon* Hildebrandi *ex Orco petere, ſed ab* Heroë *vel* amore *ſumpſit: cujusmodi multa propria nomina Germani habent, ut* Huldreich, Huldenreich, Amor Regni, *ſive* amoris dives & plenus. *Vulgò,* Ulricus. *Priſcis*, Hyldericus. *Celtis*, Chyldericus. Hyldeprecht, amari dignus. Hyldebertus, *Celtis*, Chyldebertus. Hyldegart, amoris hortus. *Hujus generis plurima invenies vocabula tam virorum, quàm mulierum in Catalogo Nominum propriorum, quibus Alemanni quondam appellati fuerunt. Tom. 2. Script. Alemannicorum.* C

Fuit quoque majoribus noſtris Brand gladius. *Quo ſenſu voce illa Poëtæ Itali etiamnum utuntur. Quid ſi igitur* Hiltebrand *ſeu* Hildebrand, *ſit* Herois, *vel* amoris gladius? *Nam ridiculus mihi ille videtur, qui in libello, quem inſcripſit,* etyma variorum nominum, *&c. nobis hanc originationem procudit.* Hillebrant, Hillebrandus, Hillam ardens, amans, procans: *Saltem dixiſſet.* Hilt, *ſeu* Hiltam *amans; nam hæc duo ſunt mulierum nomina, ut ex proximè citato catalogo conſtat. Hactenus de nomine* Hildebrandi. D

Gregorium Græcis idem eſſe, quod Latinis Vigilium; *&* Vigilantium, (*jam tamen probroſum & inauſpicatum nomen, ob* Vigilantium *Hæreticum*) *notius eſt, quàm ut multis demonſtrandum ſit. Veteribus Alemannis erat Gregorius* Vuachar, Vuachere, Vuachiri. Vuacho. Vuahcho. *Porrò Gregorium VII. Gregorij nomen non fruſtra tuliſſe, nôrunt cum gaudio Catholici: Schiſmatici & Hæretici non ſine gemitu.*

PAUL-

PAULI BERNRIEDENSIS
DE
REBUS GESTIS GREGORII VII.
PONTIF. MAXIMI
LIBER SINGULARIS.

(a) *Exordium hoc indicare videtur præceſſiſſe præfationem Pauli, omiſſam ab illo, qui varias vitas, & in illis hanc Gregorii in unum volumen comportavit.*

(b) *Vide Baron. Tom. 11. Anno 1073. N. 16.*

A IGitur (a) Gregorius Septimus, ſuper quem verè primi Gregorii requievit ſpiritus, (b) natione Tuſcus: Patrem habuit nomine Bonicum, & ipſe (c) Hiltebrandi ſortitus eſt in baptiſmo vocabulum, non ſine grandi præſagio futurorum. (d) Hiltebrandus enim Teutonicæ linguæ vernacula nuncupatione *perustionem* ſignificat cupiditatis terrenæ, qualem Pſalmiſta ſibi divinitus impertiri precatur, dicens: Pſal. 25. *Proba me Domine, & tenta me, ure renes meos, & cor meum.* Aptè verò in baptiſmo datum eſt hoc nomen, dicente Joanne Baptiſta: Marc. 1. *Ego quidem vos baptizo in aqua in pœnitentiam; qui autem venturus eſt poſt me, fortior eſt me, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe baptizabit in Spiritu ſancto, & igne.* De hoc igne ipſe Salvator ait: Luc. 12. *ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut ardeat.* Quoniam ergo vir iſte *ignito eloquio* Domini repulſurus erat à domo Dei ignita jacula inimici, non incongruè prætulit incendium appellatione, quod exhibiturus erat ferventiſſima charitatis, & veritatis atteſtatione. B

(c) *Etiam hodie Germanis Hildebrandi nomen uſitatum eſt. Hæretici ex odio* Hellebrandum, *quaſi* infernalem titionem *ignominioſè nuncupant, quæ criminatio vetus eſt, ut paulò poſt ex ipſo Paulo audies.*

(d) *Etymon nominis* Hildebrandi, *& ejus ratio.*

Pſal. 118.

(e) *Alia ratio, cur jure Hildebrandi nomen tulerit.*

(e) Habemus adhuc firmiores in eo divini fervoris præmonſtrationes, ex quibus eum quondam Eliæ Prophetæ aſſimilavimus, cùm fortè Iſidorum de ortu & obitu Prophetarum legeremus. Ibi enim, (f) ſi memoria non fallit, caput Eliæ recens nati globo ignis traditur illuſtratum, ad præſignandum videlicet divinæ æmulationis ardorem, quo tandem inflammandus erat contra prævaricationes peſſimorum Regum, atque ſeductiones pſeudoprophetarum; Simili modo & Gregorii, ſive Hiltebrandi parvuli veſtibus ſcintillæ ignis viſæ ſunt emicuiſſe, ad prænotandum ſine dubio ſancti zeli fervorem, quo & ipſe igniendus erat contra graviſſimas inſolentias (g) Heinricianæ veſaniæ, & contra intolerabiles effrænationes ſacerdotalis incontinentiæ: hanc autem ſcintillarum viſionem ſæpius oſtenſam primitus in eo Cluniacenſis monaſterii (h) Pater ſanctus Majolus fertur adnotaſſe, atque illud B. Joannis Baptiſtæ adaptâſſe: *Iſte puer magnus erit coram Domino.* C

(g) *Nam cum Simoniacis & luxurioſis clericis Gregorio perpetua pugna fuit.*

(h) *De quo Martyrolog. Rom. 11. Maij. Sur. Tom. 3.*

Luc. 1.

Denique ut cunctas viſiones ignis, quas de eo comperimus, ſine intermiſſione commemoremus: (i) viſa eſt etiam de ipſius capite quodam tempore flamma procedere, ad expreſſiorem ſimilitudinem Eliæ, ſi ætatum fulciremur cooperatione. Verùm, ſicut illud propheticæ increpationis prodigium contigit in infantia; ita iſtud Apoſtolicæ examinationis oſtentum accidit in ætate perfecta.

(i) *Similia prodigia olim in Ethnicis quoque viſa, proſperi eventus indicia. Vide Valerium Max. lib. 1. cap. 6.*

4. Reg. 1.

Fuit & in hoc aliqua ſimilitudo Eliæ, quòd contemptus à quodam calumniatore terribiliter vindicatus eſt cæleſti igne. Nam cùm eſſet Archidiaconus Anteceſſoris ſui (k) Alexandri, pauper quidam intolerabilem ſuſtinens ſibi hæreditatis ablatæ injuriam, D ab iniquiſſimo, & metuendæ potentiæ viro, flebilem querimoniam detulit Pontifici Romano. Verùm, cùm propterea ſibi quoque damnum ab animo irreverenti & infrunito ſubeundum formidaret, & juſta ſententia miſericordiam ſublevare trepidaret, juſtus Hiltebrandus, quaſi Leo confidens, cùm primùm Pontificem ad exſerendam ultionem excitare, & confortare tentâſſet, ſed eum à puſillanimitate ſpiritus nequaquam liberare prævaluiſſet, ſibi vicem illam miſericordiæ, & veritatis committi poſtulavit. Qua protinus accepta, ſententiam anathematis in prædonem dedit. At ille,

(k) *Alexander II. immediatus Gregorii anteceſſor.*

Memorabile exemplum juſtitiæ Gregorianæ.

Hildebrandus raptorem excommunicat.

(f) *Hæc non leguntur apud Iſidorum lib. de vita & morte Sanctorum; ſed in illo, qui inſcribitur* de Prophetarum vita & interitu; *Albano Torino Interprete; & exſtat inter opera Latino S. Epiphanii, cujus etiam nomen præfert. Eadem leguntur in Synopſi Dorothei de vita & morte Prophetarum. Similes ignis fulgores aliquando circa aliorum Sanctorum capita viſi ſunt. Vide Sulpitium Dialog. Tertio de S. Martino. Ribad. lib. 1. de vita B. P. N. Ignatii, & primam Apologiam pro vita B. P. Ignatii lib. 1. cap. 10.*

A ille, vel non habens, vel erubeſcens habere videri timorem tanti judicii: cùm exinde tertia die ſolito exultantis, vel inſultantis equeſtrem militiam inter commilitones ventilaſſet, ſubitò fulminis ictu percuſſus, veluti durus Pharao, in ſtagno ignis ardentis ſubmerſus eſt.

Ex miſerabilem raptoris interitum.

Interea vidit illud famoſum ſomnium, Pontificalis excellentiæ & efficaciæ vaticinium, quòd ſcilicet ex ore ejus ignis exiret, qui totum mundum igniret. Haud dubium, (a) quando ille ignis, quem Dominus JEſus Chriſtus miſit in terram, & voluit vehementer accendi. Verùm non ſic impii interpretati ſunt, neque ſic malignantes experti ſunt: B Nam quia Spiritum ſanctum blaſphemaverunt, eúmque in ſervo ſuo arguentem de peccato, (b) *infernalem titionem* vocaverunt: juſti Dei ultione, irremiſſibili delicto obligati, perpetuam miſeriam malignæ appellationis inciderunt, & mirum in modum, quod piis erat ſalutiferum, impiis factum eſt mortiferum.

(a) *quia Luc.* 12.

(b) *Hic vides unde recentiores hæretici hoc convicium in Gregorium VII. acceperint.*

Hîc ſuccedit miraculum non ſolùm Eliæ, ſed etiam juſti Abel, & ſapientiſſimi Salomonis, nec non & aliorum Patrum exemplis glorioſum; quorum videlicet libaminibus illapſa eſt per ſpeciem ignis gratia ſancti Spiritus. Domino namque auctore ſublimatus in ſpecula Apoſtolorum Petri & Pauli, cùm in univerſam terram produceret ſonum eorum, & in fines orbis terræ diſſeminaret verba eorum, (c) moderni Neronis ſcilicet quarti Heinrici Regis, cujus flagitiis, & facinoribus omnis prædicatio veritatis, velut C ignis urens, intolerabilis erat, graviſſimam contra ſe perſecutionem commovit, ideóque neceſſitate compulſus fugere de civitate in civitatem, Chriſtianiſſimæ Comitiſſæ Mathildis tutelam ad tempus expetiit.

3. Reg. 18. Gen. 4. 3. Reg. 8.

(c) *Vide Brunonem de Bello Saxonico.*

Mathildis Comitiſſa.

Cúmque apud eam *in pace factus eſſet locus ejus, & habitatio ejus in Sion*, hoc eſt, in ſpecula divinæ contemplationis, recurrente temporum rota, fortè imminebat dies maximè dedita Pontificalibus officiis, quæ nuncupari ſolet *Cœna Domini*. Hanc ergò celebraturus, adiit Abbatiam, vocabulo (d) *Nonantulam*, ſanctorum prædeceſſorum ejus Silveſtri, & Adriani patrociniis glorioſam. Ibi nempe ſacroſanctis inſiſtens miniſteriis, cùm jam conſummaret ſanctificationem chriſmatis, ſubitò cœlitus inflammante benedictum liquorem claræ ſpecie ignis, conglorificatus eſt antiquis Patribus ſigno diviD næ acceptionis.

Pſal. 75.

(d) *De hoc Monaſterio extant tres Epiſt. Joannis VIII. Pontif. Max. Epiſt. 47. 48. 49. Tom. 3. Concil. Edit. Biniana.*

Sed jam congruum videtur, miracula de igne in mirabili extinctione ignis finire, quæ in Chronicis venerabilium virorum hac occaſione legitur accidiſſe. Cùm prædictus Heinricus Romanæ civitatis mœnibus hoſtili manu aſſediſſet, & ob hoc ignem quodam loco injeciſſet, ut populo à tutandis propugnaculis ad avertenda combuſtionis pericula E converſo, ſine prohibitione irrumperet; intelligens hanc verſutiam fortiſſimus in fide Chriſti Gregorius, ſignum Crucis appinxit, & velut Tiberis inundantiam effunderet, incendium protinus extinxit, plebémque ad propugnacula defenſanda redire præcepit.

Signo ſanctæ Crucis incendium extinguit Gregorius. Idem teſtatur Bertholdus Conſtantienſis in Chronico Anno 1082.

Nobis etiam redire placet ad commemorandam pueritiam ejus, in qua avunculo ſuo Abbati Monaſterii S. Dei Genitricis Mariæ in Aventino monte ad inſtructionem liberalis ſcientiæ, & compoſitionem moralis diſciplinæ à parentibus commendatus, in brevi oſtendit ſpectabiles flores utriuſque nutriF menti. Jam verò adoleſcentiam ingreſſus, profectus eſt in Franciam (e) domiturus inibi carnis petulantiam & moleſtia peregrinationis, & inſtantia eruditionis. Inde poſt aliquot annos Romam rediturus occulta Dei præparatione, moram fecit aliquantum temporis in aula Heinrici III. ut quia ſublimandus erat in culmine ſacerdotii, profectus ejus manifeſtus fieret omnibus ex alta ſpecula Regni. Hinc ipſe Imperator ajebat: nunquam ſe audiſſe hominem, cum tanta fiducia Verbum Dei prædicantem. Probatiſſimi quoque Epiſcoporum Reipublicæ conſulentium admirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ejus.

Pueritia Gregorii.

(e) *Ad Monaſterium Cluniacenſe.*

Verſatur Gregorius in aula Henrici III.

Teſtimonium Imp. de Hildebrando.

Poſthæc Romam reverſus, cùm ſtudiò perfectionis inſiſteret, & accepta divinitùs talenta intellectûs atque operationis duplicaG re ſatageret, torpentes domeſticos ſenſit inimicos, & illud veritatis elogium probavit: *nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua.* Proinde parcere volens invidiæ, & majorem charitatis fructum quærere, ingredi ſtatuit in partes Germaniæ, & Galliæ. Cúmque veniſſet ad (f) Aquas pendentes, apparens ei in viſione B. Petrus, qui jam aſcenſiones ejus in cathedram ſuam diſponebat, prodire eum ulteriùs prohibebat. Ipſe autem fallacem exiſtimans imaginem, à propoſito itinere non reflexit. Item ſecundæ noctis ſimilem viſionem præterivit. Tum verò tertia nocte cum maximo terrore ingerens ſe facies Apoſtolica, graviter eum luiturum, H ſi non reverteretur, intentavit; ſicque eum in Romanæ Eccleſiæ ſolatium revocavit.

Romam redit.

Luc. 4.

Parat iter in Germaniam & Galliam.

(f) *Urbs Italiæ. Apparet ei S. Petrus.*

Vetatur ulterius progredi.

In diebus illis, mortuo Damaſo ſecundo, ſucceſſit nonus Leo; qui, laudabilis viri prudentiam, & ſanctitatem ex corde veneratus, & amplexatus ejus per omnia conſilia (g) incepit; & hæc eorum concordia plurimùm in agro dominico ſpinis erutis fructificavit.

Succeſſit Leo Damaſo Anno Chriſti 1049.

(g) *fort. ſequi incepit.*

De amicitia Leonis IX. & Hildebrandi lege Baron. Anno M. XLIX.

Interea Subdiaconus ab eodem Papa ordinatus, monaſterio S. Pauli miſerabiliter deſolato, prælatus eſt, tali primitùs viſione confortatus. Apparens ei B. Paulus in Baſilica ſua ſtabat, ac palàm manibus tenens

ſter-

Fit Abbas Monaſterii S. Pauli.

A ſtercora boum de pavimento levabat, ac foras jactabat. Cúmque ſpectator otioſus aſſiſteret, increpabat eum Apoſtolus, quare non ſe adjuvaret, juſsitque eum palam apprehendere, & fimum, ſicut ipſe faceret, ejicere. Latrunculis enim Campaniæ diripientibus ſubſidia alimoniæ, in tantum languorem inciderat obſervantia ſanctitatis & Regulæ, ut & armenta licenter ingredientia domum orationis fœdarent; & mulieres, in Reſectorio neceſſaria miniſtrantes, famam pauciſſimorum, qui remanſerant, monachorum dehoneſtarent. Eliminata igitur omni ſpurcitia, & recuperata victualium ſufficientia, congregavit honeſtam multitudinem Regularium Monachorum: quorum religione, & diſciplina B venerabiliter uſque hodie pollet locus iſte.

Hildebrando apparet S. Paulus.

Fœdus Monaſterii S. Pauli ſtatus.

Reformatur ab Hildebrando.

Denique tam ſingularem cœpit habere fiduciam ſuper opitulationibus precum illorum, ut, ſi quando non liberaretur ab adverſitatibus, certiſſimum ei ſignum fieret, alicujus delicti impedimentum eſſe inter eos; quo præſentiæ ipſius examinatione correcto, ſolito curſu liberationem ejus acceleratam (a) ferret oratio. Beatus planè Pater, & beati filij Mater, quos inter ignorantia, & impunitas culpæ moram non potuit habere, ſed exemplo quidem Joſue prodita, *in ſpiritu lenitatis*, ſecundùm Apoſtoli præceptum, caſtigata eſt. Si qui tamen, cujuslibet C profeſſionis fuerint, majores culpas, & maximè ad immunditiam, vel ſacrilegium pertinentes apud S. Paulum committere præſumpſerunt, mox in Apoſtolicæ reverentiæ (b) ab exterminatore perierunt. Sicut enim primi Gregorii tempore (c) B. Andreas Apoſtolus ultor exſtitiſſe legitur (d) ſui ſanctuarii: ita & in diebus Hiltebrandi, ejuſdémque Gregorii VII. B. Paulus Apoſtolus vindex enituit ſui ſanctificij, utroque ſcilicet Apoſtolo cooperante (e) ſuo operario.

Quantum ſpei poſuerit Hildebrandus in fratrum ſuorum precibus.

(a) *M.S. Fores. f. ferebat.*

Joſue 7. Galat. 6.

(b) *Hic deeſt aliquid. Fortè repon.* honorem vel vindictam

Joan. Diac. lib. 4. vita S. Gregorii cap. 97. Plurimis documentis probatum eſt in eodem (*S. Gregorii*) fornicationis contagione pollutos diu ſubſiſtere omnino non Poſſe. (c) *Lege Joan. Diac. lib. 4. cap. 96. 97.* (d) *Monaſt. à S. Gregorio exſtructum ad ſcauri clivum in honorem S. Andreæ Apoſtoli. Diac. lib. 1. cap. 6.* (e) *Gregorio I. & Gregorio VII.*

D Interea ſpiritualis agricola, ſanctus videlicet Leo (IX.) Papa, conſiderans, & admirans multum fructum palmitis hujus, eò quòd *ipſe maneret in Chriſto, & Chriſtus in ipſo;* dilatavit in eo manſionem Chriſti per impoſitionem Ordinis Levitici, & ut fructuum plus afferret Romanæ Eccleſiæ, Archidiaconum Inſtituit.

Joan. 15.

Fit Archidiaconus Eccl. Rom.

Poſthæc in partes Galliarum directus, ita creditum ſibi Apoſtolicæ vicis exhibuit officium, ut meritò cum Apoſtolo dicere poſſet: (2. Cor. 2.) *Deo gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto JESU, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco. Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo, in iis, qui ſalvi fiunt; & in iis, qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.*

In Galliam proficiſcitur, Anno 1055. miſſus, à Victore II. Bar. dicit, eum tunc adhuc fuiſſe Subdiaconum. Et probat ex Deſiderio Caſſinenſi. Fortè Deſiderius per Subdiaconum idem intellexit; quod Paulus per Archidiaconum.

E Primam ſanè odoris hujus fragrantiam (f) Lugdunum, quæ prima ſedes eſt Galliarum, ſynodali diſcuſſione ſuſcepit. Nam ſicut Papa (g) Kaliſtus narrare conſuevit, prima Concilij die, proclamatus eſt quidam Pſeudo-Epiſcopus de Simoniaca Pontificalis culminis aſcenſione; ſed quia ad finem perduci non potuit probatio, in ſequentem diem prolata eſt. Interim quid faceret ſibi malè conſcius? Quò ſe verteret? adamante duriorem judicis mentem nullo munere auſus eſt attentare, non dubitans, ſe per hoc ardentiſſimum veritatis amatorem magis exaſperare, quàm placare. Data igitur pecunia, oppilavit ora tam accuſatorum, quàm teſtium, & cooperante ſecuritatis inſolentia, tumidus craſtinæ ſeſſioni cognitoris inſultavit dicens: *Ubi ſunt, qui me accuſabant? nemo me condemnavit.* F Ad hæc zelotes Dei altè gemitu ſuſpirans, & frixorium cordis ſui ſuper illis, qui corrupti erant, dedignativo geſtu ſignificans, ait ad corruptorem: Credis, ô Epiſcope Spiritum ſanctum unius cum Patre, & Filio eſſe ſubſtantiæ & Deitatis? Quo reſpondente, credo. Dic, inquit, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.* Cúmque hunc verſiculum ad commendandam ſanctæ Trinitatis fidem à Nicænis Patribus hymnizando prolatum, & B. Hieronymo pro ſuccentu ſingulorum Pſalmorum (h) Damaſo Papæ commendatum, fiducialiter adorſus fuiſſet; *Gloria Patri, & Filio*, dicebat; ſed, Spiritum ſanctum nominare minimè valebat. Secundò tentare admonitus, defecit in *Filio*. Tertiò repetere permiſſus, obticuit in *Patre*. Tunc demum pedibus Apocriſiarij provolutus, Simoniacum ſe eſſe profeſſus eſt. G Qui mox, ùt ab Epiſcopatu depoſitus eſt; *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, clara voce perſonuit. Ex bis divinæ cognitionis indiciis feruntur nonnulli Pſeudo-Epiſcoporum compuncti, malas conſcientias ſpontanea confeſſione prodidiſſe, & injuſtè acquiſitas dignitates, juſtè dimiſiſſe.

(f) *Lege Bar. Anno MLV. N. 11 & ſeq.* (g) *Caliſtus, qui Pontificatum iniit Anno M.C. XIX. Videtur Paulus, cum Romæ eſſet, Caliſto familiaris fuiſſe.*

Mirabilis pœna Simoniaci.

Lege Bar. Anno 1055. Vide etiam Apolog. pro Greg. VII. fol. 21. Eand. Hiſt. refert Deſiderius Abbas apud Bar. Petrus Damianus, & Malmeſburienſis lib. 3. de geſtis Regum Angliæ.

(h) *Vide lectiones Breviarii Rom. feſto S. Damaſ.*

Multi exemplo mulctati Simoniaci ad meliorem mentem redeunt.

Idem venerabilis Archidiaconus Synodum tenuit, cui Hugo Cluniacenſis Abbas interfuit: in qua Epiſcopum quendam ordine judiciario depoſuit. Inde ſimul ambo profecti ad flumen quoddam pervenientes transvadabant. Archidiaconus verò præ- H ceſſit Abbatem. Transmiſſo igitur flumine, converſus retrò reſpexit, & dixit: cur talia de me cogitâſti? Abbas verò reſpondit: Túne es DEUS, qui cogitationes hominum te ſcire aſſeveras? DEUS, inquit, non ſum, ſed tamen, quæ in animo volvebas audivi. Dixiſti enim in corde tuo, (i) magis Epiſcopum illum cauſa jactantiæ, quàm zelo DEI depoſuiſſe. Perculſus Abbas conſcientia: rogo te, inquit, per charitatem DEI, ut edicas mihi, quomodo hoc ſentire potuiſti?

Hildebrandus occultas cogitationes cognoſcit.

(i) *me*

A quia venientem te, inquit, per alveum fluminis reſpexi, & quaſi filum tenſum ab ore tuo uſque ad aures meas: inde, boc perpendiſſe ſenſi.

Exemplum cujuſdam, qui in templa nummos numerabat.

Altera item die, cùm ambo, Arcbidiaconus videlicet, & prædictus Abbas Cluniacenſis, Eccleſiam quandam ingreſſi fuiſſent, Camerarius Abbatis ſtans ad orationem, clàm aliquos nummos è marſupio protulit, atque pro expenſis tribuendos de manu in manum calculavit. Interrumpens autem orationem Archidiaconus vociferando: exi diabole; ac Eccleſiam eum relinquere coëgit. B Tum Abbas: inbumanè, inquit, agis, quòd neque orationem nos complere permittis. Orationem, ait, Monachi tui ſciſcitare, & cur id fecerim, poteris cognoſcere. Requirens igitur Abbas, invenit, quòd nummos computâſſet. Conſequenter Archidiaconus intulit; & ego teterrimum ſpiritum ante ipſum hoc idem ſimulare vidi.

(a) Idem refert Malmesburienſis lib. 3. de Geſt. Reg. Angliæ. Baron. commemorat Anno M. LXI.

Prævidet Hildebr. futuram peſtilentiam.

(a) Eodem itinere venerunt ad quandam civitatem multa mortalitate laborantem: in qua vidit Angelum DEI erecto gladio paratum ad occiſionem. Unde, cùm irent ad oratorium ſecundùm conſuetudinem, rogabat Abbatem, ut breviaret orationem, & quantocyus relinqueret civitatem, alioquin omnes perituri eſſent. Dicto parens Abbas velociter reverſus eſt ad boſpitium, & ecce reperit duos vix ſocios repentina morte proſtratos. Cúmque feſtinantiſſimè deſeruiſſent locum peſtilentiæ, Abbas jam potitus C ſciſcitandi libertate, percunctatus eſt venerabilem Levitam, quid vidiſſet, quod tantam properationem indixiſſet: &, quod prædictum eſt, audivit.

(b) Stephanus X. qui poſt Victorem II. Pontificatum iniit Anno M. LVII. mortuus M. LVIII.

(c) De hoc Benedicto lege Bar. M. LVIII. & de Electione Nicolai II. ibid.

(d) Anno M. LXI.

Inter hæc, Romam proficiſcens, cùm audiſſet, mortuó (b) Stephano Papa (c) Benedictum quendam ab iniquis, & importunis bominibus contra Canones in Apoſtolica ſede ſubſtitutum, magis accelaravit iter ſuum, collectáque Synodo Epiſcoporum in Tuſcia, Benedictum quidem ſancti Spiritus judicio condemnavit: Gerhardum verò Florentinæ civitatis venerabilem Epiſcopum communi bonorum conſenſu electum, Apoſtolicæ ſedi inthronizavit, atque Nicolaum II. nominavit. Hoc autem poſt bien- D nium defuncto, ſucceſſit (d) Alexander.

Miraculum ab Hildebrando patratum.

Hujus Camerarius nomine Joannes narrare ſolebat factum in ſemetipſo divinæ curationis miraculum per venerabilem Hiltebrandum adhuc Archidiaconum. Nam cùm idem Joannes apud Tuſculanum nimis acri febrium dolore fatigaretur, miſſo nuncio, beatum virum rogavit obnixè, ne pigritaretur venire uſque ad ſe. Nec mora; quia boni nuncij hominem eſſe cognovit, venire non renuit. At ille nimio gaudio repletus in adventu ejus, traditis ei omnibus ſuis, commendavit etiam, humiliter implorans, ut communem Dominum pro ſe deprecari, E ac religioſos homines in idipſum curaret adhortari. Tunc vir DEI domeſtica pietate ab intimis viſceribus commotus, ejectis omnibus, ſe diutiſſimè in orationem cum lacrymis abſque verborum ſtrepitu dedit. Completa oratione, Comitiſſam, cum qua idem Joannes morabatur, vocavit, eámque, ut refectionem, pullum videlicet gallinæ, infirmo præpararet, bortatur. Cui renitenti, eò quòd longa debilitate ſtomachum adeò infirmatum eſſe non ignoravit, ut etiam ante aliquot hebdomadas cibum percipere faſtidiérit: Vir DEI reſpondet: ſine modò. Scias enim, quòd tam feſtinanter non præparabitur, quomodo ipſe deſiderabit. boc ita res probavit. Nam ſufficienter refectus obdormivit ſoporatus, ac de omni illa validiſſima invaletudine ſine mora convaluit. F

Hildebr. cultor Deiparæ.

Coram imagine D. Virginis preces fundit.

Imago D. Virginis lacrymatur.

Iterum vir beatus ad Eccleſiarum directionem à Domino Papa deſtinatus, cùm inter multa bona opera, quæ operatus eſt, Antiſtitem quendam falſis criminibus impetitum à malignantium calumniis, duce ſpiritu veritatis, eripuiſſet, Romam reverſus Baſilicam PETRI Apoſtoli causâ orationis, & gratiarum actionis ingreſſus eſt. Erat ei familiare diverticulum ad B. Mariæ DEI Genitricis iconem conſiſtentem intra eandem Baſilicam, ut ante eam orando procideret, & plorando cor ſuum effunderet. Igitur cùm hac vice ſecundùm hanc conſuetudinem facturus acceſſiſſet, vidit, quod dictu mirabile eſt, ipſam imaginem lacrymas ſtillare, & quaſi dolorem ſuum pro aliqua dilecti ſui moleſtia ſignificare. Ipſe autem repletus ſtupore & extaſi, poſtquam ſatis in G admirationem defixus eſt, lacrymis lacrymas ubertim reddidit, & ſupplicatione completa, Lateranenſe Palatium ſalutaturus Domnum Papam reviſit. Qui mox perlati ad eum falſi rumoris excipiens indicium, quòd videlicet pro muneribus prænotatum juſtificâſſet Epiſcopum, patenter dedit intelligi, quid in ſacra imagine ſignificâſſet ſimilitudo condolendi. Verùm cùm ſapientia, quæ lucebat in vultu ejus, rationem cœpiſſet reddere, erubeſcebant omnes, qui in præſentia érant, adverſarii ejus, & juxta B. Hieronymum, falſus rumor citò opprimebatur, & mordax lingua citò confodiebatur: quippe vita ipſius voce & exemplo H commendabatur. Inde cùm prædicto more ſolito repeteret imaginem, converſo miraculo, vidit eam arridere ſibi tanquam triumphatori.

Falsò accuſatur apud Alexandrum II.

Quid ſignificarint lacrymæ imaginis

Falſitas mox pateſit.

Imago Deiparæ arridet Hildebrando.

Ne autem hæc miracula quamvis de ſanctis, tantùm de inſenſatis rebus, incredibilia videantur: ex probabilioribus Orthodoxorum Patrum ſcriptis fidem dare volumus, quædam ex his mutuantes exempla, quæ contra hujuſmodi incredulitatem non putamus invalida. Sic enim legitur in Act-

A

Synodus Nicæna II. Act. 5. ex Sophronio in Prato ſpirituali cap. 180.

Actionibus ſeptimi univerſalis Concilij autoritate primi Adriani Papæ collecti: *Narravit nobis Dionyſius Presbyter Eccleſiæ Aſcalonis de Abbate Joanne Anachoreta dicens: quia hic magnus in præſenti generatione fuit homo & ad ſtatum ſuum DEO placentem hoc de eo miraculum aſſerebat:* In ſpecu, inquiens, ſenex ſedebat in *partibus Sochus* (a) *poſſeſſionis ab Hieroſolymis miliariis IX. ferme diſtantis. Imaginem autem habebat ſenex in ſpecu ſanctæ, & intemeratæ Dominæ noſtræ DEI genitricis, & ſemper Virginis MARIÆ, habentem in ulnis Chriſtum Dominum noſtrum. Quotieſcuaque igitur volebat quoquam pergere, aut ad eremos longinquas, aut*

B

Hieroſolymam ad adorandam ſanctam Crucem, & ſancta loca, vel etiam in Sina monte oraturus, aut ad Martyres, qui ab Hieroſolymis multis ſpatiis aberant.

(a) Synod. Nic. Ubi poſſeſſionem habebat milliaribus ab Hieroſolymis viginti parvis.

Erat enim amicus Martyrum oppidò ſenex: Nam nunc quidem ad S. Joannem, Epheſum; nunc verò ad S. Theodorum (b) *Eucharetam, aut ad S. Theclam Seleuciam pergebat, vel ad S. Sergium* (c) *Araphani, præſtruebat candelam, & ſuccendebat, ſicuti habebat conſuetudinem: & ad deprecationem ſtans, ut iter ſibi dirigeretur; dicebat ad Dominam, in imaginem ejus attendens: Sancta Domina DEI genitrix, quoniam viam habeo longam ad ambulandum, multorum dierum ſpatium habentem, de candela tua curam habeto, & inexſtinguibilem eam ſecundùm meum propoſitum cuſtodi. Ego enim adjutorium tuum comitem habens vadam. Et his ad imagi-*

C

nem dictis, abibat: & propoſito itinere completo, revertebatur aliquando quidem menſe uno, aliquando verò duobus, vel tribus, nonnunquam quinque, aut ſex moratus, & ſic inveniebat candelam ordinatam & ardentem, ùt eam ad iter agendum egreſſurus ſinebat; nunquam illam aliquando à ſemetipſa exſtinctam vidit, neque à ſomno ſurgens, neque ab eremo rediens in ſpeluncam.

(b) Euchaitam.

(c) Soph. Saraphas.

Nic. Synod. Act. 4. Exſtat in vita S. Theod. Tom. 2. Surii. Vide Tomo 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 91.

Item ex eiſdem Actionibus ex vita S. Theodori Archimandritæ. *Cùm eſſet annorum quaſi XII. facta eſt mortalitas ex bubone in illa villa, ita ut & ipſe infirmaretur penè ad mortem. Porrò detulerunt eum in oratoriam domum S. Joannis Baptiſtæ, quæ erat juxta villam, & ſtraverunt eum ad introitus altaris. Porrò ſupra illum*

D

in receptaculo crucis ſtabat imago Salvatoris JESU Chriſti. Cúmque ex dolore bubonis cruciaretur, repentè de imagine ceciderunt ſuper eum roris guttæ, & ſtatim, gratiâ DEI, à dolore convaluit, & ſanus effectus eſt, & ivit domum ſuam. His exemplis ad adſtruendam fidem ſufficere valentibus, ad noſtræ narrationis ordinem redeamus.

Viſio Hildebrandi.

Igitur venerabilis Hiltebrandus vidit viſionem, Apoſtolicæ pietatis in proximo ſuſcipiendæ præſignationem. Apparuit ei Simon magus tripudians, & exultans in navi: & ipſe ſibi videbatur illum inſilire, & colluctando pedibus ſubactum inſolubilibus nexibus vincire. Quòd navis Eccleſiam ſignificet, rarus eſt, qui ignoret. In qua nimirum Simon magus ante beati viri hujus Apoſtolatum longè, latéque per ſuos ſequaces ſacrilega venalitate luſerat, liberè ſcilicet, & impudenter emens, ac vendens Eccleſiaſticas dignitates. Quomodo autem per hunc athletam DEI proſtratus, & alligatus ſit, ſuo loco dicemus. E

Quid hæc viſio portenderit.

Alia viſio.

Per idem tempus quidam Piſani pernoctabant in Baſilica B. Petri gratiâ orandi: cùm ecce vident ipſum Principem Apoſtolorum in eâdem domo ſua, cum hoc prædeſtinato hærede ſuo deambulantem, eíque præcipientem, ut ſtercora diverſorum jumentorum, quæ ſparſim inibi jacere videbantur, in ſaccum, qui cominus haberi cernebatur, congereret, & dorſo impoſito egereret. Et quidem per hæc ſtercora luxurias, & ſpurcitias diverſorum hominum, maximè autem Nicolaitarum, & quarti Heinrici Patroni eorum ſignificari, in promptu eſt. Sed quomodo & portata, & exportata ſint, ſuo tempore Deo aſpirante, demonſtrabimus. F

Similis ſuprà D. Pauli in Monaſterio S. Pauli.

Quid ſibi voluerit hæc viſio.

Nunc electionis ejus poſt mortem Alexandri Papæ, legitimum ordinem, prout ipſi electores ejus conſcripſerunt, proponamus.

QUOMODO GREGORIUS VII. PAPA ELECTUS SIT. G

Decretum Electionis Hildebr. in ſummum Pontificem. Exſtat lib. 1. Epiſt. Gregorii VII. init.

Regnante Domino noſtro *JESU Chriſto, Anno clementiſſimæ Incarnationis ejus M. LXX. III. Indictione & Luna XI. decimo Kalend. Maij, feria ſecunda, die ſepulturæ Domini Alexandri, bonæ memoriæ, ſecundi Papæ, ne ſedes Apoſtolica diu lugeat, proprio deſtituta Paſtore, congregati in Baſilica Beati Petri ad Vincula, nos Sanctæ, Romanæ, Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Cardinales, Clerici, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, præſentibus venerabilibus Epiſcopis, Abbatibus, Clericis, & Monachis, conſentientibus plurimis turbis utriuſque ſexus, diverſique ordinis acclamantibus: Eligimus nobis in Paſtorem, & ſummum Pontificem, virum religioſum, geminæ ſcientiæ prudentia pollentem, æquitatis, & juſtitiæ præſtantiſſimum amatorem, in adverſis fortem, in proſperis temperatum, & juxta Apoſtoli dictum, bonis moribus ornatum, pudicum, modeſtum, ſobrium, caſtum, hoſpitalem, domum ſuam bene regentem, in gremio hujus matris Eccleſiæ à pueritia ſatis nobiliter educatum, & doctum, atque pro vitæ merito in Archidiaconatus honorem uſque hodie ſublimatum, Hildebrandum videlicet Archidiaconum, quem amodo uſque in ſempiternum & eſſe, & dici GREGORIUM Papam, & Apoſtolicum volumus, & approbamus. Placet vobis? placet. Vultis eum? volumus. Laudatis eum? laudamus. Acta Romæ X. Kalend. Maij, Indictione XI.*

Encomia Gregorii VII. H

Ipſe quoque Gregorius de electione ſua continuò has miſit epiſtolas.

A

GREGORIUS IN ROMANUM PONTIFICEM ELECTUS, DESIDERIO ABBATI MONASTERII S. BENEDICTI MONTIS CASSINI, SALUTEM IN CHRISTO JESU.

Epiſt. Greg. VII. de ſua Electione ad Deſiderium Abbatem Caſſin. lib. 1. epiſt. 1.

DOminus noſter Papa Alexander mortuus eſt, cujus mors ſuper me cecidit, & omnia viſcera mea concutiens, penitùs conturbavit. Nam in morte quidem ejus Romanus populus contra morem ita quievit, & in manu noſtra conſilij frena dimiſit, ut evidenter appareret, ex DEI miſericordia hoc proveniſſe. Unde, accepto conſilio, hoc ſtatuimus, ut poſt triduanum jejunium, poſt Litanias, & multorum orationem eleemoſynis conditam, divino fulti auxilio ſtatueremus, quod melius de electione Romani Pontificis videretur. Sed ſubitò cùm prædictus Dominus noſter B *Papa in Eccleſia Salvatoris ſepulturæ traderetur, ortus eſt magnus tumultus populi, & fremitus, & in me quaſi veſani inſurrexerunt: ita, ut cum Propheta poſſim dicere;* Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Laboravi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ. *Et;* Timor, & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ. *Sed quia in lecto jacens valdè fatigatus ſatis dictare nequeo, anguſtias meas enarrare ſuperſedeo. Te igitur per omnipotentem Dominum rogo, ut ſuffraganeos fratres, & *filios, quos in Chriſto nutris, ad exorandum DEUM pro me provoces, & ex vera charitate invites: quatenus oratio, quæ* C *me liberare debuit, ne incurrerem periculum, ſaltem tueatur in periculo poſitum.*

Pſal. 68. *Pſal. 54.* *Petit precum ſuffragia & auxilia à Deſiderio.*

*Tu autem ipſe quantocyus ad nos venire non prætermittas, qui quantum Romana Eccleſia te indigeat, & in prudentia ſua fiduciam habeat, non ignoras. * Dominam Agnetem Imperatricem, & Rainaldum venerabilem Cumanum Epiſcopum ex noſtra parte ſaluta: & quantum erga nos dilectionis habuerint, nunc ut oſtendant, noſtra vice fideliter obſecra. Dat. Romæ. IX. Kal. Maij. Indictione undecima.*

** Vide Baron. M. LXXIII. Num. 29. Ad hunc Rainaldum eſt Epiſt. 20. lib. 1. Epiſt. Gregorii.*

GREGORIUS IN ROMANUM PONTIFICEM ELECTUS GOTTIFREDO DUCI, SALUTEM IN DOMINO JESU CHRISTO.

D

Godefridus Dux, Beatricis Maritus, lib. 1. Greg. Epiſt. 9.

GRata nobis eſt lætitia tua, quam in litteris tuis de promotione noſtra te habere cognovimus, non ut hoc aliqua cauſa noſtra delectatio faciat, ſed quòd eam ex fonte ſinceræ dilectionis, & fideli mente derivatam eſſe, non dubitamus. Noſtra enim promotio, quæ ſibi, cæteriſque fidelibus piam de nobis exiſtimationem, & gaudium adminiſtrat, nobis interni doloris amaritudinem & nimiæ anxietatis anguſtias generat. Videmus enim, quanta nos ſolicitudo circumſtat; ſentimus, quantum nos ſuſceptè oneris ſarcina gravat; ſub quibus, dum noſtræ infirmitatis conſcientia tremit, anima noſtra in Chriſto potiùs diſſolutionis requiem, quam in tantis periculis vitam cupit. In tantum quippe commiſſi nobis officii conſideratio nos ſolicitat, ut niſi in orationibus ſpiritualium hominum, poſt DEUM aliqua fiducia nos ſuſtentaret, curarum immenſitate mens noſtra ſuccumberet. Peccatis enim facientibus, ita penè totus mundus in maligno eſt poſitus, ut omnes (& præcipuè qui in Eccleſia Prælati ſunt) eam potiùs conturbare, quàm fideli devotione defendere, vel celebrare contendant: & dum ſuis aut lucris, aut præſentis gloriæ deſideriis inhiant, omnibus, quæ ad religionem, & juſtitiam DEI pertinent, ſe velut hoſtes opponant. Quò magis nobis dolendum eſt, qui ſuſceptum univerſalis Eccleſiæ regimen in tanta difficultate, nec ritè adminiſtrare, nec tutò deſerere poſſumus.

E *1. Joan. 5.*

Cæterùm quia fidei, & conſtantiæ virtutem (donante DEO) in te ſitam eſſe cognovimus: omnem, quam oportet, in chariſſimo ſancti Petri filio in te fiduciam habentes, animum tuum de noſtra itidem conſtantiſſima dilectione, & erga honores tuos promptiſſima voluntate, nequaquam dubitare volumus. F

De Rege verò mentem noſtram, & deſiderium plenè cognoſcere potes: quòd, quantum in Domino ſapimus, neminem de ejus præſenti, ac futura gloria aut ſolicitiorem, aut copioſiori deſiderio nobis præferri credimus. Eſt etiam hæc voluntas noſtra, ut primùm oblata nobis opportunitate, per nuncios noſtros ſuper his, quæ ad profectum Eccleſiæ, & honorem regiæ dignitatis ſuæ pertinere arbitramur, paterna eum dilectione, & admonitione conveniamus. Quòd ſi nos audierit, non aliter de ejus, quàm de noſtra ſalute gaudebimus: quam tunc certiſſimè ſibi lucrari poterit, ſi in tenenda juſtitia, noſtris monitis, & conſiliis acquieverit. Sin verò, (quod non optamus) nobis odium pro dilectione; omnipotenti autem DEO pro tanto honore ſibi collato, diſſimulando juſtitiam ejus, contemptum non ex æquo reddiderit, interminatio, quæ dicitur; Maledictus homo, qui prohibet gladium ſuum à ſanguine, *ſuper nos, DEO providente, non veniet. Neque enim liberum eſt, alicujus perſonali gratia legem DEI poſtponere, aut à tramite rectitudinis pro humano favore recedere, dicente Apoſtolo:* Si hominibus placere vellem, ſervus DEI non eſſem. *Dat. Romæ, 2. Non. Maij, Indict. XI.*

Rex Henricus. *Sollicitudo Gregorii de Henrico Rege.* G *Hierem. 48.* *Gal. 1.*

Poſt hæc, Pontificali benedictione confirmatus, quàm acceptus ſibi fuerit ad exemplum Evangelii Pater cæleſtis oſtendit, quoniam myſteria, quæ *abſcondit à ſapientibus, & prudentibus, revelavit parvulis.* Nam duo ruſtici non improbabili curioſitate ducti, cùm adventum novi Pontificis in Lateranam diœceſin comperiſſent, ad videndum eum mutuis cohortationibus inſtigati, ad Eccleſiam properant. Quò cùm perveniſſent, invenerunt eum juxta Altare Miſſarum ſolemnia celebrantem. Quem curioſè inſpicientes, omnes motus corporis, & geſtus ejus diligenti animadverſione notarunt. Sed alter eorum velut in exſtaſin raptus vidit columbam de cælo deſcendere (a) hu-

Matth. 11. H *Leo Oſtienſis lib. 3. Chron. cap. 13. & ex illo Baron. M. LXXXIV. Caſſini hoc accidiſſe ſcribunt.*

(a) *Etiam S. Gregorio Magno columba dextro humero inſidens appingitur. De quo Joan. Diaconus in vita S. Greg. lib. 4. cap. 70. Lutherani quoque olim ſuo Luthero columbam humero inſidentem adjungebant: Sed errante pictoris penicillo; nam corvus eſſe debebat.*

A humeróque Gregorij dextro inſidentem alis extenſis caput ejus velare. Completo verò canone, columba collum protendens, calici roſtrum, ùt ſibi viſum eſt, immiſit: quo retracto, unde venerat, illicò reverſa eſt. Stupefactus igitur novo miraculo ruſticus, atque poſt paululum ad ſe reverſus, ad propria remeavit.

Sequenti nocte tres viri habitu decoro, vultúque ſplendido ei apparuerunt, quorum unus veſtitu ſuccincto, caniciéque decenti figuram Petri, ùt in (a) picturis videre ſolebat, ſibi expreſſit. Alius vultu ſplendidus, ſtatura procerus, in admirationem ſimul & timorem convertit inſpectorem, tertium, cujus qualitatis eſſet, non adeò curioſè quæſivit. Proinde affabilior horum trium, quis eſſet, diu hæſitans: tandem canum illum ſermone aggreſſus, quis ille major eſſet, vel quo cenſeretur nomine, ſciſcitatus eſt: à quo reſponſum, quòd Sol vocaretur, accipiens, inſuper ita increpatus eſt: quare non annunciâſti Gregorio, quod heri vidiſti? Ille verò perterritus, nihil ſe vidiſſe reſtatur. Oblitúſne es, inquit, quòd columbam heri inter miſſarum ſolemnia requieviſſe ſuper humerum ejus videris? totámque viſionem, ùt viderat, ſibi retexuit. Deinde præcepit ei, ut quantocyus ad Gregorium iret, quia, eâdem die, inde erat tranſiturus, atque ex ordine ei viſionem recitaret.

(a) S. Hieronym. in illud: Veni Hieroſolymam videre Petrum Gal. 1. Non ut oculum, genas, vultumque eius aſpiceret, utrum macilentus, an pinguis, adunco naſo, an recto: & utrum frontem veſtiret coma, an, ut Clemens in Periodis ejus refert, calvitiem haberet in capite.

Monetur ruſticus, ut viſa pandat.

B

Manè facto ruſticus, quid ageret, dubitans, atque viſionem illuſionem eſſe, ſecum pertractans, quendam ejuſdem loci Religioſum virum adiit, & quid ſibi viſum fuiſſet, intimavit. Id autem conſilij accepit, quatenus Dominum obnixè deprecaretur, ut, ſi ex illo hæc viſio fuiſſet, ſecundò, ac tertiò ei revelare dignaretur: quod ita ruſticus devotè peregit. Secunda igitur nocte, item commonitus, obnixiùs precibus inſtitit. Tertia verò nocte, cùm ijdem viri terribiliùs ſolito ſe ingeſſiſſent: præcepit ei unus, ut, ſi vitam aliquamdiu vellet differre, ne dubitaret, quod juſſus fuerat, Domno Apoſtolico denunciare, ac ſubintulit: ſi tu, cùm propè fuerat, juſſis noſtris minimè obtemperâſti, neceſſe eſt, te poſt eum longiùs eundo laborare. Sed ille certius adhuc aliquid ab his elicere geſtiens, dixit: Ego quidem ruſticus ſum, & indoctus, quid mihi in ſignum dabitur, ut à tali perſona credatur? Unus eorum, qui tantùm ſolebat pro cæteris loqui, dicebat: Hæc dices Gregorio, quod etiam ipſe verum eſſe cognoſcit; quoniam accedens ad altare, quod eodem die cogitavit, apud omnipotentem Dominum impetrare meruit.

Conſilium expetit ruſticus, quid facto opus.

Iterum iidem cælites apparent.

Etiam tertiò, non ſine minis, ni pareat.

C

D

Ruſticus ad Gregorium perveniens, ſecretum ab eo petiit, & quæ itineris & laboris ejus cauſa extitiſſet, fideliter inſinuavit. Ille verò benignè ſubridens, ac ſignum (b) præcognoſcens, ruſticum, tantæ legationis nuncium, ad ſua regredi cum Apoſtolica benedictione permiſit.

Viſionem Gregorio patefacit.

E

(b) fort. recognoſcens.

Alio quoque tempore, cùm maxima detineretur corporis infirmitate, quædam neptis ſua ad eum viſitandi gratia venerat, & qualiter ſe contineret, inquirebat. Tum ille, ut nepti ſuper ægritudine ſua animum levigaret, monilia ejuſdem manu tenens, an nubere vellet, requiſivit. Pòſt, recepta ſanitate, dum ſolitis orationibus incumberet, nec recordatione præteritorum malorum, nec ſpe futurorum bonorum, aut deſiderio, &, ut breviter concludamus, nullo modo ad hoc, ut ſaltem unam lacrymulam exprimere valeret, pertingere potuit. Diu igitur mœſto animo revolvens quid egiſſet, quo delicto Deum offendiſſet, quâ denique culpâ, datam ſibi compunctionis gratiam perdidiſſet; tandem temperato mœrore, id conſilij accepit, ut religioſos viros ſecum in jejuniis, & oratinnibus ſupplicare Domino depoſceret; quatenus ei revelare dignaretur, pro qua noxa donum illi, quod pridem habuerit, ſublatum ſit. Quod congrua devotione peractum eſt.

Cum gravi morbo conflictatus eſt Gregorius Anno M. L XXIV. in Octobri Vide Baron. Num. 79.

F

Similem mentis ſterilitatem & ariditatem, cùm alio tempore Gregorius pateretur, liberatus eſt invocatione S. Joannis Gualberti Abbatis. Vide Baron. M.LXXIII. Num. 79.

Completis itaque duarum hebdomadarum vigiliis, jejunio, & (c) corporali diſciplina, pius & velox auditor, deſiderium cordis tribuit ei. Nam cuidam innocenti, & ſimplici viro Beata Dei genitrix in viſione apparuit, eíque præcepit dicens: Vade, & dic Gregorio, quòd cùm ego illum in chòrum, non dubium, quin Virginum, elegerim, ipſe è contrario aliter, quàm deberet, egit. Novo autem permotus elogio Gregnrius, magis hæſitare cœpit, intentiúſque orare, ut apertiùs ſibi DEI miſericordia, quid eſſet, oſtenderet. Iterum eidem, cui ſuprà, ſanctiſſima Virgo MARIA mater Domini in ſomnis apparens inquit: Hæc dices Gregorio: quoniam ipſe contra gravitatem inſtitutionis noſtræ monilia tractavit neptis ſuæ: idcirco gratiam, quam habuit, amiſit. Sed nunc, quia pœnitentiam de peccato ſuo peregit, donum lacrymarum recipiet. Hinc admonemur illius dicti, *Bonum eſt homini, mulierem non tangere.*

(c) Nota morem faciendi diſciplinas.

Apparitio B. Virginis.

G

Iterum apparet Deipara.

H

1. Cor. 7.

Quadam æſtate, quæ Romæ humanis corporibus valde contraria eſt, dùm idem vir DEI maximis per integram hebdomadam æſtuaret febribus; apparuit ei B. DEI genitrix ſemper Virgo MARIA; atque, ut indignatinnem oſtenderet, ventrem ejus manu verſa percutiens, receſſit. Deinde per alteram ſeptimanam adeò debilitatus eſt, ut reſpirare eum, qui exitum ejus præſtolabantur, vix ſentire poſſent. Finita hebdomada illa, rurſus ad eum Beata DEI genitrix, hora diei quaſi ſexta, acceſſit; qualiter ſe haberet, & ſi adhuc ſatis pœnarum luiſſe ſibi videretur, ab eo ſciſcitatur. Cui ille reſpondit: Domina piiſſima, ùt tibi vi-

Gregorio apparet B. Virgo.

Iterum ſe viſendam exhibet,

A detur. Tum leni manu, quaſi corpus e-
jus perungens, ab oculis ejus evanuit. Mox
illo veſtimenta ſua, quaſi ad Eccleſiam pro-
ceſſurus eſſet, requirente; hi, qui aderant,
præ nimia infirmitate minùs ſanum ſentire
æſtimabant. At ille, nil mali ſe habere aſ-
firmans, extorquet; ut veſtibus ſe induant,
atque ad Eccleſiam perducant. Quo facto,
in tantum, ſanitate recepta, convaluit, ut
etiam ſacra Miſſarum ſolennia publicè in Ec-
cleſia Salvatoris ſequenti die celebraret.

Convaleſcit Gregorius ope Deiparæ Virginis.

Inter hæc; quanta obedientia tanto viro
exhibenda foret, Hermanno tunc temporis
Cardinali, ſed poſtmodum Brixienſis Ec-
cleſiæ Præſuli, divinitus oſtenſum eſt. Nam
cùm ab eo ad menſam quadam die vocatus
B non veniſſet, nocte inſequenti, terribilis ei
quædam ſpecies apparuit, eúmque vehe-
menter increpavit dicens: Ut quid miſer
imitatus es contumaciam Dathan, & Abi-
ron, ſuperſedendo Gregorii ad convivium
invitationem, ſicut illi ſuperbè reſpuerunt
Moyſi ad concilium invitationem? An ex-
cidit tibi, quanta millia millium in inferno
demerſa ſint propter unius protoplaſti in-
obedientiam? Feſtina ergo ad ſatisfactio-
nem, ſi evadere cupis debitam rebellibus
damnationem. Itaque mox, ùt opportuni-
tas data eſt, provolutus eſt pedibus clemen-
C tiſſimi Papæ, nec mora, veniam impetravit
lacrymoſa ſupplicatione.

Num. 16.

(a) Nam libet duo miracula ſanctitatis per
B. Gregorium divinitus facta breviter aſſig-
nare: ne fortè ingreſſis nobis ſilvam denſio-
ris hiſtoriæ, excidant memoriæ. Quodam
namque tempore, cùm de more ſacras ma-
nus ablueret, ipſa ablutionis aqua, inſtar
lactis facta, ægrum quendam cum fide re-
cuperandæ ſanitatis eam in uſum ſumentem,
confeſtim ab ægritudine liberavit.

(a) Videtur hic aliquid deeſſe. Vel legendum, Nunc

Manualis aqua Gregorii, ægrum curat.

Item, cùm in comitatu glorioſæ Mathil-
dis deliteſceret, & rabiem perſecutionis, de
qua poſtbac pleniùs dicturi ſumus, declina-
ret, quadam die venerabilis Hubaldus Man-
tuanus Epiſcopus indicavit ei, quòd cocus
eius, nimia infirmitate prægravatus de le-
ctulo ſurgere non valeret. At ille neceſſarij
commutationem non habens officij, cum
fide *grano ſinapis* comparanda, tranſtulit mon-
D tem infirmitatis, & crevit in validum gratia
ſoſpitatis. Eâdem quippe horâ, qua juben-
tis vocem audivit, ſurrexit, ac neceſſaria
præparavit.

Aliud miraculum.

Jam tempus exigit, aliquot decretales
Beati Præſulis Epiſtolas contra Simoniacos,
& Nicolaitas in Galliam atque Germaniam
tranſmiſſas ponere, & ſubinde, quid ſibi ve-
lit ſaccus ille ſtercoribus refertus, quem ſu-
prà Piſanis viſum commemoravimus, ali-
quam, ùt promiſimus, conjecturam face-
re. Denunciatio quippe regularis judicii
prædictorum hæreticorum, eíſque faven-
tium, concutiens, & coërcens ignominiam,
non abſurdè videtur comparari ſacco ſterco- E
ra continenti, quem videlicet vir ſanctus
quodammodo portavit, dum epiſtolas mit-
tendo, converſionem eorum, quos nota-
vit, diu patienter exſpectavit: exportavit
autem, quando pertinaces in errore, ſyno-
dali conſenſu ab Eccleſia ſeparavit. Harum
igitur epiſtolarum prima nobis occurrit ad
Ottonem Conſtantienſem Epiſcopum dire-
cta, quæ ita ſe habet.

Decretales Gregorii VII.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

Dilecto in Chriſto fratri OTTONI, Con-
ſtantienſi Epiſcopo, ſalutem & Apo- F
ſtolicam benedictionem.

*INſtantia nunciorum tuorum feſtinanter redire
volentium non permiſit nos fraternitati tuæ,
quæ in Romana Synodo conſtituta ſunt, ſeriatim
intimare. Hæc tamen neceſſariò tibi ſcribenda
fore arbitrati ſumus: nos, juxta auctoritatem
SS. Patrum in eâdem Synodo ſententiam dediſſe:
ut hi, qui per Simoniacam hæreſin, hoc eſt, in-
terventu pecuniæ ad aliquem ſacrorum Ordinum
gradum, & officium promoti ſunt, nullum in
ſancta Eccleſia ulterius miniſtrandi locum habe-
ant. Illi quoque, qui Eccleſias datione pecuniæ
obtinent, omnino eas perdant: nec deinceps ven-
dere, vel emere alicui liceat. Sed nec illi, qui
in crimine fornicationis jacent, miſſas celebrare,
aut ſecundùm inferiores Ordines miniſtrare Alta-
ri debeant.*

Recitat hanc Epiſt. etiam Bernaldus in Apologetico pro Greg. VII. cap. 1. Ad eundem eſt Epiſt. 60. lib. 2. Regeſti. Habita eſt hæc Synodus Anno 1075. Lege Bar. hoc anno.

Hæc decreta defendit ex inſtituto Bernaldus in ſuo Apologetico. Vide ſuprà pag. 57. F.

*Statuimus etiam, ut, ſi ipſi contemptores fue-
rint noſtrarum, imò SS. Patrum Conſtitutionum,
populus nullo modo eorum officia recipiat: ut qui,
pro amore Dei, & officij dignitate non corri- G
guntur, verecundia ſeculi, & objurgatione po-
puli reſipiſcant. Studeat igitur fraternitas tua,
ſe in his nobis cooperatricem exhibere; ſic crimi-
na iſta de Eccleſiis ſuis radicitus evellere, quate-
nus boni paſtoris meritum apud DEUM valeas
obtinere, & Romana Eccleſia de te, ſicut de
chariſſimo fratre, & ſtudioſo cooperatore debeat
gaudere.*

Qua verò contumacia prænominatus E-
piſcopus decretis ſalutaribus reſultaverit, vel
potiùs inſultaverit, ſequens Epiſtola prodit.

CREGORIUS SERVUS
SERVORUM DEI *OTTONI

Conſtantienſi Epiſcopo ſalutem, & Apoſto-
licam Benedictionem. H

De hoc Othone ita Chronicum Conſtantienſe editum à D. Piſtorio. Otto de Gotzlar civitate Saxoniæ 35. Anno Domini MLXX. Antiſtes fit, ad quod præfatus Henricus hujus nominis quartus, dum id præceperit, dixit. Noluit Collegium Conſtantienſe præſulem idoneum habere, capiant igitur hunc ſtultum Ottonem in Epiſcopum. Hic denique Epiſcopus contra ſummi Pontificis Gregorii (VII.) mandatum, dicti Henrici partes fovet. Quapropter excommunicatus, in exilium miſſus, & Anno M. LXXIV. propter excommunicationem Henrici Epiſcopali honore deſtitutus, & inde poſt duos annos in excommunicatione mortuus, Baſileæ ſepultus eſt. Præſedit annis ferè tribus, reliquos autem in exilio contrivit.

*PErlatum eſt ad nos de fraternitate tua, quod
ſatis invitus & mæſtus audivi, quódque ſi
vel*

Digitized by Google

A *vel de extremo Chriſtianæ plebis membro ad audientiam noſtram deferretur, ſeveriore diſtrictionis diſciplinæ cenſura eſſet procul dubio caſtigandum. Cùm enim apoſtolica auctoritate & veridicis ſanctorum Patrum ſententiis incitati ad eliminandam Simoniacam hæreſim & præcipiendam Clericorum caſtitatem pro noſtri officii debito exarſimus, Moguntino Venerabili Archiepiſcopo confratri noſtro, cui plures & latè diſperſi Suffraganei ſunt, hoc obedientiæ munus injunximus, ut tam per ſe quàm per coadjutores ſuos hoc Romanæ Eccleſiæ Decretum univerſo Clero ſtudioſiùs inculcaret & inviolabiliter tenendum proponeret. Tibi quoque cui plurimus Conſtantienſis Epiſcopi Clerus & populus ampliſſimè dilatatus, ob eandem cauſam ſpeciales litteras cudere, bulla noſtra impreſſas,*

Amplitudo Conſtantienſis Diœceſeos.

B *collibuit, quarum fultus auctoritate tutius animoſiùſque præceptis noſtris obtemperares, & de ſanctuario Domini Simoniacam hæreſin, & fœdam libidinoſæ contagionis pollutionem expelleres. Apoſtolica namque Beati Pauli præpollet auctoritas, quæ fornicatores & adulteros cum cæteris ſceleratis connumerans diffinitam ſuæ juſſionis ſententiam ſubjicit, cum* ejuſmodi nec cibum capere.

1. Cor. 5.

Præterea univerſus Eccleſiæ Catholicæ cœtus aut virgines ſunt aut continentes aut conjuges. Quicunque ergo extra hos tres ordines reperitur inter

C *filios Eccleſiæ ſive intra Chriſtianæ Religionis limites non numeratur, unde & nos ſi vel extremum laicum pellicatui adhærentem liquidò cognoverimus, hunc velut præciſum membrum à corpore dominico, à ſacramentis altaris, donec pœniteat, arcemus, quomodo ergo ſanctorum ſacramentorum diſtributor vel miniſter eſſe debet, qui nulla ratione poteſt eſſe vel particeps? Sed illa Beati Papæ Leonis nos impulit auctoritas, qui ſubdiaconis ineundi connubii licentiam prorſus abſtulit. Quod decretum Beati Leonis poſteriores ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifices, maximè Doctor eximius Gregorius, ita pro lege ſanxerunt, ut deinceps tribus his ordinibus Eccleſiaſticis Sacerdotibus, Levitis & Subdiaconis vincula conjugalia omnino ſint prohibita. Cùm autem hæc omnia tibi obſervanda, paſtorali providentia tranſmitteremus, tu non ſurſum cor,*

S. Leo epiſt. 82. ad Anaſtaſium Epiſcop. Theſſalon. cap. 4. Et Epiſt. 90. ad Ruſticum Narbonenſem cap. 3. S. Greg. lib. 3. Regeſt. Epiſt. 34. & lib. 1. Epiſt. 42.

D *ſed deorſum in terra ponens prædictis ordinibus frena libidinis, ſicut accepimus, laxâſti, ut qui mulierculis ſe junxerunt, in flagitio perſiſterent, & qui necdum duxerunt, tua interdicta non timerent. O impudentiam, ô audaciam ſingularem, videlicet Epiſcopum ſedis Apoſtolicæ decreta contemnere, præcepta ſanctorum Patrum convellere, imò verò præceptis contraria ac fidei Chriſtianæ repugnantia de ſacratiore loco, & de Cathedra Pontificali ſubjectis ingerere. Quapropter tibi apoſtolica auctoritate præcipimus, ut ad proximam Synodum noſtram proxima hebdomada te præſentem exhibeas, tam de hac inobedientia & ſedis Apoſtolicæ contemptu, quàm de omnibus, quæ tibi objiciuntur, canonicè reſponſurus.*

Hic clero & populo demandat, ne inobedienti Epiſcopo obediant.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI. E

Clericis & Laicis majoribus & minoribus in Conſtantienſi Epiſcopatu conſiſtentibus, Chriſtianam legem diligentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

MIſimus fratri noſtro Epiſcopo veſtro, Ottoni literas exhortatorias, per quas pro noſtri neceſſitate officii Apoſtolica auctoritate injunximus illi, ut Simoniacam hæreſim de Eccleſia penitus ſua excluderet, & caſtitatem clericorum ſtudioſè prædicandam ſuſciperet, & firmiter tenendam Epiſcopali vigilantia inculcaret. Nam ſic eam nobis Evangelicæ & Apoſtolicæ litteræ, authenticarum Synodorum decreta, & eximiorum Doctorum præcepta inſinuant, ut eam diſſimulare & negligere, ſine magno animæ noſtræ & populi Chriſtiani detrimento non poſſimus. Sed Epiſcopus veſter, ùt nobis relatum eſt, quæ paternè ſuaſeramus, perficere non curavit, & ut non

F *ſolùm inobedientiæ, verùm etiam rebellionis offenſam contraheret, quemadmodum accepimus, palàm clericis ſuis, juſſioni noſtræ, imò Beati Petri, omnino contraria permiſit, ita ut qui mulierculas habuerant, retinerent, & qui non habebant, illicita temeritate ſubintroducerent. Quod ut audivimus, moleſtè ferentes, ſecundam ei ſcripſimus Epiſtolam, indignationis ei noſtræ motus oſtendentes, & idem præceptum iteratò acriùs inculcantes, quum etiam ipſum ad Synodum Romanam, quæ prima proximæ Quadrageſimæ hebdomada futura eſt, advocavimus, ut pro ſe rationem reddat, & inobedientiæ cauſas ſi rationabiles*

G *habuerit, in audientiam totius Conventûs exponat.*

Hoc ideo, fratres chariſſimi, vobis innoteſcimus, ut animæ veſtræ ſaluti conſulamus. Si enim Beato Petro & ſanctæ ſedi Apoſtolicæ fronte aperta repugnans ac contumax eſſe voluerit, liquidò manifeſtum eſt, quòd qui matrem vel patrem inhonorat, nullam à fidelibus patris & matris jure obedientiam exigere aut quærere debeat. Indignum eſt enim, ut qui Magiſtro detrectat ſubeſſe, Magiſter auditoribus poſtulet præeſſe. Quapropter omnibus, ſicut prædiximus, majoribus atque minoribus DEO & B. Petro adhærentibus Apoſtolica auctoritate præcipimus, ſi in obduratione ſua perſiſtere voluerit, nullam ei obe-

H *dientiæ reverentiam exhibeatis, neque id animæ veſtræ perniciem eſſe putetis. Nam, ſi, ut totiens jam prædiximus, præceptis Apoſtolicis voluerit eſſe contrarius, ab omni illius ſubjectionis jugo, Beati Petri auctoritate abſolvimus ita univerſos, ut cum Sacramenti obligatione quilibet ei fuerit obſtrictus; quamdiu Deo omnipotenti & ſedi Apoſtolicæ rebellis extiterit, nulla ei fidelitatis exhibitione fiat obnoxius. Non enim cuilibet perſonæ contra creatorem ſuum, qui cunctis præponendus eſt, aliquis debet obedire, ſed debemus contra DEUM ſuperbienti reſiſtere, ut ſaltem hac neceſſitate coactus ad viam juſtitiæ addiſcat redire.*

A *re. Quanti enim periculi quantæque à Chriſtiana lege ſit alienationis obedientiam, maximè Apoſtolicæ ſedi, non exhibere, ex dictis Beati Samuelis Prophetæ poteſtis cognoſcere, quæ ſanctiſſimus Papa Gregorius in ult. lib. Moral. procuravit exponere.* (S. Greg. lib. 35. Moral. cap. 10.) *Ut ea autem ſint vobis in promptu ſcripta tranſmiſimus, quatenus indubitanter ſciatis, nos vobis novam non dicere, ſed antiquam ſanctorum Patrum doctrinam propalare. Hinc Samuel ait:* (1. Reg. 15.) Melior eſt obedientia quàm victima, & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus Idololatriæ nolle acquieſcere; obedientia quippe (*Verba S. Gregorii.*) victimis jure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas mactatur. B Tantò igitur quiſque *Dominum (* *Deum.*) citiùs placat, quantò ante ejus oculos repreſſâ arbitrii ſui ſuperbia, gladio præcepti ſe immolat. Quo contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur, ut quanta ſit virtus obedientiæ demonſtretur. Ex adverſo igitur melius oſtenditur, quid de ejus laude ſentiatur; ſi enim * (* quaſi) ariolandi peccatum eſt repugnare, eſt quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. Sola eſt quæ fidei meritum poſſidet; ſine qua quiſque * (* *infidelis eſſe convincitur.*) convincitur infidelis, etſi fidelis eſſe videatur.

AD
LAICOS PRO EXEQUENDIS SUPERIORIBUS INSTITUTIS.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,
Rodulfo Duci Sueviæ, atque Bertholdo C Duci Carentano, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

(*Exſtat lib. 2. Epiſt. Greg. VII. Epiſt. 45.*)

SCimus, quoniam prudentia veſtra miſerabilem Chriſtianæ religionis deſolationem perſpicaci mente perpendit, quæ pro peccatis noſtris in ea nunc extremitate eſt poſita, ut infeliciora tempora nemo viventium viderit, nec à tempore B. Silveſtri, patris noſtri, ſcripturarum traditione repererit. Verùm hujus tanti mali nos caput, & cauſa ſumus, qui ad regendum populum prælati, & pro lucrandis animabus Epiſcopi vocati, & conſtituti ſumus. Ab eorum namque principatibus, velut à quibuſdam initiis, ſubditorum bona vel mala veniunt, qui aut mundanas dignitates, aut magiſterium ſpirituale ſuſceperunt, D *qui dum nihil aliud, niſi gloriam, & voluptates ſæculi quærunt, ſine ſua, & populi confuſione vivere nequeunt: quoniam in malefactis prava ſectantes deſideria, & ſuæ auctoritatis jura per culpam ligant, & aliis peccandi per exemplum frena relaxant: neque enim per ignorantiam aut improvidi delinquunt, ſed præſumptuoſa obſtinatione Spiritui ſancto reſiſtentes, divinas, quas cognoverunt leges, abjiciunt, & Apoſtolica decreta contemnunt.*

Sciunt namque Archiepiſcopi & Epiſcopi terræ veſtræ, quod & omnibus fidelibus notum eſſe debet: E *quoniam in ſacris Canonibus prohibitum eſt, ut hi, qui per Simoniacam hæreſin, hoc eſt, interventu precij ad aliquem ſacrorum Ordinum gradum, vel officium promoti ſunt, nullum in ſancta Eccleſia ulteriùs miniſtrandi locum habeant; nec illi, qui in crimine fornicationis jacent, Miſſas celebrare, aut ſecundùm inferiores Ordines miniſtrare altari debeant. Quæ cùm eos ſancta, & Apoſtolica mater Eccleſia, jam à tempore B. Leonis Papæ ſæpe in Conciliis tum per legatos, tum per epiſtolas in ſe, & commiſſis ſibi plebibus, utpote ab antiquioribus neglecta renovare & obſervare commonuerit, rogaverit, & accepta per Petrum auctoritate, juſſerit; adhuc tamen inobedientes (exceptis perpaucis) tam exe-* F *crandam conſuetudinem nulla ſtuduerunt prohibitione decidere, nulla diſtrictione punire. Non attendentes quod ſcriptum eſt;* quaſi ariolandi (1. Reg. 15.) peccatum eſt repugnare, & quaſi crimen idololatriæ, nolle acquieſcere.

Cùm igitur illis Apoſtolica, imò ſancti Spiritus mandata ſpernentibus, & ſcelera ſubditorum criminoſa foventibus patientia, divina miniſteria indignè tractari, populum ſeduci intelligimus; alio quolibet modo contra hæc vigilare nos convenit, quibus cura Dominici gregis præ cunctis incumbit. Multò enim melius nobis videtur, juſtitiam DEI, vel novis reædificare conſiliis, quàm animas hominum unà cum legibus deperire neglectis. G

Quapropter ad te, & ad omnes, de quorum fide, & devotione confidimus, nunc convertimur, rogantes vos, & Apoſtolica auctoritate admonentes, ut quidquid Epiſcopi dehinc loquantur, aut taceant, vos officium eorum, quos aut Simoniacè promotos, & ordinatos, aut in crimine fornicationis jacentes cognoveritis, nullatenus recipiatis: & hæc eadem adſtricti per obedientiam tam in Curia Regis, quàm per alia loca, & conventus regni notificantes, ac perſuadentes, quantum poteſtis, tales ſacroſanctis deſervire myſteriis, etiam vi, ſi oportuerit, prohibeatis. (*Concedit Pontifex his duobus ducibus poteſtatem & juriſdictionem in clericos Simoniacos & fornicarios.*)

Si qui autem contra vos, quaſi iſtud officij veſtri non eſſe, aliquid garrire incipiant; hoc illis reſpondete, ut veſtram, & populi ſalutem non impedientes, de injuncta vobis obedientia, ad nos nobiſcum diſputaturi veniant. (*Quid reſpondere debeant obloquentibus.*) H *Quia verò, te* Rodulphe *dico Ducem, & chariſſimum ſancti Petri filium, ad religionis ſpiritum deſideranter anhelare confidimus, unde nos conſuluiſti, quidquid nobis perfectius viſum eſt, ad correctionem tuam tibi intimamus, ut quantumcunque precij te pro diſponendis in Eccleſia clericis accepiſſe recordaris, aut in utilitates ejuſdem Eccleſiæ, ſi attinere ei videtur, aut in uſus pauperum expendas, ut nulla in te reprehenſibilitatis macula remanente, inter electos regni cæleſtis cives adſcribi merearis. Datum Romæ, tertio Idus Januarij, Indictione decima tertia.* (*Conſilium Rudolpho à Pontifice datum de pecunia Simoniacè accepta.*)

Item ad Laicos pro iiſdem Inſtitutis.

GRE-

Digitized by Google

A

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

Dilecto in Chriſto filio, & nobiliſſimo Comiti *Adalberto, & ejus uxori, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

**Rom. decretal. editio, habet Alberto: Eodem ſenſu; Idem enim ſunt omnia iſta. Adalbert, Adalpret, Adalprecht, Adalpert, Adelpret, Adelpert, Adelprech, Albrecht, Alprecht.*

GRatias DEO referimus, quòd & laici & mulieres ad Dominum mentes erigunt, & cultum religionis libenter intellectu capiunt, & tenere contendunt. Nam illi, qui propter lucrandas animas Epiſcopi vocati, & conſtituti ſunt, & ſubditos ſuos verbo, & exemplo viam veritatis docere deberent, his temporibus ſeducti à diabolo, non ſolum legem Dei deſerunt, ſed impugnare, & omni conatu ſubvertere, non deſiſtunt. Quo minùs mirandum eſt, ſi ipſi inferiores ordines à delicto non prohibent, quorum B *aut ordinatio fuit hæretica, aut vita omni immunditia, & facinoribus cooperta; qui, dum in ſemetipſis propria ſcelera nec corrigunt, nec attendunt, ſubditorum quoque crimina, aut per negligentiam, aut timore propriæ conſcientiæ portant. De quibus rectè per Prophetam dicitur:*

Pſal. 68. Obſcurentur oculi eorum, ne videant, & dorſum eorum ſemper incurva.

Quapropter quidquid illi contra vos, imò contra juſtitiam garriant, & pro defendenda nequitia ſua, vobis, qui illiterati eſtis, objiciant, vos in puritate, & conſtantia fidei veſtræ permanentes, quæ de Epiſcopis, & ſacerdotibus Simoniacis, aut in fornicatione jacentibus ab Apoſtolica ſede accepiſtis, firmiter credite, & tenete. Dat. Romæ VII. Kal. Novemb. Indictione decima tertia. C

Ut nullus obediat Epiſcopis præfata ſtatuta contemnentibus, vel negligentibus.

GREGORIUS
SERVUS SERVORUM DEI.
OMNIBUS CLERICIS, ET LAICIS

In regno Teutonicorum conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

AUdivimus, quòd quidam Epiſcoporum apud vos commorantium, ùt Sacerdotes, & Diaconi, & Subdiaconi mulieribus commiſceantur, aut conſentiant aut negligant, his præcipimus vos nullo modo obedire, vel illorum præceptis conſentire, ſicut ipſi Apoſtolicæ ſedis præceptis non obediunt, neque auctoritati ſanctorum Patrum con- D *ſentiunt, teſtante divina ſcriptura, facientes & conſentientes par pœna complectitur. Omnipotens* *Rom. 1.* *& miſericors DEUS, qui ultra ſpem, qui ultra interitum miſeretur, & conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, aperiat cor veſtrum in lege, & confirmet vos in præceptis ſuis, ut auctoritate B. Petri à cunctis peccatis abſolutos, vos ad cœleſte regnum perducat regnaturos. Amen.*

Has Epiſtolas proſecuta eſt, ipſo præſidente, generalis Synodus, in qua, ſicut geſta ipſius continent, ſententia anathematis data eſt in omnes Simoniacos, & Nicolaitas hæreticos, qui in erroris ſui ſecta indu- E rati, ſynodalibus SS. Patrum definitionibus, & Decretalibus eorum ſtatutis ſcienter inobedientes, apoſtatarúmque pertinacia eis recalcitrantes, ſtudio, & voluntate refragantur. Ecce ſaccus ſtercoribus plenus eatenus arguendo, obſecrando, increpando cum omni patientia, & doctrina apportatus; ſed ex tunc, juſta ultione divini zeli exportatus ſecundùm ordinem, quem ſuis ultoribus ipſe Dominus per Ezechielem Prophetam oſtendit dicens: *A ſanctuario meo incipite.* *Ezech. 9.* Clamor namque Sodomorum, & Gomorrheorum uſque ad ipſius Pontificatum multiplicatus fuerat nimis: in eo ſcilicet, quòd prædicti hæretici, eorúmque fautores, nimia F peccandi libertate effrenati, peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicaverunt, nec abſconderunt: ideóque *niſi Dominus exercituum reli-* *Iſaia 1.* *quiſſet nobis* in eo *ſemen* correptionis, *quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus.*

Hac fama juſtificationis inſtigati Babenbergenſes Clerici detulerunt ad aures ejus Simoniacum introitum Pſeudo-Epiſcopi ſui nomine (a) Hermanni. At ille contracta non G minima pecunia, precioſi metalli, & veſtimenti copia, ſperavit Apoſtolicum rigorem muneribus emolliri poſſe. Et approximans Romæ, exoravit venerabilem (b) Hermannum Metenſis Eccleſiæ Epiſcopum, & Apoſtolicæ ſedis legatum; qui tunc fortè ſocietatem itineris inciderat, uti ſe ad Dominum Papam præiret, & intercederet. Quod, cùm attentâſſet, & humanæ placationis non parvam materiam affore, deſignâſſet, vir juſtus excutere manus ſuas ab omni munere ſolitus, ùt erat in conclavi ſuo poſitus, Spiritu ſancto ſe inflammante, reſpondit (c) fac eum, ſi aliquam fidelium communionem velit obtinere, in partes ſuas redire, & (d) monaſticæ Regulæ diſtrictum jugum pœnitendo ſubire; quoniam, propitius ſit mihi DEUS: ſi domum iſtam mihi impleret auro, & argento; nunquam, me conſentiente, Epiſcopali fungetur officio. Hoc itaque modo & iſte Simoniacus ſubmotus eſt â ſacerdotio.

(a) Sextus Epiſcopus Bamberg. de quo Bruſchius in Catalogo.

(b) Lege Epiſt. 84. lib. 1. Epiſt. Greg. 7. Item Epiſt. 1. 2. & 3. lib. 2 & Epiſt. 76. lib. 2. Ubi Pontifex vocat ipſum Herimannum Epiſcopum Bamberrenſem, idiotam. Et videtur eſſe ille, cujus inſcitiam graphicè deſcribit Bruno in Hiſt. Belli Saxonici non procul à principio.

(c) Divinum Pontificis reſponſum.

(d) Bruſchius dicit, Hermannum intrâſſe Monaſterium Svvartzachianum Franciæ orientalis.

Jam verò qualiter inimicorum fraudes, tentationes, pericula, detractiones, irriſiones, captiones, cuſtodias, propter nomen Domini; poſtremò, qualiter, Domini juva- H mine, & ſuſtentatione, Apoſtolorúmque comitante ſuffragio, Reges, tyrannos, Duces, Principes, animarúmque hominum captivatores, voratores, inſuper lupos, Antichriſti videlicet miniſtros, Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, & reliquos Eccleſiaſticos pervaſores fortiſſimus athleta Dei ſuperavit, nequaquam ſilentio præterire, dignum ducimus, quatenus tam præſentibus, quàm ſubſecuturis ſit in exemplum, & (e) populis ſanctæ Eccleſiæ, olim noſtrum ſæculum fuiſſe cognoſcat ſub can-

Aggreditur Paulus exponere labores & pericula, quæ Gregorius adiit & ſubiit propter libertatem Eccleſiaſticam.

(e) fort. populus.

A tanto, talique Paſtore prolapſum. Indecens enim, & inconveniens eſſe videtur, tradere oblivioni Patris hujus laborem, cùm etiam profanarum cauſarum memoria penes ſeculares pro fortitudinis exemplo fiat. Hujus quidem exemplum ſi tenaci memoriæ tradatur, fit ſanctæ Eccleſiæ ſupplementum, Chriſti fidelium ornamentum, & in hæreſeon profanarum veniet detrimentum. Hinc enim juſtorum iterum prima ſumpſère principia; hinc Eccleſiaſtica victoria, & perpetuæ felicitatis quodammodo per filium hæreditas.

Quanti referat noſſe certamina Gregorii VII.

Fuit itaque quidam vir in Urbe, perditionis filius, omnium hominum ſceleratiſſimus, B & iniquiſſimus, cujus quidem memoria aërem ipſum commaculat; cui pro dulcedine perjuria, fallaciæ, luxuriæ, traditio, homicidia, machinationes, ſuſurrationes, conſpirationes, fraudes, deceptiones, conventicula fuerant, & quicquid virtuti eſſe poteſt inimicum, ſibi per omnia credebat, pater furum, & ſocius perjurorum, clypeus fallacis, & haſta mœchi, galea homicidarum, & ſcutum traditionis, tegumentum machinationis, cuſtos ſuſurrationis, anxietas conſpirationis, coloratio fraudis, riſúſque deceptionis, & crypta malæ conventionis; ad cu- C jus confugium omnis hæreticus, omníſque ſceleſtus properabant. Cujus ala velabat ſcandala, ſub cujus umbra Leviathan ipſe tortuoſus coluber, dulciter, & ſuaviter quieſcebat. Qui ad augmentum tanti commercii turres quàm plures in Urbe conſtruxerat, & poſthabitis tam DEI, quàm hominis inimicitiis, ante quidquid ſuæ perverſæ mentis oculos incentor malitiæ, diabolus videlicet, adduxerat, peragere ſatagebat. Levia quidem ſibi, & dulcia verba, ſed in fine jacula, & abſinthium fuerant. Qui ad ſui deſtructionem quendam ſuum compatrem occidit; in cujus domum, re nondum plenè cognita perrupit, quam etiam deſtruxit; & peracto tanto ſcelere, in turrim, quam vivente patre ſuo Stephano Urbis præfecto, conſtruxerat, ſe recepit. (a)

Non exprimit Paulus nomen ejus, quem his tantis encomiis ornat.

D (a) *Tota hæc nefarii hominis deſcriptio pertinere videtur ad Gerardum Comitem Galeriæ, qui legitimis Pontificibus infeſtiſſimus fuit; hinc ab illis crebrò excommunicationis fulmine percuſſus eſt.* Illud enim unum caput, *inquit Petrus Damianus de illo apud Bar. Anno M.LX.* anathemati maledictionique ſubjacuit, omnium ferè Pontificum, quicunque Romanæ Eccleſiæ ſuis temporibus præfuerunt. In plenaria item Synodo Papa Nicolao præſidente, excommunicatus eſt. *Et legatus ivit ad Henricum Regem pro Cadaloo contra Alexandrum II. Vide Bar. M. LXI. N. 2.*

Ad cujus facinus vindicandum vir DEI accenſus, unà cum adhuc vivente Papa Alexandro, maledictionis, & anathematis eum vinculis alligavit. Ille verò ad augmentum ſuæ confuſionis, cum quibuſdam, quos ſibi adſciverat, Nicolao videlicet & Bertramo, ad perditionis filium, ſcilicet Henricum Regem, properavit; & communicato magnæ impietatis conſilio. Cadaloum Parmenſem hæreticum, Romam conductum, hoſpitio recepit, & prælia multa illius ob adjutorium, E in Urbe commiſit. Cui ſolatium omnes hæretici Simoniaci pro poſſe impendebant, & per ipſum ſanctam Eccleſiam confundere diſponebant.

Sed (b) hæreſiarcha tandem illo mortuo, confuſus iſte, pactum ſe cum Domino Papa facere, & fidelitatem jurare ſpopondit. Quod & fecit, ſed, quæ fides ei eſſe potuit, cui veritas nunquam adhæſit? (c) Stabat quidem, propter ſummi Sacerdotis potentiam, ùt F prædo ligatus: ſed quas poterat fraudes animo tenus perpetrare non deſinebat tartareus hæres. Si quando eum venerabilis Pater Gregorius, ut à talibus pedem retraheret, hortabatur, in pejus quotidiè ſuum vertebat pectus: ſícque factum eſt, ut in ipſa turri, quam miræ magnitudinis ſupra pontem S. Petri conſtruxerat, viros ſicarios poneret; qui ab omnibus introeuntibus, & exeuntibus, ex rebus, quæ ferebantur, prædam caperent.

(b) *Cadaloo Antipapa, qui mortuus eſt An. M. LXIV. Vide hoc anno Baron.*

(c) *Hæc quidem de Gerardo intelligi poſſent, niſi obſtaret Damianus, qui in diſcept. Regii* advocati & Defenſoris Eccleſiæ *apud Baron. M.LXII. innuit, iſtum Gerardum jam tum, hoc eſt, Anno M. LXII. fuiſſe mortuum. Quod ſi verum, de alio cogitandum erit. Nec defuerunt ex Comitibus Galeriæ & Tuſculi, qui Pontificibus infeſtiſſimi eſſent. Sed vocetur Cincius, de quo hic Paulus. At urbis præfectum fuiſſe, nil neceſſe eſt dicere: licèt Lambertus in Chronico, Anno M.LXXVI. præfectum urbis vocet. Nam Bertoldus Conſtantienſis in Chronico eum hac dignitatis appellatione non afficit. Et Epiſtolæ duæ Petri Damiani ad Cincium ſeu Cinthium urbis præfectum lib. 8. Epiſt. 1. & 2. perſpicuè indicant, Cinthium urbis præfectum fuiſſe virum probum, & procul ab hujuſmodi ſceleſtis facinoribus remotum. Et facilè fuit duos Cinthios ſeu Cincios in unum conflare; quos Paulus rectè diſtinxit. Nec dubito Cinthium ſeu Cincium hic à Paulo tantis laudibus affectum, eſſe illum, de quo Bertoldus in Chronico Anno Salutis M.LXXVII.* Non multò poſt ejus (*Epiſcopi Vercellenſis*) interitum, præfectus Romanæ urbis, indefeſſus Miles S. Petri contra ſchiſmaticos, à quodam fautore Henrici crudeliter occiditur: ad cujus corpus in parvo tempore, pluſquam viginti miracula contigerunt, ùt fidelium virorum relatione didicimus.

Qua de cauſa Præfectus urbis Cincius nomine, vir utique prudens, charus DEO, & G hominibus, (qui non ùt laicus, ſed veluti fidelis monachus, DEO ſerviens juſtitiam excolebat in omnibus,) quadam die eum cepit, & in carceris ſqualoribus tantum latronem, ùt dignum fuerat, tradidit. Tandem interventu quorundam nobilium Romanorum, permittente hoc clementia Domini Papæ, peractis ſupra ſancti Petri corpus Sacramentis ſuæ meliorationis, datíſque obſidibus, & reddita turri, de qua confidebat, dimiſſus eſt. Tunc allatis arietibus, & machinis, ferreíſque malleis, funditus eſt everſa: & ſic urbs aliquantiſper quievit, & iniquorum factio, timore magno concuſſa, conticuit.

H Sed, quid miſer faceret? Quouſque potuit, iniquos, licèt longè poſitos, tam per ſe, quàm per ſuos Nuncios adiit. Ipſe luſtravit Apuliam, Lucaniam, (d) Ducem Guiſcardum, & cæteros excommunicatos viſitans, ſtatuítque cum ipſis tempus opportunum, quomodo Dominum Papam caperet, & occideret: Filium verò ſuum ad Guibertum hæreticum, Ravennatem, (e) direxit, idem pactum compoſiturum: ſícque ad Regem etiam ſuæ fallaciæ deſtinavit literas, promittens eundem Patrem regio conſpectui repræſentandum. Compoſitis itaque hujuſmodi demo-

(d) *Robertus Guiſcardus, excommunicatus à Gregorio Anno M.LXXIV. Abſolutus M.LXXX. Vide Bar.*

(e) *Archi-Epiſcopum, poſtea Antipapam, Gregorio ſemper infeſtum.*

[A] demolitionibus, ad tempus quievit, exſpectans nimirum opportunitatem, ut eum caperet, & iniquorum populo ad necandum traderet. Sed Dominus omnipotens, qui captione ſua mundum liberans diabolum captivavit, Patris iſtius captione & ſanguine, Eccleſiæ ſtatum in melius provexit, & filium iniquitatis non ſolùm puero ſuo nocere prohibuit, ſed etiam propriis rebus privavit.

Conjurati feſtum Natalis Chriſti ad facinus patrandum deligunt.

Prolapſo itaque ferè anno, miniſtri diaboli tempus advenit. Nam inſtante feſtivitate Dominicæ Nativitatis, conſpiratores ſuos, cum quibus coniuraverat, hortari cœpit, ut ad tantum flagitium mente prompti concurrerent, animúmque aptarent, promittens eis ineffabilia, libertatem futuram, [B] quæſtum ſine menſura, imitator per omnia fratris, & magiſtri ſui diaboli; qui ſolius morte Domini mundum ſibi totum poſſidendum promittebat: ſed ſicut ſcriptum eſt, dum capit, capitur; dum prædari incipit, præda fit: & dum ambit illicita, quæ nondum poſſederat, perdidit acquiſita, quæ retinebat; ſic etiam iſte miniſter utique illius, ſi corde deprehendiſſet, ſe tantis rebus exſpoliandum, fortaſſe quoquo pacto à tanti ſceleris perpetratione, amore ſuarum rerum magis, quàm Dei, manum retraheret; ſed quoniam obcæcavit eum [C] malitia ſua, qua ſuffarcinatus incedebat, rem ad effectum perducere conatus eſt, non timens, imò poſtponens animæ ſuæ periculum, alter Judas manus in Dominum ſuum, & Chriſtum Domini injecit.

(Iſa. 33.)

Vigiliæ & ſtationes nocturnæ.

Præſente itaque tantæ feſtivitatis die, ad peragendum vigiliarum obſequia Pontifex, ùt mos eſt, ad B. Mariæ Eccleſiam, quæ, ob tantarum devotionum merita, *Major* vocata eſt, cum parvo Clericorum & Laicorum numero properavit. Nam mos Urbis fuerat ſemper, in tantæ ſolennitatis excellentia, omnes ad eandem Eccleſiam confluere, totámque noctem illam hymnis, & laudibus intentos pervigilem ducere. Sed, Domino diſponente, ad (a) emntandam tantam Eccleſiam tanti paſtoris ſanguinem fun- [D] dere; ut miniſtri diaboli animus inhians ſui ad deſtructionem, quæ malè voluerat, perficere poſſit, populus tunc convenire prohibitus eſt. Die namque ipſo vigiliarum tantam (b) æthera aquarum inundationem profuderat, ut ipſum primi temporis imminere diluvium omnibus videretur. Vix enim aliquis domus ſuæ limen linquere, viciníque ſibi juncti caſam, ſi neceſſitas aliqua exigeret, intrare, nedum Eccleſiam tam longè ſitam, intrare valebat. Loquebantur enim quodammodo mundi elementa futurum ſcelus, & inauditum facinus præſagiebant.

(a) fort. evitandum.

(b) athra vel æther.

Inundatio aquarum Romæ.

Nocte Natalis Dominici capitur Gregorius.

Sed quid plura? Adeſt nox, in qua tenebrarum filius lucis aggreditur miniſtrum. Miſſis itaque exploratoribus ad alios exquiſitores venerunt. [E] Nam quandam ſocietatem, juxta eandem Eccleſiam ex ipſius vici habitatoribus ſibi adſciverant: & notantes omnia ad notitiam ſceleſti illius miſerant, quæ ſcrutati fuerant. Tunc ille legionem ſuam loricis indutam cum feſtinatione conduxit, ponens ita, ut poſt peractam ſive de nece victoriam, ſeu de vivo portato triumphum: quemcunque equum quis habere poſſet, aſcenderet: ne quis contra ipſos meditaretur inſurgere. Ventum tandem ad Eccleſiam eſt: Papa verò glorioſus in *Præſepi* poſitus Miſſam noctis primam, ſicut docet religio, decantabat, corpúſque Dominicum tam ipſe, quàm clerus ejus ſuſceperat. Reliqui verò, qui aderant, eadem adhuc Sacramenta percipiebant, cùm magnus ſubitò clamor, [F] magnus & ululatus ex improviſo intonuit, & Eccleſiam ipſam implevit.

Tunc undique luſtrantes Eccleſiam, evaginatis mucronibus percutientes, quos poterant, ad locum Præſepij, quo Papa eximius reſidebat, convenerunt: percuſſíſque ibidem aliquantis, ruptíſque oſtiolis illis, angulum brevem Præſepij æterni Regis, & matris truculentis manibus intraverunt. Tunc injecerunt in eum manus, & tenuerunt. Quorum unus educto gladio caput ejus abſcindere voluit, ſed tamen, Domino volente, non potuit. Percuſſum tamen in fronte, gravitérque vulneratum de Miſſa nondum finita violentis manibus abſtraxerunt, cædentes & percutientes. Ille verò, ùt agnus innocens & manſuetus, ad cælum [G] oculos erigens, nullum eis dedit reſponſum, non reclamavit, non reluctatus eſt; neque, ut ſibi in aliquo miſererentur, rogavit. Tandem, exutum pallio, & caſula, ſeu Dalmatica, & tunica, cum camiſia tantùm amictum & ſtola, ùt furem tractum poſt dorſum cujusdam ſacrilegi poſuerunt. Ille verò, qui frontem gladio percuſſerat, arreptus à Dæmonio ante ejusdem Eccleſiæ atrium diu volutatus eſt ſpumans, equúſque ejus fugiens nequaquam ulteriùs inventus eſt.

Capitur Pontifex.

Graviter vulneratur.

A dæmone arripitur, qui Pontificem vulneraverat.

Tanti fama mali totam citò perculit Ur- [H] bem. Quis unquam tanta flentium, tantáque funebria narrare lamenta poterit? Sicut enim de Domini noſtri nativitate Urbs cæteris altiùs civitatibus congratulari ſolita fuerat; ſic modò commota triſtitiam ſibi non modicam adveniſſe proclamabat. Expavit pariter hoc factum cælum & terra, & ad tantum facinus vindicandum corda præparantur omnium. Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Prophetam: *Dies veſtri convertentur in lamentationem, & luctum, & gaudium veſtrum in luctum.* (Job. 2.) Et illud: *Plorans ploravit in nocte; & lacryma ejus in maxillis ejus: non eſt, qui conſoletur eam ex omnibus charis ejus.* (Thren. 1.) Tunc ſancta Eccleſia DEI dicebat: *Quis dabit capiti meo aquam, & ocu-* (Hierem. 9.)

A *& oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte?* Et illud: *Audite, obſecro, univerſi populi, & videte dolorem meum. Tunc, omnis maritus ſumpſit lamentum; & quæ ſedebant in thoro maritali, lugebant.*

Thren. 1.
1. *Machab.* 1.

Omnis itaque Clerus, paſtore percuſſo, huc illúcque diſcurrebat, & cuncta penè altaria exuentes denudabant. Nihil alicubi, præter quod antè dictum fuerat, in Eccleſiis divini officij, illo die factum fuit. Elementa tamen ad tempus uſque illud turbata, ne populum zelantem Domini zelum præpedirent, (a) ſed pacata monſtrarentur: Terra verò aquam penè cunctam, quam nimia inundatione ſuſtinuerat, abſorbens, iterum quodammodo ſiccum ad hoc omnibus ulciſcendum oſtendit. Tota itaque nocte ſignis, tubíſque ſonantibus, militibúſque omnes aditus luſtrantibus, ne aliquo portaretur extra urbem ingenio, nullum uſquam veſtigium patuit: ſanè, re dubia, omnibúſque ignorantibus, utrum vivus, an mortuus eſſet, populo congregato in Capitolio, referentibus quibuſdam, innotuit, quòd in quadam turri captus teneretur. Tunc omnes gentes tulêre voces ad ſydera.

(a) *Videtur leg.* pacata monſtrantur, *ceſſantibus videlicet nimiis illis imbribus, de quibus ſuprà.*

B

Pugnat Romanus populus pro Gregorio.

Verùm, ubi primùm dies terris eſt reddita, omnes inter ſe hortantes populi innumerabiles ad domum Antichriſti venerunt. Incepta itaque pugna eſt: ſed primo congreſſu pars hoſtilis fugam arripuit, omníſque factio in eadem ſe turri concluſit. Tunc omni parte vallatæ ignis appoſitus eſt; allatíſque machinis, & arietibus, rumpitur murus, cunctáque inibi concluſa fit Domini populo præda. Nemo ſuum periculum vitabat, ſed ſui oblitus, pro poſſe pugnabat.

Oppugnat populus turrim, in qua Pontifex captivus tenebatur.

C

Eximia charitas quorundam in malè tractatum Pontificem.

Porrò, quidam vir cum quadam nobili matrona Patrem Gregorium ſecutus eſt, qui ei ſolatium aliquantiſper fuerant. Vir namque ille tædio (b) detractionis, & algore (c) imbernalis noctis afflictum allatis calefecit pellibus, pedéſque ejus in ſinu ſuo compoſuit. matrona verò ipſa fomento medicaminis ſui, Patris noſtri plagam nimio ſanguinis roſei profluvio tabidam deplorando mulcebat, omnéſque illos DEI inimicos homicidas *ſacrilegos* acclamabat: altera nimirum Maria effecta. Nam quemadmodum illa flens ſua delicta, Domini veſtigia lacrymando perfuderat: ſic iſta omnium crimina perferens, lacrymis ſuis tantum Paſtorem proluebat. Oſculabatur illa pedes Domini Salvatoris, quò deinde lota caput ad uſque perveniret. Hæc autem Dei, & Domini famuli primo baptiſmate munda, poſtremò pectoris ardore aduſta, caput, pectúſque deoſculans lacrymis rigabat. O memorabile pectus. O devotiſſimæ fœminæ laudabile (d) jecur: quantus tibi tunc charitatis ardor inhæſerat? cùm ante oculos tuos æterni Regis miniſtrum iniquorum manibus malè tractatum, vulneratúmque proſpiceres, nec Sathanæ miniſtris ex tuo ore pudico, ſanctíſque oſculis, quæ pedibus, manibúſque, & capiti tanti Patris feceras, jam purgata, (e) convitia digna, & maledictionis jacula ſubtrahebas. Verè credibile eſt, animam tuam te pro Patris vita ponere velle, & tormenta potiùs inexiſtimabilia percurrere, quàm Dominum captum, & tam malè tractatum videre. Pugnabat manibus omnium generoſa Virago, & immodicæ mercedis omnium particeps, quam tum ſibi accumulabat.

(b) *tractionis.*
(c) *hibernalis.*

D

Luc. 7.
Comparatio piæ matronæ cum Maria Magdalena.

(d) *fortè;* cor.

E

(e) *Videtur locus mendoſus.*

F

Verùm, quantò iſtius animoſa fides: tantò alterius mulieris linguoſa perfidia. Nam, ſicut olim Dominicæ Paſſionis tempore, ancilla oſtiaria Petrum terruerat: ſic iſta Vicarium ejus mordacibus opprobriis conturbabat. Quæ quidem (f) illius traditoris ſoror fuerat, & idcirco tanto Patri maledicere non formidabat. Alter verò ejuſdem traditoris miniſter, & (g) ſequipeda, evaginatum gladium retinens, tanti viri caput, ipſo die ſe abſciſſurum, blaſphemando aſſerebat. Cujus impietatis vindictam velociſſimum Domini judicium non diſtulit. Nam lancea à foris vibrata, guttur ejus diræ vocis venam obtruncans, ad terram morientem, palpitantémque proſtravit, ſícque ad Tartarum miſit.

Petulantia fœminæ cujuſdam in Pontificem.

(f) *Qui Pontificem ceperat.*

(g) *pediſſequus.*

Divina ultio in improbum, qui Gregorium perimere moliebatur.

G

Dux totius tragœdiæ fit ſupplex Gregorio.

Traditor autem jam, jámque videns capiendam eſſe turrim, & ſibi periculum mortis imminere, coactus procidit ad pedes Beatiſſimi Papæ dicens: *Semper miſericordiam, Pater, docuiſti, docens perfeciſti, errantéſque convertens, converſos in fide ſolidâſti, ſuſcipe errantem, & ab iniquitatibus ſe convertentem; converſum ſolida, ne me deſperationis profunditas abſorbeat. Peccavi, erravi, tradidi, interfeci, ſacrilegium perpetravi. Matris Regis enim thalamum corrupi, violentiſque manibus, (h) tugurium & parvum ſecretarium Dei Filii violavi. Te Patrem, & meum Dominum, ut parricida, perjuriis, ſacrilegiis, manibus pollutis ex illius gremio (i) attraxi. Suſcipe, libera, tuere, miſericordiam fer, da remedium, conſilium, ſuffragium: injunge pœnam, pone pœnitentiam carceris, exilium, patriæ diffugium, & Dei judicio in me juſtiſſimè commotum, ex more, placa populum. Tuis me pollutum ſanctis ſuſcipe manibus: & hujus diei mihi pœnitenti concede ſpacium. Furcas mihi jure paratas corde conſpicio, dignam pœnam intueor; & idcirco corpore proſtrato, corde demiſſo me potentiæ tuæ trado.*

(h) *Intelligit Præſepe Domini, à quo Pontificem violenter abſtraxerat.*
(i) *abſtraxi.*

H

Tunc Papa clementiſſimus, pio ùt erat pectore, tanta ſupplicantem adorſus eſt. *Video te felle amaritudinis obligatum, & tuæ mentis oculos tenebroſo ſqualore contectos; qui lumen veræ lucis, nobis tanto tempore laborantibus, cognoſcere nequiverunt. Tu ipſe noſti, quantis religioſis viris te commonuerim, quantiſque per memetipſum patientiſſimis admonitionibus*

Reſponſio Pontificis ad preces ſupplicis.

A *nibus ſolicitaverim, quibus non ſolùm non acquieviſti, verùm etiam in deteriora prorupiſti: ſed tamen adhuc janua tibi vitæ patet, tantùm, ut convertaris corde.*

Confeſſio rei.

Qui mox ad terram corruens, verum ſe reum, miſerúmque confeſſus eſt, promittens, omnia ſibi injuncta incunctanter perficere.

Pontifex ignoſcit reo.

Peregrinatio Hieroſolymitana pœnitentiæ loco injungitur.

Tandem vir mitiſſimus ſolita ſibi pietate commotus reſpondit: *quidquid mihi ex ipſa injuria irrogâſti, paternè indulgeo. Quod autem in Deum, & matrem ejus, Apoſtolóſque, ſeu, omnem Eccleſiam contraxiſti, luendum fore pronuncio, ita ut primò Hieroſolymam tendas; & poſtmodum, ſi vivus inde reverſus fueris, noſtris te manibus, & conſilio repræſentes, ut ſic ſaltem modo aliquo gratiam tibi reconciliare om-*
B *nipotentis Dei valeas. Et quemadmodum cunctis filiis Eccleſiæ, ſubverſionis hactenus exemplar fuiſti, ita de cætero, converſionis fias.* Hæc itaque cuncta, prout juſtum eſt, ùt videbatur, explere libentiſſimè ſpopondit: & ſic, diei illius liberationem promeruit.

Liberatur Pontifex.

Tandem Papa pius ad feneſtram erectus, turbæ furenti expanſis manibus, ut componeretur, & aliquam majorum turrim aſcenderent, innuit. Nonnulli verò putantes, quòd eos ad opus, quod inceperant, hortaretur, fortiſſimo impetu turrim ſcandunt. Et ſic foras adductus eſt, turbis omnibus flentibus præ gaudio, & pietate clamantibus: Cernebatur enim totus cruoris magnitudine reſperſus, & ideo nimio hor-
C rore perculſi voces ad ſidera proferebant.

Facta igitur victoria, omnes unà cum Papa Gregorio ad Dei genitricis Eccleſiam, de qua nocte ipſa abſtractus fuerat, gaudio non modico repleti conveniunt. Tunc Pater communis Miſſam, quam nocte miniſtris diaboli præpedientibus finire non poterat, hora ipſa complevit, & tanta victoria revertentibus, benedictionis Dominicæ gratiam dedit.

Populus ſocios conjurationis punit.

Deinde, cibis ſummo tenus deguſtatis, rurſum conveniunt, adhuc pleniùs perſcrutari omnes, qui inimico Dei ſe conjunxerant. Inventis autem illis, omnia bona ipſorum perdunt, & exterminio tradunt, ni-
D hil omninò linquentes præter perſonas, quæ præſidium ceperant. Verùm dum apud præfatam Eccleſiam populus pro Paſtoris liberatione grates Deo redderet; iniquus ille Judas fugam cum uxore, filiis, & fratribus arripuit; & ſic dimiſſis rebus ſuis, nudus evaſit. Quidquid verò ſui juris olim eſſe poterat, populus poſtea adveniens diſtraxit, turribus, ac domibus ſubverſis, præſidiis verò fiſci titulo ſociatis. Perditionis verò filius, & Antichriſti miniſter, ante mundi conſtitutionem damnatus, poſt ſuam evaſionem, quidquid promiſerat non ſolùm minimè perſolvit, ſed etiam quibuſdam ſui ſimilibus profanis aſſociatus, conſilia

Anteſignanus clàm aufugit.

Nihil eorum, quæ promiſerat, ſervat. Subitanea morte ſublatum Anno

E malignitatis contra liberatorem ſuum dare, quoad vixit, non abhorruit.

1077. ſcribit Bertoldus in Chronico.

Narratio de controverſiis cum Rege Henrico.

His itaque præmiſſis, ad ea, quæ cum Rege Henrico peracta ſunt, veniamus, & innocentiam Gregorij Papæ oſtendendo, mala, quæ pro bonis receperat, tam præſentibus, quàm etiam ſubſecuturis, prout poſſumus, indicemus. Nonnullos enim fore credimus, qui partim rei geſtæ, partim auctoritatum SS. Patrum, ac Decretalium ignorantia, contra ſuæ ſalutis periculum Patrem communem reprehendere, infamare, &, quod omnino inſpectante Deo, malum eſt inexiſtimabile, maledictiones ingeminare, nequaquam timeant. Qui, ſi fortè divina inſpiratione commoti, magis amore cognoſcendæ veritatis, quàm ſuperbæ pro-
F cacitatis inſtinctu hoc agerent, veridicis, & approbatis, religioſíſque viris interrogatis crederent. Habent enim religione pollentes Epiſcopos infinitos; &, ut è multis paucos enuntiemus, Geraldum Oſtienſem, qui ob vitæ meritum ab Apoſtolica ſede Gallicanis ex (a) patribus aſſumptus, ſeptimum inter Cardinales Epiſcopos thronum (b) promeruit. qui ad ejuſdem Regis cauſam inveſtigandam ab Apoſtolica ſede eſt transmiſſus, & ad confirmandum ſuo prolatum ore teſtimonium, plurimos eſt labores, pericula, vincula, carceréſque ipſa pro veritate expertus.

Horum hodie, eſt auſpicius proventus.

(a) *partibus.*

(b) *Succeſſit iſte Geraldus in Epiſcopatu Oſtienſi, Petro Damiano M.LXXII. Legatur in Gallias & Hiſpanias 1073. Ad Henricum Regem M.LXXIV. Et ad Mediolanenſes M.LXXVII. à quibus capitur, quo anno etiam mortuus eſt, vide Bar. Annis citatis & Epiſt. 6. lib. 1. Greg. Vide Bar. M.LXIII. Num. 52.*

Habent (c) Præneſtinum, qui ad eundem
G ſufferendum laborem ab Urbe Roma miſſus eſt. Habetur inſuper & Petrus Albanenſis, qui ad confirmandum contra Simoniacos veritatis teſtimonium, immanem rogum pertranſiens nudis plantis, ſicut in (d) Regiſtro Domini Alexandri II. Papæ ſcriptum reperitur, illæſus exivit. Habentur etiam complures ex ultramontanis partibus, (e) Udo Trevirenſis, & Hermannus Metenſis, Altmanus Pattavienſis, vel Lauriacenſis, Aldebero Wirzeburgenſis, Hugo Dienſis, in cuius electione tantum lumen fertur cælitus deſcendiſſe, ut diem vinceret, & corda omnium, qui aderant, adveniſſe Spiritum ſanctum, non dubitarent.

(c) *Hubertus, Epiſcopus Præneſtinus, ad Henricum miſſus Anno 1074. Vide Epiſt. 28. lib. 2. Greg.*

(d) *Regeſtu, cui inſerta erat Epiſtola Florentinorum ad Alex. Papam, hac de re. Bar. M.LXIII. Num. 43.*

(e) *Reprehendit tamen Bruno in Hiſt. de Bello Saxonico Udonem, quaſi remiſſius cauſam S. Petri contra Schiſmaticum Regem egerit. Ad hunc Udonem exſtat Epiſt. 81. lib. 1. Epiſt. Gregorii. Et Epiſt. 10. lib. 2. & 7. lib. 5. Epiſt. 16. lib. 5.*

Herimannus Metenſis ferventiſſimus defenſor Gregorii fuit, ob idque varia incommoda ſubiit. Vide Epiſt. 53. Gregorii lib. 1. Epiſt. 12. lib. 3. Epiſt. 2. lib. 4. Epiſt. 5. lib. 6. Epiſt. 21 lib. 8.

Altman & Adalbero ſimiliter conſtantiſſimè Schiſmaticis reſtiterunt; de quibus paſſim Bertholdus Conſtantienſis in ſuo Chronico. Et Auctor Apologiæ pro Henrico IV. utrumque in exilium unà cum aliis actum ſcribit. Ad Altmannum eſt Epiſt 10. lib. 9.

Ad Hugonem Epiſcopum Dienſem in Burgundia eſt Epiſt. 43. lib. 2. Greg. Ejuſdem Hugonis mentio honorifica fit Epiſt. 20. lib. 4. Ad eundem eſt Epiſt. 22. lib. 4. Epiſt. 11. lib. 5. Epiſt. 3. lib. 6. Item Epiſt. 7. Epiſt. 13. lib. 9.

Ad ſatisfaciendum etiam incredulis cæte-
H rorum ordinum viri conveniantur: Abbas videlicet (f) Cluniacenſis eiuſdem regis Pa-

(f) *Hugo Abbas, ad quem ter eſt Epiſt. 62. lib. 1. Epiſt. Gregorii. & Epiſt. 14. & 49. lib. 2.*

A ter in baptiſmate, & (a) Berinhardus Maſſilienſis, qui ob inſtantiſſimum fidei calorem, bis confeſſor factus, propter Dominum exilia, compedéſque eſt perpeſſus. (b) Rapoto, qui nimirum propter ſanguinis nobilitatem, & morum honeſtatem, in Regem à populo expetitus aſſeritur: Adelbertus, Odalſcalchus, quibus tam à rege, quàm etiam à Papa res commiſſa fuerat.

(a) *Bernardus. Ad quem eſt Epiſt. 23. lib. 4. Epiſt. Greg. Ejuſdem mentio fit Epiſt. ſeq. & Epiſt. 7 lib. 5.*

(b) *De hoc Urſperg. in Chron.* Hoc etiam prælio (*ad Elſtram*) ex parte Regis Henrici Rapoto Comes, Regi ſatis fidus interiit. *Bruno de bello Saxon.* Rappodo, unus de ſummis principibus portatur occiſus. *An potius eſt ille Rapoto, de quo Urſperg. Anno M. XCIX.* Rapoto Palatinus Comes, & Udalricus Comes patruelis ejus, defuncti ſunt.

Et, ut nullus ſexus pertranſeat, veniamus B etiam ad honeſtas, & tam religione, quàm etiam ſecularium rerum potentatibus locupletes mulieres: Reginam videlicet (c) Agnetem, eiuſdem iniquiſſimi regis matrem, & verè reginam; quæ, regali diademate dimiſſo, ſæculum iſtud deſerens, DEI, eiúſque matris, Apoſtolorúmque eius Petri & Pauli veſtigiis irremiſſibiliter adhæſit: (d) Beatricem inſuper, eiúſque nobiliſſimam prolem Mathildem; quæ, licèt mundanâ curâ Ducum officium, Italiam gubernando, geſſerunt, ùt Delbora nimirum effectæ, (quæ iudicans Iſraël Iabin cum ſuis omnibus in torrentem Ciſon diſperſit) hoc eſt, iniquos multotiens confuſibiles contriverunt: quæ quidem inter Dominum Papam, & Regem mediatrices fuerunt; & regni ſtatum componere, & confirmare deſideranti deſiderio cupiebant.

(c) *Mater Henrici IV. mulier pietate præſtantiſſima, ad quam exſtant Epiſt. Petri Damiani lib. 7. Epiſt. 4. 5. 6. 7. 8.*

(d) *Ad has, præſertim ad Mathildem, complures leguntur Greg. Epiſtolæ in Regeſto. De Mathilde in Gregorio VII. fermè ſingulis annis aliquid tibi ſuppeditabit Baronius. Ad Beatricem exſtant quoque Epiſt. Petri Dam. lib. 7. Epiſt. 13. 14. 15.*

Horum omnium, aliorúmque probabilium totius conditionis teſtimoniis non acquieſcere, nihil eſt aliud, quàm DEI iram promereri, perpetuæque damnationis ſubire ſententiam. His itaque ad tanti Patris innocentiam oſtendendam commemoratis, illius C regis fraudes, machinationes, & interdum etiam in S. Petrum contumelias, noſtræ (e) cedulæ coniungentes, ne in erroris tenebroſi ignorantia ſcire volentes iacere permittamus, pro viribus cœpta ſequamur.

(e) *ſchedulæ.*

QUOMODO HENRICUS QUARTUS INDIGNUS REGNO SUCCESSIT.

TERTIO igitur Henrico mortuo, quartus ille Henricus Rex, permittente Romano Pontifice Victore, qui tunc morienti præſens erat, hæreditario iure, nimirum puer, D ſucceſſit; (ſed Salomone atteſtante, & dicente; *Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt, & cuius Principes manè comedunt;*) ad deſtructionem ſui, & totius regni, quidquid uſquam ſceleris eſſe poteſt, patravit. Cæco corde petulans Patrem non timuit, ſed reddentibus cunctis teſtimonium pueritiæ, imperfectæque ætati, laſciviam eius Romani Pontifices ſupportârunt: exiſtimantes illum virile ſcandere tempus, quo corrigi poſſet per ſe; non attendentes, quod ſcriptum eſt; *qui parcit virgæ, odit filium ſuum;* nutritur namque vitium; & dum ramus tener non mundatur, E aut evellitur; in maturitatem veniens manu vix, aut ferro præciditur. Sic nimirum ille maiorum aſcendens currum, omnem Eccleſiam ſuperbienti calcaneo ſupponere, calcandámque præbere vilem ùt ancillam, pro viribus conabatur.

Mortuus eſt Henr. 1057. Bertol. in Chron. Bar. M. LVI.

Eccleſ. 10.

Qualis Henricus in pueritia. Lege Brunonem init. Belli Saxonici.

Proverb. 13.

Quod ſcelus Romana Eccleſia non ferens, quæ caput totius Religionis, & Magiſtra eſt: &, cui cunctos ſeculi potentes præ cæteris corrigere, vacillantéſque conſolidare proprium eſt, ipſo Domino præcipiente Apoſtolo Petro; *Et tu aliquando converſus, confirma fratres tuos:* literis eum convenire, & commonere, & prædicare cœpit. Cuius collum Chriſti collum ferre neſcium, libertatis ſuæ arbitrio F induratum, hàc, illácque avertendo diffugit, novo pectore nova verſans conſilia, tempus opportunum exſpectavit, quo Romanam Eccleſiam, ùt cæteras, ſibi ſubiicere poſſit. Ad quod poſtea res ùt ipſa patuit, anniſu, quo valuit, erectus eſt. Nam mortuo Nicolao II. Papa, (f) ſubintroductoque ſanctæ memoriæ Alexandro, veſania ſuæ mentis arreptus, hæreticum Cadaloum Parmenſem malè nominatum Epiſcopum, data per manum ſuam inveſtitura, in Papam eligere non formidavit. Verùm, cedentibus omnibus, (g) controverſus Deo, quod deliberaverat, nequaquam ad effectum (h) perducere potuit. Quo tempore, quantis ſit paternis literis commonitus, eiuſdem (i) patris Alexandri libri teſtantur. Cui Pater Gregorius, poſtquam Domini voluntatem fugiens, & renitens, ſuccedere coactus eſt, ùt G decebat, paterna illum viſitavit commonitione, (k) orans, & poſtulans, ut pro amore omnium regis, etiam pro ſui ſtatus ſalute, pro animæ ſuæ remedio, ablatis quibus oportebat, tantum ſanctæ Eccleſiæ filium, & membrum, abſtinere, pedem retraheret, agnoſceréque Regem regum ſuper ſe inſpectorem, qui cordium conſilia, & tenebrarum abſcondita cognoſcens, unicuique ſecundùm opera ſua reddit: rogans etiam, ut conſiliarios peſſimos, qui magis ſua, quàm eum diligebant, dimitteret: quoniam, talium conſiliis conſentire, nihil aliud eſſe, quàm mortem acquirere, regnúmque ſubvertere, & in fabulam cunctis gentibus fieri velle, ſignificabat.

Luc. 22.

(f) *Anno 1062.*

(g) *contravius.*

(h) *pervenire.*

(i) *Non exſtat Regeſtum Alex. Pontif.*

(k) *Videtur Paulus loqui de duabus Epiſtolis ad Henricum, quæ exſtant lib. 2. Regeſti Epiſt. 30. & 31. Quàm autem ſollicitus fuerit de correctione & emendatione Regis, apparet ex Epiſt. ad Godefridum Ducem lib. 1. Epiſt. 9. Et ad Beatricem Duciſſam lib. 1. Epiſt. 11. Vide Bar. 1073. N. 41. & ſeq.*

(l) Ad hoc Rex ipſe parumper commotus, literas ſupplices, & magis, ùt poſtea claruit, ſubdolas, emendationem promittentes, miſit. Alla- H tis itaque literis, tota Eccleſia lætata eſt, ſperans, ſacerdotium, & regnum, DEI gratia coadunandum, ad purgandum omne, quod in ipſa ſparſim incumbebat ſordidum. Tùnc communi conſilio definitum eſt, ut pro tanta cauſa, túmque DEO digna ratione, (m) Agnes mater eius Auguſta, una cum venerabilibus Epiſcopis, Oſtienſi videlicet, & Præneſtino, è latere Domini Papæ miſſis, Regem cum Apoſtolicis literis adiret, ut tanta promiſſione

(l) *Exſtant hæ literæ ap. Bar. 1073. N. 42. gaudium commune ob Henrici literas emendationem pollicentes.*

(m) *De hac legatione vide Lambertum Anno M.LXXIV.*

Digitized by Google

A ne percognita, certum finem malæ rei hactenus commiſſæ, imponere vellet: Quam Rex ipſe, cum memoratis Apoſtolicis nunciis honorificè ſuſcepit: reverſúſque ad cor, ùt iuſtum fuit, in omnibus DEO, & ſancto Petro ſatisfecit. Quidquid etiam legati ſibi ſuperpoſuerunt, humillima mente portare promiſit in manibus eorum, de cætero ſe cuſtodire, omnéſque Simoniacos, malóſque conſiliarios, & excommunicatos à ſe procul repellere, & DEI Eccleſiam ſecundùm Canonicam inſtitutionem per conſilium Papæ ordinandam, componendámque dimittere. His, aliíſque cauſis determinatis ad Apoſtolicum reverſi ſunt.

Promittit Rex ſe obtemperaturum Pontifici. Lege Epiſt. 11. lib. 1. ad Agnetem Imperatricem.

Rex redit ad vomitum.

Rex quoque reverſus eſt ad eadem volutabra, quibus involvi conſuêrat, credens nimirum B magis ſuæ blandienti voluntati, malíſque conſiliariis, quàm ſanæ religioni. Ad quod corrigendum mater eius Auguſta iterum à ſede Romana miſſa eſt. Cum quo, tempore aliquo converſata, ſanctæ matris Eccleſiæ erga illum affectum omnem aperuit. Ille verò iactum Verbi ſemen cordis agro recepit, ſed, ſecundùm Evangelicam parabolam, dum mater ſerit, aliud cecidit ſecus viam, quod tam humanis greſſibus conculcatum, quàm à volucribus eſt raptum: aliud verò inter ſpinas, & ab exortis ſuffocatum, fructum ferre non valuit: aliud verò ſuper lapidei cordis duritiam iactum, aduſtum ſolis ardore, radices habere non potuit. Per humanos quidem greſſus, malorum hominum, C quibus utebatur, conſilia: per volucres verò, immundorum ſpirituum ſuggeſtiones: per ſpinas verò, divitias, regiáſque voluptates; per petram verò, duritiam cordis ſignificari, intelligere quilibet ſenſatus poterit. Moram autem faciente Regina, ſuas iterum literas Papa miſit, ut inſtaret verbo, & liberationi filii, ipſúmque rogavit, ut quemadmodum in literis ſibi olim miſſis continebatur, legatorúmque in manibus promiſſio, & fides data oſtenderat; ſic, ſe cuſtodiret, & maximè à Simoniaca hæreſi, qua inſudabat, ſpiritum ſuum cohiberet, excommunicatos conſiliarios, quos pro ſalute ſua, regnique ſtatu Apo-D ſtolica ſedes, & Synodus iuſtè damnaverat, procul abiiceret, ne in eandem maledictionem incideret. Regina Romam revertens, filium ad DEI iuſtitiam, & honorem inclinatum fore aſſeruit. Cui non multò pòſt vacillanti blandientes, & idoneæ (a) literæ bis miſſæ ſunt.

Agnes Imp. mater rurſum ad Regem filium ablegatur.

Matth. 13. Luc. 8.

(a) Forſan ſunt duæ illæ Epiſt. lib. 2. nempe 30. & 31. de quibus ſuprà. Certè probabiliùs huc referantur, quàm ad ſuperiora.

QUOMODO SAXONES CONSPIRABANT CONTRA REGEM.

ILLO (b) quidem tempore Saxones, quoniam videbant ab eo ſe nimiùm crudeliter tractari, unanimiter conſpiraverunt, ut pro Rege illum ampliùs non haberent.

(b) De belli hujus initio & progreſſu habes integrum commentarium Brunonis tom. 1. Illuſtrium ſcriptorum Germaniæ.

(c) Unus, coactus ſupplices, ad Apoſtolicum E literas direxit, orans, ut ſuis orationibus commendarum ſuſciperet; quatenus eum de tam horrendo, pavidóque iudicio iam imminenti, ſuis meritis excelſi Regis dextræ eriperet. Iterum, iterúmque promittens, nil unquam ampliùs de Eccleſiis DEI facere, quod ſancti Canones reprehendere poſſent. Cuius precibus motus Papa, eiſdem Saxonibus literas, & nuncios miſit; & circa eiuſdem Regis radices fodiens, prædicationis ſuæ cophinos miſit, exſpectans ſcilicet, ut groſſos ex ficu colligere poſſet. Sed, unde ſumere humoris boni plenitudinem debuit, inde, pòſt marcidus aruit: & exſpectata vitis ad pingues botros F ferendum, labruſcas viles, & exiles portavit: & ſeges foliis pulchrioribus ornata, meſſis tempore nil aliud, quàm infandæ permiſtionis lolium protulit. Monuit equidem Regem, interim ſe ab armis ſuſpenderet, donec è Saxonum partibus nuncios haberet. Rex verò non acquieſcens literis, & commonitionibus Patris, terras Saxoniæ intravit, ubi ex utraque parte, hominum peccatis exigentibus, multus humanus ſanguis effuſus eſt. Regis tamen in manibus, iuſto DEI iudicio, victoria data: pro qua, ſub manibus Domini humiliari debuit; tanquam ignitus, & ſpiritu elationis inflatus, contra ipſum incumuit. Nam cuncta, quam pridem per ma- G trem, per Epiſcopos, per Clericos, per communes nuncios, & privatos antea promiſerat: poſtmodum, quia (d) ſecurius, in irritum duxit: Siquidem Eccleſias, quas in manibus Domini Papæ corrigendas ſub iuramento poſuerat, non ſolùm non dimiſit, verùm etiam, contra decretales Patrum inſtitutiones quibuſdam adulteris, & Simoniacis ſub inveſtitura contradidit: Inter quos etiam (e) Gotefridum propter Eccleſiæ Mediolanenſis invaſionem excommunicatum, eiuſdem invaſionis adulterio inveſtivit, (f) Altono cum Papa morante, quem Archiepiſcopum melior pars Cleri, & populi ſitum Dominum elegerant. Dedit etiam Firmianam, & Spoletanam..... (g) H

(c) Videtur legendum Henricus.

Vide Epiſt. 39. lib. 1.

Lege Bar. Anno M. L XXV. N. 21. & ſeq.

Rex fallit fidem.

(d) *ſecurior.*

Vide Brunonem init. belli Saxonici.

(e) *Vide Baron. Anno 1073. & 1067. Et Epiſt. 15. lib. 1. Epiſt.*

(f) *Guidone, ita Epiſt. 15. Greg.*

His autem ad Apoſtolicam Sedem perlatis, Papa Gregorius non modicum conturbatus eſt. Cœpit interea agitari multis ſolicitudinibus: quoniam cuncta, quæ ad pacem provenire ſperaverat, verti in contraria perſpiciebat. Tandem cauſas aliquas ſibi per quoſdam legatos ſecretè miſſas, quibuſdam perſonis, honeſtiſque viris patefecit; ut perpenderent, quid ſuper his ſtatuendum foret. Tantis itaque promiſſionibus, imò ſimulationibus inſpectis, omnes mirari cœperunt. Verùm, ne Romana Sedes videretur aliquid iniuſtè, ſeu præcipitanter agere, definitum eſt, ut, eidem Regi acriores literæ ſcriberentur; in quibus pienè cognoſceret, nullo timore amoréve iuſtitiam dimittere poſſe Romanum paſtorem. Scripſit autem ad Beatricem,

(g) *Videtur aliquid deeſſe, Greg. Papa lib. 3. Epiſt. 10. ad Henricum Regem* Nunc quidem contra ſtatuta Apoſtolicæ Sedis tradidiſti Firmanam & Spoletanam Eccleſiam, *&c,* quibuſdam perſonis nobis etiam ignotis.

Vide Epiſt. 10. & 9. lib. 3. Regeſti.

cem,

A *Periclitatur impudens bomo de vita.* Ad cujus verba mox Ioannes Portuenſis Epiſcopus, morum honeſtare, & religione vir præclarus, facto impetu ſurgens, immenſa voce clamavit; *capiatur.* Tunc Præfectus, facto impetu, cum judicibus, militibus, & Romanis nobilibus tantum impoſtorem, evaginatis in ipſa Eccleſia Salvatoris gladiis, ante Domini Papæ præſentiam itterimere voluit: & feciſſet, *Eripitur periculo à Pontifice.* niſi pius Pater toto corpore ſe ſuper eum projeciſſet, omnibus de ejus morte clamantibus.

OratioPontificis, qua animos concitatos placat. Tandem, vix impetrato ſilentio, Dominus Papa dixit: *Nolite filij, Eccleſiæ ſanctæ Domini DEI noſtri quietem in ſeditionem aliquam com-* *2. Timoth. 3.* *movere.* Oportet enim inſtate *tempora*, ſecundùm divinarum Scripturarum ſeriem, B *periculoſa:* in quibus bomines ſe ipſos *amantes, cupidos, ſuperbos, elatos, parentibus inobedientes*, neque Præceptoribus reverentiam exhi- *1. Pet. 1.* bentes eſſe, neceſſe eſt: ut, patientia filiorum DEI, exhibitio fidei *noſtra multò precioſior ſit auro, quod per ignem probatur.* Clamat nobis divinus ſermo dicens: *Neceſſe eſt, ut veniant ſcandala: væ autem bomini illi, per quem ſcan-* *Matth. 18.* *dalum venit.* Et iterum, ad oſtendendum noſtræ qualitatis modum, qualiter inter inimicos noſtros converſari debeamus, ſubjunctum eſt. *Ecce, ego mitto vos, ſicut* *Luc. 10.* *agnos inter lupos. Eſtote ergo prudentes ſicut* *Matth. 10.* *ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.*

C Nunc verò licèt Antichriſti præcurſot in Eccleſiam ſurrexerit, nos tamen multis à temporibus, tam à Domino, quàm à ſanctis Patribus edocti, ſic geminæ ſcientiæ munere, greſſus incedamus per priſtinos, ut quemadmodum pij Patres ſerpentis aſtutiam columbina ſimplicitate condiverunt, ſimplicitatémque columbæ ſerpentis aſtutia fugaverunt: ita & nos manſuetudinem felle carentis alitis teneamus, & prudentiam ſerpentis non relinquamus. Utrumque enim mente geſtare, non eſt vitium, ſed dignæ diſcretionis arcanum. Non enim aliquem odio proſequi debemus; ſed imprudentia fatuitatéve legem Domini volentes infringere, ſubportare. Ecce enim acceptabile tempus adeſt; ecce, iterum Dominus ſpiritualiter inter D bomines ambulat, clamans, & dicens: *qui* *Matth. 16.* *vult venire poſt me, abneget ſemetipſum*, & reliqua.

Ad viam ergo vitæ nos Dominum vocantem ſequi oportet, ſi hæreditatis æternæ *Act. 14.* fructum deſideramus carpere. *Per multas tribulationes*, ùt Doctor noſter docuit, *oportet nos intrare in Regnum Dei.* Satis eſt, quòd hucuſque in pace viximus Eccleſiæ: nunc verò diu aridam meſſem ſanctorum, iterum ſanguine convenit irrorari, ut fructus illius longo tempore, tabidus ſenio, recenti rore perfuſus, in priſtinum redeat decoris aſpectum. Videmus pugnam diaboli in apertum proſilire campum, hactenus fuſcis ſqualoribus adopertam. Nune ideo E Tirones Chriſti, doctas manus ad prælia geſtantes, convenit obviare: quatenus Chriſti fides, quæ, eodem inficiente diabolo, toto penè terrarum orbe diſperſa, relictáque cernitur, cuncta, Domino Deo per nos pugnante, inſtauretur. Ad detrimentum nempe noſtræ ſalutis, ſeculares quotidie propugnare conſpicimus; qui nihil aliud, quàm gehennam acquirunt: ſi nos, quibus vivere Chriſtus eſſe debet, & *Philip. 1.* ejus etiam amore mori, luctum: quibus in retributione poſt iſtam miſeram, & imaginariam vitam felicitas præparatur æterna, à Dei legibus, & fide noſtra orthodoxa, F pedem, boſti cedendo, retrahamus.

Commoneat (a) nos ſaltem vox Domini- *(a) commoveat.* ca, quæ dicit: *Qui me erubuerit, & ſermones meos; hunc filius bominis erubeſcet, cùm venerit in majeſtate ſua, & patris, & ſancto-* *Luc. 9.* *rum Angelorum.* Terribile nobis videri debet, ſi tempore illo, à tanto tribunali ſententiam noſtris negligentiis diræ verecundiæ capiamus; quorum laboribus judex omnium alios remunerare vult. Ideo enim domus ſuæ ſpeculatores nos æterna Sapientia eſſe voluit, ut ipſe poſtmodum venturus inhabitator mundam domum noſtro ſtudio babere poſſit. Ad quod ſcilicet opus egregium inſtare Domini ſacerdotes bortantur, cùm in maturo tempore legibus Do- *Num. 8.* mini, ſeneſcentes poſt quinquageſimum G annum cuſtodes vaſorum Domini præcipiuntur fieri. *Vaſa quippe*, ùt B. Gregorius ait, *noſtra ſunt corda, quibus ſerimus cuncta, quæ cogitamus.* Corda etiam Dei vivi templum eſſe, ſacra teſtantur eloquia: quæ qui- *1. Cor. 3.* *2. Cor. 6.* dem tantò mundari convenit diligentiùs, & ornari, quantò illorum inbabitatorem cæteris mundiorem eſſe dignoſcimus. Scriptum quippe eſt: *Mundus babitator mundam quærit domum.* Et iterum: *Evigilate juſti,* *1. Cor. 15.* *& nolite peccare.* Et iterum: *Ecce ſto ad oſti-* *Apoc. 3.* *um, & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mibi, intrabo ad illum, & cænabo cum illo, & ipſe mecum.*

Videmus jam fratres, ſi corda noſtra erigere conemur intentè, auctorem noſtrum pulſare, nóſque commonefacere, ut aperiamus illi, & claudamus oſtium diabolo, H & ejus ſatellitibus & complicibus pro viribus reſiſtamus, *in promptu babentes ulciſci*, *2. Cor. 10.* ſecundùm Apoſtolum, *omnem inobedientiam.* Neque timendum eſt, etiamſi prævalere poſſint adversùm nos: (quoniam ideo illis poteſtas à juſto traditur judice, ut fiant noſtræ *Matth. 26.* probationis caminus, citò in cinerem, & favillas conſumendus, nóſque vaſa explorata perpetuò in Domini miniſterium aſſumenda) ſperamus ſanè, nec dubitamus, *Rom. 8.* quòd nulla tribulatio, perſecutio, gladiúſve, vincula, carceres, exilia, inſtantia, futura, poterunt nos ſeparare à charitate, quæ

A eſt in Chriſto JESU, & ſanctis ejus legibus. Melius eſt enim mori pro legibus Domini, quàm eorundem perſuaſoribus & deſtructoribus terga vertendo Eccleſiæ (a) quoniam non obviare talibus, Chriſti planiſſimè eſt fidem negare.

(a) jura prodere. *ha vel ſimiles voces in MSS. apographo deſiderantur.*

Videmus præ oculis, & manibus habemus (b) ſignum antiqui ſerpentis; quod omnipotens Deus ideo vobis oſtendit, ut cautos, ſolicitóſque redderet, & quid ſuper filium ſuperbiæ extollentem ſe adversùs hanc ſauctam Eccleſiam Catbolicam facere debeamus, inſinuaret. Sancta quippe ſcriptura, Fidem, ſanctæque Eccleſiæ figuram *ovi* nomine deſignat; in qua quidem malos cum B bonis permiſtos eſſe uſque ad mundi terminum, nullus fidelium dubitat. Sed licèt fraudibus, deceptionibúſque aliquandiu ſe occulere ſtudeant, noo ſemper latere, Domino revelante, poſſunt, ut, cùm in apertum venientes emicârint, cunctis appareat fraus, quæ latebat, & in cognitos ſancta Dei Eccleſia ultionis gladium exerat.

(b) *nempe ovum illud prodigioſum, de quo ſuprà. Ovi hujus myſtica declaratio: qualem & Domuizo adfert.*

Rex iſte, cujus figuram DEUS mihi demooſtrari, & cognoſci per ſerpentis ſimilitudinem voluit, bactenus timens, ſuis ſubdolis verbis & nunciis, velut in tenebroſæ noctis caligine latuit: quin imò foras ſaliens, quod corde geſtabat, oſtendit ſufficienter ad condemnationem, quam paſſim per DEI Ec- C cleſias commiſerat: nunc verò, ùt cernitis, caput ad Fidei noſtræ fundamentum erigere cœperat, ſicut ſcriptum eſt: *Poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſivit in terra.* De quo Ioannes Apoſtolus dicit; *Et datum eſt ei os loquens magna, & blaſphemias.* Et illud; *Et cauda ejus* (Draconis) *tertiam partem ſtellarum traxit.* Non attendit miſer, quid veritas ipſa dixit Magiſtro noſtro, & Principi Eccleſiæ: *Super hanc*, ioquit, *petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam.*

Pſal. 72. *Apoc. 13.* *Apoc. 12.* *Matth. 16.*

Nunc igitur, fratres, convenit gladium ultionis exerere, & inimicum DEI & Eccleſiæ alligando percutere, ut percuſſum caput, quod ad Fidei ſundamentum, & omnium Eccleſiarum, erectum eſſe dignoſcitur, corruat: ut, D quemadmodum in primo ſuperbiæ ſuæ tempore ei dictum eſt; pectore & ventre repat. *Nolite timere*, ùt ait Dominus, *puſillus grex; qnia complacuit patri veſtro dare vobis regnum.* Satis eſt, quod bucusque ſuſtinuiſtis; benè convenientérque illum commonuiſtis; nunc verò cauteriatam conſcientiam ſe babuiſſe cognoſcat.

Gen. 3. *Luc. 12.*

His, atque aliis nonnullis peroratis, ſancta & magna Synodus dixit: Tua, ſanctiſſime Pater, cenſura, quem ad regendum noſtri temporis ſeculum divina peperit clementia, contra (c) blaſphemiam, invaſorem, tyrannum, deſertorem, talem ſententiam proferat, quæ hunc conterat, & futuris ſeculis trangreſſioois cautelam conferat. Deinde quippe (d) eſt juſſis tuis obedire, & obſecun- E dare, ùt poſſumus: neque facere cupimus animas noſtras precioſiores nobis. Libenter enim, ſi neceſſe eſt, mortem (e) amplectimur, ut Patrum noſtrorum veſtigia relinquere non videamur. Cur enim oon demus pro DEI noſtri ſanctis legibus illud, quod à nolentibus nobis (f) aufertur? Gladium exere, judicium exerce, ut lætetur quilibet juſtus, cùm viderit vindictam, manus ſuas lavet in ſanguine peccatoris. Tandem omnibus acclamantibus; definitum eſt, ut bonore regio privaretur, & anathematis vinculis tam prænominatus Rex, quàm omnes aſſentanei ſui colligarentur. Accepta itaque fiducia Dominus Papa, ex totius Synodi conſenſu, & judicio protulit anathema in bunc mo- F dum.

Reſponſum Synodi ad orationem Pontificis.
(c) *fort.* blaſphemum.
(d) *deſideratur, in MSS.* noſtrum.
(e) *amplectemur.*
(f) *auferetur.*
Pſal. 57.

ANATHEMA, QUOD GREGORIUS VII. PROTULIT IN REGEM HENRICUM.

BEATE Petre Apoſtolorum princeps, inclina, quæſumus, pias aures tuas nobis, & audi me ſervum tuum, quem ab infantia nutriſti, & uſque ad bunc diem de manu iniquorum liberâſti; qui me pro tua fidelitate oderunt, & odiunt. Tu, mihi teſtis es, & Domina mea mater DEI, & beatus Paulus frater tuus inter omnes ſanctos, quòd tua ſancta Romana Eccleſia me invitum ad ſua gubernacula traxit, & ego non rapinam arbitratus ſum ad ſedem tuam aſcen- G *dere, potiúſque volui vitam meam in peregrinatione finire, quàm locum tuum pro gloria mundi, ſeculari ingenio arripere: & ideo ex tua gratia, non ex meis operibus, credo, quòd tibi placuit, & placet, ut populus Chriſtianus tibi ſpecialiter commiſſus, mibi obediat, * ſpecialiter pro vice tua mibi commiſſa: & mibi tuâ gratiâ eſt poteſtas data à DEO ligandi, atque ſolvendi in cælo & in terra.*

Exſtat lib. 2. Epiſt. Gregorii. VII. poſt Epiſt. 5. pag. 683. Edit. Rom. Et eod. lib. poſt Epiſt. 10. Et apud Brunonem de Bello Sax. fol. 124.
* *MS. ſpiritualiter.*

*Hac itaque fiducia fretus pro Eccleſiæ tuæ honore, & defenſione, ex parte omnipotentis DEI Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, per tuam poteſtatem, & auctoritatem Henrico Regi, filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Eccleſiam inauditâ ſuperbiâ inſurrexit, totius regni Teutonicorum, & Italiæ gubernacula contradico, & omnes Chriſtianos à vinculo juramenti, quod * ſibi fecêre, vel facient, abſolvo, & ut nullus ei ſicut Regi ſerviat, interdico. Dignum eſt enim, ut qui ſtudet bonorem Eccleſiæ tuæ imminuere,* H *ipſe bonorem amittat, quem videtur babere. Et quia ſicut Chriſtianus contempſit obedire, nec ad Dominum rediit, quem dimiſit, participando excommunicatis, & * multas iniquitates faciendo, meaq; monita, quæ pro ſua ſalute ſibi miſi, te teſte, ſpernendo, ſeq; ab Eccleſia tua, tentans eam ſcindere, ſeparando; vinculo eum anathematis vice tua alligo: & * ſic eum ex fiducia tua alligo, ut ſciant gentes, & comprobent;* quia tu es Petrus, *& ſuper tuam petram Filius DEI vivi ædi-*

* vel babet MSS. apographum.
* Ex Rom. editione inſertum. In MS. enim deeſt boc inciſum.
* Etiam boc inciſum ex edit. Rom. redditum ſuo loco.
Matth. 16.

Digitized by Google

A *ædificavit Eccleſiam ſuam;* & portæ inferi non prævalebunt adverſùs eam.

Poſt hæc miſit ad diverſos Epiſtolas idem anathema, & cauſas ejus manifeſtantes, ex quibus has duàs interponere præſenti opuſculo curavimus.

Epiſtola Gregorii de abdicatione & excommunicatione Henrici Regis.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

Omnibus, qui cupiunt annumerari inter oves, quas Chriſtus B. Petro commiſit, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Lib. 3. Epiſt. 9. Exſtat hæc Epiſt. etiam apud Brunonem de Bello Saxonico fol. 123.

AUDISTIS, fratres chariſſimi, novam & inauditam præſumptionem, audiſtis ſceleratam ſchiſmaticorum, & nomen Domini in B. Petro blaſphemantium garrulitatem, & audaciam: audiſtis ſuperbiam ad injuriam, & contumeliam ſanctæ, & Apoſtolicæ ſedis elatam, qualem veſtri B *Patres nec viderunt, nec audiérunt unquam, nec ſcripturarum ſeries aliquando à paganis, vel hæreticis docet emerſam: cujus mali, etſi aliquod unquam poſt fundatam & propagatam fidem Chriſti præceſſiſſet exemplum, omnibus tamen fidelibus pro tanto contemptu, & conculcatione Apoſtolicæ, imò divinæ auctoritatis dolendum foret, & gemendum.*

Quapropter ſi beato Petro claves regni cælorum à Domino DEO noſtro JESU Chriſto traditas eſſe creditis, & vobis per manus ipſius ad æternæ vitæ gaudia introitum patere cupitis; cogitandum vobis eſt, quantum nunc de irrogata ſibi injuria dolere debeatis. Niſi enim hic, ubi per diſcrimina tentationum veſtra fides, & corda probantur, ſocii paſſionum efficiamini, proculdubio non eſtis digni, ut participes futuræ conſolationis, C *& filij regni cæleſtem coronam, & gloriam ſortiamini. Rogamus igitur charitatem veſtram, ut inſtanter divinam miſericordiam implorare ſtudeatis: quatenus aut corda impiorum ad pænitentiam vertat, aut reprimendo eorum nefanda conſilia, quàm inſipientes, & ſtulti ſint, qui petram à Chriſto fundatam evertere, & divina privilegia violare conantur, oſtendat. Qualiter autem, aut pro quibus cauſis B. Petrus anathematis vinculo Regem alligaverit, in chartula, quæ huic incluſa eſt, plenè poteſtis cognoſcere.*

2. Cor. 1.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

D Omnibus Epiſcopis, Ducibus, Comitibus cæteríſque fidelibus in Regno Teutonicorum Chriſtianam fidem defendentibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exſtat etiam apud Brunon. de Bello Saxonico, pag. 124.

*AUDIVIMUS quosdam inter vos de excommunicatione, quam in Regem fecimus, dubitare ac quærere; utrum juſtè excommunicatus ſit, & ſi noſtra ſententia ex auctoritate, eâ, quâ debuit, deliberatione, progreſſa eſt. Quapropter qualiter ad excommunicandum illum adducti ſimus, prout verius potuimus (teſte conſcientia noſtra) oculis, & intellectibus omnium patefacere curavimus, non tam, ut ſingulas cauſas (quæ heu nimiùm notæ ſunt) quaſi noſtro clamore in publicum projiciamus, quàm ut eorum opinioni ſatisfaciamus, qui putant nos ſpiritualem gladium temerè, & magis motu animi noſtri, quàm divino *metu, & juſtitiæ zelo arripuiſſe.* E

Cauſæ, ob quas Greg. Pontif. Henricum excommunicavit.

** C. V. motu.*

Cùm adhuc in Diaconatus officio poſiti eſſemus, perlata ad nos de Regis actionibus ſiniſtra, & multùm inhoneſtâ famâ, propter ſpem, ac deſiderium correctionis ſuæ, ſæpe eum per litteras, & nuncios ſuos admonuimus, ut à pravitate ſua deſiſteret, & memor clariſſimi generis, ac dignitatis ſuæ, vitam moribus, quibus Regem, & futurum (DEO donante) deceret Imperatorem, inſtitueret. Poſtquam verò ad Pontificatus apicem, licèt indigni, venimus, cùm illius ætas pariter creſceret & iniquitas; intelligentes DEUM omnipotentem diſtrictiùs de manu noſtra animam illius requiſiturum; quantò nobis ad increpan- F *dum illum præ cæteris libertas data fuiſſet, & auctoritas, multò ſolicitiùs eum modis omnibus, arguendo, obſecrando, increpando, ad emendationem vitæ ſuæ hortati ſumus. Qui cùm ſæpe nobis devotas ſalutationes, & literas mitteret, excuſans ſe, cùm ex ætate, quòd fluxa eſſet & fragilis, tum quòd ab his, in quorum manibus Curia erat, multoties malè ſibi ſuaſum atque conſultum ſit, monita noſtra de die in diem ſe promptiſſimè ſuſcepturum verbis quidem promiſit, cæterùm re & exaggeratione culparum penitus conculcavit.*

Gregorius etiam ante Pontificatum Regem Henricum de ſuis ſceleribus & flagitiis admonuit.

Henricus ſæpe monitus verba dedit Pontifici.

Inter hæc quoſdam familiares ſuos, quorum conſiliis, & machinationibus Epiſcopatus, & multa monaſteria, inductus per precium, lupis pro paſto- G *ribus Simoniaca hæreſi fœdaverat, ad pænitentiam vocavimus, quatenus & bona Eccleſiarum, quæ per interventum tam ſcelerati commercij ſacrilega manu ſuſceperant, venerabilibus locis, ad quæ pertinerent, dum adhuc locus eſſet emendandi, redderent, & ipſi pro perpetrata iniquitate per lamenta pænitudinis DEO ſatisfacerent. Quos, dum ad hæc exequenda datas inducias ſpernere, & in conſueta nequitia pertinaciter ſtare cognovimus, ſicut dignum erat, ſacrilegos & miniſtros, ac membra Diaboli à communione, & corpore totius Eccleſiæ ſeparavimus, & Regem, ut eos à domo ſua, à conſiliis, & omni communione ſua ſicut excommunicatos expelleret, admonuimus.*

H *Interim verò aggraveſcente contra Regem Saxonum causâ, cum vires & præſidia Regni ex maxima parte à ſe deficere velle videret, iterum nobis direxit Epiſtolam ſupplicem, & omni humilitate plenam, in qua omnipotenti DEO, & B. Petro ac nobis valdè ſe culpabilem reddens, preces etiam obtulit, ut quod ex ſua culpa in Eccleſiæ cauſis contra Canonicam juſtitiam, & decreta ſanctorum Patrum factum eſſet, noſtra Apoſtolica providentia, & auctoritate corrigere ſtuderemus: atque in ea ſuam nobis per omnia obedientiam, conſenſum, & fidele promiſit adjutorium. Hoc idem etiam poſtea, à confratribus & legatis noſtris, Humberto Prænestino Epiſcopo, & Geraldo Oſtienſi Epiſcopo, quos ad illum miſimus, ad pæni-*

Digitized by Google

A *tentiam ſuſceptus, in illorum manus per ſanctas*
ſtolas, quas in collo tenebant, repromittendo confir-
mavit.

Deindè, poſt aliquod tempus, commiſſo cum Sa-
xonibus prælio, Rex pro victoria, quam adeptus
eſt, tales DEO grates, & victimas obtulit, ut vo-
ta, quæ de emendatione ſua fecerat, continuò fran-
geret, & nihil eorum, quæ promiſerat, attendens,
excommunicatos in ſuam familiaritatem, & com-
munionem reciperet, & Eccleſias in eam, quam
conſueverat, confuſionem traheret. Qua de re
gravi dolore percuſſi, quanquam poſt contempta
cæleſtis regis beneficia, penè omnis ſpes correctionis
ejus nobis ablata ſit: adhuc tamen animum ejus
B *tentandum fore decrevimus, magis cupientes, eum*
Apoſtolica manſuetudine audire, quàm experiri
ſeveritatem. Itaque miſimus ei epiſtolas commo-
nitorias, ut meminerit, quid, & cui promiſerit,
ne credat, ſe poſſe fallere DEUM, cujus quantò
prolixior eſt patientia, tantò ſeverior eſt, cùm
judicare cœperit, ira: nec inhonoret DEUM ho-
norantem ſe, nec potentiam ſuam ad DEI con-
temptum, & Apoſtolicam tentet extendere con-
tumeliam, ſciens, quòd ſuperbis DEUS reſiſtit,
1 Pet. 5. *humilibus autem dat gratiam.*

Præterea miſimus ad eum tres religioſos viros,
ſuos utique fideles, per quos eum ſecretò monni-
mus, ut pœnitentiam ageret de ſceleribus ſuis: quæ
quidem horrenda dictu ſunt, pluribus autem no-
ta, & in multis partibus divulgata, propter quæ
eum excommunicari non ſolùm uſque ad dignam
ſatisfactionem, ſed ab omni honore Regni abſque
ſpe recuperationis debere deſtitui, divinarum, &
humanarum legum teſtatur auctoritas.

C *Poſtremò, niſi excommunicatos à ſua partici-*
patione divideret, nos nihil aliud de eo judicare,
aut diſcernere poſſe, niſi ut ſeparatus ab Eccleſia
in excommunicatorum conſortio foret, cum qui-
bus potiùs, quàm cum Chriſto partem habere ele-
git. Sanè, ſi noſtrà monita ſuſcipere, & vitam
ſuam corrigere vellet, DEUM teſtem invocavi-
mus, & invocamus, quantum nos de ejus ſalute,
& honore gauderemus, & cum quanta charitate
eum in gremium ſanctæ Eccleſiæ amplecteremur,
utpote eum, qui Princeps populi conſtitutus, &
ampliſſimi Regni gubernacula tenens, Catholicæ
pacis, & juſtitiæ defenſor eſſe deberet. Verùm,
quanti ipſe aut ſcripta, aut per legatos miſſa no-
D *ſtra verba fecerit, ejus facta declarant. Qui in-*
dignè ferens, ſe à quoquam reprehendi, aut corri-
pi, non ſolùm à perpetratis ad emendationem re-
vocari non potuit, ſed ampliori conſcientiæ ſuæ fu-
rore arreptus, non priùs ceſſavit, donec Epiſcopos
penè omnes in Italia, in Teutonicis verò parti-
bus quotquot potuit, circa fidem Chriſti naufraga-
re fecit: dum eos debitam B. Petro, & Apoſto-
licæ Sedi obedientiam, & honorem in Domino no-
ſtro IESU Chriſto conceſſum, abnegare ſubegit.

Quum igitur iniquitatem ejus ad ſummum
prodiiſſe vidimus, pro his cauſis, videlicet pri-
mùm, quòd ab eorum communione, qui pro ſacri-
legio, & reatu Simoniacæ hæreſis excommunicati
ſunt, ſe abſtinere noluit: Deinde, quòd pro crimi-
noſis actibus vitæ ſuæ, pœnitentiam non dico ſuſci- E
pere, ſed nec promittere quaſi voluit, mentita ea
fide, quam in manus legatorum noſtrorum promi-
ſerat; nec non, quòd corpus Chriſti, id eſt, unita-
tem ſanctæ Eccleſiæ ſcindere non expavit: Pro
his, inquam, culpis ſynodali judicio eum excom-
municavimus, ut quem mites non potuimus,
vel ſeveri ad viam ſalutis (DEO adjuvante) re-
vocare valeamus: aut, ſi, quod abſit, nec diſtri-
ctionis quaſi cenſuram pertimuerit, noſtra ſaltem
anima negligentiæ, aut timoris diſcrimini non
ſuccumbat.

Si quis igitur hanc ſententiam injuſtè, vel ir- F
rationabiliter prolatam eſſe putaverit, ſi talis eſt,
ut ſacris regulis intelligentiæ ſenſum præbere non
velit, nobiſcum inde agat, & non quid nos, ſed
divina auctoritas doceat, quid decernat, quid con-
ſona vox ſanctorum Patrum judicet, patienter
audiens acquieſcat. Nos tamen, non æſtimamus
quenquam fidelium, qui Eccleſiaſtica ſtatuta no-
verit, hoc errore teneri, ut non hoc, (etſi publicè
affirmare non audeat) vel in corde ſuo rectè fa-
ctum eſſe perhibeat. Quanquam etſi nos (quod
DEUS avertat) non ſatis gravi de cauſa, aut
minùs ordinatè, eum hujuſmodi vinculo ligaveri-
mus, ſicut ſancti Patres aſſerunt, non idcirco ſper-
nenda eſſet ſententia, ſed abſolutio cum omni hu-
militate quærenda.

Vos autem dilectiſſimi, qui juſtitiam DEI non
pro regia indignatione, non pro aliquo periculo de- G
ſerere voluiſtis, fatuitatem eorum, qui de execra-
tione, & mendacio in conſummatione parvi pen-
dentes, viriliter ſtate, & confortamini in Domi-
no, ſcientes, quòd illius partem defenditis, qui in-
ſuperabilis Rex, & magnificus triumphator judi-
caturus eſt vivos, & mortuos, reddens unicuique
ſecundùm opus ſuum. De cujus multimoda re-
tributione, & vos certi eſſe poteritis, ſi uſque in
finem fideles, & inconcuſſi in ejus veritate perſti-
teritis. Propter quod & nos inceſſanter pro vo-
bis rogamus Dominum, ut det vobis virtutem cor-
roborari per Spiritum ſanctum in nomine ejus, &
convertat cor Regis ad pœnitentiam: ut & ipſe
aliquando cognoſcat, nos & vos multò verius
amare eum, quàm qui nunc ſuis iniquitatibus
obſequuntur & favent. Qui ſi, DEO inſpiran-
te, voluerit reſipiſcere, quidquid contra nos molia-
tur, ſemper tamen nos ad recipiendum eum in ſan- H
ctam communionem, prout veſtra charitas nobis
conſuluerit, paratos inveniet.

Igitur poſt excommunicationem, & de-
poſitionem Regis, Domini præeunte gratia,
multi nobiles & mediocres ad DEUM toto *Multi Re-*
corde converſi præfatum Regem relique- *gem deſerunt.*
runt. Ipſi etiam, qui priùs partim regali-
bus blanditiis, partim terroribus, & minis
contra Apoſtolicam ſedem conjuraverant,
converſi poſtmodum digno in Regem ana-
themati conſcripſerunt, mittentes ſupplices
ad Apoſtolicam Sedem nuncios, (a) epithe- *(a) Epitimi-*
mium pœnitentiæ poſtulantes. Quibus mi- *um, pœnam*
ſericordiæ diſcipulus non quærens ſaturari *ſeu pœniten-*
pœnis reorum, gremium ſanctæ Eccleſiæ *tiam.*
aperuit, & ut in fide Domini ſolidarentur,
con-

A consolatorias eis literas miſit. Nonnulli verò Epiſcoporum gementes tantum facinus, ad Apoſtolicam Sedem diſcalceatis pedibus venerunt, tam diu inibi perdurantes, quouſque Dominus Papa miſericordiæ manum, & pietatis viſcera eis compatiens aperiret.

Obſerva pœnitentiam quorundam Epiſcoporum.

Interea Dominus magnum miraculum in Regis, & omnium oculis fecit: quo cognito, multi eum reliquerunt. Nam poſt excommunicationis diem, Paſchalis diei ſolennitate cum regio apparatu, & comitatu pompaticæ multitudinis ad Eccleſiam divinitus ſibi clauſam venire nequaquam abhorruit. Iuſſu itaque Regis quidam Epiſcopus, ſi fas eſt, B imò hæreticus & Simoniacus ad Miſſæ ſe præparavir officium. Tandem perlecto Evangelio, ex more facturus popularem ſermonem (a) Pontifex idem pulpitum conſcendit. Parùm autem de tractatu locutus Evangelico, ſtatim ſe ad blaſphemiam Papæ Gregorij cæco corde, menréque veſana prorupit, quæ pro nimio ſui horrore ſilentio præterire complacuit. Difficile eſt enim, ut benè ſibi conſcientium probitatem, obtrectantium lingua non mordeat; &, iniquorum evadat opprobria, cui eſt amica juſtitia.

Grande miraculum.

(a) Eſt hic Wilhelmus Epiſc. Trajectenſis de quo etiam Bruno de bello Sax. Lamb. in Chron. Langius in Chronico Citizenſi. Et alii, tametſi in nonnullis varient.

Veruntamen eadem blaſphemia, qualis in oculis Domini fuerit, continuò ſequens ultio, ſi perpendatur, innoteſcit. Nam Paſchalis diei gaudio nondum finito, ſubito cœlum C fragore intonuit, in quo ignis deſcendere cælitus viſus eſt; qui, omnem illam Eccleſiam, omnéſque domos regali receptui præparatas, repentè conſumpſit, & lætitiam profanorum in mœrorem commutavit. Epiſcopum verò illum blaſphemum ſubitò percuſſum divina ultio interemit. Sed antequam vitam penitus exhalaret, miniſtros ſuo exitio præparatos, quales eſſent, compulſus eſt dicere. *Video me*, inquit, *igneis loris aſtrictum tetris trahentibus imaginibus ex hac vita convelli: ſed tamen ite, & dicite Regi, ut flagitium, quod in DEUM, & B. Petrum, ejúſque Vicarium commiſit, emendet; ne me præeuntem ad inferi loca ſequatur;* Et hæc dicens, exſpiravit. Hoc exemplo commoniti, hortamur, obſecramus omnem hominem, qui hæc ſcripta legerit, ut declinet detrahentium linguas, D ſi mavult conſortium habere cum Gregorio in reſurrectione vitæ, quàm cum detrahentibus ſupplicium ſubire.

Interitus Wilhelmi Traject.

Monita ad Regem.

Nunc hic ad memoriam redit non minùs terribilis damnatio Spirenſis Epiſcopi, qui eâdem die, id eſt VI. Kal. Martij, imò eadem hora, ſubitò, quaſi quodam inviſibili telo percuſſus, apud Spiram infirmari cœpit, qua hora & cauſam ejus in Romana Synodo noſter Gregorius Papa ventilare incepit. Idem quoque tertia die, id eſt IV. Kalend. Martij miſerabiliter exſpiravit, non imparem expertus efficaciam illius ſententiæ, qua Petrus Apoſtolus Ananiam, & Sapphiram damnavit.

Interitus Episc. Spirenſis. ad quem eſt Epiſt. 18. lib. 6. Regeſti Greg. Vocabatur Huzmannus, ùt patet ex Chronico Bertoldi. Aventinus lib. 5. vocat Hermannum.

Cùm igitur prædicti Regis converſionem E jam diu, & fruſtra Principes exſpectarent, & ſtatum regni periculoſiùs in dies diſturbandum, imò ſine capite jam penitus deſtituendum viderent, tandem zelo DEI armati cum legatis Apoſtolicæ Sedis convenerunt; & eundem, ut eorum conſilio acquieſceret, & reſipiſceret, ſatis fideliter rogaverunt: alioquin ſe non ulteriùs communicare, vel obedire proteſtati ſunt. Hac ille neceſſitate, ſimulatè quidem, ùt poſtmodnm apparuit, ſe per omnia & conſiliis Principum, & præceptis Apoſtolici Domni obediturum promiſit. Erat autem eorum conſilium, ut Domnus Apoſtolicus ad generale colloquium F Auguſtam in Purificatione S. MARIÆ tunc proxima veniret: quatenus ibidem cauſa ejus in audientia totius regni legitimè determinari poſſet. Ipſi quoque Principes, miſſa legatione, Dominum Papam ad prædictum diem venire ſuppliciter rogaverunt; ad quod iter agendum, illum promptiſſimum, ùt ſubſcriptæ ejus literæ teſtantur, invenerunt. Rex autem contra promiſſionem ſuam, contra conſilium Principum, hoc ab Apoſtolico per legatos ſuos voluit extorquere, ne Auguſtam veniret, ſed, ut cum ad ſe Romam venire permitteret; ea utique intentione, ut tantò faciliùs Papam fallere poſſet, G quantò pauciores regni Principes, jam ſæpius aſtutias ejus perpeſſi, diſcutiendæ ejus cauſæ intereſſent. Unde & Papa votis ejus non annuit, ſed, ùt Principes rogaverant, ad conditum diem venire diſpoſuit, & ſubſequentes Epiſtolas Principibus Regni, pro diſponendo itinere ſuo tranſmiſit.

Monetur Rex à principibus, ut ſe Pontifici obſequentem prabeant.

Pollicetur emendationem ſed ſimulatè.

Rogatur Pontifex; ut Auguſtam in Germaniam ſe conferat.

Annuit Pontifex petitioni Principum.

Obſiſtit Rex.

Quo conſilio.

Papa manet in ſententia.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, nec non majoribus, atque minoribus in regno Teutonicorum conſtitutis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

NOs indigni, & inutiles Principis Apoſtolorum ſervi, ſtatuimus ad vos, divina auxiliante clementia, venire, & poſtponentes penè omnium H *fidelium noſtrorum auxilia profectionem noſtram maturare, ut VI. Idus Januarij velimus Mantuæ eſſe; ea quidem * valde & deſiderio, ut fiduciâ probatæ ſpei veſtræ quæque aſpera, & ſi neceſſe fuerit, ipſam ſanguinis effuſionem pro libertate ſanctæ Eccleſiæ & ſalute Imperij, pura & ſincera intentione ſubire non dubitemus. Veſtri igitur ſtudij ſit, eos de ſuſceptione & ſervitio noſtro præponere, quos providentia veſtra id poſſe, & nobis debere cognoverit; ſit ita ſtudij veſtri per partes veſtras pacem firmare, ut intentionis noſtræ propoſitum nihil, * quod poſſit impedire. Quot & quantas colluctationes cum nunciis Regis habuerimus, & quibus rationibus dictis ejus obviaverimus, quidquid his literis deeſſe videtur, latores earum plenius indicabunt, quibus ſicut de his, quæ*

** valida ſpe.*

** Videtur hæc vocula delenda.*

 per

A *per eos B. Petro & nobis promiſiſtis, indubitanter credimus; ita vos de his, quæ ex noſtra vobis parte dixerint, credere volumus.*

GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI,

Omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Marchionibus, omnibúsque Chriſtianam, & B. Petri fidem, & doctrinam defendentibus, & obſervantibus ſalutem, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli benedictionem, omnium peccatorum abſolutionem.

EGo qualiscunque Sacerdos Apoſtolorum Principis ſervus, contra voluntatem, & conſilium Romanorum confidens de miſericordia omnipotentis DEI, & de veſtra fide Catholica, venio ad vos paratus propter honorem & ſalutem animarum veſtrarum mortem ſubire, ſicut pro nobis animam ſuam poſuit; in hoc enim poſiti ſumus, ut per multas tribulationes tendamus & perveniamus ad Regnum DEI. Vos autem fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi ſummopere curate, ut poſſim, DEO adjuvante, adire, vobisque in omnibus prodeſſe. Benedicat vos, ex cujus gratia mihi dictum eſt ad corpus beati Petri, in die ordinationis meæ: quodcunque benedixeris, benedictum erit, & quodcunque ſolveris C ſuper terram, erit ſolutum & in cælis, *&c.*

Rex etiam petit Italiam.

Interea Rex propriæ cauſæ diffidens, & idcirco audientiam totius regni ſubterfugiens, furtivè Italiam cum excommunicatis contra præceptum Papæ, & conſilia Principum intravit, & Apoſtolico ad prædictum diem Auguſtam tendenti, ante Purificationem S. MARIÆ apud Canuſium obviavit, ibíque ante portam caſtri per triduum, depoſito omni regio cultu, miſerabiliter, utpote *diſcalceatus*, & laneis veſtibus indutus perſiſtens, non priùs cum multo fletu Apoſtolicæ miſerationis auxilium, & conſolationem implorare ſtatuit, quàm omnes, qui aderant, & ad quos ille rumor pervenit, ad tantam pietatem, & compaſſionis miſericordiam movit, ut pro eo multis precibus, & lacrymis intercedentes, omnes quidem inſolitam Domini Papæ duritiam mirarentur; nonnulli verò in eo, non Apoſtolicæ ſeveritatis gravitatem, ſed D quaſi tyrannicæ ſeveritatis crudelitatem eſſe clamarent: denique inſtantia compunctionis ejus, & tanta omnium; qui ibi aderant, ſupplicatione, Papa devictus, tandem eum, relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam, & ſinum ſanctæ matris Eccleſiæ recepit: acceptis ab eo ſecuritatibus, quarum etiam confirmationem per manus (a) Abbatis Cluniacenſis, & nobilium Comitiſſarum Mathildis, & (b) Adalaiæ, & aliorum Principum, Epiſcoporum & Laicorum, qui ſibi ad hæc utiles viſi ſunt, in hunc modum ſuſcepit.

Rex Canuſii Pontificem adit. Lege Bar. M. LXXVII. pœnitentis habitus. Comploratio ſpectatorum.

(a) Hugonis.

(b) Adelheide, quæ fuit Duciſſa & Marchioniſſa Alpium Cottiarum, ad quam exſtat longa Epiſt. Damiani lib. 7 Epiſt 16. de qua Bertoldus in Chronico, Anno M. XCI. Adalheida Taurinenſis Comitiſſa XIV. Kal. Jan. obiit.

Juſiurandum Henrici Regis.

Ego Henricus Rex de murmuratione, & diſſenſione, quam nunc habent contra me Archi- E *Epiſcopi, Epiſcopi, Duces, & Comites, cæterique Principes Regni Teutonicorum, & alij, qui eos in eadem diſſenſionis cauſa ſequuntur, infra terminum, quem Dominus Papa conſtituerit, aut juſtitiam ſecundùm judicium ejus, aut concordiam ſecundùm conſilium ejus faciam, niſi certum impedimentum mihi, vel ſibi obſtiterit: quo tranſacto, ad idem peragendum paratus ero. Item, ſi idem Dominus Papa Gregorius ultra montes, vel alias partes terrarum ire voluerit, ſecurus erit ex mea parte, & eorum, quos conſtringere potero, ab omni læſione vitæ, & membrorum ejus, ſeu captione tam ipſe, quàm qui in ejus conductu, ſive comitatu fuerint * in eundo ſive ibi morando, ſeu inde redeundo, neque aliud aliquod impedimentum habebit ex meo conſenſu, quod contra honorem ſuum ſit, & ſi quis ei fecerit, cum bona fide ſecundùm poſſe meum, illum adjuvabo.*

** poſt verbum, fuerint, ſubduntur in impreſſis iſta:* ſeu qui ab illo mittuntur, vel ad eum, de quibuſcunque terrarum partibus venerint, in eundo, *&c.*

Rex poſtquam communione recepta, ſed quæſtione regni dilata, ſolutus ab Apoſtolico diſceſſit, parùm attendens, quid ei in reconciliatione ſua juramento promiſerit, ad ſolitam nequitiam redire, & Simoniacorum ſuorum conſiliis contra Papam aſſentire non expavit. F Omnes enim Simoniaci, corúmque ſocij, quorum tyrannidi ipſe ſanctam matrem Eccleſiam ſubjugaverat, quorum etiam factione, jam pridem Apoſtolicam Sedem deautorizare tentaverat: ipſi, inquam, omnes ad eum reconciliatum recurrentes, non terrorem, ſed audaciam ab eo, pro perpetrata iniquitate acceperunt; quin etiam in damnatione Apoſtolici apud eum conjurandi locum invenerunt. Ipſe verò ejúsque complices, communionem utcunque idcirco feſtinaverant recipere; quia, juxta legem Teutonicorum, ſe prædiis, & beneficiis privandos eſſe non dubitabant, ſi ſub excommunicatione integrum annum permanerent, cujus adhuc unus menſis ſuperfuit, dum ad reconciliationem redirent. Communionem G itaque, non ut ſe corrigerent, repetebant, ſed, ut plurimos jam dudum ab illis anathemate ſeparatos ſibi reſociarent; ſicque tantò audaciùs, tantò crudeliùs, quantò cum pluribus ſolita tyrannide ſanctam Eccleſiam opprimere poſſent. Nam, ſtatim poſt reconciliationem, ùt prædictum eſt, ad priſtinum volutabrum redire, ſed & Simoniacis, utpote ſui ſimilibus contra Apoſtolicam Sedem aſſentire non dubitârunt.

Cur Henricus & aſſeclæ abſolutionem ab excommunicatione maturârint. NB. hanc Legem Germanorum.

Non multò pòſt tamen Rex ab Apoſtolico Regni jam conceſſionem callidè, ùt communionem, elicere volebat. H Miſſa enim legatione, humiliter ei ſupplicabat, ut vel eum ſemel apud S. Joannem in (c) Moytia per Epiſcopos Papienſem, & Mediolanenſem, more priorum Regum, coronari permitteret: vel, ſi hoc nollet fieri per hujuſmodi Epiſcopos, utpote excommunicatos, ſaltem hoc privilegium Apoſtolica auctoritate cuilibet Epiſcopo concederet exequendum. Ob hoc maximè appetens coronari, ut cum commu-

(c) fort. Modoetia.

Henricus coronari cupit; & quo conſilio.

A munione etiam Regnum à Romano Pontifice videretur recepiſſe.

Gregorius technas Henrici notat.

Sed Papa calliditatem ejus jam ſatis expertus, nullo modo votis ejus voluit acquieſcere: diligenter ſecum ipſe reputans, ſe quidem eum pro multis criminibus, & maximè pro inobedientia, & contumacia Apoſtolicæ ſedi irrogata à regno depoſuiſſe; omnéſque ei juratos ab ejus dominio liberos reddidiſſe: & ob hoc, nullatenus eum, ſicut nec alium, in Regem Principibus, utpote liberis hominibus, ſuperponi debere, abſque eorum electione. Nam & à toto Regno de tot, ac tantis injuriis, ac perfidiis erat (a) inculpatus, ut de his eum neceſſe eſſet primitus expurgari, ſi tamen hoc aliquatenus poſſet fieri, & ſic demum cum
B conſenſu totius Regni legitimè coronari.

(a) id eſt, accuſatus.

Rex igitur ea vice quoque, ſimulatâ obedientiâ apud (b) Moytiam regalia inſignia non uſurpavit: quæ tamen non multò pòſt contra bannum Domini Papæ reſumere, & interdicta Regni gubernacula uſurpare non timuit.

(b) Modoëtiam.

Interim tranſibat terminus, quem Rex coram legatis Apoſtolicæ Sedis cum Principibus regni ad Auguſtam in Purificatione S. MARIÆ condixerat, ad quem jam Papa venire conceperat: & jam illuc perveniſſet, ſi non idem Rex contra commune decretum omnium ingreſſus Italiam, conducturos Apo-
C ſtolicum à conductu deterruiſſet: terminus, inquam, ubi coram Apoſtolico in audientia totius Regni canonicè de criminibus illatis expurgari, ſi inculpabilis eſſet, expurgatus legitimè in Regnum, cum conſenſu omnium, reſtitui poſſet, ad quem ipſe venire contempſit, imò ſuæ cauſæ diffiſus, non præſumpſit, & Papam, ne vel illuc veniret, fraudulenter in Longobardia præoccupavit.

Henricus obſtat, ne Gregorius in Germaniam veniat.

Et hoc idcirco, quia cauſæ ſuæ diffidebat.

Cùm igitur Principes Regni terminum generali decreto ſtatutum Regem ſubterfugiſſe, & ſe etiam hac vice, ſolitâ ejus perfidiâ, deluſos eſſe animadvertiſſent; cúmque ejus verſutiam nec in ipſa reconciliatione, vel poſtea ceſſâſſe, certiſſima relatione didiciſſent, mox in Suevia apud Ulmam, conventu facto, deliberaverunt; ne, ſe deinceps ab illo ludificari, vel potiùs priſtina ejus calliditate periclitari permitterent; ſed ſuæ ſaluti, in legiti-
D mi Principis electione providerent. In eodem autem conventu apud Ulmam generalius colloquium ad Forechein IV. Idus Martij ad novi Regis electionem condixerunt: ad quod etiam Domni Apoſtolici conſilium, & auxilium ſibi venire, miſſa legatione, poſtulaverunt. Quo audito, Papa ad id colloquium legatos direxit, qui Principes rogarent, ut diſpoſitionem regni uſque in adventum ejus differrent, ſi hoc ſine periculo fieri poſſe ſperarent. Noluit ſanè eis hoc ex definito præcipere, ne, ſibi jure imputari poſſet, ſi quod periculum ſtatus regni ex illa dilatione incurriſſet.

Principes Ulmæ contra Henricum conveniunt.

Indicitur conventus Forcheimenſis.

Rogat Papa, ut novi Regis electio differatur.

Alterâ autem die, poſt dimiſſionem legatorum, (c) Manegoldus Comes, magnus amator veritatis, advenit; cujus relatione Papa de novo Rege conſtituendo certior factus, alium legatum, Gregorium ſcilicet Romanæ Eccleſiæ Diaconum, ad Principes Regni deſtinavit: qui, eos Apoſtolica auctoritate adventum ejus præſtolari compelleret: eo tamen primitus explorato, ſi Rex, qui adhuc in Longobardia morabatur, ab eodem Legato conventus, ſecuritatem facere vellet, ut Domino Papæ tranſitum ad Teutonicas partes, pro ipſius cauſa determinanda, concederet. Quòd ſi Rex nollet concedere, præcepit Papa, ut Legatus ad ſe rediret, nec Principes cum aliqua dilatione à providenda regni neceſſitate ſuſpenderet. F

(c) Mangoldus Comes. E

Mittitur alius legatus ad Germaniæ Principes.

Item eidem Legato præfatam legationem imponens Papa dixit inter alia; ſe quaſi pro indicio hujuſmodi ſecuritatem exegiſſe, cujus, inquam, ſecuritatis exhibitio, illum in regnum reſtitui poſſe, præſagiret: ſicuti, ejuſdem ſecuritatis denegatio, hoc eum non poſſe, ex divino indicio denotaret.

Cur Greg. ab Henrico ſecurum tranſitum in Germaniam poſtulaverit.

Inter hæc verba Papæ tres digiti ejus dextræ uſque ad medium repentè ſanguinei apparuère; quos ſanguine ex naribus profluente maculatos exiſtimans, detergere cœpit: ſed eos ſanguineis notis nullatenus emaculare potuit, hinc ipſe, & reliqui ſapientes, qui hoc miraculum conſpexerunt, aliquid magni per hæc ſigna portendi non dubitârunt.

Miraculum in Gregorii digitis.

Erant autem ibi tunc præſentes prænominatus Comes Manegoldus, & venerabilis presbyter Erkinbertus, cum aliis quàm pluribus in oppido Canuſij in capite Iejunij, quod eo anno contigit in Kal. Martij. Percepta igitur legatione, ſtatim legatus ad Regem properavit, cum prædicto Comite: ſed Rex ſecuritatem, quam Papa poſtulabat, facere contempſit. Unde & ille Legatus ad Apoſtolicum redire non tardavit. At Comes ad proximum Forecheimenſe colloquium venire acceleravit: quò & priores Legati jam pervenerant: qui una tantùm die, priuſquam præfatus Comes, ab Apoſtolico miſſi fuerant. Hi autem erant Legati; Bernhardus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Diaconus: Item alter Bernhardus Abbas religioſus de Maſſilia ferè ſexcentorum monachorum pater: qui etiam ſecum duxit egregium Doctorem quendam nomine (d) Chriſtianum, poſtmodum *Averſanæ* civitatis Epiſcopum, cujus opus extat eximium contra Turonenſem Berengarium. G H

(d) Ita habet apographum, ut & Aventinus lib. 5. Eſt autem iſte Guitmundus Averſanus Archi-Epiſc. cujus extant tres libri de Eucbariſtia.

Non indignum videtur hoc in loco pauliſper orationis curſum retentare, & quàm fidelem Apoſtolicæ inſtitutionis ſectatorem, & propagatorem in Comite Manegoldo non ſemel commemorato, Gregorius noſter habuerit, declarare. Hic enim ex generoſa, & religioſa beati Odalrici Auguſtenſis Epiſcopi (e) genealogia procreatus, & à ſapientiſſimo

Digreſſio de Comite Mangoldo hujus nominis ſecundo, cujus uxor Gutta.

(e) Vide genealogiam S. Udalrici,

quam ad calcem vitæ ejus, adjecit ampliſſ. Dominus Marcus Velſerus.

Fuit Frater Hermanni Contracti.

Duos habuit filios, quorum alter Mangoldus III.

(a) Lacuna eſt in MSS. apographo. videtur deſiderari vox, diem.

A mo fratre ſuo, Herimanno videlicet Contracto, in omni obſervantia Chriſtianæ religionis ad unguem informatus, Virgo virginem ſortitus eſt uxorem, duóſque filios ex ea generatos in tanta diſciplina usque ad juvenilem ætatem educavit, ut alterum eorum ad ſimilem monogamiam perducens, hæredem ſui relinqueret; alterum, in cœlibatu occiſum, imò ipſius occiſionis ejus (a) longo locorum intervallo remotus, per ſpiritum mirabiliter agnoſcens fleret, & gauderet. Flevit enim propter acerbitatem inopinatæ mortis, & gaviſus eſt propter impunitatem incontaminatæ juventutis. Hoc autem maximè caſtificabat liberos, quòd verax patet comminabatur eis exhæredationem, ſi quam, B præter legitimam copulam, cum mulieribus, perpetrâſſe detegerentur coinquinationem.

Mangoldus valde diligit Greg. VII.

Morbus Mangoldi.

Sanatur à Pontifice.

Vir igitur Chriſtianiſſimus cùm B. Gregorium Papam nimio affectu propter juſtificationes ejus diligeret, eúmque ſæpius propter alternas morum ſimilitudines inviſeret; quadam vice, in tantam Romæ poſitus infirmitatem incidit; ut, qui præſentes erant, vitam ejus deſperarent. Cúmque triſtis nuncius Domino Papæ veniſſet, valde condolens feſtinus ad eum venit, & pauxillum panis in ſcyphum confringens, meróque perfundens, ægro pro benedictione porrexit. At ille pro- C tinus, ut guſtavit, recepit non ſolùm delectationem comedendi, ſed & virtutem cum incolumitate de lecto ſurgendi. Qui, cùm ad propria remearet, & Apoſtolica ſtatura, maximè de vitandis officiis incontinentium ſacerdotum, non ſegniter ubique divulgaret, & in Clericis, atque Eccleſiis ad ſe ſpecialiter pertinentibus, hujuſmodi abominationes minimè toleraret, uxor cujuſdam presbyteri ſub ejus ditione poſiti, malignans propter ſeparationem mariti, hoc familiaribus ſuis audientibus ſe minabatur effecturam, ut qualem moleſtiam ipſa ſuſtineret in ſeparatione conjugis ſui, talem & Comes ſuſtineret in disjunctione conjugis ſuæ. Dixit, & eheu, permittente DEO, tam peſſimum facinus in Dominam (b) peregit. Nam delectabiles cibos veneno infectos obtulit, eámque nihil D mali ſuſpicantem, ſimulata benignitate, decepit. Igitur Comes religioſus adhuc in robuſta ætate viduatus, nullis ſuorum adhortationibus ad ſecundam copulam permoveri potuit; dicens, ſibi pudendum, & horrendum videri, ſi cum duabus uxoribus proceſſurus eſſet ante tribunal Chriſti, die judicij, In tantum autem profecit per devotam obedientiam Papæ noſtri Gregorij, ut ante finem ſuum, quem ſenex, & plenus dierum attigit, (c) ad quibus modum virtutum ſignis effulſerit, & Prophetiæ, quemadmodum in occiſione filij patuit, venerabiliter claruerit.

Uxor Mangoldi veneno occiditur.

(b) Comitiſſam.

Renuit Mangoldus Comes ſecundas nuptias inire.

(c) fortè leg. & quibuſdam.

Huic beatæ recordationis Comiti non incongruè adjungitur memoria precioſæ mortis beati (d) Cincij Urbis Romæ præfecti, cujus & ſuperiùs virtutes breviter deſcripſimus, Hunc etenim propter fidem ſæpe dicto, & ſæpe dicendo Papæ Gregorio exhibitam, Dominus noſter JESUS Chriſtus martyrio coronavit, ejúſque ſepulchrum continuò viginti miraculis in (e) Synodum numeratis, & probatis illuſtravit. Nam cùm zelum Domini haberet, & exhiberet fidem ſecundùm ſanctam Apoſtolicæ inſtitutionis formam, occiſus eſt ab apparitoribus Henricianæ perſecutionis.

(d) Si talis ac tantus vir fuit Cincius,

E *Urbis præfectus; malè ergò traducitur, quaſi ipſe Gregorium VII. ceperit.*

(e) Synodo.

Claret miraculis.

M. LXXVII.

Facto igitur conventu apud Forecheim, præfati legati literas Apoſtolicas in medium protulerunt: quàm parùm Dominus Papa de promiſſione Regis lætatus fuerit; cùm adverſarij Eccleſiæ plus audaciæ, quàm terroris ex præſentia Regis acciperent. Ad hoc, F ajebant, eum petere, ut novi Regis electionem, de qua audierat, in adventum ejus differrent, ſi hoc ſine periculo fieri poſſe perpenderent.

Peracta igitur legatione, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces, Marchiones, Comites, majores, atque minores debitam reverentiam Legatis impendentes, per conſeſſum ſinguli ſurrexerunt; &, quot contumeliis, & quot periculis jam à Henrico Rege affecti eſſent, vel ſe afficiendos fore non dubitarent, legatis lamentari cœperunt; ſéque totiens inſidias ejus inter ipſa pacis oſcula vix evaſiſſe; ut nec juramento ejus deinceps aliquam fidem exhibere poſſent: hoc quoque addentes, ſe tamdiu eum poſt depoſitionem G toleraſſe, non utique ut correctionem ejus, utpote penitus deſperatam, exſpectarent: ſed ut quibusdam occaſionem calumniandi auferrent, qui fortaſſe ei, ſi non tamdiu exſpectaretur, correctionem intercluſam fore conquererentur; totáque illa die cum hujusmodi querimoniis transactâ, nec medietatem injuriarum ſibi illatarum enumerare potuerunt.

Perſtant Principes in ſententia novi Regis eligendi.

In craſtinum verò iterum ad hoſpitia legatorum convenientes, pro ſua neceſſitate ſublevanda, eos conſuluerunt, ſuggerentes eis periculoſiſſimum, & irrevocabile ſchiſma in toto regno futurum, niſi in eodem conventu, ut deliberaverant, in alicujus novi capitis ſublevatione confœderati illud anticipare feſtinarent. Legati autem legationis H ſuæ non immemores, ſatis compendioſè ad hæc reſponderunt, ſibi quidem optimum videri, ſi Regis conſtitutionem, juxta eorum legationem, in adventum Domini Papæ ſine periculo differre poſſent. Cæterùm proviſionem regni non tam in eorum conſilio, quàm in Principum arbitrio ſitam eſſe dixerunt, qui Rempublicam in manibus tenerent, ac totius regni damnum ſive proficuum optimè prænôſſent. Itaque Principes regni de adventu Papæ incerti, ſed de maxima diſſenſione eventura, & periculo, ſi differrent, certiſſimi, accepta licentia à legatis apud

Deliberatio de novo Rege creando apud Archiep. Mogunt.

A apud Moguntinum Archi-Epiſcopum convenerunt, & quid eis agendum eſſet, ſingulari diligentia invicem tractaverunt: conſiderantes quidem, ſe ad nullam dilationem ab Apoſtolico coactos, ſed, hoc in eorum arbitrio poſitum eſſe; nec alicui, niſi ſibi ipſis deinceps imputandum fore, ſi dilatio noceret.

Notanda hic Pontificia auctoritas.

(a) Henrico IV.

Inſuper ſe nullius ſubjectionis exhibendæ Henrico regi obnoxios, imò per Apoſtolici banni transgreſſionem damnandos, ſi aliquam ſubjectionem Regi deinceps exhiberent. Nam Papa, priusquam eum anathematizaret, ex parte omnipotentis DEI, & ſancti Petri, & ſua, illi regnum interdixit, & omnes Chriſtianos juramento, quod (a) ſibi feciſſent, vel facturi eſſent, abſolvit: &, ut nullus ei, ùt Regi ſerviret, interdixit: qui poſtea ab eo communionem tantùm, non B regnum, falſa correctionis promiſſione, recuperavit.

Rudolphus Dux Suevia creatur Rex.

Laus Rudolphi.

Hoc igitur Principes regni diligentiſſimè perſcrutati, ſe quidem à Regis Henrici poteſtate penitus, ùt prædictum eſt, emancipatos, nec ſe illi plus, quàm illum illis alicujus fidelitatis, vel ſubjectionis obnoxios, ùt liberi homines, Rudolphum Ducem Suevorum fruſtra multùm renitentem, fruſtráque vel unius horæ inducias ad conſulendum petentem, regia dignitate ſublimaverunt virum ſanè in humilitate præcipuum, regio honori ætate & moribus idoneum; eíque C ſe debito fidelitatis Sacramento ſubdiderunt; qui utique regnum non ùt proprium, ſed pro diſpoſitione ſibi creditum reputans, omne hæreditarium jus in eo repudiavit, & vel filio ſuo ſe hoc adoptaturum fore, penitus abnegavit: juſtiſſimè in arbitrio Principum eſſe decernens, ut poſt mortem ejus liberè, non magìs filium ejus, quàm alium eligerent, niſi quem ad id culminis ætate & morum gravitate dignum inveniſſent.

Lege Bertoldum in Chron. M. LXXVII.

Hunc igitur Rudolphum tam legitimè electum Archi-Epiſcopi Moguntinus, & Magdeburgenſis cum eorum Suffraganeis, legatis Sedis Apoſtolicæ præſentibus, & regni D Principibus, regali inunctione conſecrârunt. Electus eſt autem ab Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, majoribus, atque minoribus, in conventu apud Forcheim anno Dominicæ incarnationis M. LXXVII. anno IV. venerabilis Papæ Gregorij in hoc nomine ſeptimi, indictione XV. Idibus Martij. Poſtea, die duodecimo apud Moguntiam conſecratus eſt, id eſt VII. Kal. April. ubi tunc medium Quadrageſimæ occurrit. Die autem prædictæ electionis nix ac gelu reſolvi cœperunt, quæ eo anno à feſtivitate omnium Sanctorum usque in illum diem terram Teutonicorum, & Longobardiæ occupaverat; quod quidam ſapientum ita interpretati ſunt; DEUM in legitimi Principis electione ſuam adſtipulationem mundo denotâſſe, per inſoliti frigoris depulſionem, & per clementioris aëris reparationem: E præcipuè, cùm nullis hujusmodi promotio diſplicuerit, niſi illis tantùm, qui ſe, ſub legitimo Principe, Simoniacæ hæreſi, aliíſque criminibus abrenuntiaturos fore non dubitabant: qui ſuperiori Rege, non dico permittente, ſed cooperante, ſanctam Eccleſiam fœdare non ceſſaverant. Nulli ſanè Clerico, Monacho, ſive Laico hujus Principis promotio diſplicuit, niſi qui ſeipſum ſub ejus auctoritate corrigendum fore timuit; niſi qui ſanctam Eccleſiam, juxta Canonicas ſanctiones, inſtituendam fore contabuit: niſi qui, intercluſo Simoniacæ hæreſis mercimonio, divitias ſuas attenuari non dubitavit.

Nix diuturna liqueſcit in coronatione Rudolphi Regis.

In quam partem hæc liquefactio accepta fuerit.

Quibus diſplicuerit Electio Rudolphi.

Excuſatio Rudolphi ob ſuſceptum Regnum.

Nullus autem Rudolpho Regi ejúsque F Principibus perjurium poterit jure objicere, licèt jam dudum depoſito Regi juramentum fidelitatis feciſſent. Illud enim juramentum tamdiu obſervandum erat, quamdiu ipſe regno præerat. Poſtquam verò omnes Chriſtiani eo Sacramento à Papa ſoluti ſunt, eo quidem depoſito, & anathematizato, non magis illi aliqua ſubjectio pro hujusmodi juramento debebatur, quàm cuilibet Epiſcopo, à ſubditis ſuis obeditur, poſtquam ille etiam, retenta communione, deponitur. Nemo autem, Romanorum Pontificem Reges à regno deponere poſſe, denegabit, quicunque decreta ſanctiſſimi Papæ Gregorii non proſcribenda judicabit. Ipſe enim vir Apoſtolicus, cui Spiritus ſanctus in aurem G decernenda dictavit, in Apoſtolica Sede conſtitutus, irrefragabiliter decrevit, Reges à ſuis dignitatibus cadere, & participatione Dominici corporis, & ſanguinis carere, ſi præſumerent Sedis Apoſtolicæ juſſa contemnere. Si enim cæleſtia, & ſpiritualia ſedes beati Petri ſolvit, & judicat, quantò magis terrena, & ſecularia, juxta illud Apoſtoli: *Neſcitis*, inquit, *quoniam & angelos judicabimus, quantò magis ſecularia?* Sic utique auctoritate (a) Stephani Papæ Hildericus Rex Francorum pro ignavia ſua deponitur: eíque depoſito, inſuper & detonſo, & in monaſterium miſſo, Pipinus in regnum ſurrogatur.

Pontifex poteſt deponere Reges.

Probatur hoc auctoritate & exemplus.

1. Cor. 6.

(a) Zacharia. Vide lib. 1. cap. 1. Defenſ. lib. de translatione Imperii.

Præterea, liberi homines Henricum eo H pacto ſibi propoſuerunt in regem, ut electores ſuos juſtè judicare, & regali providentia gubernare ſatageret. Quod pactum ille poſtea prævaricari, & contemnere non ceſſavit: videlicet, quoslibet innoxios tyrannica crudelitate opprimendo, & omnes, quos potuit, Chriſtianæ religioni repugnare conſtringendo. Ergo & absque Sedis Apoſtolicæ judicio, Principes eum pro Rege meritò refutare poſſent, cùm pactum adimplere contempſerit, quod eis pro electione ſua promiſerat: quo non adimpleto, nec Rex eſſe poterat. Nam Rex nullatenus eſſe

A potest, qui ſubditos ſuos non regere, ſed in errorem mittere ſtuduerit.

Quis non ſit verus Rex.

Quid plura? Nónne quilibet miles Domino ſuo fidelitatis juramento ſubjicitur eo pacto, ut & ille ſibi non deneget, quod Dominus militi debebat? Si ergo Dominus militi debitum reddere contemnit, nunquid non liberè miles eum pro Domino deinceps recuſat habere? Liberrimè, inquam. Nec quilibet hujusmodi militem infidelitatis, vel perjurii meritò accuſabit; cùm totum adimpleverit, quod promiſit, Domino ſuo, inquam, tam diu militando, quàm diu ille fecit ſibi, quod Dominus militi.

B Igitur Rudolphus Rex in Regem (a) ſublevatus, ſtatim Apoſtolico, miſſa legatione, de ſua promotione innotuit, eíque debitum obſequium in Eccleſiaſticis adminiſtrationibus promiſit, multóque ſe promptiorem ad obediendum Sedi Apoſtolicæ, quàm anteceſſor ejus exhibuit. Ipſa enim ſuæ conſecrationis die obediens banno Domini Papæ, officium cujuſdam Diaconi Simoniaci recipere noluit, qui ea die ad legendum in Miſſa ante Regem jam ſacris veſtibus indutus proceſſit. Unde Sigeſtidus Moguntinus Archi-Epiſcopus amoto eo ab altaris miniſterio, alium in ejus

(a) ſublimatus.

Rex Rudolphus legationem mittit ad Pontificem.

C locum ſurrogavit. Hoc autem maximam invidiam Simoniacorum, & incontinentium altaris miniſtrorum Regi conflavit: qui & in ipſa ſui promotione banno Apoſtolico obediens, ſe officia reſpuere per præfati Subdiaconi repulſam monſtravit. Nullatenus enim dubitabant, ſe, ſub tam legitimo Principe aut officium depoſituros, aut concubinis, & Eccleſiis Simoniacè acquiſitis abrenunciaturos.

D Quapropter illius civitatis Clerici, eâdem ipſa regiæ conſecrationis die, poſt prandium concives ſuos vino & inſania furentes in Epiſcopum ſuum, & Regem, & reliquos Principes concitaverunt. Quidam enim puer ex civitate, neſcimus ſi propria voluntate ductus, an ab aliquo perſuaſus, cuidam militi Archi-Epiſcopi partem precioſæ veſtis furtivè voluit detruncare: qui ſtatim captus eſt à milite. Quo audito, Procurator civitatis eundem per manus acceptum, liberum abire fecit, nulla tamen ſeditione commota. Clerici autem, audito hujuſmodi rumore, captum fuiſſe puerum, quem tamen jam dimiſſum ſcirent, campanas compulſare, cives nutibus & probroſis adhortationibus ad ſeditionem excitare, vel potiùs compellere, non timuerunt. Sed Rex jam finito prandio ad Eccleſiam de palatio deſcendit, & veſperas audire cœpit. Interim plebs furens ſanguinem Regis, & reliquorum ſitiens, ipſam Eccleſiam, & palatium irrumpere nititur; ſed â militibus Regis compeſcitur, licèt inermibus. Nam in diebus Quadrageſimæ conſuetudo erat, ſine armis pro-

Eadem Bertoldus in Chronico 1077.

Seditio popularis Moguntiæ.

Obſerva Germanorum in Quadrageſima conſuetudinem.

cedere; ſed & ipſa, ſi quæ habebant, per civitatem in hoſpitiis dimiſſa, præ ſeditione civium acquirere non poterant. Finitis autem veſperis, Rex cum Archi-Epiſcopo, & reliquis Principibus in palatium de Eccleſia regreſſus, cùm populum furentem ab incepto nolle deſiſtere; ſed eos ipſam Quadrageſimam, diem Dominicam, cœmeterium Eccleſiæ, imò ipſam eorum (b) matricem Eccleſiam furibunda ſeditione profanare, ſicque cum multiplici ſacrilegio in mortem ſuam, Epiſcoporum, ſuorúmque omnium nihil ab ipſis injuriatos conſpiràſſe vidiſſet; gladio accinctus eorum inſaniam compeſcere deliberavit. Sed Principes ejus, eum contra Regium morem procedere non permiſerunt. Ipſi autem ex præcepto ejus, mutuatis, undecunque poterant, armis; primùm quidem ad ſupplicandum DEO Eccleſiam ingreſſi: deinde *Kyrie eleiſon* in altum concinentes per portam, quæ magis impugnabatur, exiliunt de Eccleſia. Qui ſtatim, licèt pauciſſimi, maximam multitudinem hoſtium adeò in fugam verterunt, ut quidam eorum etiam ſe in Rhenum morituri præcipitarent; licèt regii milites parùm eos ultra cœmeterium Eccleſiæ inſequerentur. E F

(b) metropolim.

Diffugiunt lepores.

Año ab incarnatione Domini M.LXXVIII. Indictione prima, cùm uterque Rex, Henricus videlicet, & Rudolphus, ab Apoſtolica Sede adjutorium requireret; Gregorius Papa ſeptimæ generali Synodo præſidens decrevit.

De hac Synodo vide Tom.3. Epiſt. Decr. & opuſcola Bernaldi.

G *Quoniam lis & perturbatio regni, in maximum ſanctæ Eccleſiæ periculum, & detrimentum quotidie redundare cernitur, placet nobis elaborare pro viribus, quatenus idonei tam religione, quàm etiam ſcientia pollentes nuncii è latere Sedis Apoſtolicæ ad partes illas mittantur: qui omnes religioſos, & juſtitiæ amatores in Teutonici regni partibus commorantes, Clericalis, & Laicalis ordinis viros, & ad hoc opus idoneos convocent, cum quibus (Domini gratia præeunte) aut finem & pacem juſtè componant, aut veritate percognita, cui parti juſtitia magis faveat, ad plenum addiſcere valeant, quatenus pars injuſta deſiſtat, & Apoſtolica auctoritate munita, juſtitiæ vigorem, & auctoritatis robur obtineat.*

Extat hoc decretum Tom.3. Decretal. Pontif. Edit. Rom. pag. 745.

Verùm, quoniam nonnullos diabolico inſtinctu collectos, tyrannidis ſuæ facibus accenſos, turpis lucri avaritiæ mancipatos, diſcordiam potiùs, quàm pacem fieri & videre deſiderantes, fore non ignoramus, ſtatuimus, ut nulla unquam perſona H *alicujus potentiæ, ſive Rex aut Archi-Epiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, ſive miles aliqua præſumptione, temerarióve auſu, fraude, dolóve, ſeu aliqua perturbatione, Legatis noſtris obſiſtere, & contraire, ne juſtitiam & finem componant, pertentent. Quicunque autem temerario auſu (quod non optamus) hujus noſtræ conſtitutionis violator extiterit; legatiſque noſtris ad hanc pacem componendam euntibus prænominatis, fraudem opponere tentaverit, vinculo eum anathematis alligamus, & non ſolùm in ſpiritu, verum etiam*

am

A *am & in corpore, & omni proſperitate hujus vitæ, Apoſtolica poteſtate innodamus, & victoriam ejus in armis auferimus, ut ſic ſaltem confundantur, & duplici confuſione, & contritione conterantur. Actum Romæ in Eccleſia Domini Salvatoris 5. nonas Martii. Indict. prima.*

Extat Tomo 3. Decretal. edit. Romana. lib. 5. regiſtri, Epiſt. 15. pag. 747.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Clericis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, omnibúſque majoribus atque minoribus in Teutonico regno conſtitutis, exceptis his, qui Canonica excommunicatione tenentur, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

B *NOtum vobis fieri volumus, fratres chariſſimi, quòd in ea Synodo, quam nuper Romæ celebravimus, inter multa alia, quæ de ſtatu ſanctæ Eccleſiæ (Deo cooperante) peregimus, de ruina, & confuſione nobiliſſimi regni veſtri diligenter tractantes: hoc ſalutiferum, & opportunum pro reparatione pacis veſtræ fore putavimus, ut religioſi Legati Apoſtolicæ Sedis ad partes veſtras dirigantur, qui Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, & religioſos Clericos, nec non Laicos ad id idoneos, in loco, qui utrique parti habilis & congruus ſit, convenire commoneant, ut, aut pacem (Deo auxiliante) inter vos componant, aut cui parti juſtitia faveat, veraciter addiſcant. Nam in eâdem Synodo definitum eſt, quòd nos contra eam partem, quæ pacem faſtu ſuperbiæ refutaverit, & cui juſtitia non faverit, omni conamine, omnibúſque modis poteſtate beati Petri inſurgamus.*

C *Et quia nonnullos de regno veſtro intelleximus magis jurgium, & diſcordiam, quàm pacem diligere: ex parte omnipotentis DEI, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli interdicimus, ut nullus ſit, qui aliquo ingenio, aut ſtudio, ſeu violentia impediat prædictos viros ad reſtaurandam regni veſtri concordiam convenire, aut convenientes juſtum, & legalem huic diſcordiæ finem imponere.*

Ad reprimenda etiam mala ingenia & illicitos conatus, judicio ſancti Spiritus, & auctoritate Apoſtolicæ Sedis anathematizavimus, & anathematizamus, quicunque ſive Rex, ſive Archi-Epiſcopus,
D *ſive Epiſcopus, ſive Dux, ſive Marchio, ſive alicujus dignitatis, vel ordinis perſona ſit, præſumpſerit aliquo modo hanc ſalutiferam conſtitutionem perturbare, videlicet, qui operam dederit, ne prædictus conventus fiat, aut concordia tantæ perturbationis.*

Adjecimus etiam eidem anathemati, ut quicunque hujus iniquitatis præſumptor fuerit, non ſolùm in anima, ſed etiam in corpore, & in omnibus rebus ſuis vindictam omnipotentis DEI ſentiat, & in omni congreſſione belli nullas vires, nullúmque in vita ſua triumphum obtineat, ſed duplici contritione proſtratus ſemper vileſcat, & confundatur: ut ſic ſaltem ad pœnitentiam redire addiſcat.

Præſentium verò portitorem ad hoc vobis dirigimus, ut unà cum venerabili fratre noſtro E
** Treverenſi Archi-Epiſcopo, qui Henrico favet, & altero, qui utilis & religioſus ad hoc ſit opus, Epiſcopus ex parte Rodulphi, locum & tempus prædicti conventus ſtatuant: quatenus Legati noſtri, quos præfati ſumus, ſecuriùs, & certiùs ad vos venire, & quæ omnipotenti DEO placeant, ipſo auxiliante, vobiſcum valeant perficere. Dat. Romæ VII. Idus Mart. Indictione prima.*

* Udo Trevir. Archiep.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

* Uroni Trevirenſi Archi-Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

* Udoni, Rom. Edit.

F *QUanta nobis ſolicitudo, quantáque triſtitia ſit de perturbatione, imò de diſſidio regni veſtri, olim clariſſimi, & potentiſſimi, in communibus literis, quas hoc in anno ad vos miſimus, ſatis vobis declaratum eſſe putamus. Verùm, quia res de die in diem pernicioſiùs implicari videtur, nobis quoque cura cum nimia anxietate altiùs in mente figitur. Proinde quidquid nobis ſuper hac re ad præſens melius viſum eſt, quod noſtra Providentia, vel auctoritate intervenire potuiſſet, maturare curavimus: quod tua fraternitas literis, quibus illud ſingulariter ſcriptum eſt, pleniùs cognoſcet.*

Rogamus igitur, & admonemus prudentiam tuam, in qua multum confidimus, ut ſecundùm tenorem earundem literarum, ſine omni dilatio- G *ne, de cauſa hac te intromittas, & omnibus tam minoribus, quàm majoribus, quoad potes, quid à nobis deliberatum, & qualiter tibi injunctum ſit, notum facias, ut miſerante Deo, & adjuvantibus his, qui Dominum diligunt, tam feralis diſcordiæ furorem aut penitus compeſcere, & (quod maximè optamus) ad plenam pacem reducere poſſimus: aut, ſi illud peccatis impedientibus, minimè obvenire poterit, ſaltem nos, in tanto fratrum noſtrorum periculo, culpam negligentiæ declinemus.*

Notificato autem conſilio, & decreto noſtro, & requiſitis utrinque reſponſionibus, ut eam certitudinem, & conſenſum inveniatis, ne in mittendis legatis nobis dubitandum ſit, ordina- H *tis, & confirmatis omnibus, quæ ad proſequendum hoc negotium loco, tempore, vel cæteris convenientiis neceſſaria ſunt: volumus, ut tu, & frater ille, qui tecum hujus rei mediator eſſe debuerit, confeſtim ad nos venias: quatenus cognitis ſecuritatibus, & quæ ſpes pacis eſſe debeat, legatos noſtros tam ſine periculo, quàm ſine deſperatione fructus laboris, & fatigationis eorum vobiſcum mittere valeamus.*

Nec durum tibi ſit, frater, ſubire, quod imponimus: quoniam ex quo in Eccleſia locum ſacerdotii, & officium ſuſcepiſti, nihil DEO dignius, aut animæ tuæ ſalubrius feciſti, quàm ſi in hac re nequitiam diabolicæ fraudis elidere, & ſaluti tot millium hominum (opitulante DEO) conſulere poteris: & ſi hoc fatigationi tuæ pro

 voto

A *voto non ſucceſſerit: tibi tamen apud illum certa manet retributio, apud quem non infectum reputabitur omne bonum, quod juſta, & perſeveranti voluntate concipitur.*

Illud tamen à dilectione tua omnino nobis exhiberi volumus, ut etiam ſi illum alium, quem hujus rei mediatorem te habere ſuprà diximus, ſocium itineris habere non poſſis: tu tamen ad nos venire nullatenus prætermittas. Præcipimus etiam tibi ex auctoritate beati Petri, ut cui juſtitia favet, tu omninò faveas, & hoc idem facere Clericos, & Laicos, quos poteris, ex parte noſtra commoneas. Treua etiam vobis proviſa uſque ad quindecim dies poſt conventum ſolutionem illæſa ſervetur. Volumus autem, ut apud Regem diligenter procures, quatenus legati noſtri, qui in partibus illis ſunt, Bernardus ſcilicet Diaconus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Bernardus B *Maſſilienſis Abbas, ſi voluerint, licenter, & ſecurè ad nos redire valeant. Dat. Romæ VII. Id. Mart. Indictione prima.*

Trevga.

Numeri ſic reſtituti ex edit. Rom. Decreta. Epiſtolar. Gregorii VII. lib. 6. poſt Epiſt. ſ. 761.

Anno ab incarnatione Domini M. LXXVIII. Pontificatûs verò Domini Gregorii ſeptimi Papæ ſexto, decimo tertio Kal. Decembris, Indictione ſecunda, congregata eſt Synodus Romæ in Eccleſia S. Salvatoris, in qua juraverunt legati Henrici, & Rudolphi, quisque pro Domino ſuo, quòd nullis dolis colloquium legatorum Sedis Apoſtolicæ in Teutonico regno habendum impedient.

Anno ab incarnatione Domini M.LXXIX. menſe Februario; Indictione II. Pontificatûs verò Domini Gregorii ſeptimi Papæ VII. C legati Regis Rudolphi ſuper Henricum proclamaverunt, quòd nulli loco, nullíque perſonæ parcens religionem tranſalpinam contereret, & conculcaret, neminem debitus honor, vel reverentia tueretur, & ceu vilia mancipia non modò Sacerdotes, ſed etiam Epiſcopi, & Archi-Epiſcopi caperentur, vinculíſque manciparentur, partímque jam trucidarentur.

Capita accuſationis contra Henricum.

Decreverunt ergo quamplures Concilii, in illius tyrannidem gladium Apoſtolicum debere evaginari: ſed diſtulit Apoſtolica manſuetudo, ſimul & illud attendens, quod Petro Albanenſi, & Altmanno Battavienſi D Epiſcopis de eôdem negotio ſcribens inter cætera dicit: *Sic vos utrique parti communes, & ab omni ſuſpicionis nervo, quantum in vobis eſt, cum divinæ gratiæ adjutorio exhibete immunes, ut juſtitiæ ſemper, & nullo modo partibus faveatis, ſicut habetis formam noſtram: qui videlicet, poſtquam judicium tanti hujus negotii in manu B. Petri commiſſum eſt, nihil aliud teſtibus vobis intendimus, niſi ut per juſtitiæ ſemitam incedamus. Ad nullam partem ſinceritatem Apoſtolicæ diſcretionis inflexímus, nullis promiſſionibus, aut terroribus ceſſimus, nec aliud unquam, DEO protegente, acturos nos eſſe confidimus.*

E Porrò legati Henrici Regis, qui prædictæ querelæ ſuper eundem prolatæ præſtò fuerunt, ſecundùm hunc tenorem juraverunt: *Legati Domini mei Henrici Regis ad vos venient infra terminum Aſcenſionis Domini exceptis legitimis* (a) *ſonnis, id eſt, morte, vel gravi infirmitate, vel captione abſque dolo, qui legatos Romanæ ſedis ſecurè ducent, & reducent, & Dominus Rex obediens illis erit in omnibus ſecundùm juſtitiam, & judicium illorum: & hæc omnia ſervabit abſque dolo, niſi quantum ex veſtra juſſione remanſerit. Et hoc juramus ex præcepto Domini noſtri Regis Henrici.*

Iuramentum Legatorum Henrici.

(a) *impedimentis.*

Itidem legati Rudolphi Regis juraverunt, quod ſequitur: *Si colloquium ex præcepto veſtro conſtitutum fuerit in partibus Teutonicis, loco & tempore à vobis definito, ante præſentiam* F *veſtram, vel legatorum veſtrorum Dominus noſter Rex Rudolphus vel ipſe veniet, vel Epiſcopos, & fideles ſuos mittet, paratúsque erit judicium, quod ſancta Romana Eccleſia decreverit de cauſa regni ſubire, nullóque malo ingenio conventum, à vobis, ſive à veſtris Legatis conſtitutum impediet: Et poſtquam certum inde veſtrum nuncium videbit, de pace ſtatuenda in regno, & confirmanda ſtudebit, ut legatio veſtra pervenire ad regni pacem, & concordiam poſſit. Hæc omnia obſervabuntur, in quantum ex veſtra licentia remanſerit, vel ex impedimento legitimo, ſcilicet morte, vel gravi infirmitate, vel captione, ſine dolo.*

Iuramentum Legatorum Rudolphi.

Poſthæc rurſus exiit edictum Apoſtolicæ G benignitatis, quod idcirco ex abundanti ponimus, ut clareſcat & ſapientibus, & inſipientibus principem fuiſſe Gregorium noſtrum in illa beatitudine, de qua Dominus dicit: *Beati pacifici, quoniam filii DEI vocabuntur.*

Matth. 5.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

Omnibus Archi-Epiſcopis, & Epiſcopis in Teutonico, atque in Saxonico regno commanentibus, * cunctis etiam majoribus, atque minoribus, qui non ſunt excommunicati, & obedire voluerunt, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exſtat apud Brunonem de Bello Saxonico pag 147.

* *omnibus Principibus. Bruno.*

H QUONIAM *ex lite & diſſenſione, quæ tamdiu inter vos eſt, maximum in ſanctà Eccleſia periculum, maximum undique inter vos detrimentum fieri * cognoſcimus: idcirco viſum eſt nobis, viſum eſt & fratribus noſtris, in concilio congregatis, ſummo deſiderio æſtuare, ſummaque ope elaborare pro viribus, quatenus idonei nuncij tam religione, quàm ſcientia pollentes, è latere Apoſtolicæ Sedis ad partes veſtras mitterentur: qui religioſos Epiſcopos, Laicos etiam pacis, & juſtitiæ amatores, in partibus noſtris commorantes ad hoc opus idoneos congregarent, qui (Domini gratiâ præeunte) die & loco ab illis ſtatuto, tam ipſi, quam quos ipſis adhuc*

* *Cottidie. Bruno.*

A *adhuc jungere debemus, aut pacem componant, aut veritate præcognita, ſuper illos, qui ſunt tanti diſſidij cauſa, canonicam cenſuram exerceant.*

Verùm quoniam nonnullos diabolico inſtinctu confectos, & iniquitatis ſuæ facibus ignitos, cupiditate inductos, diſcordiam potiùs, quàm pacem fieri, & videre deſiderantes, fore non ignoramus, ſtatuimus in hac Synodo ad eandem formam, ſicut & in præterita, ut nulla unquam perſona, alicujus potentiæ, dignitatis, ſive magna, ſive parva, ſive Princeps, ſive ſubjectus, aliqua præſumptione præſumat Legatis noſtris obſiſtere; & B *poſtquam ad vos pervenerint, de componenda pace contraire, nec poſtea contra interdictum illorum alter in alterum audeat reſurgere, ſed usque ad diem ab illis ſtatutum firmam pacem omnes ſine ulla occaſione, & fraude obſervent. Quicunque autem hæc noſtra ſtatuta ulla præſumptione violare tentaverit, anathematis eum vinculo ligamus, & non ſolùm in ſpiritu, verùm etiam in corpore, & in omni proſperitate hujus vitæ Apoſtolica auctoritate innodamus, & victoriam in armis auferimus, ut ſic ſaltem confundantur, & duplici contritione conterantur.*

Exſtant hæc Tomo 3. Decretal. Edit. Rom. lib. Gregorianar. 7. poſt Epiſt. 14.

Anno ab incarnatione Domini M. LXXX. Pontificatûs verò Domini Gregorii Papæ ſeptimi anno VII. Indictione tertia celebravit ipſe Papa Synodum Romæ, ubi interfuerunt Archi-Epiſcopi, Epiſcopi diverſarum Urbium, nec non & Abbatum, ac diverſorum Ordinum Clericorum, & Laicorum innu- C merabilis multitudo. Supervenerunt autem & Legati Rudolphi Regis & Principum regni Teutonici, & hujuſmodi querimoniam protulerunt ſuper tyrannidem Henrici: *Nos ex legatione Domini noſtri Regis Rudolphi, & Principum ejus conquerimur Deo, & S. Petro, veſtræque paternitati, & cuncto huic ſanctiſſimo Concilio, quòd ille Henricus, quem vos Apoſtolica auctoritate depoſuiſtis à regno, idipſum regnum contra veſtrum interdictum Tyrannicè invaſit, omnia circumquaque ferro, præda, incendio devaſtavit: Archi-Epiſcopos, Epiſcopos de Epiſcopatibus ſuis impia crudelitate expulit, & eorum Epiſcopatus ſuis fautoribus in beneficia diſtribuit. Per cujus etiam tyrannidem pia memoriæ Werinharius Magdeburgenſis Archi-Epiſcopus occiſus eſt: Adelbertus Wormacienſis Epiſcopus adhuc ab eo contra Sedis Apoſtolicæ præceptum in captione cruciatur.* D *Multa hominum millia ejus factione ſunt occiſa; quàm plures Eccleſiæ, ablatis reliquiis, incenſæ, ac penitus deſtructæ. Innumerabilia quidem facinora ſunt, quæ idem Henricus in Principes noſtros perpetravit, eò quòd ſibi contra Sedis Apoſtolicæ decretum ùt regi, obedire noluerunt: & colloquium, quod vos pro inquirenda juſtitia, & pace componenda fieri decreviſtis, ex culpa Henrici, & fautorum ejus remanſit. Quapropter veſtram humiliter imploramus clementiam, ut nobis, imò ſanctæ DEI Eccleſiæ, decretam ſacrilego pervaſori Eccleſiarum, juſtitiam faciatis.*

Querela principum Germaniæ contra Henricum.

Scelera Henrici.

His, & talibus excitatus viri DEI ſpiritus, E ſentiens & imminere diem, quem ſibi in viſione B. DEI Genitrix ad proferendam damnationis ſententiam in eundem adverſarium Eccleſiæ deſignaverat, &, ne ultra differret, præcipiendo interminaverat, gravi cum dolore, & gemitu parturivit, & auſcultante atque aſpirante Concilio tandem in hæc verba prorupit.

Hæc oratio B. Gregorii VII. habetur 3. Tom. Decretal. Pontif. Edit. Rom. lib. 7. Epiſt. Gregor. poſt Epiſt. 14. pag. 808.

Oratio Greg. VII. ad SS. Apoſt. Petrum & Paulum.

B. Petre, princeps Apoſtolorum, & tu B. Paule, Doctor gentium, dignamini quæſo aures veſtras ad me inclinare, méque clementer exaudire; quia veritatis eſtis diſcipuli, & amatores; adjuvate, ut veritatem vobis dicam, omni remota falſitate, quam omninò deteſtamini, ut fratres mei meliùs mihi acquieſcant, & ſciant, & intelligant: quia, ex veſtra fiducia, poſt Dominum, & matrem ejus ſemper Virginem Mariam, F *pravis & iniquis reſiſto: veſtris autem fidelibus auxilium præſto. Vos autem ſcitis, quia non libenter ad ſacrum ordinem acceſſi & invitus ultra montes cum Domino Papa* (a) *Gregorio abij: ſed magis invitus cum Domino meo* (b) *Papa Leone ad veſtram ſpecialem Eccleſiam redij, in qua utcunque vobis deſervivi: deinde, valdè invitus cum magno dolore, & gemitu, & planctu in throno veſtro valdè indignus ſum collocatus. Hæc ideo dico; quia ego non vos elegi; ſed vos me elegiſtis, & graviſſimum pondus veſtræ Eccleſiæ ſuper me poſuiſtis. Et quia ſuper montem excelſum me juſſiſtis aſcendere, & clamare, & annun-* G *ciare populo DEI ſcelera eorum, & filiis Eccleſiæ peccata eorum, membra diaboli cœperunt contra me inſurgere, & uſque ad ſanguinem præſumpſerunt in me manus ſuas injicere. Aſtiterunt reges terræ, & Principes convenerunt ſeculares & Eccleſiaſtici; aulici & vulgares convenerunt in unum adversùs Dominum, & adversùs vos Chriſtos ejus, dicentes: Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum ipſorum: Et, ut me omninò morte, vel exilio confunderent, multis modis conati ſunt in me inſurgere.*

(a) Anno Chriſti M. XLVII. Eſt iſte Gregorius VI.

(b) Anno M. XLIX. Iſa. 58.

Pſal. 2.

Inter quos ſpecialiter Henricus, quem dicunt Regem, Henrici Imperatoris filius, contra veſtram calcaneum erexit Eccleſiam, facta cum multis Ultramontanis, & Italicis conſpiratione, annitens me dejiciendo eam ſibi ſubjugare. H *Cujus ſuperbiæ veſtra reſtitit auctoritas, eámque veſtra deſtruxit poteſtas: qui confuſus, & humiliatus ad me in Longobardiam veniens, abſolutionem ab excommunicatione quæſivit. Quem ego videns humiliatum, multis ab eo promiſſionibus acceptis de vitæ ſuæ emendatione, ſolam ei communionem reddidi, non tamen in regno, à quo eum in Romana Synodo depoſueram, inſtauravi, nec fidelitatem hominum, qui ſibi juraverant, vel erant juraturi, à qua omnes abſolvi in eâdem Synodo, ut ſibi ſervaretur, præcepi. Et hæc ideo detinui, ut inter eum, & Epiſcopos, vel Principes ultramontanos, qui ei cauſa juſſionis veſtræ Eccleſiæ reſtiterant, juſtitiam facerem, vel pacem componerem, ſicut ipſe Henricus juramento per duos Epiſcopos mihi promiſit,*

A *Prædicti autem Epiſcopi, & Principes Ultramontani audientes illum non ſervare, quod mihi promiſerat, quaſi deſperati ab eo, ſine meo conſilio, vobis teſtibus, elegerunt ſibi Rudolphum Ducem in Regem: qui Rex Rudolphus feſtinanter ad me, miſſo nuncio, indicavit ſe coactum regni gubernacula ſuſcepiſſe; tamen ſeſe paratum mihi omnibus modis obedire. Et ut hoc verius credatur, ſemper ex eo tempore eundem ſermonem mihi miſit: adjiciens etiam, filio ſuo obſide, & fidelis ſui Bertholdi filio, quod promittebat, firmare.*

Interea Henricus cœpit me precari, ut illum contra prædictum Rudolphum adjuvarem. Cui reſpondi, me libenter facere, audita utriuſque B *partis ratione, ut ſcirem, cui juſtitia magis faveret. Ille autem putans, ſuis viribus eum poſſe devincere, meam contempſit reſponſionem. Poſtquam autem perſenſit, ſe non poſſe, ſicut ſperavit, agere, duo Epiſcopi, Virdunenſis videlicet, &* (a) *Oſenburgenſis de conſentaneis ſuis Romam venerunt, & in Synodo ex parte Henrici me, ut ei juſtitiam facerem, rogaverunt; quod & nuncii Rudolphi fieri laudaverunt.*

(a) *Oſnaburgenſi.*

Tandem, aſpirante DEO, ſicut credo, ſtatui in eâdem Synodo, in partibus Ultramontanis fieri colloquium, ut illic aut pax ſtatueretur, aut cui plus juſtitia faveret, cognoſceretur. Ego enim, ſicut vos mihi teſtes eſtis, Patres, & Domini mei uſque hodie nullam partem diſpoſui adjuvare, niſi eam, cui plus juſtitia faveret. Et quia putabam, quòd injuſtior pars colloquium nollet fieri, ubi juſtitia ſuum locum ſervaret, C *excommunicavi, & anathemati alligavi omnes perſonas ſive Regis, ſive Ducis, aut Epiſcopi, aut alicujus hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret, ut non fieret. Prædictus autem Henricus cum ſuis fautoribus non timens periculum inobedientiæ, quod eſt ſcelus idololatriæ, colloquium impediendo, excommunicationem incurrit, & ſeipſum anathematis vinculo alligavit, magnámque multitudinem Chriſtianorum morti tradidit, & Eccleſias fecit diſſipari; & totum penè Teutonicorum regnum deſolationi dedit.*

Quapropter confidens de judicio, & miſericordia DEI, ejúſque piiſſimæ matris ſemper Virginis MARIÆ, fultus veſtra auctoritate prædictum Henricum, quem dicunt regem, D *omnéſque fautores ejus excommunicationi ſubjicio, & anathematis vinculo alligo, & iterum regnum Teutonicorum, & Italiæ, ex parte omnipotentis DEI, & veſtra, interdicens ei, omnem dignitatem, & poteſtatem regiam illi tollo, & ut nullus ei Chriſtianus, ſicut regi, obediat, interdico, omnéſque, qui ei juraverunt, vel jurabunt de regni dominatione, à juramenti promiſſione abſolvo. Ipſe autem Henricus cum ſuis fautoribus in omni congreſſione belli nullas vires, nullámque in vita ſua victoriam obtineat.*

Ut autem Rudolphus regnum Teutonicorum regat, & defendat, quem Teutonici elegerunt ſibi in regem ad veſtram fidelitatem, ex veſtra parte, dono, largior & concedo, omnibúſque ſibi fideliter adhærentibus abſolutionem omnium peccatorum, veram benedictionem in hac vita, & in futura, veſtra fretus fiducia, largior. E *Sicut enim Henricus pro ſua ſuperbia, & inobedientia, & falſitate à regni dignitate juſtè abjicitur; ita Rudolpho pro ſua humilitate, obedientia, veritate poteſtas & dignitas regni conceditur.*

Agite nunc quæſo Patres, & Principes ſanctiſſimi, ut omnis mundus intelligat, & cognoſcat: quia, ſi poteſtis in cœlo ligare, & ſolvere; poteſtis in terra imperia, regna, ducatus, principatus, marchias, comitatus, & omnium F *hominum poſſeſſiones pro meritis tollere unicuique, & concedere. Vos enim Patriarchatus, Primatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus frequenter tuliſtis pravis, & indignis, & religioſis viris dediſtis. Si enim ſpiritualia judicatis: quid de ſecularibus vos poſſe credendum eſt? Addiſcant nunc Reges, & omnes ſeculi Principes, quanti vos eſtis, quid poteſtis, & timeant parvi pendere juſſionem Eccleſiæ veſtræ, & in prædicto Henrico tam citò judicium veſtrum exercete, ut omnes ſciant, quia non fortuitò, ſed veſtra poteſtate cadet, & confundetur, utinam ad pœnitentiam, ut ſpiritus ſit ſalvus in die Domini.* Acta Romæ nonis Martii, Indictione III. *1. Cor. 5.*

G Igitur Satanæ traditus infelix Henricus, rabidóque dæmonum furore magis, ac magis ad ſummum iniquitatis conſcendit, & legitimum Papam deſtituere cupiens, auream ſtatuam Simoniacis, & Nicolaitis in Romana civitate, quam Babylonem Petrus & Joannes appellant, novus Nabuchodonoſor, erexit, Guibertum ſcilicet Ravennatem Epiſcopum, jam pridem à Gregorio noſtro propter inceſtum, & alia flagitia ſua Synodali ſententia damnatum. Proinde graviſſima perſecutione contra virum DEI commota, Salernum receſſit, ibique ſupernæ medicationis abſinthio per corporales ægritudines efficaciſſimè purgatus, divinæ conſolationis dulci reſponſo meruit exhilarari, videlicet purgationes iſtas ei in perpetuum proficere, & ſufficere, nec eum ullam caſtigationem oportere poſt obitum timere. H

1. Petri ult.

Guibertus Antipapa.

Gregorius ex Urbe Salernum abit.

Denique in ſignum ſempiternæ ſoſpitatis temporalem incolumitatem recepit: &, quod valdè glorioſum videri poteſt, circa Kalen. Januarii prænôſſe cœpit diſſolutionem corporis ſui futuram circa Kal. Junii. Quibus cùm appropinquâſſet, & ultimi doloris luctam inchoâſſet, aſtantibus ei Epiſcopis & Cardinalibus, cúmque pro laboribus ſanctæ converſationis, & doctrinæ beatificantibus, reſpondit; Ego fratres mei dilectiſſimi nullos labores meos alicujus momenti facio; in hoc uno ſolummodò confidens, quòd ſemper *dilexi juſtitiam, & odio habui iniquitatem.* Idem, cùm anxietatem ſuam

Præſcit Gregorius mortem ſuam.

Præclarum Gregorii reſponſum.

A ſuam de ſtatu ſuo poſt diſceſſum ejus deplorarent; elevatis, pius pater, in cælum oculis, & eódem porrectis, inſtar aſcenſionis, palmis, illuc, inquit, aſcendam, & obnixis precibus DEO propitio, vos committam.

Rogatur, ut ſucceſſorem nominet.

Præterea rogatus, ut in tanta fidelium perturbatione, ſibi ſucceſſorem, & Eccleſiæ contra prænominatum adulterum deſignaret ultorem, trium dedit optionem: videlicet
B Deſiderii Cardinalis, & Abbatis Cœnobii Caſſinenſis, atque reverendiſſimorum Epiſcoporum Ottonis Oſtienſis, & Hugonis Lugdunenſis. Verùm quia Otto nondum à Germaniæ, & Galliæ partibus redierat, ubi Apoſtolica legatione functus, venerabilem Gebehardum Conſtantienſis Eccleſiæ Præſulem, ſe præſente, & favente conſecraverat, & alia nonnulla ad ſtabilimentum Eccleſiæ pertinentia prudenter ordinaverat: Hugo quoque ſua luſtrans gubernacula procul aberat; interim ſuaſit eligi vicinum Deſiderium, licèt breviſſimè victurum, non tamen abſque typo victoriæ *Victorem* eſſe appellandum. Nam in diebus ejus, qui quatuor aptati ſunt menſibus, famoſam victoriam dedit Dominus Apoſtolicæ Sedis propugnatoribus de adverſariis ipſius, per quam etiam cathedram ſuam diu ab invaſoribus detentam recepit Wirzeburgenſis Epiſcopus nomine Adalbero vir ſpectabilis natu, honorabilis vultu & actu, reduces habens venerandos Coëpiſcopos prædictum Gebehardum Conſtantienſem, & Heremannum Metenſem, qui & ipſi pro fidelitate Gregorii noſtri ſedes ſuas amiſerant.

Otho Epiſcopus Oſtienſis, poſtea Pontifex Urbanus II. appellatus Anno 1088. Legatione in German. functus M. LXXXIII. Vide hoc anno Bar. N. 4. & ſeq. Lege Bertoldum Anno M. LXXXV. De hoc Victore lege Bertoldum M. LXXXVI.

C Prædixerat eidem Deſiderio Pater ſanctus, quòd non interfuturus eſſet migrationi ipſius, quamvis ob hoc infirmantem inviſiſſet, & cum eo uſque in finem perſeveraret, & ſanctas exequias cum cæteris fidelibus celebraret, multúmque eum attonitum, triſtémque reddiderat. Cúmque hæreret in admiratione, quidnam impedimenti futurum eſſet, ſubitò nunciatur ei à Nortmannis facta circumvallatio cujuſdam caſtelli ſuo monaſterio ſubjecti: & compulſus neceſſitate ſuccurrendi ſuis abeundi licentiam accepit; ſicque, licèt invitus, explendæ Prophetiæ locum dedit.

D Interea Pontifex beatus Gregorius ſuper his, quos excommunicârat, requiſitus, ſi quam diſpenſationem facere vellet, reſpondit: Præter Henricum Regem dictum, & Guibertum Apoſtolicæ Sedis invaſorem, & omnes illas principales perſonas, quæ aut conſilio, aut auxilio favent, nequitiæ vel impietati illorum, omnes abſolvo, & benedico, quicunque me hanc habere ſpecialem poteſtatem in vice Apoſtolorum Petri, & Pauli credunt indubitanter: præter hæc admonens eos de multis, & hoc dedit illis præceptum: Ex parte DEI omnipotentis, atque auctoritate beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum præcipio vobis, ut neminem habeatis Romanum Pontificem, niſi canonicè electum, & ſanctorum Patrum auctoritate electum, & ordinatum. E

Ultima Gregorii VII. verba.

Ubi verò in extremo poſitus erat, ultima verba ejus hæc fuerunt: *Dilexi juſtitiam, & odivi iniquitatem, propterea morior in exilio.* Quo contra quidam venerabilis Epiſcopus reſpondiſſe narratur: Non potes, Domine, mori in exilio, qui in vice Chriſti, & Apoſtolorum ejus divinitus accepiſti gentes hæreditatem, & poſſeſſionem terminos terræ. Itaque ſeptiformi gratia plenus ſeptimi Gregorii ſpiritus, qui mundum, & Principes ejus arguerat de peccato, & de injuſtitia, & de judicio in fortitudine cæleſtis cibi nuper accepti, cæleſtem vitam arripiens, meritóque F divini zeli, velut igneo curru, inſtar Heliæ, ſubvectus, Urbani prædeceſſoris ſui, cujus ea die feſtivitas extitit, omniúmque beatorum lætitiam in cæleſti gloria cum Chriſto gaudentium excellenter ampliavit; in terris verò peregrinantem Eccleſiam diſceſſu ſuo non parvo mœrore conſternavit. Corpus ejus ſepulturæ traditum eſt apud beatum Matthæum Evangeliſtam, de cujus ovva inventione lætabundam ſcripſerat ante paucos annos Epiſtolam.

Epiſtolar. lib. 8. Epiſt. 8.

S. Anſelmus Lucenſis, de quo vide Bertoldum Anno M. LXXXVII.

Conſequenter hic introducendus videtur præcipuus virtutum ejus ſectator & hæres, beatus videlicet Anſelmus Eccleſiæ Lucenſis Antiſtes, qui ante omnia id ſtudii ſemper habuit, ut imitaretur eum in omnibus, adeò ut diſcrepare ab illo prorſus nollet in aliquo. Deinde, quidquid in ipſo fuit, illius ſemper meritis attribuit. Gregorius G namque veluti fons erat. Anſelmus quaſi rivus fluebat, & arida irrigabat. Ille, quaſi caput, totum corpus gubernabat: iſte, ceu manus ſtudioſa, quod injunctum, ſuperabat. Ille, ſicut Sol, illuminavit omnia; iſte, velut ſplendor declaravit ſingula. Olim Helias ex mortalium cohabitatione tranſiturus dimiſit Heliſæo pallium ſuum Prophetici muneris inſtrumentum: ſimiliter & Gregorius ex hac mortali vita migraturus tranſmiſit Anſelmo Pontificalis inſigne poteſtatis, videlicet mitram capitis ſui, hoc nimirum DEO cooperante, ut, ſicut ille Prophetiæ per pallium hæreditavit prærogativam: H ita & iſte ſacerdotalem per mitram obtineret eminentiam. Nempe eò uſque proceſſit ſimilitudo, ut, ſicut Heliſæus per pallium Heliæ, virtutum ſigna demonſtraverat; ita & Anſelmus per mitram Gregorii quædam magnalia exhibuerit. Nam, ut de pluribus unum magis divulgatum proferamus, reverendus Mantuanæ Præſul Eccleſiæ Ubaldus multis jam annis graviſſimè ſpleneticus, & toto corpore ulceratus, præſertim in cruribus, ſic ut vix quomodolibet ſtare poſſet, vix etiam jacere, vel ſedere, qui & multa in medicos ero-

Miraculum.

A erogaverat; nihilque profecerat, appoſita eâdem mitra, ubi major ingruerat dolor, priſtinæ redditus eſt ſanitati.

Excerpta quædam Anſelmi Lucenſis ex comment. in Pſalmos. Pſal. 2.

Libet ejusdem Anſelmi de Pſalmorum tractatibus paucas ſententias excipere, & quàm pium affectum erga ſanctitatem Magiſtri ſui Gregorii babuerit, evidentiùs oſtendere. Sic ergo loquitur in tractatu ſecundi Pſalmi: *Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum, adversùs Dominum, & adversùs Chriſtum ejus.* Reges terræ membra videlicet ejus, qui regnat ſuper omnes filios ſuperbiæ, non ſolùm venerunt, ſed & aſtiterunt, & exercitu ſuo Romanam Eccleſiam obſederunt, & principes Sacerdotum conſpirantes convenerunt in unum, contra ſanctum Petrum, & contra Vicarium ejus Gregorium; B imò ipſum, qui dixit; qui vos tangit, me tangit; *qui vos ſpernit, me ſpernit:* crucifigunt iterum filium DEI. Conſtat etenim, quia caput noſtrum in membris ſuis patitur, in membris infirmatur, ſicut ipſe Beato Petro dixit: *Vado iterum Romam crucifigi.* Nónne tibi videntur Principes Sacerdotum in domo Pilati colligere concilium, ut Chriſtum morti tradant, cùm tot falſos teſtes contra ſummum Pontificem Henricus adornavit; cùm omnes clamant; *reus eſt mortis.* Nónne iterum Barrabas eligitur, & Chriſtus ſub Pilato morti addicitur, cùm Ravennas Guibertus eligitur, & Papa Gregorius reprobatur? Sic vivere la- C tronem petunt, qui lege damnatur, & juſtum damnant, per quem omnes ſalvantur. Nónne tibi videtur iterum Pilatus manus ſuas laviſſe, & dixiſſe; *Mundus ego ſum à ſanguine juſti hujus: nullam in eo cauſam invenio,* quando ſimulata pœnitentia Henricus adoravit ſummum Pontificem; deinde falſis Epiſcopis ſuis dixit: *Secundùm legem veſtram judicate eum.* Ampliùs: *Dirumpamus vincula eorum*, &c. Opprimamus, inquiunt, virum juſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris. Si enim dimiſerimus eum ſic, venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem. Item; ſi Papa Gregorius vixerit, mittet contra nos Prædicatores veritatis, qui diſcutientes vitam, & actus noſtros, eripient oves Chriſti de manibus noſtris, & juſti diripient ſpolia noſtra, & dimittent Eccleſiam facientibus fructum in ea.

Luc. 10. — *Matth. 27.* — *Pſal. 2.*

D

Sanctitas Anſelmi Lucenſis. Vide Apologiam noſtram pro Greg. VII. pag. 12.

Quantæ verò ſanctitatis tractator iſte fuerit, partim ex lectione ſanctorum geſtorum ejus animadvertimus, partim ex relatione religioſorum fratrum, qui ſe de longinquo ad ſepulcbrum ejus per revelationem invitatos veniſſe, & à gravibus, atque diutinis languoribus abſque mora liberatos fuiſſe, teſtati ſunt, perpendimus.

Nunc operæ precium arbitramur paucis demonſtrare, qualiter vel gratia, vel ira DEI noſtris, hoc eſt, in Germanicis partibus commendaverit decreta Gregorii noſtri contra avaritiam, & luxuriam Simonis, & Nicolai; E quatenus & juſti vigilantiores fiant ad cavendum interdictæ communionis piaculum; & operarii iniquitatis formidoloſiores effecti, ſummis pœnitentiæ conatibus enitantur ad evadendum ſuæ prævaricationis ſupplicium. Nam ad ſepulchrum ejus cælitus facta, vel quæ fieri dicunt religioſiores quique Romani, nos illis, qui viciniores ſunt, percenſenda reſervamus, quibus & perſonæ faciliùs innoteſcunt, in quibus vel facta, vel fiunt.

Ut ergo contra primam in Eccleſia Simonis peſtem primum ponamus exemplum, reverendiſſimus Hirſaugienſis cœnobii Pa- F ter (a) Wilhelmus, cujus religionem ſcripta quoque Gregorii noſtri venerabiliter acceptant, inter multos, qui ſpecialem ejus medicinam expetebant, recepit quendam presbyterum Simoniacæ pravitatis lepra maculoſum, humilitatis antidoto curandum: ſed eheu vim faciente monachorum importunitate, quorum peſſima conſuetudo eſt, de ſacris Canonibus aut parùm, aut nihil curare, non compeſcuit eum ab illicita immaculati Agni immolatione. Unde contigit, ut ipſe Salvator horrenda eum viſione deterreret, cùm fortè poſt inchoatam Miſſam catechumenorum *...,... reſideret. Oppreſſo namque ſopore apparuit, ſciſſis veſtibus, aſpectu quaſi leproſus, eique ſtupenti, & admiranti, quem reſpiceret cauſa hujuscemodi apparitionis; taliter, inquit, tu me tractâſti: qui, cùm te Simoniacum non neſcires, ad conficienda Sacramenta corporis, & ſanguinis mei nihilomi- G nus accedere præſumpſiſti. Inter hæc, (b) arguente hora ſurgendi ad lectionem Evangelii, multi fratrum innuerunt, ut excitaretur: ſed prædictus Abbas altiori conſideratione renuit, ne revelatio, ſi qua eſſet, impediretur. Animadvertit enim, non otioſum eſſe tam profundum illius temporis & loci ſoporem. Itaque ventum eſt ad Miſſam Sacramentorum, & tunc neceſſariò expergefactus, celebrandi causâ myſterii, manifeſtavit gravedinem, & impoſſibilitatem ſuam, acceptóque protinus ejusdem Miſſæ Vicario, ex tunc in reliquum penitus ceſſâvit à ſacerdotali officio.

(a) De hoc multa Trithemius in Chronico Hirſaugienſ. Lege Bertoldum M. XCI.

** Apographum hab.* improbrio. *fortè.* in podio.

(b) urgente.

H Abhinc proferenda ſunt exempla contra Nicolaitas, & eorum communicatores valentia.

VISIO HERLUCÆ VIRGINIS.

Herluca vitam vide infrà.

FElicis namque memoriæ Virgo Herluca, cui familiares erant viſiones, & revelationes Domini cum infirmitatibus Apoſtoli, fideli relatu nobis inſinuavit: quòd ipſa vice quadam, dum ſolitaria reſediſſet in cellula ſua, ſubitò viderat Dominum JEſum ad

A ad ſe introire, comitante beato Wicterpo Auguſtenſis Eccleſiæ quondam præſule, habitóque pauliſper ſilentio, ſubſiſtere, & vulnera tantùm ſua eruore manantia oſtendere. Cúmque horripilâſſet à timore viſionis inſolitæ, affatus eſt eam Epiſcopus ita dicens: abhorréſne ſoror à cruenta ſpecie Salvatoris? Ait: Etiam Domine. Vis eum, inquit, taliter ulteriùs non videre? Reſpondit: volo. Noli, inquit, ergò amodò (a) Richarii presbyteri Miſſas audire: qui debitam tanto officio caſtimoniam non vult cuſtodire. Sic enim vocabatur presbyter (b) qui illi Eccleſiæ indignus præerat, juxta quam Virgo Deo dedita manebat; ex tunc eum publica vitatione confutatum, & exemplo ſuo plebem, ut idem faceret, animavit.

(a) *Richardi.*

(b) *Eptaticum vocat Paulus locum illum, cujus Eccleſiæ Richarius præerat. Eppach Germanicè, non procul à Schonga Bavariæ civitate, ad Lycum fluvium, ùt dicitur in vita S. Wicterpi Epiſcopi. Egit tamen presbyter iſte poſtea ſeriam pænitentiam; ùt ſcribit Paulus in vita Heriuca.*

ALIA.

B ILla quoque viſio non indigna commemoratione videtur, qua dilectus Deo, & hominibus benedictæ memoriæ Adalbero Monachus, & ipſe contumelias, & terrores ab adverſariis Gregorii noſtri propter obedientiam decretorum ejus paſſus, eandem Herlucam vidiſſe referebat de quodam Nicolaita, qui carnalibus deſideriis inſerviens Eccleſiam illam contaminaverat, quæ eſt in loco, qui dicitur Rota. In illa namque confinia, hoc eſt, in confinio Noricorum & Alamannorum, quos Lycus fluvius diſterminat, non procul diſtabant, manſiones e- C juſdem venerandi ſenis, & beatæ Virginis, multúmque ſe invicem in Chriſto diligebant, quia excellentem DEI gratiam in ſe mutuò recognoſcebant. Ita ergo dilectus de dilecta narrabat.

Beata Herluca inter ſocias Virgines, & viduas quadam die, ex more ſedebat, & operi manuum juxta conſuetudinem ſuam diligenter incumbebat, cùm ecce ſubitò per feneſtram proſpiciens miſerabiliter lamentari cœpit, & vociferari, dicens: Væ, væ homini illi erat, ſi natus non fuiſſet. Cúmque nimis attonita quædam illuſtris femina nomine Hadevviga interrogâſſet eam, quidnam vidiſſet, unde tantum commota fuiſſet? mortuus eſt, inquit, infelix presbyter ille de Rota, & anima ejus ab angelis Sathanæ ſublata portatur ad inferna. Vidi enim D eos prætereuntes cum inſultatione, & animam comitantem cum ejulatione. Illa optante hoc verum non eſſe, mittatur, inquit, qui veritatem inquirat. Miſſus nuncius familiam lugentem invenit, & eadem hora comperit mortuum, qua beata Virgo ſpiritum ejus viderat à malignis ſpiritibus aſportatum.

Etiam hæc viſio narratur in vita Herlucæ Virginis.

Interea ſuper ipſas quoque uxores, ſeu concubinas Nicolaitarum terribiliter deſævit divina ultio. Nam quædam illarum in reprobum ſenſum traditæ, ſemetipſas incendio tradiderunt. Aliquæ dum ſanæ cubitum iſſent, mortuæ repertæ ſunt in matutino abſque ullo præeuntis infirmitatis indicio. E Aliquarum etiam corpora poſt evulſas animas maligni ſpiritus rapientes, & in ſua latibula reponentes, humana ſepultura privaverunt.

Pœna in Sacerdotum concubinas.

Porrò inceſtuoſis miſſarum celebratoribus ita ſe manifeſtavit aliquoties ira DEI; quòd, dum jam, jámque communicare vellent, turbo vehemens irruit, calicémque ſubvertens, ſanguinem (c) perfudit; panem verò ſanctum humanæ inventioni mirabiliter abripuit. Qualis verò presbyter ille fuerit, qui ſæpe dicti, ſempérque dicendi Gregorii noſtri caſulam ſibi in pignore poſitam, tempore II. Gelaſii Papæ ad miſſam ſemel inducere F præſumpſit, non ſatis inveſtigavimus: ſed hoc pro certo, Romanorum relatu, didicimus, quòd illicò ſcabioſus effectus vix per dignos pœnitentiæ fructus evaſit.

(c) *effudit.*

Quidam Sacerdos temeritatem luit.

Quanta verò gratia DEI ſubſecuta ſit obedientes Gregorianæ inſtitutioni, oſtendit religio quadrata per Apoſtolicam Gregorii noſtri benedictionem venerabiliter in his regionibus inchoata, & feliciter multiplicata, videlicet attonſorum Chriſti ſervorum, eſſque fideliter ſervientium fratrum *barbatorum*; Virginum ſingulari devotione jugiter incluſarum; itémque Virginum regulari moderatione introitus, & exitus ſuos cuſtodientium.

G *De Wilhelmo Hirſaugienſi Abbate hæc Tritbemius in Chronico Hirſaug.* Centum & quinquaginta Monachos, ſub ſua diſciplina quotidie Dominum laudantes habuit, quibus neceſſaria vitæ corporalis, & ſpiritualis, juxta regulam Patris noſtri ſanctiſſimi Benedicti frugaliter procuravit. Supra hunc monachorum numerum habebat & alios Fratres Barbatos complures, quos uſitato nos vocabulo *Converſos* appellamus; qui laboribus manuum inſiſtentes, temporalium curam ſecundùm mandata ſeniorum agerent, & monachis contemplationi, & orationi ſemper deditis, corporum neceſſaria providerent. Ferunt denique hunc reverendiſſimum patrem Wilhelmum *Converſorum* hujuſcemodi uſum in Germaniæ Cœnobiis primùm vel inſtituiſſe, vel potiùs abolitum renovâſſe, quem ſolùm in primæva monachorum converſatione olim novimus celebrem.

Hos Converſos in Satyra quadam ſchiſmaticus poëtaſter ad Henricum V. Germaniæ Regem petulanter invexit. Exſtat in Chronico Lauriſheimenſi Tom. 1. Illuſt. ſcriptorum Germaniæ. Inter cætera ſic conviciatur. Nunc quoque barbati, qui ſint, attentiùs audi. Sunt ergo laici Mili- H enſibus (*Hirſaugienſibus*) aſſociati, quos riſus populi dedit hoc agnomine tungi, ſunt quia prolixis barbis ad pectora pexis deformes *&c.* Auſtera facie ſunt & tonſi caput altè, cautiùs ancifis certóque tenore capillis, *&c.*

Videtur idem Wilhelmus reformâſſe etiam tonſuram & habitum Monachorum. Hinc Attonſi, de quibus hic noſter Paulus. Ipſe namque eſt, *inquit Tritbemius*, qui ordinem noſtrum in omnibus penè Theutonici Regni Provinciis miſerè collapſum reformare ſtuduit, & in multis etiam Cœnobiis reformavit. *Hinc Satyricus, de quo paulò antè.* Hi per tonſuras grandes, grandéſque cucullos, *&c.* Per caput abraſi terratenus & manicati, *&c.*

Bertoldus in Chronico Anno M.LXXXIII. Eodem tempore in Regno Teutonicorum tria monaſteria cum ſuis cellulis, regularibus diſciplinis inſtituta, egregiè pollebant: quippe Cœnobium S. Blaſii in nigra ſylva, & S. Aurelii, quod Hirſaugia dicitur, & S. Salvatoris, quod Schafhuſin dicitur, id eſt, navium domus. Ad quæ monaſteria mirabilis multitudo nobilium, & prudentium virorum hac tempeſtate in brevi confugit, & depoſitis armis, evangelicam perfectionem ſub regulari diſciplina exequi propoſuit; tanto inquam numero, ut ipſa mona-

A ſteriorum ædificia neceſſariò ampliârint: eò quòd non aliter in eis locum commanendi haberent. In his itaque monaſteriis nec ipſa exteriora officia per ſeculares, ſed per religioſos fratres adminiſtrantur, & quantò nobiliores erant in ſæculo, tantò ſe contemptibilioribus officiis occupari deſiderant, ut, qui quondam erant Comites, & Marchiones in ſæculo; nunc in coquina, & piſtrino fratribus ſervire, & porcos eorum in campo paſcere, pro ſummis computent deliciis. Ibi nempe & porcarii, & bubulci præter habitum iidem ſunt, qui monachi. Tanto autem charitatis ardore omnes fervent, ut quilibet eorum, non tam ſuum, quam alienum deſideret profectum; & in exhibenda hoſpitalitate inſudant tam mirobiliter, ac ſi ſe perdidiſſe æſtiment, quidquid pauperibus Chriſti, & hoſpitibus non erogaverint.

De Udalrico Priore Cluniacenſi, vide vitam B. Herlucæ cap. 42.

Sanè quadraturæ hujus ſive quadrigæ
B quatuor præcipui rectores fuère, videlicet Canonicæ vitæ renovator eximius, (a) Altmannus Epiſcopus de Patavia, & beatæ recordationis Odalricus Prior de Cluniaco, venerandi Patres Wilbelmus de Hirſaugia, & Sigefridus de Sancti Salvatoris Cella.

(a) De Altmanno lege Hundium in Metropoli. De eodem Bertoldus in Chron. Anno M. XCI. Altmannus ſanctæ recordationis Pataviensis Epiſcopus in cauſa S. Petri & in Eccleſiaſtica religione ſtudioſiſſimus poſt multa pericula, tribulationes & exilia, quæ pro Chriſto ſuſtinuit, in ſenectute bona migravit ad dominum VI Idus Auguſti (*M. XCI.*) Hic fuit tantæ ſanctitatis, continentiæ, & religionis, ut reverendiſſimo Papæ Gregorio, ſanctóque Lucenſi Epiſcopo, imò omnibus Religioſis reverendus eſſet, & amabilis, ſchiſmaticis verò & ſceleratis odioſus & formidabilis.

Verùm, quia Cluniaci mentionem modò repetivimus, ad commotionem cœnobiis præſidentium, libet ad memoriam revocare duas viſiones inibi Gregorio noſtro factas, ut qui verbo & exemplo ejus hactenus profecerunt, amodò nihilominus & harum viſionum contemplatione proficiant.
C Igitur cùm adhuc Legatus Apoſtolicus quadam vice Cluniacum veniſſet, & (b) Abbati fratrum Capitulo præſidenti aſſediſſet, ſublevatus ſpiritu videre cœpit medium JESUM, modò ſe placidè acclinantem eidem Abbati rectè judicanti; modò indignanter avertentem, cùm fortè minùs invigilaret rectitudini: qui, poſtquam finito Capitulo eidem Patri ſecretò referebat, non parùm cautionis in reliquum ſuggerebat.

(b) Hugoni. Idem habetur in vita S. Hugonis Abbatis.

Item, cùm divina revelatione præmonitus ex Apoſtolica auctoritate præcepiſſet, ut omnes, qui ibidem vel homicidæ, vel adulteri, vel quolibet modo criminoſi extitiſſent, ab altaris officio ſecundùm ſcita Canonum, ceſſare deberent: & iidem pro-
D tinus pavida confeſſione declarati fuiſſent, narrabat prædictus Abbas, ſe in ſomnis coſdem velut ab Angelo decollatos vidiſſe.

In calce libri commemorare delectat plenæ dilectionis bigam martyrii cruore perfuſam: Burchardum videlicet Halberſtatenſem, & Theodomarum Juvavenſem Epiſcopos Gregoriani dogmatis aſſertores efficaciſſimos. Horum namque Burchardus Annoni Colonienſi, & Werenbario Magdeburgenſi reverendiſſimis Archi-Epiſcopis ſanguine, & religione proximus, poſtquam graviſſimum Henricianæ perſecutionis pondus laudabili conſtantia diu ſuſtentaverat, tandem appropinquante ſupernæ retributio-

Viſio Burchardo Halberſtadenſi Epiſcopo oblata.

E nis die videt ſibi in viſu noctis beatum Blaſium martyrem, ac Pontificem aſſiſtere, & beatæ Paſſionis ſocialem gloriam repromittere. Itaque furioſæ ſchiſmaticorum plebis horribili circumdatione apud Goslariam coarctatus, & lethaliter vulneratus, quamdiu ſupervixit cum admirabili alacritate præſentes admonuit, ut ſibi & ab hæreticorum contagio caverent, & in obedientia Catholici Pontificis permanerent. Denique inter verba ſanctæ exhortationis, & orationis ſpiritum emittens, ſepultus eſt in Memoria Apoſtolorum Petri, & Pauli, quam ipſe à fundamento conſtruxit & dedicaverat.

Bertoldus in Chron. An. M.LXXXVIII. In Saxonia, piæ memoriæ Burchardus Halberſtatēſis Epiſcopus in cauſa S. Petri firmiſſimus, heu occiditur. Sed nihil differt an febris, an gladius nos mittat ad Dominum. Migravit autem ad Dominum VIII. Idus Aprilis.

Porrò Theodomarus naturæ præſtantia, & totius humilitatis, & honeſtatis artificio
F præclarus, crebra fugiendi neceſſitate à Guibertinis, & Henricianis tribulatus, & longa demum captione maceratus, poſtquam ſe videt in ſuis terminis non poſſe fructificare, ſtatuit Hieroſolymam tranſmeare; atque inter eundum à paganis interceptus, & pro inexpugnabili confeſſione nominis Chriſti membratim interciſus, ſupernam Hieruſalem Victor glorioſus intravit. Hic ordinaverat noſtræ humilitatis ordinatorem, reverendiſſimum ſcilicet Udalricum Lauriacenſem, ſive (c) Patavienſem Epiſcopum; atque Apoſtolicæ Sedis Legatum, qui ante hoc ſeptennium, poſt multos agones, pro aſſertione Gregoriani dogmatis, cujus ad normam & electus, & promotus fuerat, legitimè decertaturus obdormivit in Domino, anno ætatis ſuæ centeſimo quinto, neminem, proh dolor, ſui ſimilem relinquens inter omnes Germaniarum Præſules. Nullum etenim videmus ita compoſitum mo-
G ribus, honorabilem vultu, modeſtum habitu, auctoritate reverendum, ſemper habentem, in gratia ſale conditum, (d) & opportunis undique reſponſis expeditum, & alias poſſidentem prærogativas, quas maluimus diſſimulare, quàm inanem invidiam, exæquare non valentium, concitare. Hoc tamen cum pace cunctorum putamus dicendum, quòd nihil illius ſeveritate jucundius, nihil erat jucunditate ſeverius, & quòd miræ abſtinentiæ eum tanta alacritate moderabatur virtutem, ut nullam penitus redole-
H ret oſtentationem.

Exſtant Acta & Martyrium Tblemonis ſeu Theodomari Tom. 4. Antiq. Lect. D. Henrici Caniſii.

(c) Succeſſit ipſe Udalricus Altmanno, de quo ſuprà. Vide Hundium in Metropoli, qui ſcribit, Udalricum obiiſſe anno M. C XXIV.

(d) Videtur deeſſe vox; ſermonem.

Cujus ſpecialis alumna, Virgo DEO devota, vidit cœleſtes viſiones, & accepit donationes ad commendationem GREGORIANÆ obedientiæ non ineptas, ideóque ſilentio minimè prætereundas. Dilexerat enim quendam presbyterum, eò quòd caſtè vixiſſet, & à tam legitimo Pontifice, videlicet Odalrico, ſacros ordines accepiſſet, ejúſque in divinis officiis, etiam ipſo tenore vocis, delectabilem ſuæ charitatis ſimilitudinem attigiſſet. Unde contigit, ut quadam vice videretur ei ſacra myſteria celebra-

Loqui videtur de B. Herluca Virgine.

re,

A re, (a) dextera divinæ majeſtatis deſuper apparente, & canonicè ſigna cum ipſo faciente.

(a) Simile quid refertur de S. Udalrico Epiſcopo Auguſt. in vita ejus cap. 2.

Verùm poſt exceſſum divini Præſulis, cùm, peccatis exigentibus, poſuiſſet DEUS tenebras inſipientiæ, & facta eſſet nox inſolentiæ, *in ipſam pertranſierunt omnes beſtiæ ſilvæ ùt catuli leonum rugientes ut raperent, & quærerent à DEO eſcam ſibi*, videlicet ſpiritus maligni: &, quod miſerabile dictu eſt, ſacerdotem iſtum eatenus integrum, morſu luxuriæ corruperunt: quod præfatæ Virgini ſic aſſignatum eſt. Viſus eſt ei denuò ſacris myſteriis inſiſtere, dextera quidem Domini nihilominus apparente, ſed veluti languida dependente, ac nihil penitus conficiente. Et hæc quidem divinitus oſtenſa ſunt Virgini.

B Cæterum aliquoties, cùm incontinentium Sacerdotum officia, juxta Gregorianam prohibitionem, corporaliter declinaret, ac per fidem, & orationem illis intenderet, quibus corporalem præſentiam exhibere non potuit, mira Salvatoris largitate ejusdem ſuavitatis guſtum ſentire cœpit in ore, quem interdum realiter communicando Catholicis ſe gratulabatur ſenſiſſe ex manifeſta Sacramentorum perceptione.

Diligebat autem hanc Virginem præ cæteris Virginibus beatæ recordationis Antiſtes Odalricus non magis propter ſuam indolem bonam, quàm propter honorabilem ſanctæ matris viduitatem, & materterarum ejus, quæ omnes illam maximè erudiebant, laudabilem Virginitatem. De matre, cui nomen Heliſea, breviter adjiciendum, quòd in fervente obedientia Gregorii noſtri multis virtutibus, & Prophetiæ ſpiritu præpollens, cùm ad momentum tranſitus ſui de hoc mundo, benignis ſpiritibus ſe inviſentibus, opportunam ſolitudinem procurâſſet; & in eorum glorioſo præſidio ad Chriſtum migrâſſet, è veſtigio revertentes, quæ diſceſſerant ſorores, invenerunt eam ad ſimilitudinem Pauli primi eremitæ manibus ad Dominum expanſis, inſtar ſupplicantis; quò nimirum pius conditor in defuncta oſtenderet, quàm devotè ſibi, dum viveret, ſupplicâſſet. C

Mater Udalrici Epiſc.

Hæc nobis ſcribentibus fortè ſuperlata eſt narratio duorum miraculorum Salerni cælitus patratorum, unum mox ut eôdem beatus Gregorius receſſiſſet. Nam cùm primitus illic prædicare cœpiſſet, aſtans D quidam ruſticus maligna cœpit intra ſe taliter dicere: En auctor præliorum, & ſeditionum; poſtquam totum commovit orbem, hanc inquietare venit Urbem. His ita cogitatis dum etiam proloqui voluit, mutum ſe factum doluit. Cùm verò neceſſitate compulſus acceſſit ad hominem DEI, provolutúſque pedibus ipſius, quibus ſignis potuit, peccâſſe ſe, & pœnitere innotuit, quò miſerente, & benedicente, recepit loquelam, omnipotenti DEO, famulóque ejus gratias relaturus.

Calumniator Gregorii fit mutus.

Recipit loquelam precibus Pontificis.

Poſtquam verò defunctus, & ſepultus eſt, nocturno ſilentio ſubintroierunt fures, aperire ſepulcrum volentes propter induvias Pontificales. Verùm tantæ vehementiæ ventus obvius eis fuit, ut cunctæ lampades, quæ in crypta beati Matthæi ardebant, extinguerentur, & ipſi cadentes in amentiam tam diu jacerent, quousque Cleri, populique ſpectaculum fierent.

Aliud miraculum in ſepulchri perfoſſoribus & violatoribus.

F I N I S.

VITA
B. HERLUCÆ
VIRGINIS.

A

PAULO BERNRIEDENSI

CONSCRIPTA:

ET

Nunc primùm integra in lucem edita

EX

M. S. EXEMPLARI CELEBRIS

MONASTERII SS. UDALRICI ET AFRÆ

AUGUSTÆ VINDELICORUM.

LECT-

LECTORI.

HIſtoriæ de rebus geſtis Gregorii VII. viſum eſt adjungere hunc de Herluca Virgine commentariolum. I. Quia & illius & hujus idem Auctor eſt, nempe Paulus Bernriedenſis: Et quia ſcriptione illa ſua tam bene de Gregorio VII. meritus eſt; meretur utique, ut & hæc ejus lucubratiuncula diutiùs in tenebris non deliteſcat, quæ & priori aliquid lucis accendit, cùm alias ob cauſas; tum quia diſſertius aperit, quis qualiſque Paulus Bernriedenſis fuerit; quanta à ſchismaticis tulerit; quando vixerit; Et quomodo Ratisbonâ cedere debuerit propter Henrici V. perſecutionem. Quid, quòd nonnulla quoque complectitur, quæ Boicæ Hiſtoriæ illuſtrandæ non parùm conducant? Sepulta eſt Herluca in Monaſterio Bernriedenſi ad lacum Wormbſee, ùt teſtatur Hundius de Monaſteriis Bavariæ ex libro 5. Annalium Aventini.

Partem hujus vitæ, potiſſimùm, quæ ad S. Wickterpum pertinent; evulgavit jam in Commentario de S. Wicterpo, Epiſcopo Auguſtano, Reverendus & Eccleſiaſticæ antiquitatis perquam ſtudioſus Pater *Carolus Stengelius* Ord. D. Benedicti ad SS. Udalricum & Afram Auguſtæ Vindelicorum: cujus beneficio, (ùt & admodum Reverendi Patris ac Domini *Gregorii* in eodem Monaſterio Prioris digniſſimi) integrum hujus vitæ exemplar adeptus ſum; ſi tamen ipſa Hiſtoria integra eſt; nam cùm nihil de exceſſu Herlucæ dicat; alterutrum ſuſpicari ſubit; aut Paulum cœptæ Relationi alia de cauſa extremam manum non addidiſſe, & vel certò conſilio vel neceſſitate compulſum in hac ſcriptione progredi noluiſſe; aut certè progreſſum, ſed nobis ob imperfectum exemplar id non conſtare. Nam quòd quis cogitet, Paulum ante Herlucam fato functum, id nihil eſt; nam in Prooemio expreſſè dicit; ſe vitam Herlucæ literis mandâſſe tertio poſt ejus obitum anno.

Porrò de Heptatico, ſeu Eptatico ita Theodorus in Vita S. Magni cap. 26. *Venerunt quippe ambo ad locum, qui dicitur Eptaticus; repererúntque ibi ſuprà dictum Epiſcopum* (Wicterpum) *in oraculo ſuo ſedentem & orantem*, &c. nam S. Wicterpus *Eptatici* ſeceſſu mirum in modum recreabatur. Ibid. *Adhæc iterum dixit Epiſcopus. Bene vocatur iſte locus Eptaticus, quia in medio conſtat inter Monaſterium S. Afræ, & cellam tuam.* Erat ergo *Eptaticus* locus medius inter *Fauces*, (Hodie Füſſen oppidum) & inter Auguſtam, ſeu Monaſterium S. Afræ, quod eſt Auguſtæ: de quo proximis diebus hæc ad me ſcripſit ſuprà nominatus Carolus Stengelius. *Diu inveſtigavi, num adhuc locus ille, Eptaticus, in vita S. Magni, & B. Herlucæ vocatus, extaret, pagum ipſum nunc Eppach dici inveni. De Eccleſia non ita conſtabat. Inquiſierunt eundem locum (cùm in vita S. Wicterpi legiſſent) eximii quidam viri, illac fortè tranſeuntes, ſed nihil hujus tituli ſe inveniſſe teſtati ſunt. Incidi tandem in hominem ruſtica-*

num, quem diligentiùs examinans, num quid Eccleſiarum ſub titulo Beatæ MARIÆ Virginis, & S. Laurentii extaret? Reſpondit: In pago Eppach nullam quidem Eccleſiam hujus tituli extare, cùm duas tamen habeant; itinere verò unius horæ non longè à Lyco flumine, loco omninò ſolitario & inculto, ſupereſſe parvum omninò ſacellum hujus tituli. Quo reſponſo omninò in eam deveni ſententiam, ut mihi perſuaderi paterer, hanc ipſam eſſe Eccleſiam, qua delectatum B. Wicterpum legimus; ubi & poſtea Herluca vitam egerit. Hæc ille.

INCIPIT PRÆFATIO
PAULI PRESBYTERI
IN VITAM HERLUCÆ
VIRGINIS.

> * Beruriedenſis.

PUſillo gregi * Beronicenſis Cœnobii Paulus Frater, indignus vocari presbyter, bonorum collectione magnificari, & eorum virtutibus glorificari.

> *Quoto anno poſt mortem B. Herlucæ hæc Hiſtoria conſcripta fuerit.*

Plus quàm viginti anni ſunt, dilectiſſimi, quòd animus meus voto ſcribendi obligatus, explorare cœpit, & inveſtigare quædam ſigna ſanctitatis de converſatione beatæ Herlucæ *Virginis, quæ hactenus conſervata, & collata in corde meo, nunc demum tertio depoſitionis ejus anno, in notitiam poſteritatis ejus proferre volo: primùm quidem ad commendationem divinæ gratiæ: Secundò, ad conſolationem charitatis veſtræ. Cupimus enim animam* Herlucæ *non in ſe ipſa, ſed in* Domino *laudare, & manſuetos, de quibus eſtis & vos, hæc audituros lætificare.*

> * cognoviſſe.

> *Videtur eſſe Gualterius, de quo multa Rubeus lib. 5. Hiſt. Ravenat.* maxima vir religione & innocentia, *inquit Rubeus.*

*Teſtor autem DEUM omnis gratiæ, nunquam me tanta ipſius dona in aliqua fœminarum * innotuiſſe. Proinde frequentatum eſt hoc verbum inter me, & Gebehardum alumnum meum, nunquam nos ſuaviùs guſtâſſe DEUM ex ore viri, quàm ex ore * WALTHARII Ravennatis Archiepiſcopi, nunquam ex ore fœminæ, quàm ex ore* Herlucæ. *Verè de Pontifice, quamvis ſancto, & miraculis decorato, humanis tamen ſtudiis nihilominus exercitato, non adeò mirandum: mirandum in fœmina, prorſus literaturam non cognoſcente, multò evidentius fuit miraculum inſpirationis divinæ. Sed jam propoſitum iter aggredior.*

INCI-

INCIPIUNT CAPITULA
DE VITA BEATÆ HERLUCÆ VIRGINIS.

Cap. I. *De ſtirpe, & tempore nativitatis B. Herlucæ Virginis.*

II. *De Adoleſcentia ejus tertiò divinitus percuſſa, & ad propoſitum ſanctitatis converſa.*

III. *De reſtitutione unius admirabilis oculi per ſuffragium Martyris ſancti Cyriaci.*

IV. *De ſolicitudine ejus circa pauperculos infantes exhibita.*

V. *De vigiliis ejus cum Adelhaide Comitiſſa, ubi terrores diabolicos ambæ viriliter ſuperaverunt.*

VI. *De ſimili eventu apud Beronicam, ubi in rivulum molarem à diabolo detruſa eſt.*

VII. *De improperio diaboli pro * reparatione unius denarii.* (* repoſitione)

VIII. *De improperio S. Felicitatis pro quodam mendacio, licèt pio.*

IX. *De miraculo cujuſdam Virginis mentiri nolentis.*

X. *De differenti viſione Herlucæ inter ſuprà dictam Adelhaidam, & ſorores ejus ſanctimoniales.*

XI. *De Wilhelmo, & Theokario venerandis Abbatibus.*

XII. *De adventu Herlucæ in Heptaticum, & patrociniis B. Laurentii, & B. Wicterpi.*

XIII. *De conſilio prædicti Wilhelmi, & mora Herlucæ apud Heptaticum.*

XIV. *De ſocietate Doudæ, & conſilio Sigebodi Ratinbuchenſis Eremitæ.*

XV. *De perpetuitate caſtimoniæ ejuſdem Doudæ.*

XVI. *De charitate ipſius ergà Herlucam.*

XVII. *De Prophetia prioris obitus ſui, quàm Herlucæ.*

XVIII. *De obitu fratris Adalberti, ſecundùm præſagium Doudæ, & quod ſolam filiam piè fefellerit.*

XIX. *Quòd huic falſitati, licèt piæ, ſpiritus Propheticus contradixerit Herluca.*

XX. *De patientia Doudæ, & jocunda invectione in Herlucam.*

XXI. *De falſis criminationibus Doudæ ad coronam ſuſtinentiæ ipſius commemorandam.*

XXII. *De apparitione Domini noſtri JEſu Chriſti, & allocutione B. Wicterpi.*

XXIII. *De melioratione Richardi presbyteri.*

XXIV. *De miſerabili obitu Adelhardi presbyteri.*

XXV. *De igne excommunicationis.*

XXVI. *De cæleſti jocunditate.*

XXVII. *De gratia convertendi, & lucrandi DEO animas.*

XXVIII. *Qualiter Judita filia Rudberti converſa ſit ad propoſitum conſervandæ Virginitatis.*

XXIX. *De ſancta Douda vidua ovinam tunicam huic Virgini promittente.*

XXX. *De conſecratione, & ægrotatione ejuſdem Juditæ, & alterius virginis.*

XXXI. *De obitu Juditæ, & glorioſis apparitionibus.*

XXXII. *De Agna filia Othonis Comitis.*

XXXIII. *De viſione, quam ſimul viderunt in Epiphania, Herluca & Douda.*

XXXIV. *De Prophetia & obitu Doudæ.*

XXXV. *De collectore, & conſcriptore beneficiorum B. Laurentii Martyris.*

XXXVI. *De familiaritate S. Laurentii ad ſanctam Herlucam, & de reliquiis ſanctorum Buridunum translatis.*

XXXVII. *De Berga, ubi Herluca vidit maximam multitudinem ſanctorum in celebrationibus ſanctorum.*

XXXVIII. *De Arnoldo & Paulo, & quid uterque retulerit.*

XXXIX. *De perluſtratione templorum Romæ, B. Laurentio ductore.*

XL. *De præſcientia adventuum Pauli.*

XLI. *De viſionibus, & allocutionibus non ſolùm B. Laurentii, & Wicterpi, ſed etiam DEI Genitricis Mariæ.*

XLII. *De cauſa majoris dilectionis in Paulum, quàm in alios mortales.*

XLIII. *De comitatu Gebehardi ad Herlucam, & reſponſo B. Laurentii contra ſeparationem.*

XLIV. *De conventione Pauli, & Gebehardi, ac Herlucæ in * Beronica, & expreſſione prædicti reſponſi.* (* Berurial.)

XLV. *Item de reſponſione B. Laurentii.*

XLVI. *De imaginatione S. Wicterpi.*

XLVII. *De ordinatione S. Magni per S. Wicterpum.*

XLVIII. *De inquiſitione corporis B. Wicterpi.*

XLIX. *De inventione corporis ejuſdem, & miraculo gravitatis.*

L. *De illatione corporis in Oratorium & & poſitione ſubtus altare.*

LI. *Quare ſanctorum numero ſociatus nondum ſit dignè glorificatus.*

LII. *De ſacrilegio, cæcitate, & illuminatione Hartmanni presbyteri.*

LIII. *Quòd B. Wicterpus Herlucam corripuerit, eique pœnitentiam impoſuerit.*

LIV. *De conſimili B. Altonis in ſanctimonialem ſuam (correptione.)*

LV. *Qualiter intelligenda ſit reſponſio B. Gregorii Papæ ad Auguſtinum.*

INCI-

INCIPIT VITA
B. HERLUCÆ
VIRGINIS.

I.

A *Natalis Herlucæ.*

(a) fortè, præſignationem.

IGitur beatiſſima Virgo Herluca ex Alamannorum, ſeu Suevorum ſtirpe progenita, diem natalem habuit in feria ſexta circa Narivitatem S. Ioannis Baptiſtæ; quod in (a) præſignatione futuræ illius parſimoniæ ſagaces alluſores dixerunt accidiſſe, nimirum propter tempus abſtinentiæ.

Infirmitas Herlucæ.

II. Verùm pubertatis annos adorſa, libenter volebat ingredi vias ſæculi, ſed DEO grarias, retenta eſt in manu forti. Gravi namque, & longa corporis ægrotatione confracta, inter patiendum quidem vanam eſſe judicavit adoleſcentiam & voluptatem:
B ſed tandem convaleſcens iterum cœpit conformari dilectoribus hujus mundi. Rurſum duriùs proſtrata, tardiùs quidem, ſed tamen in ſpem vanitatis reſurrexit. Tertia vice amborum luminum (b) percuſſa, digitóque DEI tacta, perfectè mutavit mentem pariter, & veſtem.

(b) f. cæcitate ſtatuit ſæculo valedicere.

Ex uſum anathematum ad Memorias Martyrum.

III. Poſthæc in viſione commonita, ut pro reſtitutione unius oculi orbem cereum dirigeret ad memoriam precioſi Martyris Cyriaci, obſecundavit, & acutiſſimam aciem usque in finem perſeverantem impetravit, in hoc valdè mirabilem, quòd neque plurimis lacrymis, neque ſubtiliſſimis Operum ſtudiis cederet.

C IV. Ex tunc habere cœpit ſolicitudinem infantium, ut matres & nutrices, in lavandis eorum capitibus, & conſuendis eorum veſtibus, aliiſque neceſſariis exhibendis.

V. Adelhaidis uxor Manegoldi Comitis Palatini, de caſtello, quod Moropolis dicitur, mulier valdè religioſa, utpote ſectatrix ſororum ſuarum electarum CHRISTO Virginum, quarum una Wielica, altera vocabatur Hiltiburgis, quarum etiam mira poſt obitum gloria Beatæ Herlucæ divinitus oſtenſa eſt. Hæc, inquam, eandem Herlucam ſibi aſſumpſit in auditorium pernoctandi in oratione DEI. Quadam ergo nocte malignus ſpiritus volens eis pavorem immittere, & ſacris vigiliis illudere, terrâ, ſicut enim decebat, indutus ſpecie, extinxit lumen, quod unicum erat in Oratorio: D
quod cùm Herluca reaccendiſſet, iterum exſufflavit. Illis verò vehementiùs orationi incumbentibus, ſuperari ſe dolens inimicus, tanto cum fragore diſcedens permovit caſtellum, quo funditus everſum iri timeretur: & ſæculares quidam repentino ſonitu expergeſacti, & nimis attoniti, diverſas opiniones tam in ipſa nocte, quàm in ſequenti die ſuper inſolita quaſſatione conferebant. Porrò Sanctæ vigiles ſe quidquam inde ſeire diſſimulabant: tametſi Herluca ſignum periculoſi tumoris acceperat in facie ex maligni ſpiritus afflatione.

VI. Similiter ei ante paucos annos etiam Beronicæ contigit: quando more ſuo Canonicas vigilias præoccupans, Ecclesiam ſingularis expetiit, in rivulum quoque molarem vel tunc, vel alia vice ab eodem maledicto detruſa. E

VII. Quodam etiam tempore exprobravit ei idem adverſarius, quòd gazophylacium ſuum feciſſet in foramine muri: ubi certè non niſi unum denarium repoſuerat, quem in charitate à quadam matrona acceperat.

VIII. Acceptabilius improperium fecit ei S. Felicitas, mater ſeptem filiorum, ſuper quodam mendacio, licèt pio: quo videlicet protexerat ancillam quandam ab ira dominæ ſuæ. *Malè*, inquit, *feciſti*, *polluendo labra tua qualicunque mendacio. Non enim ſufficit Virgini ſola abſtinentia viri: niſi quantum ſapere poteſt, abſtinens eſſe velit omnis mendacii. Nam, ubi veritas corrumpitur, corporalis integritas non magni penditur.* F

IX. Opportunum hîc videtur introducere narratiunculam ipſius *Herlucæ*, de quadam Virgine penitus menriri nolente. Hujus itaque fratri aſſultum quadam die facientes inimici, fugere eum compulerunt in ædem, quæ fortè poſita erat juxta ſororem. Porrò illi opinionc ducti magis, quàm viſione,

A ſione, venerunt ad eandem ſororem, eámque interrogaverunt, ſi præcurrens homo illuc intráſſet. At illa nec pro fraterno periculo mentiri volens, intravit, inquit: ipſi verò exultantes in ſpe peſſima, intraverunt ad perdendum eum. Sed CHRISTO, qui Veritas eſt, propitiante, & ſui dilectionem in germani tutela honorante, cùm omnia præter ipſum cernerent, ipſum non ſolùm lædere, ſed etiam aſpicere, divinitus prohibiti ſunt.

X. Nec hoc prætereundum, quod ipſa *Herluca* narravit, ſe in ſpiritu vidiſſe dictam Adelhaidam Palatini Comitis uxorem in amœna quidem regione degentem, ſed longè ab illa virginali, quam præſignavimus, ſorore ipſius claritate differentem. Nam & pauxillum nebulæ videbatur habitaculum B ejus aſpergere ad deſignationem videlicet transactæ converſationis mundanæ.

XI. Habebat tunc temporis *Herluca* probatiſſimos ſacri propoſiti monitores, beatum ſcilicet (a) Wilbelmum Hirſaugienſis monaſterii Abbatem, patrem, ejúſque diſcipulum (b) Theocarium, quem poſt Abbatiam S. Georgii, Metenſem Epiſcoparum ſanctitate, & doctrina illuſtráſſe cognovimus, ipſúmque poſt obitum Cluniaci ſepultum miraculis claruiſſe comperimus. Adhuc enim in eorum (c) *competis* ultra Danubium commorabatur.

(a) De quo multa Trithemius in Chron. Hirſaugienſ. Et ſuprà in Notis ad vitam Greg. VII.
(b) Trith. Dietgerus.
(c) fori. compitis.

XII. At poſtquam nobiles (d) alumnos ſuos Rutbertum, & Hadjvvigam fortè comitata C devenit in ripam Lyci fluminis ad locum magnæ antiquitatis, qui vocatur Eptaticus, tantam ſuavitatem protinus degustavit in patrociniis beatiſſimi Levitæ Laurentii, cujus inibi Eccleſia eſt, & ſancti Wicterpi Auguſtenſis quondam Epiſcopi, cujus ibidem corpus in Oratorio ſanctæ DEI GENITRICIS MARIÆ ſub altari locatum quieſcit, ut prædictis alitoribus ſuis ad propria revertentibus, nullatenus cum eis redire conſenſerit. Iraſcebantur quidem carnales patroni, nec reſiduè quidquam diſponebatur alimenti: ſed ſpiritualis conſolator Wicterpus apparens ei blandiebatur dicens: *Mane hic mecum, filia, & ego, quidquid te offenderit, removebo.*

(d) pro altoribus capienda vox.

D XIII. Præfatus quoque Wilhelmus Abbas conſilium ei dederat, ut in quocunque loco divinam magis experiretur dulcedinem, in eo quàm maximè longam faceret converſandi ſtabilitatem. Tales ergo duces ſecuta continuavit habitationem ſuam Eptatici plus minùs triginta ſex annos.

XIV. Sociavit ei DEUS inprimis mulierem indigenam nomine Doudam excellentiſſimæ pietatis, & caſtitatis æmulam, utpote Sigibodi Reytenbuchenſis Eremitæ neptem, diſcipulam. Nam cùm adhuc virgo ad eum ſalutaribus monitis inſtruenda veniſſet, ille quidem ſe dixit optare, quatenus poſſibile foret, in virginitate permaneret; ſed, quia minimè ſperaret à propinquis ejus hoc toleratum iri, conſilium ſe dare, jugiter per ſeptennium abſtinendi à concubitu maritali, ex quo ſe primùm ſenſiſſet imprægnari. Nam, ex quo filiam, nomine Charopolim, devotam CHRISTI Virginem, quæ nunc ſpiritualis matris *Herlucæ* ſepulchrum die noctúque lacrymabunda obambulat, feliciter ſe concepiſſe perſenſit, ſeptennem continentiam, conſentiente marito, complevit; eidémque denuo copulata, poſtquam filii ſui nomine Walterii gravedinem in utero deprehendit, ad torum conjugis ulteriùs, ùt creditur, non repedavit. E

XV. Juvit caſtimoniæ perpetuitatem primitus falſa ſuſpicio mariti de crimine inceſtuoſi adulterii, cujus purgationem ſubſecuta eſt tanta infirmitas ejuſdem viri, ut tempus longè fiendi ab amplexibus facilè poſſet agnoſci. F

XVI. Hæc igitur in ſolatium derelictæ *Herlucæ* divinitus accerſita, tam ſtrictè eam charitatis ulnis amplexata eſt, ut ei ſyncerum matris affectum, & filiæ vocabulum mira cum ſuavitate impertiverit.

XVII. Si quando aſperiori veſtimento *Herluca* veſtiri voluiſſet ad carnem, parcens ei Douda, ſuis illud potiùs caſtigationibus adaptavit, prædixítque, ſatis eam maturè talibus uſuram, longè ſe priùs, quàm illam obituram; quod quidem ita evenit. G

XVIII. Verùm cùm in multis manifeſtè Prophetiæ ſpiritum babuerit, verbi gratia, in obitu fratris Adalberti de Reitenbuch, qui cùm ab ipſa bene valens diſceſſiſſet, ſecundùm præſagium ipſius, in proxima hebdomada migravit ex hac vita; in hoc putamus pietatem ejus, libenter prudentérque fefelliſſe, quòd filiæ ſuæ *Herlucam* dixit ſuperſtitem fore, ne videlicet eam ſupra modum torqueret longa præſcientia deſolationis ſuæ.

XIX. Hoc ita ſe habere, cùm ſæpe *Herlucam* audierimus dicere, non arbitrati fuimus, eam prophetare, ſed optare; nunquam enim vidimus illam niſi cupientem diſſolvi, & eſſe cum CHRISTO.

XX. In tanta verò patientia poſſidebat animam ſuam mitiſſima Douda, ut interdum *Herluca* videretur eſſe magiſtra. Nam, quod relatu jocundum eſt, dum quadam die de Eccleſia exiſſet *Herluca*, & algore turbata minùs ſerenum vultum repræſentaret, imò repertos in foco titiones huc, & illuc, velut irata, disjectaret, conſuetis eam blandimentis excepit, dicens: Ubi fuiſti filia, & unde venis? In Eccleſia, inquit, fui, &, inde venio. Reſpondit: non credo; quia, ſi ibi fuiſſes, & inde veniſſes, ſuaviorem orationis fructum inde retuliſſes. H

A XXI. Piget verò, & pudet dicere quantis criminationibus tanta innocentia Doudæ pulſata ſit, quas omnes, veluti medicinas animæ, ſtupenda æquanimitate ſuſtinuit. Tamen, quia pro veris criminibus graviter notandus eſt continuò presbyter Eptarici Richardus, dicatur & hoc ad coronam Doudanæ ſuſtinentiæ, quòd ſalsò dictus eſt cum tam ſancta fœmina ſtuprum frequentâſſe.

Leguntur hæc in vita Gregorii VII. non procul à fine. Ex quo intelligitur, eundem eſſe auctorem Hiſtoriæ de Greg. VII. & de Herluca.

XXII. Hic eſt enim, cujus & in vita Gregorii VII. *talem fecimus mentionem*, quòd videlicet Dominus noſter JEſus Chriſtus ejus denotans incontinentiam, Herlucæ vigilanti, & fortè ſingulariter in ædicula ſedenti, clara die cum vulneribus ſanguine manantibus apparuit; nihilque dicens poſt momentaneam ſtationem evanuit. Secutus eum fuerat Beatus Præſul Wicterpus; qui paulò B diutiùs ſubſiſtens, interrogavit eam dicens: *Nunquid exhorruiſti cruenta vulnera Salvatoris? Verè*, inquit, *exhorrui.* Ait: *Non vis eum unquam taliter videre?* Reſpondit: *Nolo Domine. Noli ergò*, inquit, *ulterius audire miſſam Richardi presbyteri.*

XXIII. Poſthæc tamen adeò melioratus eſt idem Sacerdos per aſſiduas increpationes, & exprobrationes *Herlucæ*, quòd in fine ſuo, magnas ei gratias egit de ſpe liberationis ſuæ.

* *Gregorii VII.*

* *f. proſpectaret.*

* *MSS. habet* quo. *Legend.* quod, *per anaſtrophen, pro,* contra quod.

XXIV. Illud etiam in geſtis * *Prænominati Papæ* commemoratum non pigritabor hic re- C petere, quòd videlicet quadam die, præſente Domina Hadevviga, dum fortè per feneſtram * exſpectaret Herluca, ſubitò percutiens pectus ſuum dixit: *Væ, Væ, Væ, quod unquam creatus eſt homo.* Quod * contra, Domina ait: *At at quid habes? Anima*, inquit, *Adalberti presbyteri de Rota cum magna dæmonum violentia ducitur ad ſupplicia.* Cúmque non hoc ita eſſe optaret hera: *Mittatur*, ait Herluca, *& probetur.* Miſſum eſt; & exitum ejus viſioni conveniſſe probatum eſt.

XXV. Vidiſſe eam aliquando ipſa quoque ſupplicia Tartari, inde conjeci, quòd pro certo dixit, nullum apud inferos ignem ardentiorem eſſe, igne excommunicationis.

D XXVI. Porrò, quod de cæleſti jocunditate nonnihil præviderit, ferventiſſimum deſiderium ejus oſtendit. Audivi eam invocare Deum teſtem, quòd nunquam tam atrocem alicujus Martyris paſſionem comperiſſet, quin eam libenter pateretur, eo pacto, quò diſſolveretur, & eſſet cum Chriſto.

XXVII. Quantam verò gratiam in convertendis, & lucrandis Deo animabus habuerit, nullus ſermo explicare poterit: Supradictus Rudbertus Hadevvigæ maritus, & ipſe tandem per crebras exhortationes ejus unà cum conjuge ad cælibem vitam converſus, affirmare non dubitavit, nunquam præter ſanctam Mariam, ſibi, & ſuis aliquam fœminam tam utilem fuiſſe, quàm *Herlucam*.

XXVIII. Habuit idem Rudpertus filiam pulcherrimam, vocabulo Iuditam, quæ hujuſmodi occaſione converſa eſt ad propoſitum conſervandæ Virginitatis. Cùm diu blandita fuiſſet ei Herluca quatenus immaculatam ſe cuſtodiret ab hoc ſæculo, & nuberet Chriſto: ſed ipſa nihil ad beneplacitum reſpondiſſet, fortè contigit, ut poſt ſeptuageſimalem veſperam, in qua plurimi dimittere ſolent, *alleluja*; egreſſis omnibus, ipſæ duæ remanerent in Eccleſia, & audirent ſuaviſona Beatorum ſpirituum Cantica nihilominus cum *alleluja*: qua de re vehementer exultans, puella excurrit annunciare Dominæ Hadevvigæ, quatenus & ipſa feſtinaret particeps fieri cœleſtis harmoniæ. At illa, *unde*, inquit, *ego peccatrix digna fieri poſſem tam* (a) *herili auditione? Tu potiùs filia velociter revertere, & beatis auribus ſanctorum jubilationes diligenter percipe.* Quid multa? dum finirentur ſuprema modulamina, finita ſunt pariter & infima felicis Juditæ deſideria, omnémque ſpeciem ſæculi parata relinquere, & *ſanctum* Sanctorum *toto corde* diligere, dixit Herlucæ: *O Herluca, quidquid amodò volueris, & juſſeris, libentiſſimè faciam.* E F

(a) *alluditur ad vocem Germanicam,* herrlich.

XXIX. Tardante autem deſiderium ejus Hadevviga ſuper mutatione habitus ejus, ventum eſt ad piiſſimam, & religioſiſſimam viduam nomine Doudam, cujus filius erat Udalricus de Corninga, vir exſpectabilis genere, fortitudine, & proceritate, hujus ergo cognoſcens virginalem affectum ex dulcedine cæleſtis melodiæ conceptum: *non ſit*, G inquit, *tibi filia curæ, quod Hadevviga ſuperſedit tibi ſacrum mutatorium dare: quia ego te veſtiam* (b) *ovina tunica valdè bona.*

(b) *melote.*

XXX. Qua protinus Judita non multò pòſt ſacro velamine à venerabili (c) Udalrico Pataviensi Epiſcopo tunc apud Reitenbuch hoſpitante, & Heinricianam perſecutionem declinante communita, eòdem anno uſque ad mortem eſt infirmata. Cúmque & ipſa & alia virgo nomine Luikardis, quæ fuit *Herlucæ* neptis, languore invaleſcente, decubuiſſent in lectulis, audita eſt inter eas altercatio jocunda de prioritate migrandi ad cæleſtia regna. Utraque enim obtendit qualemcunque cauſam, quare præire deberet ſociam. H

(c) *De hoc in vita Gregorii VII. ad finem. Ubi & annus mortis ejus notatus.*

XXXI. Interea Judita defuncta in cœmeterio monaſterii, quod fons (d) Weſſini dicitur, eſt ſepulta, & exinde apparuit Herlucæ cum magna gloria.

XXXII. Denique ſemel interrogavit eam, ſi qua viveret futura compar ejus in tanta claritate. *Vivit*, inquit, *Agnes, Comitis Ottonis de Daninga in Admontenſi Cœnobio Virginum concluſa.*

XXXIII. Præſens feſtivitas Theophaniæ monet me revelationem in Theophania factam repetere, quam & hodie locutus ad plebem commemoravi, & poſt agnitum *Herluca*

(d) *hodie per Anaſtrophen, Weſſobrum.* Eſſo, qui & Veſſo, ab occidente cognominatur, fuit venator Thaſſilonis tertii, à quo Veſſobrunna cœnobium ſuperioris Bavariæ nomen habet, *inquit Aventinus*

A *lucæ* tranſitum Karopoli ſcriptam deſtinavi. Cùm adhuc felicis memoriæ Douda, mater Karopolis, viveret, ipſa & *Herluca* ſanctiſſimam (a) noctem Theophaniæ, quadam vice pervigilem in orationibus duxerunt. Tum verò beatiſſimus Levita Laurentius, vultu ſplendidus, veſte rutilus cum magna Sanctorum multitudine introïens in Oratorium Dei genitricis, ſanctíque Wicterpi confeſſoris, approximavit Herlucæ, eíque blandiens ait: Noli filia deinceps eſſe ſolicita ſuper Baldeberti Patris tui animam: quoniam precibus tuis adjuta, luce fruitur perpetua. Poſthæc ceperunt inter ſe pia humilitate contendere, & neutra ſibi, ſed altera alteri meritum viſionis attribuere.

in ſuo Gloſſario.

(a) *Vigiliarum feſti trium Regum uſus.*

B XXXIV. Ex tunc præſagire, & omni ſtudio pietatis præmunire finem ſuum Douda cœpit; qui eam in proximo feſto S. Matthiæ Apoſtoli paratiſſimam, Deo gratias, invenit.

XXXV. Liber autem occurrentia memoriæ beneficia prænominati Martyris in unum colligere, eáque duntaxat, quæ videntur ad inſtantem materiam reſpicere, quò, ſi fortè in manus Romani Collectoris hoc opuſculum pervenerit, cùm ante paucos annos Romæ poſitus, pollicitus ſum additum ire, in promptu habeat collectam promiſſionis meæ. Erat enim tunc in agro Verano, ubi videli-C cet corpus præclariſſimi Martyris requieſcit, novicius quidam collector, & conſcriptor beneficiorum ejus, quæ modernis temporibus accidiſſe compererat in diverſis mundi partibus.

XXXVI. Itaque tantam familiaritatem exhibuit S. Laurentius S. Herlucæ, ut raró ſe dixerit abſque ipſius apparitione, atque deductione Sacramenta Dominici corporis, & ſanguinis accepiſſe. Hujus tamen dicti prima occaſio data eſt in loco, qui dicitur *Berga*, ubi nuper multas & magnas reliquias invenit, & in eremum aſportavit Henricus (b) Bureburgenſis Præpoſitus, annuente Ottone utriuſque habitationis defenſore. Pater namque ejus Adalbertus vicinæ munitionis Dominus, à qua dicebatur (c) Iringopolitanus, vehementer effloruerat in gratia quarti Henrici diu peſſimè regnantis propter peccata populi, ideóque apud Præſules, & Abbates impetrabile ei fuit, quidquid expetiit. Tanto ita collectore non mediocriter ditatus eſt Sanctorum cineribus, & oſſibus locus ille.

(b) *Beurberg. ſeu Peilberg. Monaſterium Canon. Regular.*

(c) *Dominus de Irinſpurg. Vide Hund. de Monaſt. Bavariæ. Vocatur etiam caſtrum Iringi.*

D XXXVII. Illuc ergo conducti charitate ad curandam ſepulturam, ſororis Gepe invitè tunc abſentis Cunradi eremitæ, qui auctor extitit Buribergenſis cellæ præfatus videlicet Heinricus, & Domna Bertha mater Ottonis. Ego quoque Paulus, & Gebehardus, alumnus meus occurrentem nobis magno cum gaudio ſuſcepimus ſuaviſſimam Herlucam: quæ cùm non ſolùm pro tractatu funeris contriſtaretur, ſed etiam pro feſto S. Jacobi, E quod tunc inſtabat, ſpirituali nobiſcum lætitia jocundaretur, interfuit miſſarum celebrationi, quæ agebatur in veneratione ejuſdem Apoſtoli. Cùmque ventum eſſet ad Canonem, candentem videre cœpit ſpirituum juſtorum multitudinem, ut non ſolùm Eccleſiam, ſed etiam tectum ejus, & atrium repleri cerneret, ſacerdotalibus quoque veſtibus nonnullos (d) ineeſſiſſe conſpiceret.

(d) *MSS. inſediſſe.*

XXXVIII. Et hæc quidem inſinuare curavit Arnoldo Pauloſtatenſi, religioſo viro & nobili, per quem & ego cognovi, inten- F dens ei commendare perſonam multorum derogationibus addictam: mihi autem nihil horum, ſed hoc tantùm diſceſſuro à ſe, quaſi pro viatico retulit, quod & ipſa die, & multoties antea Beatum Laurentium ſacræ communionis ducem habuerit.

XXXIX. Eodem etiam ductore perluſtravit in ſpiritu, quadam vice, quidquid templorum eſt Romæ.

XL. Olim cùm plùs integro anno demorarer cum venerabili Sigeboto tunc Eptarici presbytero; poſtea verò *Beronicenſi* Præpoſito, poſt ſecundam viſitationem meam præſcire cœpit in nocte, & ſuis (e) contectalibus primo manè prædicere, quotieſcunque Lycum tranſiturus, & ad eam venturus eram G in die. Adhuc enim habitavit hoſpes meus in Norica ripa fluminis; eò quòd in ipſa minùs ſuſtineret à ſupervenientibus importunitates.

(e) *pro. contubernalibus.*

XLI. In duabus autem hujuſcemodi viſitationibus meis reminiſcor Herlucam viſionibus, & allocutionibus non ſolùm beati Laurentii, & Wicterpi, ſed etiam glorioſæ DEI Genitricis Mariæ lætificatam fuiſſe, & audiſſe quædam oblivioni tradita, quædam propter infirmas mentes ſilentio velanda. Veruntamen ex tunc cœpit me peccatorem vehementer, ùt ipſa juravit, in Chriſto diligere, & nulli mortalium plus, quàm mihi de ſecretis ſuis credere, magni faciens, quòd per adventum cæcitatis & ſurditatis nequaquam fraudata fuiſſet tantarum revelationum ſuavitate.

H XLII. Ego jam dudum animadverti hanc, illa neſciente, rationem fuiſſe tantæ erga me dilectionis ſuæ ex occulta divinitatis inſtigatione, quòd præ omnibus declaraturus eſſem ipſius ſauctitatem. Talis præſignatio charitatis extitit erga Severum Sulpitium in B. Martino; erga Adalbertum Ratiſponenſem Incluſum in moderno (f) Udalrico Cluniacenſis attinentiæ apud Suevos Præpoſito, quorum alter compoſuit; alter precem, materiam ſumptúmque dedit ad componendam vitam ſui dilectoris.

(f) *Hujus Udalrici meminit quoque, tanquam inſignis viri, Paulus in vita Greg. VII. non procul à fine.*

XLIII. Tertia viſitatione mecum ad Herlucam Gebehardus alumnus meus, jam mi-

A hi per quinquennium domi, foriſque ſociatus, & apud eam protinus, tanquam in ſpiritu prævìſus, invenit gratiam: perrexit autem præter voluntatem meam: quoniam ſeparationis conſilium capeſſebam. Nimis enim gravatus eram Ratiſponenſium Clericorum infeſtationibus, qui me, velut auctorem moleſtiarum ſuarum, odio habebant, & propter irreprehenſibilem (a) ejus vitam, & linguam veridicam. Vix ergo, & tardè ſolitariam adeptus Herlucæ conventionem, rogavi eam, quatenus divinam mihi precibus ſuis perquireret voluntatem. At illa vigilantiùs orans, ſubitò vidit ſibi approximare Beatum Laurentium, comitante B. Wicterpo, audivítque dicentem: *adhuc nolo te diſceſſionis conſilium dare.* Hoc autem dixiſſe B. Laurentium latuit me usque ad quartum decimum annum.

Paulus multa paſſus eſt, quòd ſchiſmaticis Henricis quarto & quinto Regibus, ſeu tertio & quarto Imp. adhærere nollet.

(a) *Videtur hæc vocula delenda.*

B

XLIV. Tunc enim & prædictæ ſocietatis biga quinti Heinrici perſecutione Ratiſpona depulſa, & Herluca ſceleratorum ruſticorum furoribus ab Heptatieo decuſſa, (b) convenit in Beronica; egóque retractans, quòd firmiter mihi diſſuaſiſſet prænotatam disjunctionem, & nullam reddidiſſet rationem, ſupplicavi ei, usque ad prædictæ viſionis expreſſionem: ſponte verò ſua narravit, quod ſubjungo.

Pellitur Paulus cum Gebhardo ſuo Ratisbonâ.

(b) *convenimus.*

XLV. Dum fortè oraret pro quodam familiari ſuo in adverſitatibus poſito, quò citiùs eum DEUS clementer eriperet ex hoc mundo, apparens ei Beatus Laurentius ſubintulit: *Oportet eum priùs majora pati.*

C XLVI. Inſequenti die rurſus oranti, apparuit ſæpe dictus Wicterpus Epiſcopus, & velut exponens, quod pridie dixerat B. Laurentius, præſignari hominis repræſentavit imaginem talia patientem, qualia & leguntur de Jacobo *Interciſo*, & referuntur de (c) Theodomaro Juvavienſi Epiſcopo, quorum videlicet uterque membratim cæſus fuiſſe memoratur: ille, temporibus antiquis; iſte, modernis.

(c) *De hoc in vita Greg. VII.*

XLVII. Nunc ſtylus noſter ſingulariter vertendus eſt ad Beatum Wicterpum, ſi fortè compenſare poſſim aliquam negligentiam majorum. Nam à diebus S. Magni Con-

D feſſoris, quem idem Præſul apud Eptaticum primitus vidit cœleſti lumine coronatum, & paulò pòſt ibidem gratulabundus ordinavit presbyterum, nullatenus ejus mentionem vel audiendo, vel legendo ſuſcepimus, usque ad tempora ſanctæ Herlucæ, excepta duntaxat translatione, quam ſenes, qui viderant, ipſi Herlucæ ſic referre ſolebant.

XLVIII. Heinricus Auguſtenſis Epiſcopus, indicens triduanum jejunium, congregavit maximam multitudinem Clericorum, monachorum, & laicorum: & veniens Eptaticum cum crucibus, reliquiíſque Sanctorum, aperuit Beati Pontificis ſepulchrum, ſed non invento corpore, contriſtatus eſt valdè. Tandem percunctatione habita, repertus eſt, qui diceret, ſe ſuſpicari, furtivè ſublatum fuiſſe à quodam presbytero malæ conſcientiæ, propter offenſam tantæ ſanctitatis contremiſcente, retróque altare S. Laurentii collocatum eſſe: eò quòd ipſe puerulus patrem ſuum villicum, & eundem presbyterum nocte quadam ſecurus fuiſſet, ac tale quid molitos audiſſet.

E

XLIX. Verùm cùm per hanc indaginem prænominatus Antiſtes antiquum prædeceſſorem ſuum lætiſſimus inveniſſet, & verſùs Auguſtam ducere cœpiſſet, tanto pondere fixus eſt repentè, ut penitus moveri nequièrit à tanta, quæ aderat, multitudine. Nolebat enim antiquam familiam ſuam corporalis præſentiæ ſolatio deſtituere: quamvis eam, dum vixit, de ſuo transfuderit in dominium ſanctæ DEI GENITRICIS MARIÆ.

F

L. Quod etiam translator animadvertens, reduxit eum in Eptaticum, miraculo (d) inlevitatis converſo in miraculum, illatúmque Oratorio, quod prænotatus miſerabilis presbyter nefanda pollutione profanaverat, & ideo ſanctum corpus extulerat, & impoſuerat vaſi lapideo, cujus uſus accommodatus fuerat baptiſmo, ſuper quo illud altare conſtructum dedicans, totam domum debita purificatione ſanctificavit.

(d) *hoc eſt, ponderoſitatis, ſeu gravitatis.*

G

LI. Itaque ſanctorum numero ſociatus B. Præſul Wicterpus, utpote ſub altari, ſecundùm Apocalypſin B. Joannis Evangeliſtæ, Martyrum CHRISTI collocatus, propter exilitatem tamen loci, & imperitiam ſacerdotii, nondum dignè eſt glorificatus. Quidam enim nec depoſitionis ejus diem hactenus agnoverunt, cùm apertè legatur in vita S. Magni, quòd obiêrit in quarta decima die Kalendarum Maji.

Apocal. 6.

LII. Ex hac imperitia, vel incuria proceſſiſſe puto, quòd Hartmannus presbyter Eptatici, idémque Præpoſitus apud Auguſtam Canonicorum S. Mauritii, ſacrilegium non timuit in libris B. Wicterpi committere; unde eum & lumen oculorum contigit amittere. Verùm de hoc magna DEI miſeratio, magnúmque meritum S. Pontificis enituit: quod quamvis alienata volumina nec reſtituere, nec recompenſare valuiſſet; cùm ex corde pœnitenti, & oculis lacrymoſis DEO ſuóque Confeſſori ſupplicando ſatisfeciſſet, præſente Herluca viſum recepit, & gratias egit.

H

LIII. Quadam etiam vice corripuit ipſam *Herlucam* B. Wicterpus in viſione, eò quòd naturalem infirmitatem, quamvis rariſſi-

A mam, & breviſſimam experta, ſanctuarium fuiſſet ingreſſa, licèt miſſa à Domina Hadevviga, pro re neſcio qua; impoſuitque ei ante introitum Oratorii tres Dominicæ Orationis recitationes, & totidem geniculationes.

Lege S. Gregorium in Reſponſ. ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum. lib. 12. Regeſti. Epiſt. 31. quæſt. 11. & S. Thom. 3. p. q. 80. a. 7.

LIV. Pro ſimili delicto ſeveriùs ſe vindicavit in quadam ſua Virgine Beatus Alto, à quo nomen eſt (a) Altonis monaſterio: nec immeritò. Nam cùm ei per nocturnam viſionem interminatus fuiſſet, ut tali tempore chorum non intraret, ſi judicium ultionis evadere deſideraret, poſt primam, & niſi fallor, ſecundam admonitionem inobediens reperta, in tenebras exteriores ad hanc vitam duntaxat pertinentes, miſſa eſt. B

(a) Altmunſter in Bavaria.

Exempla hæc ſunt extraordinaria, nec trahenda in conſequentiam.

LV. Ex his conjectari poteſt, reſponſionem B. Gregorii Papæ ad Auguſtinum ſuper infirmitate non fuiſſe generalem totius Eccleſiæ regulam, ſed ſpecialem ſolius Anglorum gentis in novella Chriſtianitate miſericordiam.

F I N I S.

Digitized by Google

CÆSAR BARONIUS
S.R.E. CARDINALIS AMPLISSIMUS.

A

RATIONALIS CALVINIANI
CRIMINATIONIBUS VINDICATUS, ET IN EO CUM ALII PONTIFICES ROMANI, TUM GREGORIUS VII.

PER

JACOBUM GRETSERUM,
SOCIETATIS JESU THEOLOGUM.

INDEX

Google

INDEX CAPITUM
APOLOGIÆ BARONIANÆ.

Cap. I. *De Bulla Hadriani Pontificis.*

II. *Nugamenta Calviniſtica in Epiſtolam Caroli Magni ad Elipandum de hæreſi Feliciana.*

III. *De præfatione Caroli Magni in ſua Capitularia.*

IV. *Caroli Magni juramentum pro defenſione Eccleſiæ.*

V. *De Epiſtola Caroli Magni ad Pipinum filium Regem Italiæ; De Eccleſiaſtica immunitate.*

VI. *De Teſtamento Caroli Magni.*

VII. *De Epiſtola Ludovici Pij Imperatoris ad Arnonem Archiepiſcopum Salisburgenſem.*

VIII. *Defenditur Ludovici Pij Imperatoris Conſtitutio de rebus Romanæ Eccleſiæ donatis.*

IX. *De exauctoratione Ludovici Pii Imperatoris.*

X. *De Concilio apud Theodonis Villam à XXII. Epiſcopis adverſus percuſſores Clericorum, occaſione Joannis Epiſcopi congregato, tempore Leonis III. Papæ.*

XI. *De conſtitutione Lotharii I. Imperatoris, De electione Romani Pontificis, & legibus Romanorum.*

XII. *Conſtitutio de pace Confluentana ſub Ludovico Juniore Imperatore, Anni Chriſti DCCC. L.X.*

XIII. *Epiſtola Ludovici Junioris Imperatoris ad Baſilium Imperatorem Conſtantinopolitanum.*

XIV. *De Caroli Calvi ad Hadrianum II. Pontificem Max. Epiſtola.*

XV. *Acta Synodi Romanæ de Electione Caroli Calvi Imperatoris.*

XVI. *De Epiſtola Ludovici & Lotharii Regum ad Nicolaum I. Pontificem.*

XVII. *De Conciliabulo Romano contra Joannem XII. ſub Othone I. Imperatore.*

XVIII. *De prima Bulla Leonis VIII. Antipapæ.*

XIX. *De ſecunda Bulla Leonis VIII. Antipapæ.*

XX. *Othonis Magni diploma de Regalibus S. Petro conceſſis.*

XXI. *Commentitia Othonis III. conſtitutio, ejúsque refutatio.*

XXII. *De Henrici I. Imperatoris Conſtitutione.*

XXIII. *De Henrici IV. Regis Germaniæ juramento.*

XXIV. *De Conciliabulo Wormacienſi contra Gregorium VII.*

XXV. *De Conciliabulo Brixinenſi.*

XXVI. *De Epiſtola Principum Imperii ad Innocentium III. de Electione Othonis IV. in Imperatorem.*

XXVII. *De Conſtitutione Friderici II. Imperatoris pro Eccleſiaſtica libertate.*

XXVIII. *De Electorum Imperii literis, quibus fatentur, Electoralem dignitatem à Sede Apoſtolica ad ſe veniſſe.*

XXIX. *De Confeſſione Auguſtana.*

LECTO-

Digitized by Google

LECTORI.

Amice lector, non potui permittere, ut Paulus Bernriedenſis ſolus in lucem exiret. Adjunxi Apologiam, pro optimo, doctiſſimo, & quà Chriſtianus orbis extenditur, celeberrimo & illuſtriſſimo Cardinali *Cæſare Baronio*, cujus in Eccleſiam & Hiſtoriam Eccleſiaſticam merita, omnis poſteritas prædicare nunquam deſiſtet. Hunc talem ac tantum virum nuper Calvinianus quidam juvenculus, audaciâ & impudentiâ longè inſtructiſſimus, conviciis adeò proſcidit ac laceravit, ut ſi quis herus mancipium ſuum ita tractaret, non injuriâ modeſtiam & moderationem in eo deſideraturus eſſes.

Quæres, quidnam hominis ſit iſte, qui hoc facinus patrârit? Audi mi lector. Eſt Goldaſtus Calviniſta, qui Anno Redemptoris M. DC. VII. Et M. DC. IX. Magno hiatu, & inſigni fraude duo volumina edidit hac inſcriptione *DD. NN. Imperatorum Cæſarum Auguſtorum, Regum & Principum Electorum S. Rom. Imperii Statuta & Reſcripta Imperialia.* Titulus ſanè ſonorus & ſpecioſus, & qui Soſiis æra mereat. Sed ubi librum aperueris, vetus illud verbum, ἄνθρακες θησαυρὸς, verum hìc eſſe comperies; nam pro Imperatoriis Conſtitutionibus & Reſcriptis ſæpiſſimè invenies malè feriatorum ſchiſmaticorum & hæreticorum pſeudoſynodica decreta, & in Pontificem Romanum calumniarum ſtruices ex Catalogo Illyrici, aliiſque malæ fidei & damnatæ memoriæ conſarcinatoribus potiùs quàm ſcriptoribus, deſumptas, in quibus ne umbra quidem ſanctionis ſeu conſtitutionis Imperatoriæ ineſt. Exempla tibi ubique occurrent. Et vel guſtûs gratia accipe hoc Tom. 2. fol. 2. *Caroli Magni Regis, &c. Reſcriptum de non adorandis imaginibus contra Synodum, quæ in partibus Græciæ pro adorandis imaginibus ſtolidè ſive arroganter geſta eſt à Conſtantino Imper. Conſtantinopolitano, & Helena matre Imperatrice, Datum in Concilio Francofordienſi Anno Domini DCC XCIV.* Ubi quis non exſpectet ſanctionem Carolinam poſt tam grandia promiſſa? Et tamen decipieris, ſi exſpectes: Nam pro conſtitutione Caroli Magni habebis præfationem in libros Pſeudocarolinos, Carolo Magno per impoſturam affictos, quæ præfatio ignoti tenebrionis (ùt & ipſi libri) ante concilium Francofordienſe conſcripta eſt, ùt alibi probatum. Et tamen iſte præfationem illam in *ſanctionem Carolinam* tranſmutat: cujus generis technas & ſutelas paſſim invenies apud hunc Calviniſtam, qui partim veris, partim fictitiis conſtitutionibus Imperialibus adjecit Commentarium, quem inſcripſit *Rationale*, rectiſſimè inſcripturus fuerat: *Irrationale:* vel propter convicia ab omni ratione abhorrentia, quæ plenis faucibus in Illuſtriſſimum Cardinalem *Baronium* exſpuit: quorum, en tibi catalogum; licèt non omnium, ſed quorundam duntaxat: quis enim omnia enumeret? Intelliges hinc, lector, quàm hæreticis nulla ſit frons, quàm nullus pudor, quantus in animo typhus & faſtus, omnia ſibi tribuere, aliis omnia adimere conſuetus. At jam vide & obſtupeſce Calvinianam impudentiam.

CATA-

CATALOGUS
CONVICIORUM ET SCOMMATUM CALVINISTICORUM IN
ILLUSTRISS. CARD. BARONIUM.

A FOl. 4. Baronii *ἀπαιδευσία μειρακιώδης* in tam aperta *ἀσυλλογίᾳ*. *Ibid.* Scio neſcire te metonymiam.

Fol. 5. Baronius *παραλογίζει ἀνιστορήτως*. *Ibid.* Vide nunc ſis mihi, Baroni, os tuum.

Fol. 6. Num te beo Baroni, qui te tam familiariter doceo?

Fol. 7. Anticyras naviges neceſſum eſt, Baroni. *Ibid.* Tu Baroni, manifeſto mendacio opprimeris. *Ibid.* vin' detraham tibi larvam, digniſſimo certè qui videas? *Ibid.* Diſce ergo à me, nec præter dignitatem
B tuam feceris.

Fol. 11. Eugepæ bellum argumentatorem.

Fol. 12. Meam Bibliothecam, Baroni, in tuum Breviarium pignus do.

Fol. 16. Babæ, quàm bellè. Quis Stoicus, Baroni, te ita docuit *διχοτομεῖν*. Hoc unum ingenui pudoris feminium reliquiſti. Cujacius ſexcentis Baroniis *ἱστορικώτερος*. Vis pudendam tuam inſcitiam ſexcentis exemplis erudiam? *Ibid.* Fac ſyllogiſmum Baroni, & puer meus reſpondebit tibi ad formam, &c. Ecquod mihi *δίδακτρον*, quod Minerval dabis, Baroni; cùm te cano iſto capite reduco ad ſapientiam? Ah enecas
C me cum tua iſta *ἀπαιδευσίᾳ*.

Fol. 18. Eò me adegit impudentia tua. Hibernus canis es, Baroni, elatrare didiciſti, non odorari. Væ capiti Annalium tuorum; ubi, quæ in Majeſtatem ejus peccas, reſciêrit Imperator.

Fol. 19. Baronius multis modis imponit, ac fallit.

Fol. 21. Baronius oppeſſulatam geſtat frontem.

Fol. 22. Vide, Baroni, tuam *ἀνιστορησίαν*,
D & rerum adeò omnium imperitiam.

Fol. 24. Impuriſſimi oris Baronius. Aſinus rudens. Latrans canis. Apud Baronium non nimis magna eſt Scripturæ auctoritas. Baronius mendaciorum architecton, & omnis perjurii caput. Fruſtulum Cardinalis.

Fol. 25. An hoc, qui eſt ingenii tui ſtupor, non capis?

Fol. 28. Imperitus es Baroni, non hiſtoriarum tantùm, ſed etiam Juris communis. Deus bone, tam ſtupidum te eſſe, ut non videas, aut lippum, qui nolis videre, &c. E
Quis te Magiſter tam ſcitè, tam catè docuit *σοφιστεύειν*? Nemo hoc faciet, niſi Baronio ſimilis, id eſt, perverſus, impoſtor, & falſidicus. Rideat Baronius, dum ſibi ilia rumpantur. Vide ſis, Baroni, Savaronem, ut extremam tuam inſcitiam pudefaciat. Non cachinnaris tam ſcurrilem hujus Cardinalis inficetum riſum.

Fol. 29. Baronius ex Cardinali Ludimagiſter Orbilius factus. Vide, Baroni, quo animo in te ſim affectus, qui te ſic familiariter condocefaciam, aut ſaltem in memoriam revocem, quæ ætate tibi exciderunt.

Fol. 31. Oblitus eſt Baronius veteris Proverbii: mendaces memores eſſe oportere. F
Vide, ſive incogitantiam tuam, ſive fœdam *ἀνιστορησίαν*. Tuam impudentiam ſatis admirari nequeo, nec poſſum.

Fol. 34. Baronius perjurii caput. En cor Baronianum. Incordatus es Baroni, & jus vel ignoras, vel calumniaris. Improbiſſima Baronii calumnia, vel ſtultiſſima ignorantia. Hic eſt Cardinalitii ſenatûs aſſeſſor, qui totum terrarum orbem dijudicat. Hic eſt ille *egregiè cordatus homo.* Hic ille, ex cujus ſcrinio pectoris ſummus Pontifex jura atque canones condit. Quis non rideat, Baroni, ſto- G
lidam tuam argumentationem. Extrema tua inſipientia, an imprudentia dicam?

Fol. 44. Non queo ſatis admirari propriam, ac perpetuam in te *ἀπαιδευσίαν*.

Fol. 46. Sine pudore *συκοφαντεῖς*, Baroni, & inſigniter injurius es. Detraham tibi larvam, Baroni, ſub cujus velo debaccharis. Sycophanta es, Baroni. Vide ſis nunc mihi os tuum Baroni.

Fol. 47. Hic inſcitiam ſuam prodit Baronius. Prodis *ἀνιστορησίαν* tuam. H

Fol. 53. Perſrica frontem Baroni, & dic te digniorem, qui annales ſcriberes, quàm Varronem.

Fol. 53. Vapula Papiri.

Fol. 86. Perfricuiſti frontem Baroni, qui tam impudenter fallis.

Fol. 390. Rational. Secundi. Utinam, utinam, Baroni, vel ſerò ſaltem ſapere tibi Deus dediſſet, non nunc ardentibus Furiarum tædis. Sed reprimo me. *Ibid.* Os Impium & blaſphemum.

Hæccine lector tartarea convicia in præſtantiſſimum & eruditiſſimum Cardinalem *Baronium* jactari audis, & ſtomachum tenes? Ego profectò tam firmus non fui, ut tenerem. Ut vidi, exarſi, & de Apologia pro Excellentiſſimo viro mox cogitare cœpi; idque eò libentiùs, quòd viderem, me Defenſione Baronii defenſurum ſimul plures alios, potiſſimùm Sedis Apoſtolicæ Auctoritatem, & nominatim Gregorium VII. in quem Calvinianus iſte ſpiculis ex ſuo Bennone & Illyrico petitis, *more ſuo ſolens*, furioſiſſimè debacchatur, & propter Gregorium in Baronium. Utinam citiùs volumen Calviniani hujus ad manus meas perveniſſet: Jam in Defenſione Bellarminianæ Controverſiæ de Pontifice, & in Apologia pro Gregorio VII. reſponſum accepiſſet, quandoquidem omnia fermè, quæ in Baronio imperitè carpit, illic à nobis diſcuſſa ſunt. Sed ſat citò, ſi ſat benè. Ita Deo placuit, ut Paulo Bernriedenſi, hæc Apologia comes in publicum exiret: Egóque de theſauro Catholicæ veritatis proferrem nova & vetera: nova; mea hæc Apologetica ſcripta; vetera; Pauli præclara monumenta, Schiſmaticorum & Hæreticorum in Gregorium VII. lœdoriis & pſeudologiis refutandis convenientiſſima.

Illud perquam ridiculum eſt, quod Calviniſta in ſuo *Irrationali* ſcribit. *Equidem Catholicus ſum; & præ me fero.* (Si Catholicus es, oſtende fidem tuam toto terrarum orbe diffuſam; Oſtende, ubi immediatè ante Calvinum fuerit. In qua civitate; in quo pago; in qua villa, in qua domo.) *Sed religionem amplector procul habitis inani fuco & ſuperſtitione*, (illam nimirum, quam Calvinus in Sabaudia, & Zvvinglius in Helvetia procudit; ſi tamen illam; & non potiùs nullam; vel ſaltem illam, quam in cerebri tui incude tibi fabricâſti, ùt ſolent iſti *literiones*, quorum quilibet novam plerumque Religionem pro ſe & ſua familia architectatur.) *Itaque quid ille, vel ille aſſerat, ſuſque deque æſtimo.* (Túne dictata Lutheri, Calvini, Zvvinglii ſuſque deque æſtimas?) *quem veritas dictat, eum tramitem perſequor.* Quid ſi non veritas, ſed falſitas, ſed vanitas, ſed phantaſiæ inanitas?

Quàm verò feſtiva eſt illa hedera, quam conviciorum & inſcitiæ ſuæ nido Calviniſta præfixit: *In hoc Rationali nihil eſt, quod fidem Catholicam ſugillet vel offendat.* Itáne nihil hujus in hoc Irrationali *Rationali*, quod totum, quantum quantum, ad everſionem Pontificiæ auctoritatis & poteſtatis tendit: ſub eo prætextu, quaſi ſacri Romani Imperii jura adverſùs Baronium & Pontifices tueatur. Sed, niſi fallor, S. R. Imperium horum defenſorum ope nec eget, nec operam deſiderat. Nam qui jura Imperii labefactent: Hæretici, an Baronius cum Pontifice, res ipſa loquitur. Et quid iſte, oro, protulit, niſi damnatas jam olim Schiſmaticorum & Hæreticorum quiſquilias? Quid Baronii dictis & ſcriptis repoſuit, niſi horrificas criminationes, ſpiſſámque ignorantiam? Et tamen glorioſè de ſe prædicat: *Argumenta omnia Baroniana, hoc breviſſimo temporis ſpatio ita confeci, ut ſarta tecta in perpetuum maneat Imperii auctoritas, & quidquid porrò à Cardinali Baronio in contrarium adferri poterit, in æternum erroris manifeſti & ignorantiæ nullo negotio convincam.* En Pyrgopolinicen, qui centum millia uno ictu occideret, *ni hebes machæra foret;* quam non niſi criminationum cote acuit. Hoc tamen acumen plumbeum eſt. Et Calviniſtam memorem eſſe oportebat ſui illius dicti fol. 43. *Conviciis convincere nemini unquam viſa præclara laus eſt. Diſcere debebas, in multis conviciis non abeſſe vitium. Detrahe* tuo Irrationali *conviciorum larvam, & quantulum putas corpuſculi tibi ſuperaturum? Principis Comici dictum eſt.* Virtute, dixi, vos victores vivere non ambitione, neque perfidia.

fidia. *Hoc animum adverte, atque aufer cavillas, aufer maledicta.* Aufer furorem; nam furor iráque mentem præcipitant & occœcant, etiam eruditi; (quantò magis ineruditi) ut, quæ videnda ſunt, videre nequeat, & quidquid in buccam venit, effutiat. Cujus profectò rei luculentum exemplum Calvinianus iſte nobis ſuppeditat. Quantum verò huic Calviniſtæ debent Auguſtiſſimus Imperator, cæterique Imperii Romani Principes ac proceres, qui labore tam facili auctoritatem Imperii ſartam tectam in omnem ſempiternitatem præſtitit, ſubjectis adamantinis columnis, quas nulla vis ævi excindere valeat.

Nunc, quod bene vertat, rem ipſam aggrediamur; illud priùs admonentes; Illuſtriſſimum Baronium meritiſſimò jungi Paulo Bernriedenſi; Nam ùt iſte ſua ætate Gregorium VII. fortiſſimè à Schiſmaticorum incurſionibus & miſſilibus defendit; ſic & Cardinalis Baronius eundem ſanctum, imperterritum & invictum Pontificem validiſſimè Tomo XI. Annalium tutatus eſt, ejúſque ſanctimoniam & pro Eccleſia Dei labores immenſos, oculis legentium dilucidè ſubjecit. Cur igitur novus hic Gregorianus Hyperaſpiſtes non addatur Comes antiquo, Paulo; qui quantum dignitate à Baronio ſuperatur; tantum de antiquitate ei Baronius cedat oportet.

CÆSAR BARONIUS
S. R. E. CARD. AMPLISSIMUS.
A
CALVINIANI RATIONALIS CRIMINATIONIBUS DEFENSUS.

CAPUT I.

De Bulla Hadriani I. Pontificis.

A Sigebertus in Chronico Anno ſalutis M. C. XII. ita ſcribit. *Poſtea rediens Carolus* (Magnus) *Papiam cœpit: iterúmque Romam rediit, Synodum conſtituit cum Hadriano Papa, aliiſque centum quinquaginta tribus religioſis Epiſcopis & Abbatibus: in qua Hadrianus Papa cum univerſali Synodo dedit ei jus eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam Sedem, dignitatem quoque Principatus. Inſuper Archi-Epiſcopos, & Epiſcopos per ſingulas provincias ab eo inveſtituram accipere definivit; &, ut niſi à Rege laudetur, & inveſtiatur Epiſcopus, à nemine conſecretur: omnéſque huic decreto rebelles anathematizavit: &, niſi reſipiſcerent, bona eorum publicari.*

B Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius Tom. 9. Annalium, Anno Redemptoris DCC.LXXIV. N. 10. & ſeq. refutat iſta tanquam à Sigeberto in gratiam Henrici Imp. Schiſmatici conficta. I. Quia nemo ſcriptorum ante Sigebertum huius conceſſionis meminit, licèt trecenti & duodequadraginta anni ab eo tempore, quo hæc conceſſio Carolo facta fertur, uſque ad Sigebertum interfluxerint.

Reſpondet Calviniſta, *magnam eſſe Baronii ἀπαιδευσίαν, qui neſciat; ex puris negativis nihil conſequi.* At mihi videtur hunc Calvini aſſeclam grandi calumniandi libidine, cum non minore inſcitia, teneri; nam illud Dialecticorum
C pronunciatum: *Ex puris negativis nihil ſequi*, ad ſyllogiſmos pertinet, non ad alia conſequentiarum genera: Quis enim abnuat bonas & probas eſſe has conſecutiones: *Non eſt homo; ergo non eſt riſibilis. Non eſt riſibilis; ergo non eſt homo. Non poteſt hinnire: ergo non eſt equus. Non eſt equus: ergo hinnire nequit:* Quid in his conſequentiis jure deſiderare poteſt?

Deinde Barooius nec ſyllogiſmum neque aliam conſequentiam extruxit; ſed abſolutè dixit; neminem ante Sigebertum quidquam hac de re ſcripſiſſe: tametſi tacitè innuit hanc conſecutionem. D *Ergo falſum & à Sigeberto excogitatum eſt id, quod ſuper hac re prodidit.* Vel; *ergo credibile eſt à vero abire, quod Sigebertus ſcriptum reliquit;* cum veriſimile non ſit, tantam & tam frequentem Synodum, & actionem tam ſolennem latere potuiſſe omnes ſcriptores, qui Sigebertum anteceſſerunt.

Peritiùs feciſſet Calviniſta, ſi Baronio objectâſſet; *ab auctoritate negativè non valere argumentationem;* haud enim ſequi: *Non eſt ſcriptum: ergo nec factum.* Sed reſpondiſſemus: hanc argumentandi rationem, in iis præſertim, quæ ad hiſtoriam ſpectant, non E
eſſe prorſus infirmam & elumbem; præcipuè accedentibus quibuſdam circumſtantiis, quæ hujuſmodi collectioni veriſimilitudinem concilient; ut hic ſanè conciliant: Cùm enim tam multi partim nominati, partim innominati, res geſtas Caroli Magni ſigillatim per annos ſingulos diſpoſitas & digeſtas in literas retulerint; omnéſque Synodos ſub Carolo Magno celebratas minutatim conſignârint, quis in animum inducat credere; hanc Synodum & hanc prærogativam, talem ac tantam, Carolo Magno, & toti Francorum nationi tam honorificam, in obſcuro uſque ad Sigebertum deliteſcere potuiſſe, adeò ut nulla penitus Annalium luce illuſtra- F
ta fuerit.

Poſtea retorquere conatur Calviniſta Baronii argumentum in Auctorem. *Si in eo ſcelus eſt, impoſtura, fraus, mendacium, commentum impoſſibile, falſus titulus, ſchiſma, diſpendium æternæ ſalutis, malæ artes, nimiáque ſalutis ſuæ oblivio, qui poſt annos numeratos trecentos & duos de quadraginta, quàm geſta eſt, rem memoriæ mandat:* (non accuſat Baronius Sigebertum, quòd rem geſtam poſt tot annos literis mandârit; ſed quòd rem, quam olim geſtam eſſe nullus aliorum teſtetur, ipſe poſt tot annos in ſuos Annales retulerit; atque adeò dolo malo geſtam eſſe, in gratiam Schiſmatici Imperatoris,

Digitized by Google

A ris, commentus fuerit) *quantò excellentiora il-*
la omnia debent eſſe in eo, qui poſt alterum tan-
tum annorum, (malè numeras Calviniſta; ab
Anno Domini M. CXII. uſque ad Annum
M. DC. I. quo nonus Baronii Tomus in Ger-
mania excuſus eſt, non effluxit *alterum tan-*
tum annorum, quia non effluxerunt ſexcenti
ſeptuaginta ſex, qui *alterum tantum annorum*
conficiunt. Si fidem non habes; digitis an-
nos numera, & forſan credes,) *quòd in ſan-*
cta Catholica Eccleſia ab omnibus fidelibus fuit
continuò verificatum, (falſum prorſus, falſum,
à Sigeberti ætate perpetuò à fidelibus recla-
matum fuit contra ſchiſmaticos: neque un-
quam Imperatoribus hujus Juris, quod Sige-
B bertus architectatus eſt, quieta poſſeſſio fuit:
ùt nòrunt omnes; qui nôrunt Hiſtorias non
tantùm Annum Chriſti M. CXII. ſubſecutas,
ſed & hunc annum antegreſſas) *à ſummis Pon-*
tificibus non tacito conſenſu comprobatum: (fal-
ſum, reſtiterunt omnes; & qui aliter non
poterant, patienter hanc violentiam tolera-
bant, ut multò grandius evitarent. Teſtem
do vel ipſum Paſchalem II. Pontificem, qui
Cathedram Petri tenebat eo ipſo Anno, quo
hæc Sigebertus prodidit; à quo cùm Impe-
rator *Inveſtituram* Epiſcoporum & Abbatum
per vim extorſiſſet, non diu hac conceſſio-
ne Imperator frui potuit: Paſchalis enim pœ-
C nitentiâ ductus, id quod coactus meticuloſè
conceſſerat; ſalubriter revocavit, indicto in
Lateranum generali Concilio; ùt te docebit,
ſi diſcere velis, Illuſtriſſimus Baronius Anno
Chriſti M. CXII. & ſeqq. nam de Gregorio
VII. ejúſque ſucceſſoribus Victore & Urbano,
dicere aliquid, mora mera fuerit.) *ab Impe-*
ratoribus ferè productum(Falſum; ante Henri-
cum Regem IV. & Imperatorem tertium,
nemo unquam hoc jus non jus vehementiùs
urſit: quidam ùt Henricus ſanctus, & Con-
radus ſucceſſor ejus, nunquam jus hoc, quod
ad electionem Romani Pontificis attinet, ſi-
bi vendicârunt, ùt fatetur ipſemet Onuphri-
us in vita Gregorii VII.) *à clariſſimis Theolo-*
gis verò evictum.. (Quinam iſti *clariſſimi*
D *Theologi?* Cur non nominas? Clariſſimi qui-
que & doctiſſimi Theologi â Pontificibus
contra Schiſmaticos ſteterunt; ùt ſatis docent
Annales Eccleſiaſtici, præſertim Hiſtoria & res
geſtæ Gregorii VII. de quibus ſatis in Apologia)
à præſtantiſſimis Canonici Juris doctoribus in per-
petuis commentariis comprobatum (& hoc pluſ-
quam falſum eſt; nam Canoniſtæ vel hoc
nomine ſectariis quàm maximè ſunt inviſi;
quòd Pontificis poteſtatem latiſſimè exten-
dant; & non tantùm ad Eccleſiaſtica, ſed &
ad temporalia directè, vel ſaltem indirectè,
proferant. Quis Canoniſtarum unquam Si-
moniacas illas & n : ndinatorias Prælatorum
inveſtituras ab Henricis Impp. exercitas pro-
bavit? Quis non, quantum valuit, reclama-
vit?) *à peritiſſimis Juris civilis conſultis recto*
calculo acceptum. (Falſum, peritiſſimi &
præſtantiſſimi legum Interpretes Baldus, Bar-
tholus, ſimiles perpetuò docuerunt, jura E
Eccleſiæ ſalva & intacta eſſe debere; nec de-
cere, ut quæ Dei ſunt, Cæſar ſibi uſurpet.)
quod in ſcholis, Academiis, Eccleſiis, Collegiis,
Cathedris, Monaſteriis, & ubi non? diſputationi-
bus ac ſcriptis traditum, unus negare, ac ad in-
juriam Majeſtatis Romani Imperii verbis confictis
percellere auſus eſt. (Falſum prorſus; & qui-
dem adeò, ut poſt Sigebertum, etiam perti-
naciſſimi Schiſmatici, & Schiſmaticorum
Regum patroni ardentiſſimi; hoc à Sigeber-
to cuſum privilegium nunquam pro partis
ſuæ defenſione proferre auſi fuerint, nec
duo illi, qui ex Inſtituto Apologias pro Hen-
rico IV. evulgârunt. Pleraque Monaſteria,
Collegia, Eccleſiæ, Cathedræ, Scholæ, Aca-
demiæ ſemper profanis Schiſmaticorum cona-
tibus obſtiterunt. Si fidem non facio; fa-
ciat fidem Bertoldus Conſtantienſis in Chro- F
nico, & alii ex orthodoxis; Ex heterodo-
xis autem ipſe Henrici Apologetes in Mona-
ſterium Hirſavvgenſe perquam iniquus; id-
que non aliam ob cauſam, quàm quia reli-
gioſus ille cœtus pro Catholica concordia
contra pacis & veritatis perturbatores ſta-
bat.

Tertiò reſpondet Calviniſta, *Sigebertum*
non fuiſſe primum, qui hæc literis mandârit; an-
teceſſiſſe Walthramum Naumburgenſem, idem
triennio ante Sigebertum teſtantem in tractatu de
Epiſcoporum inveſtitura per Imperatores facienda.
Demus Illyricum, peſſimæ fidei hominem,
bona fide hunc Walrami ſeu Walthrami tra-
ctatulum in lucem protuliſſe; neque quid-
quam de ſuo aſſuiſſe; tamen quantulum di- G
ſtat Waltramus à Sigeberto? Triennium, non
amplius. Nam Sigebertus Anno M. C. XII.
ſua ſcripſit; Waltramus M. C. IX. ut ad cal-
cem illius Tractatûs diſertè ſcribitur. Et cur
Baronius Sigeberto in hoc commento ſpar-
gendo primas non tribueret, cùm Waltra-
mus ſit obſcuriſſimus; & forſan non niſi in
tenebricoſiſſimo Catalogo teſtium veritatis
Illyricanæ pronuper viſus.

Dices, ſaltem Sigebertum hoc non finxiſſe,
cùm Waltramus triennio ante Sigebertum
idem ſcripſerit. Reſpondeo, Sigebertum ju-
re hujus figmenti figulum cenſeri; quia ipſe
in Chronico ſuo potiſſimùm illud fovit, pro- H
pagavit & ad poſteros tranſmiſit; alioqui ab-
ſolutè loquendo credibile eſt, fabulam hanc
natam eſſe, ſub Schiſmatico Henrico Rege
V. Imperatore IV. Et Paſchali II. Papa: ſub
quo Sigebertus & Waltramus ſuas lucubra-
tiones compoſuêre: nam ſi plaſma hoc ve-
tuſtius eſt, cur nullus Gregorii VII. adverſa-
rius id protulit? Cur nullus vel tenui indicio
innuit? Animadvertit ipſemet Calviniſta
hanc ſuam de Waltramo objectionem nimis
eſſe frivolam, quocirca teſtes antiquiores
ſcilicet producit. Inprimis Eutropium Lon-
gobardum, & Paulum Diaconum libro de
Metenſibus Epiſcopis. Quando Baronius

 pro-

A producit Domnizónem & alios nondum editos Auctores, quiritatur iſte, *indignum facinus committi, dum tales in lucem non eduntur; tunc enim demum ex antecedentibus & conſequentibus judicium de mente & ſenſu eorum fieri poſſe.* Quod Baronio occinit; hoc nos juſtiſſimè à Calviniano poſtulare quimus, quandoquidem nihil eſt cauſæ, cur ſinceriſſimum & candidiſſimum Baronii animum fraudis ſuſpectum babeamus: multum verò argumentorum eſt, cur, cùm iſte ineditos Auctores laudat, fallaciæ & impoſturæ formido nos ſubeat propter Calviniſticum minimè candidum genium. Cur tu non evulgas Paulum Diaconum de Epiſcopis Metenſibus, & alios adhuc typis non deſcriptos, quos tertio quoque verbo producis? B Quanquam Paulus Diaconus nihil de Epiſcoporum *inveſtituris*, nihil de electione Romani Pontificis; nibil de commentitia Synodo Romana, uno verbo, nihil de ſtramentitio illo privilegio Carolo per Adrianum conceſſo, ſcribit: Tantùm hoc dicit; Carolum, *Romam ex duro Longobardorum ſervitio ereptam ſuis ſceptris addidiſſe, & cuncta Italia miti dominatione potitum eſſe.* Quod ut verum eſſet, quid tamen inde contra Baronium pro Sigebertico privilegio evinces?

Nam quòd Calviniſta, fidelis ſcilicet Interpres, ait, *hæc non nudè ad ipſos cives, ſed ad ſummum Pontificem pertinere;* id gloſſema eſt dignum illa gloſſa, quæ quidvis, quod mala mens ſuggerit, effutire audet: Nullus enim C ſcriptorum, nullus inquam, ſcribit, quòd Carolus ipſum Pontificem ſummum ſibi ſubdiderit; multóque minùs, quòd à Pontifice illa privilegia, quæ ſchiſmaticus Sigebertus & gregales ejus in eodem Schiſmatico ludo educati, fabricârunt; acceperit.

Eutropium tuum Longobardum tanti facimus, quanti Illyricum, ex quo hunc tuum Eutropium protuliſti: quem ante Othonem primum Imp. vixiſſe, quo argumento oſtendes? Nec Illyricus Eutropio adſcribit; Sed ait, *eſſe appendicem ad volumen Eutropii & adjunctorum ſcriptorum, in viginti ſex libros diſtributum:* Et addit, *ſcriptam à quodam non admodum literato;* quod D res ipſa docet; Illyrico non tantùm tacente, ſed & propè dixeram, dormiente. Neque tamen quidquam eorum appendix hæc continet, quæ nobis Sigebertus apponit: Tantùm dicit, Carolum de ordinatione Pontificis ſtatuiſſe, *ut intereſſet quis legatus, & ut contentioſas lites ipſe deliberaret*, hoc eſt, decideret. Quid hæc ad magnificum illud privilegium, quod Sigebertus nobis denarrat?

Poſtea majores tibias Calviniſta inflat. Citat enim Einhardum. Adonem Viennenſem, Auſtraſium, Aldbelmum, Strabonem Fuldenſem; Monachum Paderbornenſem. E Reliquos dicit ſe prætermittere, *ne pro cerrito & fanatico habeatur.* Utinam & hos omiſiſſes. Longiùs à periculo hujusmodi opinionis de te concitandæ abfuiſſes. Quis enim ſani capitis tibi fidem habeat, quando propoſiti tui oblitus, id probas, quod probatione minimè egebat; id verò, quod maximè demonſtrandum erat, prætermiſſis? Nam quis negat, Carolum Magnum veniſſe in Italiam rogatu Pontificis Romani; ut Romanam Eccleſiam & Urbem à Longobardorum infeſtatione & deprædatione liberaret? Et hoc tantùm teſtantur Auctores à te citati. Nihil aliud. De Synodo Romana & conceſſione illa Carolo ab Adriano facta, de qua Sigebertus, altiſſimum eſt ubique ſilentium. F

Calviniſta, qui Baronio inſcitiam Dialecticæ immeritiſſimè exprobrat; ita argumentari videtur: *Carolus occupavit Romam & ſui Juris eam fecit; ergo omnia illa facta ſunt, quæ Sigebertus facta memorat.* Pulcherrimè & argutiſſimè; quaſi hæc conſequentia ex antecedente illo ullo modo ſequatur, aut quaſi Carolus ſibi Romam ex Longobardorum poteſtate, & truculentia; non ipſi Romano Pontifici adquiſiérit. An nunquam legiſti donationem Caroli Romano Pontifici factam, & confirmationem ejus, G qua olim Pipinus pietatem ſuam in Romanam Eccleſiam declaraverat? Legiſti, video, libenter tamen arroderes; ſed non audes apertè; exſertis dentibus: itaque per inſidias id facis; fuiſſe nimirum hanc donationem *συναλλακτικὴν & ultro citróque factam, quam malignè, more ſuo ſolens, ſuppreſſerit* (Anaſtaſius) *Bibliothecarius, & hoc συνάλλαγμα non tum demum fuiſſe inſtitutum, ſed ductum antea inter Pontificem & Pipinum.* Sed iſte, *more ſuo ſolens*, calumniam ſtruit tam Baronio, quàm Anaſtaſio. Nam formulæ donationis tam Pipini, quàm Caroli abſolutam donationem repræſentant, abſque ulla conditione vel reſtrictione; ùt intelliget ex earum lectione apud Anaſtaſium in Stephano III. & Adriano. Et apud Bar. Anno DCC. LV. & DCC. LXXIV. Nec H quidquam hic ſuppreſſit Bibliothecarius; quia ex Authentico inſtrumento ſua deſcripſit; Et ubi etiam ipſum autographum extſtet, Lectori indicavit, quod nullus falſarius facit. Et mirum ſanè eſt, iſtum ubique fraudes ſomniare, cùm de Pontificia dignitate adſtruenda agitur; nil autem, niſi mera oracula crepare, cùm vel obſcuriſſimus aliquis ſcriptor aliquid contra Pontificis auctoritatem ſcriptum reliquit. Verùm hac de re copioſè actum eſt in libro de Imperatorum, Regum ac Principum Chriſtianorum in Sedem Apoſtolicam munificentia.

Ait Baronius, Carolum, capto Ticino, non iterum veniſſe Romam, ſed celeriter

in

A in Franciam rediiſſe, ut adversùs rebellan-
tes Saxones expeditionem pararet. Voci-
feratur Calviniſta, *Baronium παραλογίζεσ-
θαι ἀνιςορήτως ex puris particularibus.* In-
eptè prorſus, ùt ſuprà meras negativas, ita
hic puras particulares propoſitiones occen-
tat, cùm Baronius nullum Syllogismum
exſtruxerit: ſed præcisè affirmârit, Caro-
lum, poſt captum Ticinum, non Romam
ſed Franciam petiiſſe: Et hoc *omnes affir-
mare.*

Calviniſta ægrè concoquit iſtud *omnes.*
Opponere, inquit, *poſſem myriadem ſcripto-
rum, ſi ſit uſus; qui tradiderunt, Carolum,
capto demum Ticino, Romam adiiſſe.* Nil
opus myriade. Chiliade contenti erimus.
Imò etiam centuria. Aperi Theſauros
Bibliothecæ tuæ & prome centum. Ma-
B nus dabit Baronius. Ex promiſſa my-
riade profert quinos, quorum primus
Bernardus Presbyter in Hiſtoria Lon-
gobardorum, quem dicit vixiſſe ſub Lu-
dovico Pio Imperatore. Secundus eſt
Remingus Præpoſitus S. Galli in excerptis
Francorum. Tertius Hepldannus Cœnobi-
ta in Annalibus. Quartus, Hermannus
Contractus primæ editionis. Quintus, Ma-
rianus Scotus. Sed iſti contra Baronium
nihil efficiunt; tum quia tres primi obſcu-
riores ſunt, quàm ut iis ſcriptoribus, qui
hactenus in luce omnium verſati ſunt; &
C quorum auctoritate Baronius potiſſimùm
nititur, præferri debeant: tum quia duæ
editiones Contracti, Urſtiſiana ſcilicet &
Caniſiana, carent his, quæ pro ſe Calvini-
ſta adducit; tum quia hæc ipſa cauſam Cal-
viniſtæ non promovent; quæ ut videas,
en tibi ipſa verba: *Carolus Longobardos cum
Italia ſubjecit, anno, ex quo intraverant, CCV.
ipſéque cum triumpho Romam venit.* Subjece-
rat nimirum Italiam & Longobardos; quia
jam omnibus occupatis, Ticinum arctiſſi-
ma obſidione premebat, expugnationis fu-
turæ certus: Et Romam, obſidione adhuc
durante, Paſcha ibidem celebraturus venit,
& quidem victoris & triumphatoris in mo-
D rem; quia antegreſſæ ejus victoriæ, & quæ
jam in manibus erat mox capiendo Ticino;
tali honore non erant indignæ.

Eodem ſenſu accipiendus eſt Bernardus
presbyter: qui dicit Carolum Romam per-
rexiſſe, *ſubjugatâ & ordinatâ Italia.* Utique
ſubjugata, quia omnia, præter Ticinum, in
ſuam poteſtatem redegerat. Securus de Ti-
cino itidem ſubjugando, licèt cùm Romam
iret, nondum ſubactum eſſet. In eandem ſen-
tentiam reliquos interpretari licet, imò ne-
ceſſariò interpretari debemus, præſertim
Marianum; quia cùm dicat, Carolum ve-
niſſe Romam *Sabbato ſancta Paſcha*, neceſſa-
riò dicendum eſt, Regem Deſiderium non-
dum in deditionem fuiſſe à Carolo recep-
tum, quandoquidem obſidio Ticinenſis ad-
huc circa Paſchæ ferias durabat: (niſi Ma- E
riano craſſiſſimum in hiſtoria errorem impo-
nere velimus) ſed eum, ùt ſæpe fit, in nar-
randis rebus ordinem rerum geſtarum non
ſervâſſe; priúſque expoſuiſſe, quæ poſtea,
& poſteriùs, quæ priùs geſta fuerant, quod
& ſacris & profanis Hiſtoricis ſemper licuit,
ſempérque licebit: idémque tibi reſponſum
ſit ad Hepidannum & Remingum: quos
tu ipſe *cum mica ſalis* intelligi debere ais; quia
animadvertiſti, non conſonare vero eorum di-
cta, niſi benigna interpretatione adjuventur;
qualis eſt mea, non tua; qui dicis; *Carolum non
tantùm in vigilia Paſchatis ex caſtris ad Ticinum
Romam veniſſe; ſed iterum eò abiiſſe mox à capta
Ticinenſi urbe. Et hoc velle citatos abs te Au-
ctores.* Sed hæc palàm adverſantur Maria-
no; qui dicit, Carolum Sabbato ſancti Pa- F
ſchæ veniſſe Romam: ergo loquitur de illo
adventu, qui erat ante captam Papiam;
non poſt captam; niſi dicere, & ſimul
omnibus hiſtoricis contradicere velis, Ca-
rolum Anno ſequenti, hoc eſt, Anno Do-
mini DCC. LXXV. in ipſa Vigilia Paſchæ,
iterum veniſſe Romam.

Reliquos item abs te prolatos non loqui
niſi de adventu Caroli in Vigilia Paſchæ, in-
de planum fit, quòd, teſte Eginardo, Ca-
rolus non niſi quater Romam venerit: at
quinquies veniſſet, ſi mox poſt captum
Ticinum eò veniſſet, ùt rectè dicit Baroni- G
us. Ad quæ Calviniſta prorſus inſipienter.
Ambiguitas ſignificationis eſt in Termino VENI-
RE ROMAM, *qui aliter in Majore, aliter in Mino-
re uſurpatur, ſi argumenteris; nam in propoſitione
ſumitur* ROMA pro urbe, *in Aſſumptione Sy-
necdochicῶs, pro tota Italia.* Quas Chimæ-
ras, quos tragelaphos pingit iſte Calvini
ſectator, ut veritati tenebras inducat. Num
Barooius ſyllogismum fecit? Num Majo-
rem, num Minorem propoſitionem inſti-
tuit, in qua aliter ſumatur terminus ille:
venire Romam: in Majore, aliter in Minore?
Quæ hæc, obſecro, affaniæ? vel potiùs,
quæ decipulæ? An non Baronius, cùm
quater ſolummodo Carolum Romam ve-
niſſe dicit: *Romam* pro urbe Roma, & *ad- H
ventum Romam:* pro adventu in urbem Ro-
mam accipit? Quis unquam audivit talem
Synecdochen? *Venit Romam*, id eſt, in Ita-
liam. Licèt enim omnis, qui venit Ro-
mam, in Italiam veniat; non tamen omnis,
qui in italiam venit, venit Romam. Quis
unquam vel fando audivit, Romam pro
tota Italia accipi? Ex qua fatua Synecdo-
che dicere liceret, eum, qui *venit Mediola-
num; venire Romam*; quia Roma pro tota
Italia, atque adeò pro quolibet Italiæ loco
ſumitur, & eum, qui degit Mantuæ, vel
Bononiæ, degere Romæ; quia Roma pro
tota Italia capitur. O nugas plusquam
aniles.

Quibus

A Quibus adde & hanc non poſtremam vaniloquentiam; *Eginhardum dicere, Carolum quater veniſſe Romam, nam quando ex caſtris ad Ticinum in Vigilia Paſchatis, Romam venit, & inde in caſtra ad Ticinum rediit, non cenſeri ex Urbe diſceſſiſſe; hinc, licèt, capto Ticinenſi Urbe, Romam revenerit; Eginardum adventum hunc & priorem pro uno eodémque adventu computâſſe. Et hoc ex communi loquendi conſuetudine, in quam nullum jus ſit artificibus.* Ex hac nova & inaudita loquendi & agendi ratione, ſequitur, eum, qui jam Mediolano vel Ticino Romam venit; Et poſtea Mediolanum vel Ticinum regreditur, non cenſeri Româ abiiſſe; & licèt bis térve Ticino aut Mediolano Romam redeat, reditus iſtos pro B uno adventu numerari; neque, niſi ſemel Romam veniſſe; neque inde diſceſſiſſe; licèt itinere decem, duodecim, pluriúmve dierum inde abiverit; quia ſemper manſit in Italia; ergo nunquam diſceſſit Româ. Ergo quoties redit, unus cenſetur adventus, præſertim, ſi animum redeundi habuerit. O mythologias Calviniſticas, ex ſolo odio dilucidæ & apertæ veritatis confictas. Eginardus, Caroli Cancellarius, omnium rerum à Carolo geſtarum conſcius & propè particeps, quater Carolum Romam veniſſe teſtatur; & quia iſte tanto teſtimonio opprimitur, fictitium illum ſuum quintum adventum ſub quaternario Eginardi abſcondere molitur; ſed fatuè prorſus, ùt jam vidimus. Licèt e-C nim quis, cùm ex Urbe quapiam peregrina, ad proximos campos vel pagos excurrit; non exiſtimetur inde diſceſſiſſe; & ſi revertatur; de integro redire, ſi quis tamen inde itinere decem, duodecim, vel quatuordecim dierum abſcedat; certè ſi redeat, toties rediiſſe cenſebitur; quoties ex tam longo itinere in Urbem remeat. Subtilis ſanè eſt hæc Calviniſtæ cogitatio; *Carolus Româ ad caſtra Ticinenſia reverſus non exceſſit ex Italia; ergo licèt poſt captum Ticinum Romam redierit, non novus eſt adventus; quia excurſiones & domuitiones non accedunt rationibus.* Si hoc verum eſt, tum ſequitur, ſi Veronenſis quiſpiam aut Venetus Romam ſe conferat, & inde in Patriam revertatur; Et poſt aliquot menſes iterum Romam repetat; eum non bis, ſed D ſemel tantùm Romam adveniſſe, priorémque & poſteriorem itionem pro uno duntaxat adventu numerari debere. At quis ita loquitur? Si quis dicat; ſe *ſemel veniſſe Romam*; num aliud auditor concipit, quàm quod verba præ ſe ferunt? *Semel* utique non eſt *bis*; nec *bis*, *ſemel*, nec *quater*, *quinquies*. Si dicam; Archi-Epiſcopum Mediolanenſem Mediolano quater iviſſe Romam, num poterit quis ſub quaternario hoc adventu *quintum* Mediolano Romam adventum ullo jure complecti?

Ait Baronius; non potuiſſe tam brevi tempore, quod poſt captum Ticinum, uſque ad reditum Caroli in Galliam interfuit, congregari Concilium, & quidem generale, E ùt nominatur à Sigeberto. Occurrit Calviniſta, *potuiſſe id fieri; nam Carolum in adventu ſuo Romam ex caſtris ad Ticinum, ſecum duxiſſe Epiſcopos, Abbates & Judices, Duces & graphiones, eóſque ibi reliquiſſe;* teſtémque citat Anaſtaſium Bibliothecarium: Et Anonymum Auctorem de geſtis Caroli Magni cap. 26. Tom. 1. Antiq. lect. ubi legimus. *Cernuntur Epiſcopi, Abbatèſque, & Clerici, Capellani cum Comitibus ſuis.* Sed Anaſtaſius penitus nihil dicit de relictis à Carolo Romæ Epiſcopis & Abbatibus, & ſine dubio tot non ſecum adduxerat, qui Concilio generali centum quinquaginta trium ſufficerent. Alter ex Anonymo locus tam eſt ad rem, quàm ſi Calviniſta pro ſe citâſſet Apologum illum Æſopi de ruſtici filio, qui cochleas aſſabat, & ſtridentibus accinebat illud; ὦ κάκιςα ζῶα. F

Sed ut videamus, quàm à teſtimoniis iſte ſit inſtructus, teſtem nobis dat maximum, & qui omnibus ſilentium imponat, Marſilium Patavinum, hominem hæreticum, & Pontificum Romanorum hoſtem capitalem, qui idem iiſdem propemodum verbis in libello de Translatione Imperii dicit, quod Sigebertus; quippe qui Sigeberti commenta expilârit, & in ſua oleta verbatim fermè tranſtulerit. Cui addit Gallicum quendam ſcriptorem Gallicè ſcribentem, quem dicit, Marſilii auctoritatem ſecutum. Grandiſſima ſanè utriuſque auctoritas, & cui de via decedat oportet, Baronius, præſertim te vocife- G rante: *Quid jam Baroni? Etiamnum impoſſibile tibi videtur concilii celebrandi tempus?* Omnino impoſſibile eſt: neque tu vel unico verbulo probabile feciſti, potuiſſe poſt captum Ticinum, tam exiguo temporis ſpatio, generale concilium cogi, & duo ex teſtibus tuis nihil de hac re dicunt: duo dicunt quidem; ſed Sigeberto poſthumant; & quidquid dicunt, ex lacunis Sigeberticis hauſerunt.

Ait Baronius, tantum abeſſe, ut Carolus electiones Epiſcoporum ſibi arrogaverit, ut potiùs ſuo promulgato decreto, eas ſtatuerit eſſe liberas, & ex ſacrorum Canonum præſcripto inſtitui juſſerit, citátque capit. 84. lib. 1. Capitul. Francic. & habetur itidem apud Gratianum d. 63. cap. 34. Calviniſta in H Syllogiſtam converſus Baronii dicta in Syllogiſmum conjicit. *Qui ex ſacrorum Canonum præſcripto Epiſcoporum electiones per Clericos & populum decrevit eſſe liberas, is eorum confirmationem & inveſtituram non habet. At Carolus decrevit eſſe liberas: ergo jus confirmandi & inveſtiendi non habuit.* Si mentem Baronii ſincerè voluiſſet exprimere; potiùs dixiſſet; *qui Clericis liberam relinquit Epiſcopos eligendi poteſtatem ex Canonum præſcripto, ille non arrogavit ſibi eam poteſtatem, quam ei Sigebertus con-*

ceſ-

A *teſſam fingit*. Sic conformata Major, longè concinniùs tinniiſſet, quàm eo, quo à te propoſita eſt, modo.

At tu Syllogiſmo, quem Baronio affinxiſti, alio Syllogiſmo occurrere conaris. *Qui ex priſco jure & inſtituto Imperatoris Romani electionem per principes Germanos, decrevit eſſe liberam, is ejus confirmationem & conſecrationem non habet. Papa Romanus decrevit Romani Imperatoris electionem per principes Germanos eſſe liberam: ergo Papa Romanus Imperatoris Romani confirmationem & conſecrationem non habet. Quid ad hæc Baroni?* inquit Calviniſta. *Negabis, opinor, propoſitionem meam; Ego itidem tuam.* Hoc tamen diſcrimine; quòd Baronius tuam negaturus ſit jure; tu Baronianam, injuſtè; quia hæc nititur lege & decreto Caroli; tua aliud fundamentum non habet, niſi tuam B inſcitiam: Pontifex enim, qui Electoribus Romani Imperii liberam Imperatoris eligendi poteſtatem dedit, jus confirmationis, & conſecrationis ſibi reſervavit.

Obſervemus autem, quod Calviniſta fatetur; *Pontificem decreviſſe, ut electio Romani Imperatoris per Principes Germanos ſit libera.* Eſt ergo Pontifex Auctor inſtitutionis Electorum Imperii. Cur ergo hoc alibi negat? Mittis Baronium ad tuos rerum Alamannicarum Tomos, *ut inde diſcat, quod neſciat*. Quid, obſecro, ex notis tuis & ex tertio Tomo diſceret, niſi tuas & Vadiani tui, criminationes, pſeudologias, & ἄνοιαν anilem, quibus tu & tui res Eccleſiaſticas, præſertim Monaſticas, conſpurcatis?

Accuſas Baronium, quòd argumentum ducat ab auctoritate negativè, nimirum, *non* C *fieri mentionem hujus privilegii in Capitularibus Carolinis; Eſſe igitur fictitium.* Jam ſuprà, & alibi dixi, hoc argumentandi genus non eſſe prorſus imbelle, ſi aliæ circumſtantiæ concurrant, ùt hic quidem concurrunt: quis enim credat, talis & tanti privilegii nullam futuram fuiſſe mentionem in illis Capitularibus, in quibus omnia jura ad Eccleſiaſticos pertinentia, tam minutatim enumerantur, palámque proponuntur, ſi unquam in rerum natura exſtitiſſet?

Objicit Baronius cap. *cùm Hadrianus* diſt. 63. ex quo ſatis appareat, commentitium eſ- D ſe, quod Sigebertus de illo Carolino privilegio tradit. Oggerit Calviniſta: *Capitulum hoc eſſe commentitium. Adſcribi Gregorio IV. quo Hadrianus II. ſit poſterior.* Mi homo, non tuum eſt hoc annotamentum. Sed doctiſſimorum hominum, qui juſſu Gregorii XIII. emaculando Gratiani Decreto operam navârunt. Sed ut Gregorii IV. non ſit, an ideò eſt commentitium & fabuloſum? Quoties in Gratiano hoc accidit, ut quæ hujus vel illius erant, alterius titulo & nomine inſignirentur? An non admonent correctores Decreti, hæc haberi in Pontificalibus manuſcriptis inter geſta Hadriani ſecundi; itémque in col- E lectione manuſcripta Decretorum Romanorum Pontificum in Decreto ejuſdem Adriani ſecundi? Cùm ergo de re conſtet, quid tu de Auctore tricaris, & Baronio calumnias ingeris, cùm Baronius Capitulum illud: *Cum Hadrianus*, Gregorii IV. nomine non adduxerit; utique non ignarus, Hadrianum II. Gregorio IV. poſteriorem eſſe. Sed tu nullam occaſionem calumniandi Baronii ex fœcundo tuo pectore fingere prætermittis; qui magnum ſanè operæpretium facis, cùm doces, *hæc contineri in vita Hadriani II. ſcripta à Bibliothecario Wilhelmo.* Scilicet hoc ipſi, qui Gratiani Decretum caſtigârant, non monuerunt, ut proinde tu monitor exſpectandus fueris, ex Æſopi puteo aſinus.

Obſtrepis. *Verba Bibliothecarii, qui vel Wil-* F *helmus eſt; ùt quidam cenſent, vel ipſe Anaſtaſius Bibliothecarius, ùt exiſtimat Baronius, & jam in Anaſtaſio typis Moguntiæ excuſa extant; adverſari Baronio.* Qui, obſecro? vel potiùs quæ verba adverſantur? Num iſta? *Collectis igitur omnibus tam Epiſcopis cum univerſo Clero, quàm primoribus Urbis cum obſecundantibus ſibi populis, ab Eccleſia ſancta Dei genitricis, ſempérque Virginis Mariæ, quæ appellatur ad præſepe, rapitur, trahitur, & ad Lateranenſe Patriarchium certatim à procerum & plebis multitudine deportatur. Quod audientes tunc miſſi Principis moleſtè tulêre, indignati ſcilicet, non quòd tantum virum nollent Pontificem, quem nimirum anxiè cupiebant, ſed quòd ſe, dum præſentes eſſent, Quirites non invitaverint, nec optata à ſe futuri præſulis electioni intereſſe conſenſerint. Qui ac-* G *cepta ratione, quòd non Auguſti cauſa contemptus, ſed futuri temporis hoc omiſſum fuerit omnino proſpectu, ne videlicet Legatos Principum in electione Romanorum Præſulum mox exſpectandi per hujuſmodi fomitem inoleſceret, omnem ſuæ mentis indignationem, medullitus ſedavêre, ac ſalutandum electum etiam ipſi humiliter acceſſêre.*

Certè hæc, quæ etiam apud Gratianum leguntur, valdè Baronio repugnant; Et itaquidem, ut Romanus Clerus & alii apertè teſtati fuerint, ſe noluiſſe Legatos Ludovici exſpectare in Pontificis electione, ne talis mos invaleſceret, nimirum contra libertatem Ec- H cleſiaſticam, qua tunc clerus in electione Pontificis Romani gaudebat.

Si hæc Baronio non obſtant, quæ ergo obſtant? *Iſta* inquit Calvinianus. *Omnes hunc certatim coram iiſdem Legatis rapere, & ad ſummum Pontificatûs apicem provehendum trahere, ac anxiè nitebantur portare, niſi blanditiis ſenatorum & conſiliis aliquantulum ſedati fuiſſent.* Sed neque in his, neque in ſequentibus Bibliothecarii verbis quidquam apparet; quod vel Baronio adverſetur, vel privilegium Sigeberticum ſtabiliat. Nam Senatores nihil aliud egerunt, quàm quòd immodicum illum populi impetum rapiendi Adriani in Patriar-

A chium Lateranenſe nonnihil repreſſerunt, &
quidem Legatis Ludovici præſentibus: Poſtquam enim Adrianus à Clero & populo abſentibus Legatis, electus fuerat, moram nullam interponendam; ſed quamprimùm ad conſecrationem procedendum populus cenſuit, omnis dilationis impatiens. At nec Senatus, neque ipſi Legati unquam vel verbulo ſignificârunt; jus eligendi Pontificem non Clero; ſed Ludovico Imperatori competere: Et quomodo ſiluiſſent; ſi, ùt fictitium illud Privilegium habet, jus Pontificem eligendi Hadrianus primus à Clero abdicâſſet; & Carolo Imperatori, cunctiſque ejus ſucceſſoribus tam liberaliter conceſſiſſet? Quis credat, Ludovicum II. Caroli Magni ſucceſſorem tertium,
B neſciviſſe, Privilegium tam amplum anteceſſori ſuo, & ſibi, tanquam legitimo ſucceſſori, conceſſum?

Neque ipſe Ludovicus audiens hanc Adriani electionem Romanos reprehendit, quaſi alieni juris invaſores & uſurpatores, ſed laudavit, gratúmque & ratum id factum habuit; ùt teſtantur hæc Bibliothecarii verba: *Quorum omnium unanimitatis deſiderium audiens HLudovicus Imperator; cognoſcens etiam qualiter in eo decretum ſuis ſubſcriptionibus roboraverunt, valde gaviſus eſt. Et, ut tantus Domini famulus, cunctiſque gentibus,*
C *videlicet tam Romanis, quàm diverſis advenis deſideratus, & deſiderabilis Chriſtianæ plebi præficeretur, medullitus exoptavit: & mox imperialem ſcribens Epiſtolam, cunctos Romanos, quòd dignum tanto elegiſſent officio præſulem conlaudavit, per quam videlicet innotuit, nulli quidpiam præmii fore ex conſecratione ipſius quoquo modo pollicendum, cùm ipſe hanc non ſuorum ſuggeſtione, ſed Romanorum potiùs unanimitate commotus ardentiſſimè cuperet provenire. Maximè cùm reddi, quæ ablata fuerant, non auferri ab Eccleſia Romana vel deperire quidpiam ſe diceret amare.*

Hic nullam videmus Ludovici querelam, quaſi Romani falcem ſuam in alienam meſſem miſerint; nec dicit; *ſibi jus eligen-*
D *di & confirmandi Pontificis competere;* ſed electionem jam factam approbat duntaxat & commendat; cupitque, ut conſecratio tanti Pontificis quamprimùm inſtituatur: Nam ſi vel per ſomnium quidquam unquam de Sigebertico illo privilegio audiſſet, an illud ſibi non aſſeruiſſet, præſertim, cùm Romanorum factum in electione Hadriani ex diametro cum privilegio illo pugnet? Nihil horum Ludovicus; nihil prorſus; ſed electionem approbat, ea approbatione, qua rectè & legitimè facta approbare ſolent etiam illi; quibus in illam electionem nihil de jure competit. Quo pacto hodiéque Imperatores & Reges Chriſtiani approbant electionem Pontificis Romani, factam à Cardinalibus, & de illa certiores redduntur, etiamſi penes illos non ſit jus talem electionem reſpuendi. Quanquam Ludo- E
vicus peculiari etiam ratione de electione & futura conſecratione Pontificis certior reddendus erat; quia providere debebat, ne in conſecratione Pontificis tumultus quiſpiam exiſteret, & ne legitimè electo Pontifici aliqui ſeſe opponerent; conſecrationem impedire conantes; de quo lege, quæ diximus Tom. 2. Defenſ. Bellarm. lib. 4. cap. 13.

I nunc Calviniſta, & clama: *Satin aperta hæc, ſatin clara?* Utique ſatis aperta & clara ſunt, quibus non Baroniana, *ſed tua calumnia ſoli meridiano exponatur;* nihil enim penitus vel apud Gratianum, vel in vita Hadriani ſecundi extat, quod vel obiter tale privilegium, quale à Sigeberto propo- F
nitur, inſinuet. Omnia teſtantur electionem Adriani in Romanorum, non in Ludovici poteſtate fuiſſe; & Ludovicum nihil hic egiſſe, niſi quòd factum Romanorum approbavit & laudavit; operámque præterea dedit, ut circa conſecrationem omnia ritè & legitimè peragerentur.

Accuſat Calviniſta Baronium *incivilitatis,* quaſi deliquerit in illud Celſi I. C. *Incivile eſt niſi tota lege perſpecta, una aliqua particula ejus propoſita, judicare, vel reſpondere.* Longè incivilius eſt calumniari & Sycophantari, ùt tu ſemper facis. An volebas, ut Illuſtriſſ. Baronius totam Adriani II. Hiſtoriam in refutatione fictitii privilegii recitaret & exſcri- G
beret? An poſteriora verba prioribus repugnant? An non æquè ac priora indicant, Ludovicum Imp. nullum ejuſmodi privilegium agnoviſſe, quale Carolo Magno & ſucceſſoribus conceſſum fingitur? Ex poſterioribus ſanè verbis Bibliothecarii nihil aliud à ſano colligitur, quàm conſecrationem Hadriani fuiſſe dilatam, donec Ludovicus de electione Hadriani certior redderetur, & hoc propter cauſam ſuprà dictam.

Platinæ anteponimus ſeu Wilhelmum, ſeu Anaſtaſium Bibliothecarium; quanquam neque ille quidquam de hoc commentitio H
privilegio: ùt ſatis declarant hæc ejus verba. *Supervenerunt à Ludovico Imp. literæ, quibus Romanos admodum laudat, quòd ſummum Pontificem ſanctè & integrè creâſſent, non exſpectato aliorum voto,* hoc eſt, *legatorum ſuffragio, qui fortè ea in re ob ignorationem perſonarum minus judicii habuiſſent.* Certè ſi Ludovico electio ex privilegio Sigebertico competiviſſet, nequaquam Romanorum factum comprobâſſet, quòd, ſe & legatis ſuis inconſultis, Adrianum ad Pontificatum evexiſſent.

Jubet Calviniſta, ut bene notetur Parentheſis illa Platinæ de legatis Ludovici. *Hanc ob rem legati Ludovici, qui ejus rei cauſa aderant, indignati, quòd nuſquam* (ùt par erat,) *dum hæc agerentur, intereſſe potuiſſent,* &c. Sed ſive hæc Parentheſis ſit à Platina, ſive ex mente ipſorum legatorum, nihil contra jus

faſ-

A ſisque à Romanis commiſſum eſſe, teſtatur ipſe Ludovicus; qui cum Romanis neque expoſtulavit, tanquam cum alieni juris invaſoribus; neque eos monuit, ut alio tempore ab electione Pontificis abſtineant; ſibi enim hanc poteſtatem competere; ſed factum comprobavit, adjecta etiam hac mentis ſuæ declaratione; *ſibi non eſſe conſtitutum, jura Eccleſiæ Romanæ violare; ſed intacta & illibata conſervare.* Nec tamen legati Imperatoris quando electioni intererant, eo fine intererant, ut ipſi ſuo arbitratu Pontificem crearent ac eligerent, ſed ut electores protegerent; loco Imperatoris, ſummi Eccleſiæ Defenſoris, ne quis turbas cieret.

Ait Calviniſta, *Carolo Magno dignitatem Patriciatus fuiſſe collatam à populo; & hanc dignitatem fuiſſe majorem, quàm illam Advo-* B *catiæ*, & defenſionis Romanæ Eccleſiæ. Sed Calviniſta ſuo Decreto & Auctoribus, ex quibus hoc decretum ſabricavit, fidem habere deberet; ſi conſtare ſibi vellet. Nam Sigebertus dicit: *In qua* (Synodo) *Adrianus Papa cum univerſali Synodo dedit ei jus eligendi Pontificem*, &c. *dignitatem quoque Patriciatus*, nam Ita legendum eſſe, pro, *Principatus*, ipſemet Calviniſta admonet. Non ergo populus Carolo hanc dignitatem contulit, ſed Papa cum Synodo. Idem teſtatur Theodoricus Niemus, & Auctor Compilationis Chronologicæ, prout ab iſto critico citatur: idem tradunt alii Hiſtorici. Nec repugnant Otho Friſingenſis & alii, qui ſcribunt, Carolum factum & appellatum Romanorum Patricium, *acclamante populo univerſo*; quia populus acclamatione ſua id, quod à Pontifice ſactum fuerat, comprobavit: ùt & poſtea ſactum, quando in Imperatorem à Leone III. inunctus eſt.

C Porro illa Quæſtio, utrum *Patriciatus* an Eccleſiæ Romanæ *Advocatia* ſit major dignitas, de qua Calviniſta diſſerit, tam eſt neceſſaria, quàm illa, quæ paulò pòſt proponitur & ridetur à Calviniſta ex Accurſio: *Utrum ſi nunc reviviſcat Adamus Protoplaſtus, ducere poſſit uxorem, quoniam matrimonium inter parentes & liberos prohibeatur in infinitum. Tricæ hæc ſunt & apinæ nec jucundæ nec utiles*, inquit Calviniſta. Verè, ſi itidem accommodetur ad quæſtionem Calviniſtæ. Nam ſive Patriciatus dignitas, ſive *Advocatia* Romanæ Eccleſiæ præſtantior fuerit; parum Id intereſt; quia conſtat, utramque Carolo à Pontifice fuiſſe collatam.

D Illud eſt lepidum, quòd ait, *Patricium fuiſſe defenſorem populi*; *Advocatum* autem, Eccleſiæ; *Et Pontificem res ſuas voluiſſe habere à re populi ſejunctas; conſtituendo Carolum Advocatum ſeu Defenſorem Romanæ Eccleſiæ.* Et hinc liquere; *Populum fuiſſe potiorem Pontifice, quandoquidem Patriciatus Advocatiæ Eccleſiæ à Carolo in diplomatis præponitur: Carolus Patricius Romanorum, filius & defenſor ſanctæ Dei Eccleſiæ.* Et hoc tam acutum diſcrimen ſagaciter expiſcatus eſt Calviniſta ex Suida: qui ait; πατρίκιος ὁ πατὴρ τοῦ κοινοῦ. Sed inprimis non vidit Calviniſta, hanc Suidæ Etymologiam eſſe ferè ſimilem illis, quas ex ſegnioris ævi ſcriptoribus collectas, *literiones* iſti ſuaviſſimè ridere ſolent; nam quia duæ poſtremæ ſyllabæ in vocula πατρίκιος cognationem quandam habent cum vocabulo κοινὸς, inde etymon illud Suidas exſculpſit. Deinde ut maximè originatio hæc eſſet; æquè tamen τὸ κοινὸν ad Defenſionem ſtatus Eccleſiaſtici ac Politici accommodari poteſt. Adhæc, Patriciatus Romanus ſolummodo erat dignitas, proxima poſt conſulatum, ùt patet ex Formula *Patriciatûs* conferendi, quæ extat apud Caſſiodorum lib. 6. Variarum in ipſo libri exordio: Ex qua ſormula longè melìùs diſces, quæ fuerit Patricia dignitas, quàm ex hujus Calviniſtæ nugamentis: ad aſſimilem modum creant hodie Veneti, etiam exteros, Patricios Venetos, & Romani, cives Romanos. Et hæc *Patriciatûs* dignitas eo fine Carolo data fuit, ut Romanam Eccleſiam tueretur; nec Res populi Romani à rebus Pontificis & Eccleſiæ Romanæ, neque hujus à rebus Romani populi ſegregari poterat; Itaque qui has defendendas ſuſcipiebat; etiam illas in patrocinium ſuum ſuſcipiebat. E F

Objicit Calviniſta. *Ex Anaſtaſio Bibliothecario non poſſe evinci, Carolum Magnum Pontificis pedibus oſculum tuliſſe; ſed hoc duntaxat: Carolum dextram Pontificis manum tenuiſſe.* Et fortè legendum; *dextera manu antedictum Pontificem.* Haud ſatis diſpicio, cur hic oſculum pedum, & idonem ad dexteram Calviniſta ingerat: non enim ideo Pontifex Carolo minor erat, ſi Pontificis pedes non eſt oſculatus; quia multi, etiam ex illis, qui Romam veniunt, Pontificis pedes non oſculantur, neque idcirco Pontifex illis minor eſt. Præterea, ſi Carolus non eſt Pontificis pedes oſculatus, cur ergo Urſinus Calvinianus, qui ſe *Antijeſuitam* indigitat, inter illos Imperatores, qui Pontificis pedes oſculati ſunt, numerat Carolum Magnum, in Appendice, quam ad Sycophanticum Schardii de Pontificibus Hypomnema adjecit, & non ita pridem Ambergæ publicavit? Certè ſi, ùt Calviniſta ipſemet ex Anaſtaſio narrat, Carolus Magnus *omnes gradus ſigillatim ſanctiſſimæ beati Petri Eccleſiæ deoſculatus eſt*; pedum Pontificis oſculum refugiſſe, jure cenſeri non poteſt. G

Nec video etiam, unde Calviniſta hanc conſecutionem extuderit. *Pontifex Adrianus dexter ivit Carolo; ergo Pontifex major eſt Carolo:* Quia Anaſtaſius non dicit; Pontificem tenuiſſe dexteram Caroli, ſed Carolum tenuiſſe dexteram Pontificis: Hinc potiùs argumentator noſter concludere debebat. H

A *Carolus inceſſit ad dexteram Pontificis, ergò major erat Pontifice.* Sed nos è veſtigio occinuiſſemus Calviniſtæ hæc ejus propria verba: *Baculo eget, non rationibus, qui tam inſaniter contendit. Et vidi ego Monachos Cappucinos* (agnoſcis tua verba) *maximis Principibus dexteros incedere; unde qui velit argumentari, illos Monachos eſſe ſupra Principes poteſtate ac auctoritate, eum nónne diceres delirare, & ad familiares mittendum?*

Ait Baronius; nomen *Inveſtituræ* non fuiſſe uſitatum tempore Caroli Magni: Et hinc etiam elucere impoſturam privilegii, quod Sigebertus Carolo conceſſum tradit; cùm utatur nomine ea ætate minimè uſitato. Hic Calviniſta mirificos triumphos B agit, & coronam victricem ſibi decerni poſtulat. Credo ob convicia, quibus tantum virum obruere tentat, quòd nomen *inveſtituræ*, temporibus Caroli Magni exſtitiſſe neget. Clamat. *Eugepæ bellum argumentatorem, dignus es, Baroni, qui de luculentitate rationis cum Zenone & Chryſippo in certamen deſcendas;* additque Baronium ita argumentari. *Ego non legi nomen Inveſtituræ exſtitiſſe tempore Caroli Magni; ergo nomen hoc tunc in rerum natura non erat;* quod ait eſſe ſimile huic; *Ego Baronium Romæ non vidi: ergo Baronius non eſt Cardinalis Romanus.* Mittamus iſtas criminationes Calviniſticas. Si Baronius erravit, cur Calviniſta, allato exemplo, eum non convicit erroris? Nam in chartis Traditionum, quas memorat, ex C ſuo Tom. 11. Scriptorum Alamannicorum non *inveſtituræ & inveſtiendi;* ſed *veſtituræ* & *veſtiendi* vocabula apparent, & in diverſa materia, nempe in traditione & donatione bonorum temporalium; non in commiſſione officii Eccleſiaſtici, cujusmodi eſt Epiſcopatus, Abbatia, & ſimiles prælaturæ; Et, niſi fallor, dlu laborabit Calviniſta, donec tale exemplum invenerit, Carolo Magno coævum, vel antiquius.

Occinit Calviniſta: *Privilegium Carolo conceſſum, fuiſſe ſpeciale pro Italia, non generale pro toto orbe. Nam Carolum in Galliis & alibi antea jus eligendi, confirmandi & inveſtiendi Epiſcopos habuiſſe.* Sed mea parùm intereſt, ſive D hoc privilegium generale, ſive ſpeciale voces, quia fictitium eſt; quanquam tu cum Sigeberto parùm concinis, qui privilegium hoc extra Italiæ fines extendit; quandoquidem per illud inveſtituras ab Henrico IV. & V. in Germania factas excuſare tentavit.

CAPUT II.

Nugamenta Calviniſtica in Epiſtolam Caroli Magni ad Elipandum de Hæreſi Feliciana.

EXtat Tomo 3. Conciliorum in Actis Concilii Francofortenſis. Calviniſta vocat *Conſtitutionem*: ubique ſcilicet conſtitutiones ſomnians, *more ſuo ſolens*, ùt E ipſe loqui amat. Bacchatur inprimis in Bernardum Lutzenburgium, ſcriptorem Catalogi Hæreticorum, quem *crimine falſi aſpergere*, nititur; quòd ſcripſerit; *In Concilio legati Sedis Apoſtolicæ præſidentes fuerunt, Theophylactus & Stephanus Epiſcopi. Os impudens & effrons*, clamat Calviniſta. Cur, quæſo? Quia ex vocula *Præſentes*, fecit, *Præſidentes.* Unde hoc tibi conſtat, Calviniſta? An vidiſti manuſcriptum Codicem, à quo huic tuo convicio aliqua veriſimilitudo veniat? nam quòd ais, *te tuam Bibliothecam in Breviarium Baronianum pignus dare, ſi in Synodis Francicis vel apex de præſidentia Romani Pontificis inveniatur; ſemper enim præſediſſe Principem*; id ſcilicet tam verum F eſt, quàm vera ſunt cætera tua blateramenta: in omnibus enim Conciliis Francicis vel præcipuus Epiſcopus, vel præcipui Vicarius, vel Sedis Apoſtolicæ Legati, præſederuut, vel ipſe Pontifex, ſi quando in Franciam, Concilii celebrandi cauſâ, venit; ùt venit Urbanus II. quo præſidente Concilium Claromontanum eſt habitum pro recuperanda terra ſancta; & quidquid Carolus vel alius Rex in convocanda Synodo, vel in ſententia dicenda, vel in judicio faciendo geſſit, id totum nutu & aſſenſu Eccleſiaſticorum geſſit. Quapropter in Epiſtola ad Elipandum ita loquitur. *Ecce ego veſtris petitionibus ſatisfaciens congregationi ſacerdotum* (hoc eſt, Concilio) *auditor & arbiter aſſedi.* G En auditorem ſe profitetur; non ergo *præſidem* ſe jactat.

Dices. Fuiſſe itidem *arbitrum.* Omnino, quia ſententiam, arbitrium & decretum Concilii ratum habuit. *Decernimus, & Deo donante decrevimus, quid eſſet de hac inquiſitione firmiter tenendum.* Decrevit ergo Carolus, quid de Elipandi opinatione ſentiendum eſſet, ſed decrevit ſecutus Concilii, ſeu præſulum ſententiam; ſententiam dixit, ſed inſtructus ab Epiſcopis. Arbiter fuit, ſed poſt arbitrium, & ex arbitrio Epiſcoporum.

Miror omiſſum à Calviniſta locum Epiſtolæ Synodicæ ad Epiſcopos Hiſpaniæ, in cujus exordio hæc leguntur. *Congregatis nobis in unum charitatis conventum, præcipiente & præſidente piiſſimo & glorioſiſſimo Domino noſtro Carolo Rege*, &c. Sed quid ſi quis eadem, qua Cal- H viniſta adversùs Lutzenburgium, Criſi uſus, contendat hic legendum, non *præſidente*, ſed *præſente?* Certè non deerunt argumenta, quibus opinionem ſuam ſtabiliat, inprimis titulus libelli Sacroſyllabi; ubi legimus: *In loco celebri, qui dicitur Franconofurd ſub præſentia clementiſſimi Principis Caroli.* En *ſub præſentia*, non, *ſub præſidentia.* Et in ipſo libelli contextu: *Reſidentibus cunctis in aula ſacri Palatii;* &c. *Sub præſentia prædicti Principis*, &c. Deinde Reſpondeo, Carolum dici *præſediſſe*, non quòd propriè Judex eſſet; ſed quia materialem locum cæteris omnibus honoratiorem

A rem tenebat, nempe thronum & ſolium regium: ut ad ſimilem objectionem de Imperatoribus Orientis reſpondet Bellarminus lib. 1. de Concil. cap. 19.

Quis verò divinet, quid Calviniſta voluerit, quando contra Lutzenburgium clamitat; eum Felici & Elipando *adſcribere errorem adorationis imaginum, quem erravit Concilium Nicanum ſecundum, idémque dictum; ſeptima Synodus Oecumenica.* Vigilánſne an ſomnians hæc Calviniſta ſcripſit? Nam Lutzenburgius adſcribit Felici & Elipando errorem Iconoclaſticum Copronymianum, & Claudianum Tauricum; nempe imagines non tantùm non eſſe adorandas, ſeu colendas, ſed & penitus exterminandas, & eliminandas. Num hæc eſt ſententia Concilii NIcæni? Num Sy-
B nodus iſta hoc ſanxit? An non è diametro veſaniæ huic repugnantia ſcita ſcivit? Nec ſolus Lutzenburgius errorem Iconomachicum Felici Urgelitano adſcribit, ſed & idem facit Concilium Senonenſe in Decretis fidei cap. 14. Platina in vita Adriani I. Pontif. Paulus Æmylius lib. 2. de geſtis Francorum propè finem; quos citat Binius Tom. 3. Concil. in Notis ad Synodum Francofordienſem.

Adde his omnibus antiquiorem *Dungalum*, qui ſub Ludovico Pio Imp. vixit, & contra Claudium Taurinenſem æquè ac Jonas Aurelianenſis, ſcripſit; cujus liber inſertus eſt ſecundo Tomo Auctarii ad Bibliothecam SS. Patrum. Iſte Auctor in præfatione ſua Felicem hæreſeos Iconoclaſticæ in occidente an-
C teſignanum facit. Audiamus ejus verba. *Cùm enim Dominus beatiſſimæ memoriæ Carolus* (Magnus) *ferventiſſimus vigilantiſſimúſque Catholicæ fidei tutor & propugnator, nequiſſimæ caput viperæ in Magiſtro hujus erroris Felice contra ſibilantis unitatem Eccleſiæ Apoſtolicæ auctoritatis prævalida ferreáque confregerit virga; rectum quidem eſt, quin ab ejus benedicta generatione* (à Ludovico filio, & Lothario nepote) *ſupradictæ caudæ beſtiæ diro cuncta ſuo inficiens nidore eodem contundatur haſtili*, &c. *ut quia perverſus diſcipulus* (Claudius Taurinenſis) *perverſum peſtiferúmque Magiſtrum* (Felicem) *non*
D *ſolùm æquiparare, verùm etiam depravando & blaſphemando excellere contenderit*, &c. *validiore etiam caſtigatione, quàm ſuus antea Doctor fuerat, corripiatur*, &c. En Felix apertiſſimè à Dungalo nominatur, *Auctor*, *Magiſter* & *Doctor* ejus erroris, quem Claudius ſequebatur, & quem Dungalus in Claudio refutaturus erat. Et Claudius dicitur Felicis *diſcipulus*. Non injuria igitur Felici hic quoque Iconomachicus error adſcribitur. Libros Pſeudo-carolinos hic tacitus prætereo; quia in Horto ſanctæ Crucis omnes nebulas à Calviniſta hoc ſparſas diſpulimus.

CAPUT III. E

De præfatione Caroli Magni in ſua Capitularia.

Extat initio Capitularium Francicorum, quæ Pithœus evulgavit. Et in legibus Caroli Magni, quas olim Amerbachius, nuper R. P. *Joannes Buſæus* Societatis noſtræ unà cum Hincmari Epiſtolis publicavit. Calviniſta, *more ſuo ſolens Conſtitutionem* ſomniat, & quidem *de Diſciplina Eccleſiaſtica & officio Epiſcoporum. Inde contra Baronium evincere contendit, ad Regis ſeu Imperatoris, non ad Papæ officium pertinere, ut Epiſcopis & Presbyteris leges præſcribat.* Sed Calviniſta duo advertere debuiſſet. Primum, Carolum quidquid fecit, feciſſe nutu & permiſſu Epiſcoporum, ut leges latæ plus roboris ac firmitatis haberent, & efficaciùs in u- F
ſum moréſque inducerentur; quod ſatis ex ipſo præfationis contextu liquet.

Secundum eſt, hæc Caroli Capitularia, non tam eſſe novas leges; quàm veterum Conciliorum Canones, ex quibus Carolus, ùt & poſtea alii Reges & Imperatores Francici, unum in volumen conjecerunt & collegerunt illos, quorum obſervatio magis obvia & neceſſaria erit. Hoc cur non liceat Principi, præſertim conſentientibus Epiſcopis?

Reprehendit Calviniſta Baronium, quòd hanc Præfationem Caroli retulerit ad Annum DCCCI. quaſi hoc anno ſcripta fuerit; G
quem ait, falſitatis argui ex ipſa inſcriptione; in qua Carolus vocatur tantùm Rex Francorum, non Auguſtus; non Imperator ſolennibus hujus anni titulis. Reſpondeo, Calviniſta, *more ſuo ſolens* Baronio injuriam facit. Nam Baronius non dicit, præfationem iſtam hoc anno fuiſſe ſcriptam, & Capitularibus Carolinis præfixam; ſed quia de legibus Caroli ſermo eo anno inciderat; hanc etiam præfationem Baronius citavit, imò & recitavit, ut ex ea lector intelligeret, quo animo Carolus Eccleſiaſticis leges dare voluerit. Iſte ſuo Illyrico in Catalogo Teſtium doctior corrigit, quod Illyricus corrigere nequiit: nam ex his numeris Anno Dominicæ Incarnationis DCC. LXXX H
VIX. facit ipſe per Criſin ſuam hunc numerum DCC. XCVI. ratus numeros apud Illyricum fuiſſe tranſpoſitos. Sed nos malumus audire ipſum Carolum quàm hunc ἄκριτον criticum, qui in editione Pithœana ad finem cap. 82. *Anno Dominicæ Incarnationis DCC. LXXXIX. Indictione duodecima, Anno XX. Regni noſtri Actum eſt hujus legationis edictum in Aquiſgrani Palatio publicè. Data eſt hæc quarta die decima Kal. April.* Editio Amerbachiana. *Pax prædicantibus, gratia obedientibus, & gloria Domino DEO noſtro JEſu Chriſto, Amen. Anno Dominicæ Incarnationis DCC. LXX XIX. Indictione XII. Anno XX. Regni noſtri a-*

A *ctum eſt hujus legationis edictum in Aquiſgrani Palatio. Publicè data eſt hæc carta die decimo Kal. Aprilis.* Habeo etiam horum Capitularium ex Bibliotheca S. Galli apographum; ubi idem Annus Domini conſignatur; & cætera prorſus cum Amerbachiana editione conſonant; Et ut ego quoque Criſin, ſed ſaniorem, adhibeam, pro, *die decimo*, legendum arbitror; *duodecimo Kalend. Aprilis.* Ex quibus etiam emendare licet mendum, quod extremis verbis in editionem Pithœanam irrepſit.

I nunc Calviniſta, & Baronio temerè & impudenter inequita; quaſi Capitulare Caroli anno non ſuo collocârit; cùm tu cum tua Critica totis foribus aberres. Et ſi quid
B cordis prudenter Critici habuiſſes, facilè vidiſſes, apud Illyricum redundare illam quinarii notulam, V. qua extrita, numerus rectè conſtat.

Miratur Calviniſta, cur Carolus cap. 82. Edit. Pithœanæ, Symbolum relegens non faciat mentionem *deſcenſus ad inferos.* Reſpondeo, quia comprehendit ſub illo, *mortuus eſt*; vel illo; *ſepultus eſt.* Falſum eſt autem articulum hunc in nullo vetere Germanico Symbolo reperiri; falſitatem hanc redargui præfatione in *Murices Catholicæ & Germanicæ Antiquitatis*; ubi & illud Symbolum citavi, quod nuper Freherus cum notis evulgavit.

Ut autem videas, quàm conſideratus ſit Calvinianus iſte; Latino Capitulari ſubjun-
C git interpretationem Germanicam: Et verba illa ſua Latina: *Anno Dominicæ Incarnationis DCC.XCVI. Indictione XII, Anno XXI. Regni noſtri Actum eſt hujus Legationis in Aquis, Palatio publico, Datum die decima Kalend. Aprilis; ita Germanicè reddit.* Im Jahr nach der Menſchwerdung unſers HErrns und Heylands, ſibenhundert und im ſechs und neunt[z]igſten, Indictione XII. unſers Reichs im zwey und zwantzigſten Jahr. Geben zu Ach in unſerm Kayſerlichen Pallaſt, den 23. Tag des Monats Mayen, ꝛc. Comparet hæc, qui Germanicam linguam intelligit, cum Latinis, & mox verſoris hujus acumen, & circumſpectionem deprehendet.
D Erátne Palatium Caroli Anno DCC. XCVI. *Cæſareum* ſeu *Imperatorium?*

CAPUT IV.

Caroli Magni juramentum pro defenſione Eccleſiæ.

IN nomine Chriſti ſpondeo atque polliceor ego Carolus Imperator coram Deo & beato Petro Apoſtolo, me protectorem & defenſorem fore hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout ſciero, poteróque. Recitat Baronius Anno DCCC. ex Ordine Romano.

Hoc juramentum eſſe fictitium, probat E
Calviniſta duobus ſubtiliſſimis argumentis. Primum eſt. *Quia Gratianus illud ſuo Decreto non inſeruit, ſed aliud longè recentius, quod Otho I. Pontifici Joanni præſtitit. Potiùs autem hoc Caroli Magni, ſuo operi intexuiſſet, ſi in rerum natura exſtitiſſet.*

Secundum, *quia Leopoldus, Epiſcopus Bambergenſis, in lib. de Zelo veterum Principum Germaniæ juramentum Caroli pro ſuppoſititio habet.* Cujus verba cùm Calviniſta recitâſſet, ſubjungit. *Vides, ut apertè neget, ante tempora Othonis Magni in uſu fuiſſe hanc juramenti formulam, atque eadem operâ à Carolo Magno præſtitum. Commentitium ergo ſit neceſſe eſt,* αὐτὸς ἔφα. Nemo repugnet. At nos opponimus Ordinem Romanum; ſic enim ap- F
pellatur Ritualis liber, *de divinis Catholicæ Eccleſiæ officiis & miniſteriis per totius anni circulum*; quo Romana Eccleſia utitur; qui antiquiſſimus eſt, & ùt Melchior Hittorpius præfat. in Liturgicos Auctores arbitratur, à Magiſtris Romanæ Eccleſiæ tum conſcriptus, cùm Stephano Pontifice, & Pipino primùm, deinde Carolo Magno procurante, divina officia Romana cum Romano cantu in Galliam ſunt introducta. Etiam Sigonius, cui Calviniſta plurimum, nec immeritò, tribuit, *Ordinem Romanum*, antiquiſſimum nominat; quem ſi nugatoriis Calviniani cavillationibus non anteponeremus, parùm utique vetuſtatis reverentes eſſemus.

Ad primum argumentum reſpondeo, Gratianum illam juramenti formulam, quæ ple- G
nior & perfectior eſt, in Canonum Volumen intuliſſe, non eam, quæ antiquior, brevior & contractior. Nam illa Othonis Magni, *Tibi Domino.* Diſtinct. 63. expreſsè & diſertè longè plura capita complectitur, quàm formula Carolina. Adde, forſan ideo in Decreto omiſſam, non quia in rerum natura non fuerit; ſed quia Gratiano ignota fuerit. Ut enim Gratianus *Polyhiſtoris* laudem mereatur; certè *omniſcii* nomen & gloriam ſibi nunquam vendicabit.

Ad ſecundum reſpondeo, Leopoldi ver- H
ba eſſe iſta. *Juramentum autem tale ab Imperatoribus ſeu Regibus Romanis ante tempora dicti Othonis,* &c. *fuiſſe præſtitum, non recolo me legiſſe.* Ecce Lupoldus ſeu Leopoldus dicit, *ſe non legiſſe, utrum aliquis Imperator vel Rex Romanus ante Othonem ſimile juramentum præſtiterit*; non autem dicit; *nullum ſimile juramentum præſtitiſſe.* Quis verò tam cœcus eſt, qui non videat, quanto diſcrimine duo iſta diſtent? *Præſtitum eſſe, non recolo me legiſſe*: Et; *Non fuit præſtitum.* Et tamen Calviniſta ex priore illo hoc poſterius concludit; Et qui novus mundo Gerontodidaſcalus exortus, Baronium toties Dialecticam docet

A docet, Sus ſcilicet Minervam, hoc argumento lectoribus riſum excutit. *Leopoldus dicit, ſe non meminiſſe, num ab Imperatoribus, Othonem primum antegreſſis, ejusmodi juramentum Pontifici Romano præſtitum fuerit, quale à Gratiano affertur: ergo Leopoldus affirmat, juramentum, quod ex Ordine Romano affertur, eſſe ſuppoſititium: Ergo revera eſt ſuppoſititium, nulloque numero habendum.* Pulchrè & argutè: quaſi Lupoldus omnia volumina, quæ in rerum natura erant, evolverit: Et ſi evolviſſet, recentem præſentémque omnium memoriam habuerit.

Deinde, qui dicit, ſe non recordari, num hoc vel illud legerit; is minimè eo B ipſo aſſerit, hoc vel illud in rerum natura non exſtitiſſe; Innumera enim ſunt, quæ, diligentiſſimus quiſque & indeſinentis lectionis ſtudioſiſſimus non legit; aut ſi legit, non meminit, num legerit. Qua ergo arte ex Lupoldi verbis illam ſuam concluſionem exſculpet?

Ad extremum, licèt Lupoldus aſſeveraret, quod non facit, nullum Imperatorem ante Otbonem ſimile juramentum Pontifici præſtitiſſe, an ideo Ordini Romano, libro antiquiſſimo, fidem abrogaret, & nos in ſuam ſententiam ire cogeret?

C

CAPUT V.

De Epiſtola Caroli Magni ad Pipinum filium, Regem Italiæ. De Eccleſiaſtica immunitate.

HAnc Epiſtolam limis admodum oculis intuetur Calviniſta: Et parùm abeſt, quin eam rejiciat. Movetur tamen nonnihil auctoritate Sigonii, qui eam ex antiquis monumentis in librum quartum de Regno Italiæ tranſcripſit. Et ex Sigonio Baronius Tom. 9. Anno DCCC. L Neque alia repudiandi cauſa ſuppetit Cal- D viniſtæ, niſi quia Eccleſiaſticam libertatem, & ab exactionibus immunitatem nimis apertè confirmat; & tricatur neſcio quid *de ſtyli inelegantia;* quaſi Carolus Magnus ſuis in ſcriptis Ciceronis, aut alterius de meliore ævo floſculos conſueverit ſectari. Mox omnem inelegantiam hæc Epiſtola exuiſſet, ſi Eccleſiis & Monaſteriis tantum ademiſſet, quantum conceſſit. Nimirum in ſcbola Calviniſtarum ſtylus impolitus eſt, quicunque Epiſcopis, Clericis & Monachis aliquid privilegii concedit. Eam ob cauſam nil dubito, repudiat quoque Calvinianus Capitulum illud Caroli Magni, cujus initium; *In memoriam beati Petri Apoſtoli*, &c. apud Gratianum d. 19. Et in Concilio Triburienſi cap. 30. Et illud; quod eſt apud eundem Gratianum 11. q. 1. c. 37. *Volumus*, & lib. 6. leg. Francic. cap. 281. quia nimis ſunt illatina & invenuſta, utpote nimis magnas prærogativas Romano Pontifici & Epiſcopis largientia. Extat autem hæc Epiſtola Caroli ad Pipinum etiam inter Capitularia Caroli publicata à Vito Amerbachio: ut proinde eam Sigonius primus non ediderit, omníſque ſuſpicio de impoſtura, quam Calviniſta finxit, in auras evaneſcat. E

CAPUT VI.

De Teſtamento Caroli Magni.

EVulgavit illud Pithœus. Tranſtulit in Tomum Nonum Annalium Illuſtriſſimus Baronius: In quo ingenuè fatetur, ſibi incompertum eſſe, quodnam fuerit Examen vel judicium Crucis, cujus in F Teſtamento fit mentio: Et cùm in Teſtamento Judicium Crucis permittatur, lib. 1. autem Capitularium cap. 108. quælibet *examinatio Crucis* probibeatur; viſum eſt Baronio illud ab hac diſtingui; & illud, licitum; hanc illicitam eſſe.

Ad quæ Calvinianus poſt prodigioſa convicia: *Synonyma hæc ſunt, Baroni, & in hoc uſuali ſermone æquivalent, ſicut purgatio & probatio.* Ita quidem & ego ſentio; ſed num idcirco tantus vir tantis conviciis inſectandus & proſcindendus erat, præſertim cùm, quod dicit, non careat omni veriſimilitudine? Nam quid tu contra biſces, ſi Baronius legem illam vetantem ſolùm refe- G rat ad probationem & examinationem Crucis ſeu ligni de Cruce Dominica, de qua dictum à nobis eſt Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. cap. 21. Et quam Mallonius in explicatione Sindonis cap. 4. ita deſcribit. *Ferunt, verum Chriſti Crucis lignum ſic cognoſci, & probari, quòd & aquæ injectum non ſupernatet, ſed ſtatim ſubmergatur; in ignem verò conjectum prunis ipſis quaſi ignitum, candeat magis, nec abſumatur.*

Clamas; *Sexcentis exemplis te Baronium docere poſſem, quid ſit examinatio ſeu judicium Crucis.* Cùm ad rem ventum eſt, ne unum quidem adducis, ſed Baronium ad Cuiacium & Delrium ablegas. Quorum prior ipſemet neſcivit, quæ & qualis hæc probatio H ſeu purgatio per Crucem fuerit; Delrius lib. 4. Mag. Diſquiſit. cap. 4. q. 6. putat fuiſſe genus *purgationis per ſortes, quibus ſe ad Crucem aliquam, ei manus imponens vel eam amplectens, quis expurgabat.* Et ſubdit Delrius: *Cruce ergo contendere, non aliud eſt, quàm ad Crucem ſtare. Stare verò ad Crucem; quid ſit neſcio, niſi id, quod dixi.* Poſtea producit idem Delrius legem Friſonum de judicio ſeu ſorte Crucis. Sed de hac re copioſiſſimè à nobis diſputatum eſt loco paulò antea nominato Operis de S. Cruce; quò lectorem remitto, ſi talium cognoſcendorum cupidine tenetur.

Scri-

A Scribit Baronius, Carolum in Teſtamento ſuo nihil de Imperio Romano decreviſſe; ſed reliquiſſe hoc in arbitrio Pontificis, ut daret, cui vellet, utpote, qui probè ſciverit, Imperium Romanum non eſſe bæreditarium. Hic Calviniſta poſt ingentem conviciorum nimbum in Illuſtriſſimum Baronium effuſum, vociferatur; *Carolum Magnum feciſſe quatuor teſtamenta; in ſcriptis tria; quartum, ἄγραφον, ſine ſcripto.* Et mox quaſi ſententiæ ſuæ contra Baronium ſuffragatores, citat Einhardum in vita Caroli, Aldhelmum Benedictinum in Annalibus Francorum Anno Dom. DCCC. XIII. Strabum Fuldenſem in iiſdem Annalibus Eod. Anno. Engoliſmenſem Monachum in vita Caroli. Adonem Viennenſem in Cbronico. Theganum B Chor-Epiſcopum Trevirenſem. Anonymum in vita Ludovici. Philippum Schurgium, Canonicum Francofurtenſem libro primo Collectan. de Urbe Francofurtenſi. Monacbum Padebornenſem in Vita Caroli Magni lib. 4. Iſtis Auctoribus citatia, è veſtigio: *more ſuo ſolens*, horrificis in Baronium criminationibus tonat, & fulminat, & eò impudentiæ progreditur, ut maximo Illuſtriſſimo & eruditiſſimo Baronio, diabolaris iſte *literio* accinere non erubeſcat: *I nunc Baroni, & perge nobis procudere Annalium ſcripta;* (Quæ) *tardipedi Deo daturi* (ſunt) *infelicibus uſtulanda lignis Imperator Auguſtus & Rex Catholicus.* Sed tu citiùs Vulcani pabulum fies, quàm doctiſſimi illi Annalium Tomi. Ad rem. Ex omnibus Auctoribus, quoa adducit, nullus penitus dicit; Carolum Magnum C *quatuor teſtamenta condidiſſe;* ſed tantùm hoc, à Carolo Magno, ætate jam ad præcipitium vergente, Ludovicum filium imperii conſortem adſcitum, & imperialis nominis hæredem conſtitutum, & impoſito diademate coronatum, *Imperatorémque* & *Auguſtum* appellatum, quod ipſe Baronius diligentiſſimè Anno Chriſti DCCC. XIII. ex Annalibus Francorum; ex Eginardo & Thegano annoravit, prolixè ſingulorum verbia exſcriptis. Et tamen effrons iſte ita Baronio inſultat, quaſi nec Eginardum, nec Francicos Annales, nec Theganum unquam legerit, aut viderit; quorum nullus, ùt antea dictum, quidquam de quatuor teſtamentis vel leviter innuit: Et tamen iſte audaciſſimè aſſeverat, primum teſtamentum fuiſſe de *Regnis:* alterum *bre-* D *viatum* apud Eginhardum *de theſauris & re familiari;* Tertium, *in quo de filiarum, & ex concubina liberorum legatis diſpoſuerit.* Quartum *nuncupativum, quo Ludovicum Imperatorem nuncupârit.* Et licèt ſecundum Teſtamentum extet apud Eginardum, quod ipſe etiam Baroniua ex Eginhardo recitat Anno DCCC. XI. & quidquid ſit de tertio; quartum tamen commentitium eſt, & in cerebro hujus Calviniſtæ natum; quia in comitiis & *conſilio generali*, ùt loquuntur Annales, deſignavit Carolus Ludovicum in Imperatorem & Auguſtum. Neque unquam oſtendet nobis Calviniſta, eos ritus in hac deſigna- E tione obſervatos, qui ad teſtamentum *nuncupativum* requiruntur; niſi velit ita delirare, ut quoties vel orientis vel occidentis Imperator aliquis, filium ſuum nuncupavit Imperatorem & Auguſtum; teſtamentum nuncuparorium condidiſſe cenſeri poſſit.

Sed quidquid ſit de hac nuncuparione; nunquam negavit Baroniua id, quod iſte verboſè ex variis Auctoribus adducit; ſed tantùm cauſam reddidit, cur in illo teſtamento, quod de diviſione Regnorum ſuorum inter filios; Carolus in Villa Theodonis Anno Redemptoris DCCC. VI. fecerat, nulla mentio Imperii Romani facta fuerit; nempè, quòd Carolus Romanum Imperium non pro hæreditario haberet, ſed pro eo, quod ad diſpoſitionem Pontificis ſpectaret, F quæ ratio tam proba eſt & ſolida, ut alia ne fingi quidem veriſimiliter poſſit: Quis enim credat, Carolum in Teſtamento de Regnorum diviſione omiſſurum fuiſſe id, quod omnium potiſſimum erat, ſi id in arbitrio ſuo, non in Pontificis voluntate ſitum credidiſſet? Nam quòd poſtea Anno Redemptoria DCCCXIII. Ludovicum Imperatorem nominavit, & diademate inſignivit, id Pontificia aſſenſu factum, par eſt credere; cùm enim Carolus Leoni III. hunc honorem habuerit, ut ab eo Teſtamentum de diviſione Regnorum confirmari voluerit, probabile fit, Leonem Carolo deſignandi Imperatoria poteſtatem feciſſe; neque hæc Ludovi- G ci ad Imperium nominatio & coronatio aliud fuit, quàm deſignatio; & ita expreſſaè loquitur Philippus Schurgius à Calviniſta citatus; idémque inde liquet, quia poſtmodum Anno Redemptoris DCCC. XVI. Ludovicus cum conjuge à Stephano Pontifice Imperator inunctus & coronatus eſt, ùt docet Theganus lib. de Geſtia Ludovici; *Et in proxima die Dominica in Eccleſia ante Miſſarum ſolennia coram clero & omni populo conſecravit eum*, (Stepbanus Papa) *& unxit ad Imperatorem, & coronam auream miræ pulchritudinis & pretioſiſſimis gemmis ornatam, quam ſecum apportaverat, poſuit ſupra caput ejus: Et Irmingardam Reginam, appellavit Auguſtam, & poſuit coronam auream ſuper caput ejus.* Hæc Theganus, qui ibidem memorat, quanto H honore Ludovicus Stephanum Pontificem exceperit; quæ quia Calvinianis grata fore non dubito, haud gravarè recitabo.

Perrexit poſt Miſſam (non ergo erat Ludovicus Calviniſta; quia Miſſam audivit) *Dominus Ludovicus obviam ſupradicto Pontifici obvians ei in campo M gno Rhemenſium. Deſcendit uterque de equo ſuo. Et Princeps ſe proſternens omni corpore in terram tribus vicibus ante pedes tanti Pontificis & tertia vice erectus ſalutavit Pontificem iſtis verbis dicens: Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Ut hæc tibi arridens, Calviniſta? qui men-

A mentitur, Baronii Annales fuiſſe in Hiſpania prohibitos; cùm illa prohibitio non niſi ad undecimum Tomum pertineat propter inſertam diſputationem de Monarchia Sicula.

Illud placet, quod fatetur, Ludovicum à Carolo Regem ſolummodo Romanum, quem veteres *Cæſarem* appellârint, creatum eſſe; quod Baronius adeò non negavit, ut inaugurationem iſtam Ludovici anno DCCC. XIII. copiosè ex variis ſcriptoribus recitaverit. Sed quæritur, cujus conceſſu hoc fecerit Carolus? Et cur non Imperatorem abſolutum fecerit; & cur poſtea à Stephano Pontifice conſecratio, coronatio & unctio Imperialis adhiberi debuerit?

Vide autem & obſtupeſce petulantiſſimam Calviniſtæ hujus Baronium traducendi B pruriginem, ne dicam *ſcabiem*. Anno Domini DCCC. VI. Num. 24. ubi de Caroli Magni teſtamento agitur, irrepſit ſive Typographi, ſive Amanuenſis culpâ, error, ponentis pro *Eccleſiæ S. Petri; S. Papa.* quod erratum ipſemet Illuſtriſſimus Baronius in Appendice ad Tomum 11. pro Anno DCCC. VI. palàm corrigendum, & *S. Petri*, reponendum eſſe monuit; & in margine ibidem reſcribendum: *Reges Francorum conſtituuntur defenſores Romanæ Eccleſiæ:* pro; *Pontificum.* Anno itidem DCCC. XXXIX. Num. 2. ubi de Teſtamento Ludovici Pii ſcribit; veram ſcripturam adfert; nimirum, *Eccleſiæ S. Petri*, non *S. Papæ.* Quid Calviniſta? *Integrum, præter morem, laudat* Baronius *hunc locum, quem ſolito falſi crimi-* C *ne corruperat in Caroli Magni conſtitutione, contra Codd. M. SS. & Pithœi, unde exſcripſit, Mutiique editiones.* Bona verba, quæſo, Calviniſta. Legem nimis duram erratis Typographicis rogas, dum crimine falſi infamas. An non ſi ex hac tua lege, tecum ageretur, ad incitas res omnis tua redigeretur? An tua opera carent vitiis Typographorum & Amanuenſium? Res contrarium loquitur. Hæc facilè condonaremus & concoqueremus. Utinam carerent veris falſi criminibus; mendaciis item ex propoſito effuſis, convicíiſque & criminationibus in præſtantiſſimos quoſque virulentiſſimè conjectis; quorum criminum, criminationum & mendaciorum quis tibi gratiam faciat, quandoquidem tu ex erratis librariorum Baronii tam ſollicitè materiam Ba- D ronium inſectandi quæris?

CAPUT VII.

De Epiſtola Ludovici Pii Imperatoris ad Arnonem Archi-Epiſcopum Saliſburgenſem.

HAnc exſcripſit Calviniſta ex Catalogo teſtium Illyrici, qui eam neſcio ex quibus latebris in lucem eduxit. Non revocabo in dubium Illyrici fidem. Bona fide egerit homo malæ fidei Illyricus. Quid tandem inde Calvinianus cum ſuo Flaccio E (cujus in hanc Epiſtolam notas expilavit) evincere contendit? iſtud nimirum. *Imperatori omnes Epiſcopos, atque adeò ipſum Papam, totúmque Clerum fuiſſe ſubjectum: Id planum fieri ex hac Epiſtola, in qua Arnoni Imperator imperat, præcipit, & ut præcepta fideliter capeſſat & exequatur; Pœnis intentatis mandat. Ex eadem Epiſtola liquet; Imperatorem Cleri diſciplinam per leges abs ſe in Concilio Aquiſgranenſi latas conſtituiſſe; eáſque leges ad Arnonem miſiſſe; ut eas ſuo clero proponeret, ac promulgaret, gravi mulcta immorigeris propoſita. Dicit etiam Imperator, Concilium Aquiſgranenſe divino nutu, ſuóque ſtudio fuiſſe congregatum: Ergo non Papali juſſione*, inquit Calviniſta; quaſi neceſſe F ſit provincialia Concilia à Papa convocari. Quis hoc unquam docuit?

Illud item addunt: *Ex Epiſtola Ludovici ſatis apparere, Papam nihil juris in Epiſcopos Galliæ ac Germaniæ habuiſſe; & non tantùm non temporalem, ſed ne ſpiritalem quidem gladium ſupra omnes Chriſtianos habuiſſe.*

Verùm hæc & omnia alia hujus generis nihil aliud ſunt quàm fumi & nebulæ; nam regulas illas de diſciplina Clericorum & Monachorum non fecit Ludovicus, ſed Concilium Aquiſgranenſe; quamvis volente & jubente Imperatore; cui etiam à Concilio promulgatio novorum Canonum & decretorum eſt permiſſa, ut efficaciùs & certiùs ad effectum deducerentur, & in uſum induce- G rentur. Itaque quidquid Ludovicus ad Arnonem ſcripſit, id quaſi vices Concilii agens ſcripſit. Quis autem abnuit, Imperatori vel alteri Principi promulgationem Canonum & executionem urgendam demandari poſſe, ſi ita neceſſitas poſtulet? Hoc Eccleſiaſticæ libertati nihil penitus derogat.

Quis præterea negat, Imperatorem vel Regem poſſe Epiſcopos Imperii vel Regni ſui monere, ut ad Provincialem Synodum conveniant? An ideo Epiſcopi & Clerici; quoad *vim coactivam* Principibus ſubjiciuntur? An ideo Papæ nihil eſt in Epiſcopos juriſdictionis; quia Epiſcopi in Provinciali Synodo pro reformanda cleri diſciplina leges condere, & Imperatori vel alteri Princi- H pi promulgandas committere poſſunt?

Appellat Imperator leges iſtas; *Formulas Canonicæ inſtitutionis.* Quæritur, quænam ſint iſtæ *Formulæ Canonicæ inſtitutionis.* Illyricus arbitratur eſſe eam, quæ extat Tomo ſecundo Conciliorum; putátque ſcriptam Anno DCCC. vel paulò pòſt. Hoc non placet Calviniſtæ; Et meritò, quod attinet ad Annum Chriſti; nam Anno DCCC. necdum erat Ludovicus Imperator; Et tamen in titulo Epiſtolæ appellatur *Imperator;* quæ Epiſtola paulò poſt Concilium Aquiſgranenſe data eſt; cùm primis ſtatim verbis

A dicat Imperator; *nuper* id Concilium *aggregatum* fuiſſe. Quoad priorem partem non malè ſentit Illyricus.

Extat nunc hæc *Formula Canonica Inſtitutionis*, ſeu Concilium Aquisgranenſe, Tom. 3. Concil. novæ edit. Binianæ, Anno ſalutis DCCC. XVI. Stephani Papæ primo; & Imperatoris Ludovici tertio celebratum, centum & quadraginta quinque Capitulis comprehenſum, quæ omnia propè ad diſciplinam Eccleſiaſticam pertinent; & ex ſcriptis ſanctorum Patrum & Conciliorum monumentis deprompta ſunt: de quibus accipi debent hæc, quæ apud Aimoinum leguntur lib. 5. de Geſtis Francorum cap. 10. Et in vita Ludovici ab Anonymo conſcrip- B ta, & à Pithœo publicata: *Imperator generalem habuit conventum Aquisgrani: in quo quantum fervoris circa divinum cultum pectoris geſtaret in arca, toto declaravit adniſu. Congregatis enim Epiſcopis, nobiliſſimóque ſancta Eccleſiæ clero, fecit componi, ordinarique librum, Canonicæ vitæ normam geſtantem: in quo totius illius ordinis perfectio continetur, ſicut recultus ipſe fatetur. In quo etiam inſeri juſſit cibi potúsque, atque omnium neceſſariorum ſummam: ut omnes tam viri, quàm ſanctimoniales ſub hoc Ordine Chriſto ſervientes, nullis præpediti neceſſitatibus, libera ſervitute Domino omnium militare meminiſſent. Quem librum per omnes civitates & monaſteria Canonici Ordinis ſui miſit imperii, per manus miſſorum prudentium: qui illum in omnibus ſupradictis facerent trans-* C *ſcribi locis, debitáque, atque conſcripta exigerent ſtipendia miniſtrari. Quæ res magnum Eccleſia contribuit exultationis tripudium, & piiſſimo Imperatori debita cum laude immortale monimentum.* Hæc examuſſim conveniunt illi Inſtitutioni, quæ ſub nomine Concilii Aquisgranenſis legitur. Baronius refert hoc Concilium ad Annum Domini DCCC. XVII. & convenit Indictio, quæ eſt decima. Sed in Tomis Conciliorum disertè ponitur Annus Chriſti DCCC. XVI. Et tertius Ludovici.

Calviniſta hîc iterum calumniis & conviciis in Baronium furit. Qua de cauſa? D quia ſtatuta Synodi Aquisgranenſis, quorum meminit Auctor rerum geſtarum Ludovici apud Aimoinum lib. 5. de geſtis Francorum cap. 10. & vita Ludovici ab Anonymo ſcripta, & à Pithœo edita, arbitratur Baronius, eſſe illa octoginta capitula, quæ extant in prima Additione ſeu Appendice libri ſeptimi Capitularium Francicorum. *Qua in re pudenda ſua inſcitia revelat*, inquit Calviniſta. Innocens eſt Baronius; nocentiſſimus Calviniſta, qui ſuam calumniandi libidioem luce meridiana dilucidiorem reddit: nam Baronius ex dicto Auctore non tantùm recitat illa, quæ & nos ſuperiùs recitavimus; ſed & hæc ſequentia. *Itidémque conſtituit idem amabilis Imperator Benedictum Abbatem, & cum eo Monachos* E *ſtrenuæ vitæ per omnia, qui per omnia monaſteria Monachorum euntes redeuntéſque, uniformem traderent cunctis Monaſteriis tam viris quàm ſanctimonialibus fœminis vivendi ſecundùm regulam S. Benedicti incommutabilem morem*, &c. Hæc Monaſtica ſtatuta à Benedicto Abbate; & aliis ad id delectis condita, ait Baronius eſſe illa octoginta Capita, quæ leguntur in Appendice prima ad librum ſeptimum Capitularium Francicorum; idque rectiſſimè; ùt apparet ex inſcriptione, quæ præfigitur. *Anno Incarnationis Domini noſtri JESU CHRISTI DCCC. XVII. Imperii verò glorioſiſſimi Principis Ludovici IV. VI. Idus Julii, cùm in domo Aquisgrani Pala-* F *tii, quæ Lateranis dicitur, Abbates cum compluribus unà ſuis reſediſſent Monachis, quæ ſubſequuntur Capitula, communi conſilio, ac pari voluntate inviolabiliter à regularibus conſervari decreverunt.* At iſte calumniandi impetu abreptus ita Baronii ſententiam proponit, quaſi totum, quod Anonymus Auctor, in Concilio Aquisgranenſi ſtatutum dicit; comprehendatur octoginta illis de Monaſtica vita ritè componenda Capitulis; quæ non eſt mens Baronii, ſed fictio & chimæra hujus Calviniſtæ; qui inſipienter prorſus refert conſtitutiones, de quibus G Epiſtola Ludovici ad Arnonem; ad Annum Chriſti DCCC. XIX. Et ut hoc ſuum delirium ſtabiliat, per Criſin ſuam Auctores impudenter corrumpit, & præterea hoc ſcitiſſimum argumentum adjungit. *Quidam Auctores dicunt, Ludovicum Anno DCCC. XIX. Aquiſgrani conventum habuiſſe: ergo non eſt alius, quàm ille, de quo Ludovicus Imp. in Epiſtola ad Arnonem loquitur.* Pulchrè. Quaſi non ſæpius eodem in loco conventus Eccleſiaſtici celebrati fuerint, etiam ſub Ludovico Imp. Et quaſi ipſe etiam Baronius Anno DCCC. XIX. ſilentio prætereiérit illum conventum, quem Ludovicus eo anno in hieme habuit: ut proinde magna ſit Calvi- H niſtæ hujus vanitas, qui videri vult, non viſa vel lecta Baronio proferre.

CAPUT VIII.

Defenditur Ludovici Pii Imp. Conſtitutio de rebus Romanæ Eccleſiæ donatis.

EXtat apud Baron. Anno Chriſti DCCC. XVII. Tom. 9. Annalium: & apud Sigon. lib. 4. de Regno Italiæ. Calviniſta hanc Ludovici ſanctionem *ſuppoſititiam* exiſtimat. Rationes ſuæ opinationis reddit, ùt ſolet, perquam efficaces & robuſtas.

I. *Quia nullus Hiſtoricorum Antonino vetuſtior hujus conſtitutionis meminit.* Si objicias, Leonem Oſtienſem, qui lib. 1. Chron. Caſ-

ſin.

A ſin. cap. 18. hujus Decreti meminit; occurrit Calviniſta: *Leonem non ita multò antiquiorem eſſe Antonino:* Et tamen trecentis fermè annis Leo S. Antoninum anteceſſit. Sed trecenti anni, forſan apud Calviniſtam tanti ſunt, quanti heſternus dies, qui præteriit.

Si objicias Leone longè vetuſtiorem Anaſtaſium Bibliothecarium hujus conſtitutionis ſimiliter teſtem; Reſpondet Calviniſta; *Anaſtaſio apud nonnullos parùm fidei eſſe & fuiſſe.* Si quæras, quinam ſint iſti *Nonnulli?* In promptu eſt reſponſio. *Eſſe Calviniſtas & Lutheriſtas;* in quorum ſchola exiguæ fidei eſt, quiſquis aliquid ſcribit aut teſtatur, quod ad Apoſtolicæ Sedis laudem ac gloriam faciat: Maximæ verò fidei eſt, quiſ-
B quis Pontifices maledictis inceſſit. Si Anaſtaſius ſcripſiſſet, Ludovicum Eccleſiæ Romanæ nihil unquam donâſſe; nec majorum ſuorum donationes confirmâſſe; jam bonorum ſuffragio aureus Hiſtoricus eſſet.

Si pro hac Ludovici conſtitutione teſtimonium dicere jubeas Ivonem p. 5. cap. 14. Anſelmum in Collect. Can. lib. 4. cap. 35. Gratianum d. 63. *Ego Ludovicus* qui omnes S. Antoninum ætate antegrediuntur; Occurſabit Calviniſta, *iſtos non eſſe de Hiſtoricorum, ſed de Canoniſtarum tribu;* quaſi nemo quidquam teſtari poſſit, præter Hiſtoricos.

Tandem univerſis Scriptoribus opponit recentiſſimum Molinæum; qui ſanè rem va-
C lidis ſuis telis feliciter conficit. Nam I. *Anaſtaſius Bibliothecarius & Gratianus non ſunt audiendi.* Ratio eſt; quia *adulantur Papæ.* At verò Pſeudo-Benno ille patulis auribus audiri debet. Ratio eſt; quia Gregorium VII. & alios nonnullos Pontifices horrificis criminationibus lacerat; & Capitale in eos odium ubique ſpirat. Veriſſima igitur cenſeantur oportet, quæcunque ut egereret, ſplendida bilis ſuggeſſit.

II. Volaterranus lib. 3. *Geographiæ longè aliter, quàm Anaſtaſius & Gratianus hanc Ludovici ſanctionem refert.* Id ut ita eſſet, qui-
D bus potiùs habenda fides; Anaſtaſio & Gratiano, qui aliquot ſæculis Volaterranum anteiêrunt; an Volaterrano, ſcriptori nupero, & in farraginem ſuam non tam accurata & exaſciata, quàm multa importare conſueto? Erat Anaſtaſius S. R. E. Bibliothecarius. Etiam primigenia & autographa privilegiorum Diplomata inſpicere poterat. Et quiſquam erit tam invidè temerarius, & tam temerariè invidus, qui de Priſcis rebus & à ſuo ſæculo non adeò longè diſſitis ſcribenti, Volaterranum propè dixeram heſternum, certè necdum canum, anteferre auſit, præſertim cùm vetuſta hujus diplomatis exemplaria codicum Vaticanorum ſtent à partibus Anaſtaſii; ùt Baronius teſtatur, qui hos codices vidit, & tam inter ſe, quàm cum aliis contulit. E

III. *Gregorium VII. Benedictum XII. & alios Pontifices ſuas electiones non defendiſſe ex hac Ludovici ſanctione;* ſed aliis argumentis *cauſam ſuam tutatos eſſe; id argumentum præbere, Pontifices iſtos nihil de hac Ludovici donatione & conceſſione ſcîviſſe.* At ego quæro, unde nôrit Molinæus, Gregorium VII. & alios hanc defenſionis rationem non uſurpâſſe? An quia ſcriptum non eſt? Num nihil geſtum, niſi quod eſt ſcriptum? Et ſi uſi non fuêre, ideo uſi non ſunt, quòd viderent, hujuſmodi antiquiorum Imperatorum ac Regum diplomata tanti à ſchismaticis Imperatoribus & Regibus eorúmque aſſeclis fieri; quanti hodie fiunt à noſtris Novatoribus; contra quos ſi quid hujus generis depromatur, è veſtigio in largum riſum ſolvuntur, fraudéſque ac impoſturas into- F nant. Quæ autem Molinæus de Gregorio IV. Eugenio II. Paſchali; & id genus aliis Pontificibus, eorúmque electione garrit, ea omnia jam expedita & refutata ſunt Tom. 2. Defenſ. Bellarm. lib. 4. de Pontif. cap. 13. ùt & illa, quæ de Conſtantino Pogonato blaterat; nam ſimiles nænias attulit eo loco à nobis refutatus Schardius, in ſuo quodam libello de Pontificum electione; & quidem nugas tam ſimiles attulit; ut videatur expilâſſe Molinæum; vel iſte illum.

CAPUT IX.

De Exauctoratione Ludovici Pii, Imperatoris. G

EXtat inter duodecim Hiſtoricos coætaneos, à Pithœo olim publicatos, & apud Baron. Tom. 9. Anno DCCC.XXXIII. Nec aliquid notandum occurrit, niſi Calviniſtam Illuſtriſſimo Baronio luculentam injuriam facere, quando ei imponit, quaſi dicat; *Hiſtoricos hanc Exauctorationem ideo execrari, quòd ab Epiſcopis facta fuerit invito Romano Pontifice; iſtam non eſſe cauſam, ſed quia ſoli Epiſcopi ſibi ſumpſerint, quod Laicos proceres & univerſos Imperii Ordines æquè attinebat.* Neſcio cur, niſi ex mordendi prurigine, Calvinianus hoc figmentum Baronio affinxerit. H In Baronio certè non invenitur. Nam licèt Gregorius IV. factioni contra Imperatorem ſe adjunxiſſet, (abſit autem, ut ſeſe adjunxerit; quia alia mente in Gallias non venit, niſi ut inter partes diſcordantes ſequeſter eſſet) non ideo infame hoc factum excuſaretur, quandoquidem nulla in Ludovico Pio erat culpa, quæ tantam pœnam mereretur: quomodocunque illud ſuis in ſcriptis, quæ jam in publico verſantur, comere tentet Agobardus Epiſcopus Lugdunenſis, non poſtremus ex illis, quorum machinis Ludovicus in eam miſeriam devolutus eſt.

A Nec ſoli Epiſcopi hujus abdicationis auctores exſtiterunt, ùt Calviniſta ſcriptitat; quò Epiſcopos in majorem invidiam vocet, ſed & alii innumeri tam ex primoribus, quàm ex popularibus contra Imperatorem cornua ſuſtulerunt, ùt notum eſt ex hiſtoriarum monumentis.

Gregorii IV. Pontificis in Gallias adventus ſuſpectus quidem erat Ludovico; ùt cùm aliunde liquet, tum ex Opuſculo Agobardi *de comparatione utriuſque Regiminis Eccleſiaſtici & Politici, & in quibus Eccleſiarum dignitas præfulgeat Imperiorum Majeſtati.* Sed tam Agobardus verbis, Gregorium, tam ipſe Gregorius IV. factis ſeipſum ſatis, ab hac iniqua ſuſpicione purgavit, quam in mentem ſuam **B** Ludovicus Pius nunquam admiſiſſet, niſi ſuſurrones, qui nuſpiam deſunt, tam exulcerato præſertim tempore, oleum camino addidiſſent: Ex quorum numero etiam illi erant forſan Epiſcopi, qui à Ludovici partibus; Et quidem meritò ſtantes, Gregorio tamen licèt vocanti, ſe ſiſtere nolebant: quos Agobardus in alteris caſtris militans, exagitat data ad eos Epiſtola, quæ prædicto libello *de Comparatione utriuſque Regiminis*, ſubjicitur: cujus exordium; *Romano Pontifici ſcribentes, &c.* licèt autem inſcriptio deſit, res tamen ipſa & materies clamat, non ad Ludovicum, ſed ad antiſtites, qui cum Ludovico erant, ſermonem dirigi; qui ſummo Pontifici tam familiares videri volebant, ut eum ſuis in litteris *fratrem* appellarent; quod Ago**C**bardus in illis meritò reprehendit tanquam à conſuetudine ætatis illius prorſus alienum.

CAPUT X.

Concilium apud Theodonis Villam à XXII. Epiſcopis adversùs percuſſores clericorum, occaſione Joannis Epiſcopi congregatum tempore Leonis III. Papæ.

Hic titulus eſt. Extat Tom. 3. Conciliorum novæ Edit. ſol. 470. 471. poſt decreta ſubjicitur alius titulus, *Capi***D***tulum Eccleſiaſticum apud Theodonis Villam à Carolo Magno & Ludovico & primis Galliæ collaudatum & ſubſcriptum.* Calviniſta inprimis mutat utrumque titulum non ſine impoſtura. Ita enim format, quaſi Synodalia illa ſtatuta à ſolis Imperatoribus Ludovico & Lothario condita fuerint; Ex quo tacitè vult concludi; Imperatores olim Epiſcopis aliiſque Eccleſiaſticis arbitratu ſuo jura dediſſe, & leges, prout libebat, præſcripſiſſe. Audi non tam titulum, quàm impoſturam. HLudovici Pii & HLotharii F. *Imperatorum Auguſtorum Capitula de percuſſoribus Clericorum cum inſerta Synodo Triburienſi Anno Chriſti DCCC. XX. celebratas ſtatuta apud Theodonis Villam in Comitiis Imperialibus Anno Domini DCCC. XXI.* **E**

Alterum titulum ita inſtituit. *Capitula Eccleſiaſtica apud Theodonis villam à HLudovico Pio & HLothario Imperatoribus conſtituta & à primis Galliæ & Germaniæ collaudatum eſt ſubſcriptum.* Parce, quæſo, Priſciano, ſi veritati non lubet parcere. Priſcianus ſcriberet; *Collaudata* & *ſubſcripta*, quia reſpondere debent illis duabus voculis: *Capitula Eccleſiaſtica.* Sed hoc leviuſculum.

Illud grave & acriter reprehendendum, quòd iſte, & hic (ùt & alibi paſſim) pro libidine ſua titulos novos fingit, expunctis antiquis, eóſque tam ineptos, ut cum re ſub- **F** jecta non magis conveniant, quàm cum corpore humano caput equinum. Quæſo, qua auctoritate hanc tantam licentiam ſibi ſumit? Quo Codice, quo exemplari fretus inſcriptionem antiquam Concilii in Theodonis villa celebrati mutat, & novam ſubſtituit; ùt & illam Capituli illius, quod huic Concilio proximè ſubjicitur? Ego ſanè cauſam aliam oon invenio, quàm immenſum omnia novandi cacoëthes: quo impulſus ex Synodo Eccleſiaſtica, *imperialia comitia* nobis procudit. Et ut materiam Catholicos Scriptores Surium, Binium, Baronium, Serarium, Wionem inſectandi habeat, beneficio, vel potiùs veneficio, ſuæ Critices numerum Anni DCCC. XII. quo Concilium in Theo- **G** donis villa ſignabatur in editione Suriana, transformat in Annum DCCC. XXI. Si facti rationem petas; aliam non dabit; *niſi numeros fuiſſe inverſos*, & ſic reſtituendos, ùt ipſe, ope Critica reſtituit. Si non acquieſcas, ſed ulteriùs urgeas, unde conſtet, *numerum illum fuiſſe vitiatum*, Reſpondebit; ſic viſum ſibi; ſic placitum. Hîc nil amplius exigendum; non poſſe omnium placitorum cauſam reddi.

Præterea Surius numerum illum DCCC. XII. non retulit ad Capitulum, quod titulo Caroli Magni & Ludovici Pii ſubjicitur, ſed ad Synodum in Theodonis villa habitam; at Calvinianus refert hunc numerum (licèt notis huncin modum tranſpoſitis DCCC. XXI.) ad illud Capitulum; & ad Synodi Theodonis Villanæ non celebrationem, (quæ ſecun- **H** dùm ipſum contigit Anno DCCC. XX.) ſed ad conjunctionem cum illo Capitulo, in ſumma, more Sutoris aut Sartoris corium aut pannum, quoad tandem ad propoſitam calcei aut thoracis formam quadret; mutantis, detruncantis, extendentis, contrahentis, omnia iſte mutat, truncat, addit, demit: donec tandem ex *Theodonis Villa* fiat *Triburia*; ex *XXII. Epiſcopis*; triginta duo. Et ex Anno *DCCC. XII.* Annus *DCCC. XX.* & *DCCC. XXI.* Et ex Carolo Magno, Lotharius. Ex Avo, Nepos. His feliciter confectis junguntur æquè feliciter disjunctiſſima; Synodus Theo-

Theodonis Villana cum Capitulo non paucis annis recentiore, ùt infra videbimus.

Licèt autem difficile definitu ſit, quo tandem anno hæc Synodus celebrata fuerit propter diverſas doctorum virorum ſententias; tamen Anno demum DCCC. XX. celebratam eſſe, & anno ſequenti junctam cum Capitulo, ante hunc Calvinianum nemo aſſeruit; quidquid ſit de Anno DCCC. VI. qui Baronio viſus; vel DCCC. XII. qui in Tomis Conciliorum notatus; nam Baronius meliora edoctus ſententiam mutavit, & quæ Annis DCCC. VI. & DCCC. XII. diſſeruerat, retractavit in Appendice ad Tomum undecimum adjecta pro Tomo nono, Anno DCCC. XIII. quo anno Synodi Moguntina & Rhemenſis habitæ ſunt, quas Synodo in Theodonis Villa priores eſſe, evincitur ex nominibus Epiſcoporum Moguntini Richolphi, & Vulfarii Rhemenſis; qui anteceſſerunt Haiſtulphum Moguntinum & Ebbonem Rhemenſem, qui in Concilio Theodonis Villano nominantur.

Nam quòd Calviniſta pro ſe citat Strabum Fuldenſem, nugas agit; Strabus enim Anno DCCC. XXI. ita ſcribit. *Deinde* (Ludovicus Imperator) *in Villam Theodonis omnes, qui ſuo tempore in exilium miſſi fuerunt, revocavit, & ſingulos in ſtatum priſtinum reſtituit, poſſeſſiones quoque judicio legis in fiſcum redactas magna liberalitate reſtituit.* Quid hæc verba ad Synodum Eccleſiaſticam in Villa Theodonis habitam contra Clericorum percuſſores? Quid hæc exulum reſtitutio ad ſtatuta contra Clericorum violatores? An Ludovicus in Villa Theodonis nunquam fuit, niſi quando in ea cœtus triginta duorum Epiſcoporum convenit, ut diſpicerent, qua ratione invaleſcenti adversùs Clericos tyrannidi obviam iretur?

Adhæc quale hoc flagitium, abſque ullius manuſcripti exemplaris præſidio, mutare ſtatim prima Synodi Theodonis villanæ verba; imò totam Synodum ex Villa Theodonis tollere, & Triburiam transferre? Exordium Synodi ſic habet. *In Concilio apud Theodonis Villam, ubi interfuerunt 32. Epiſcopi*, &c. Quid Criticus? *In Concilio apud Triburiam, ubi interfuerunt*, &c. *Meo periculo*, inquit, *reſtituendum eſt:* In Concilio apud Triburiam. O magnam hujus Calviniſtæ potentiam, qui tam facilè *Villam Theodonis* in *Triburiam* convertit. Et rem factam haberet; ſi Lectores fungi eſſent, nec abſurditatem & temeritatem facinoris iſtius animadverterent. Quid autem ſtultius, quàm tale quid contra omnium Codicum fidem tentare, ex ſola mentis præcipitatione, ne dicam, rabie, qua excœcatus omnes ſecum inſcitiæ ſubeundæ periculo expoſitos cupit, non ſine grandi exiſtimationis jactura.

Nec cauſam Calviniſtæ hujus meliorem & probabiliorem facit Capitulum, quod ſubjicitur ſub nomine Caroli Magni & Ludovici filii, in quo bis mentio fit *Triburiæ*: loquitur enim Capitulum illud de illo Triburienſi Concilio, quod celebratum eſt Anno Domini DCCCC. XCV. ſub formoſo Papa, & Arnulpho Rege, ùt manifeſtiſſimè liquet ex his Capituli verbis: *Si quis per induſtriam Epiſcopum occiderit, juxta id, quod apud Triburiam à viginti duobus Epiſcopis decretum eſt, & quod ibi à nobis & primatibus totius Germaniæ benigna collaudatione collaudatum & ſubſcriptum eſt, pœniteat:* Nam Triburienſi Concilio interfuerunt viginti duo Epiſcopi; quos Calviniſta mutat in *triginta duos*, ut eò faciliùs ex Synodo Villæ Theodonis Triburienſem extundat. Sed ſi omnium Codicum fidem & auctoritatem inſuper habere velimus, nullius profectò laboris fuerit, ex quolibet Concilio quodlibet conficere. Monſtret Calviniſta Codicem hujus Capituli Eccleſiaſtici, in quo plures quàm viginti duo Epiſcopi compareant.

Dices: In Concilio Triburienſi nihil ſtatui nominatim de voluntaria cæde Epiſcopi; ſtatui autem in ea Synodo, quam nos apud Theodonis villam peractam dicimus; & quæ tomo 3. Conciliorum Capitulo huic immediatè anteponitur. Reſpondeo, ſanciri hac de re capite quinto; ubi nomine *Sacerdotis*, etiam Epiſcopus comprehenditur. Rectè autem obſervavit Illuſtriſs. Baronius Anno DCCC. XII. hoc Capitulum, neque Caroli, neque Ludovici eſſe poſſe; cùm in eo mentio fiat Triburienſis Synodi tanto tempore poſt Carolum Magnum & Ludovicum celebratæ. Neque debitam ſtationem tertio Conciliorum Tomo obtinet; quia Triburienſem Synodum ſubſequi, non antegredi deberet. Et ipſemet Calviniſta Carolum Magnum ex inſcriptione Capituli expulit, ſubſtituto in ejus locum Lothario; quia clarè vidit, Carolo Magno nihil loci hic relinqui poſſe.

CAPUT XI.

De Conſtitutione Lotharii I. Imp. De Electione Romani Pontificis & legibus Romanorum.

CAlviniſta hîc ſolenne ſuum tenet, Illuſtriſſimum Baronium conviciis inceſſit: hoc ſibi negotii datum exiſtimat. Exordium conſtitutionis in ſuſpicionem fraudis vocat; quia aliquid complectitur, quod ad Calvinianum ſtomachum nequaquam facit. *Volumus, ut ad electionem Pontificis nemo audeat venire, neque liber, neque ſervus, qui aliquod impedimentum inferat, exceptis illis tantùm Romanis, quibus antiqua fuit conſuetudo conceſſa per conſtitutionem ſanctorum Patrum eligendi Pontificem. Quòd ſi quis contra noſtram juſſionem facere auſus fue-*

A *rit, exilio afficiatur.* Quærit, unde hæc paragraphus ſit petita? Facilis reſponſio. A Lothario, qui hujus Conſtitutionis conditor eſt. Ait; *non comparere in legibus Longobardicis.* Nec eſt neceſſe; ſufficit ſi in ipſo diplomate Lotharii appareat, ùt certè apparet; nam ex vetuſtis tabulis à Sigonio lib. 4. de Regno Italiæ fideliter deſcriptum eſt, & poſteà à Baronio Anno DCCC.XXIV. repetitum; neque hæc conſtitutio ex Lege Longobardica lib. 11. tit. 57. deſumpta eſt, ſed lex ex conſtitutione. Quapropter collector legum Longobardicarum ſuas ob cauſas primam ſanctionis hujus paragraphum præterire potuit.

Ait Baronius, in ipſo conſtitutionis ingreſſu velle Imperatorem, ut electiones Pon-
B tificum Romanorum fiant ex præſcripto ſacrorum Canonum: Et hinc etiam elucere vanitatem Sigeberti, ſcribentis, electionem Romani Pontificis pertinere ex privilegio Pontificio ad Imperatorem. Occlamat Calviniſta: *Lotharium nil aliud velle, quàm ut ne quis electionem turbet; Et hoc non tantùm cautum eſſe per Canones in Pontificis electione; ſed in omnium omnino Epiſcoporum electionibus.* Tenebras lectori offundit iſte, ne lucem videat. Verba perſpicua ſunt; perſpicuum ſenſum habent; nam non tantùm mandant, ne quis Pontificis Romani electionem turbet; ſed & hoc; ut jus Pontificem eligendi integrum & illibatum cuſtodiatur illis, quibus id per ſanctorum Patrum conſtitutionem convenit. Neque paragraphus iſta de
C electionibus aliorum Epiſcoporum ullum verbulum facit.

Sed vide ſis inſignitè commemorabilem vel inſcitiam, vel incogitantiam, vel malitiam hujus Calviniſtæ. Verba illa: *Exceptis illis,* &c. *quibus antiqua fuit conſuetudo conceſſa per conſtitutionem ſanctorum Patrum,* &c. illa inquam verba, *exceptis illis* explicat de conſtitutionibus; quaſi Imperator dicat; *exceptis illis conſtitutionibus,* &c. nam ſtatim ſubjicit Calviniſta. *Et quæ ſunt iſtæ conſtitutiones Baroni? Nimirum illæ, quibus conſtitutio* (ea hìc κατ' ἐξοχὴν nomine unitatis intelligitur) *ſancti patris Hadriani* (loquitur ironicè) *Pontificis Romani à ſucceſſoribus, eſt*
D *confirmata & ratificata.* O logos inaniſſimos. Quis unquam Pontificum Romanorum, qui Hadriano usque ad Lotharium ſucceſſerunt, meminit illius Hadriano per crimen falſi affícti privilegii? num Leo III. Num Stephanus? Num Paſchalis? Num Eugenius? Num Valentinus? Num Gregorius IV. nam is in Pontificatu annum 14. agebat, quando Ludovico mortuo, Lotharius ſucceſſit. Nullus penitus, nullus, inquam, horum vel ſequentium Pontificum hujus ſtramentitii privilegii meminit, tantum abeſt, ut aliquis illud confirmârit.

Deinde an non apertè indicant verba Lo- E
tharii, quorſum ſpectent illa? *Exceptis illis tantùm,* &c. An non ſubditur; *Exceptis illis tantùm Romanis.* Et iſte audaciſſimè interpretatur; *Exceptis illis tantùm conſtitutionibus.* Quis, obſecro, ſenſus ex hac Calviniſtica perverſione & perverſitate naſcetur, niſi iſte. *Volumus, ut ad electionem Pontificis nemo audeat venire neque liber, neque ſervus,* &c. *exceptis illis tantùm Romanis conſtitutionibus, quibus conſtitutionibus antiqua fuit conſuetudo conceſſa per conſtitutionem ſanctorum Patrum, id eſt, Adriani Papæ.* O nugaciſſima deliria. An non hoc dicit Lotharius? Nemo ad electionem Pontificis veniat, &c. exceptis illis duntaxat Romanis, quibus id ex conſtitutione ſanctorum Patrum, id eſt, ex ſacris Canonibus comperit.

Recitat Baronius ex Aimoino lib. 4. de geſtis Francorum cap. 112. de Lothario Romam miſſo, ſequentia verba. *Lotharius* F
verò juxta patris præceptum Romam profectus ab Eugenio Pontifice honorificè ſuſcipitur. Cui cùm injuncta ſibi patefaceret, ſtatum populi Romani jam dudum quorundam præſulum perverſitate depravatum memorati Pontificis benevola aſſenſione ita correxit, ut omnes, qui rerum ſuarum direptione graviter fuerant deſolati, de reſtitutione bonorum ſuorum, quæ per illius adventum DEO donante provenerant, magnificè eſſent conſolati.

Ad quæ Calviniſta. *Hinc concludis,* (Baronium alloquitur) *Pontificem Romæ omnimodam habuiſſe poteſtatem. Quare? Quia Imperator ſine ejus aſſenſione nihil geſſerit.* Θεὸς ἢ G
ἀναίδεια, & mox de fano contumeliæ & impudentiæ Calvinianus myſta conviciari incipit. Nos audiamus Baronii verba, & corruet calumnia. *Intelligis, Lector, quàm expreſsè Auctor* (qui ſcripſit vitam Ludovici Imperatoris) *affirmet, cuncta à Lothario Romæ geſta, non niſi ex benevola, ut iiſdem utar verbis Auctoris, aſſenſione memorati Pontificis* (Eugenii) *acta eſſe.* Hæc ſunt Baronii verba; non plura. An non cum Anonymo illo ſcriptore concinunt? An non concordant? An non dicit ſcriptor ille, quod Baronius eum affirmat H
dicere?

Sed en Paraphraſin etiam innominati illius Auctoris nobis Calviniſta apportat. *Verba mihi conſidera,* inquit, Conſidero. Perge. *Cives Romani à perverſis præſulibus, id eſt, Pontificibus vel Papis, poſſeſſionibus ſuis ſpoliati, Imperatoris auxilium imploraverunt. Mittit Ludovicus conſortem Imperii filium Lotharium, qui omnem rem componat. Quo Papa perculſus & honorificè Imperatorem excepit, nec contradixit ſuis civibus poſſeſſiones vindicanti & addicenti.*

Hæc Calviniſta: prorſus improbè; nam Lotharius in Urbem venit, ut exortum ſchiſma in electione ſedaret, & his, quæ inde

A inde oriri ſolent, direptionibus finem imponeret. Hoc his verbis clariſſimè traditur apud Aimoinum lib. 4. cap. 112. *Legati Romani Pontificis (Paſchalis) Romam regreſſi, eundem valida infirmitate detentum, ac morti proximum invenerunt. Qui etiam, paucis poſt adventum illorum exactis diebus, vita deceſſit. In cujus locum, cùm duo per contentionem populi fuiſſent electi, Eugenius Archipresbyter tamen tituli S. Sabinæ, vincente nobilium parte, ſubrogatus, atque ordinatus eſt. Cujus rei nuncium cùm Quirinus Subdiaconus, unus ex his, qui priori legatione fungebantur, ad Imperatorem detuliſſet, conventu circiter VIII.* B *Kalend. Julii pronunciato, atque Compendii habito; ipſe ad Britanaicam expeditionem per ſe faciendam animo intento, Lotharium filium, Imperii ſocium, Romam mittere decrevit: ut vice ſua functus, ea, quæ rerum neceſſitas flagitare videbatur, cum novo Pontifice, populóque Romano ſtatueret, atque firmaret.*

En tibi cauſam, cur Lotharius Romam venerit; quia ſchiſma erat, & multi tam ex præſulibus, hoc eſt, Epiſcopis, quàm ex populo, Eugenio legitimè electo reſiſtebant. Hinc cædes & deprædationes, & mutuæ injuriæ, quibus ſedandis Lotharius in urbem accerſitus venit non à Romanis, ſed ab ipſo Pontifice, ſeu nuncio ejus; ita C enim apud Aimoinum ſcriptum eſt. *Cujus rei* (hoc eſt, ſchiſmatis) *nuncium, cùm Quirinus Subdiaconus, unus ex his, qui priore legatione fungebantur, ad Imperatorem detuliſſet,* &c. *Lotharium filium, Imperii ſocium, Romam mittere decrevit, ut vice ſua functus, ea, quæ rerum neceſſitas flagitare vid batur, cum novo Pontifice, populóque Romano ſtatueret atque firmaret.* Quæ omnia longè aliter tinniunt, quàm nolæ Calviniſticæ. Quòd ſi illud; *Perverſitate Præſulum;* referatur ad ipſos Pontifices; gloſſam lenientem petemus ex Anonymo Auctore, qui Ludovici Imp. vitam litteris mandavit, quémque Pithœus evulgavit; qui hac de re loquens ita ſcribit; *Repertum eſt, quòd quorundam Pontificum vel ignorantia vel deſidia, ſed & judicum quorundam cæca & inexplebili cupiditate multorum prædia injuſtè fuerint confiſcata.* Quæ verba D minimè ſignificant, R manos rebus ſuis ab ipſis Pontificibus fuiſſe ſpoliatos, ùt benignus iſte Interpres interpretatur; ſed Pontificibus vel ignorantibus vel non obſtantibus, id ab aliis factum eſſe. Et quare non obſtiterunt? Quia videbant ſe obſtando nihil effecturos, vel adverſariis obſtando anſam daturos, ut violentiùs adhuc in Romanorum & Eccleſiæ facultates graſſarentur. Quod prudentiæ eſt, licèt ab Auctore prædicto perperam *deſidiæ* adſcribatur. Quid quod Paragraphus tertia, ùt Calviniſta loquitur; evidenter omnem culpam à Pontifice in hac bonorum occupatione removet. *De rebus Eccleſiarum injuſtè occupatis per occaſionem, quaſi licentia acceptâ à Pontifice, & de iis, quæ necdum redditæ ſunt, & tamen fuerunt absque poteſtate Pontificum occupatæ; volumus, ut per legatos noſtros reſtituantur.* E Ubi vides, Pontifices non intuliſſe, ſed paſſos eſſe injuriam; pérque hanc ſanctionem in integrum reſtitui.

Ait Baronius: Imperatorem etiam in his, quæ ad Politicum Urbis ſtatum pertinent, primas deferre Pontifici. Intonat Calviniſta. *Quot verba, tot mendacia.* Fateor id de verbis tuis, non de Baronianis. Audiamus verba conſtitutionis, ex quibus Baronius aſſertionem ſuam collegit. *Volumus, ut cunctus populus Romanus interrogetur, quâ lege velit vivere, ut eâ, quâ profeſſus ſit vivere velle, vivat: eique denuncietur, ut hoc unuſquiſque ſciat tam Duces, quàm Judices, vel reliquus populus. Quòd ſi in offenſionem ſuam contra eandem legem fecerint, eidem legi, quam profitentur, ex conſtitutione Pontificis; & noſtrâ ſubjacebunt.* B

An non ſat clara hæc verba? An non primæ deferuntur Pontifici in rebus ad politicum Urbis ſtatum pertinentibus? An non præponitur Pontifex Imperatori? Sed Calviniſta *oppeſſulatam habet frontem;* agnoſcis tua dicta; Hinc ex criſi ſua lectionem Conſtitutionis invertit, & ad ſuum propoſitum adaptat; vociferans ita legi in leg. Longobard. lib. 2. tit. 57. At jam ſuprà dixi, conſtitutio non eſt ſumpta ex lege Longobardica; ſed hæc lex tranſcripta eſt ex conſtitutione. Quocirca videndum, non quæ ſcriptura ſit in lege Longobardica, ſed quæ in conſtitutione. Conſtitutio autem ita concepta eſt G prout primitus à clariſſimo Sigonio ex vetuſtis tabulis tranſcripta eſt, & poſtea à Baronio repetita. Abi tu cum tua Critica, & quidem eò, ubi cervi cornua abjiciunt. Quantus ſis in Critica, etiam præcedente conſtitutione perſpicuè declarâſti, quando verba illa ex vita Ludovici Imp. de libro Concilii Aquiſgranenſis pro reformatione cleri; *in quo totius illius Ordinis perfectio continetur, ſicut recluſus ipſe fatetur;* ita explicâſti: *ſicut recluſus*, id eſt, Monachus; ubi Criticum tuum pectus non advertit, mendum ſubeſſe editioni Pithœanæ; legendúmque, *reculsus*, hoc eſt, *reformatio* ùt habet Pariſienſis editio Aimoini lib. 5. de geſtis Francorum, cap. 10. H

Et quamvis in legibus Longobardicis pars hujus conſtitutionis recitetur verbis paululum mutatis, id tamen non refert; quia & Canonum & legum ſeu collectores ſeu conditores, non ſemper eadem prorſus verba, unde Canones vel leges ſumunt, annumerant; ſed interdum quædam mutant, ùt plurimis exemplis ex Gratiano & aliis Decretorum collectoribus monſtrari poſſet, ſi hoc ageretur in præſenti. Idem ergo factum in con-

Digitized by Google

A conſtitutione Lotharii, quando ejus pars in leges Longobardicas translata eſt.

At ſive legas; ùt eſt in lege Longobardica: *Quòd ſi offenſionem contra eandem legem fecerint; eidem legi, qua profitentur vivere per diſpenſationem Pontificis & noſtram, ſubjacebunt*: ſive legas; prout à Sigonio & Baronio refertur. *Quòd ſi in offenſionem ſuam contra eandem legem fecerint, eidem legi, quam profitentur, ex conſtitutione Pontificis & noſtra, ſubjacebunt*: idem prorſus ſenſus erit, nimirum, Pontifici ab Imperatore primas fuiſſe conceſſas etiam in ſtatu Politico Urbis Romæ conſtituendo; Hîc iterum obſerva Criticam Calviniſtæ impoſturam. In legibus Longobardicis dicit Lotharii ſanctionem ita concipi: *Eidem legi, qua profitentur vivere per diſpenſationem Pontificis, & noſtra ſubjacebunt.* Subditque mox
B horribile mendacium: *Quam lectionem pro recta & genuina agnovit Gregorius XIII. in Notis ad cap.* Veſtram 13. diſt. 10. nam mea editio legum longobardicarum cum ſcholiis Nicolai Boberii, & ipſa Annotatio Gregoriana ad dictum cap. Gratiani ita habet, ùt antea dixi; nempe; *Eidem legi, qua profitentur vivere, per diſpenſationem Pontificis & noſtram ſubjacebunt.* Calviniſta haud obſcura fraude illud *noſtram*, commutat in *noſtra*, quia alius ſenſus, Pontifici non adeò bonorificus, inde reſultat: neque Gregorius XIII. vel potiùs doctiſſimi illi viri, qui emaculando Gratiani Decreto operam dederunt; alteram lectionem, quæ ex ipſis tabulis ſumitur, reprehenderunt, aut buic poſtpoſue-
C runt, ſed partem banc conſtitutionis ita, ùt eam in legibus Longobardicis repererant, recitârunt, nulla alterius lectionis mentione facta; Et ùt jam dixi, idem eſt ſive illo, ſive hoc modo legas; quia ſenſus eſt, eos qui deliquerint in legem à ſe electam; ſubjectos fore eidem legi, quam ex conſtitutione ſeu diſpenſatione, boc eſt, ex conceſſione Pontificis & Imperatoris profitentur, hoc eſt, amplectuntur.

Ultima conſtitutionis paragrapbus ita habet. *Noviſſimè admonemus, ut omnes homi-*
D *nes, ſicut Dei gratiam & noſtram habere deſiderant, ita præſtent in omnibus obedientiam ac reverentiam huic Pontifici*, hoc eſt, Eugenio; Ex quo manifeſtè liquat, Lotbarium veniſſe Romam, ut legitimo electo Pontifici rebelles, ad obediendam cogeret. Calvinianus Gloſſographus bac tanta paragraphi hujus luce perſtrictus, ac fermè excœcatus, gloſſat illud: *Omnes homines*, hoc gloſſemate; *Romani ſcilicet*: quaſi Lotharius tantùm juſſerit, *ut Romani Eugenio obediant; non alii extra Romam*: Sed verba generalia ſunt: Comminatio etiam generalis; nam procul dubio omnes omnino bomines gratiam Dei; & omnes Lotharii ſubditi gratiam Imperatoris habere deſiderabant. At illos, qui &
E gratiam DEI & Imperatoris obtinere cupiebant, jubet obtemperare Pontifici; ergo omnes.

Nec refert, quòd conſtitutioni ferendæ Romani dederunt occaſionem; nam & ſanctioni ex particulari caſu natæ generalia mandata inſeri poſſunt; ùt quotidiano uſu compertum eſt, & quarta paragrapbus loquitur diſertè de illis, per quos judiciaria poteſtas non tantùm in Urbe, ſed & in cæteris provinciis exercetur; Ergo & ultima paragraphus non tantùm ad illos, qui Romæ erant, ſed & ad alios, ſpectat.

Verùm, ut critici ſui naſi ſagacitatem magis patefaciat, ſcrupulum nobis injicere conatur quaſi Paragrapbus iſte (eſto tandem hæc dictio maſculina) ſit ſpurius & ſuppo-
F ſititius: Qua de cauſa? Aliam nunquam reddet, niſi hanc, quod nimis apertè ad obedientiam Pontifici præſtandam immorigeros compellat. Si Imperator ita edixiſſet; *Volumus, ut nemo huic Pontifici obediat;* jam nihil bis verbis in mundo ſincerius & germanius fuiſſet.

Occinit Calviniſta: *Lotharium velle ſolummodo, ut huic, nempe Eugenio, obedientia præſtetur; non ſimpliciter cuicunque Papæ. Eſſe hoc privilegium perſonale, ac proinde non transgredi perſonam.* Has phlyarias diſcutit occaſio hujus conſtitutionis, quæ erat ſchiſma & rebellio contra Eugenium legitimè electum: quia enim multi erant, qui Antipapæ cuidam adhærerent; (nam, mortuo Paſchali, duo, per populi contentionem fue-
G rant electi, ùt dicitur apud Aimoinum lib. 4. cap. 112.) ideo ſignatè mandavit Lotharius, ut huic, nempe Eugenio, omnes obtemperarent; minimè interim abnuens, ſimilem obedientiam præſtandam eſſe cuicunque alteri legitimè electo Pontifici & Eugenii ſucceſſori.

Illud lepidum eſt, quòd dicit Calviniſta, *Eugenium Romæ à Lothario Imperii Vicarium conſtitutum fuiſſe.* Quis riſum teneat, quando hæc tam ſinuoſa falſitatis diverticula videt? Quibus, obſecro, verbis *Vicariatus* iſte deſignatur? An quia Pontifici ſemper priores deferuntur? An quia ab electione Romani Pontificis omnes arcentur, quibus ex ſacrorum Canonum præſcripto, ut interſint, non competit? An quia mandat, H
ut omnes Eugenio obediant? O Calviniſticam verſutiam, quid non molitur, ut veritatis lucem obfuſcet?

CAPUT XII.

Conſtitutio de pace Confluentana ſub Ludovico Juniore Imperat. Anno Chriſti DCCC. LX.

EXtat hæc ſeu conſtitutio ſeu conventio apud Illuſtriſs. Baronium Tom. 10. Anno Redempt. DCCC. LX. Ex quo

A quo eam Calviniſta exſcripſit: nec tamen eruditiſſimo Baronio aliud Minerval dependit, quàm convicia & calumnias: An non enim calumnia inſignis, cùm ait, Baronium *hujus controverſiæ inter Principes æquè cum ignariſſimis ſcientem eſſe, eò quòd dixerit, hanc pacem factam inter quinque Reges, Carolum & Ludovicum nepotéſque ipſorum Lotharium, Ludovicum & Carolum.*

Si Baronius propterea culpandus eſt; culpentur, atque adeò lœdoriis & probris proſcindantur Annales Francici à Pithœo evulgati, qui iſta à Baronio itidem Anno DCCC. LX. recitata. *Ludovicus Rex & Carolus frater ejus, nepóſque eorum Lotharius,* &c.
B *Amodo & quamdiu vixero,* (formula juramenti à Ludovico præſtiti) *iſtum fratrem meum Karlum, & nepotes meos Ludovicum, & Lutharium, atque Karlum,* &c. *neque in membris; neque in regno illorum eos forconciliabo,* &c. Dic Calviniſta, an non hic quinque habemus Reges? Ludovicum Regem Germaniæ & Carolum Regem Francorum fratres: Et horum nepotes, Lotharii Imp. filios, Ludovicum Regem Italiæ ſimúlque Imperatorem, & Lotharium Regem Lotharingiæ; & Carolum Regem Provinciæ? Audi, Calviniſta, Rheginonem. *Anno Dominicæ Incarnationis DCCC. LV. Lotharius, convocatis primoribus regni, Imperium filiis ſuis diviſit, Ludovico Italiam tradidit, eúmque Imperatorem appellari fecit: Æquivoco verò idem Lothario, regnum, quod ex ſuo nomine vocatur, conceſſit; Carolo autem, qui junior natu erat, Provinciæ regnum largitus eſt.* Habemus ergo quinque Reges. Quid igitur Calviniſta
C in Baronio ob quinque Reges vellicat & morſicat? Nam quòd Rhegino mortem Caroli refert ad annum DCCC. LVIII. id adverſatur Annalibus Francicis, & Actis ad Confluentem Anno DCCC. LX. quibus potiùs habenda fides.

CAPUT XIII.

Epiſtola Ludovici Junioris Imp. ad Baſilium Imp. Conſtantinopolitanum.

D EXtat Tom. 10. Illuſtriſſimi Baronii Anno Redemptoris DCCC. LXXI. N. 50. & ſeqq. Ex cujus aureis monumentis eam Calviniſta in ſuas Voluſianas chartas tranſcripſit.

Diximus in defenſione libri primi de Translatione Imperii, cap. 11. Græcos non tribuiſſe vel ægrè admodum, Imperatoribus occidentis nomen βασιλέως, ſed ſolummodo ῥῆγας nominâſſe, latino nomine Græca veſte induto. Cùm ergo Baſilius Macedo Ludovicum Juniorem monuiſſet, ut ab Imperatoris ſeu βασιλέως appellatione abſtineret; hanc ad eum Ludovicus Epiſtolam dedit, quæ lectu digniſſima eſt; Ex E
qua capita duntaxat enotabo.

I. Dicit Ludovicus Imp. *Apud nos multa lecta ſunt, multa quidem indefeſſè leguntur, nunquam tamen invenimus terminos poſitos, aut formas, aut præcepta prolata, neminem appellandum* Baſilea, *niſi eum, quem in urbe Conſtantinopoli imperij tenere gubernacula contigiſſet, cùm gentium ſingularum monumentis interim poſtpoſitis, ſacra nobis affluenter hiſtoria monſtrent, plurimos fuiſſe Baſileos nuncupatos, & non ſolùm* F
electos quoque, quales fuère Melchiſedech, & David, verùm etiam reprobos, quales primores Aſſyriorum, Ægyptiorum, Moabitarum, & cæterarum nationum, quas enumerare longum eſt, extitiſſe probantur.

II. Fruſtra ergo negat Conſtantinopolitanus Imp. *alios præter ſe Baſileos appellandos, niſi fortè radendos ducat totius codices mundi, in quibus pænè cunctarum gentium Principes, à priſcis temporibus, & deinceps, Baſilei inveniuntur ſcripti. Et certè ut de Latinis codicibus interim taceamus, ſi Græcos, & noviter editos revolvas codices, invenies proculdubio plurimos tali nomine vocitatos, & non ſolùm Græcorum, ſed & Perſarum, Epirotarum, Indorum, Bithynienſium, Parthorum, Armeniorum, Saracenorum, Æthiopum, Wandalorum, & Gothorum, & alia-* G
rum gentium Prælatos, Baſileorum appellatione veneratos.

III. *Intuere ergo, Frater,* inquit Ludovicus, *& conſidera, quòd multè fuerunt, qui Baſilei diverſis temporibus, & in diverſis locis, & nationibus nuncupati ſunt, vel hactenus nuncupentur; & noli vel nobis, quod dicimur, invidere; vel, tibi ſingulariter uſurpare, quod non ſolùm nobiſcum, ſed & cum pluribus Præpoſitis aliarum gentium poſſides. Grave namque vitium eſt, ſingularis dignitatis faſtigium, quod quis in principio ambierit, quid eì ambiendo talia, contigerit, commemorare nolumus; ne fraternitas tua commemoratum ad injuriam ſuam exiſtimet.*

IV. *Illud ridere libuit, quod de Imperatoris nomine dixiſti: neque paternum eſſe, neque genti convenire. Quomodo enim paternum non eſt,* H
quod jam in avo noſtro paternum fuit? Quomodo autem genti non convenit, cùm ſciamus, (ut de cæteris brevitatis cauſâ taceamus) ex Hiſpanorum, Iſaurorum, & Cazarorum gente Imperatores Romanos effectos? Neque enim veraciter aſſeverabis nationes has gente Francorum, aut religione, aut virtutibus clariores, & tamen admittere non renuis Imperatores, & eos prædicare non deſpicis.

V. *Mirari ſe dilecta fraternitas tua ſignificat, quòd non Francorum, ſed Romanorum Imperator appellamur: ſed, ſcire te convenit; quia, niſi Romanorum Imperator eſſemus, utique nec Francorum. A Romanis enim hoc nomen, & dignitatem aſſumpſimus, apud quos profectò primò tanta culmen ſublimitatis, & appellationis effulſit,* quorum-

A *quorumque gentem, & Urbem divinitus gubernandam, & matrem omnium Eccleſiarum DEI defendendam, atque ſublimandam ſuſcepimus, ex qua & regnandi priùs, & poſtmodum imperandi auctoritatem proſapia noſtra ſeminarium ſumpſit. Nam,. Francorum Principes, primò Reges, deinde verò Imperatores dicti ſunt, ij duntaxat, qui à Romano Pontifice ad hoc oleo ſancto perfuſi ſunt; in qua etiam Carolus Magnus abavus noſter unctione ejuſmodi per ſummum Pontificem delibutus, primus ex gente, & genealogia noſtra, pietate in eo abundante, & Imperator dictus, & Chriſtus Domini factus eſt. Præſertim cùm tales ſæpe ad Imperium ſint adſciti, qui nulla divina operatione per Pontificum miniſterium, propoſiti ſolùm à ſenatu, & populo, nihil horum curantibus, Imperatoria dignitate potiti ſunt; nonnulli verò nec* B *ſic, ſed tantum à militibus ſunt clamati, & in Imperio ſtabiliti ſunt, ita ut etiam eorum quidam à fœminis, quidam autem aut hoc, aut alio modo ad Imperij Romani ſceptra promoti ſint.*

Obſerva hîc Ludovicum fateri, Imperium ad Carolum Magnum veniſſe per Romanum Pontificem; Et Imperatorem non dici niſi à Romano Pontifice inunctum. Quod & ſuprà teſtatus eſt his verbis. *Ipſi Patrui noſtri, glorioſi Reges, abſque invidia Imperatorem nos vocitant, & Imperatorem eſſe procul dubio fatentur, non profectò ad ætatem, quæ nobis majores ſunt, attendentes, ſed ad unctionem & ſacrationem, quæ per ſummi Pontificis manus impoſitionem, divinitus ſumus ad hoc culmen provecti*, &c.

VI. *Qui Riga quenquam appellat, quid dicat, nec ipſe novit. Siquidem etiamſi linguis omnibus, more Apoſtolorum, imò Angelorum loquaris,* C *cujus lingua ſit Riga, cui dignitati ſonus ille barbarus congruit, quod Rex dicitur, interpretari non poteris. Nihil enim fortè ad idioma propriæ linguæ, tractum Riga, Regem ſignificare monſtraveris. Quod ſi ita eſt, quia non jam Barbarum, ſed Latinum eſt, oportet, ut cùm ad manus veſtras pervenerit, in linguam veſtram fideli translatione vertatur. Quod ſi factum fuerit, quid aliud, niſi hoc nomine* βασιλεὺς *interpretabitur? Quod non ſolum veteris, ſed & novi Teſtamenti omnes interpretes atteſtantur. Unde, ſi in alienis perſonis hoc deteſtaris vocabulum, ſtude ex omnibus tam Latinis libris, quàm Græcis, ſive Regis, ſive* βασιλῆος *nomen eradere.* Hæc ex Epiſtola Ludovici Imp. ad Baſilium Macedonem Lectoribus deguſtanda apponere pla- D cuit. Quis autem non miretur, Calviniſtam hîc adeò fuiſſe deſtitutum, ut neſciret, quid ſit in iſta Epiſtola *Protoſymbolus;* quo nomine Arabum Principem indigitari, ſcripſerat Baſilius. Verè an falsò, non diſputo. Certè *Protoſymbolus*, nihil aliud eſt, quàm πρωτοσύμβουλος *primus conſiliarius. Qui in conſilio primas tenet. Chalendina* libenter Criſi ſua Circæa transformaret in *Clabendina*. Sed fruſtra. nam quæ hîc vocantur *Chalendina*, certi generis navigia, ea à Joanne Papa Epiſt. 46. appellantur *Achelandia. Ut decem bona & expedita Achelandia ad portum noſtrum tranſmittas, ad* E *littora noſtra de illis furibus & piratis Arabibus expurganda.* Luitprandus lib. 5. cap. 6. nominat *Chelandria*. Alii, *Chelandia*. Abeat igitur Criticus noſter, quò pedes rapient & auræ cum ſuis *Caravellis*, *elabulis* ſeu *clavulis*, & *clabulari curſu*. In eadem Joannis Papæ VIII. Epiſtola, uſurpatur vox *Sagena*, alioqui naſſam ſignificans, pro navi. *Agarenorum Sagenæ occultis irruptionibus littora noſtra devaſtant.* In vita S. Henrici Imperatoris, accipitur pro *piſcationibus* ſeu *piſcinis*.

CAPUT XIV.

De Caroli Calvi ad Hadrianum II. Pontificem Max. Epiſtola. F

VErboſam hanc & contumeliis probè ſaginatam Epiſtolam exſcripſit Calviniſta ex Catalogo teſtium Illyrici: partem ejus recitat & refutat Illuſtriſſimus Baronius Tomo 10. Annalium Anno Chriſti DCCC. LXXI. Quæ Calviniano palato omni melle & favo dulcior accidit, non alia de cauſa, quàm quia conviciis in Pontificem, & efferati ac immorigeri animi notis inſigniter illuſtrata eſt; ita ut ſi uſpiam, hîc certè admodum perſpicuè eluceſcat veritas illius dicti: *Furor iráque mentem præcipitant*.

Calviniſta tantùm non minatur Baronio Crucem, & ſi quid Cruce gravius eſt, quòd Epiſtolam hanc, *Leonis rugitum*, appellaverit. At quando Illyricus, ſimiles, & iſte ipſe Calviniſta, Pontificum ſanctiſſimas & ſaluberrimas cúmque ſumma prudentia & modera- G tione ſcriptas Epiſtolas, *Antichriſti ruditus & crepitus* nominitant, obſequium ſcilicet Deo præſtant. Solus Baronius exitium meretur & in regiam majeſtatem delinquit, quando Epiſtolam ex præcipiti ira effuſam, *Leonis rugitum* vocat, non ſine Salomonis, quem Baronius citavit, exemplo Proverb. 20. *Sicut rugitus Leonis, ita & terror Regis.* Si terror Regis juſtè indignantis cum Leonis rugitu à ſapientiſſimo Rege comparatur; quantò magis furor & impetus ab omni ratione averſus *Leonis rugitus* dici poteſt.

Suſpicatur Calviniſta Hincmarum Rhemenſem Archi-Epiſcopum hanc Epiſtolam ſcripſiſſe juſſu & nomine Caroli. Parùm moror quis ſcripſerit; præcipitis certè & in- H fruniti animi dilucidum argumentum eſt. Scripſerat Hadrianus ad Carolum, ut Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum ab Hincmaro Rhemenſi, & Synodo Gallicana damnatum ac depoſitum, qui ad Sedem Apoſtolicam appellaverat; Romam venire ſineret. Miratur Rex ſibi talia præcipi; nunquam enim à Pontificibus Romanis ejuſmodi præcepta Francorum Regibus data eſſe. Oſtendit Baronius, rem ſecus ſe habere, ídque probat

A probat exemplis non longè petitis, ſed ex Epiſtola trigeſima Nicolai primi ad hunc ipſum Carolum; in qua ita Nicolaus cum Carolo loquitur: *Tanquam devoto filio, præcipiendo fidenter mandamus, ut dictum Rothaldum veſtro adjutum ſolatio ad nos uſque miſericorditer dirigatis*, &c. Idémque juſſionis genus invenies in 17. Epiſtola Nicolai primi, ad eundem Carolum de mittendis duobus Epiſcopis ad Metenſe Concilium.

Calviniſta clamat, *indignum facinus; Carolum Regem à Baronio mendacii poſtulari.* Baronius non utitur vocabulo *mendacii*; ſed probat, verum non eſſe, ſeu falſum eſſe, quod Carolus in illa Epiſtola aſſeruerat; quæ eſt civilior arguendi ratio; poteſt enim quis, B etiam abſque mendacio falſum dicere. Quod ut non redarguatur, etiam in Rege, præſertim quando in grande veritatis præjudicium vergit, nunquam vociferationibus ſuis Calviniſta efficiet; qui arbitratur *ipſis Cardinalibus Romanis diſplicere, ea, quæ contra hanc Epiſtolam Baronius ſcripſerit.* Quò hujus ſuæ opinionis certus fiat, ſuadeo, ut cum ſuo libro Romam ad Cardinalium ſenatum ſe conferat: Videamus, quem calculum ad nos ſit C relaturus.

Ajebat Carolus in Epiſtola: *Etſi revolveritis Regeſta deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum; talia mandata, ſicut habentur in literis ex nomine veſtro nobis directis, deceſſores noſtros à deceſſoribus veſtris accepiſſe nunquam invenietis.* Hoc falſum eſſe, oſtendit Baronius exemplo Nicolai, de quo antea. Occinit Calviniſta: Carolum per illa; *Deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum*: non intelligere immediatum Adriani anteceſſorem Nicolaum I. *Sed ulteriores & remotiores; & Carolum hanc Epiſtolam æquè contra Nicolaum, ac contra Adrianum ſcripſiſſe; atque adeò ex una fidelia duos parietes dealbâſſe.* Quæ omnia vaniſſima ſunt commenta; nam inprimis nullum, de Nicolao verbulum nec in titulo, nec in contextu Epiſtolæ. Deinde, an non Nicolaus fuit *deceſſor* & *prædeceſſor* Adriani? An non Pon- D tifices communi loquendi uſu & forma, eos, quibus immediatè ſuccedunt, prædeceſſores & deceſſores hodiéque vocant? Quid quæſo eſt *deceſſor meus*, niſi is, in cujus decedentis locum ego ſubeo, ſive id fiat *mediatè*, ſive *immediatè*; imò ſi *immediatè* fiat, tunc maximè genuina nominis notio ſervari videtur. Quid eſt *prædeceſſor meus*, niſi is, cujus *præcedentis* ſeu *priùs cedentis* locum occupo & teneo; quod ſive *mediatè* ſive *immediatè* contingat, nihil intereſt; nam & in ejus locum ſuccedo, qui *immediatè* prædeceſſit; niſi enim immediatè prædeceſſiſſet, ego immediatè ſuccedere non valerem.

Præterea, quis unquam, præter iſtum, Calviniſtam, eò ſubtilitatis aſcendit; ut anteceſſorem eum duntaxat nominârit, qui immediatè anteceſſerit? Itaque Leo XI. an- E teceſſor hodierni Pontificis Pauli V. fuit; non Clemens VIII. Non Gregorii XIV. & XIII. Et ſi Paulus V. Leonem XI. nominet ſuum deceſſorem ſeu prædeceſſorem, manum ferulæ Calvinianæ ſubjicere debebit; quia in ſcbola Goldaſtina Anteceſſor immediatus non eſt *deceſſor* vel *prædeceſſor*. O Strophas nulli alii bono excogitatas, niſi ut veritas ſepeliatur, & Calviniana caligo in orbem introducatur; niſi fortè Calvinianus iſte etiam hoc ſibi propoſitum habuit; ut nobis ſuam ſtultitiam cum his ſuis tam fatuis figmentis aperiret; quem certè finem non modò ſecutus, ſed & egregiè aſſecutus eſt. Conſulat, oro, Calviniſta magnum Bullarium; & videat, num Gregorius XIII. non vocet Pium V. ſuum prædeceſſorem; & ſimiliter Sixtus V. Gregorium XIII. & alii alios, quibus immediatè ſucceſſerant. F

Quòd verò ait Carolus, *deceſſores* ſuos nuſquam talia mandata à Sede Apoſtolica accepiſſe; id ut verum eſſet, ideo verum eſſet, quia tale quid, quale Carolus, non commiſiſſent, neque ullum Epiſcopum per vim circumventum, & ad Apoſtolicæ Sedis tribunal appellantem, impediviſſent; ùt fecit Carolus cum Hincmaro Rhemenſi & aſſeclis. Si tale facinus deſignâſſent, ídque Apoſtolica Sedes reſciviſſet, utique idem mandatum, quod Carolus, accepiſſent; neque enim unquam paſſa eſt Sedes Apoſtolica, ut oppreſſis ad ſe per appellationem legitimam confugientibus, via ab ullo Rege intercluderetur.

Ait Baronius, Carolum Magnum longè G aliter in Sedem Apoſtolicam fuiſſe affectum quàm Carolum Calvum, quando hanc ſcribebat Epiſtolam, citátque hæc ejus verba apud Gratianum diſt. 19. *In memoriam beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam, & Apoſtolicam Sedem; ut, quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſtica magiſtra rationis. Quare ſervanda eſt cum manſuetudine humilitas; ut, licèt vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur jugum, tamen feramus, & pia devotione toleremus.* Occurrit Calviniſta. *Capitulum hoc Carolo Magno mala fide ſupponi.* Probat. *Quia non exſtat in Capitularibus Caroli Magni à Pithœo evulgatis.* Sed potior nobis eſt Gratiani, Ivonis & aliorum auctoritas, quàm hujus Calviniſtæ temeritas, H præſertim cùm etiam extet in Concilio Triburienſi cap. 30. & apud Burchardum lib. 1. cap. 220. Et facilè fieri potuit, ut hoc Capitulum ex Capitularium cæterorum exemplari excideret, vel incuriâ vel impoſturâ.

Oggerit Calvinianus. *Patres Triburienſes non velle, ut omne onus à Pontifice impoſitum toleretur, ſed Eccleſiaſticum duntaxat; non politicum.* Verba Capituli generalia ſunt; *Servanda eſt*, inquit, *cum manſuetudine humilitas, ut licèt vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur*

A *tur jugum; tamen feramus & pia devotione toleremus.* Deinde, quod Hadrianus II. Carolo Calvo præcipiebat, non erat quid politicum, ſed Eccleſiaſticum; nam ad jus Eccleſiaſticum pertinet appellatio ab inferiore judice ad Sedem Apoſtolicam, & ne quis ita appellantem violenter remoretur, ùt fecit cum Hincmaro Laudunenſi Epiſcopo Carolus. Nec Baronius Caroli Magni & Concilii Triburienſis Decretum explicat de *onere politico*, ùt Calvioiſta fingit, ſed univerſim id accipit, ùt à Carolo Magno & Concilio acceptum eſt; Et occaſionem adducendi hoc Capitulum præbuit Baronio cauſa non politica, ſed Eccleſiaſtica, nimirum jus appellandi ad ſummum Pontificem.

B Vide verò, quàm in rebus expendendis conſideratus ſit Calviniſta. *Probare vult* (quod probatione nulla eget) *Concilium Triburienſe nullo Carolorum præſente aut præſidente; ſed ſub Arnulpho Imperatore celebratum eſſe;* citátque Strabonem Fuldenſem in Annalibus. Anno DCCC. XCVII. *Curte verò Triburia habito generali conventu, Fuldenſe cœnobium, cauſâ Orationis petiit*: Arnolfus ſcilicet Imperator. *In quo conventu, quid ſtatutum ex his Reginonis verbis diſce. Anno Domini DCCCC XCV. Synodus magna celebrata eſt apud Triburias contra pleróſque ſæculares*, &c. Strabo, ſeu quiſquis eſt Auctor Annalium Francicorum, loquitur de conventu, qui celebratus eſt Triburiæ Anno ſalutis DCCC. XCVII. ùt manife-
C ſtiſſimè patet ex verbis Strabonis; Et Regino loquitur de conventu, qui habitus eſt Triburiæ Anno DCCC. XCV. quomodo ergo de uno eodémque conventu Strabo & Regino loquuntur? Et quomodo ex conventu, qui biennio antè celebratus fuit, intelligere poſſumus, quid ſtatutum ſit in conventu, qui biennio pòſt eſt celebratus?

CAPUT XV.

Acta Synodi Romanæ de Electione Caroli Calvi Imperatoris.

Recitantur à Baronio, Anno Chriſti D
D CCC. LXXVI. Num. 2. & ſeqq. Ex Annalibus Pithœi. Hic Calviniſta maledicentiæ ſuæ in illuſtriſſimum Baronium liberrima & laxiſſima fræna permittit, imò prorſus effrænem furere & inſanire ſinit. Objicit Baronio *imperitiam Hiſtoriarum*. Certè duodecim Tomi Annalium, & Notationes in Martyrologium Romanum criminationi huic fidem magnam faciunt; nam *imperitiſſimum* Hiſtoriarum eum fuiſſe oportuit, qui tanta volumina Hiſtorica tam doctè, dextrè & ingenioſè contexuit; quæ à lectoribus orthodoxis & heterodoxis tam avidè ſunt arrepta & lecta, ut Typographis Italis, Germanis, Belgis neceſſe fuerit, editiones iterum iterúmque iterare, ut emptoribus exemplaria ſuppeterent; quæ & in Epitomen redacta E
ſunt; ut occupatis promptior & brevior lectio eſſet; & in varias linguas tranſlata, ut etiam Latinæ linguæ ignari utilitate horum Annalium non carerent. Tu Calviniſta, perge, *more tuo ſolens*, Hiſtoriarum Eccleſiaſticarum promptuario ἀνιστορισίαν objicere; quia tam tibi creditur, quàm ſi Danubio aut Rheno penuriam aquæ exprobrares.

At cur Baronius Hiſtoriæ imperitus? *Quia confundit Synodum Romanam cum Ticinenſi conventu.* Calviniſtam mentiri, libenter fatebitur, quiſquis legerit Baronium Anno DCCC. LXXVI. Num. 1. & aliquot ſequentibus. Nam expreſſiſſimè Synodum Ticinenſem, in qua Carolo Calvo Imperium eſt confirmatum, diſtinguit à Romana, in qua, ipſius ſententiâ, Anno DCCC.
LXXV. In Natali Domini, Carolo Imperium à Joanne Papa VIII. collatum & approbatum fuit. F

II. Carpit Calviniſta; quòd Baronius Ticinenſem conventum vocet *Synodum*; fuiſſe enim conventum, in quo Carolo *homagium fidelitatis ab Epiſcopis & Optimatibus præſtitum fuerit.* Quàm ſcrupuloſus eſt Calviniſta, qui cœtum illum non patitur nominari Synodum, cujus præcipua membra erant Epiſcopi; & actio non alia, quàm ut Caroli inaugurationem Romæ à Joanne Papa factam, ſuffragio ſuo confirmarent.

Si Calviniſta eadem religione ſuo in Centone Conſtitutiones Imperiales nobis admenſus fuiſſet, non paulò pauciores habe-
remus; nunc cùm quidvis *Conſtitutio* vel Ordinatio Imperialis apud iſtum audiat; Et crebrò ſchiſmaticorum & hæreticorum quoque ſomnia hoc tam auguſto nomine honorentur; accidit, ut ingens plauſtrum hujuſmodi Conſtitutionum adepti ſimus. G

Non injuria Baronius culparetur; ſi omiſſa Synodi appellatione, Actis Ticinenſibus hanc inſcriptionem tecum præfixiſſet. *S. Romani Imperii Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Ducum, Comitum ac reliquorum Italiæ optimatum Sacramentum Carolo II. Calvo Imperatori Auguſto præſtitum in Conventu Ticinenſi Anno Domini DCCC. LXXVII.* Quæſo, ex quo veteri Codice, ex quo Chirographo exemplari hunc titulum ſumpſiſti? Ut omnes Bibliothecas lu- H
ſtres ac evolvas, nullum unquam proferes; & tandem ad cerebri tui officinam, confugiendum erit. Lepidum profectò factum. Ferè ſoli proceres Lombardi ſubſcripſerunt Actis conventûs Ticinenſis; Et tamen id, quod ibi decretum eſt, nominatur Sacramentum ſacri Romani Imperii *Archiepiſcoporum*, &c. *Abbatum, Ducum, & reliquorum Italiæ Optimatum.* Cùm unicus tantùm Archi-Epiſcopus interfuerit; unicus Abbas, unicus Dux; Cur ergo iſtc *Archiepiſcopos, Abba-*

tes,

Digitized by Google

A *tes, Duces*, intonat? Subſcripſerunt decem Comites & ſedecim Epiſcopi: Nec ullum aliorum procerum veſtigium apparet. Nihilominus iſte confidenter; *Et reliquorum Italiæ Optimatum.* Adhæc Synodum ſeu conventum Ticinenſem refert ad annum DCCC. LXXVII. Quo auctore? Notatur, non abnuo, hic annus in editione Pithœana. Sed mendum ſubeſſe, optimè animadvertit Baronius. Notatur enim Indictio IX. Et Annus Imperii Caroli, primus. At Anno DCCC. LXXVII. non erat Indictio nona; ſeu annum hunc integrum ſpectes, ſive partem ejus. Nam Indictio nona cœpit Anno DCCC. LXXV. in Septembri; Et duravit uſque ad Septembrem Anni DCCC. LXXVI. quo tempore ſucceſſit Indictio decima. Præterea Carolus inunctus eſt Impe-
B rator Anno DCCC. LXXV. vel ſecundùm illos, qui annum à Natali Dominico auſpicantur DCCC. LXXVI. Indict. IX. Neceſſariò igitur annus DCCC. LXXVII. erat Imperii ejus ſecundus, non primus. Igitur ſi Indictio, & Annus Caroli Imp. rectè ſignantur; neceſſariò dicendum erit; numerum annorum Dominicæ Nativitatis mendoſum eſſe, atque adeò unum annum detrahi debere; quod ipſemet Calviniſta, ſui oblitus, in ſcholiis fatetur; Ut enim Baronium vituperat, quòd Indictionem X. Actis Romanis præfixam, mutavit in nonam, ita eundem laudat, quòd in Actis Ticinenſibus admonuit numerum eſſe corruptum; & pro DCCC. LXXVII. reſtituit DCCC.
C LXXVI. Et addit; hoc *rectè atque ordine* factum.

Ut autem ſententiam meam planè & apertè proponam, non diffiteor, Calviniſtam hic aliquid vidiſſe, quod aciem Baronii, quantumvis oculatiſſimi, fugit. Dico igitur. I. Quæ à Baronio Anno Chriſti DCCC. LXXVI. recitantur, eſſe Acta duplicia; altera, Synodi Romanæ; altera, Synodi ſeu conventus Ticinenſis. Actorum Romanæ Synodi exordium ducitur ab illis verbis: *Geſta, qualiter Domnus Karlus*, &c. Subditur. *Sermo Domini Apoſtolici Ioannis in Synodo Epiſcoporum.* Sermonis initium eſt.
D *Omnibus generationibus*, &c. Et hæc Acta Romana finiuntur illâ clauſulâ; *Subſcripſit ergo Dominus Papa, & cum eo Epiſcopi, qui adfuerunt.* Subſcriptiones non extant.

Altera Acta ſunt Synodi ſeu conventûs Ticinenſis, eorúmque principium eſt ibi; *Glorioſiſſimo & à Deo coronato magno & pacifico Imperatori*, &c. Finis. *Acta ſunt hæc in Palatio Ticinenſi*, &c. Quapropter non bene conjunguntur, prout ab illuſtriſſimo Baronio conjuncta videntur; neque priora illa in Concilio ſeu conventu Ticinenſi lecta & approbata ſunt, licèt electio, inunctin & coronatio Caroli in Imperatorem Ticini comprobata & confirmata fuerit: ut jam evidentiùs oſtendam.

II. Dico: Acta illa, quorum principium; *Geſta, qualiter Domnus Karlus*, &c. E
Omnibus generationibus, &c. eſſe Acta Synodi Romanæ, celebratæ Anno DCCC. LXXVII. Indictione X. in qua electio & promotio Caroli Calvi ad Imperiale faſtigium à Joanne Papa, aliíſque Epiſcopis confirmata, & denuo ſancita fuit, gravibus adversùs impugnatores pœnis conſtitutis; Et non continere acta alicujus Synodi, quæ vel in ipſa Caroli inauguratione in Natali Domini Anno DCCC. LXXV. vel aliquo die ex illis, quæ erant uſque ad Kalendas Januarias Anni DCCC. LXXVI. habita fuerit. Probatur. I. quia hoc perſpicuè teſtatur Aimoinus lib. 5. cap. 35. iſtis verbis. *Veniens* (Carolus Calvus) *ultra Lirim uſque ad Urbem, obvium habuit Adalgarium Epiſcopum, quem menſe Februario Romam direxerat pro agenda Synodo à Papa Joanne. Cujus exemplar idem Adalgarius pro munere magno Imperatori detulit.* F
Summa verò ejuſdem Synodi, poſt multas & multiplices laudes Imperatoris, hæc eſt, ut electio & promotio ad Imperialia ſceptra anno præterito Romæ celebrata, ex tunc & nunc & in perpetuum firma & ſtabilis maneat. Quòd ſi quis perturbare aut violare tentaverit, cujuſcunque ſit ordinis, dignitatis aut profeſſionis, anathemate uſque ad ſatisfactionem teneatur omni tempore obnoxius. Patratores & incitatores hujus conſilii, ſi quidem Clerici fuerint, deponantur: Laici verò & Monachi, perpetuo anathemate feriantur, ut quia Synodus anno præterito apud Pontigonem, hinc habita ſecus Andernacum, nil profuit, uſquequaque iſta debeat prævalere. Hæc Aimoinus; quem de illis ipſis Actis loqui, G
quæ recitantur à Baronio, Anno DCCC. LXXVI. Et quæ Pithœus priùs evulgavit, déque illa ipſa Synodo Romana, cujus in bis Actis fit mentio; manifeſtum fit ex ipſorum Actorum lectione; quia ſingula, quæ Aimoinus in transgreſſores conſtituta commemorat, ad verbum in his Actis extant.

Deinde Pontifex in Synodo dicit, ſe Carolum in Imperatorem unxiſſe & coronâſſe, *præterita nona Indictione*; Ergo hæc Synodus non eſt babita ipſo die Coronationis, vel H
paulò pòſt; quia Indictio nona non præteriêrat, verùm etiam uſque ad Septembrem Anni DCCC. LXXVI. duraverat. Cùm ergo Pontifex dicat; Synodum banc celebratam *Indictione nona jam præterita*; ex Aimoino autem conſtet, Menſe Februario, Anni DCCC. LXXVII. Romæ celebratam eſſe Synodum; quo tempore jam Indictio decima currebat; Actáque ipſa decimam Indictionem præferant; licèt Annum Chriſti, DCCC. LXXVI. exhibeant; ſed mendoſè; Et omnia, quæ in Synodo Romæ, menſe Februario, celebrata, extent in his noſtris Actis; & cauſa itidem, quam Aimoinus indicat, nempe, ut Carolus Calvus pro Imperatore legitimo agnoſceretur, ejúſque inauguratio compro-

A probaretur, neceſſe eſt affirmare Acta illa eſſe Acta Synodi Romanæ celebratæ Anno DCCC. LXXVII. in Februario; quam Synodum agnoſcit quidem Baronius Anno DCCC. LXXVII. Num. 13. Sed facit diverſam ab altera Romana, cujus Acta arbitratur eſſe illa, quæ recitat Anno DCCC. LXXVI. Sed, ùt dixi, aliter ſe res babet: nec vir doctiſſimus & perſpicaciſſimus verum hîc pervidit; quia nulla alia anteceſſit; & licèt aliqua anteceſſiſſet; hæc tamen ejus Acta cenſeri non deberent ob cauſas dictas.

Porrò cauſa, cur Carolus Calvus jam Imperator factus, Synodum à Joanne Papa cogi poſtulârit, in qua coronatio & promotio ſua ad Imperium confirmaretur; hæc fuit, quia multos habebat adverſarios, qui ne au-
B ctoritate quidem Synodi Pontigonenſis & Andernacenſis Anno DCCC. LXXVI. habitæ perſuaderi poterant, ut Carolum pro Imperatore legitimo agnoſcerent: hoc igitur Synodus Romana tranſactum dedit; cujus exemplar Adalgarius Legatus ad Carolum attulerat.

Hæc ſi Calviniſta candidè & ſincerè abſque conviciorum in Baronium ſtrepitu monuiſſet; lectores ei grates gratas debuiſſent. Nunc quid debent, niſi deteſtationem, cum ita in Baronium bacchatur, ut etiam illud verum, quod dicit, non niſi obſcurè ex criminationum illarum congerie emineat.

Sed necdum finis lœdoriarum. Baronius ait, divinitus factum, ut Acta bujus Synodi extarent; inde enim eorum temeritatem refelli, qui docent, Pontificem in Im-
C peratoris coronatione *nihil niſi ſolum ſacerdotale in ipſo ungendo & coronando miniſterium exbibere.* Hic admodum tumultuatur Calviniſta, & magnas dat turbas: *Carolum malis artibus, aurique & argenti largitionibus ad Imperium perveniſſe, nomen Imperatoris ad Ludovicum fratrem natu majorem jure hæreditario pertinuiſſe, multos in Galliis ſeſe oppoſuiſſe; id liquere ex Concilio Pontigonenſi;* Et ſi quæ ſunt aliæ hujus generis næniolæ, quas Calviniſta decantat. *Etiam Joannem Papam Simoniæ accuſat.* Non diffiteor, Auctorem Annalium Francicorum à Pithœo editum, ſcribere, ſenatum Romani populi à Carolo pecuniis fuiſſe corruptum; Joannem Pontificem munera à Carolo accepiſſe, nemo ſcribit: nam quæ Beato Petro obtulit; ùt Aimoinus teſtatur, lib.
D 5. cap. 31. ea non magis ad Joannem Papam ſpectârunt, quàm quæ olim Carolus Magnus, Ludovicus, aliique Reges ac Principes, liberaliter S. Petro, ſeu Eccleſiæ S. Petri donârunt.

Si Imperatoris nomen jure bæreditario ad Ludovicum ſpectabat, cur nomine & titulo hoc non eſt uſus? Nemo certè obſtare potuiſſet, ſi eo, quod ſibi ex bæreditate paterna debebatur, uti voluiſſet. At quia ſcivit, unde Imperatoris nomen, titulus & dignitas deſcenderet, nuſquam proditum legimus, Ludovicum hoc titulo uſum. Non defuêre E initiò, qui ſe Carolo opponerent, eúmque pro Imperatore agnoſcere ac recipere renuerent; ídque non ideo, quòd vitio creatum exiſtimarent; ſed quia illum, forſan non abſque omni ratione, oderant. Quapropter contra iſtos Joannis & Synodi Romanæ opem Carolus imploravit. Nec coronatum abs ſe deſtituit Joannes cum Synodo, ùt patet ex Actis; & fructum tuliſſet Carolus, ſi diuturnior vita obtigiſſet; Nam eodem Anno DCCC. LXXVII. in cujus Februario Synodus Romana celebrata fuerat, exceſſit Carolus è vivis, pridie nonas Octobris.

In Baronio Anno DCCC. LXXVI. Num. 9. legitur, orationem Joannis Papæ, qua F Carolum Calvum electum Imperatorem dilaudat; *diffluere per hyperboles.* Hinc ſeverus & nil ignoſcere doctus Orbilius verboſè nos docet; ſcribendum; *in hyperbolas.* Quàm rara & inaudita nobis iſte profert? Quantas muſcas capit bæc Calviniana aquila? Quid ſi Baronius ſcripſit, *Hyperbolas?* Quis præſtabit non ita ab illo ſcriptum? Quis præſtabit id quod legitur, non eſſe à librario vel typographo?

Occinit Calviniſta. Uti hyperbolis, nihil aliud eſſe, *quàm abundare mendaciis & dictis falſidicis. Si igitur Joannes Papa uſus ſit hyperbolis in Caroli Encomiis decantandis egregiè mentitum eſſe.* Si hoc ita eſt, tum unà cum Joanne Papa ejuſdem criminis inſimulare poteris Joannem Evangeliſtam, qui, niſi fallor, longè grandiore byperbola, quàm Jo- G annes Papa, uſus eſt, quando de factis & ſignis Chriſti ſcripſit cap. ult. *Sunt autem & alia multa, quæ fecit JESUS; quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.* Hîc etiam, ſi lubet, advoca Quintilianum, Bedam, Alexandrum Grammaticum, Joannem Balbum, & doce, (etſi his invitis ac renuentibus) *uti byperbolis nihil aliud eſſe, quàm mentiri: Et, uti grandibus hyperbolis, eſſe granditer mentiri.*

Calviniſta acriter it in Baronium, quòd ſcripſerit. *Carolum divino inſtinctu à Papa ad Imperium gubernandum electum eſſe. Os impium & blaſphemum.* Vociferatur Calviniſta. *Túne audes Spiritum ſanctum mendaciorum Papæ auctorem facere?* Baronius nihil aliud dicit, quàm quod Joannes Papa dicit. Audi ejus H verba, ſi fortè exciderunt: *Unde nos tantis indiciis divinitus incumbentibus, luce clariùs agnitis, ſuperni ſecreti conſilium manifeſtè cognovimus. Et quia pridem Apoſtolicæ memoriæ deceſſori noſtro Papæ Nicolao idipſum jam inſpiratione divina revelatum fuiſſe comperimus: Elegimus meritò & approbamus,* &c. Si Baronius habet *os impium & blaſphemum;* quia recitavit, quæ Pontifex dixit; multò magis id de Pontifice aſſerendum erit; quod baud gravatè *Os impium & blaſphemum* tam bujus, quàm aliorum Calviniſtarum faciet. At ſi ex una parte ſtet

ſum-

ſummus Chriſtiani orbis Pontifex; ex altera, vilis ex Popina Calvini homunculus, & Pontifex boc divino impulſu factum affirmet; Calviniſta, *Diabolico inſtinctu patratum* reclamet; arbitror, nullum fore, cui cerebrum ſit in capite, non in calcaneo, qui non aſſenſurus ſit Pontifici; multa ſalute Calviniano dicta; qui mox Baronium *contradictionis* arguit; quia Num. 17. dicit; hæc omnia, quæ in electione Caroli Calvi contigêre; *maleſuadam carnis prudentiam operatam videri; & Joannem Eccleſiæ Romanæ inutilem Imperatorem elegiſſe, teſte ipſo eventu: non igitur divino impulſu Carolum à Joanne electum eſſe; ùt cum Papa affirmat Baronius.* Etiam Saul Iſraëlitis Rex *inutilis* tandem fuit; & ideo à Deo rejectus; Et tamen non tantùm divino inſtinctu; ſed & expreſſo mandato DEI Rex Hebræorum inunctus erat: Et fieri poteſt, ut qui aliquid ex divino impulſu agit, annectat ex ſpiritu ſuo appendicem aliquam, quæ carnalem potiùs quam ſpiritualem prudentiam reſipiat. Exemplum ſi neſcis, vel Caipham cape; qui verba illa: *Expedit, ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat;* Spiritus ſancti afflatu fudit. At ſi mentem ipſius Caiphæ ſpectes, ea non niſi ex prudentia carnis protulit. Simile quiddam in hoc Joannis facto accidit; qui ſibi à Carolo contra Saracenos, alióſque Romanæ Eccleſiæ oppugnatores grandem opem & operam pollicebatur; ſed incaſſum, ùt exitus probavit.

Objicit Calviniſta: *Non potuiſſe bonum eſſe illum ſpiritum, qui Carolum ad Imperium provexit; nam Carolum hunc honorem precio mercatum eſſe, corruptis pecunia Joanne Papa & Romanis*, multóſque hanc in rem Hiſtoricos allegat: quorum tamen aliqui, ùt Otho Friſingenſis lib. 6. cap. 6. Et Viterbienſis in Chron. p. 17. id abſolutè non aſſerunt; ſed addunt: *Ut dicitur.* Ex fama igitur vulgi id tradiderunt; quam hic fuiſſe mendacem, nil mirum; quia Carolus multis planè inviſus erat. Nec nominat Viterbienſis *Papam*, ſed *Romanos*; quorum nomine & numero *Papam* comprehendi, nil opus. Sic Annales, quos vocant, Fuldenſes; non *Papam*, ſed ſenatum populi Romani acceptæ pecuniæ accuſant. Eutropius Longobardus in Abbreviatione ſua; Et Aimoinus lib. 5. cap. 35. ſcribunt, Carolum S. Petro, ſeu Eccleſiæ S. Petri *multa & pretioſa munera obtuliſſe:* quod exemplo antecedentium Imperatorum factum eſt; ſtudio pietatis, non ut Imperium mercaretur. In eandem ſententiam interpretandus Marianus Scotus.

Rheginoni & Sigeberto, qui Carolum à Papa Joanne imperium emptum ſcribunt, opponimus ipſa Pontificis verba non privatim ad aliquem ſcripta; ſed publica in Synodo, & frequenti Epiſcoporum, aliorúmque Eccleſiaſticorum conſeſſu pronunciata; à quibus utique Pontifex abſtinuiſſet, ſi ea vanitatis redargui poſſe vidiſſet. Audiamus Pontificem in Synodo Romana perorantem. *Non hic perpetuus Auguſtus ad tanta faſtigia ſe velut improbus intulit; non tanquam importunus, fraude aliqua vel machinatione, aut inhiante ambitione ad imperialem apicem aſpiravit. Abſit. Neque enim ſibi honorem præſumptuosè aſſumpſit, ut Imperator fieret, ſed tanquam deſideratus & optatus, poſtulatus à nobis & à Deo vocatus, & honorificatus ad defendendam religionem, & Chriſti utique ſervos tuendos, humiliter atque obedienter acceſſit*, &c. Quæſo te, lector, num tibi perſuaſurus es, Pontificem hæc talia in publico Concilio prolaturum fuiſſe, ſi Carolus à ſe & à Romanis Imperium malis artibus, & nummis obtinuiſſet? Num Synodus tanto applauſu Joannis orationem excepiſſet & acceptâſſet, quanto eam in ipſa Synodo à Patribus exceptam & acceptatam legimus? An nullus erat inter tam multos & probos, qui vaniloquentiam deteſtaretur; ſi quæ hîc vaniloquentia interveniſſet? Si quid poſtea munerum in Romanos Carolus effudit, id non ambitûs cauſa, ſed ex munificentia regia fecit; ùt & alii Imperatores & Reges actitare conſueverunt, tempore inaugurationis & coronationis ſuæ.

Porro, quæ dona Calvus Romanis obtulerit, ita ex ſuo Eutropio Longobardo denarrat Calviniſta. *Qui* (Calvus) *veniens Romam renovavit pactum cum Romanis, perdonans illis jura Regni, & conſuetudines illius, tribuens illis ſumptus de tribus ſupradictis monaſteriis, id eſt, Domini Salvatoris, & B. MARIÆ ſemper Virginis in Sabinis, atque S. Andreæ juxta montem Soractis, & de cæteris quàm plurimis monaſteriis fiſcalia patrimonia. Patrias autem Samnia & Calabria ſimul cum omnibus civitatibus Beneventi, eis contulit: inſuper ad dedecorem regni totum Ducatum Spoletinum cum duabus civitatibus Thuſciæ, quod ſolitus erat habere ipſe Dux, id eſt, Aricium & Cluſium, quatenus ut is, qui præerat Regia vice antè; Romanis videretur pòſt eſſe ſubjectus. Removit etiam ab eis Regias Legationes, aſſiduitatem vel præſentiam Apoſtolicæ electionis. Quid plura? Cuncta illis contulit, quæ voluerunt, quemadmodum dantur illa, quæ nec rectè acquiruntur, nec poſſeſſura ſperantur.*

Subjicit his Calviniſta. *Tam indignam cùm Pontifice, tum Rege negotiationem; tam turpem, inhoneſtam, dedecoroſam Imperii nundinationem; tam damnoſam & præjudicantem ſucceſſoribus, alienationem execratus Carolomannus, quoniam Papæ confirmare noluit, ab eo unctionem & coronationem impetrare non potuit.* Quàm copioſus & facundus eſt Calviniſta, quando in Romanum Pontificem, & in donationes Eccleſiæ Romanæ factas, lingua eſt exerenda, & ſtringendus ſtylus? Dic, Calviniſta, quænam donatio major? iſtáne Caroli Calvi? an illæ, quibus liberalitatem ſuam erga B. Petrum & Eccleſiam Romanam

A nam teſtati ſunt Pipinus, Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Otho Magnus. Henricus ſanctus, aliíque; Imperatores ac Reges, quorum in Apoſtolicam Sedem beneficentiam diſtinctè & ſigillatim explicui, allatis donationum diplomatis, in proprio commentariolo, quem inſcripſi; *de munificentia Imperatorum, Regum ac Principum Chriſtianorum in Sedem Apoſtolicam.*

Quod dicit Calviniſta: *Carolomannum non modò poſtulatis Papæ Joannis non aſſenſiſſe;* (quia enim Carolomannus Imperatorii tituli & nominis deſiderio flagrare videbatur, ſcripſerat ad eum Joannes Papa Epiſt. 63. id fieri non poſſe *niſi pagina conficeretur capitulariter continens ea, quæ vos,* inquit Pontifex, *Matri veſtræ, Romanæ Eccleſiæ, veſtróque prote-*
B *ctori B. Petro Apoſtolo perpetualiter debetis concedere.) Sed & penitus ea repudiâſſe; eámque ob cauſam Imperiali corona redimitum non fuiſſe;* Sed hæc mera ſunt figmenta: Nullus enim Hiſtoricorum prodidit; hæc, quæ Joannes juſtiſſimè petebat, à Carolomanno rejecta; & qui rejeciſſet? cùm nil aliud poſcerent, quàm ut jura ab antegreſſis Imperatoribus Romanæ Eccleſiæ conceſſa, ab ipſo itidem illæſa & inviolata cuſtodirentur. Cur verò Joannes, Carolo Calvo defuncto Ludovicum Balbum Franciæ Regem potiùs, quàm Carolomannum Bavariæ Regem in Imperatorem unxerit, facilè eſt divinare; quia afflictiſſimis illis temporibus, quibus Romana Eccleſia à Saracenis & Tyrannis Chriſtia-
C no nomine velatis, dilacerabatur, promptiora & expeditiora auxilia à Ludovico, quàm à Carolomanno ſperabat; Et proclive erat, illum corona Imperiali inſignire, cujus Pater jam antea eandem geſſerat: De commentitio Othonis III. diplomate ſuo loco dicemus. Eutropii moroſitati opponimus Reges, Imperatores & Principes, quos beneficiis cum S. Petro certare, nunquam piguit aut puduit.

Ait Baronius, Carolum Calvum à Joanne non tantùm in Imperatorem unctum & coronatum, verùm etiam *electum.* Obſtrepit Calviniſta. *Hoc manifeſtè mendacii arguunt ſcriptores citati; qui à Romanis electum; à Pontifice aſſerunt ſolummodo unctum & coronatum.* Nullus penitus, nullus Hiſtoricorum
D dicit; Carolum à Pontifice *ſolummodo unctum & coronatum:* Et ut aliquis ex eorum numero id aſſereret, potiùs Pontifici, quàm illi fides habenda foret. Pontifex in Synodo ita loquitur: *Elegimus meritò & approbavimus unà cum annisu & voto omnium fratrum, & Coëpiſcoporum noſtrorum atque aliorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ miniſtrorum, amplique ſenatus, totiúſque Romani populi, gentisque togatæ,* &c. An qui dicit: *Eligimus;* ſe ab Electorum numero ſegregat? An Papa qui Imperatorem ſive ſolus, ſive cum aliis, eligit, nihil aliud agit, quàm quòd Electum Imperatorem inungit & coronat? Qualis ſtupor, fa- E
teri, Joannem *elegiſſe,* (tametſi cum aliis) Carolum, & dum hoc fateris; illud ſimul affirmare; *Papam nihil aliud feciſſe, quàm quòd Imperatorem electum oleo ſacro inunxerit, & corona inſigniërit?* Sed nimius Baronii inſectandi impetus non ſinit iſtum aliquid conſideratè ſcribere aut loqui. Neque alii Carolum aliter *elegerunt,* quàm approbando & confirmando electionem à Pontifice Joanne factam: ſicut hac itidem ætate alii Principes, qui non ſunt de ſeptem electorum numero, non eligunt aliter Imperatorem; quàm approbando, & acceptando illam electionem, quæ à ſeptemviris proficiſcitur: cum his vota & deſideria ſua jungendo, eli- F
gere dicuntur, quem propriè loquendo ſeptem illi duntaxat eligunt.

At aliqui Hiſtorici tantùm *coronationis* meminerunt. Reſpondeo, nullum eſſe, qui dicat; Carolum Calvum à Joanne Papa *ſolummodo* coronatum, vel unctum ſolummodo & coronatum; & qui coronationis ſolius meminerunt; illi, ut nec unctionem, ita nec electionem excludunt.

Illud commentis deputa, Joannem ideo Româ in Gallias abire coactum, quòd Carolo Calvo Imperatori non faveret. Imò usque adeò favit, ut nonnullis viſus fuerit modum exceſſiſſe; Nec in Galliam venit, niſi mortuo Calvo. Neque alia veniendi cauſa fuit, quàm Lamberti Comitis Spole- G
tini & gregalium tyrannis; & Saracenorum ſubjectas Eccleſiæ ditiones ferro & igne vaſtantium immanitas & truculentia. His enim amoliendis ſuppetias quæſitum Papa in Franciam conceſſit. Lege Baronium DCCC. LXXVII. quo Calvus obiit; & DCCC. LXXVIII. quo Joannes Pontifex Galliam petiit. Quàm meditatè autem ſcriptum eſt illud: *Namque uxorem ejus in matrimonio habebat.* Quis? Num Calvus habebat Boſonis uxorem in matrimonio; an Boſo Calvi? Neutrum certè fas aut honeſtum. Fortè *Sororem* ſcribere volebat. Ita, opinor, nam Carolus Calvus Richilden uxorem habebat, quæ erat Soror Boſonis Ducis.

Putat Calviniſta non eſſe mirandum, quòd H
Carolomannus, cum ingenti exercitu in Italiam contra Carolum Calvum ingreſſus, à nemine fugatus; verùm rumore falſo ſolummodo deceptus fugam arripuerit, & eò, unde venerat, redièrit, re penitus infecta, ut ſcribit Aimoinus lib. 5. cap. 35.

Clamat Calviniſta; *Nullum hîc apparere miraculum pro Pontifice Baroniano patratum.* Nec Baronius dixit; Deum hic patrâſſe miraculum in gratiam Pontificis; ſed, mirandum eſſe, Carolomannum, nemine perſequente, cum copiis ſuis tam trepidè in Germaniam revertiſſe, nec contra Carolum Calvum,

cum

A cum quo Pontifex morabatur, proceſſiſſe. Oggerit Calviniſta; id ſactum; *ne cognatus ſanguis funderetur.* Nemo abnuit. Mirandum tamen eſt, quomodo Carolomanni animus & tam florens exercitus, nil niſi cædes ſpirans, tam ſubitò ad incertæ famæ aurulam, immutatus fuerit, ut non de ſanguine fundendo; ſed de ſua duntaxat vita conſervanda cogitârit. Occupârunt quidem Lambertus Comes & Adalbertus Marchio Romam; ſed non niſi poſt mortem Caroli Calvi, ùt manifeſtè apparet ex illis ipſis Annalibus Fuldenſibus, quos Calviniſta citat. Neque Joannem Pontificem ſub cuſtodia ideo habuerunt, ut Carolomannum Imperiali corona ornaret; nullus enim Hiſtoricorum id B ſcriptum reliquit, ſed quia rebellium, & quos Pontifex damnaverat, Patrocinium ſuſceperant; quos à Pontifice reſtitutos cupiebant; inter quos erat Formoſus, Portuenſis Epiſcopus. Jurare quidem coëgerunt Romanos Carolomanno; ſed de Imperatoris titulo & nomine, nulla mentio: Et ſub Carolomanni nomine duo iſti Tyranni Lambertus Dux & Adalbertus Marchio ſua agebant negotia, non Carolomanni; etſi ut nequitiam ſuam aliquo modo celarent, Carolnmanni nomen prætendebant, ùt patet ex Epiſt. Joannis Papæ VIII. potiſſimùm ex illa, quæ eſt 85. ad Berengarium Comitem.

Obſtrepit Calviniſta. *Carolomannum habitum pro legitimo Imperatore, licèt non fuerit à Papa inunctus & coronatus.* Hoc ipſe quidem C dicit, ſed non probat; nec probare poteſt; quia mos ejus ætatis, & aliquot poſteriorum ſæculorum aliud ferebat: ùt in hac Apologia paſſim videbimus, & vidimus jam in Defenſione Bellarm. librorum de Translatione Imperii.

Objicit Calviniſta. *Carolum Craſſum ab ipſo Pontifice Joanne Imperatorem ſalutatum, antequam foret unctus & coronatus, teſtatur imprudens Baronius, qui Anno DCCC. LXXX. §. 14. ad hunc modum ſcribit.* Porro hoc anno contigiſſe ex Joannis Papæ Epiſtola ad Carolum Imperatorem compertum habetur. *Deinde parte Epiſtolæ recitata; ſubji-* D *cit.* Hæc Joannes Papa ad Carolum Imperatorem ſcripſit. *Cur ergo, Baroni, ſi Carolus jam tum Imperator etiam à Pontifice agnitus, tu eum ſprevisti, & Conſtantinopolitani Baſilii annos maluiſti numerare; quàm legitimi Urbis Romæ Domini?* Reſpondeo; Joannes Papa non vocat Carolum Craſſum, Imperatorem; ſed Regem. Nam Epiſtolæ 255. inſcriptio eſt: *Carolo glorioſo Regi.* Deinde, Baronius hanc Epiſtolam ad Carnlum Craſſum Imperatorem ſcriptam dixit; non quòd tunc eſſet Imperator; ſed quia poſtea Imperatnr fuit; unctus & coronatus Anno DCCC. LXXXI. ipſo Natali Redemptoris noſtri. Si dicam: Eraſmum ſæpiùs ſcripſiſſe ad Imperatorem Ferdinandum; nequaquam ſignificare volo, Ferdinandum fuiſſe tunc Imperatorem, quando ad eum Eraſmus E ſcripſit; ſed eum, ad quem ſcripſit, fuiſſe aliquando Imperatorem. Sic Vadianus Conſul S. Galli, fuit profeſſor Viennenſis, non utique tunc, quando erat conſul Sangallenſis; ſed alio tempore. Eadem eſt hic ratio. Joannes Papa ſcripſiſſe dicitur ad Carolum Craſſum Imperatorem Epiſtolam 255. non quòd tunc Imperator eſſet, ſed quia ad eum ſcripſit, qui poſtea Imperator factus eſt. Ex qua obſervatione omnes Calvinianæ criminationes in nebulam evaneſcunt.

CAPUT XVI.

De Epiſtola Ludovici & Lotharii Regum, ad Nicolaum I. Pontif.

Recitatur à Baronio Tom. 10. Anno Chriſti DCCC. LX. Qua implorane duo iſti Reges opem Romani Pontificis, ut coërceantur, qui pacem initam turbare tentent, pactíſque ac conventis manere nolint. Calviniſtæ noſtri ſtomacho F haud ſatis arridet hoc factum; quia non niſi gravatè ferre poteſt, quando conſpicatur, Reges ad Pontificem Maximum, tanquam ad communem totius Chriſtiani orbis patrem confugiſſe; & ab illo rebus afflictis vel affligendis ſubſidium poſtulâſſe. Et quidem ſumma animi ſubmiſſione, tantæque ac tam ſublimis auctoritatis inſigni reverentia; & honorificentiſſimis elogiis, ùt Ludovicus & Lotharius fecerunt, qui Nicolaum Papam vocant. I. *Beatiſſimum & ſanctiſſimum* (non ergo habuerunt pro Antichriſto) II. *Totius ſanctæ Dei Eccleſiæ, Pontificem & univerſalem Papam.* III. Officium Nicolai appellant *ſanctiſſimum Apoſtolatum.* IV. *Se ſpirituales & devotiſſimos filios.* V. *Qui almifluam paternitatem* Papæ *toto cordis affectu amplexentur.* VI. Qui *deſiderent paratiſſimi exiſtere in Pontificii obſequiis & utilitatibus.* VII. Qui nihil magis cupiant, *quàm audire & videre* Pontificis *ſoſpitatem.* VIII. Chriſtum *Apoſtolatus apicem* (Nicolai) *in omnibus mundi partibus ſalubriter profuturum praelegiſſe.* IX. *Et almifluo virtutum diademate decorâſſe.* X. Eique *generalem ſui gregis commiſiſſe ſollicitudinem.* XI. Nicolaum, *ea, quæ verbis docet, ſanctiſſimis exemplis proſequi.* XII. Cujus *ſanctæ paternitati* Ludovicus & Lotharius, *mente & corpore ſe humiliter committunt.* XIII. H Et *ſuppliciter obſecrant, ejus ſanctiſſimis precibus, apud illum, qui Pontifex eſt in æternum, commendabiles fieri.*

XIV. Optant Reges *multiplici deſiderio, ut, poſtquam de pio Nicolai ſtudio & vigilantiſſima paſtorali cura aliquid hauſerunt, quem abſentem mente venerantur, aliquando præſentem divina largitione dulciter amplexentur.* XV. *Et ad ſacra veſtigia ejus, Chriſtianiſſimorum Principum more, provoluti, recreari mereantur.* XVI. Iidem Reges *pura mente* diſpoſuerunt *ſanctorum*

A *Apoſtolorum limina*, & Nicolai Papæ *deſiderantiſſimam ac ſanctiſſimam paternitatem humiliter & reverenter viſitare*. XVII. Optant, ut Apoſtolicæ *auctoritatis jubar*, hoc eſt, Nicolaus Papa, *propter generalem ſollicitudinem* ditiones ipſorum inviſat; *ut quos nulla movent charitatis viſcera, Apoſtolica invectio ad cenſuram Eccleſiaſticam venire compellat*. XVIII. *Sanctiſſimos* Nicolai *prædeceſſores per ſuam præſentiam* (in Galliis & alibi) *ac pium laborem plurima correxiſſe; imò per legatos ac literas abſentes corpore, ſed Spiritu ſancto præſentes, innumera, quæ in abruptum perverſitatis lapſa fuerant, revocantes, ad rectum juſtitiæ tramitem reduxiſſe*. XIX. Teſtantur Reges, *ſe ſanctæ Sedi Apoſtolorum Principis, & Pontificis ab omnibus reverendæ auctoritati humilem ſubjectionem unanimes modis omnibus obſervare velle*. XX. *Et Papæ collatam* B *divinitus immunitatem ſalubriter tueri decreviſſe*. XXI. Precantur, *quaſi ad ſacra Nicolai veſtigia provoluti propter amorem Dei & reverentiam beati Petri*, ut *ſancta* ejus *paternitas* nihil *ſiniſtrum de ipſis credere velit*.

Hæc & ſimilia ad Nicolaum Pontificem Reges Ludovicus & Lotharius; An non hæc omnia ſpiritum Witebergenſem & Genevenſem ſpirant? An non dilucido ſunt argumento, Ludovicum & Lotharium fuiſſe Calviniſtas; aut certè Lutheriſtas? quibus proprium, ſcilicet, eſt hujuſmodi encomiis Pontificiam poteſtatem celebrare; ùt ex Lutheri & Calvini Tomis manifeſtum eſt.

Calviniſta dicit; *non eſſe mirandum, Reges* C *iſtos ad Pontificem confugiſſe; non ad Imperatorem, qui tum erat Ludovicus ſecundus, id enim factum more majorum*. Omninò, *more majorum;* quia ùt tu ipſe fateris & loqueris; *jam anteceſſi Reges ob religionis Eccleſiæ reverentiam, in Pontificem Romanum compromittere ſolebant, ejúſque cenſuram Eccleſiaſticam recognoſcere*. Mentitur Calviniſta id factum, *improvida quadam conſuetudine*. Improvidi ergo fuêre Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Ludovicus & Lotharius, de quorum Epiſtola ſermocinamur, & tot alii Reges ad Apoſtolicam Sedem quaſi ad ſacram ancoram, fugere conſueti. Soli illi providis accenſeri D debent, qui nunc ex antris Lutheranis & Calvinianis Papam allatrant, & quaſi Antichriſtus eſſet, infamant.

Addit Calviniſta, hoc etiam accidiſſe *Sacerdotum culpâ, qui neglectâ linguâ noſtrâ à linguæ latinæ commercio pependerint*. Reſpondeo, me nuſpiam hactenus legiſſe, Reges & Principes Pontifici ſupplices factos eſſe, quòd Pontifex loqueretur Latinè, non Francicè aut Germanicè; omnes teſtantur, ſe id facere, eò quòd ſit communis pater omnium Chriſtianorum, & univerſalis paſtor totius Eccleſiæ, cui Deus generalem omnium curam commiſerit.

An mihi, inquit Calviniſta, *ex hujuſmodi ſubmiſſionibus & recognitionibus Regum & Principum exſtrues atque confirmabis Pontificis Romani poteſtatem atque dominatum, quæ prætenduntur, in Regnum Germaniæ, Galliæ & Lotharingiæ?* E De temporali poteſtate Pontificis in regna, nullum verbum fecit Baronius eo loco, ubi Epiſtolam Ludovici & Lotharij Regum recitat. Solùm hoc evincere voluit; Papam à Regibus pro Patre omnium communi habitum, cujus munus ſit inter filios pacem facere, conſervare, & eniti, ut ab injuriis ſibi mutuò inferendis abſtineant; ſuóque quilibet contenti vivant; nec alienis violentas manus injiciant; ùt Carolus Major faciebat, de cujus rapacitate & pactorum oblivione duo iſti Reges apud Nicolaum Papam querelas depoſuerant.

CAPUT XVII.

De Conciliabulo Romano contra Joannem XII. ſub Othone I. Imp. F

De hoc Conciliabulo copiosè agit Illuſtriſſ. Baronius Annali decimo, Anno Redemptoris DCCCC. LXIII. Calviniſta contendit, *fuiſſe legitimum Concilium, Imperatori fas eſſe Pontifices eligere, & confirmare, & ſi vitam tantæ dignitati diſſentaneam vivant, de gradu & throno dejicere*. Neque id aliter probat, niſi citatione variorum Auctorum, qui hujus Conciliabuli meminerunt, (quaſi ullus ſit, qui Synedrion hoc celebratum fuiſſe neget) Et ne mentiar, probat id conviciis & calumniis in optimum, eruditiſſimum, & celeberrimum Cardinalem Baronium; in quibus refutandis, cur immorer? ipſum *Baronij* nomen, quà Chriſtianus orbis patet, illuſtriſſimum, criminationum iſtarum nebulas æquè facilè diſpellit, ac ſol ætherius tenebras; G illam præſertim lœdoriam nulla negotio diſſicıet, cùm Calviniſta Baronium Joanni Pontifici *vita & moribus ſimilem fingit:* quis enim non execrabitur teterrimam hanc calumniam, cùm Urbi & orbi conſtet, Baronium integerrimam & inculpatiſſimam vitam duxiſſe? At defendit Joannem XII. Non mores, ô Calviniſta, qui fuêre flagitioſi & improbi, ſed Pontificatum, non actiones, quæ, ùt ipſe Baronius deplorat, fuêre ſceleratæ, ſed dignitatem. Quis tam rerum ignarus eſt, qui ignoret, mores H ab officio diſcriminari debere? Meminerit Calviniſta ejus, quod ad Winsbeckij parænefes annotavit: *Noli curare Sacerdotum vitam, quorum doctrina, non vita inſpicienda, ùt ait Tyrolis*. Winsbeckij monitum hoc eſt.

Sun', Geiſtlich Leben in Ehren habe,
Das iſt dir gut, und iſt ein Sinn,
Deß willen kum durch niemand abe,
Bring in ze diner Gruben hin,
Das wird an ſelben din Gewin,
En ruche wie die Pfaffen leben, du ſolt
doch dienen Gotte an in:

Sint

A Sint gut ir Wort ir Werck ſi krump,
So folge du den Worten nach, ir Wercken nit, alddu biſt tump.

Fili, Eccleſiaſticos honora. Hoc tibi bonum eſt: & bona mens; quam nunquam depone; ſed uſque ad mortem retine. Hoc tibi lucro erit. Ne cura Sacerdotum vitam; quia in illis Deo ſervire debes. Si bona eorum doctrina, & opera prava, ſequere doctrinam, non opera. Addit Winsbeckius.

Sun, es wat ie der Leien Sitte,
Daß ſie den Pfaffen trugen Haß,
Da fundent ſi ſich ſere mitte,
Ich kan nit wiſſen umbe was.
Du ſolt in holt mit truwen Sin, und ſprich in wol, und thuſt du das,
So mac din Ende werden gut/
Und wirt ze lone dir beſchert Gotte Lichame, und ſin remes Blut.

Fili, hic Laicorum mos eſt, ut Sacerdotes oderint. Neſcio quare. Sed porrò tibi ſuadeo, ut illos ſincerè charos habeas, & bonis dictis proſequaris, ſi hoc feceris; bonum finem adipiſceris, B *& pro mercede accipies corpus Chriſti, & purum ejus ſanguinem.*

Inter alia, quæ ùt inepta prorſus & rationi diſſona in hac pſeudoſynodo Baronius reprehendit, & optimè refellit, eſt etiam hic loquendi modus in ipſo ſtatim Actorum veſtibulo obvius. *Tunc Romani Pontifices, Epiſcopi ſcilicet Suffraganei, & Cardinales Presbyteri,* &c. *Quæ nova phraſis,* inquit Baronius, *ab Eccleſiaſtica conſuetudine abhorrens, qua* Romanos *vocant* Epiſcopos *ſive* Romanos Pontifices *ipſos* Romanæ Sedis Suffraganeos? Recinit Calviniſta voculas iſtas: *Epiſcopi ſcilicet ſuffraganei, ex margine in textum irrepſiſſe;* re nimirum poſt carecta latente, & multùm latrante Lyciſca. Demus eſſe gloſſema, ſeu C ex gloſſemate; phraſis nihilominus ab omni Eccleſiaſtica conſuetudine abhorret. Quis enim nomine *Romanorum Pontificum* intelligit, aut unquam intellexit alios Epiſcopos, præter illum unum, qui Chriſti in terris Vicarium, & S. Petri ſucceſſorem agit? Et tamen ſcriptor hujus Synedrij ita infit: *Tunc Romani Pontifices & Cardinales,* &c.

Fulminat Calviniſta in Baronium, & docet, ſi tamen furere & bacchari eſt docere; etiam Metropolitanos dictos eſſe *ſummos Pontifices;* Et Epiſcopos, non eos tantùm dictos, D quos hodie appellamus, ſed etiam minoris ordinis *antiſtites;* non inquiram, qua fide hæc & plura talia Calvinianus producat; illud affirmo, nihil eorum, quæ blatit, ad rem facere. Nam quæſtio eſt, num alij Epiſcopi, vocentur *Romani Pontifices*: Hujus proferat exempla, ſi poteſt. Oſtendat ullum unquam vel Græcum vel Latinum, dictum eſſe *Romanum Pontificem;* præter illum, qui urbis Romæ Epiſcopatum geſſit. Nullum, ſat ſcio, unquam exemplum nobis adducet; ſolis inficetis & inſulſis contra Baronium vociferationibus contenti eſſe debebimus. E

Scripſerat Joannes Papa in ſuo Apologetico adversùs Pſeudoſynodum, in cæteris etiam iſta. *Nos audivimus dicere, quòd vos vultis alium Papam facere: ſi hæc facitis, excommunico vos de Deo omnipotente, ut non habeatis licentiam ullum ordinare, & Miſſam celebrare.* Ad quæ Pſeudoſynodus ita reſpondit. *Excommunicâſtis enim omnes, ut non habeamus licentiam canendi Miſſas, ordinandi Eccleſiaſticas diſpoſitiones,* &c. *Ita enim ſcriptum erat: Non habeatis licentiam ullum ordinare. Nunc uſque putavimus, imò credimus, duo negativa unum facere dedicativum* (affirmativum) *niſi veſtra auctoritas priſcorum ſententias infirmaret auctorum.* Ubi iſti imperitè arbitrantur, *ullum,* in Reſcripto Joannis, idem eſſe, quod, F *Nullum:* atque adeò Joannem, dicendo; *ut non habeatis licentiam ullum ordinandi;* dixiſſe; *ut non habeatis licentiam nullum ordinandi;* hoc eſt, ut habeatis licentiam aliquem ordinandi, cùm duæ negationes affirment: quæ ſanè puerilis eſt ineptia.

Calviniſta clamat; utrobique legendum eſſe; *nullum.* Quam lectionem ſi admitteremus, rem factam haberet. Sed ſuas ſibi res habeat Criticus çum præcipiti ſuo corrigendi, hoc eſt, corrumpendi cacoëthe: cùm vulgatæ editiones Luitprandi Ticinenſis, (ad cujus ſextum librum Acta hujus conciliabuli adjuncta ſunt,) nominatim Baſileenſis Anno Domini M.D.XXXII. & Iuſti Reüberi M.D.LXXXIV. conſtanter utrobique habeant; *ullum:* neque ſuum figmentum ullius manuſcripti exemplaris auctoritate Calvinianus firmare poteſt; qui vocife- G ratur: Othonem Imperatorem, eo in Concilio jure, *Sanctiſſimum* appellari; *Joannem enim omni vitiorum genere obvolutum hoc encomium non meruiſſe.* At nôſſe debebat Calviniſta; duplicem eſſe ſanctitatem; alteram perſonæ, qua caruit Joannes; alteram gradus & officii; qua etiam peſſimus clarere poteſt; ùt ſæpe S. Auguſtinus Donatiſtis, præſertim Petiliano, reſpondit, quando vitam & mores orthodoxorum Præſulum petulanter exagitabant. Hac poſteriore ſanctimonia *Sanctiſſimus* fuit Joannes; quia Sanctiſſimum officium geſſit: Quis enim ſanctum eſſe dubitet, inquit Ennodius Ticinenſis adversùs ſcribentes contra Synodum; H *quem apex tantæ dignitatis attollit; in quo ſi deſint bona acquiſita per meritum, ſufficiunt, quæ à loci deceſſore præſtantur: aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtrat.*

Neque verò Baronius abſolutè reprehendit Conciliabuli illius aſſeſſores, quòd Imperatorem *ſanctum* & *ſanctiſſimum* nominârint; non ignorans, hæc Epitheta tribui interdum Imperatoribus, præſertim Græcis à Græcis, ùt docent Commentarii Balſamonis in Conciliorum Canones, & aliorum Græ-

corum recentioris ævi monumenta : ſed quòd Epiſcopi illi præter morem apud Latinos tunc receptum, his Encomiis Imperatorem ornârint, & ordine præpoſtero, quæ Pontificis erant, ad Imperatorem ; & quæ Imperatoris, ad Pontificem transtulerint; dum eum ita compellant : *Magnitudinem veſtram*, &c. *Magnitudini veſtræ*, &c. Porrò olim quoque Epiſcopos dictos eſſe *ſanctiſſimos* & *beatiſſimos*, liquet ex variis D. AUGUSTINI Epiſtolis ; & ex Conciliorum Actis, præſertim Nicæni ſecundi.

Proteſtantes vocant Patriarcham Conſtantinopolitanum in ſuis ad eum literis, *ſanctiſſimum* & *beatiſſimum* : Eundem titulum tribuit Burdo libro de Emendatione Temp. Patriarchæ Antiocheno, & Douſa, Meletio Græcanico Patriarchæ Alexandriæ. Et Capito ſeditioſus Prædicans, ſcribens ad Pharellum non diſſimilis ingenii Zvvinglianum Miniſtrum, hoc eum elogio cohoneſtat. *Gulielmo Farello Miniſtro Chriſti ſanctiſſimo, individuo ſuo, fratri.* Et Zvvinglius, vel ejus interpres Gualtherus, Principes Saxoniæ & Haſſiæ, quibus Reſponſiones duas ad Confeſſionem Lutheri dedicat; ſæpiſſimè *ſanctiſſimos* appellitat. Idem Zvvinglius reſponſo ad Epiſtolam Fabri, duos prædicantes, Blaurerum & Zvviccium *Sanctiſſimos* vocat; Senatúmque Tigurinum *Sanctum* & *Sanctiſſimum* indigitat; in reſponſione ad Epiſtolam Eckii, & alibi paſſim; Et ſcelus inexpiabile committet, qui Romanum Pontificem *ſanctiſſimi* titulo cohoneſtaverit; Et ſtatim à Calviniſta audiet, fuiſſe *olim in hujuſmodi titulis majorem, quàm hodie, ſimplicitatem.* Neque in civilibus, neque in Eccleſiaſticis eadem ſemper eſt titulorum ratio ; aſcendunt & deſcendunt, accreſcunt & decreſcunt pro temporum & hominum varietate, ùt docet quotidiana experientia.

Inter alia illegitimè & prorſus ſacris Canonibus adversè factitata objicit Baronius huic Pſeudoſynodo etiam hoc : Ante ſententiæ pronunciationem trinam citationem præmitti debuiſſe. Hic Calviniſta, turgidis faucibus Baronio *ignorantiam Juris* objectat ; *quippe qui formulam peremptoriæ citationis perſpectam non habuerit : nam Joannem peremptoriè citatum eſſe ; & hanc ſimplam ſufficere.* Si peremptoriè citatus eſt; cur ergo citatio repetita eſt, cùm una eáque ſimplex ſufficiat, quandoquidem peremptoria citatio eſt, poſt quam ſi reus non compareat; ſententia fertur ? At poſt primam citationem non eſt lata contra Joannem ſententia; non fuit igitur peremptoria ; nec ullus peremptoriæ citationis modus in prima vel ſecunda citatione apparet, ùt fatebuntur illi, qui citationes ipſas perlegerint. Secundò, etiamſi Joannem peremptoriè citâſſent; quo jure privâſſent eum beneficio juris de triplici citatione? eum, inquam, quem his titulis cohoneſtant ; & pro ſuo ſuperiore agnoſcunt : *Summo Pontifici & Univerſali Papæ Domino Joanni*, &c.

CAPUT XVIII.

De prima Bulla Leonis VIII. Antipapæ.

DE hac Baronius Annali 10. Anno Redemptoris DCCCC. LXIV. qua conceduntur Othoni primo Imp. varia privilegia, ùt jus *eligendi arbitratu ſuo ſummum Pontificem, ordinandi Apoſtolicam Sedem, & inveſtiendi Epiſcopos :* dicitque, *ſe id facere exemplo Hadriani I. qui Carolo Magno idem privilegium conceſſerit.* Reſpond. Bulla hæc non ſubſiſtit. I. Quia Leo iſte non fuit legitimus Pontifex. Secundò, quia ipſa Bulla eſt commentitia, ùt multis argumentis oſtendit Baronius : Calviniſta multos citat, qui hujus diplomatis ac conceſſionis meminerint. Sed omnes ſunt ævi recentioris, & ſæculo illo poſteriores; ùt Theodoricus à Niem, Crancius, Marſilius Patavinus, Platina, Georgius Alt Secretarius Norimbergenſis in Chronico, Walthramus Naumburgenſis ; Faſciculus temporum. Henricus Tocken in Rapulario. Leopoldus Rebenburgius, & quem vel primo loco nominatum oportuit propter gravitatem & auctoritatem Flaccius Illyricus; qui omnes abſque accuratiore diſquiſitione hoc ſchiſmaticorum figmentum ſuis libris illigârunt ; ita ut illud alij aliis quaſi pilam traderent ac trajicerent.

Gloſſator Decreti diſt. 63. cap. 23. ſecutus eſt ſuum Gratianum, qui in his parùm conſideratè verſatus eſt, ùt rectè dixit Illuſtriſſimus Baronius. Et qua fide figmentum de Adriano Papa in ſuam collectionem tranſſcripſit, eâdem ibidem in eandem hoc fictitium Leonis VIII. Antipapæ decretum in ſuum volumen transtulit. Auctor Pannomiæ non eſt Ivo, ſed alius recentior Auctor, ùt oſtendit Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus in Recognitione librorum de Translatione Imperij. Fraus eſt & impoſtura, quòd Calviniſta Gregorium XIII. citat. Nam inprimis Notæ novæ in Gratianum non ſunt Gregorii XIII. Sed doctorum virorum, quorum opera Gregorius XIII. in volumine Gratiani emaculando uſus eſt. Secundò notatio illa non probat id, quod Gratianus ibi affert. Sed tantùm indicat, quodnam ſit principium illius capitis, & quis ille, Leo, cujus nomen caput illud præfert.

At, inquies, cur non refutârunt, vel omiſerunt, vel ſaltem indicârunt, ſi capitulum illud eſt ſuppoſititium ? In promptu cauſa eſt; quia non inſtituerant corrigere errores Gratiani ; ſed illos, quos aut incuriâ librariorum, Gloſſatorum, & typographorum, vel temporis diuturnitas aſperſerat : multò

minùs

minùs propoſitum illis fuit Gratiani textum A mutare vel mutilare.

Vix ſe capit Calviniſta præ gaudio. Quæ cauſa tanti gaudij? quia Barotius Bullam Leonis VIII. quam Anno Chriſti DCCCC. LXIV. reprobat, ùt ſpuriam, Anno deinceps DCCCC. LXVI. ùt legitimam approbat, & inde probat, Othoni Imperat. à Sede Apoſtolica jus nominandi & eligendi ſucceſſoris in Imperio conceſſum eſſe. Hic ex imis præcordiis exultat Calviniſta, & veritati gratas agit gratias ob hanc confeſſionem Baronio vel invito expreſſam. Sed non eſt, cur intempeſtivum triumphum agat: eo enim B loci probare volebat Barotius, jus eligendi, & deſignandi Imperatorem Germanis conceſſum, manâſſe à Sede Apoſtolica, tanquam à primo fonte, inſtitutis Electoribus: Et quia Centuriatores Centur. X. cap. 16. column. 720. Decretum Leonis VIII. citant, & tanquam legitimum libenter recipiunt, in quo à Leone Papa, & quidem vero, ùt ipſi exiſtimant, Othoni non tertio, ùt Centuriatores hallucinantur, ſed primo, poteſtas ſit eligendi in Imperio ſucceſſorem, ideo non injuria hæreticis Leonis VIII. auctoritates objecit; ut eos ſuis armis convinceret, jus hoc, quod nunc in ſeptem Electoribus reſidet, à Pontifice Romano deſcendere. An nunquam ſit, ut adverſarius eo, quod concedit, & pro vero reputat, opprimatur, C licèt alter antagoniſta id in fabulis numeret?

Multa declamitat Calviniſta de privilegio Carolo Magno per Hadrianum conceſſo: Et cùm teſtes probati producendi ſunt; Theodoricum Niemum producit, quem vocat *indubitatæ fidei ſcriptorem;* quia ſatis audacter Pontifices carpit: & quàm ſit indubitatæ fidei, mox ipſemet Calviniſta plenum facit, quando eum *aperti erroris hiſtorici* arguit: Dein cum *Regiſtratore* neſcio quo tumido ore delitigat; & *Regiſtra* ſomniat: Et poſt varia ſimulacra modis miris circumvolitantia clamitat, *hinc detegi Baronii impoſturam*, qui quod ſub Leone III. factum ſit, referat ad Leonem VIII. Quid quæſo factum ſub Leone III. Carolo Magno conceſſa fuit facultas eligendi ſucceſſorem in Imperio. Quæro, à quo D conceſſa fuit hæc facultas? Num à Romano Pontifice? à Romano ergo Pontifice originem primam hoc jus ducit. Cur ergo tam præfractè id alibi negant Hæretici? Num à populo? Sed nullum hujus rei veſtigium apud ullum probatum Auctorem apparet: Nam populus in Caroli inauguratione nil aliud fecit, quàm quòd aſſenſit & acclamavit; aſſenſúque & acclamatione ſua factum Pontificis comprobavit.

Quàm verò fatuum eſt, per *Synodum* in fictitio Adriani Decreto intelligere *populum*, cùm luce clarius ſit, capitulum illud, tametſi ſpurium, loqui de cœtu Eccleſiaſtico.

Mentitur Calviniſta verba Scramentitii Decreti Leonini *à Baronio truncatim, ſolenni impoſturæ modo, tranſcribi*, ob omiſſam illam parentheſin (*ſicut in ipſis conſcriptis apparet*) quæ extat apud Centuriatores, & in Catalogo teſtium Illyrici. Barotius recitavit Leoninum decretum ex Gratiano, apud quem parentheſis illa non comparet: num volebas, ut ex Illyrico potiùs exſcriberet? Certè ſumma Baronii integritas & ſumma fides dubitare nos non ſinit, ſinceriſſimè ab eo redditum, quidquid in Annalibus ex ineditis monumentis protulit, quamvis tu contra boes, & vitium, quod tibi & tuis eſt, Illuſtriſſimo Baronio, viro candidiſſimo & in- F tegerrimo, affricare impudenter tentes. E

Dixit Baronius, omnes teſtari, Othonem I. à Joanne VIII. in Imperatorem inunctum ac coronatum eſſe. Hic paratragœdiat Calviniſta, *& vel ſexcentos ſe nominare poſſe* mentitur, qui Baronium falſitatis convincant. Ubi iſti ſexcenti? En ex ſexcentis ſit unus Platina, Auctor recens; qui tamen hoc non negat; ſed ait, quoſdam dicere Othonem coronatum à Joanne; alios, à Leone. Adeò autem multi & tantæ claritatis ſunt, qui Othonem ab Joanne coronatum tradunt, ut reliquos fulgore & auctoritate ſua penitus obruant. Et vel unus Luit- G prandus Ticinenſis lib. 6. cap. 6. cuicunque contrarium ſentienti, os obturet; quia fortè interfuit, cùm Otho coronaretur; certè intereſſe potuit, quippe Othoni familiariſſimus & gratiſſimus. Lege Bellarminum lib. 2. de Translat. Imp. Et noſtram ejuſdem libri Defenſionem; & intelliges jure optimo à Barotio dictum; omnes affirmare Othonem à Joanne XII. coronam Imperialem accepiſſe.

Fictitium Leonis VIII. decretum immorigeris etiam ultimum ſupplicium decernit. Objicit Baronius; Decretum ultimi ſupplicij admodum abhorrere ab Eccleſiæ conſuetudine; Et vel hinc impoſturam ſub hoc decreto latitantem deprehendi. Occlamat Calviniſta. *Baronium decretum hoc tanquam legitimum approbâſſe Anno DCCCC. XCVI.* Jam reſpondi, Baronium locutum *ad hominem*, H ùt loquuntur, id eſt, ad Centuriatores; quia enim, ipſorum judicio, decretum hoc legitimum eſt, neceſſe habent fateri, jus eligendi ſucceſſorem Romani Imperij, hoc eſt, Cæſarem, ſeu Regem Romanum, à Pontifice profectum eſſe.

Dein poſt horribilia in Baronium convicia oggerit Calviniſta: *Si Imperatorum eſt, non Pontificum ſupplicium mortis ſancire, Pontifex ergo non Imperator fuit Auctor donationis, quæ falsò Conſtantini nomine circumfertur apud Gratianum diſt. 96. quia ad calcem minatur Auctor tranſgreſſoribus pœnas æternas; & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli perpetuam indignationem.* Ubi quid prius admirer, haud ſatis diſpicio, ſtu-

A ſtuporem an inſcitiam? Nam quæ eſt hæc conſequentia? *Eccleſia in Canonibus & legibus ſuis non punit inobſequentes pœnâ mortis corporalis, ſed ſpiritales duntaxat pœnas proponit & comminatur; Ergo Imperator, vel quivis alius legislator civilis non ſpiritales, ſed temporales tantummodo pœnas prævaricatoribus comminatur; ergo decretum donationis Conſtantinianæ, in quo ſecus ſit, fictitium eſt.* Non ſequitur hoc ullo modo; quia comminatio pœnarum ſpiritalium Eccleſiaſtico & Politico legislatori communis eſſe poteſt; non item pœna mortis corporalis; quæ manſuetudinem & benignitatem Eccleſiæ, Chriſti, ſponſi ſui, æmulæ, nequaquam decet. Quocirca qui dicit; Eccleſia pœnis ſolummodo ſpiritalibus B utitur; is nequaquam abnuit, quin iisdem politicus quoque legislator uti queat. Sicut neque tunc: ſi dicat: Imperatoris eſt pœnam mortis decernere; negat; Imperatorem quoque pœnas ſpiritales transgreſſoribus ſtatuere poſſe: Et qui hoc cum Calviniſta noſtro inde colligit, is non argumentatur, ſed fatuatur.

Nam Principes quoque Politicos pœnis ſpiritalibus decreta ſua muniiſſe, multis exemplis monſtrari poſſet. Duo ſuffecerint. Alterum, S. Henrici Imp. in diplomate de erectione Bambergenſis Epiſcopatus;. (habetur in Hiſtoria M. S. vitæ) *Si quis autem, quod abſit, hujus noſtræ munificentiam donationis,* &c. *deſtruere ſeu violare tentaverit, in die judicij coram oculis Dei, tormento inexſtinguibili æternaliter luat.*

Alterum nobis ſuppeditat Rex Angliæ Knuto, in quodam diplomate apud Malmesbu- C rienſem lib. 2. *Si quis autem quovis deinceps tempore ſub aliqua occaſione interrumpere, atque irritum facere hujus privilegij teſtamentum niſus fuerit, ſit à conſortio piorum ultimi examinis ventilabro diſpertitus. Si quis verò benevola intentione hæc facere, probare, & defenſare ſtuduerit, beatiſſimæ Dei Genitricis, & omnium Sanctorum interceſſione amplificet Deus portionem ejus in terra viventium.*

Ait Calviniſta, *Decretum Leonis non fuiſſe merè & abſolutè Eccleſiaſticum, neque à Pontifice factum, tanquam à Pontifice, verùm ab univerſis ordinibus Reipublicæ Romanæ; & hinc pœnam mortis adjectam fuiſſe; quamvis decretis merè Eccleſiaſticis ea minimè adjici ſoleat.* Ingenioſa profectò eva- D dendi rimula: quam tamen non difficile erit obſtruere; Nam Decretum illud eſt, vel potiùs fingitur eſſe, decretum Synodi Romæ in Eccleſia Salvatoris celebratæ: Et ipſe Pontifex ſolus loquitur. *Ego quoque Leo Epiſcopus,* &c. *cum toto Clero & Romano populo,* &c. At inauditum eſt, ut decretum tale à Synodo Eccleſiaſtica vel Pontifice in Synodo Eccleſiaſtica conditum, pœnam mortis corporalis annexam habeat, in quacunque demum materia verſetur; hoc eſt, licèt ſit de re temporali & Politica; nam in Bulla cœnæ Domini, quàm varia merè ad externam Politiam E & Reipublicæ proſperitatem ſpectantia vetantur; quibus alia quàm ſpiritalis pœna non adjicitur. Neque refert; quòd dicitur, decretum illud factum à Pontifice & Synodo cum *populo Romano;* nam neque hujus exemplum proferri poteſt, ut Pontifex & Synodus cum populo aliquid ſtatuat ſub pœna mortis corporalis, & populus in Synodis Eccleſiaſticis non ſtatuit aut decernit, cùm jure ſuffragii careat; ſed aſſenſu ſuo id, quod ſtatutum eſt, comprobat, gratúmque ac ratum habet.

CAPUT XIX.

De ſecunda Bulla Leonis VIII. Antipapæ.

Recitatur ab illuſtriſs. Baronio Anno Redemptoris DCCCC. LXIV. Ex F Crancio lib. 4. Metropol. cap. 10. In hac redonat Leo omnia, quæ Carolus Magnus, Pipinus & alii de ditionibus & juribus regni Italici S. Petro donârant. Hanc conſtitutionem fictitiam eſſe probat Baronius variis argumentis. Primo, ex diverſitate ſtyli, quo eo tempore Romana Eccleſia uti ſolebat. Quanquam hoc argumentum non urget Baronius, contentus indicâſſe. Occurrit Calviniſta. *Jam Crancium ad hoc argumentum reſpondiſſe.* Forſan illis verbis: *Fateor & ipſe in hac formula nonnulla eſſe, quæ ineptias præferunt.* Addit, *ſæpe mutatum à Pontificibus dicendi & ſcribendi Characterem,* G *donec ad hodiernum deveniretur.* Baronius non arguit Bullam, quòd cum hodierno conſtitutionum Pontificiarum ſtylo non concordet, ſed quia non conveniat cum illo, qui illis temporibus, nempe Anno DCCCC. LXIV. in Eccleſia uſitatus erat.

Baronius non indicat, inquit Calviniſta, *in quo hæc diverſitas conſiſtat: quo vel uno tacita quadam ratione non diffiteri videtur ſuum calumniandi animum.* Sed quoties iſtius ſodales Critici, cùm quid rejiciunt, ſtyli diverſitatem cauſantur; neque tamen, vel verbulo docent, in quo hæc ſtyli diverſitas ſi- H ta ſit? Quæſo an non & abs te hoc ipſum non ſemel factitatum? Et ut tibi exemplum apponam; quàm hoc à ſtylo ſanctionum Apoſtolicarum abhorrens? *Inſuper, niſi à malo reſipuerit, ſubjaceat Legi Juliæ reus Regiæ Majeſtatis & Reipublicæ, ut hi, qui contra Rempublicam vel contra Imperatoris Majeſtatem aliquid moliti fuerint, animæ amiſſionem ſuſtineant.* Quid alienius à ſtylo Curiæ? ut de modo ſubſcribendi taceam. Nam ubi auditum, decretis Synodalibus vel Pontificiis cives Romanos ſubſcripſiſſe, ùt ſit in iſta Bulla?

II. Argumentum ſumit Baronius ex tempore. Nam Bulla fingitur data tertio Kalend. Maij in Lateranenſi Palatio. At ex Rheginone

Digitized by Google

A nonc cnnſtat, Othonem cum Leone non eſſe Urbem ingreſſum boc Anno DCCCC. LX IV. ante novum Kalend. Julii, pridie S. Joannis Baptiſtæ: qui ſuit Annus tertius Oibonis, non ſecundus.. Oggannit Calviniſta. *Quæ geſta menſibus divertunt, ipſis quoque annis divertere neceſſum eſt.* Qua de cauſa obſecro? An quia nundinæ Francofortenſes bujus Anni M. DC. IX. vernæ & autumnales menſibus divertunt & diſparantur, ideo & annis divertere oportet; Quæ ratio ſuadet, ut quæ menſibus diſtant; annis itidem diſtent? Bellus profectò ſaber iſte Calviniſta, qui conſtitutiones eò uſque dolat & exaſciat, donec propoſito ſuo quadrent. Itaque ſcriptionem bujus fictitiæ Bullæ in annum DCC
B CC. LXV. rejicit: non tamen ſe propterea expedit; quia iſte non ſuit ſecundus, ſed quartus Othonis annus.

III. Argumentum ſumit Baronius ex diverſitate Epiſcoporum & Cardinalium, qui Anno DCCCC. LXIII. Exauctorationi Joannis XII. ſubſcripſerunt,& qui DCCCC. LXIV. commentitio diplomati ſubſcripſiſſe referuntur. Ad quæ Calviniſta: *Multos interea Epiſcopos & Cardinales à Leone VIII. & Othone defeciſſe, quippe, qui mortuo Joanne XII. Benedictum V. contra Leonem VIII. elegerint.* Sed ut aliqui à Leone VIII. ſchiſmatico, ad unitatem Eccleſiæ rediêrint; num ideo ſtatim eis à Leone & Otbone ſucceſſores dari potuerunt? ita ut Anno DCCCC. LXIII. fuerit Gregorius Epiſcopus Albanenſis. Anno autem D CCCC. LXIV. Euſtachius. Priùs Theopbi-
C lus, Præneſtinus; mox, Gratioſus. Priùs, Joannes, Tiburtinus; jam Benedictus. Priùs, Joannes, Narnienſis. Nunc, Martinus, & ita de cæteris; præſertim cùm paſtores ſuos ipſi etiam greges, quibus præſunt, plerumque ſequi ſoleant; nec paſſi fuiſſent, alios paſtores ſibi præfici, viventibus primis, iiſque legitimis.

Adjungit Calviniſta. *Exſtitiſſe maximam peſtem, qua plurimi mortalium ex comitatu & exercitu Othonis abſumpti fuerint, teſte Rheginone.* At peſtis bæc orta eſt, poſtquam Bulla Leonina data eſt, prout fingitur. Nam
D data cum ſubſcriptionibus fingitur *Tertio Calendas Maij*, in Lateranenſi Patriarchio: peſtis autem exſtirit demum poſt ſeſtum S. Joannis Baptiſtæ, cùm Imperator ab Urbe diſceſſiſſet: ùt diſertè Rhegino docet; Et boc, Anno Chriſti DCCCC. LXIV. Tandem à Critica præſidium quærit Calviniſta, à Baronio coactus & conſtrictus, nec quò ſe recipiat, gnarus, niſi ad ſuam amabilem inſaniam, Criſin dicere volebam, cujus beneficio ex omnibus labyrintbis evadit. Cùm enim Baronius maniteſtiſſimè oſtendiſſet, Joannem Narnienſem Epiſcopum, qui Conciliabulo Romano, Anno DCCCC. LXIII. ſubſcripſerit, non obiiſſe Anno ſequenti DCCCC. LXIV. ita ut in ejus locum Martinus ſubſtitui potuerit, cujus nomen Leonino decreto ſubſcriptum legitur: Vociferatur Calviniſta; E
Scripturam eſſe vitioſam: Legendum: *Martians Sutrienſis*: non; *Narnienſis: nam iu Romano Concilio Martinum Sutrienſem à Joanne Narnienſi diſcriminari; Imperitum librarium duos Epiſcopos iu unum conflâſſe.* Sed patiatur, ut, ſi non Tbeodorici à Niem, ſaltem Flacci Illyrici auctoritatem potiorem ducamus, quàm ſuam; qui *Martinum Narnienſem* nobis exhibet, neque critica luce adeò perfuſus & colluſtratus ſuit, ut duos Epiſcopos & Epiſcopatus in unum coaluiſſe animadvertere potuerit.

In Leonino edicto donantur Othoni, quæ Juſtinianus Imp. Eccleſiæ Romanæ donaverat. Hinc quoque fraudem aperit Baronius: quia ne gleba quidem terræ monſtrari F
poteſt, quam Eccleſia Romana dono Juſtiniani acceperit. Ait Calviniſta; *Baronium hoc ſuo reſponſo non tam infirmare inſtrumentum Leoninum, quàm legem; Inter claras* (de ſum. Trinit. &c.) ubi Eccleſia Romana caput omnium Eccleſiarum conſtituitur. Nugas & quidem mendaces, *more ſuo ſolens*, Calviniſta agit. Nam in illa lege, ne gleba quidem terræ à Juſtiniano Eccleſiæ Romanæ conceditur. Secundò, mendacium eſt, Eccleſiam Romanam in illa lege *caput omnium Eccleſiarum conſtitui;* tion conſtituitur; ſed id quod erat, à Juſtiniano agnoſcitur ac deprædicatur. Ut enim is, qui Imperatorem nominat caput omnium aliorum Principum; Im- G
peratorem nequaquam tum demum caput omnium aliorum Principum conſtituit; ſed id quod eſt, in eo agnoſcit ac prædicat; ſic & in propoſito de Juſtiniano ſtatuendum eſt.

Hîc iterum ex critica apotheca rebus malè ſanis Calviniſta pbarmacum petit; & Juſtinianum in *Conſtantinum* tranſmutat, omni veteris exemplaris fide deſtitutus, contra ſuos Niemum & Illyricum: Ex ſola inſanæ Critices prurigine. Qua itidem impulſus ex Leonino decreto ejicit illa verba: *Videlicet de Cruce Domini, & de caligis pedum ſuorum*, &c. Cùm extent apud Crancium, Niemum, & Illyricum. At Calviniſta morem jurandi ad H
Reliquias ſanctæ Crucis & Sanctorum ſerre nequit. De quo more multa lib. 2. de S. Cruce cap. 16. & 17. Et ut boc obiter quoque notem; *caligarum* nomine hic ſandalia intelliguntur, ùt & in illo Actuum 12. *Calçea te caligas tuas.* In quem locum lege Lorinum.

Detegit inſuper Baronius fraudem Leonini decreti ex ſubſcriptionibus Cardinalium; Ex quibus unus: Andreas Cardinalis Presbyter *Patriarchatus Lateranenſis. Julianus Lateranenſis Presbyter* (Cardinalis) *Fauſtinus S. Petri Presbyter* (Cardinalis) Quis unquam audivit unius *Tituli* duos Cardinales, ùt hic fit in Laterano? Quis unquam vel fando accepit

cepit, Lateranenſem & B. Petri Eccleſias Pa-
A triarchales conceſſas eſſe in titulos Presbyte-
ris Cardinalibus? Sed Calviniſta Baronium,
hoc eſt, ſus Minervam, docet. *En tibi*,
inquit, *Cardinalem Lateranenſem. Is fuit, qui
in Palatio & Baſilica Lateranenſi Papæ miniſtra-
bat; unde & Palatinus vel Baſilicarius dictus,
de quo Ouuphrius in Interpret. Vocum obſcura-
rum Eccleſiaſt. V. Diaconus.* Hîc ferè tot ſunt
errata quot verba. Nam I. Onuphrius non
dicit iſtum Cardinalem, qui Papæ in Palatio
vel Baſilica miniſtrabat, vocatum eſſe Late-
ranenſem; ſed *Palatinum* vel *Baſilicarium*;
non ùt à ſuo titulo, ſed quia Papæ in Palatio
& Baſilica Lateranenſi miniſtrabat. II. Onu-
phrius non dicit, iſtum Cardinalem fuiſſe
B Presbyterum, ſed Diaconum. At Cardi-
nales duo Lateranenſes, qui ſua ſubſcriptio-
ne Leoninum decretum corroboràſſe fingun-
tur; pari fraude *Presbyteri* fuiſſe finguntur.
III. Si Cardinalis ideo dicitur *Cardinalis Late-
ranenſis vel S. Petri*, quia in Baſilica Latera-
nenſi vel S. Petri Pontifici miniſtrat; omni-
bus Cardinalibus à Laterano vel S. Petro no-
men indendum erit; quia omnes Pontifici
in his templis miniſtrant, quando occaſio
datur.

C Fauſtinum, qui ſe nominat *S. Petri Card.
Presbyterum*, dicit Calviniſta *eſſe illum, qui ho-
die major Pœnitentiarius appellatur.* Sed licèt
hoc ita eſſet; an ob officium majoris Pœni-
tentiarij Cardinalis S. Petri nominari potuit?
Quis non rideret, ſi ſupremus Pœnitentiari-
us à S. Petro, tanquam à ſuo titulo, Cardi-
nalis ſancti Petri à quoquam cognominare-
tur?

CAPUT XX.

Othonis Magni diploma de Regalibus S. Petro conceſſis.

EXtat apud Baronium Tom. 10. Anno
DCCCC. LXII. Calviniſta *pro ſuppoſiti-
tio habet.* Et tamen autographum &
D primigenium hujus diplomatis exemplar aſ-
ſervatur Romæ in Caſtello S. Angeli, ùt te-
ſtatur Baronius, qui vidit. Sed en dilem-
ma inevitabile. *Aut Otho dedit hoc diploma,
cùm jam Imperator eſſet, aut ante Imperium.* Re-
ſpondeo, cùm jam Imperator eſſet, Anno
Imperii ſui primo.

Objicit Calviniſta. *Ad calcem diplomatis
poni annum XXVII. Imperii Othonis. Otho-
nem ergo etiam ante inaugurationem & corona-
tiouem Pontificiam fuiſſe Imperatorem.* Re-
ſpondet Baronius, nomen *Imperii* eo loco
accipi impropriè pro annis Regni; nam
primum Othonis Imperantis annum, fuiſſe
vigeſimum ſeptimum annum regnantis.
Perbellè me hercules, clamat Calviniſta. (Per-
bellè certè, imò belliùs, quam tibi placeat.)
Dicite mihi, ſultù, (dicemus, ne dubites; &
plura, quàm audire velis) *an huic impropric-* E
tati præſtando contradixerit Pontifex, nec ne?
(Quid opus erat contradictione?) *Si non
contradixit, tacitè renunciàſſe videtur privile-
gio ſuo, quod ſemper Pontifices habuiſſe jacti-
tant, atque conſenſiſſe, ut electus à proceribus
etiam ante unctionem & coronationem Pontifi-
ciam, ſit ac nominetur Imperator Auguſtus.*
Nihil hujus ſequitur. Non enim fugiebat,
Papam, quo ſenſu Otho annos Impe-
rii in illo diplomate uſurparet; impro-
priè ſcilicet, ùt rectè dixit Baronius; præ-
ſertim cùm idem Otho in alio diplomate
Anno DCCCLXII. Novarienſi Eccleſiæ con-
ceſſo, hanc clauſulam adjungat. *Data VI.
Kalend. Auguſti, Anno Dominicæ Incarnationis
DCCC. LXII. Anno verò Imperii Domini Otho-
nis Sereniſſimi Auguſti primo.*

Oggannit Calviniſta. *Fieri hoc modo ex Im-* F
*peratore Proteum, qui diverſa ſubſcriptione uſus
fuerit in diplomatis eodem anno ſcriptis.* Num
ideo Vertumnus erit, ſi eodem anno utatur
Imperii nomine impropriè; alia vice & ali-
bi, *propriè?*

Sed en Calvinianam libertatem. Optio-
nem dat Baronius, ut eligat, *num Romanum
an Novarienſe diploma velit eſſe commentitium.*
Nil opus hac optione. Neutrum fictitium
eſt; quia utrumque legitimum, genuinum
& ſincerum eſt. Romanum diploma eſſe
ſpurium, convinci dicit *ex Leonis VIII.
Bulla: & Othonis III. Conſtitutione*; Verùm
& hanc & illam rectè cenſeri ſtramentitiam,
ſuo loco jam vidimus. Ait, *ex Othonis di-* G
*plomate falſitatis etiam argui donationem Lu-
dovici Pii Imp. cùm hujus non meminerit.* At
meminit donationis factæ à Pipino Re-
ge, & Carolo Magno; à qua donatio
Ludovici parùm diſcrepat. Adjungit Cal-
viniſta: *Licèt Othonis diploma verum eſſet;
nil tamen ad ſtabilimentum Pontificiæ ſupe-
rioritati faceret, quia Imperator ſervat ibi om-
nium civitatum & provinciarum proprietatem;
ſolúmque uſum fructum Pontifici concedit.* Hoc
mendacium refellet ipſa diplomatis inſpe-
ctio & lectio: abſolutam enim donationem
complectitur: Et verba illa: *Salva ſuper eoſ-
dem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, &
illorum ad noſtram partem & filij noſtri ſubjectio-
ne;* Non pertinent, niſi ad Ducatus duos, H
Tuſcanum ſcilicet & Spoletanum; unde S.
Petro annua penſio ſolvebatur, jure domi-
nij apud Imperatorem remanente. Calvini-
ſta tamen ita verba illa proponit, quaſi ad
omnia dona in illo diplomate recenſita ſpe-
ctent. Nec minor fraus & ſycophantia com-
mittitur; cùm illa verba: *ut ea in illius ditio-
ne ad utendum, & fruendum atque diſponendum
firmiter valeant obtineri, ſalva in omnibus pote-
ſtate noſtra, & filij noſtri*, &c. refert ad om-
nia dona diplomatis, quaſi in omnibus po-
teſtatem *dominij* Imperator ſibi reſervaverit:
quod ſalſum eſt; nam de qua poteſtate Pon-
tifex

A tifex loquatur; ipſe è veſtigio explicat; cùm, quomodo Romanus Pontifex eligi debeat, modum ac rationem præſcribit. Quis ſit ille Leo, ſpiritalis Pater, cujus Otho meminit, ſuo loco dicemus.

Porro non tantùm in illo Navarienſi, ſed & in aliis Othonis I. Conſtitutionibus Anni Regni diligenter diſtinguuntur ab annis Imperij, ùt in Præcepto de Mercatu in Wezenloch, quod extat in Appendice ad Origines Palatinas Freheri. Cujus clauſula eſt. *Data 11. Non. Maij, Anno Incarnationis Dominicæ DCCCC. LXV. Indictione VIII. Anno Regni Domini Othonis XXX. Imperij verò III.* Alibi quoque tam in Othonis, quàm aliorum di- B plomatis ſemper Annos Regni ab Annis Imperij diſtinctos; & ante coronationem Pontificiam ſolos Regni Annos deſignatos videbis; & contrarium non niſi rariſſimè deprehendes; idque ſcribarum potiùs quàm ipſorum Principum culpâ; Imperii annos cum Regni tempore, & hoc cum illis abuſivè copulantium & continuantium. Mirarer hæc à ſectariis negari, cùm ipſi quotidie diplomata in vulgus evulgent, in quibus accuratiſſimè Anni Regni ab annis Imperii, & hi ab illis, diſcriminantur, & in quibus ante inaugurationem Pontificiam non Imperatores, ſed Reges appellantur; niſi compertum haberem, iſtos, odio Pontificis Romani eò proceſſiſſe, ut etiam clariſſima inficiari non erubeſcant. Evulgavit Anno ſuperiore, hoc eſt, M.DCIX. Erpoldus Lindenbrogius uno in volumine Scriptores quoſdam rerum Germanicarum Septentrionalium, & cum illis non paucas Im- C peratorum & Regum Conſtitutiones, nominatim trium Othonum, in his diſtinctio hæc accuratè obſervatur; nullus illorum ante Coronationem Pontificiam, ſeſe Imperatorem nominat; ſed ſolummodo Regem. Exordium primæ Conſtitutionis eſt. *Otto divina favente Clementia Rex*, &c. Finis. *Data 11. Kalend. Julii Anno Domini DCCCC. XXXVII. Indict. 10. Anno Regni Ottonis piiſſimi* Regis I. Secundæ. *Otto Rex*, &c. *Anno autem Ottone Regnante Rege II.* Tertiæ, *Otto divina favente Clementia Imp. Auguſtus, Anno Dom. Incar. DCCCC. LXV.* &c. D *Anno autem Domini Ottonis, Imp rii IV. Regni XXX.* Quartæ. *Otto Dei Clementia Imp. Auguſtus.* &c. *Anno Domini Ottonis Magni Imperatoris Regni XXXI. Imperii verò IV.* Quintæ, quæ eſt Othonis II. *Otto divina fav. Clem. Rex. Anno Sereniſſimi Regis Ottonis VII.* Sextæ, itidem Othonis II. *Otto div. fav. Clem. Imp. Auguſt. Anno Regni Domini Ottonis XI. Imperii autem VI.* Septimæ, *Otto div. fav. Clem. Imp. Aug. Anno Regni II. Ottonis XXV. Imperii autem XV.* Octavæ, *Otto* (eſt hic Tertius) *div. fav. Clem. Rex. Anno III. Ottonis Regnantis V.* Nonæ. *Otto Dei Clementia Rex.* Finis prout in præcedenti conſtitutione. Decimæ. *Otto*, &c. E *Rom. Imp. Aug. Anno III. Ottonis Regni XIV. Imperii V.* Undecimæ clauſula. *Anno III. Ottonis Regni XIV. Imperii VI.* In eodem volumine extat diploma Henrici Aucupis. Initium. *Henricus div. fav. Clementia Rex.* Finis. *Anno autem Henrici Regis XVII.*

CAPUT XXI.

Commentitia Othonis III. Conſtitutio, ejúſque refutatio. F

EDidit hoc figmentum Goldaſtus Calviniſta inter non tam Imperiales, quàm ſuas Conſtitutiones; nam pleræque non ſunt Imperatorum ſanctiones, ſed ſchiſmaticorum, Hæreticorum & aliorum malè feriatorum ſomniationes; ùt jam ſæpe dictum, qui eam refert ad annum Redemptoris DCCCC. XCVIII. hac præfixa inſcriptione. *De Jure ac poteſtate Imperii, de Donatione Conſtantini & Caroli Calvi, de aſſignatione bonorum, quibus Pontifices Romani, ad ſui ſuæque Eccleſiæ ſuſtentationem uti frui debant.* Textus ita habet. G

*In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Otto ſervus Apoſtolorum, & ſecundùm voluntatem DEI Salvatoris Romanorum Imperator Auguſtus. Romam caput mundi profitemur, Romanam Eccleſiam matrem omnium Eccleſiarum eſſe teſtamur, ſed injuria & inſcientia Pontificum longè ſuæ claritatis titulos obfuſcâſſe. Nam non ſolùm quæ extra Urbem eſſe videbantur, vendiderunt, & quibusdam colludiis ** [* altare.] *à lare S. Petri alienârunt, ſed (quod abſque dolore non dicimus) ſi quid in hac noſtra Urbe regia habuerunt, ut majori licentia evagarentur, omnibus * cum vindicante pecunia in commune dederunt,* [* indicantes.] *& S. Petrum, & S. Paulum, ipſa quoque altaria ſpoliaverunt, & pro reparatione ſemper confuſionem duxerunt. Confuſis verò Papaticis legibus, & jam abjecta Eccleſia Romana, in tantum quidam Pontificum irruerunt,* H *ut maximam partem Imperii noſtri Apoſtolatui ſuo conjungerent, jam non quærentes, quæ & quanta ſuis culpis perdiderunt, non curantes, quanta ex voluntaria vanitate effuderunt, ſed ſuo propria, utpote ab illis ipſis dilapidata dimittentes, quaſi culpam ſuam in Imperium noſtrum retorquentes, ad aliena, id eſt, ad noſtra, & noſtri Imperii maximè migraverunt.*

*Hæc ſunt enim commenta ab illis ipſis inventa, quibus Joannes Diaconus cognomento Digitorum * mutius,* [* mutilus.] *præceptum aureis literis ſcripſit, ſub titulo Magni Conſtantini * longa* [* longi.] *mendacii tempora finxit. Hæc ſunt etiam commenta, quibus dicunt, quendam Carolum S. Petro noſtra publica tribuiſſe. Sed ad hæc reſpondemus, ipſum Carolum nihil dare jure potuiſſe,*

A *ſe, utpote jam à Carolo meliore fugatum, jam Imperio privatum, jam deſtitutum & annullatum. Ergo quod non habuit, dedit, ſic dedit, ſicut nimirum dare potuit, utpote qui malè acquiſivit, & diu ſe poſſeſſurum non ſperavit.*

Spretis ergò commentitiis præceptis, & imaginariis ſcriptis, ex noſtra liberalitate ſancto Petro donamus, quæ noſtra ſunt, non ſibi quæ ſua ſunt, veluti noſtra conferimus. Sicut enim pro amore S. Petri Dominum Silveſtrum, magiſtrum noſtrum, Papam elegimus, & DEO volente, ipſum Sereniſſimum ordinavimus, & creavimus: ita pro amore ipſius Domini Silveſtri Papæ ſancto Petro de publico noſtro dona conferimus, ut habeat magiſter, quod Principi noſtro Petro à parte ſui diſcipuli offerat. Octo igitur Comitatus pro amore magiſtri noſtri Domini B *Silveſtri Papæ ſancto Petro offerimus & donamus, ut ad honorem DEI & ſancti Petri cum ſua & noſtra ſalute habeat & teneat, & ad incrementa ſui Apoſtolatus, noſtrique Imperii Ordines. Hos autem ſibi ad ordinandum concedimus, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Foſſibrunum, Callium, Eſium & Auſimum, ut nullus unquam ei & S. Petro audeat aliquam inquietudinem facere, aut eum aliquo ingenio fatigare. Quicunque verò præſumpſerit; omnia, quæ habuerit, amittat: & S. Petrus, quæ ſunt ſua, recipiat. Ut hoc autem in æternum ab omnibus conſervetur: hoc præceptum manu noſtra diu, Domino adjutore, victura confirmavimus, & noſtro ſigillo præcepimus inſigniri, ut ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus valeat. Signum* C *Domini Ottonis invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti.* In autographo Bulla eſt appenſa plumbea, in cujus una parte ſcriptum: *Oddo Imperator Romanorum.* In altera caput eſt hominis cum pilis criſpis, cúmque ſpatulis & inſcriptione; AUREA ROMA.

Hoc diploma fictitium eſſe, multis rationibus oſtendi poteſt. I. Ex ſtylo, quid ni enim & ego cum Criticis diſceptans, criſin ſuppetias venire jubeam? Quàm enim alienum eſt à more ſcribendi Imperatorum illud: *Otto ſervus Apoſtolorum*, &c. Etſi non ignoro apud Erpoldum extare diploma hoc titulo. *Otto ſervus aliorum.* Illud etiam recentiorem manum & genium olet. *Papaticis legibus.* Nihil ſupererat, quàm ut hujus plaſmatis opifex diceret: *Papiſticis legibus.* D Sed ſtatim hæc avis ex roſtro & cantu agnita fuiſſet.

Præterea, quis ille Carolus, quem his verbis Auctor denotat? *Hæc ſunt etiam commenta, quibus dicunt, quendam Carolum ſancto Petro noſtra publica tribuiſſe.* Calviniſta annotat, eſſe *Carolum Calvum.* Sed hoc non poteſt ſubſiſtere. Quia fictitia hæc Conſtitutio indicat Carolum, de quo loquitur, *jam fugatum, imperio privatum, jam deſtitutum & annullatum dona Eccleſiæ Romanæ contuliſſe; atque adeò non de ſuo, ſed de alieno munificum fuiſſe.* Sed hæc Carolo Calvo non competunt; nam donationes factas à ſuis anteceſſoribus Regibus & Imperatoribus confirmavit, & Chirographo ſuo ratas habuit, cùm Imperium Regnúmque Italiæ & Galliæ teneret, in Concilio Pontigonenſi Anno DCCC. LXXVII. ùt patet ex Epiſtola Joannis VIII. Papæ ad Landulphum Epiſcopum Capuanum (& eſt Epiſt. nona in Regeſto Joannis) ubi de Carolo Calvo hæc Pontifex. *Omne ſanè jus poteſtatis antiquitus attributum* (Eccleſiæ Romanæ) *capitulariter renovans in conventu* (Pontigonenſi) *Epiſcoporum ac Optimatium inviolabiliter conceſſit habendum.* Confirmavit ergo Carolus Calvus veterum donationes, cùm Imperium & Regna quietus teneret: Non igitur *fugatus, non Imperio privatus, non deſtitutus & annullatus.* Illa etiam verba: *Ergo quod non habuit, dedit; ſic dedit, ſicut nimirum dare potuit, utpote, qui malè acquiſivit, & diu ſe poſſeſſurum non ſperavit:* apertè indicant; hoc F ſanctionis figmentum non loqui de confirmatione veterum donationum facta à Carolo Calvo, ùt audivimus ex Joanne Papa. Quia confirmando veteres donationes, *non dedit, quod non habuit*; nec malè acquiſita dedit; neque eo conſilio dedit, quòd deſperaret, ſe ea diu poſſeſſurum; ſed quæ jam pridem à Regibus & Imperatoribus juſtè & legitimè S. Petro donata erant, auctoritate Regia & Imperatoria confirmavit.

Nec poſſunt iſta intelligi de illa donatione facta B. Petro à Carolo Calvo, quam Calviniſta affert ex Eutropio ſuo, de qua ſuprà cap. 15. quia neque iſtam donationem (ſeu vera ſit ſeu ficta, de hoc enim non diſputabo) fecit Carolus Calvus *fugatus; jam imperio* G *privatus, jam deſtitutus, & annullatus;* ſed cùm Imperium, Italiæque & Galliæ Regna teneret; nec, quoad vixit, Italiæ Regno excidit.

Præterea, quiſnam eſt ille Carolus, qui Carolum Calvum donatorem *fugâſſe, & imperio fugâſſe* dicitur? Calviniſta annotat, eſſe Carolum Craſſum, & fratrem ejus Carolomannum. Sed id verum non eſt; nam primùm quod ad Romanum Imperium attinet, illud, Carolus Calvus ex quo acceperat, ad finem uſque retinuit; nec Regnum Italiæ amiſit. Licèt enim Ludovicus Rex Germaniæ filium ſuum Carolomannum contra Carolum Calvum in Italiam cum fortiſſimo exercitu ablegâſſet, nihil tamen effecit Carolomannus, circumventus à Carolo Calvo, ùt H ex Francicis Annalibus oſtendit Baronius Tom. 10. Anno Salutis DCCC. LXXV. Superavit quidem ingenti prælio Carolum Calvum Ludovicus, Nepos Calvi, ex Ludovico fratre, Rege Germaniæ, Anno Domini DCCC. LXXVI. Sed in Germania, cùm Calvus contra jus & fas Nepotes ſuos, filios Ludovici fratris ſui, ex paterno Germaniæ Regno ejicere, illúdque ſibi ſubjicere tentâſſet: Sed Italiam Calvo non ademit, ut eum cogere poſſet ad revocationem eorum, quæ

Cal-

A Calvus Eccleſiæ Romanæ donâſſet. Adeptus eſt quidem poſt Calvum & filium ejus Ludovicum, Carolus Craſſus Romanum Imperium; ſed quòd ullam donationem factam Romanæ Eccleſiæ à Carolo Calvo revocaverit, id nemo Hiſtoricorum ſcriptum reliquit. A vero abit & illud: *Ergo, quod non habuit, dedit.* Imò, ſi quid dediſſet; id quod habebat, dediſſet. Nam regnum Italiæ poſt mortem Ludovici II. Imp. occupaverat. Utrum, ùt diploma dicit, *Italiam malè adquiſierit, & diu ſe poſſeſſurum non ſperârit*; in medio relinquo; certè uſque ad ſupremum vitæ ſuæ diem retinuit.

Adde, ſi hæc ſanctio iſta ſolummodo revocat, quæ Carolus Calvus B. Petro donaverat; ea autem alia non ſunt, quàm quæ capite 15. ex Eutropio Longobardo audivimus; B cur revocat ea itidem, quæ non Carolus Calvus, ſed Pipinus, Carolus Magnus, Ludovicus Pius, & Otho Magnus, Eccleſiæ Romanæ donaverant? Nam præter octo Comitatus nihil B. Petro reliquum facit hæc fictitia conſtitutio. Voluit, Otho, ùt præ ſe fert diploma; caſtigare nimis effuſam Calvi liberalitatem, & interim Romanæ Eccleſiæ pleraque adimit, quæ Regum ac Imperatorum beneficio jam tot annis poſſederat.

Dicit fictitius Otho, ſe Pontifici Romano octo Comitatus concedere, & tamen in textu non nominantur niſi ſeptem, etiam in Germanica translatione; ubi jure quæras; quid ſibi in titulo velint iſta verba: Wie auch C des vermeindten Kanſer Carols des Kalen. An Carolus Calvus non fuit legitimus Imperator, legitimè electus & coronatus? Quis unquam, præter Calviniſtam hunc, iſtud aſſeruit? Num tituli hujus ſeu inſcriptionis Calviniſta Auctor eſt? qui conſtitutionibus ſeu veris ſeu fictis titulos arbitratu ſuo præfigit, crebrò non ſine criminationibus, ùt & hic factum tam in Latino, quàm in Germanico diplomate. De coronatione Calvi lege Baronium Anno DCCC. LXXVI.

Calviniſta, ut octo Comitatus extundat, D libenter illud *Gallibeſi*, per Criticam ſuam in *Calles*, *Heſium*, transformaret. At ut id obtineat, neceſſe erit, ut invocet opem Circes, alioqui metamorphoſis iſta non ſuccedet. Quàm inſuper ab Eccleſiaſtica conſuetudine abhorret illa phraſis: *Deo volente ipſum* (Sylveſtrum) *ſereniſſimum ordinavimus.* Quis unquam Imperator nominavit Romanum Pontificem *ſereniſſimum?* Quis unquam audivit hanc locutionem: *Ordinavimus ſereniſſimum*: idem ſignificare, quod; *ordinavimus Pontificem Romanum.*

His adjunge: Si hoc diploma non eſt ſuppoſititium, tum ſuppoſititium eſſe illud Leonis Antipapæ, quod Baronius Anno DCCCC. LXIV. affert ex Crancio, conceſſum Othoni primo, quo Leo ille reſtituit Othoni I. E quidquid Carolus Magnus & Pipinus Eccleſiæ Romanæ & S. Petro donaverant. Nam ſi hæc vera ſunt, quid opus erat, ut Otho III. Nepos Othonis primi donationes Eccleſiæ Romanæ factas revocaret, cùm jam revocatæ eſſent, & quidem ab illo, quem Otho primus pro legitimo Pontifice habebat? An rem tanti ponderis neſciebat Otho III. paucorum annorum intervallo ab Othone primo disjunctus? Et cùm in Leonis diplomate mentio fiat donationis Pipini & Caroli Magni; nulla verò Caroli Calvi; qui, quæſo, diploma Othoni III. affictum, ſolam donationem Caroli Calvi urget; cùm ea revera vel nulla fuerit, vel certè longiſſimè minor & adſtrictior fuerit, quàm donatio Pi- F pini, Caroli Magni, Ludovici, & Othonis primi. Ægrè profectò dabit Calviniſta Bullam Leonis eſſe caſſam & inanem, cùm eam tanto apparatu verborum inter conſtitutiones Imperiales retulerit, & ſcholiis adversùs Baronium illuſtrare tentaverit. Ego & hanc & illam ſanctionem ſtramentitiam exiſtimo; & ex hoc figmento colligo, poſterioris diplomatis fabrum fuiſſe malum figulum, qui ſuum ſomnium ad Leonis Bullam appoſitè concinnare & exaſciare non potuerit ea ſcilicet arte, ut neutra alteram everteret, ſed potius adjuvaret; quod factum fuiſſet, ſi iſte larvatus Otho non ſolam Caroli Calvi, ſed & Pipini, Caroli Magni & aliorum donationes impugnâſſet; Bullámque Leonis VIII. revocatricem donationum Pipini & Caroli Magni adduxiſſet, nunc cùm ſolam Caroli, & quidem Calvi, ùt Calviniſta arbitra- G tur, donationem urget; culicem excoriat, & camelum deglutit.

Ad extremum non eſt verum, quod in hoc diplomate aſſeritur, Pontifices ex dilapidatione rerum ſuarum intra & extra Urbem, invaſiſſe poſtea res & jura Imperij. Nam Pontifices illi, in quos ſuam munificentiam Pipinus, Carolus Magnus, & Ludovicus Pius tam liberaliter exprompſerunt, plerique ſanctiſſimi fuêre, tantum abeſt, ut *dilapidatorum* convicio jure feriri mereantur; Et quidquid jacturæ ſuo in Patrimonio vel intra vel extra Urbem S. Petrus fecerat, id non accidit culpâ Pontificum, ſed immanitate & truculentia Longobardorum, & aliorum tyrannorum; qui poſtea extiterunt, præſertim ante Othonis Magni Imperium; quando Patrimonium S. Petri videbatur eſſe præda My- H ſorum. Et quis tam obeſæ naris eſt, qui non odoretur ex acerbitate & petulantia orationis, hoc diploma non prodiiſſe ab aliquo gravi Imperatore, ſed à Schiſmatico vel Hæretico quopiam, peſſimè in Sedem Apoſtolicam affecto.

Admodum autem ſubtile fuit acumen Goldaſti, cùm hoc Othonis diploma inſignie Æra Anni Chriſti DCCCC. XCVIII. cùm iſto

A Anno Gerbertus, Sylveſter II. appellatus,
nondum fuerit Pontifex, quippe ad hanc
dignitatem Anno Domini DCCCC. XCIX.
demum evectus, mortuo Gregorio V. qui
exceſſit 12. Kalend. Martij, ſeu, ùt vult Dit-
marus, Pridie nonas Februarij, DCCCC.
XCIX. Quomodo igitur Otho III. Sylve-
ſtro II. Papæ octo Comitatus donat Anno
DCCCC. XCVIII. cùm hoc Anno Sylveſter
Cathedram Petri nondum conſcendiſſet?

De donatione Conſtantini Magni.

AFfirmat hujus Othonianæ conſtitutio-
nis Architectus Joannem Diaconum
finxiſſe donationis Conſtantinianæ
diploma, quod à Balſamone comment. in
Photij Nomocanonem, & à Gratiano d. 96.
& ab aliis tam Græcis, quàm Latinis ſcripto-
ribus & Canonum Collectoribus vel inte-
grum recitatur, vel ſaltem citatur & attin-
gitur. Sed quis ſit iſte Joannes Diaconus,
incompertum habeo. Nec auſim conjectu-
ram meam ad Joannem Diaconum, qui ſub
Joanne VIII. vixit, ſcriptorem vitæ S. Gre-
B gorij, extendere: Nec deſunt, (inter quos
& Baronius Tom. 3. Annal. Anno Chriſti
CCC. XXIV.) qui arbitrentur. Diploma
hoc à Græcis corruptum ac depravatum eſſe;
ſi non omnino confictum; in quam ſenten-
tiam veniunt cùm alias ob cauſas, tum ob
illa, quæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ con-
ceſſa feruntur; quorum fides meritò in du-
bium vocatur; quia recentiorum Græcorum
arrogantiam, & cum Romana Eccleſia æmu-
lationem & quaſi Zelotypiam ſapiunt.

Utcunque verò ſive donatio, ſive edi-
ctum Conſtantini ſeſe habeat, (nam utriuſ-
que copioſus aſſertor eſt Auguſtinus Steu-
chus libris duobus contra Vallam) nos di-
cimus. I. Nec ſpiritualem poteſtatem, &
C ſuper omnes eminentiam Romani Pontificis
niti illo edicto Conſtantiniano, ſed jure di-
vino, & edictis, ut ita loquar, Dei & Sal-
vatoris noſtri JESU Chriſti.

II. Neque etiam jurisdictionem tempora-
lem, & juſtitiam poſſeſſionis, qua urbes &
integras Provincias Pontifex poſſidet: De-
mus enim donationem illam Conſtantinia-
nam ex poſteriorum officina proceſſiſſe; an
ideo juſtè non poſſidet Pontifex, quæ poſſi-
det? An Pipinus, & Carolus Magnus, ea,
D quæ ſanguine ſuorum ex Longobardorum
faucibus eripuerant, S. Petro non potuerunt
offerre? An eorum donationes Ludovico
Pio, Othoni I. Henrico II. Rudolpho I. &
aliis Impp. integrum non fuit confirmare,
& novas inſuper adjicere? ut taceam alios ti-
tulos, quibus Pontifices in Italia dominium
temporale diverſarum urbium ſibi parare
valuerunt, non ſecus ac alij, de quorum
poſſeſſione num juſta ſit, nemo ampliùs diſ-
ceptat.

Quocirca nil niſi vaniſſimæ vociferationes E
& ludificationes ſunt, quæcunque Lutherus
poſt Vallam in Conſtantini donationem furio-
sè detonat. Nam Anno M.D. XXXVII. quo de
Proteſtantibus ad indictum Mantuam Conci-
lium evocandis, maximè agebatur, ipſe libel-
lum Germanicum evulgavit hoc titulo. Einer
auß den hochen Articklen des allerheiligſten
Päbſtlichen Glaubens, genannt, *Donatio
Conſtantini*, durch M. Luther verdeutſcht,
in das aufgeſchobene Concilium von Mantua.
Et mox ex Conſtantiniano edicto excerpta
quædam Germanicè vertit, & gloſſulis ex-
planat tam petulanter & obſcænè, ut videa-
tur Lutherus omnibus ſcurris palmam præ-
ripere; neque hoc tantùm; ſed & manife-
ſtum ſpecimen dare voluiſſe, ſe in hac ſcur-
randi arte nec parem habuiſſe, nec habere, F
nec habiturum. Textui & ſcholiis ſubjun-
git maledicentiſſimam & furioſiſſimam in
Romam, *Papam*, & *Papiſtas* invectivam, &
ita bacchatur, quaſi nos donationem Con-
ſtantini inter *articulos Apoſtolici Symboli* nume-
remus; quam ſuam criminationem menti-
bus ſuorum in ipſo famoſæ & ſatyricæ ſuæ
chartæ frontiſpicio inſtillare tentavit; neque
in hac ſua veſania & maledicentia alium fi-
nem ſpectavit, quàm ut Germanorum ani-
mos à Concilio futuro averteret & abaliena-
ret: Et tamen ſummis clamoribus tam Lu-
therus, quàm aſſeclæ perpetuò Concilium
efflagitabant. At ubi eò ventum, ut Con-
cilium cogeretur, manibus pedibúſque cla-
borârunt, ne eò proficiſci juberentur.

Quapropter eodem Anno alium quoque G
libellum evulgavit Lutherus hac inſcriptio-
ne. Die Lügend von S. Johanne Chry-
ſoſtomo an die heiligen Vätter in den ver-
meinten Concilio zu Mantua durch M. Lu-
ther geſandt. Quæ cauſa hujus fabulæ ſpar-
ſæ? Non alia certè, quàm ut Lutherus Pa-
pam cum univerſa Synodo ſannis & ludibrio
ſuorum exponeret; quaſi Pontificis & Sy-
nodi ſit præſtare culpam eorum, qui olim
varias fabulas conmenti ſunt, ſive ex inſci-
tia, ſive ex rudi quadam ſimplicitate; quo-
rum inanitatem & falſimoniam jam pridem
literarum & Eccleſiaſticæ antiquitatis exorta
lux disjecit ac diſpulit.

Hæc jam ſcripſeram, cùm ecce in locu-
pletiſſimo illo omnis Antiquitatis Promptua- H
rio, Baronio Tom. 12. Anno Chriſti M.
CXCI. ſupradictam Othonianam ſanctionem
invenio; & eruditam diſquiſitionem, qua
tum Conſtantini edictum, tum ipſa conſti-
tutio examinatur. Perſtat Baronius in ea
ſententia, edictum Conſtantini à Græcis vel
depravatum, vel omnino confictum, & actis
Sylveſtri inſertum, neque ullum vel Græ-
cum vel Latinum ſcriptorem ante Leonem
IX. in Epiſt. ad Michaëlem Conſtantinop. &
Leonem Acridanum Epiſcopos, ejus men-
tionem

A tionem facere: & Theodorum Balſamonem illud ſuis in Nomocanonem Photianum Commentariis illigâſſe, non ut Latinis gratum faceret; ſed ut Conſtantinopolitano throno antiquitatem & æqualitatem cum ſede Romana doloſè adſtrueret. Idem edictum vanitatis arguitur in recitato ſub Othonis III. nomine diplomate; ùt vidimus, dicitúrque fictum à Joanne Diacono *digitorum Mutio* ſeu *Mutilo;* quod diploma inventum eſt Aſſiſij, & in publicum inſtrumentum relatum à Joanne de Amelio Forojulienſi Archidiacono, cùm eò miſſus eſſet à Benedicto XII. Anno Chriſti M. CCC. XXXVIII. ut perquireret *privilegia, Regiſtra, libros & ſcripturas* ad Eccleſiam Romanam pertinentes.

B Dicat quis: Hinc diplomati Othoniano fidem conciliari; cùm quidquid factum eſt, factum videatur auctoritate Benedicti XII. Papæ. Reſpondeo; non eſſe, cur Benedicti auctoritas huic commento prætexatur; nam quidquid ille Archidiaconus hac in re egit, id non Pontifici, ſed Archidiacono adſcribendum eſt: nam miſſus fuerat Aſſiſium, ut privilegia Romanæ Eccleſiæ colligeret, ac authenticè tranſcriberet. Incidit & in boc, quod certè non privilegium, ſed potiùs, ùt vocant, *pravilegium* erat; cùm Romanam Eccleſiam potiſſima ditionum ſuarum parte multaret. Retulit tamen in Inſtrumentum publicum, & ad Benedictum tranſmiſit; cui probatum eſſe, quis credat? cùm præter apertiſſimam injuſtitiam, manifeſtam quoque imperitiam præ ſe ferat; ùt ex ſuprà dictis liquet; neque Pontifices Provincias, quas obtinebant, titulo donationis C Conſtantinianæ, ſed aliis rationibus defendere conſueverint: Et mirum eſt, Archidiacono impoſturam non ſuboluiſſe: cùm ſatis ſit in propatulo, nec in abdito lateat, ut ſingulari ſtudio ad eam eruendam ſit opus. Nam cui Carolo, ea, quæ diploma habet, accommodari queunt? Non primo; ut per ſe planum; non ſecundo, qui Calvus dicebatur, ùt ſuprà oſtenſum. Non tertio, qui Craſſus; quia iſte nullum ſucceſſorem Carolum habuit, à quo fuerit imperio exutus; nimis enim longo intervallo ab illo diſtant Carolus IV. & Carolus V.

Deinde cùm diploma iſtud damnet donatio- D nem Conſtantini & cujuſdam Caroli, cur non pari ſententia damnavit donationes Pipini, Caroli Magni, Ludovici, Othonis primi? Nec Henricus ſanctus, hoc nomine Imperator primus, quidquam de hoc Othonis III. decreto ſcivit; nam non tantùm in ſua conſtitutione ejus non meminit; ſed quidquid Pipinus, Carolus Magnus, Ludovicus, Otho primus Apoſtolicæ Sedi conceſſerant, id totum diſertè confirmat; ùt patet ex ejus conſtitutione apud Baronium Anno M. XIV. Adhæc, quis credat, Othonem III. patris & avi ſui donationes infringere, & irritas reddere voluiſſe? E Nam & Othonem II. Patrem Othonis III. varias civitates S. Petro donâſſe, & antiquas confirmâſſe, planum fit ex diplomate Henrici ſancti Imp. de quo infrà.

Cæterùm, quis ſit ille Joannes Diaconus *Digitorum Mutius* ſeu *Mutilus*, cui figmentum edicti Conſtantiniani in Othoniano diplomate adſcribitur, haud promptum eſt dicere. Baronius notat, vocem illam *Mutius* deſcendere non à Latina aliqua, ſed ex recente voce Italica, qua dicitur *Mozzo*, quod Latinè *præciſum* nominamus, niſi fortè, inquit; librarius pro, *Mutilus*, ſcripſerit *Mutius*. Sed quis iſte Joannes Diaconus? Probabile arbitratur Baronius, eſſe Joannem S. R. E. Diaconum Cardinalem, quem Joannes XII. Pontif. ab exilio reverſus, abſciſſis duobus digitis, naribus, ac lingua deformavit. Lege Baronium Anno Chriſti DCCCC. LXIV. & D F CCCC. XCII. Sed cùm Othoniani diplomatis fides titubet, ùt jam vidimus, nihil eſt, cur fidem inveniat, quod ad Auctorem Conſtantiniani edicti attinet; nam ùt in aliis ita & in boc falſum dicere credi poteſt, ídque abſque ulla injuria. Lege Baronium Tom. 12. Num. 60. & ſeq.

Denique ex Baroniano exemplari corrigere licebit, errata editionis Calvinianæ, nam ut octo Comitatus fiant, legi debet; *Callium, Eſium.* Pro *digitorum mutuis; Digitorum Mutius* ſeu *Mutilus.* Pro *Foſſabrum, Foſſabrunum.*

G De boc Othoniano diplomate ita ad me ſcripſit ampliſſimus Dominus Velſerus II. vir Auguſtanus. *In eo à primo ad ultimum uſque apicem multa eſſe, quæ ſuſpectum reddant, res loquitur. Ne ſignum quidem cum duplici illo, quod Panvinius libro tertio Romanorum Principum Ottoni tribuit, convenit. Et mira fuit exſcriptoris diligentia in ſigno & bulla, quam vocant, autographi deſcribendis, cùm locum, annum, diem, Cancellarii & teſtium nomina omiſerit.*

CAPUT XXII.

De Henrici I. Imp. Conſtitutione. H

EXtat apud Illuſtriſſ. Baronium Tom. 11. Anno Chriſti M. XIV. qua Eccleſiæ Romanæ confirmantur omnes donationes factæ ab anteceſſoribus Regibus & Imperatoribus, Pipino, Carolo, Ludovico, Othone primo, & Othone filio; præter novas, quæ ab ipſo Henrico adjiciuntur. Mirum ſanè eſt, Calviniſtam noſtrum ſanctionem iſtam in ſuam farraginem retuliſſe, cùm eam ſuo in Illyrico non repererit: qui, *more ſuo ſolens*, primò in dubium vocat hoc privilegium. Si extaret in Illyrico, & privilegiis Romanæ Eccleſiæ aliquid derogaret, jam

extra omnem dubitationis aleam poſitum A eſſet.

Addit II. *Si privilegium hoc genuinum ſit, primum fuiſſe hunc Henricum, qui nimio credulus perſuaderi ſibi paſſus ſit, ut ementitum Othonis Magni privilegium confirmaret, & ratum eſſe juberet.* Et hic eſt honos, quem iſte Imperii & Imperatorum vindex Auguſtiſſimis Imperatoribus habet; ut ſcilicet nimiæ credulitatis illos arguat, & niſi Calviniano palato placita dicant & edicant, ad Cynoſarges ableget: Clamitans, *ad trutinam hæc talia privilegia revocari debere.* Si Illyricus vel ſine ullius exemplaris fide, conſtitutionem aliquam Imperatoris alicujus B produceret, qua aliquid Sedis Apoſtolicæ prærogativis detraheretur, iſte, ùt larus hians ad eſcam exoptatiſſimam hiaret, & abſque ulla ulteriore diſquiſitione, nil niſi ſeſamum & papaver ſe manducare exiſtimaret.

Pollicetur ſe ea, qua decet, *modeſtia*, examinaturum hanc conſtitutionem. *Neque enim par eſſe arbitror*, inquit, *eadem immoderatione in Pontificum privilegia inquirere, qua Baronius in Imperatorum.* Quàm verecundus noſter Calviniſta, quàm modeſtus? Jam vel ipſam Apuleianam Pſychen in certamen *modeſtiæ* vocet. Regredere ad initium hujus ſcriptionis, & recognoſces qualis frons ſit frons hæretica; & quali modeſtia ſummum C & omni laude ſuperiorem Baronium tractet.

Quiritatur, *Benedictum, qui Henricum coronavit, vocari VIII. à Baronio, quem Leopoldus Bambergenſis decimum nominet.* Sed crede mihi, Baronius in Catalogo & numero Pontificum longè fuit exactior, quàm ille Leopoldus, quippe qui in Hiſtoriis diſcutiendis totam ætatem contriverit; Et probè nôrit, quinam Pontifices in cenſum Catalogi Pontificii recipiendi, qui verò inde ſint extrudendi.

Ait Imperator in ſua ſanctione. Volumus, *ut qui ad hoc ſanctum regimen eligetur, nemine conſentiente conſecratus fiat Pontifex, priuſquam talem in præſentia Miſſorum noſtrorum ſeu univerſæ generalitatis faciat promiſſionem pro omni-* D *um ſatisfactione ac futura conſervatione, qualem Domnus & venerandus ſpiritalis Pater noſter Leo ſponte feciſſe dignoſcitur. Quis iſte Leo*, clamat Calviniſta. *Non poteſt eſſe octavus, quippe qui Henricum anteceſſerit; non nonus, utpote qui diu poſt Henricum iſtum ad Apoſtolicam Sedem evectus fuerit.* Ne te torqueas, Calviniſta. Nec nonus, nec octavus fuit; quia iſte veri Papæ, *Domni & ſpiritualis Patris* nomen non meretur; illegitimè enim intruſus fuit; ſed an præter hos duos Leones nullus alius in ſyllabo Pontificum Leo? An à tertio Leone uſque ad Henricum I. Imp. nullus Leo Cathedram Petri legitimè tenuit? Tu vide, quis promiſſionem hanc fecerit; ſive Leo tertius, ſive quartus, ſive quintus, ſive ſextus, ſive E ſeptimus, tuo judicio, fuerit, non refragabor. Quanquam mihi propè certum eſt, Henricum Imp. loqui de Leone IV. hic enim, (tametſi poſt ſuam conſecrationem) promiſſionem fecit Imperatoribus, de univerſis Imperii juribus integrè & inviolabiliter conſervandis; ùt patet apud Gratianum diſt. 20. cap. 9. & Ivonem p. 4. cap. 176. & Panormitanum lib. 2. cap. 149. Vide Baronium Anno Chriſti DCCC. XLVII.

Objicit Calviniſta: *Cur Leonem, non autem Eugenium, cujus etiam meminit; vocat Domnum & venerandum ſpiritalem Patrem noſtrum?* Propterea hujus ſingulariter cum F laude & encomio mentio facienda fuit; quia promiſſionem Imperatoribus ab ipſo ſponte factam, Imperator ſimiliter ab aliis Pontificibus fieri ſponte voluit. Quanquam conſtitutio hæc ad verbum fermè eſt expreſſa ex ſanctione & donatione Othonis I. Imp. quæ extat apud Bar. Anno DCCCC. LXII. Num. 3. Et quia Otho Leonem, primum hujus promiſſi auctorem, his titulis cohoneſtavit, neque Henricus eos eidem detrahere voluit. Ex quo etiam refellitur vanitas Calviniſtæ, qui ſemper ingerit, Leonem iſtum, *eſſe Leonem VIII. Antipapam:* quod falſum eſſe apertè convincitur ex conſtitu- G tione Othonis, quæ priùs data eſt, quàm Leo in Antipapam erigeretur. Tricatur multum Calviniſta, *cujus Henrici hoc privilegium fuerit.* Sed res clara eſt, fuiſſe Henrici ſancti, Regis Germanorum hoc nomine ſecundi, Imperatoris verò primi. Oggerit Calviniſta; *Repugnare nomenclaturam Epiſcoporum, qui ſubſcripſerunt; nam Anno M. XIV. Trevirorum Archiepiſcopus, non Bobo, ſed Egingaudus erat; Conſtantiæ, non Ricodardus, ſed Lambertus, Argentorati Wernerus, non Wicelinus, Wirziburgenſis non Mazelinus, ſed Meginhardus.* Calviniſta *more ſuo ſolens* calumnias ſtruit Baronio: qui pro certo non affirmat, datum hoc diploma Anno M. XIV. Sed pro probabili habet; ídque ob Imperatorum conſuetudinem, qui ſtatim à Coronatione Romanæ Eccleſiæ nova privilegia concedere, vel vetera confirmare ſolebant: H Et parùm refert, quocunque Anno datum ſit, dummodo ab Henrico ſancto, Imperatore datum conſtet.

Sed en, grandem Baronianæ memoriæ lapſum Calviniſta deprehendit. Nam *Baronius Anno M. XX. ſcribit Benedictum VIII. ab Imperatore evocatum, ad confirmandum Epiſcopatum Bambergenſem; Anno autem M. XIV. adducit ipſum Epiſcopum Bambergenſem necdum pro illius verbis confirmatum, totius pontificatus jura ac privilegia confirmare.* At dum iſte lapſum fictitium carpit, in lapſum verum incidit; nam Baronius non Anno M. XX. ſed M. XIX. Benedictum Bambergam abiiſſe ſcribit, ídque fidiſſimos ſcriptores ſecutus. Deinde quòd Baronius diploma

Digitized by Google

A ploma Henrici ad annum M. XIV. retulit, id non certum eſſe voluit, ſed probabile. Præterea licèt Epiſcopatus Bambergenſis à Benedicto demum Anno M. XIX. confirmatus dicatur, id de ſolenni & publica confirmatione intelligi debet. Neque enim credendum eſt, Henricum Anno M. VI. (ita habet Chronicum Conſtantienſe editum à D. Piſtorio, ſed vitioſè, alii rectè Anno M. VII.) Bambergenſem Epiſcopatum fundâſſe abſque Sedis Apoſtolicæ conſenſu & annutu, quo itidem munitus novæ ſponſæ ſponſum, hoc eſt, Epiſcopum præficere potuit: Et quidem confirmatum, licèt ſolennis illa Epiſcopatus ipſius confirmatio in annos ſequentes dilata fuerit. Et hoc ita eſſe, dilucidè liquet ex vita S. Henrici, quam manuſcriptam habeo, ex Bibliotheca Rebdorfſenſi, in qua continetur Joannis XIX. Pa-
B pæ Bulla, qua inſtitutio Epiſcopatus Bambergenſis confirmatur, & Apoſtolica auctoritate communitur, Anno M. VII.

Iterum lapſum memoriæ Calviniſta Baronio objectat. Nam Tom. 10. Anno Chriſti DCCCC. LXIV. N. 29. dicit Baronius apud Grat. diſt. 63. cap. 32. per errorem poni *Henricum primum*, cùm quidquid in illo capitulo extet, inveniatur in conſtitutione Othonis I. Imp. *Et tamen hæc verbatim leguntur*, inquit Calviniſta, *in conſtitutione Henrici* §. 8. & 9. *ab ipſo Baronio Tom. 11. Anno M. XIV. recitata*. Ego non video hic
C ullum memoriæ lapſum, ſed Calvinianum mendacium; nam Baronius ait, Henrici primi nomen errore in conſtitutionem illam irrepſiſſe, ſi, ùt Nauclerus volebat, de Henrico I. Rege, cui cognomentum *Aucupis*, patre Othonis Magni, intelligatur; Num verò Henricus Rex ſecundus & primus hoc nomine Imperator; per *Henrici* vocabulum in eo capitulo intelligi queat, de eo nihil dicit Baronius. Quocirca nihil eſt, cur Calviniſta ex benignitate lapſui huic ignoſcat, quia commentitius eſt. Utrum autem Henrici nomen eo in cap. retineri, & de quo explicari queat, diſces ex Bellarmino lib. 2. de Translat. Imperii cap. 4. & ex iis, quæ in Defenſione ad idem caput diximus. Calviniſta, in eam it ſententiam, di-
D ploma hoc datum Bambergæ Annno M. XX. cùm Benedictus VIII. eò ex Italia conceſſiſſet. Sed Benedicti adventus Bambergam ad annum M. XIX. referri debet, ùt ſuprà diximus; neque obſto, ſi quis conſtitutionem hanc hoc Anno datam velit; cujus fidem Calviniſta inaniſſimis ratiunculis elevare nititur. *Dic, bona fide, Baroni*, inquit, *quo jure fieri potuerit, ut Henricus cum Papa contraheret ea de re, quæ jam ipſius erat; aut qua ratione ampliùs Papæ fieri potuerit, cùm jure conſtitutum ſit, quod meum eſt, ampliùs meum fieri non poſſe?* Eodem nimirum titulo præciſè, quo meum eſt; meum ampliùs fieri non poteſt. At alio titulo iterum meum
fieri poteſt: nam quod meum eſt titulo hæ- E
reditatis; meum fieri poteſt titulo donationis, vel mercedis pro exantlatis laboribus; vel confirmationis à ſublimiore poteſtate, vel tranſactionis, ſi quæ liticula intervenerit. Ita & in præſenti, quæ Pontificis erant, donata olim à Carolo Magno, Ludovico, Othone primo; iterum Pontificis facta ſunt per novam confirmationem & tranſactionem Henrici ſancti. Quo obſervato, ruit tota Calviniani hujus imperitia & vociferatio, qua hic chartam conſpurcat.

Qui dicit, *ſe in nullo Germanico ſcriptore legiſſe id, quod in hac ſanctione dicitur de equo quotannis Pontifici dando ob Bambergenſem Epiſcopatum*. At ſuppetunt alii ſcriptores, qui F
hoc affirment, ùt Leo Oſtienſis lib. 2. Chron. cap. 47. & Platina in Leone IX. à te citati. Et Auctor Vitæ Henrici Imp. quæ extat Tom. 6. Antiq. Lectionis. *Eodem tempore Rex ſanctiſſimus*, inquit Auctor, *Bambergenſem fundum cum omnibus pertinentiis ſuis beato Petro Apoſtolorum Principi contradidit, & Apoſtolico Præſuli in perpetuum defendendum commendavit, & in memoriam hujus pactionis ſingulis annis album ambulatorem cum phaleris Romano præſuli dari conſtituit*. Idem totidem verbis exhibet nobis codex M. S. Rebdorffenſis. Idem liquet ex Bulla Benedicti VIII. Papæ, qua confirmat Bambergenſem Epiſcopatum; inſerta vitæ S. Henrici. Accipe Pontificis verba. *Singulis quibuſque Indictionibus ſub nomine penſionis equum unum album nobis noſtriſque ſucceſſoribus perſolvat cum ſella conveniente Romano* G
Pontifici. Idem teſtatur Cuſpinianus in Henrico II.

CAPUT XXIII.

De Henrici IV. Regis Germaniæ juramento.

Extat in Regeſto Gregorii VII. lib. 4. poſt Epiſt. 12. & apud Paulum Bernriedenſem lib. de vita & rebus geſtis Gregorii VII. Meminerunt hujus juramenti cùm alii, tum Domnizo in Mathildis vita apud Baronium Tom. 11. Anno Chriſti M. LXXVII. Calviniſta Baronium & unà H
Domnizonem calumniis & contumeliis indigniſſimè lacerat. Dat crimini Baronio, *quòd producat Domnizonem necdum editum*. Si hoc peccatum eſt; an tu illud ipſum frequentiſſimè non peccâſti, qui toties rancidos & prorſus ignobiles ſcriptores ad teſtimonium tuis in libris vocas? An non idem factum à Centuriatoribus in Centuriis, & ab Illyrico in Catalogo teſtium, cujus magna pars ex ineditis conſtat? Cupis, ut publicetur Domnizo. Idem & ego cupio. Et fiet fortè aliquando. Interea accipe, quod tibi offertur. *At ſunt tantum fragmenta*. Etiam Illyricus in Catalogo plurima fragmen-

ta

A ta tibi appoſuit; nec tamen nauſcas. Multò minùs clamitas. *Cur non operam das, ut integrum ejus ſcriptum producatur in dias luminis oras, quo ex filo ac toto orationis ductu mens Auctoris perſpiciatur.* (Nimis apertè vidiſti Domnizonis mentem, etiam ex ſolis fragmentis. Quæ cauſa, cur tanto impotentis animi impetu in eum & Baronium inveharis ac inferaris.) *Quàm captatoria ſint, Baroni, id genus fragmenta, animum tuum roga.* Quàm ineptè hæc occinis Baronio, tam aptè ea occinuiſſes Illyrico, & tibimetipſi. Nil *captatorium* in verbis Domnizonis de pœnitentia Henrici ad Canuſium acta ſcribentis. Omnia plana ſunt & perſpicua. Sed *Domnizo Poëta eſt;* (& quoties tu Poëtam de vita Caroli Magni, quem vocas *Monachum Padebornenſem*, citas? (item *adulator*; quia dicit B Henricum flexis genibus à Mathilde poſtulâſſe, ut pro ſe apud Pontificem intercederet. Hoc ferre nequit Calviniſta tanquam in gratiam Papæ & Mathildis dictum & ſcriptum. Si Domnizo Pontificem & Mathildem vituperâſſet, è veſtigio *indubitatæ fidei* Auctor à Calviniſta audiiſſet: qui Baronium docet *veritatem in Hiſtoria primam legem eſſe.* Quod Baronius nunquam ſcivit ſcilicet, & nunc poſt funera ab hoc Calviniano diſcere debet.

CAPUT XXIV.

De Conciliabulo Wormacienſi contra Gregorium VII.

C DE hoc videndus Baronius Tom. 11. Anno ſalutis M. LXXVI. qui ex Alberto Stadenſi refert Saxonicos Epiſcopos nequaquam in depoſitionem Gregorij VII. conſenſiſſe. Obſtrepit Calviniſta, *ſibi Albertum non eſſe ad manum: Itaque ſe non poſſe decernere.* At Baronio ad manum erat. Audi ipſa Alberti verba. *Anno Domini M. LXXVI. habitum eſt Concilium apud Wormaciam, præſente Henrico Rege, in quo univerſi ferè Teutonici Epiſcopi, præter Saxonicos, Gregorium Papam abdicârunt.*

Furioſiſſimè incurrit Calviniſta in Baronium, & ut eò uberiorem inſectandi mate-
D riam habeat, ex ſuo cerebro affingit Baronio, eum dicere, *Reinerum Reineccium primum fuiſſe, qui vitam Henrici IV. & Bennonem de Gregorio VII. evulgârit.* Oſtendit, hoc falſum eſſe. Bene facit; quia non Baronij, ſed ſuam falſitatem patefacit: Nam Baronius dixit, Reineccium fuiſſe *editorem; primum* fuiſſe, non dixit.

Refellit Baronius Epiſtolam Henrici ad Annonem Archi-Epiſcopum Colonienſem, tanquam ſuppoſititiam; quia Anno Archi-Epiſcopus anno præterito, hoc eſt, M. LXXV. jam obierat; & tamen anno M.LXXVI. invitatur ad Synodum Wormacienſem. Calviniſta, ut hinc ſe expediat, transmutat *Annonem* in *Hildolphum*: Et huic Epiſtolam ab Henrico inſcriptam dicit. Quod commentum neque E
Reineccio, neque Urſtiſio, neque Reübero, neque ulli alteri in mentem venit. Omnes enim iſti ediderunt hanc Epiſtolam cum *Annonis* non *Hildolphi* nomine. Id fœcundæ ſuæ Criticæ Calviniſta debet; qua inſtructus, nodos etiam indiſſolubiles diſſolvit.

Ejuſdem Critices beneficio transformat *Pentecoſten*, quæ ad calcem Epiſtolæ Henricianæ apparet, in *Heptecoſten* ſeu *Heptacoſten*; novam & in Latina Eccleſia inauditam vocem pro Septuageſima. Hanc Critices rationem ſi ſequi velimus, vix ullus error tam manifeſtus erit, cui ex apotheca Critices non ſis facturus medicinam, ſi hoc eſt medicinam facere, & non potiùs omnia ſuſque deque vertere. Ipſo Epiſtolæ exordio ſatis figmentum Calviniſticum redarguitur; nam Auctor illum, ad quem ſcribit, non tan- F
quam nuper factum; ſed ùt veteranum, & multorum meritorum Principem laudat; quod de *Hildolpho* dici nequit, qui recentiſſimus in Epiſcopatu erat tempore Conciliabuli Wormacienſis; nam ùt Bertoldus Conſtantienſis in Chronico teſtatur, *Aimo ſeu Anno venerabilis Archiepiſcopus Colonienſis, miræ ſanctitatis requievit in pace 11. Nonas Decembris, M. LXXV. cui Hiltofus impar genere & moribus ſucceſſit.* Et ſtatim pòſt in ſeptuageſima Anni M.LXXVI. initum eſt Wormacienſe Synedrion.

Ait Baronius, à nemine unquam memoriæ proditum, Legatos Henrici ita acceptos eſſe à Gregorio VII. prout architectus hujus Epiſtolæ comminiſcitur. Calviniſta non ſine immanibus conviciis Baronio *Aventinum* obtrudit. Hoc ſcilicet reſtabat; quaſi verò Ba- G
ronius non de antiquis, ſed de recentibus iſtis, & hæreſi infectis ſcriptitatoribus hoc pronuntiârit. Profer, ſi potes, priſcum canúmque teſtem: nam hunc novitium oris & ſtyli tam mali, nihil pendimus. Ne in Bennone quidem fabulam hanc de legatis invenies.

In vita S. Anſelmi Lucenſis vocatur depoſitio Gregorij VII. facinus à ſæculis inauditum. Ita etiam ipſe Gregorius in quadam Epiſtola. Objicit Calviniſta: *Papas ſæpe eſſe depoſitos ab Imperatoribus, & Synodis.* Et mox recitat ex ſuo Illyrico Epiſtolam Epiſcopo- H
rum Galliæ & Germaniæ *ad Anaſtaſium II. Pontificem Romanum, qua Papam, & Italicos Epiſcopos monent, ut ſe miſſos faciant; nec deinceps tyrannidem ſuper eos exercere pergant.* Aliam item affert Epiſcoporum Germaniæ & Belgij ad Nicolaum I. Ex Synodo Colonienſi Anno DCCC. LXIII. Sed nec illi, qui ad Anaſtaſium ſcripſiſſe dicuntur; nec, qui ad Nicolaum, vel hunc vel illum à ſede dejecerunt, & excommunicârunt; ùt Wormacienſis Conciliabuli præſules fecerunt; qui adacti ſunt non quomodocunque; ſed jurejurando interpoſito, certa in id præſcri-

A pta formula, (quæ extat apud Brunonem de Bello Saxonico) Gregorium VII. execrari & deſerere. Cujus Pſeudoſynodi, ſi omnes circumſtantias perpendamus, jure optimo id, quod ab illis factum eſt, *à ſæculis inauditum facinus*, & cujus nullum ſimile exemplum produci queat, nominari poteſt? Nam cætera omnia, quæ aliquando contra jus & fas adverſùs Pontifices acta ſunt, etiam depoſitio Joannis XII. in Pſeudoſynodo Romana, minorem turpitudinem annexam habent: quia turpitudo vitæ, qua Joannes ſeſe à calce ad verticem uſque fœdaverat, aliquo modo eos, qui Joannem deponere tentàrunt, excuſare poterat, quæ in Gregorio VII. vitæ inculpatiſſimæ viro, locum nullum habebat.

B Sed ut aliquid dicam de Epiſtola ad Anaſtaſium, nulla ejus apud ullum probatum ſcriptorem mentio extat. Exſcripſit eam Illyricus in Catalogo ex ſchedis & adverſariis manuſcriptis Aventini; nec novit, unde eam Aventinus acceperit. Et ego Epiſtolæ, cujus origo & natale ſolum neſciatur; fidem habeam? Dubitat quoque Illyricus, num ad Anaſtaſium primum, an ad ſecundum miſſa fuerit. Omnium rectiſſimè ſentiet, qui ad neutrum miſſam credet. Calviniſta noſter doctior Aventino refert eam ad Anaſtaſium II. Anno CD. XCVII. Quo nullius penitus Concilij in Gallia celebrati ullum veſtigium in Annalibus Francicis, vel aliis reperitur. Et tamen Calviniſta noſter titulo appingit hæc verba. *Ex Concilio* * Nomina, quæſo, Utopicum hoc Concilium. C Præpoſuit & titulum, quaſi *ſit ab Epiſcopis;* cum ſit ab Illyrico.

De altera Epiſtola Guntharij & Theutgaudi lege Baronium Tom. 10. Anno Chriſti DCCC. LXIII. Num. 18. & ſeqq. Et videbis, ſectarios noſtros dignìſſimos eſſe, qui hiſce tam perditis patronis & defenſoribus rem contra Romanos Pontifices agant.

CAPUT XXV.

De Conciliabulo Brixinenſi.

D HAbitum eſt hoc Anno M. LXXX. in quo à ſchiſmaticis Gregorius VII. eſt abdicatus, & Guibertus Archi-Epiſcopus Ravennæ, non Papa, ſed *Antipapa* creatus: de quo lege Baron. Tom. 11. Anno M. LXXX. quem Calviniſta hoc mendacio onerat, *quaſi id, quod in Brixinenſi Synedrio actum ſcribitur, pro fabula & commento Urſpergenſis ac Bennonis habeat.* Quod Baronius nunquam ſomniavit; Quia ſchiſmaticum illud Conciliabulum verè ab Henricianis habitum fuiſſe, Annales uno propemodum ore omnes loquuntur. Hoc dixit Baronius, crimina Gregorio VII. in illa Pſeudoſynodo objecta, & cauſas fictitiæ depoſitionis fuiſſe Schiſmaticorum mendacia & plaſmata, quod veriſſimè dictum eſſe, teſtantur quinquaginta illi Auctores, quos in Apologia pro Gregorio VII. Encomia Gregorij VII. decantantes, audivimus; parúmque moramur Calviniſtam, qui clamat, *Presbyterum Lucenſem in Hiſtoria Anſelmi Lucenſis, Wilhelmum Bibliothecarium, Bertoldum Conſtantienſem, & ſimiles, odio atque amore ductos in diverſum fuiſſe abſtractos, &. his πάθεσιν indulgentes nullo judicio res geſtas perſcripſiſſe:* quia, furore in Pontificem ebrius neminem niſi ſuum Bennonem, Illyricum, & his non diſpares, (qui Diabolicum prorſus odium adverſùs Sedem Apoſtolicam ſpirant) à ſiniſtris affectibus liberos eſſe cenſet: quò quis atrociùs calumniatur, quò impudentiùs mentitur, eò apud Calviniſticum tribunal ſincerior teſtis habetur. E F

Inceſſit Calviniſta Baronium, quòd Anno M. LXXX. Num. 27. in Epiſtola Landfranci voculam *Properè*, mutet in *præpoſterè*. Sed immeritò; nam Baronius in textu voculam *properè*, retinuit; in margine monuit; fortè; *præpoſterè*, legendum eſſe. In quo quid culpæ? Tu tibi fas eſſe cupis, ut *Annonem* mutes in *Hildolphum*; & *Pentecoſten* in *Heptacoſten*, & Baronius inexpiabile ſcelus conſciſcet, ſi moneat, fortè aliud vocabulum in locum τȣ̃, *properè* ſufficiendum eſſe.

Poſthæc Calviniſta ex ſuo Illyrico & hujus notæ aliis Mythologis corradit, quidquid controverſiæ inter Paſchalem Papam & Henricum V. Regem & IV. Imp. item inter Hadrianum & Fridericum, alióſque Papas & Imperatores extitit. G Et ubique ita comparatus eſt; ut pro Schiſmaticis, & Epiſcopatuum Abbatiarúmque & Inveſtiturarum nundinatoribus ſententiam pronunciet, nec aliter poteſt; quia Calviniſta eſt, hoc eſt, juratiſſimus omnium Pontificum hoſtis. Illuſtriſſimum & eruditiſſimum Baronium vix ampliùs tangit, non reverentiâ aut mentis in melius mutatione, ſed quia, ùt arbitror, Tomum 12. Annalium Baronianorum non viderat; quando *Rationale* ſuum, rectiùs, *Irrationale*, hoc eſt, Notas ad Conſtitutiones Imperiales, infelicibus chartis illinebat: alioqui, pro ſua moderatione vix ſibi temperâſſet, quò minùs plenis criminationum velis in Baronium inveheretur. H

CAPUT XXVI.

De Epiſtola Principum Imperii ad Innocentium III. De electione Othonis IV. in Imperatorem.

EXtat apud Baronium Tom. 10. Anno DCCCC. XCVI. N. 57. & ſeq. ubi de inſtitutione Electorum Imperii diſputat;

A tat; neque alio conſilio eam adducit, quàm ut inde evincat, tempore Innocentii III. nondum inſtitutos fuiſſe ſeptem illos Electores, ſed ad omnes Imperii Principes electionem Imperatoris pertinuiſſe; de qua opinione quid ſentiendum ſit, copiosè docui in Defenſione Bellarminiana lib. 3. de Translatione Imperii. Calvinianus Baronii calumniator, omiſſo ſcopo, quem in recitatione hujus Epiſtolæ BARONIUS propoſitum habuit; probare ingreditur, *Electionem Othonis non fuiſſe legitimam, ſed legibus & conſuetudinibus Imperii adverſantem, legitimam verò fuiſſe alteram Philippi Ducis Sueviæ ab aliis Imperii Principibus factam.* Scilicet hoc agebat eo in loco Baronius; non illud, ut quo tempore ſeptem Electores B inſtituti eſſent, demonſtraret. Scilicet Tom. 10. Anno DCCCC. XCVI. diſquirere debuit, utriusnam electio æquitati conſona fuerit, Othonis an Philippi, quæ diſputatio Tomo 13. inſtituta fuiſſet; ſi optimo Baronio diuturnior lucis uſura, qua digniſſimus erat, obrigiſſet. Et facilis eſt hujus diſquiſitionis exitus, cùm liqueat ex cap. *Venerabilem*, extra *de Electione*, Innocentium pro Othone contra Philippum Ducem ſententiam tuliſſe: Ex cujus Capituli lectione evaneſcet, quidquid nugamentorum, extra oleas ſaltitans, Calviniſta hoc loco effudit: in quibus vel maximè eminet hoc mendacium; diſcordiam, quæ ex electione Othonis & Philippi Ducis extitit Anno M. C. XCVIII. *anſam præbuiſſe Pontificiæ confirmationi ante id temporis inauditæ*: nam certo certius eſt, ante Innocentium III. Imperatores Electos, à Romanis Pontificibus fuiſſe C inunctos, conſecratos & coronatos; quæ inunctio, quæ conſecratio, quæ coronatio, nil aliud, quàm confirmatio fuit: Imò ante ſeptem Electorum inſtitutionem, Imperator Romanus, etiam à Romano Pontifice eligebatur: ùt ſuprà vidimus in Synodo Romana de Electione Caroli Calvi. Et quisnam Carolum Magnum ad Imperium elegit?

Illud item liquidò exploratum eſt teſtimoniis & exemplis ipſorum Imperatorum, nullum ex antiquis ante hanc confirmationem, hoc eſt, ante inunctionem, conſecrationem & coronationem abſolutè Imperatoris nomen uſurpâſſe; ſed *Regis* vel *Imperatoris Electi* titulo omnes contentos fuiſſe, D & Pontificiam inunctionem, conſecrationem & inaugurationem, quaſi pro ultima forma, qua Imperatores efficerentur, habuiſſe: Etiam ipſos ſchiſmaticos.

Quod probatur I. ex literis Ludovici Junioris ad Baſilium Macedonem Imp. Conſtantinop. de quibus ſuprà; ubi apertè dicit; ſe vocari Imperatorem reſpectu habito *ad unctionem & ſacrationem, qua per ſummi Pontificis manus impoſitionem divinitus ad hoc culmen ſit provectus.* Ibid. *Francorum Principes primò Reges, deinde verò Imperatores dicti ſunt,* E *ij duntaxat, qui à Romano Pontifice oleo ſancto perfuſi ſunt.* Quid clarius? Ibidem dicit Imperator; Carolum Magnum primum ex gente Francorum *unctione ejusmodi à Pontifice delibutum, Imperatorem dictum, & Chriſtum Domini factum eſſe.*

II. Idem probatur ex conſtitutione Caroli Regis Francorum & Romanorum de expeditione Romana, quam primus edidit, & commentario illuſtravit Freherus, ex quo illam quoque Calviniſta noſter exſcripſit: nec notas adjecit, ne poſt Virgilium videretur velle Æneidem componere. Exordium eſt. *Karolus, divina favente gratia, Rex Francorum & Romanorum;* Subſcriptio. *Signum Caroli glorioſiſſimi Regis*, &c. *Data VII. Idus Junii Anno ab Incarnatione Domini N. I. X.* (id F eſt, Domini noſtri JESU Chriſti) DCCXC. (Vitioſus eſt hic numerus Annorum Chriſti, ùt rectè monet Freherus) *Regni autem ejus XXII. ante conſecrationem. Nondum Auguſtus & Imperator ante conſecrationem*, inquit Freherus Scholiaſtes, qui & inter cætera ita ſcribit. *Procerum & Vaſallorum Imperii omnis ordinis officium, & ſervitium Imperatori debitum, vel primum hoc eſſe, ut Regem Romanorum ab Electoribus creatum, & ſolenni ritu Romæ in Auguſtum conſecrandum, & coronandum, honoris, & majeſtatis ergò illuc comitentur: nemo tam hoſpes apud nos eſt, qui ignoret.* En Rex Romanus Romæ in Auguſtum promovetur & coronatur.

III. Idem planum fit ex Epiſtola Henrici G VII. ad Joannem de Elnbogen Cœnobii Waldſaſſenſis in Nariſcis Abbatem, quam inter ſuas Conſtitutiones Calviniſta retulit; ubi iſta Henricus. *Divina cooperante Clementia, per eos, ad quos ſpectat, in Romanorum Regem, futurum Imperatorem ritè & concorditer electi, propoſuimus ad Urbem pro coronationis noſtræ ſuſcipiendis ſolenniis proficiſci*, &c. Agnovit ergo Henricus VII. per electionem Electorum, ſe tantummodo Imperatorem deſignatum eſſe; hoc eſt enim *in futurum Imperatorem eligi.* Qua phraſi ipſe utitur. Epiſtolam ita claudit. *Datum Romæ 4. Kalend. Julij, Regni noſtri anno quarto, Imperij verò anno primo.* Ubi vides annos Regni ab annis Imperii diſtingui, illósque numerari ab electione Ele- H ctorum: Hos ab unctione & coronatione Pontificia; ùt & ab aliis Regibus & Imperatoribus factitatum, de quibus mox. Idem Henricus VII. in ſuo Juramento. *Ego Henricus Romanorum Rex, annuente Domino futurus Imperator*, &c.

IV. Idem probatur ex antiquis ipſorum Regum & Imperatorum diplomatis; in quibus ante coronationem & inaugurationem Pontificiam nunquam ſeſe nominant Imperatores, ſed Reges; & in fine eorundem fit mentio Annorum Regni; non Imperii, niſi poſt coronationem. Habeo varia

ria

A ria manuſcripta diplomata Henrici ſancti, Bavari; quorum exordium ſemper ante conſecrationem: *Henricus divina favente Clementia Rex.* Finis poſt annum Domini & Indictionem: *Anno verò Domini Henrici Regis primo.* Aliquando; *Anno verò Henrici II. regnantis decimo.* Ubi obſerva; dici *Henricum ſecundum*, ſed *Regnantem;* non Imperantem; quia ejusdem nominis alius Romanorum Rex anteceſſit, nempe Henricus, Othonis Magni parens. At poſt Imperii coronam à Pontifice ſuſceptam exordium ita concipitur; *Henricus, divina clementia favente, Romanorum Imperator Auguſtus.* Clauſula. *Anno Dominicæ Incarnationis M. XIX. Anno verò Domini Henrici II. Regnantis 17.*
B *Imperij Anno ſexto.* Ubi palàm eſt, annos regni ab annis Imperii diſtingui.

Idem obſervatur in plurimis Henrici hujus conſtitutionibus, quæ extant in vita ejus manuſcripta in Bibliotheca Rebdorffenſi prope Aichſtadium, quam vidi & exſcripſi: Ubi Auctor; *Henricus in Imperio primus; in Regno, ſecundus. Defuncto beatiſſimo Dei famulo Anno Regni ſui XXIV. vitæ, LII. Imperii verò, undecimo.* In eadem Hiſtoria ita terminatur diploma quoddam Othonis. *Anno Regni Domini Othonis XIV. Imperii autem VII.* Idem diſcrimen obſervare licet in quodam diplomate Ludovici Bavari Imperat. Quod profert Freherus in Originibus Palatinis capite decimo tertio. *Datum in oppido noſtro Franckenfurt*, &c. *Regni noſtri anno viceſimo quarto,*
C *Imperii verò undecimo.* Edidit idem Freherus ad calcem Tomi primi ſcriptorum Germaniæ Reſcripta & diplomata Ludovici Bavari de Caſtrucio Duce Lucæ; in quorum tribus prioribus iſtud eſt exordium: *Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Finis. *Datum in Regali oppido noſtro Franckfort. IV. Kalendas Junii Anno Domini M. CCC. XIV. Regni verò noſtri X.* quia hæc diplomata ſcripta fuerant ante Pontificiam coronationem & inunctionem Ludovici. In reliquis verſo ſtylo, ſic diplomata auſpicatus eſt. *Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus*, &c. *Datum Romæ*, &c. *Regni noſtri Anno XIV.*
D *Imperii verò primo.*

Simili diſtinctione Regni & Imperii utitur quoque Ludovicus in duobus aliis diplomatis, quæ ibidem recitat Freherus. Ita olim Ludovicus; antè nimirum quàm à Marſilio Paduano, Occamo & aliis ſchiſmaticis alio ſpiritu imbueretur; quo hauſto ſimpliciter contendit, *Electum Regem Romanorum eo ipſo eſſe abſolutum Imperatorem, nec egere unctione & coronatione Pontificia;* ùt patet ex Apologia Ludovici, quam nunquam non oggerunt Hæretici. Si ita eſt; cur ipſe Ludovicus per quatuordecim ab electione annos non niſi Regem ſeſe indigitavit? Cur Imperatoris titulum non niſi poſt unctionem Pontificiam uſurpavit? Cur ab hac ſola Imperii annos numeravit?

Idem eluceſcit ex variis diplomatis Impp. E quæ Freherus profert in Appendice ad Origines Palatinas: in quorum uno: *Anno Regni Domini Ottonis XXX. Imperii verò IV.* In alio: *Anno Domini Henrici ſecundi regnantis XXIII. Imperii autem X.* In alio. *Regnante Henrico tertio Rom. Imp. Auguſto Anno XLIX. Imperante autem XVIII.* In alio. *Anno verò Domini ſecundi Henrici regnantis X.* Eandem diſtinctionem obſervavit in ſuis diplomatis Fridericus II. Imp. nam ante coronationem Pontificiam: non uſurpavit titulum Imperatoris Romani, ſed Regis. *Fridericus divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Acta ſunt hæc*, &c. *regnante Domino Friderico ſecundo Romanorum Rege glorioſo, & Rege Siciliæ, anno Regni ejus Romani primo, Regni verò ejus Siciliæ decimo ſexto.*

Idem videre licet in diplomatis variorum F Regum & Imperatorum, quæ ad calcem Chronici Mindenſis publicavit vir clariſſimus Doct. Joannes Piſtorius. (Et in iis quæ nuper prodiêrunt ſtudio & opera Erpoldi Lindenbrogii in volumine Scriptorum ſeptentrionalium.) *Otho divina propitiante Clementia Rex.* Ad calcem. *Signum Domini Othonis invictiſſimi Regis*, &c. *Anno Dom. Incarnat. DCCCC. LXI.* &c. *Anno Regni Othonis XII.* In privilegio Conradi Imp. *Anno autem Domini Conradi ſecundi regnantis IX. Imperii verò VII.* Similis diſtinctio obſervatur in reliquis omnibus diplomatis, ùt videre licet in Chronico Mindenſi, & apud omnes alios ſuperioris memoriæ ſcriptores, qui Pontificiarum conſtitutionum mentionem faciunt, ut proinde G intolerabilis ſit iſtorum perverſitas, qui nobis oculos effodere volunt, ut, quod in omnium oculos incurrit, non intueamur.

Quid, quòd ipſe Henricus Rex IV. & III. hujus nominis Imperator, Imperatoris titulo non eſt uſus, niſi poſtquam à ſuo Guiberto Antipapa coronatus eſt? Et ipſe Schiſmaticus Auctor, qui Apologiam pro Henrico IV. Rege compoſuit, hoc diſcrimen agnovit; nam Henricum ſanctum, Bavarum, vocat *Regem ſecundum, & Imperatorem primum.* Secundum, Regem; quia alius Henricus Rex jam anteceſſerat, Othonis Magni Pater. Primum Imperatorem; quia primus hoc nomine à Pontifice Romano inauguratus fue- H rat. Et ipſe Henricus ante coronationem non niſi Regem ſe ſcribebat & ſubſcribebat; ùt clarum fit ex ejus Epiſtolis, & apud Freherum in Append. ad Origines Palatinas extat diploma quoddam, cujus hæc eſt clauſula: *Actum IV. Non. Martii. Anno ab incarnatione Domini M. CIII. Indict. XI. Regnante Henrico III. Rom. Imp. Auguſto, Anno XLIX. Imperante autem XVIII.* Et hæc dicta ſint, ut retundantur Calviniſticæ calumniæ, quas Baronianus criminator ſuper hac re effutivit. Neque hic repetere opus, quæ contra ſimiles ſycophantas in Defenſione Bellarmi-

A niana de Pontifice, & de Translatione Imperii diſſeruimus.

CAPUT XXVII.

De Conſtitutione Friderici II. Imp. pro Eccleſiaſtica libertate.

PRofertur à Baronio Tom. 11. Anno Redemptoris M. XCVII. N. 78. Ex Nicolao de Arragonia. Reſpondet Calviniſta, Fridericum hanc & ſimiles conſtitutiones *Edidiſſe imprudenter, & juvenili fervore, poſtea, re meliùs perſpecta, abrogâſſe, caſſaſſe, annullâſſe.* Duo obſtant, quò minùs huic reſponſo adquieſcam. Primum; quia ſimilis prorſus Conſtitutio Friderici Imp. corpori juris eſt inſerta ad calcem librorum de B Feudis, & ab Juriſconſultis tam Catholicis, quàm Hæreticis legitur, teritur, explanatur. Quis autem credat, ſanctionem *imprudenter & juvenili fervore* promulgatam habituram fuiſſe locum in corpore Juris civilis? Quis credat; ſanctionem à Friderico *abrogatam, caſſatam, annullatam*, inter leges civiles receptam eſſe, & quidem ſub Friderici nomine, & hoc titulo. *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus*, &c. Et quia non dubito gratiſſimum eſſe Calvinianis auribus hæc talia, quæ ad Eccleſiæ dignitatem ſpectant audire, haud gravatè, ſaltem aliquam partem, recitabo. Ait ergo Imperator. *In die, qua de manu ſacratiſſimi patris noſtri ſummi Pontificis recepimus Imperii diadema; curavimus ad DEI, & Eccleſiæ ſuæ honorem,* C *edere quaſdam leges, quas in præſenti pagina juſſimus adnotari, per totum noſtrum Imperium publicandas. Per Imperialia vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eas quiſque literas in ſuo diſtrictu irrefragabiliter, & inconcuſsè ſervet. Et ſunt hæ leges*, &c.

Nulla poteſtas, vel perſona publica, vel privata collectas, ſive exactiones, angarias, vel parangarias Eccleſiis, vel aliis piis locis, aut Eccleſiaſticis perſonis imponere, aut invadere bona Eccleſiaſtica præſumat; quod ſi fecerint, & requiſiti ab Eccleſia, vel ab Imperio emendare contempſerint, triplum refundant: & nihilominus banno Imperiali ſubjaceant, quod abſque ſatisfactione debita D *nullatenus remittatur. Item, quæcunque communitas, vel perſona, per annum in excommunicatione facta propter libertatem Eccleſiæ perſtiterit, ipſo jure Imperiali banno ſubjaceat, à quo nullatenus extrahatur, niſi priùs ab Eccleſia abſolutus fuerit. Item ſtatuimus, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione, vel civili trahere ad judicium ſeculare præſumat contra conſtitutiones Imperiales, & canonicas ſanctiones: quod ſi fecerit, actor à jure ſuo cadat, & judicatum non teneat: & judex ſit ex tunc judicandi poteſtate privatus. Statuimus enim, ut ſi quis Clericis, vel perſonis Eccleſiaſticis juſtitiam denegare præſumpſerit, tertiò requiſitus, ſuam juriſdictionem amittat.*

Et quamvis poſtea inter Fridericum & non- E nullos Pontifices controverſiæ graves extiterint, & multa, ùt fit in bellicis tumultibus, quando furor potiùs regnat quàm ratio, huic legi prorſus adverſa contigerint; lex tamen ipſa nunquam per contrariam legem revocata & abrogata fuit: alioqui in corpus Juris cooptata non fuiſſet: multóque minùs locum in Jure civili reperiſſet, ſi, ùt Calviniſta mentitur, hanc & ſimiles ſanctiones *per ſub & obreptionem* à Friderico Imp. Pontifices Romani impetrâſſent.

Deinde, ut maximè aliquamdiu Fridericus Imp. leges pro libertate Eccleſiaſtica promulgatas revocâſſet; attamen poſtea in Teſtamento ſuo omnes denuo ſanxit, & primum robur obtinere juſſit, hac ſuæ voluntatis declaratione. *Relinquo totam terram Eccleſiæ liberam, & volo, quòd jura Eccleſiæ reſti-* F *tuantur.* Multa hic nugatur Calviniſta. *Primò, neſciri, ubi Fridericus vitam finièrit, & an Teſtamentum fecerit.* At Matthæus Paris in ſua Hiſtoria teſtatur, eum condidiſſe Teſtamentum, & quidem *nobiliſſimum.* Idem ſcribit tuus Simon Schardius Calviniſta in vita Friderici præfixa Epiſtolis Petri de Vineis. Audi Schardium. *Nauclerus Generat. XLII. ùt alia multa, ſic & hoc falsò ſcribit: neſciri, quo loco vitam finierit, & an teſtamento facto ſtatuerit quid; de re publica vel domeſtica.* Audin, quid contra te tuus Schardius teſtetur? *Audi plura. Poſtea teſtamentum condidit, in quo multa millia unciarum auri equitibus Hieroſolymitanis & Hoſpitalariis S. Joannis reliquit*, &c. *Hoc quoque ordinato, ut* G *quæ ad Eccleſiam legitimè ſpectarent, eidem benignè atque prolixè reſtituerent.* Hæc Schardius cum Pandulpho Collenutio.

Ait Calviniſta. *Fridericum non intuliſſe damnum Eccleſiæ, neque enim damnum dare, qui jure ſuo utitur.* Mendacium hoc refellunt omnes Hiſtorici, & inſuper verba paulò antè ex vita Friderici recitata. Nam ſi Eccleſiæ nullum damnum intulit, cur in teſtamento hæredibus mandavit, ut quæ Eccleſiæ eſſent, omnia fideliter & integrè reſtituerent? Lege, mi lector Matthæum Pariſienſem in Majore Hiſtoria fol. 648. & ſeqq. Et ſtatim prodigioſam hanc Calviniſtæ hu- H jus Pſeudologiam deteſtaberis.

CAPUT XXVIII.

De Electorum Imperij literis, quibus fatentur, Electoralem dignitatem à Sede Apoſtolica ad ſe veniſſe.

REcitantur à Baronio Tom. 10. Annalium Anno Chriſti DCCCC. XCIV. à Bellarmino lib. 3. de Translatione Imperij, & à Nicolao Serario lib. 1. Rerum Mogunt. cap. 26. Calviniſta, omiſſo Bellarmino in Baronium & Serarium incurrit; ut ſe homi-

A hominem feſtivum probet, Baronium *Philippinum*, vocat; Serarium, *Lojolanum*; quòd congregatioois Oratorij, ex qua Baronius; Philippus Nerius; Societatis autem JESU, ex qua Serarius, Ignatius Lojola Auctor & inſtitutor fuerit.

Thraſonicè multa jactat, quomodo hos duos ſit proſtraturus. Et ubi ad rem ventum eſt; convicia vomit; nec aliud agit. Nam quid ad auctoritatem Innocentij in cap. *Venerabilem* reponit? Nihil; niſi calumnias. Nempe *Innocentium, haud dubiè ægrotum, per ſomnium, in contemplativo ſuo cerebro imaginatum eſſe, dignitatem Electoralem ad certos Germaniæ Principes à Sede Apoſtolica manâſſe: hoc ignorâſſe Gregorium VII. & Hadrianum IV. ejus*
B *æmulum.* En ſolidiſſimam reſponſionem; ſi tamen ſtrenuè calumniari, eſt ſolidè reſpondere. Si quæras ex Calviniſta, unde noverit, hoc fuiſſe Gregorio VII. & Hadriano IV. ignotum, nil aliud recinet, quàm *ita ſe putare; non enim legi, illis hoc jus notum fuiſſe.* Egregiè proſus. *Non legitur, Gregorium VII. ſciviſſe, unde jus Electorum ad Germanos delatum fuerit; ergo non ſcivit.* Quis te, Calviniſta, hanc argumentandi rationem docuit? Imò ideo non fit mentio horum Electorum in monumentis Gregorij VII. quia in omnibus controverſiis, quas cum Henrico IV. Rege habuit, hoc pro certo ſemper ſupponebatur, Imperium, & quæ ad creationem Imperatoris pertinent, à Sede Apoſtolica ad Germanos veniſſe; neque Gregorius unquam electiooem Henrici in Regem
C Romanorum oppugnavit. De inveſtituris Epiſcoporum, & electione ac confirmatione Pontificis Romani potiſſimùm contendebatur: imò ipſe Henricus Imperatoris dignitatem & nomenclaturam adeò à Sede Apoſtolica proficiſci noverat; ut nomen Imperatoris priùs non uſurpârit, quàm à ſuo Antipapa Guiberto inunctus & coronatus fuiſſet.

Sed en ſuffragatorem omni exceptiooe majorem, quem nobis dat Calviniſta pro ſuis in Innocentium probris ac contumeliis,
D Leopoldum Epiſcopum Bambergenſem lib. de veteri zelo Principum Germ. qui dicit; *Non legi in antiquis Chronicis jus & poteſtatem eligendi Regem Romanorum ab Eccleſia ad certos Principes Germaniæ proveniſſe; ideo Innocentium hoc aſſerere, propter recognitionem per aliquem ex Regibus vel Imperatoribus Germanis, vel per Principes Electores ipſi Eccleſiæ Romanæ ſuper hoc factam. Auditin: Baroni & Serari,* clamat Calviniſta, *quid iſte loquitur?* Audiunt vel ex ſuperis ſedibus, quo uterque doctiſſimus Scriptor jam feliciter migravit. Audiunt, inquam, ſed non vident, quomodo Leopoldus tuis conviciis ſuffragetur: Non enim dicit; *Innocentium, ægrotantem, per ſomnium in ſuo contemplativo cerebro,* hoc finxiſſe. Nil ſimile à Leopoldo audiunt; ùt nec illud: *Hanc Imperatoris Eligendi poteſtatem à Sede Apoſtolica non fluxiſſe*; ſed tantùm audiunt dicentem: *Nihil de hoc legi in antegreſſis Hiſtoriis vel Chronicis. Hinc ſequi, Innocentium hoc per recognitionem & confeſſionem alicujus Regis, Imperatoris vel Principis Electoris cognoviſſe;* Qualis recognitio & confeſſio E
eſt inſtrumentum illud Electorum, de quo Bellarminus, Baronius, Serarius. An hoc eſt dicere; Innocentium *ſomniâſſe*, ùt tu impudenter vociferaris? An hoc eſt negare, jus Electorum & dignitatem à Sede Apoſtolica deſcendiſſe? Num dicit; *hanc rem fuiſſe inauditam ante Innocentium.*

At dicit; *non fuiſſe teſtatam Hiſtoriis vel Chronicis.* Num omnes viderat Leopoldus? F
Num univerſas legerat? An non ex Archivis Romanæ Eccleſiæ vel ex traditione, vel ex ſcriptore, qui hodie non extet, Innocentius hoc diſcere potuit? Unde ipſimet Principes qui *Innocentio hoc jus recognovêre*, ùt loquitur Leopoldus, id perſpectum habuêre? Et ſi Leopoldus Innocentio contradiceret, quis non videt, quem potiùs audire oporteret?

. Ad teſtimonium Clementis V. in Concilio Vienenſi reſpondet Calviniſta; eandem eſſe Clementis rationem, quæ ſit Innocentii; nam illum in hujus veſtigiis pedes ſuos ponere; hoc eſt, *hæc in contemplativo ſuo cerebro finxiſſe.* Sed non artis neque ingenii G
eſt calumniari, ruſticatim præcipuè, ùt iſte facit, *more ſuo ſolens.* Quis Pontifici eum generali Concilio aliquid ad Hiſtoriam ſuperioris memoriæ ſpectans affirmanti, non malit credere; quàm nudius quintus enato Calviniſtæ, qui cur jus hoc à Sede Apoſtolica proveniſſe inficietur, aliam rationem reddere nequit; quàm inexſaturabile odium, quo in Papas flagrat.

Ad Epiſtolam Electorum mentitur; *eam impetratam per ſub & obreptionem. Germanos fuiſſe Hiſtoriarum imperitos nimiſque credulos. Facilè potuiſſe in fraudem induci.* Simile propemodum reſponſum dederat Junius; cujus inſulſitatem jam in Defenſione Bellarminiana ad caput ultimum lib. 3. de Translat. Imperii caſtigavimus. Ut Sycophantandi libidinem expleant, non verentur iſti ipſos H
ſummos Principes injuriis onerare. Quæſo te, adeóne ipſi Principes Electores, Dux Saxoniæ, Palatinus Rheni, Marchio Brandeburgenſis ignorantes, & à doctis deſtituti erant; ut ex ignorantia publico inſtrumento confiterentur, ſub Rudolpho Romanorum Rege, ſe & majores ſuos *Electoralem dignitatem* à Sede Apoſtolica accepiſſe? Quàm dolendum, non extitiſſe tunc Calvinianum iſtum vel Illyricum, qui à tanto errore tantos Principes, atque adeò totam Germaniam, liberarent.

Mentitur Calviniſta, hanc Principum Electorum confeſſionem & recognitionem

fuiſſe pôſtea *caſſatam & annullatam in comit-* A *iis Reinenſibus Annô Chriſti M. CCC. XXXVIII. Epiſtolâ ad Benedictum Papam inde miſſâ*; in qua nihil penitus hae de re continetur. Tantum hoc aſſerunt Principes, ſe jura Imperii velle defendere. Quis impedit, quò minùs impigrè ea contra quoſvis invaſores defendant? Num dicere; *ſe jure Imperii tueri velle*; eſt dicere; *Jus Electorum Imperii à Sede Apoſtolica non provenisſe?*

Quòd præterea ajunt. Eum, *qui eligitur concorditer, vel à majore parte Principum Electorum, pro Rege Romanorum ab omnibus eſſe habendum, eúmque nec nominatione, appro-* B *batione, confirmatione, conſenſu, vel auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſuper adminiſtratione bonorum & jurium indigere*, id tanquam in ſchiſmate Ludovici Bavari effuſum accipi debet: Et quomodocunque accipiatur, non probat id, quod probandum erat; videlicet, iſtos Principes revocâſſe confeſſionem & recognitionem de jure electorali à Sede Apoſtolica accepto, quam ſub Rudolpho Rege palàm fecerunt Imperii Electores: aut etiam illam, quam fecit Albertus I. Imperator, Bonifacio Pontifici his verbis. *Recognoſcens igitur quòd Romanum Imperium per Sedem Apoſtolicam de Græcis translatum eſt in perſona Magnificè Caroli in Germanos, & quòd jus eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum, certis Principibus Eccle-* C *ſiaſticis & ſæcularibus eſt ab eadem Sede conceſſum, à qua Reges & Imperatores, qui fuerunt, & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladii poteſtatem ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum; pia devotione & ſincero corde profiteor, quòd Romanorum Reges in Imperatores poſtmodum promovendi per Sedem eandem ad hoc potiſſimè & ſpecialiter aſſumuntur, ut ſint ſanctæ Romanæ Eccleſiæ advocati, Catholicæ fidei ac ejusdem Eccleſiæ præcipui defenſores.*

Adde, quòd iſti ipſi, qui ad Benedictum ex Comitiis Reinenſibus ſcripſerunt, minimè affirmant; eum, qui eligitur, eo ipſo abſolutum eſſe Imperatorem; ſed Regem Romanorum; & titulum regium absque ullius ampliùs aſſenſu uſurpare, & Imperium titulo Regis (aut ùt hodie vocant, *E-* D *lecti Imperatoris*) adminiſtrare poſſe.

Petit Serarius, ut Sectarii vel unum nominent, qui neget jus Electorale veniſſe ad Germanos à Sede Apoſtolica. Calvinianus dat pro uno quinque, *Leopoldum Bambergenſem; Georginm Alten ſecretarium Norimbergenſem: Archigrammateum Colonienſem; Joannem Bämlerum*, in ſuis Chronicis Germanicis; Et *Marſilium Patavinum*. Sed primus hoc non dicit, ùt vidimus. Marſilius Schiſmaticus & Hæreticus eſt. Tres alii ſunt obſcuriſſimi; neque dicunt, quod illis iſte affingit: ùt fatebitur, quisquis eorum verba perpenderit & expenderit. Et tamen Calviniſta, thraſonicè, *vide*, inquit, *Serari*, E *quàm dapſiliter munificus ſim; pro uno teſte, quem flagitâſti, en tibi quinque.* Quorum unus duntaxat, & quem Serarius non magis poſtulabat, quàm Illyricum, illud dicit, quod tu dictum velles.

Obſervetur autem impoſtura Calviniſtæ in literis Ludovici Palatini Electoris admiſſa. Nam titulum ita proponit. *Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Joannes & Adalbertus Duces Saxoniæ, Otto Marchio Brandeburgenſis univerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem in Auctore ſalutis.* Non enim easdem ſimul ſcripſerunt litteras, F ſed ſinguli ſingulas, quamvis eodem propemodum verborum tenore, ùt teſtatur Baronius Anno DCCCC. XCVI. qui harum Epiſtolarum exemplaria vidit & legit. Solus ergo Ludovicus ſcripſit ſuas. Solus Otho ſuas. Soli Joannes & Adalbertus ſuas, diviſim ſcripſerunt, inquam, non conjunctim; Et tamen Epiſtolas diverſas conflat iſte in ſuo Calviniano conflatorio in unam.

CAPUT XXIX.

De Confeſſione Auguſtana.

RIdiculum factum; Etiam Auguſtanam G Confeſſionem Conſtitutionibus Imperialibus Calviniſta intexuit; Et quidem primigeniam illam, ùt profitetur, non quam poſtea Philippus iterum iterúmque recoxit ac reconcinnavit. Non inquiram, an nobis det verba loco intactæ illius Confeſſionis invictiſſimo Imp. Carolo V. oblatæ. Credamus ita eſſe. Illud diſplicet, quod ùt plerumque aliàs, ita & hic novum titulum comminiſcitur; *Sacri Romani Imperii Principum ac Ordinum Proteſtantium Confeſſio fidei Catholicæ*; nam in nulla, opinor, Confeſſionis Auguſtanæ editione, hanc inſcriptionem invenies, & omnium minimè in illa, quæ Carolo V. exhibita; à quo certè exiguam benevolentiam iniiſſent, ſi eam exiſtimationem, quam ipſe pro hæreſi reputabat; *Confeſſioniſtæ* in ipſo veſtibulo pro fidei Catholicæ Con- H feſſione venditâſſent.

Deinde quid ad Calviniſtam Confeſſio Auguſtana, potiſſimùm prima illa? cùm Sacramentarii ferè non primam, utpote adhuc in multis Semipontificiam; ſed illam vel illas urgeant, & ad errores ſuos adaptent, quas labentibus annis Philippus apertiùs ad Calvini ſenſum expolivit. Fateor, à Calvino in ſuis Epiſtolis ne primam quidem rejici; *ſed ſano & probo intellectu*, inquit, hoc eſt, ſi intelligatur, non ùt à Lutheranis hodie, ſed ùt à Calvino intelligitur: & ùt eam ab ipſo ſuo Auctore Philippo tacitè priùs; poſtea manifeſtiùs intellectam fuiſſe contendit. Ille ipſe tamen Calvinus Epiſt. 313. quæ eſt ad Bezam

A zam, Confeſſioni Auguſtanæ univerſim ſeu primæ, ſeu illis, quæ ex prima natæ ſunt, hanc impertit benedictionem. *Auguſtana confeſſio, ùt ſcis, fax eſt veſtra Furia ad excitandum incendium, quo conflagret tota Gallia. Sed quærendum eſt, quorſum obtrudatur, cùm ſemper ejus mollities cordatis diſplicuerit, Auctorem ejus pœnituerit*, &c. *Omitto, quod ejus brevitas & obſcura, & prateritis quibuſdam maximi momenti capitibus mutila eſt. Cæterùm abſurdum eſſet, neglecta Confeſſione Gallorum, illam arripere.* Et tamen huic tam *molli, obſcura & mutilæ confeſſioni* ſub cujus umbra multi, B *pacem & otium captando moleſtias, odia, crucem denique fugiunt*, inquit Calvinus Epiſt. 298. ad Valdenſes, Calvinus ipſe ſubſcripſit, ùt teſtatur Epiſt. 236. *Sed eo ſenſu, quo Auctor ipſe eam interpretatus eſt.* At qua fide ſubſcripſit, eadem poſtea à ſuo Chirographo deſcivit; & novam Confeſſionem pro ſe & ſuis cudit, ne Melanchthonis videretur eſſe diſcipulus.

C Quid Calviniſtæ noſtro cum Auguſtana confeſſione, quæ, ùt inquit Hoſpinianus Calvini ſectator, altera parte Sacramentariæ Hiſtoriæ vel potiùs Confuſionis, fuerit *molliſſimè & languidiùs quàm oportet, ſcripta, ſtudio ſe accommodandi opinionibus & locutionibus Papiſticis:* Et ut plurima, quæ palato Calviniano extremè adverſantur, prætercam, quomodo Calviniſta noſter hunc Confeſſionis Auguſtanæ bolum deglutire poſſet? *Falsò accuſantur Eccleſiæ noſtræ, quòd Miſſam aboleant. Retinetur enim Miſſa apud nos, & ſumma reverentia celebratur. Servantur & uſitatæ cæremoniæ ferè omnes: Neque valet Gloſſa*, inquit Hoſpinianus, *qua Ubiquiſtæ moderni ſe elabi hic poſſe ſperant, nempe*, Miſſæ *nomen in hoc articulo pro Cœna Domini accipi: nam de Cœna Domini decimus articulus eſt poſitus, de Miſſa hic ſeorſim agitur.* E

Adhæc, ſi Calviniſta ideo Auguſtanam Confeſſionem in ſuum Centonem inſuit; quia à ſeptem Principibus, & duabus civitatibus ſubſcripta & publicè comprobata fuit; multò magis librum Concordiæ Farragini ſuæ illigare debebat; quia longè plurium Principum & civitatum Imperii ſuffragiis liber ille comprobatus in publicum exiit, quàm Confeſſio Auguſtana.

Quid commeruit Confeſſio quatuor Civitatum Argentorati, Conſtantiæ, Memmingæ, Lindavii, Cæſari cum Auguſtana confeſſione, exhibita, ut in hoc venuſtiſſimo Imperialium Conſtitutionum volumine F ſtationem nullam reperiret? Nam quòd Confeſſionem Zvvinglij omiſit; id accidit, quia non in Imperio, ſed extra nata fuerat; titulus autem operis *ſtatuta & reſcripta Imperialia* nobis pollicetur. At cur hoc honore dignatus non eſt ſaltem alias Confeſſiones in Imperij ſolo progenitas; qualis Confeſſio Saxonica, Wirtebergenſis, Mansfeldenſis, & aliæ ſine numero; Vix enim ullum ſæculum feracius fuit *Confeſſionum*, quàm hoc noſtrum.

Dicet fortaſſe. *Has non eſſe profectas à Principibus Electoribus: Suum volumen ipſo primo aſpe-* G *ctu promittere Imperatorum, Cæſarum Auguſtorum, Regum & Principum Electorum S. R. Imperij ſtatuta & Reſcripta Imperialia.* Si hoc ita; cur ergo ſuo Codici tot Bullas Pontificum, imò & Pſeudopontificum ſanctiones infercit, obſtante titulo; qui nil niſi ſtatuta & Reſcripta Imperatorum, Cæſarum, Regum & Principum Electorum ſpondet? Jam claudamus rivos, quia ſatis ſupérque prata bibiſſe videntur.

LECTORI.

D *Amice Lector, cùm hæc Apologia ſub prælo typographico verſaretur, miſit ad me ampliſſimus Dominus Marcus Velſerus Inclytæ Reipublicæ Auguſtanæ IIvir, ſequens priſci ævi monumentum, unà cum conjectura de Auctore. Nolui* H *permittere; ut diutiùs in tenebris lateret. In lucem exire juſſi; quod Eccleſiaſticæ diſciplinæ fauſtum ſit ac fortunatum; eritque ùt ſpero; ſi, qui in ſortem ac miniſterium Domini cooptati ſunt, hæc tam ſalutaria monita in intimas medullas demittant, & ex eorum præſcripto, vitam, mores & actiones ſuas componere ſtudeant. Numeri abſunt â Manuſcripto Codice; quos claritatis & diſtinctionis gratiâ apposui.*

Ex Codice M. S. monaſterij Nereſheimenſis ſcripto Anno Chriſti M. IX. quod ex verbis iſtis colligitur: *Anni ab initio mundi uſque in Adventum Domini ſecundùm Hebraicam veritatem, anni ſunt* $\overline{\text{III}}$*. DCCCC. LVI. ſecundùm verò Interpretes anni* $\overline{\text{V}}$*. CI. XC. IX. Colliguntur autem anni omnes à Creatione primi hominis uſque in VII. annum Hainrici Imperatoris ſecundùm Hebraicam veritatem* $\overline{\text{IV}}$*. DCCCC. LXV. ſecundùm verò Interpretes* $\overline{\text{VI}}$*. DCC. VIII.*

SER-

SERMO SYNODALIS
QUI IN SINGULIS SYNODIS PAROCHIANIS PRESBYTERIS ENUNCIANDUS EST.

FRatres Preſbyteri, & Sacerdotes Domini, cooperatores noſtrè ordinis eſtis. Nos quidem, quamvis indigni, locum Aaron tenemus; vos locum Eleazari & Ithamaris. Nos vice XII. Apoſtolorum fungimur; vos ad formam LXX. diſcipulorum eſtis. Nos paſtores veſtri ſumus; vos paſtores animarum vobis commiſſarum. Nos de vobis rationem redditurì ſumus ſummo paſtori Domino JEſu Chriſto; vos, de plebibus vobis commiſſis. Et ideo chariſſimi, videte periculum veſtrum. Admonemus & obſecramus fraternitatem veſtram, ut de communi ſalute veſtra cogitantes attentiùs, audiatis admonitionem noſtram, & quæ vobis ſuggerimus, memoriæ commendetis, & opere exercere ſtudeatis.

I. *Inprimis admonemus, ut vita & converſatio veſtra irreprehenſibilis ſit.*

II. *Scilicet ut cella veſtra ſit juxta Eccleſiam, & in ea fœminas non habeatis.*

III. *Omni nocte ad nocturnas ſurgite: curſum veſtrum certis horis decantate.*

IV. *Miſſarum celebrationes religiosè peragite: corpus & ſanguinem cum timore & reverentia ſumite. Vaſa ſancta propriis manibus abluite & abſtergite.*

V. *Nullus cantet miſſam, niſi jejunus.*

VI. *Nullus cantet*, qui non communicet.* [* *Miſſam ſcilicet.*]

VII. *Nullus cantet ſine amictu, alba, ſtola, fanone, planeta. Et hæc veſtimenta nitida ſint, & ad nullos alios uſus ſint.*

VIII. *Nullus cum alba, qua in ſuos uſus utitur, præſumat miſſam cantare.*

IX. *Nulla fœmina ad altare Domini accedat, nec calicem Domini tangat.*

X. *Corporale mundiſſimum ſit; altare coopertum de mundis linteis.*

XI. *Super altare nihil ponatur, niſi capſæ & reliquiæ, aut fortè quatuor Evangelia, & * buxida cum corpore Domini, ad viaticum infirmis: cætera in nitido loco recondantur.* [* Pyxis, Pyxidicula.]

XII. *Miſſale, plenarium, lectionarium & Antiphonarium unaquæque Eccleſia habeat.*

XIII. *Locus in Sacrario, aut juxta altare ſit præparatus, ubi aqua effundi poſſit, quando ſacra vaſa abluuntur. Et ibi vas nitidum dependeat, ibique ſacerdos manus lavet poſt communionem.*

XIV. *Eccleſiæ ſint cooperta benè, & camerata, & atrium ſit ſepe munitum.*

XV. *Nullus extra Eccleſiam per domos, aut in locis non conſecratis miſſam cantet.*

XVI. *Omnis presbyter Clericum habeat aut ſcholarem, qui Epiſtolam vel lectionem legat, & ad miſſam reſpondeat, & cum quo Pſalmos cantet.*

XVII. *Nullus ſolus miſſam cantet.*

XVIII. *Nullus cum calcariis, quos * ſporones ruſticè vocamus, & cultellis extrinſecus dependentibus miſſam cantet; quia indecens eſt, & contra regulam Eccleſiaſticam eſt.* [* Sporen.]

XIX. *Calicem & * oblatam rectâ cruce ſignate, id eſt, non in circulo & variatione digitorum, ùt plurimi veſtrè faciunt, ſed ſtrictis duobus digitis & pollice intus recluſo, per quos Trinitas innuitur, ✠ iſtud ſignum rectè facere ſtudete; non enim aliter quidquam poteſtis benedicere.* [* hoſtiam.]

XX. *Infirmos viſitate, & eos reconciliate, & juxta Apoſtolum, oleo ſancto inungite, & propria manu communicate. Et nullus præſumat tradere communionem Laico, aut fœminæ ad deferendam infirmo.*

XXI. *Nullus veſtrûm pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis ſepeliendis, præmium vel munus exigat.*

XXII. *Videte, ne per negligentiam veſtram ullus infans ſine baptiſmo moriatur.*

XXIII. *Nullus veſtrûm ſit ebrioſus, aut litigioſus; quia ſervum Domini non oportet litigare.*

XXIV. *Nullus veſtrûm arma ferat in ſeditione; quia arma veſtra debent eſſe ſpiritualia.*

XXV. *Nullus canum aut avium jocis inſerviat.*

XXVI. *Nullus in tabernis bibat.*

XXVII. *Unuſquiſque veſtrûm quantum ſapit, plebi ſuæ de Evangelio, vel Apoſtolo die Dominico, vel feſtis diebus annunciet.*

XXVIII. *Verbum Domini debetis prædicare.*

XXIX. *Curam pauperum, peregrinorum, & orphanorum habete, & eos ad prandiola veſtra invitate.*

XXX. *Eſtote hoſpitales, ut alii à vobis exemplum bonum ſumant.*

XXXI. *Omni die Dominica ante miſſam, aquam benedictam facite, unde populus aſpergatur. Et ad hoc ſolum vas habete.*

XXXII. *Sacra vaſa & veſtimenta ſacerdotalia nolite in pignore dare negotiatori, aut tabernario.*

XXXIII. *Nullus veſtrûm uſuras exigat, & conductor ſui fœnoris exiſtat.*

XXXIV. *Res & facultates, quas poſt diem ordinationis veſtræ acquiritis, ſciatis ad Eccleſiam pertinere.*

XXXV. *Nullus ſine ſcientia & conſenſu noſtro Eccleſiam acquirat.*

XXXVI. *Nullus per pecuniam alterius Eccleſiam ſupplantet.*

XXXVII. *Nullus Eccleſiam, ad quam titulatus eſt, relinquat & ad aliam quæſtus cauſâ migret.*

XXXVIII. *Nullus plures Eccleſias teneat ſine adjutorio aliorum presbyterorum.*

XXXIX. *Nullatenus una Eccleſia inter plures dividatur.*

XL. *Nullus alterius parochianum, niſi in itinere, & cùm placitum fuerit ad Miſſam recipiat.*

XLI. *Nullus in alterius parochia Miſſam cantet.*

XLII. *Nullus pœnitentem invitet carnem manducare, & bibere vinum, niſi pro eo ad præſens eleemoſynam fecerit.*

XLIII. *Nullus præſumat baptizare niſi in vigilia Paſchæ & Pentecoſtes; niſi propter periculum mortis.*

XLIV. *Unuſquiſque fontes habeat; & ſi non poteſt lapideos, habeat aliud vas ad hoc præparatum, in quo nihil aliud fiat.*

XLV. *Videte, ut omnibus parochianis veſtris ſymbolum & orationem Dominicam inſinuetis.*

XLVI. *Jejunium quatuor Temporum & Rogationum & Letaniæ majoris plebibus veſtris omnimodis obſervandum inſinuate.*

XLVII. *Feria IV. ante quadrageſimam plebem, ad confeſſionem invitate, & ei juxta qualitatem delicti; pœnitentiam injungite, non ex corde veſtro, ſed ſicut in pœnitentiali ſcriptum eſt.*

XLVIII. *Quater in anno, id eſt, ad Natale Domini, & Cœnam Domini, Paſcha & Pentecoſten, omnes fideles ad communionem corporis & ſanguinis Domini accedere admonete.*

XLIX. *Certis temporibus conjugatos ab uxoribus abſtinere exhortamini.*

L. *Eulogias poſt Miſſam in diebus feſtis plebi tribuite.*

LI. *Nullus induatur veſtimentis laicalibus.*

LII. *Nullus rem, aut poſſeſſionem, aut mancipium Eccleſiæ vendere, aut commutare, aut quocunque ingenio alienare præſumat.*

LIII. *Diem Dominicum & alias feſtivitates abſque opere ſervili à veſpera uſque ad veſperam celebrari docete.*

LIV. *Cantus & choros mulierum in atrio Eccleſiæ prohibete.*

LV. *Carmina diabolica, quæ ſuper mortuos nocturnis horis vulgus facere ſolet, & cachinnos, quos exercent, ſub conteſtatione DEI omnipotentis vetate.*

LVI. *Cum excommunicatis nolite communicare.*

LVII. *Nullus illis præſumat Miſſam cantare: ſed & plebibus vobis commiſſis hoc annunciate.*

LVIII. *Ad nuptias nullus veſtrûm eat.*

LIX. *Omnibus annunciate, ut nullus uxorem accipiat; niſi publicè celebratis nuptiis.*

LX. *Raptum omnimodis prohibete: & ut nullus ad proximam ſanguinis ſui accedat, & ut alterius ſponſam nullus ducat.*

LXI. *Porcarios & alios paſtores vel Dominica ad Miſſam venire facite.*

LXII. *Patrini filiolis ſuis ſymbolum & orationem Dominicam inſinuent, aut inſinuari faciant.*

LXIII. *Chriſma ſemper ſub ſera ſit aut ſigillo, propter quoſdam infideles.*

LXIV. *De miniſterio etiam vobis commiſſo vos admonere curamus, ut unuſquiſque veſtrûm, ſi fieri poteſt, expoſitionem ſymboli & orationis Dominicæ juxta traditionem orthodoxorum penes ſe ſcriptam habeat, & eam pleniter intelligat, & inde, ſi novit, prædicando populum ſibi commiſſum ſedulò inſtruat: ſi non, ſaltem teneat, vel credat.*

LXV. *Orationes quoque Miſſarum, & canonem bene intelligat. Et ſi non, ſaltem memoriter ac diſtinctè valeat proferre.*

LXVI. *Epiſtolam & Evangelium bene legere poſſit; & utinam ad literam ejus ſenſum poſſet manifeſtare.*

LXVII. *Pſalmorum verba & diſtinctiones regulariter ex corde cum canticis conſuetudinariis pronunciare ſciat.*

LXVIII. *Sermonem, ut ſuprà diximus, Athanaſij Epiſcopi de fide Trinitatis, cujus initium eſt,* Quicunque vult, *memoriter teneat.*

LXIX. *Exorciſmos & orationes ad catechumenum faciendum, ad fontem quoque conſecrandum, & reliquas preces ſuper maſculum & fœminam, pluraliter & ſingulariter, diſtinctè proferre valeat.*

LXX. *Similiter baptizandi, ad ſuccurrendum infirmis, ordinem quoque reconciliandi, juxta modum ſibi canonicè ſervatum, atque ungendi infirmos, orationes quoque eidem neceſſitati competentes, bene ſaltem ſciat legere.*

LXXI. *Similiter ordinem & preces in exequiis agendis defunctorum.*

LXXII. *Similiter exorciſmos & benedictiones ſalis & aquæ memoriter teneat.*

LXXIII. *Cantum diurnum & nocturnum noverit.*

LXXIV. *Computum minorem, id eſt, epactas concurrentes regulares, terminum Paſchalem & reliquos ſapiat, ſi eſt poſſibile.*

LXXV. *Martyrologium & pœnitentiale habeat, & cætera.*

Volumus autem fratres chariſſimi, quatenus quæ noſtra percepiſtis traditione, quantum humana patitur infirmitas, bonis ſtudeatis operibus adimplere: præſtante Domino noſtro JESU Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat DEUS per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

CONJECTURA
DE AUCTORE SUPRADICTI SYNODALIS SERMONIS.

CUm Codex Neresheimi in Auguſtana diœceſi, Anno Chriſti M.IX. hoc eſt, trigeſimo ſexto poſt mortem S. Udalrici ſcriptus ſit, veriſimile ſit, Synodales has conſtitutiones à S. Udalrico fluere, quas ſequentes deinde Epiſcopi, quod inſcriptio innuit, ſæpiùs repetere & proponere conſueverint.

S. Udalricum Epiſcopum, Auguſtanum eſſe prædicti ſermonis Auctorem.

Primum verò earum auctorem S. Udalricum eſſe, magnopere confirmat locus vetuſti ſcriptoris in vita cap. 6. *In quibusdam autem diebus Capitula Clericis habere diſpoſuit, in his locis, ubi hæc aptiſſimè fieri archipresbyteri putaverunt, & ubi eum ab aliis mundanis conciliis abſolutiorem eſſe arbitrabantur. Congregatis ante ſe Clericis, archibresbyteros & decanos, & optimos, quos inter eos invenire potuit, cautè interrogavit, qualiter quotidianum DEI ſervitium ab eis impleretur, & qualiter populus illis ſubjectus, ex eis regeretur in ſtudio prædicandi, docendique, quantáque cautela infantes baptizarentur, infirmi viſitarentur, & ungerentur, defunctorum etiam corpora quanta compaſſione ſepulturis traderentur, qualiter de decimis & oblationibus fidelium pauperes recrearentur, viduis & orphanis in univerſis neceſſitatibus ſubvenirent, quantóque ſtudio in hoſpitibus & advenis Chriſto miniſtrarent: ſi ſubintroductas mulieres ſecum habuiſſent, & inde crimen ſuſpicionis inciderent; ſi cum canibus & accipitribus venationes ſequerentur; ſi tabernas cauſa edendi vel bibendi ingrederentur; ſi turpes jocos in uſu haberent, ſi ebrietates, & comeſſationes ſupra modum amarent, ſi rixis & contentionibus & æmulationibus deſervirent, ſi nuptiis ſecularibus intereſſent, vel ſi aliqui eorum miniſteria indecentia in conſuetudine haberent, ſi per Kalendas more anteceſſorum ſuorum ad loca ſtatuta convenirent, ibique ſolitas orationes explerent, ſuáſque Eccleſias ad tempus reviſerent, ſi obedientiam eorum magiſtris præbuiſſent, & in toto ſuo miniſterio devoti & apti manere ſtuduiſſent.* Cùm pleræque harum interrogationum conſtitutionibus reſpondeant, tempus præterea locúſque conveniant, profectò nihil vetat uni eidem S. Udalrico conſtitutiones & interrogationes tribuere.

GERHOHI
REICHERSPERGENSIS
IN BAVARIA PRÆPOSITI
DE
HENRICO IV. ET V. IMPP.
ET GREGORIO VII. NONNULLISQUE
CONSEQUENTIBUS
ROMANIS PONTIFICIBUS
Syntagma.

ACCESSIT
REFUTATIO ALOGIARUM
ANNÆ COMNENÆ IN ALEXIADE
CONTRA EUNDEM GREGORIUM VII.

ET
RETECTIO INSIPIENTIÆ ET
FALSIMONIÆ GOLDASTINÆ
in Tertio Tomo Conſtitutionum
Imperialium.

AUCTORE ET EDITORE
JACOBO GRETSERO
SOCIETATIS JESU
THEOLOGO.

Digitized by Google

NOBILI, CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO DOMINO CHRISTOPHORO GEVVOLDO,

J. U. DOCTORI, SERENISSIMI BOJORUM DUCIS MAXIMILIANI CONSILIARIO INTIMO.

JACOBUS GRETSERUS *SOCIETATIS JESU.*

CUm ſuperioris anni autumno Monachium veniſſem, obtuliſti mihi, Vir Clariſſime, planè ex improviſo, & præter exſpectationem, quamvis non præter votum, Gerhohum, ſeu Gerochum Reicherſpergenſem in Bavaria olim Præpoſitum, quem, indicio Aventini, de nomine noveram, cupidiſſimus ejusdem propiùs, & ùt dici ſolet, *de facie* noſcendi, cujus deſiderij mei ſatis luculentam ſignificationem dederam in Præloquiis ſeu Prolegomenis ad Paulum Bernriedenſem, Gerhohi in defenſione Gregorij VII. Pontificis Maximi ſocium.

Quo autem gaudio, qua mentis voluptate, librum, cujus adipiſcendi ſpem jam abjeceram, complexus fuerim, ipſemet oculatus teſtis teſtari potes; mihi enim librorum mercibus nihil charius aut jucundius accidere ſolet, præſertim iis, in quibus cauſa Dei & Eccleſiæ Catholicæ contra hæreticos & Schiſmaticos agitur. Et cùm univerſim omnes Pontifices Romanos, tanquam Chriſti Vicarios, & S. Petri ſucceſſores, reverenter colam ac venerer, neſcio tamen, qua ratione mens mea potiſſimùm, ex ſuperioris memoriæ Pontificibus, feratur, imò & rapiatur ad Gregorium VII. virum, ùt ſanctitate, ita & animi magnitudine eximium; & nec proſpero rerum curſu langueſcere, multóque minus inſoleſcere; nec adverſæ fortunæ procellis, frangi conſuetum. Quæ cauſa me impulit, ut in vindicationem hujus tanti Antiſtitis à recentium & veterum ſectariorum criminationibus, diligenter incubuerim, inquirendo, & proferendo novas & priſcas copias, quibus adverſariorum in hunc ſupremum Chriſtianæ religionis præſulem ac præſidem impreſſio propulſaretur; cujus mei, qualis qualis ſtudij, teſtes habeo Paulum Bernriedenſem, & Apologiam, & in hac comprehenſum Bernardum ſeu Bernaldum Conſtantienſem Presbyterum.

Cæterùm, etſi ex Aventini lectione arbitrabar, Gerhohum ſeu Gerochum vitam & res geſtas Gregorij VII. ex profeſſo in literas miſiſſe;

fiſſe; vel Apologiam propriè pro ipſo Gregorio adversùs illius oppugnatores, inſtituiſſe; viſo tamen ipſo Auctore, comperi, rem ſecus ſe habere; Et in illo volumine Gerocho *inveſtigationem Antichriſti* præcipuè propoſitam fuiſſe; quem ille ſingulari quadam nec probanda opinione inductus, exiſtimat, non eſſe unum & ſingularem hominem ſub mundi clauſulam, exoriturum; ſed omnes Eccleſiæ orthodoxæ oppugnatores & perſecutores, ſive Ethnicos, ſive Hæreticos, ſive Schiſmaticos. Et quia Henricus IV. Eccleſiam graviſſimè afflixerat, ùt & filius ejus Henricus V. creatis aliquot Antipapis, ut *Cadaloo, Guiberto, Burdino;* ideo de his eorúmque nefariis auſis & actis, Gerhohus diſſerit; quia oſtendere volebat, hos tam impia & ſcelerata adversùs Petri ſedem & Orthodoxam fidem aggreſſos, ſatis ſupérque implêſſe ſcripturas de Antichriſti immanitate ac tyrannide vaticinantes.

At nos omiſſa hac paradoxia (quam tamen ipſe Gerhohus in Epiſtola dedicatoria ad Eberhardum Archi-Epiſcopum Salisburgenſem, à ſe non *definientis*, ſed *inquirentis* more proponi palàm affirmat) accipiamus id, quod nobis *Hiſtorico ſtylo*, quemadmodum ipſemet loquitur, de Henricis IV. & V. & de Gregorio VII. & aliquot aliis conſequentibus Pontificibus ſuppeditat.

Quæ ex opere Gerhohiano exſcripta & excerpta, Tibi, *Nobilis & clariſſime domine Doctor*, offero, primùm, ut fidem meam liberem. Secundò, ut hoc commune beneficium in Gregorium VII. ejúsque defenſores collatum, ad te, tanquàm ad fontem & originem, redeat, & quaſi refluat. Tu enim Gerochum, ubique gentium, etiam Reicherſpergæ, fruſtra à me, licèt perquam ſtudioſè, quæſitum, ex latebris eduxiſti, eductúmque mihi in manus tradidiſti. Non igitur tantùm ingratus, ſed & omnino inverecundus eſſem, ſi Gerochianis poſtibus alium *titulum* appenderem, quàm iſtum: D. CHRISTOPHORUS GEVVOLDUS REPERIT. Tertiò, hoc veluti publico teſtimonio omnibus teſtatum facere volui, te inter graviſſimas Reipublicæ Bavaricæ occupationes, quibus quotidie diſtineris, eum eſſe, qui à Bibliothecis, & quæ in iis latent, antiquorum monumentis, curam & cogitationes tuas nequaquam abducas, ſed in iis perluſtrandis, ſedulam prorſus operam ponas, cui tuo in omnes antiquitatis ſtudioſos merito deprædicando, me præcone haud eges, utpote, qui nimis indiſertus ſim; nemóque id, quod jam dixi, vero conſonare, luculentiùs probaturus ſit, quàm tu ipſe, quando Chronicon Reicherſpergenſe, tua cura inventum, foras prodire, multiſque prodeſſe jubebis.

Interea accipe hoc ex tuo Gerhoho fragmentum; at non ſolum, ſed duplici comite comitatum; Apologia nimirum pro eodem Gregorio VII. contra Alexiadem Annæ Comnenæ; & altera, adversùs quendam Calviniſtam, qui in Calviniana ſua cathedra ſeſſitans *Conſtitutiones Imperiales* ſine modo ac numero dictat, & ſomnia ſua, vel ſibi ſimilium pro Reſcriptis & ſtatutis Imperialibus venditat; qui ſi cauſam apud vos Jureconſultos dicere cogeretur, *brevibus Gyaris*, aut certè *longo carceri* addiceretur. At jam verbis compendium facio, & illud etiam atque etiam oro, ut hoc meæ in te obſervantiæ qualecunque argumentum gratum habere velis, non tam cogitans, quantum ſit; quàm à quanto animo proficiſcatur. Ingolſtadij XII. Decembris Anno Redemptoris. M. DC. X.

A

LECTORI.

NE ſis neſcius, quis Gerhohus, ſeu, ùt ab Aventino nominatur, Gerochus, fuerit, placet ejus vitam ex Reicherſpergenſi Chronico attexere.

E

CHRONICON REICHERSPERGENSE.

ANno M.C.XXXII. Magiſter Gerhohus ſuſcepit Præpoſituram Reicherſpergenſis loci à Chunrado Salzburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo Dominus Goteſchalcus ejusdem loci Præpoſitus ſponte in manum ejusdem Epiſcopi ipſam Præpoſituram reſignaverat.

B

IDEM CHRONICON.

Quando mortuus Gerhohus.

ANno M. C. LXIX. obiit ſanctæ memoriæ magiſter Gerhohus in ſenectute bona V. Kalendar. Julii, poſtquam ſtrenuè & fideliter præfuiſſet cœnobio Reicherſpergenſi paulò minùs quàm XXXVIII. annis. Qui quoniam in modico fidelis inventus eſt, fideliter talentum ſibi à Domino creditum erogando, ſuper multa conſtitutus, non dubitatur jam ingreſſus in gaudium Domini ſui, expletis annis vitæ ſuæ LXXVI. Indict. II. & ſacerdotii ſui XLIII.

Pueritia Gerhohi & patria.

Hic prædicandus Pater ab ipſo puerili ævo ſecutus Dominum memoratur. Cùm enim ex placito parentum literis diſcendis

C

applicatus fuiſſet in domo paterna ſeu patria, quæ Pollinga dicebatur, omnes coævulos ſuos vivacitate ingenioli, ac tenacitate memoriæ viſus eſt tranſcendere: cùm tamen aliàs in his, quæ à pueris in pueritia geri ſolent, cæteris ſimplicior, ac doli incapacior inveniretur. Inde & lineam ſui generis factis & dictis ſuo in tempore extulit; bibens jam in pueritia, quod ructuavit poſtea. Hinc cùm XVI. eſſet annorum, percuſſúsque eſſet plaga & dolore importabili, pueri Joſeph imitator eſt factus, pudore bono repletus. Nam ſanatus ab eâdem infirmitate, ad propoſitum caſtitatis mentem aptavit, totúsque ex tunc ſcholaſticis exercitamentis inſervivit in civitate Friſinga ſimul & Moſeburg.

Friſinga. Mosburg.

Poſtea factus jam adoleſcens, ac ſatis honeſtè inſtructus, in Saxoniam in locum, qui

D

dicitur Hildensheim, ad ſcholas iter convertit: ubi conſummatis in ſtudio tribus annis, in patriam remeavit. Eo tempore in civitate Auguſta ſcholæ principales magiſtro vacabant. Igitur ad illud officium advocatus & aſſumptus eſt, malas jam habens mediocri barba ſuffuſas, vultu decorus, & ſicut in omni vita fuit, moribus compoſitus, unde & ab omnibus amabatur, maximè autem ejusdem Eccleſiæ Epiſcopo nomine Hermanno gratus erat, & valdè acceptus:

Hildesheim.

Gerhohus fit Magiſter ſcholarum Auguſtæ.

propter quod & eum Canonicum ejusdem Eccleſiæ cum unanimi fratrum aſſenſu inſtituit.

Gerhohus fit Canonicus Auguſtanus.

Erat illo tempore magna diſcordia inter regnum & ſacerdotium ſub Heinrico juniore Imperatore V. Qua ſedata tandem per gratiam DEI, & pace Eccleſiæ reddita ſub Papa Calliſto, ipſe Magiſter Gerhohus interea dum hæc actitarentur, non vacabat: quin potiùs, ſtante adhuc diſcordia illa, incipiebat jam audere obſiſtere adverſariis legis Dei, ſubtrahendo ſe nimirum à communione Epiſcopi Auguſtenſis Hermanni, qui eum tunc aſſumpſerat adhuc in diaconatus ordine poſitum; pro eo, quòd ipſe Epiſcopus Imperatori & parti ſuæ favebat & communicabat. Faciebat autem hoc primò non in manifeſto, ſed quaſi in occulto.

Gerhohus recedit à communione Epiſcopi Schiſmatici.

F

Poſtea verò & palàm confeſſus eſt, quòd cum Eccleſia & pro Eccleſia ſentiret in illo tempore malo, negando communionem quibusdam etiam laicis nobilibus & honoratis parti Imperatoris aſtantibus. Pro qua re tota ferè civitas contra eum commota eſt, judicans eum quaſi inſanum & temerarium, qui auſus eſſet iram Cæſaris contra ſe & civitatem provocare.

His autem, ùt dictum eſt, finitis & ſedatis, jam dictus Epiſcopus in gratiam Romanæ Eccleſiæ, ipſo mediante, receptus eſt. Ita gratus & acceptus erat jam tunc ipſi Romano Pontifici & toti curiæ Romanæ. Jam verò diu erat, quòd etiam vitæ cœnobitalis propoſitum geſtabat in animo. Ad quam rem,

Gerhohus meditatur vitam Monaſticam.

G

ut liberior fieret, non ſolùm fratres ſuos, ſed & patrem ac matrem novæ in Chriſto & ſanctæ converſationi parturivit. Itaque duobus fratribus ſuis adhuc pueris, patre quoque ac matre ſub regularis vitæ propoſito in Reitenbuchenſi cœnobio collocatis; & ita ab omnibus, quæ ad eum pertinebant, expeditus, cœnobitalis vitæ propoſitum, quod diu mente conceperat, jam ut in partum erumperet, tempus erat.

Igitur dimiſſa prædiviti Canonica & nobili civitate Auguſta, ad monaſterium Clericorum prænominatum Reitenbuch divertit:

H

magis eligens cum pauperibus pauperem vitam gerere, quàm habitare in tabernaculis, vel in domibus laqueatis peccatorum. Illic ergo quaſi Angelus Domini ſuſceptus eſt: ubi veſte precioſa, & coma capitis depoſita, ac mutato ſæculari habitu, gregibus Dominicis conformatus & conſociatus eſt. Tum verò, quanto ardore ac ſtudio iter communis vitæ arripuerit; quantóque zelo rectitudinis accenſus vixerit, teſtis eſt ei omnis illa Eccleſia Reitenbuchenſis: teſtes ſunt ei omnes longè vel propè poſiti, ad quos fama ſanctæ converſationis ejus pervenit: Teſtes ſunt inquam,

Conſecrat ſe Deo in Monaſterio Reitenbuchenſi. Eſt id in Bavaria, vide Hundium in Metropoli.

qua-

A qualiter exardeſcere cœperit zelus ejus initio converſionis ſuæ: ita videlicet, ut ex inſtantia orationum & lectionum divinarum in tantum eloquium Domini inflammaverit eum, ut & eloquium ejus ignitum fieret vehementer; & verbum ejus ſicut de Helia ſcriptum eſt, tanquam facula ardéret. Unde, confratres ſuos non ſolùm dictis, ſed & exemplis ad ſervandas bonas conſuetudines arctioris vitæ & inſtituta ſanctorum Patrum ſine intermiſſione provocabat, quin etiam arguebat, obſecrabat, increpabat ſecundùm Apoſtoli præceptum, in omnibus ſe ipſum præbens exemplum, in vigiliis multis, in frequenti meditatione ac lectione ſacrarum ſcripturarum, in multa patientia, in caſtitate, atque in omni exercitatione bonarum virtutum, poſtremò in univerſa morum honeſtate præclarum ſe reddebat. Unde etiam

Studia Gerhohi in vita Monaſtica.

2. Tim. 3.

2. Cor. 6.

B abomnibus bonis ac religioſis valdè amabatur.

Domitor etiam corporis ſui ita vehementiſſimus extitit, ut à neceſſariis quoque cibis ſumendis aliquantò immoderatiùs abſtineret, adeò ut abſumptis inedia carnibus, cutis ferè oſſibus cohæreret. Ardebat itaque totus incomparabiliter per inextinguibilem ſanctiſſimæ dilectionis ignem ad DEUM; & per infatigabile animi ejus ſtudium ad communis vitæ decorem. Nec enim ſatiabatur illis diebus dulcedine illa mirabili, quam inveniebat legendo, in excerpto de dictis Sanctorum, de vita Canonica, quo & eatenus pro regula uſi fuerant fratres ſui, ſed exquirebat, omni animadverſione, quo-

Gerhohus corpus caſtigat.

Gerhohus ſodalis Regulæ S. Auguſtini indagator & ſectator.

C modo ſibi vivendum eſſet, ſecundùm regulam S. Patris noſtri Auguſtini; vel, quæ eſſet illa regula, ſecundùm quam vivere, profeſſus fuerat. Nihil enim ſufficere pro regula viſum eſt ei, quod illa non eſſet, quam profeſſus fuerat. Quæ regula tamen tunc in illis locis non inveniebatur: ſed nec in aliis locis ejusdem profeſſionis. Pro qua re neceſſarium duxit Romanum adire Pontificem cum quibusdam fratribus de clauſtro; quatenus regulam, quàm unà cum omnibus communiter fuerat profeſſus, clauſtro illi, cui erat obligatus, ſtabiliret: quod & factum eſt. Hinc contigit, ut quorundam invidorum ac deſidioſorum, quorum vita diſſimilis fuit, per hoc animos & odia

Gerhohus fervore ſuo concitat in ſe aliorum odia.

D contra ſe vehementiſſimè concitaret, ita ut & usque ad vitæ periculum in eodem loco poſtea tribularetur. Quia etiam alios exceſſus quosdam non ferendos inibi arguebat, ut ei jam tunc non inconvenienter potuiſſet aptari illud Dominicum dictum:

Matth. 5. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, &c.*

Poſtulatur Gerhohus ab Epiſcopo Ratisbonenſi.

Interjecto autem aliquanto tempore expetitus multo deſiderio à venerabili Chunone, Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopo à Præpoſito & fratribus de Cœnobio Reitenbuchenſi; poſtulanti in auxilium datus eſt: à quo & Presbyter ſuccedente tempore ordinatus eſt. Illis diebus Chunradus poſtmodum Rex, tunc autem tyrannide aſſumpta contra Lotharium Regem; quem Principes communi decreto ſibi Regem fecerant, ſe Regem haberi voluit. A cujus communione & ſuſceptione, quia ſe prædictus Epiſcopus ſubtrahebat, ſimúlque cum eo magiſter Gerhohus, ipſe tyrannus cum fautoribus ac clientibus, atque conjuratis ſuis, eis infeſtus erat, in tantum ut non ſemel eis inſidias ſtrueret. Minas autem ac læſiones in corporibus eis intentantes frequenter deterrebant eos, ita ut & vita jam dicti magiſtri ſæpe periclitaretur. Quia ipſe tyrannidem ac ſchiſma illud Chunradi in publica ac ſolenni ſtatione deteſtatus fuerat. Unde & Eccleſiam plebalem, cujus curam ei Epiſcopus Chouno injunxerat, parochiam videlicet quæ *Champe* dicitur, deſerere coactus eſt, E

Diſſidium inter Conradum & Lotharium creat Gerhobo pericula.

F non ferens injurias & infeſtationes eorum: ubi & ipſe cœnobium communis vitæ intenderat ſuſcitare auxilio Epiſcopi, quibusdam clericis in hoc idem propoſitum ſibi aſſociatis: ſed taliter, ut dictum eſt, impeditus fuit. Poſt diſceſſum autem felicis memoriæ jam dicti Chounonis Epiſcopi ex hac vita, ipſe à Chunrado ſeniore Salzburgenſi Archi-Epiſcopo aſſumptus eſt; à quo & aliquibus vicibus Romam ad Apoſtolicum in legatione ſua peragendis cauſis Eccleſiaſticis directus eſt.

Gerhohus venit Salisburgum.

G

Dehine anno M. C. XXXII. cura & Præpoſitura Reicherſpergenſis cœnobii, quod Eccleſiam Salzburgenſem reſpiciebat; & eo tempore proviſore carebat, ei cum aſſenſu omnium injuncta eſt, à jam dicto Archi-Epiſcopo, exultante eò uberiùs, hominem ſibi talem datum divinitùs, qui in doctrina ſana ædificare Eccleſiam eſſet idoneus. Igitur in regimine poſitus, qualem ſe exhibuerit, qualitérque à DEO confortatus in omnibus poſtmodum Eccleſiæ tribulationibus, nunquam ei defuerit; ſed veritatem conſtanter coram Regibus & Principibus, non ſine vitæ ſuæ periculo ſæpiſſimè confeſſus ſit ac tuitus, teſtis eſt ei tota Germania, lumine doctrinæ ejus & ipſa illuſtrata, & fervore ſpiritus ejus ſuper multis exceſſibus & abuſionibus redarguta. Teſtes ſunt ei omnes hi, inter quos converſari, vel quibus commanere ei aliquamdiu contigit. Maximè autem ſanctum fratrum ejus ſimul & ſororum novit Collegium; quàm ſanctè, quámque irreprehenſibiliter inter eos jam per XL. ferè annos vitam duxerit. Noverunt omnes, quàm quietus in vacando lectionibus & orationibus extiterit; quàm nullas horas à pietatis exercitiis vacuas habuerit. Nam Corporalis exercitatio ad modicum utilis eſſe ei cum Apoſtolo viſa eſt, niſi cùm monaſterij neceſſitas popoſciſſet. Quin etiam uſque in exteras terras lampas cordis

Gerhohus fit Præpoſitus Reicherſpergenſis.

Qualis Gerhohus in regimine.

H

Inculpata Gerhohi vita.

1. Tim. 4.

A cordis & oris ejus radiavit. Non Francia, non Boëmia, non Ungaria, ſed neque Græcia gratiæ, quæ de corde & ore ejus radiavit, expertes factæ ſunt. Tanta namque gratia diffuſa erat in labiis ejus, ut his ipſis, quos arguebat, gratus exiſteret.

Gerhohus gratus etiam arguens.

Unde & Romani Pontifices, Dominíque Cardinales ſemper eum, licèt in multis arguentem ſe, dilexerunt. Non Reges ac potentes pertimuit; quò minùs nunciaret eis id, quod juſtum & ſalutare fuit, cùm ſe opportunitas id faciendi obtuliſſet. Magnates, mediocres, ac populares, ſive in publicis Eccleſiæ conventibus, ſive in privatis colloquiis ad oris ejus dulcia & ſalutaria verba pendebant. Sic namque divino ſpiritu adeò potatus fuit, ut penè ſemper

Libertas ejus.

B & indeficienter flumina de ventre ejus fluerent aquæ vivæ ſive loquentis ſive ſcribentis aliquid ad utilitatem & eruditionem proximorum. Sanctam verò Canonicam ſcripturam Veteris ac novi Teſtamenti, in tanta, ſicut dignum & juſtum eſt, veneratione habuit, ut ne in uno iota de ejus veritate & conſtantia dubitaret. Nec paſſus eſt quidquam de ejus lectione præterire, dum in via, vel occupatione qualibet maneret, quod non legendo vel audiendo recompenſaret. Et hanc conſuetudinem ac ſtudium

Studium Gerhohi in ſacris libris.

C ergà ſanctam Canonicam ſcripturam per totam vitam ſuam conſervabat. Noverunt omnes, quàm promptus & largus in docendo; quàm alacer & efficax in exhortando; quàm ſeverus in increpando extiterit. Ita pium patris, & * dirum magiſtri inter ſuos ſervans affectum, ut cùm debitam ei reverentiam exhiberent, plus omnibus amori quàm timori exiſteret. Ipſe denique exemplar morum, ipſe formula religionis, ipſe profectus incitamentum fuit; atque ut verbum breviatum dicatur, ipſe *currus Iſraël & auriga* extitit.

* Durum fortè.

4. Reg. 2.

Evidens eſt autem valdè, quantum ipſe locus, quem regendum ſuſceperat, ſub eo ſuo labore profecerit; quantúmque cùm ipſe eum non multùm divitem invenerit, per ejus induſtriam ditatus ſit in prædiis,

Profectus Monaſterii Reicherſpergenſis ſub Gerhoho.

D aliíſque poſſeſſionibus; tum ex conceſſione & liberalitate Pontificum Salzburgenſis & Pataviensis, quos idem locus reſpiciebat, in adjectione videlicet Eccleſiarum plebalium, id eſt parochiarum cum decimis earum, aliorúmque prædiorum; tum ex largitione Principum, tum oblatione plurimorum nobilium, aliorúmque fidelium, ſe ſuáque omnia ſuo magiſterio ſubdentium, & ſanctis ejus inſtitutionibus ac diſciplinis informari cupientium.

Jam verò quàm bene ordinata ſub eo fuerit tota ſancta ejus congregatio, maximè autem clerus, quàm decens ordo ac diſciplina in ipſo clero, quanta honeſtate & patientia præfulſerit, quanta gravitas in ſenibus, quanta benignitas in juvenibus, quàm juge ſtudium,

Diſciplina Monachorum & clericorum ſub Gerhoho.

quanta ſcientia literarum, quantus decor E in ſervitio DEI, quanta munditia & pulchritudo in miniſterio divinorum fuerit, quæ lingua poterit explicare? Nullus inter eos deſidioſus, nemo ocioſus inveniebatur. Si quis erat, minimè ferebatur. Plurimi eorum valdè nobiles habebantur; omnes ſimul aut ſervitio Dei, aut privatis orationibus inſtabant, aut lectionibus ſimul vacabant horis & temporibus conſtitutis; ſuo tempore in ſcribendis libris, aut aliis operibus ſe occupabant: juvenes ac pueri diverſis artibus inſudabant; quibus & ipſe per ſe frequenter nunc benignus monitor, nunc ſeverus correptor inſtabat.

Otium exulabat à Gerochiano cœtu.

Exercitationes ſingulorum.

Inter hæc ipſe beatum ſe reputabat, cùm diſcipulos ſuos velut examina apum in ſpiritualibus occupationibus ſervere conſiderabat, nullúmque ex ipſis deficere: quin imò F omnes certatim de virtute in virtutem proficere, ac ſic vivendo, DEUM deorum tandem in Sion videndum eſſe memorabat; cùm omnes ſobriè, juſtè piéque viventes ad hoc in ſimul omnes laborarent, ut decenter cum munditia mentis ac corporis, atque cum alacritate, & voluntariè divina myſteria celebrarentur, & tractarentur; & ad hoc omnes niti debere tam doctos, quàm indoctos; hóeque opus unum & ſolum eſſe, pro quo & ſua de ſeculo venientes relinquerent, & ſimul habitare eligerent. G

His aliiſque documentis innumerabilibus fratres ſuos in collationibus exhortabatur: jocundabatúrque frequenter & hoc commemorans, ſe optare, & DEUM orare, ut ſua congregatio ſic ſe opponeret adverſariis malignantibus, id eſt, principibus tenebrarum harum, qui ſemper, militant adverſùs animam, ut eſſet eis terribilis ùt caſtrorum acies ordinata; & ut eſſet ſicut grex tonſarum, quæ aſcendunt de lavacro, de quibus memoratur in Canticis, quòd ſunt omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non ſit inter eas. H

Pium votum Gerhohi.

Ædificia ipſius cœnobii interiora & exteriora, nec non & officinarum omnium; quæ omnia lignea, & valdè vetuſta ac ruinoſa invenerat, in meliorem ſtatum renovavit, & in aptiorem diſpoſitionem ordinavit per fratres ſuos, quos ad hanc partem ſolicitudinis idoneos & aptos in congregatione invenit. Nam pondera curarum exteriorum ipſe, ut ſe totum ſanctæ vacationi dedere poſſet, fratribus ſuis imponebat, maximè autem fratribus laicis fidelibus & prudentibus, quos ei Dominus non paucos dederat, famâ ſanctæ opinionis ejus ad eum attractos. Inter hos pleríque erant valdè nobiles & nominati, ac benè religioſi, ſicut & reliqui. Nihil enim inordinatum, aut quod contrarium eſſet religioni in congregatione ſua patiebatur permanere. Hos ſimiliter in collationibus ſuis exhortabatur præcipuè ad obe-

Gerhohus Monaſterii ædificia reſtituit.

Multi ſequuntur Gerhohi exemplum.

A obedientiam, exponens eis obedientiam patris noſtri Abrahæ, patientiam Iſaac, laborem ac ſufferentiam Jacob, ut ipſi ſimiliter obedienter, & patienter laborantes manibus ſuis quod bonum eſt, finem ipſius Domini attenderent, & longanimitatem: addens, quòd *nemo manum mittens ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus ſit regno cælorum.* Monebat etiam, ut eſſent in commiſſo fideles; ſicque converſationem & pudicitiam atque caſtitatem ſuam inter ſeculares, cum quibus eis frequenter commanendum eſſet, propter negotia exteriora cuſtodirent, ut ipſi videntes opera ſua bona, imitatores eorum fierent, & glorificarent patrem, qui in cœlis eſt.

Luc. 9.

Matth. 5.

B Monaſterium ſanctimonialium ſub regula B. Auguſtini viventium, ipſe primus in eodem loco inſtituit, ejúſque obtentu ipſa earum Eccleſia, quam à fundamentis ipſe conſtruxit, dedicata eſt à venerabili Romano Gurcenſi Epiſcopo præſente Archi-Epiſcopo Chunrado, anno Dom. Incarnat. M. C. XXXVIII. animabus ſanctis, quas aggregaverat, jam tunc inibi velut in arcam ingreſſis, & à foris clauſis ad honorem DEI & S. MARIÆ perpetuæ Virginis, cui idem monaſterium dedicatum eſt. Ibi ergo illæ felices animæ inchoati operis cupientes conſummare effectum, præſtolantur nunc, ut veniente ſponſo, apertis januis, ſummi regis perducantur in thalamum Regis æterni, pro mundi contemptu ſtolas candidas & ſplendidas coronas accepturæ cum cæteris conſodalibus ſuis, quæ illuc ex ipſo tempore congregatæ ſunt, quáſque ſimiliter Dominus Virginitatis honore dicavit; quarum non parvum numerum ipſe bonus paſtor moriens reliquit; inter quas quædam filiæ erant nobilium & nominatorum virorum, & filiæ duæ Principis unius de nobiliſſimis & maximis regni Principibus.

Inſtituit Monaſterium Monialium.

Matth. 25.

C

Nobiliſſimæ Virgines dicant ſe Gerhohi opera exſtructo Monaſterio.

Cæterùm quàm notus & gratus, quámque acceptus fuerit ipſe beatus ipſis ſummis Romanis Pontificibus, qui ſuo tempore Romanæ Sedi præſederunt, Calliſto Papæ primùm ſuperiùs commemorato; & deinde ſingulis ſucceſſoribus illius uſque ad Papam Alexandrum; quámque venerabiliter ipſi Romani Pontifices fervorem religionis ſuæ, & ſtudium atque doctrinam, nec non & ſcripta ſua ſuſceperint, collaudaverint & approbaverint: quàm etiam celerem effectum conſecutus ſemper fuerit in omnibus negociis ſuis, quotieſcunque Romanam Curiam interpellare neceſſe habuit aut per ſe ipſum, aut per nuncios, ſive per ſolas literas ſuas pro qualibuſcunque cauſis, teſtantur literæ Apoſtolicæ, nec non & literæ Dominorum Cardinalium frequenter aut pro eo ad alios miſſæ, aut ad eum ſpecialiter deſtinatæ. Vel, quas ipſe per ſe ab Urbe ſæpius veniens de cauſa ſua, vel aliorum, detulit: quarum omnium exemplaria adbuc inveniuntur. Quantum etiam ipſi Romani Pontifices pro ipſius reverentia & dilectione ad petitionem ejus ipſum locum, quem regebat, Cœnobium videlicet Reicherſpergenſe, ſub ſua & B. Petri protectione ſuſceptum, honoraverint, & manu tenuerint; & ſæpe contra graves inimicos & infeſtatores defenderint, qualémque libertatem & juſtitiam ipſi loco conceſſerint, & firmaverint in perpetuum ſua authoritate, indicant privilegia Papæ Innocentij, & Papæ Eugenij eidem loco ejus induſtria elaborata ac impetrata.

Gerhohus gratus ſummis Pontificibus.

D

Favor curiæ Romanæ in Gerhohum.

F

Favor erga eundem ſummorum Pontificum.

Hos poſt hæc piè imitati Pontifices Salzburgenſis Chunradus Senior & Eberhardus ejus ſucceſſor; nec non & Principes Regni, Duces videlicet & Comites, quique pro ſuo jure plurimis privilegiis eundem locum munièrunt. Similiter & alij Pontifices, ſcilicet Babenbergenſis, Patavienſis, Friſingenſis prædia & poſſeſſiones eidem loco, aut per ſe ipſos, aut per alios in ſuis Epiſcopatibus collata, ſuis privilegiis eidem Cœnobio firmaverunt. Noviſſimè etiam ipſe Dominus Imperator Fridericus ipſum Reicherſpergenſe cœnobium cum omnibus eò pertinentibus in ſuam Imperialis majeſtatis, & omnium ſucceſſorum ſuorum Regum & Imperatorum tutelam ſuſcepit, & privilegio ſuo eidem loco antiquam & primitivam libertatem confirmavit, interventu Epiſcoporum Eberhardi Salzburgenſis Archi-Epiſcopi, & Eberhardi Bambergenſis; atque Hartmanni Brixinenſis Epiſcoporum, ſecundùm poſtulationem hujus ſæpe dicti patris.

Benevolentia in Gerhohum variorum Principum & Epiſcoporum.

F

G

Quàm ſanæ autem & Catholicæ fidei, Apoſtolicæque doctrinæ fuerit, quantum à juventute ſua dictis & ſcriptis laboraverit pro diverſis cauſis Eccleſiaſticis, atque pro bonis conſuetudinibus & diſciplinis Canonico ordini obtinendis & conſervandis; quantum contra abuſiones & abominationes, & contra peſſimas novitates, quas in Eccleſia ſuo tempore increſcere doluit, decertaverit; quantùm concordiam inter regnum & ſacerdotium ſuaſerit, ſcriptis ſuis miſſis in curiam Romanam, & in Curiam Imperatoris: quantùm execratus fuerit & caverit ſchiſma, quod circa finem vitæ ſuæ exortum eſt; quantùm eſurierit & ſitierit juſtitiam: denique quomodo vel qualiter, aut quantùm dilexerit omnem juſtitiam, & omnem viam iniquitatis odio habuerit, legentibus & ſcire volentibus patet in diverſis opuſculis ſuis, quæ ſcripſit ad Papam Innocentium, & ad Papam Eugenium, & ad Dominos Cardinales, & in aliis Opuſculis ad diverſos ſcriptis. Similiter & in Epiſtolis ſuis patet, quas ad diverſos diverſis temporibus ſcripſit: quæ etiam ferè omnes adhuc inveniuntur * in Regiſtro, & Epiſtolario ſuo libro in duobus voluminibus.

Labor ejus pro pace inſtauranda, ſublato Schiſmate.

H

Libri Gerhohi.

* *Utinam inveniretur. Nam in Cata-*

A Pro defenſione quoque ſententiæ de gloria hominis in DEUM aſſumpti, & in DEUM nati; in qua diverſos & graves contradictores atque impugnatores ſemper per omnem vitam ſuam à juventute habuit. Scripſit diverſa Opuſcula & Epiſtolas primùm hac de cauſa, authoritate Romanorum Pontificum & Dominorum Cardinalium, & aliorum plurimorum Patrum, qui videbantur columnæ eſſe in Eccleſia eo tempore.

logo Reicherſpergenſi accuratè ſcripto non comparent.

Fecit expoſitionem Pſalmorum in octo voluminibus. Scripſit & opuſculum contra diſcipulos Petri Abaiolardi. Ad Epiſcopum Friſingenſem Ottonem fratrem Regis Chuonradi, & ad ipſos Friſingenſes diverſa Opuſcula & ſcripta. Item plurima ſcripta ad Epiſcopum Pragenſem Danielem Libellum de fide rogatu Heinrici Cardinalis Presbyteri. Opuſculum ad Papam Adrianum. Dialogum inter Græcos & Latinos. Libellum de glorificatione filii hominis ad Archi-Epiſcopum Salzburgenſem Eberhardum. Noviſſimè opuſcula ad Papam Alexandrum & ad Dominos Cardinales; & ad Epiſcopum Babenbergenſem Eberhardum de eadem re. Prætèrea alia multa ad diverſos ſcripſit, quoa omnes commemorare longum eſſet.

Expoſitio in Pſalmos extat in Monaſterio Reicherſpergenſi, exceptis duobus Tomis, qui amiſſi.

B Verbum DEI uſque ad ipſam ſuam ægritudinem, imò ad ipſum, & in ipſum uſque diem dormitionis ſuæ inprætermiſſè alacriter & fortiter ſana mente, ſanóque conſilio in ſancta Eccleſia prædicabat membris omnibus ſui corporis incolumis, integro aſpectu atque auditu. Tandem vocante eum Domino, coram poſitis omnibus fratribus & orantibus dormivit cum Patribus ſuis V. Kalend. Julij, media nocte ante biduum divina refectione ſaginatus & Chriſto incorporatus, quem, ùt decuit, ſemper amavit, & in quem credidit, quémque dilexit & honoravit, id eſt, in die natalis S. C Joannis Baptiſtæ. Ipſa enim die in publica ſtatione, ſicut mos ejus erat, ſolenniter miſſarum ſolennia per ſe celebraverat, hene valens, & ſermonem ad populum ultimum, tanquam vale dicturus omnibus in longum valdè protraxerat. Sepultus eſt autem cum maximo luctu omnium in Monaſterio ad latus altaris S. Crucis honorabiliter III. Kal. ejuſdem menſis Julij. Hactenus Chronicon Reicherſpergenſe.

Mors Gerhohi.

Ad imaginem Gerochi Reicherſpergæ adſcriptum eſt hoc elogium. *Anno Domini M. C. XXXII. Dominus Gerhohus SS. Theologiæ Doctor inſignis, tertius hujus loci præpoſitus creatur. Hic in corrigendis Magnatum moribus laboravit, ac Monaſterij Sanctimonialium B. Virginis exſtitit Fundator.* Porro ex tot libris, D quos Gerhohus ſcripſit, nulli Reicherſpergæ ſuperſunt, ut manifeſtum fit ex Catalogo Bibliothecæ Monaſterij illius accuratè conſcripto, præter duos libros de Inquiſitione Antichriſti, & ſermonem de aſſumptione B. Virginis; & commentarios in Pſalterium; quamvis Tertia & Quinta partes, neſcio quorum incuria, deſiderentur. Octavæ tamen parti lucubrationum in Pſalmoa adjunctus eſt Tractatus de fide, & alius de quarta Vigilia noctis. Tertius denique de ordine donorum Spiritus ſancti. E

Imago Gerhohi Reicherſpergæ, & ad eam elogium.

AVENTINUS LIB. V.
ANNALIUM BOIORUM.

Legi multos, præſertim Paulum Bernriedenſem, Gerochum Reicherſpergenſem Antiſtitem, Auguſtinianos myſtas, in Boiaria ortos. Uterque de hujuſmodi diſcordia pernicioſa libros edidit. Uterque pars hujus tumultus fuit: ille Reginoburgii; hic Auguſtæ primariæ ædis ſacerdos, ambo *rebus Hildebrandi ſtuduerunt.* F *Quamobrem Sedibus pulſi in exilium acti ſunt.* Pulſum eſſe Paulum Bernriedenſem, verum eſt, & liquet ex Herlucæ Virginis vita ab eodem conſcripta, quam ſimul cum commentario de rebus geſtis Gregorii VII. evulgavimus. De Gerocho id non eſt verum: qui anno demum M. CXXXII. Reicherſpergenſem Præpoſituram adeptus, eam uſque ad annum Chriſti M. CLXIX. abſque interceptione tenuit, tametſi inter Schiſmatum fluctuationes & procellas; cúmque Gerhohus dicto anno Chriſti & ætatis ſuæ Anno LXXVI. obierit: oportet illum natum eſſe Anno Redemptoris MCXIV. hoc eſt, decem annis poſt obitum Gregorii VII. Quare nec ab Henrico IV. nec à filio ejus Henrico V. quidquam adverſi pati potuit: tametſi ante Reicherſpergenſem præſulatum ob contentionem inter duos Reges Lotharium & Conradum non modica tempeſtate jactatus fuerit, ùt paulò antea ex Chronico Reicherſpergenſi audivimus. G

Corrigitur Aventini falſa aſſertio.

IDEM AVENTINUS LOC. CIT.

Gerochus quoque, quo nemo acriùs ſcriptis libris Hildebrandum tutatus eſt; utpote, qui crimina Cæſari objecta, quæ apud nullum alium legerim, explicat, tandem, ſuæ partis pertinaciam, ne dicam tyrannidem, hiſce verbis coactus veritate, notat, Romani, inquit, *ſibi divinum uſurpant honorem, rationem actorum reddere nolunt; nec ſibi dici æquo animo ferunt, cur ita agis? Illud Satyricum inculcant:* Sic volo, ſic jubeo; ſit pro ratione voluntas.

Sed Aventinus vel hoc unico exemplo ſatis prodit, quàm religiosè manu ſcripta monumenta tractare conſueverit. Nam Gerhohus lib. 1. de Inveſtigatione Antichriſti, ubi de Schiſmate Henrici IV. & Gregorii VII. temporibus, ſcribit, nihil hujus habet, H quod ei Aventinus imponit. Alio loco, ubi diſſerit de Schiſmate, in Eccleſia excitato ob Alexandrum III. eíque oppoſitum Antipapam Victorem ita loquitur; *In cunctis enim ferè*

Aventini fides in manuſcriptis Auctoribus tractandis.

A *ferè quæ egerunt Romani, dici ſibi nolunt, cur ita facitis: Si quidem, ut ajunt, Sedes illa ſoli cælo debet innocentiam.* Idem repetit iisdem fermè verbis paulò pòſt. *De divino honore*, quem ſibi Romani arrogent; nihil Gerochus. Nihil de illo verſiculo vulgari, quem Aventinus oggerit. Volebat nimirum Aventinus nobis paraphraſticè repræſentare mentem Gerbohi, & aberrans ſpectandam propoſuit ſuam. Scripſit autem Gerbohus prædicta verba; quia multis videbatur dubium, quisnam legitimè electus eſſet, Alexander an Victor, qui priùs Octavianus erat: nam tota fermè Germania cum Imperatore Friderico adhærebat Victori contra Alexandrum. Hinc Gerochus concilium generale deſiderabat, ut ab Eccleſia diſcuteretur, cujus electio legitima eſſet. At Romani, & qui à partibus Alexandri ſta-
B bant, renuebant, arbitrati, æquitatem cauſæ Alexandri ſatis liquidam eſſe. Secus tunc judicabat Gerochus, & cum illo plurimi alii: ex quo judicio ſuprà dicta verba proceſſerunt. Quando enim in plurium diſſidio non liquet, vel propter multitudinem adverſariorum non liquere creditur, quis ſit legitimus Pontifex, non immeritò concilium generale expetitur; ùt etiam factum tempore concilii Conſtantienſis. Nam poſtquam Gerbohus legitimam Alexandri electionem certioribus documentis inſtructus cognovit, manibus pedibúsque ad partes Alexandri tranſiit; id ut videas adſeribam integram præfationem, quam ad lectorem, libro primo de Inveſtigatione Antichriſti præfixit.

Dolus Aventini.

Gerbohus probat electionem Alexandri III. contra ſchiſmaticos.

C

Cùm librum hunc primum inveſtigationis Antichriſti ſcriberem, & recens jam ſchiſma de contentione papatus Alexandri atque Octaviani, quem Victorem dicunt, ferveret, ſingulis partibus, quod ſibi commodum videbatur, in ſui favorem aſſumentibus, & alterutrum ſive per veritatem, ſive per occaſionem derogantibus. Dúmque partes utræque multitudine magnorum, & non contemnendorum ſacerdotum; inſuper & Regum ac Principum ſe favore munirent; fateor, hac contentionis nebula totam terram tegente, faciémque Eccleſiæ tetra caligine obfuſcante, non ſatis mihi claruit vel puritas electio-
D *nis Eccleſiaſticæ in Alexandrum factæ; vel pervicax præſumptio partis Octavianæ. Unde pendulo greſſu inter illas diviſiones incedens, & quaſi concionatoris modo ſententiam ſuſpenſam tenens, in neutram partem declinare facilis fui. Cum ignorantibus ignorabam, cum dubitantibus dubitabam, factúsque ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones; & quaſi neſciens reprobare malum, & eligere bonum.*

Præfatio Gerbohi in librum de Antichriſto.

At nunc, poſtquam mendaciorum nebulæ contra Canonicam electionem Alexandri confictæ cœperunt rareſcere, ipſis etiam negantibus ac ſolenniter negare paratis, quæ contra Imperium ſacrilegè conſpirâſſe dicebantur; & nulli mortalium E *velle ſuper his rationem reddere, tanquam ſoli cælo debentes innocentiam; accedentibus quoque in conſenſum electionis in Alexandrum factæ ſedibus Apoſtolicis, id eſt Hieroſolymitana, in qua ſedit Jacobus Apoſtolus; Antiochena quoque, in qua primò ſedit B. Petrus; quæ & utraque Eccleſiæ literas Apoſtolicas meruerunt: Sancta quoque Romana Eccleſia majore ac potiore Cardinalium numero, tribus videlicet ſolùm exceptis, in ejusdem Alexandri electionem conſentientibus: quem videlicet Dominorum Cardinalium cœtum nos Romanam Eccleſiam intelligimus. His, inquam, declaratis, jam ultrà dubitandi locus non eſt, quin is pro Papa legitimo habeatur, quem & electio Canonica, & conſecratio eorum Pontificum in ſedem B. Petri promovit; quorum id juris fuiſſe antiqua Romana Eccleſiæ juxta morem* F *probat inſtitutio. Et hac dicimus noſtra dubitationis ambages excuſatas eſſe cupientes. Nam ſinis loquendi audiendus eſt, non concionatoris percunctationibus inhærendum.* Hæc Gerhobus.

IDEM AVENTINUS LIB. V.

GRegorius millia talentûm quindecies viritim diſtribuit. Opes quoque Eccleſiaſticas, quibus hactenus pauperes alebantur, militibus & rei bellicæ peritis largitus eſt. Quod & Hildebrandini Gerochus & Paulus non inficias eunt. De Paulo dixi in præloquiis, ad commentarium de rebus geſtis Gregorii VII. eodem Paulo Auctore. Gerochi verba ſunt iſtbæc: *Auxit & hoc noctis illius tenebras,* G *quòd in illa tempeſtate Gregorius Papa VII. Romanis pecuniæ multæ ſponſor factus eſt, quatenus ei defenſionis auxilium ferrent contra Henrici IV. tyrannidem.* Nihil hic de tot talentorum millibus: nihil de aſſumptis & pauperum uſui ſubtractis opibus Eccleſiaſticis.

Alibi etiam indicat, ſibi non placere, quòd Pontifices Romanis pecunias darent, quò illos in fide ac officio continerent. Ac quæ nobis Aventinus denarrat, ea, quod ſciam, in Gerocho non extant. Et tamen illo ipſo Gerbohi exemplari utor, quo uſus eſt Aventinus, & cujus margines, contumelioſis ſcboliis manu ſua contaminavit. Ac quòd tempore Gregorii VII. & ſuccedentium quorundam Pontificum, Romani Præſules cives Romanos nummis ſibi devinxe- H rint, id neceſſitate coacti fecerunt, ob frequentiam ſchiſmatum & Antipaparum, ipſorúmque Cæſarum adverſùs legitimos Petri ſucceſſores, minimè laudandos conatus.

HUNDIUS IN METROPOLI.

REicherſperg Monaſterium Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ad Oenum ſupra Obernperg & Paſſau fundâſſe ſcribuntur Bernardus Comes de Reicherſperg, & Dietpurg ipſius

 conjunx,

A *conjunx, quæ fuit ſoror Gebhardi Archi-Epiſcopi Salisburgenſis, ex familia Comitum de Helfenſtein, &c.*

INSTRUCTIO PRO SEQUENTI SYNTAGMATE GEROCHIANO.

Libro primo de Inveſtigatione Antichriſti comparat Gerhohus Eccleſiam Dei cum templo manufacto Iſraëlitico, quod B Salomon exſtruxit, & hujus oppugnatores & everſores, cum hoſtibus Eccleſiæ; & ùt templum illud ab infidelibus varias clades accepit; ſic Eccleſiam quoque Chriſtianam ab Ethnicis, hæreticis, & ſchiſmaticis multipliciter oppugnatam & exagitatam fuiſſe docet. Quæ cauſa eſt, cur etiam hæc de Salomonis templo capita huic ſyntagmati intexere voluerim.

SYN-

Digitized by Google

SYNTAGMA

GERHOHI
REICHERSPERGENSIS
PRÆPOSITI DE STATU ECCLESIÆ SUB HENRICIS IV. ET V. IMPP. ET GREGORIO VII. NONNULLISQUE CONSEQUENTIBUS PONTIFICIBUS.

A

CAPUT I.

De templo manu facto, quoties poſt primam ædificationem deſtructum & reparatum ſit.

VEnit nunc in mentem, quod olim circa templi fabricam Hieroſolymis accidit. Herodes funeſtus, parvulorum nece cruentus, propriæ uxoris ac filiorum parricida, virorúmque per omnia ſanguinarius, templum ipſum olim à Salomone C. XX. cubitorum altitudinis fabricatum, (cùm deſtructum à Chaldæis, ſub Ducibus Zorobabel & Neemia filii captivitatis adbor-
2. Eſd. 2. 3. 4. & 5. tantibus Prophetis LX. cubitorum altitudinis reædificâſſent) dolens is, quem deſcribimus, Herodes, altitudinis ei, quod per Salomonem primò conſtructum fuerat, mediam partem deeſſe, ad ſolum dirui præcepit: quod & in priſtinam ſub Salomone diſpoſitam altitudinem inter unius anni & quinque menſium ſpatium reformavit, arbitrans fortè obſequium ſe præſtare Deo; imò, quod eſt verius: ſuæ vanæ conſulens gloriæ, ſéque ſtultè præferens ſanctorum ſtudio Patrum ac Propbetarum in celeritate operis & impendiis ſumptuum.

B

Adde etiam, idem ipſum templum à filiis tranſmigrationis, ùt dictum eſt, reædificatum, Rex Græcorum Antiochus profanare
1. Machab. 2. 3. 4. 5. 2. Machab. 10. non timuit: ſed obſiſtentibus ei Machabæis, ac pro patriis legibus pugnantibus, in manibus eorum opus, Domino cooperante, proſperatum eſt; & civitate ac templo receptis, denuò ab eis templum conſecratum, & coronis aureis perornatum eſt. Poſt quæ omnia funeſtus, ùt præmiſſum eſt, Herodes manum appoſuit, idémque templum ad ſolum diruens in duplam altitudinem reformavit ex tam politis & prægrandibus lapidibus, ut, quod ſuprà quoque commemoratum eſt, admirantes diſcipuli dicerent Domino; *Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ?* Marci 13. Quibus & quod notum eſt, Dominus reſpondit; *Amen*, inquiens, *dico vobis, non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* C

CAPUT II.

De ſpiritali intelligentia dimenſionum templi.

SEd quorſum iſta? Nimirum quia operæ precium ſcire eſt ea, quæ in templi illius manufacti fabrica typicè præceſſerunt, nunc in Eccleſia, quæ verum Dei templum eſt, in veritate actitari, & ad noſtra uſque tempora eſſe actitata. Verus namque Salomon, id eſt, pacificus Dominus noſter JEſus Chriſtus, qui eſt *pax noſtra*, & ſpiritus ejus, verum & vivum Dei vivi templum Eccleſiam ſanctam ex vivis lapidibus conſtruxit, cujus & dimenſiones ad inſtar illius templi manu facti quod hujus veritatis, velut umbra præceſſerat, procuravit.

Templum Salomonis typus Eccleſiæ Chriſtianæ.

Eph. 2.

CAPUT III.

Longitudo templi.

D

LOngitudo ſiquidem illius templi manu facti LX. cubitorum cum Oraculo extitit. Nam XX. cubitos oraculum tam in longitudine, quàm in latitudine ſimul & altitudine, id eſt, quadrati cubici ſpeciem tenuit, quo ſanctorum & ſpiritualium in Eccleſia perfectio ſignificata eſt; quos nec proſpera extollunt, nec adverſa dejiciunt, ſed ſemper æqualis ſunt animi, *ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, neceſſitatibus ſanctorum communicantes.* Rom. 12. In his namque tri-

A bus ſanctorum & perfectorum quaſi quasdam, imò verè ſpirituales dimenſiones tenes. Nam, quòd ſpe gaudent, altitudinis eſt: quòd tribulatione patientes, longitudinis; quòd neceſſitatibus ſanctorum communicant, latitudinis eſt. Charitate namque ad proximum tendi ſpiritualiter dilatari eſt. Longitudo verò domus pro foribus oraculi XL. cubitorum extitit: quo nimirum numero paſſiones hujus vitæ ſignificantur, in qua Eccleſia pro Chriſto ſuis perſecutionibus & paſſionibus atterenda eſt.

Quid templi altitudo ſignificet. Quid longitudo. Quid latitudo.

Quo videlicet ſacramento Moyſes & Helias pro ſuis pariter & populi peccatis XL. diebus ab omni cibo abſtinuerunt. Ipſe quoque Dominus item XL. dierum jejunio abſtinens, pro noſtris iniquitatibus, quaſi B quadraginta plagis legalibus vapulavit. Quia enim mundus ex quatuor elementis ſubſiſtit, & quatuor decurrit temporibus: cujus amorem conditoris amori præhabentes, Decalogi legem violavimus, jure quater decies vapulamus, id eſt, patientiam noſtræ longanimitatis per omnia præſentis vitæ tentamenta extendimus: affirmante nimirum Apoſtolo: *Quoniam non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Cui myſterio & illud concinit; quòd tota templi longitudo LX. cubitorum tendebatur. Quia enim homo ſexto die conditus eſt, totique viſibilium creaturæ prælatus: qui & ipſe amori creatoris ſe ipſum præbabuit, nimióque ſui C amore naturalis legis in ſe Decalogum corrupit: jure etiam longitudo patientiæ ejus ſexies denaria eſſe debet: ut quidquid creatura ſex diebus condita homini tentamentorum inferre valet; omnia pro Chriſto & lege ipſius ferre paratus ſit.

Rom. 8.

Diviſit autem Domini pietas ipſa contra Eccleſiam tentamenta ſurgentia, ſicut dictum eſt ad Job. *Dividitur æſtus ſuper terram:* ut cùm omnia tentamentorum genera percurrere habeat; nullúmque ei tempus à tentamentis liberum tranſeat: raró tamen, vel nunquam contra eam, niſi fortè in ultima Antichriſti perſecutione ſimul D univerſa conſurgant: ſed breviavit Dominus & dies illos. *Qui, niſi fuiſſent breviati, non fieret ſalva omnis caro. Fidelis namque Deus eſt, qui non patietur* Eccleſiam ſuam, ſicut nec ullum Eccleſiæ membrum, quod prædeſtinavit in gloriam, *tentari ſupra id, quod poteſt: ſed faciet cum tentatione proventum, ut poſſit ſuſtinere.* Et inde eſt, quòd *Patientia* ſanctorum *non peribit in finem:* quæ, ùt diximus, patientia pro DEI legibus uſque ad mortem babita decies ſenaria, vel ſexies dena templi non manu facti, quod eſt Eccleſia, longitudo eſt.

Job. 38.

Matth. 24.
1. Cor. 10.

Pſalm. 9.

CAPUT IV. E

De latitudine Templi.

Latitudo quoque templi hujus, quod Eccleſiam intelligimus, ad inſtar illius manu facti templi, vicenis cubitis tenditur; qui numerus binarius decenus eſt, latitudinem charitatis ſignificans; quæ ad proximum tenditur, minúſque quàm inter duos haberi non poteſt. Oportet autem, ut & decena ſit, quatenus legis decalogum non transgrediatur: alioqui faciens & diligens iniquitatem, odiſſet animam ſuam, ſicque nec proximum, tanquam ſe ipſum diligere poſſet, cùm utique nec ſe ipſum diligeret. Qui autem ordinatè ſe ipſum diligit, primò ac præ omnibus ſuum principium, quod eſt DEUS, diligit. Diligens verò DEUM, ejus, quem diligit, mandata cuſtodit. Sicque ſecurè ſe ad proximum charitas tendit; F DEI, ac ſuimet dilectione formata: & obedit jam ordinatè præcepto dicentis; *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* In quo nimirum uno ſermone omne completur mandatum. Sit ergo decena charitas, ut primò ſe ipſum homo ſecundùm DEUM, & ejus mandata diligat. Denarius verò hic duplicetur, ut ſe ad proximum tendat. Dúmque primò quod tibi fieri legaliter non vis, nec proximo facis: quæ utique charitas initialis eſt; Ac deinde, quod tibi fieri legaliter vis, & proximo impendis, quod perfectionis eſt: templi utique ſancti, in quo inhabitat DEUS, bis denorum cubitorum latitudinem impleſti. Templum enim DEI ſancta bæc decet latitudo in longitudine dierum: in qua binarius ſe ad proximum tendit; & Decalogum legis non excedit. G

Matth. 22.

CAPUT V.

De altitudine Templi.

Templi ſanè altitudo, quæ ſecundùm Regum volumen tricenis cubitis tenditur, ſecundùm Paralipomenon C. XX. cubitorum fuiſſe dicitur. At tie ſacra hæc teſtimonia * alterùm adverſari videantur, rectè intelligitur, ea, quæ triginta cubitorum extitit, ad inferius tabulatum pertingere: ea verò, quæ C. XX. cubitorum, ad ſummum usque templi faſtigium pertendere. H Tria enim cœnacula domus continebat; infimum, medium, & ſupremum: per quæ tres Eccleſiæ ordines, id eſt conjugatos, continentes, & Doctores præfiguratos agnoſcimus: qui & per tres viros, Noë, Daniel & Job in Propbetia Ezechielis præſignati ſunt. Sive autem in triginta, ſive in C. XX. cubitorum altitudine ſpei noſtræ, quæ ſecundùm fidem eſt, ſublimitas innuitur. Sicut enim nunc in Patrem DEUM omnipotentem, & in ejus Filium unigenitum, atque in ſanctum amborum Spiritum cre-

3. Reg. 6.
2. Paral. 23.
Conciliantur dicta ſcriptura
** invicem*

Tria cænacula Templi quid ſignificent Ezech. 14.

A credimus: ita nos ejuſdem ſanctæ Trinitatis viſione beatificandos ſperamus. Quam utique ſpei noſtræ celſitudinem Joannes nobis Apoſtolus commendat dicens: *Chariſſimi; nunc filii* DEI *ſumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus. Videbimus enim eum ſicuti eſt.* (1. Joan. 3.)

Altitudo ſanè C. XX. cubitorum ad ſummum templi uſque pinnaculum pertingens, ſummæ numeri Electorum mihi videtur congruere, in quos in initio naſcentis Eccleſiæ, veri ſcilicet Dei templi gratia Spiritus ſancti effuſa eſt. Erat enim, ùt Lucas ait, turba hominum ſimul ferè C. XX. (Act. 1.) Quare autem in templi manu facti domino ſancti- B ficanda altitudine, vel in electorum ſumma Spiritus ſancti adventu conſecranda Deo hic numerus complacuerit, requirendum exiſtimo. (*Quid ſignificet numerus CXX.*) Non enim magno vacare crediderim myſterio, quod notatur in facto. Etenim ipſum, de quo loquimur, templum manu factum in eandem CXX. cubitorum altitudinem, non ſine Dei nutu, licèt per funeſtum Herodem, ùt prædiximus, reformatum eſt, antequam Dominus in ipſo cum oblatione à parentibus præſentaretur, quæ maxima erat ejuſdem templi ſanctificatio & gloria. Unde & per Prophetam prædictum eſt; *quia major erit gloria domus hujus noviſſimæ plus quàm prima.* (Agg. 2.) Sicut electorum quoque ſumma non antè à Spiritu ſancto conſecrata Deo in templum eſt, quàm ad numerum hunc à Deo præfinitum pervenit. Igitur pro noſtra mediocritate hujus ſacrati, ac Deo complaciti numeri ſcrutemur ſacra- C mentum.

Omnibus ſacræ ſcripturæ ſtudioſis cognitum; *numerum quindecim*, propter duas partes ipſius, commendabilem exiſtere, quæ ſunt VII. & octo. Nam dicente Salomone; *da partes ſeptem, nec non & octo.* (Eccleſ. 11. *Quid ſit dare partes ſeptem, nec non & octo.*) Septem partes damus, dum ſecundùm legem mandati Veteris, ſpiritualiter ſabbatizantes, à vitiis feriamur. Octo verò partes damus, dum ſecundùm novæ legis rationem nos per octo virtutum gradus exercentes ad octonariam beatitudinis tendimus remunerationem. Propter hoc & octavus dies Dominica reſurrectione conſecratus eſt. Octonarius primus in numeris cubicis eſt, æternæ beatitudinis nobis in anima & corpore ſtabilitatem ſimul & ſoliditatem deſignans. Sicut ſeptenarius quoque nobis non ſolùm ſabbati ſpi- D ritualis feriationem indicit; ſed & ſeptem ſancti Spiritus donorum, per quæ ad virtutes fœcundamur, participationem promittit.

Has itaque duas quindenarij partes ſeptem videlicet & octo in noſtræ pio converſationis ſtudio in unum conjungimus: & quaſi quindecim graduum Canticum Deo acceptè canimus, dum feriantes à vitiis, ſeptem quoque ſpirituum donis ditati, per octo virtutum exer- E citia, ad octonarium beatitudinum culmen Chriſto conreſurgentes pertingimus.

Sed, quid hæc inquies ad numerum C. XX. cujus myſterium quæritur, pertinent? Multum per omnem modum. Nam ſi ab uno incipiens & eo numero, qui apud arithmeticos *aggregativus* dicitur, numerando ad quindecim uſque procedas, centum viginti in numero compléſti. Qui etiam numerus in plano diſpoſitus, formam trianguli exhibet: cujus tres extremæ lineæ invicem reductæ æqualis extent longitudinis, qualibet earum quindecim in ſe unitates retinente. Et quid hujus myſterio numeri pulchrius? In quo & trianguli ſpecies fidem ſanctæ Trinitatis informat; & quindenarius F in extremis finibus triangulæ figuræ tripliciter occurrens, in duabus partibus ſuis, ſeptenario videlicet & octonario mores inſtruit: inſuper & beatitudinis per immutabilem ſtatum fidelibus repromittit. Propter hoc, ùt æſtimo & originali mundo, qui per aquas periit, iſte annorum numerus, id eſt, C. XX. ad pœnitentiam indultus eſt, dicente Domino ad Noë: *Erúntque dies hominis centum viginti anni:* (Gen. 6.) Ut sciret homo Evangelicus per Spiritum à DEO doctus; hanc ipſi DEO gratam eſſe, atque ſufficientem ad placandum pœnitentiam, quæ & in fide ſanctæ Trinitatis agitur, & quam feriatio à vitiis, ſtudiúmque virtutum comitatur. Qui enim ſic per ſeptena- G rium & octonarium pœnitet, quaſi per C. XX. annos DEO ſatisfaciens, non ſolùm Sabbatizans à vitiis, æternæ & extremæ ultionis evadit ſupplicium, ſed & culmen virtutum, atque beatitudinis æternæ conſequitur octonarium, dicente Domino; *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum, &c.* (Matth. 5.)

CAPUT VI.

De dimenſionibus recapitulatio & ſpirituali ornatu templi.

Iſtæ itaque dimenſiones; hæc longitudo H fidelis patientiæ ac fidei omnia propter Dominum ſuſtinentis: hæc amplitudo charitatis ſe ad proximum in DEO & propter DEUM dilatantis: hæc ſublimitas cœleſtis converſationis & ſpei, ſe in DEUM erigentis, gratum DEO templum, ſanctam ejus Eccleſiam efficiunt: LX. in longum, XX. in latum; XXX. vel etiam C. XX. in altum ſpirituales cubitos obtinentem. (*Spiritualis templi dimenſiones.*) Hujus templi aurum divinitatis notitia, cultus, & amor eſt. Argentum ejus in divinis rebus eloquentia. Precioſi lapides ejus, virtutum margaritæ ſunt. Thymiama ejus bonæ opinionis fragrantia. Thus luciditſimum ejus, conſcientiæ puritas & orationum incen-

A censa ſunt. Altare Thymiamatis ejus, Chriſtus JESUS ſanctorum preces & orationes excipiens. Altare quoque holocauſti, & ſacrificiorum, & victimarum idem Chriſtus eſt; pœnitentiam converſorum, & vota quoque fidelium non repellens. Singuli templi hujus lapides, quique fideles. Tabulata auro affigendo præparata pietas cordium, devotio mentium eſt.

Non nobis vacat, nec propoſitum eſt, per ſingula ſpirituales templi hujus ſtructuras vel ornatus perſtringere: ſed iſta intuliſſe ſufficiat: quatenus ſciamus DEO fabricatori ejus majorem de hoc templo, quàm de quolibet manufacto quantumlibet ornato, vel amplo curam exiſtere. Nam cætera B omnia manu facta DEI templa propter iſtud facta ſunt & fiunt. Iſta verò domus pro ſuimet ipſius pretio à Domino JESU Chriſto propriæ prædicationis labore, imò & mortis ejus impendio fabricata, ſpiritúque ſancto de cœlo miſſo conſecrata eſt. Itaque quantum hæc domus omni templo præſtat manu facto, tantò ejus profanatio abominabilior, Deóque & hominibus deteſtabilior eſt, & eſſe debet. Quod verò in rebus deteſtabilius, Chriſtóque magis contrarium eſt, hoc ſibi vendicare Antichriſtum, dubitari non poteſt.

Deo magis cura templum ſpirituale, quàm materiale.

CAPUT VII.

C *Adaptatio ad Eccleſiam eorum, quæ in templo illo facta ſunt.*

EA propter quanta malignatus eſt inimicus in hoc ſancto Dei templo, quod eſt Eccleſia; inſuper verò & in illo Hieroſolymis in hujus typum facto. Quanta item, nimirum in figura paſſionum & agonum Eccleſiæ, Domino permittente, idem inimicus malignatus ſit, perſtringere, atque invicem ſibi, veritatem & umbram conferre, Deo favente, curabo: ut de abominatione quoque deſolationis, qualis, & in quo templo quærenda ſit, à bono rerum D æſtimatore ſcire poſſit. Illud namque templum à David & Salomone regibus divino inſtinctu fabricatum per regem Babylonis igni combuſtum, & ad ſolum dirutum eſt. Eccleſiam quoque à verò David Domino noſtro JEſu Chriſto, atque ab ejus ſpiritu, tanquam Salomone vero, conſtructam & dedicatam, item Babylonicus Rex, id eſt, Imperator urbis Romæ, quam tropicè Petrus Babylonem nominat, NERO videlicet, & quilibet ejus potentiæ ſimul & impietatis ſucceſſor, perſecutionibus, proſcriptionibus, & omnis generis tormentorum cruciatibus contra eam deſæviens, quantum in ipſo erat, deſtruxit atque incendit, quin & totum mundum Babyloniæ Caminum effecit: in quo, ùt ſuperiùs quoque memoratum eſt, ſanctæ Trinitatis cultores quaſi tres pueri, ſancto certamine deſudârunt. Qua in E tempeſtate innumera Sanctorum millia ab unius DEI cultu nolentium tranſire ad culturam creaturæ, illuſtre martyrium duxerunt. Sed Dominus in eadem tentatione Sanctis ſuis adfuit, eóſque vel in paſſione confortans, vel paſſiones, ut tolerari poſſent, mitigans, flammam ignis de fornace excuſſit: inſuper verò conſolationibus eos ſui ſpiritus refovens, medium fornacis fecit eis, quaſi ventum roris flantem: unde & poſt fornacem paſſionum vivere ſe miraculis multipliciter proteſtati ſunt, dæmonibus ex obſeſſis hominibus ad eorum ſepulchra fugientibus, & qualibet infirmitate detentis conſolationem recipientibus. F

Comparatio Templi Hieroſolymitani & Eccleſiæ.

1. Pet. 5.

Neronis contra Eccleſiam perſecutio.

CAPUT VIII.

De hæreticis reædificationem impedientibus.

DEinde Cyro Perſarum rege captivitatem Judæorum relaxante, templum quoque & civitas Hieruſalem ut reædificarentur permittente: itémque Dario & Artaxerxe Perſarum & Medorum regibus idem concedentibus, opus diu dilatum eſt; impedientibus nimirum vicinis viris potentibus, eóſque in manu & robore prohibentibus. Interdum verò & in dolo ſimul ædificare iidem vicini promittebant. Sed, admiſſi non ſunt, utpote homines alienæ fidei, atque in multis comprobati inimici. At verò Zorobabel Dux filiorum Juda, & Neemias ſacerdos perſtabant in opere, donec G eandem domum DEI ad conſummationem perducerent. Et hoc ædificationis tempus per XL. & ſex annos protelatum eſt, nimirum adverſariis jam dictis eidem operi olim obnitentibus. Unde Judæi obloquentes Domino: *Quadraginta*, inquiunt, *ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?*

1. Eſd. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Ædificatio templi Hieroſolymitani à vicinis impedita.

3. Eſd. 4. 5. 6.

Joan. 2.

H Quæ utique tempora temporibus hæreſum videntur mihi congruere; quando regio culmine ad fidem inclinato, legibus quoque malis ablatis, bonæ leges pro Eccleſia latæ ſunt. Tunc enim per Arium, Sabellium, & Photinum, alióſque quàm plurimos hæreſes diverſæ contra Eccleſiam pullulârunt, qui ejus ædificationem impedientes, tantò nocentiores hoſtes extiterunt; quantò quaſi è vicino habitantes in multis nobiſcum erant. Quin & regum animos in ſuæ perverſitatis dogma trahentes, contra Eccleſiam concitabant. Unde Conſtantius Conſtantini filius multa Sanctis DEI mala intulit. Sed & Gothorum Reges Ariani, multas & graves Sanctis DEI, maximè autem ſacerdotibus per totam Africam perſecutiones intulerunt: quæ omnia ſuis locis digeſta, inveniuntur: nos quoque prout opportu-

Hæretici ſpiritualis templi ſtructuram impediunt.

Hæreticorum verſutia.

Digitized by Google

A portunitas poſcet, memorabimus. At verò ſancti DEI confeſſores & Doctores, Hilarius, Ambroſius, Auguſtinus, aliíque illuſtres viri pro fide Catholica murum ſe opponentes, tamdiu mendacio reſtiterunt, donec, damnatis hæreſibus, judicium eorum ad victoriam pervenit.

Hæreticis obſiſtunt ſancti Doctores.

CAPUT IX.

De actis Antiochi Epiphanis, cui ſtatui Eccleſiæ typicè conveniant.

TErtiò per Antiochum Epipbanen eadem domus DEI manu facta, illato in eam * ſtatunculo Jovis contaminata eſt: taliſque abominatio deſolationis in loco ſancto per tres annos ſtetit; cùm & civitas Hieruſalem per ſex annos vaſtata jaceret, quo tempore, ùt liber Machabæorum continet, paſtophoria templi diruta, & in atriis virgulta nata ſunt: cùm & impudicæ mulieres ſacris ſe ædibus ultrò ingerebant, intrò ferentes quæ fas non eſt: ſed & templum comeſſationibus plenum fuit: hoc præcipiente
B tunc, & tormentis exigente Antiocho; ut Judæi à patriis tranſlati legibus ad ritum gentilium tranſirent; quatenus omnis populus eſſet populus unus.

** Simulacro, icone. De his conſule libros Machabæorum, præſertim ſecundum.*

Cui impietati Judas reſtitit Machabæus & fratres ejus: & protegente eos Domino, in manibus eorum opus proſperatum eſt: ita ut, cùm eſſent pauci, de magnis regibus, ac de multitudine hoſtium triumpharent: ſicque tandem, civitatem, & templum receperent. Quo in tempore, ſacerdotium quoque venale apud Regem factum eſt.
C Nam Jaſon proprium fratrem Oniam virum optimum, datis ac promiſſis pecuniis cùm ſubplantâſſet, atque in captivitate detineret, idem Jaſon à Menelao ſubplantatus eſt, ſuperponente ſibi argenti talenta trecenta.

Sed cùm pecunias promiſſas ſolvere neglexiſſet, & ipſe ſacerdotio deturbatur, ſuccedente ſibi Lyſimacho fratre. Rurſum Menelaus ſacerdotium reambiens, aurea quædam vaſa, quæ furatus fuerat in templo, dedit Andronico. Pro qua re dum argueretur ab Onia, dedit conſilium Andronico, quatenus Oniam interficeret: ſicque factum eſt. Et Menelaus per fraudulentiam ſimul & violentiam in poteſtate permanſit. Et
D hæc tertia templo illi manu facto tribulatio fuit. Cui rei mihi ſimile videtur illud malum, quod item tertio loco poſtea, quæ prædicta ſunt, in Eccleſia, & contra Eccleſiam DEI actitari, machinante diabolo, cœpit.

CAPUT X. E

De ſtatu Eccleſiæ temporibus Heinrici Quarti, quomodo temporibus & actis Antiochi congruant.

POſtquam enim per ſanctos & illuſtres viros, devictis hæreſibus, Eccleſia victoriam & pacem obtinuit; cùm interim quoque divitiis & bonoribus regalibus eadem Eccleſia per Reges & Principes aucta ſimul & cumulata eſt, ambitioſorum pervicacia, quaſi inteſtino bello eam vaſtare cœpit. Si quidem & Reges à temporibus Caroli Magni, ex conceſſione quorundam Romanorum Pontificum, videlicet Leonis III. & Adriani II. Eccleſiaſticarum ſibi dignitatum inveſtituras vendicabant, & perſæpe in Eccleſia Dei, non quos volebat, ſed quos volebant in Epiſcopalium ſedium apicem exaltabant; & quos volebant, bumiliabant. Quorum tamen regum nonnulli circa hujus cladis principia modeſtiùs ſe in bis, atque temperantiùs agebant, nimirum electionibus Eccleſiaſticis, in concedendis honoribus, deſerendo, ipſiſque dignitates non ad gratiam ſeu pecuniæ precium, quin potiùs ad morum, & ſcientiæ prærogativam F
largiendo.

De hoc vide Comentariolum meum de Impp. Regum ac Principum in ſedem Apoſtolicam munificentia. De hoc Inveſtiturarũ privilegio vide, quæ ſcripſi in Apologia Baroniana c. 1. & in Baſilico Doro cap. 5. Gerhohus Adrianum II. & Leonem III. nominat. Alij Adrianum I. & Leonem VIII. Pſeudopapam. Ex quo apparet comenti vanitas.

At verò, ubi ad Reges ventum eſt, qui ignorabant Joſepb, Eccleſia, quæ erat Domina, facta eſt ancilla. Et ſicut quando tribus Dan cœpit ſibi quærere poſſeſſionem, cùm jam non eſſet Rex in Iſraël, ſed unuſquiſque, quod bonum ſibi videbatur, boc faciebat, cùm jam in Eccleſia Dei vel in domo Michæ cœpit eſſe idolum, & ſacerdos conductitius; non electio Cleri, non conſenſus honoratorum; non petitio populi, in ordinandis Epiſcopis quærebatur; non *Jud. 17. & 18.* ſanctitati vitæ, non ſcientiæ illuſtriori delatum eſt: ſed, quicunque volebat, imple- G
bat manum ſuam, & factus eſt ſacerdos non jam Domini, ſed Mammonæ, ac principis hujus mundi dicentis: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me.* *Matth. 4.* Quid enim erat niſi diaboli Principis hujus mundi in maligno poſiti adoratio? Principum, in quibus ſuperbiæ & avaritiæ ſpiritus habitabat, ad hoc clientelæ deſervire; ut quiſque illis familiariùs deſerviens, dignitatis Eccleſiaſticæ alicujus apicem citiùs conſequi potuiſſet. H
Cùm taliter, aliunde videlicet aſcendentes, non ad aliud, niſi ut eſſent hæretici, promoverentur? Nam & ipſi, talium ordinatores, dicti Epiſcopi, cùm eſſent indubitati Simoniaci, jam olim in ſuo auctore à magno Simone Petro, aliíſque ſucceſſoribus ejus legitimis prædamnati, nihil præter damnationem, quam babuerunt, ſuis ordinatis conferre potuerunt; ipſique talium ordinati, per eorum manus impoſitionem vulneratum ab eis caput reportaverunt.

Quid ſponſam Chriſti ſanctam Eccleſiam A non periculi vel mali ſub talibus pronubis & ſodalibus ſponſi paſſam arbitremur? irruentibus nimirum ad eam paſſim, & ùt dictum eſt, aliunde aſcendentibus quibuslibet, vel pecunioſis jam ad omne vitium exercitatis; vel à deſcendentibus nobilibus ad omne vitium cereis; ad quos monendos vel arguendos ſi quilibet acceſſiſſet, velut à tribulis & ſpinis convulſus & dilaceratus abiſſet. Tales namque ad ſponſæ Domini caſtitatem, nemine prohibente, liberè irruerunt, non ut fratri defuncto ſemen ſuſcitarent: ſed ut ſuæ veſaniæ cæcas cupiditates explerent. Quis ad ejusmodi arguendos proſiliret, quos & Imperialis tuebatur autoritas, divitiarum quoque facultas, & amicorum, vel cognatorum potentia, cli- B entum officioſitas & multitudo ſimilium defendebat? Unde à capite, Imperarore videlicet, non benè ſano, & à Pontificibus lepræ hujus contagio maculatis per totum ferè cleri corpus peſtis ſe diffuderat. Nam dum Epiſcopus Epiſcopatum marcarum aliquot centenariis coëmiſſet; quam non ipſe ſibi ſubjectam dignitatem ad reſarciendum damnum ſuum venderet? Sic ergo ab eo Abbates, Præpoſiti, Archipresbyteri, Archidiacones & Presbyteri conſtituti: quid non & ipſi Eccleſiaſticarum adminiſtrationum uſque ad ſepulturæ locum & officium venale haberent? quatenus & ipſi vel divitias cumularent, vel ſaltem marſupia exinanita replerent?

C Parùm verò dixi, vel ad gratiam, vel ad pecuniæ, aut obſequii exhibitionem honores Eccleſiaſticos laica manu fuiſſe adoleſcentibus collatos: Quin inſuper ad impietatis & miſeriarum augmentum hi faciliùs eosdem conſequebantur honores, qui opinatiſſimi in flagitiis extitiſſent, & hoc maximè *Heinrico IV.* imperium tenente: qui & *Encomia Henrici IV.* ipſe omnes usque ad ſua tempora reges vel Auguſtos, imò ùt credi poteſt, omnes homines in flagitiis præibat. Nam ſecundùm quod dictum eſt Joanni in ſua Apocalypſi, *Apoc. 21.* divini conceſſione judicij; *Qui nocet, noceat adhuc; & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Ego cùm hujus hominis ſordes mente averſa recolo, quas publicus abhorret auditus; id, quod dictum eſt, *ſordeſcat adhuc*, id eſt ultrà, vel ampliùs; in hoc homine finali- D ter completum exiſtimem: cui in ſordibus parem, ne dicam ſuperiorem inveniri poſſe, non putaverim. Nam ſi mihi recolas Jovem adulterum, ſi Neronem ſpurcum ſimul & facinoroſum, ſi Maximinum, & ipſum ſimul crudelem & flagitioſum; ego adhuc iſti in flagitiis palmam dederim: qui & æqualis eis, aut etiam ſuperior in flagitiis eſſe potuit: & in augmentum ſceleris eadem flagitia ſub titulo Chriſtianitatis peregit. Nam *ſi inimicus meus*, ait Propheta in perſona Domini, *maledixiſſet mihi;* verbi gratia Judæ- E us, vel Paganus; *ſuſtinuiſſem utique. Tu* *Pſalm. 54.* *verò*, Chriſtiane *homo unanimis dux meus, & notus meus;* ſubauditur, mala mihi inferendo, non eris ſuſtinendus.

Erat in ejus contubernio impudicorum *Familiares Henrici IV.* grex ex clericis & laicis illuſtrioris proſapiæ congregatus. Erat ei item adunata juvencularum & matronarum tanta multitudo, quantam nec ſine querela regiæ domus manſio vel profectio ſuſtinere potuiſſet: quarum tamen pleræque à propriis viris abſtractæ, invitæ & captivæ ad opus nefarium ducebantur. Per horum commiſtionem, præter quotidianas ſpurcitias diabolo veſpere & manè, & meridie ſaerificatas cum Beel-phegor Deo ſuo ſolenniùs ſacrificare voluiſſet; F in propria ejus *caminata* in unum coire faciebat, ipſe medius eorum in ſacris nefandis conſiſtens, ut & luminibus, ùt dicitur, extinctis, quantum valuit, arte procurârit: ut frater cum ſorore, vel quilibet proximi ſanguinis, qui ſe in tenebris dignoſcere non poterant, convenirent. Dúmque omnibus viris moris, ac penè naturale ſit, proprias celare conjuges, ne cum alienis conveniant, ipſe è contra, ſuam, quæ ei fuerat, forma & nobilitate, ac morum honeſtate decenter dicam an indecenter ſociata, cùm ei ex nutu, vel ſignificatione dæmonum id placuiſſet, in publico illo impudicorum conventu, more ſcenico proſtituit. Unde aliquando contigit, ut illa ſuæ illuſionis tempus præſciens, pariter & locum, implorato civitatis, in qua res agebatur, Epiſcopi DEI zelum habentis auxilio, armata manu, exemplo Phinees ſa- G cerdotis, de medio impudicorum eriperetur, ubi, ùt fertur, nexibus quoque ad opus nefarium aptata inventa eſt.

CAPUT XI.

Abominationes maximæ.

ET quia de abominatione deſolationis in loco ſancto ſtatura loquimur, abominandi non erimus, ſi adhuc loquamur abominationes majores his. Nox erat ſacroſancta natalis Domini, in qua ſolennes agere, ùt notum eſt, vigilias, interpoſitis quoque Miſſarum ſolenniis, uni- H verſa Chriſti conſuevit Eccleſia. In hac ei ſolennes agere diabolo vigilias, Chriſtianis vigiliis omnino contrarias ex dæmonum haud dubiè ſuaſu complacuit; in quibus & ſacrificium Chriſtiano ſacrificio penitus contrarium loco miſſæ inſeruit. Aderat ibi impudicorum grex ex clericis & laicis adunatus, ſingulis, ùt fertur, Pſalmis, & lectionibus ſcorta interſerens. Ubi verò ad miſſæ & ſacrificii locum ventum eſt, omnia inverſè & perverſè, ac ſanctitati contraria gerebantur. Ita ut pro oſculis, ſacerdos

A cerdos profanus & miniſtri ſacrilegi, altare, poſteriore corporis parte nudata, contingerent. Quæ ibi ſpurcæ delibationes oblatæ ſint, parco dicere; ne dicentem lector unà cum ſacrificio deteſtetur. Omnia tamen feruntur ſpermate humano fuiſſe fœdata. Vidi ego ipſe Epiſcopalem illam Capellam in civitate Ratisbona pro tali ſacrificio meritò profanatam.

Num. 25. Pſalm. 105. Et quid de hoc omnium flagitioſorum Præpoſito exiſtimem, niſi Beelphegor per ipſum eſſe conſummatum, cui, ùt legitur, quondam filij Iſraël in deſerto cum filiabus Madian ſunt initiati. Nam, quamvis omnia hæc, & plura his, quantum fieri poterat, abſconditè agebantur, per eas tamen matronas, quæ invitæ & captivæ adhibebantur ſacris nefariis; pérque uxoris propriæ publicas tandem querimonias detecta ſunt. Etenim poſt B unius uxoris obitum, ex qua & liberos, adhuc circa principia regni ſui, ùt fertur, honeſtior honeſtè ſuſceperat: quam Dominus *Prima Henrici IV. uxor.* à facie hujus iniquitatis gementem & dolentem miſericorditer abſtulit: aliam Regis Ruteni filiam nomine Giſilam matrimonio hujus myſterij iniquitatis ignaram accepit. Quæ ut impietatis cultum primò in aliis, eandémque in ſemetipſa per impudicos admiſſos experta eſt; poſt muliebris verecundiæ aliquamdiu ſervata ſilentia; quando jam patientiam matronalem vicit magnitudo ſcelerum; primò fidelibus Chriſto Epiſcopis & Sacerdotibus rem pandit, fugæque ac ſeparationis occultæ opportunitatem quæritat.

C Inſtabat inter hæc regia profectio, Ciſalpinis partibus in Longobardiam deſtinata, quò & reginæ commeatus ab Imperatore quærebatur. Dúmque illa pro cauſis quidem ſecretioribus, obtenſa verò, ùt erat, infirmitate, laborem viæ detrectaret; Epiſcopi verò reginæ, ùt erat regi placitum, profectionem ſuaderent; illa inter cætera dixiſſe perhibetur: juſto ſe mœrore contabeſcere, viámque meritò detrectare; quæ à proprio marito ita proſtituta ſit, ut ſcire non poſſit, ex quo prolem conceperit. Profecta tamen eſt, & in ipſa via quorundam DEUM timentium auxilio fugam arripuit. Dúmque, ùt poterat, deliteſceret, miſſis ad Epiſcopos Germaniæ literis, cauſas fugæ ac ſeparationis publica manifeſtat querimonia: ſicque iniquitatis myſterium, quod priùs di- D cebatur in tenebris, cœpit in luce & publicè dici, quantum tamen publicus auditus poterat admittere. Regina verò in proprio, & mariti videlicet dimiſſi regno latendi ſecuritatem non inveniens, primò ad Ungaricum regnum, ubi quoſdam parentes habebat, fugâ devenit. Dúmque inde eam Imperator, miſſis nuntiis, retrahere deſtináſſet, in Ruteniam, ad patrium videlicet regnum, repedavit, ubi reliquum vitæ tempus in ſancta viduitate peregit.

Secunda uxor ab Henrico aufugit, impatiens tantæ turpitudinis.

Rex verò & ipſe in ſuæ obſcœnitatis & im- E pietatis nequitia perſeveravit; vendítans Epiſcopatus; & quibuslibet turpibus, nonnunquam ob ipſius turpitudinis pretium Eccleſiaſticos largiens honores: ita ut in ſtratis quoque lectulorum inter ſcorta, & inter ipſos turpitudinum ſocios ac ſocias laſciviens, dicatur cuidam Epiſcopatus inveſtituram per annulum, ùt erat turpis, turpiſſimo ſchemate non dicendo porrexiſſe. Quam rem, vel ſimilem, ei quidam ſcholaſticè tunc temporis ſubſannans, irriſit hoc modo: *Abbatiſſarum reginarúmque ſubactor* *Recitat hos verſus Aventinus lib. 5. Annal. Bojarum.* *Propter adulterium, ſumpſit Epiſcopium. Muntidi Roma caput ſi non ulciſcitur illud; Quæ caput orbis erat; cauda ſit, & pereat.*

CAPUT XII.

F

De civitate Gabaa, & uxore Iſraëlitæ conſtuprata, adaptatio ad illius temporis ſtatum.

EO in tempore miſerrimus erat ſtatus & facies Eccleſiæ, ita ut non facilè occurrat, cui loco ſcripturarum decenter poſſit aſſimilari. *Jud. 19.* Venit tamen in mentem de uxore Iſraëlitæ temporibus Judicum à viris civitatis Gabaa usque ad mortem tota nocte illuſa. Quam vir ſuus manè in limine domus protenſis manibus mor- *Jud. 20.* tuam inveniens, ac domum aſino impoſitam revehens, in duodecim fruſta concidit; ſícque miſſis partibus in duodecim tribus Iſraël, omnes ad miſerationem, & vindictæ zelum commovit. Pro qua re & ab univerſis in unum congregatis acriter ſemel & ſecundò G cum multa ſuorum ſtrage pro juſtitia contra viros urbis Gabaa ex præcepto Domini dimicatum eſt. Tandémque tertio congreſſu obtenta victoria: ita ut univerſi viri civitatis Gabaa cum fratribus ſuis Beniaminæ tribus viris deleti ſint, quorum & civitates everterunt, mulieribus ſimul & parvulis extinctis; ita ut ad reparandam tribum reliquiæ vix repertæ ſint.

Quæ enim eſt hæc mulier, dimiſſo patre, Iſraëlitæ ſociata, niſi ſancta Eccleſia relicto patre diabolo vel mundo, Chriſto in conjugium copulata? Quæ toties, viro deſerto, ad Patrem regreditur, quoties Eccleſia, refrigeſcente in ſe charitate Chriſti, huic mundo vel Principi ejus diabolo, infidelitatis, H vel pravæ converſationis contubernio ſociatur: ſed eam vir ſuus Chriſtus toties revocat, quoties per ora paſtorum & doctorum, ſuíque ſpiritus infuſione dilectionis ſuæ in ea calorem reſuſcitat, tale quid blandè dicens ei: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet rex ſpeciem tuam.* *Pſalm. 44.* Sed dum in hac vita inter ſuperbos ac peſtilentes homines Eccleſia graditur, eorundem ſuperborum ac peſtilentium, tanquam virorum

 civita-

A civitatis Gabaa, quod interpretatur, *ſublimis*, perverſæ doctrinæ vel morum pravitate corrumpitur. Quod cùm multoties Eccleſia ab iniquis & pravis hominibus paſſa ſit, nunquam, ùt mihi videtur, fœdiùs corruptioni ſubjacuit, quàm modò, cùm ex Simoniacorum caterva laxatis habenis, ad ejus caſtitatem ſuas cupiditates expleturа irrupit. Denique ſicut de naviculis Evangelicis ſcribitur, *quoniam impletæ ſunt, ita ut penè mergerentur;* non quòd merſæ ſint, ſed quòd ad merſionem uſque periclitatæ. Ita & de Eccleſia dicere poſſumus, quòd ejus modò corruptoribus tota ei nocte, hora videlicet tenebrarum, illudentibus, mortua, id eſt, morti proxima effecta eſt. Imò verò & in pluribus Eccleſiis vitalis Sacramentorum calor, ex quo vitam habere poterant, penitus extinctus eſt: quomodo & ignis altaris Domini, qui per tot annos captivitatis Babylonicæ ſervatus fuerat, Jaſone ac Menelao ementibus ſacerdotium, fuiſſe perhibetur extinctus. B

Luc. 5.

CAPUT XIII.

De Gregorio VII. & ejus optimo zelo.

NUnc vir mulieris hujus Chriſtus per ſuum Vicarium, Petri ſucceſſorem, Gregorium VII. tunc Romæ Urbis Epiſcopum quid geſſerit, qualémve pro C uxoris adulteratæ morte zelum oſtenderit, tacendum non arbitror. Dignum eſt enim temporis illius luctuoſam tragœdiam, certaménque Eccleſiæ contra pravorum pervicaciam, in notitiam extendi futurorum. Enimverò jam dictus Papa Gregorius VII. ſeptiformis ſpiritus gratia donatus, poſt multas & fortes commonitiones, jam dicto Imperatori, ejúſque conſiliariis per nuncios ac literas directas* mandavit, quatenus vitæ propriæ enormes exceſſus corrigeret: præcipuè verò, ut ab honoribus Eccleſiaſticis, quos venditabat, cuiquam conferendis, penitus abſtineret, quippe quod ejus officii non eſſet: cùm Regum non ſit Eccleſiaſticas, ſed laicas tantùm diſpenſare dignitates, ad Epiſcopalem verò apicem, vitæ meritis & electione Cleri præcedente, per Epiſcopalis manus impoſitionem veniendum, ſicut D prædeceſſor quoque ejus Papa Nicolaus ſtrenuè cœperat, Eccleſias & Eccleſiaſtica officia, eorúmque ordinationes ſacerdotibus & Eccleſiaſticis perſonis vendicare.

Greg. VII. ſeptiformi gratia Spiritus ſancti praditus.

** In M.S. deſideratur.*

Poſt multas igitur, perquam fortes admonitiones, graveſque correptiones, poſt fomenta blandæ inſtructionis & exhortationis adhibita, cùm nihil his omnibus profeciſſet, ferro tandem præciſionis uſus eſt, tradens ejuſmodi Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus fieret in die Domini. Itaque dicente Domino; *Non veni pacem mittere, ſed gladium*, miſit & ipſe, velut alter E Machabæus, gladium, quo, etſi non corrigeret, ſaltem perturbaret iniquos; ne fortè gladio verbi DEI parcens, tacendo conſenſiſſe videretur, & liberè graſſaretur iniquitas. Quàm verò non præceps, aut levis, imò verò modeſtus in danda in eum excommunicationis ſententiâ idem Gregorius Papa VII. extiterit, ipſius teſtatur Apologetica Epiſtola, Epiſcopis ac Principibus aliíſque fidelibus in regno Tentonico conſtitutis directa, quam & huic opuſculo noſtro non ſuperfluum duximus inſerere.

1. Cor. 5.

Matth. 10.

Gregorius VII. alter Macchabæus.

Circumſpectio Gregorii in ferenda excommunicatione contra Henricum IV.

Poſt Epiſtolam hæc ſubdit & pertexit Gerhohus. Ita modeſtè ſimul & ſtrenuè Gregorius officio ſuo contra Heinrici IV. pravitatem uſus eſt, quemadmodum Epiſtola ejus apologetica præſcripta docet. Quemadmodum verò de Pharaone ſcriptum eſt: *Quoniam induratum eſt cor ejus:* & alia ſcriptura dicit de Leviathan: *cor ejus induratur* F *quaſi lapis, & ſtringitur quaſi malleatoris incus; & quia non fugabit eum vir ſagittarius: in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ.* Ita & ille fortis fractus, ut corriperetur à Domino, verbi Dei gladium, plagámque ſuam, qua plagatus eſt, in nihilum reputans, non ſolùm ad pœnitentiam contriſtatus non eſt, ſed ab unitate corporis præciſus, foris, quaſi aliam fabricare Eccleſiam molitus eſt.

Eam edidimus in vita Gregorii Septimi apud Paulum Bernriedenſem pag. 147. & ſeqq.

Exod. 4. & 8.

Job. 41.

CAPUT XIV.

* *Wiguvertus ſuperponitur Gregorio.*

** Aliis Guibertus.*

UNde quaſi Papam alium Wigbertum G quendam Gregorio ſuperponens, cúmque *Clementem* nominans, idolum potiùs erexiſſe, quàm Papam ordináſſe æſtimandus eſt. Nam, qui poſt unum ſecundus eſſe voluerit, jam non ſecundus, ſed nullus erit. Hoc igitur ſimulacro, non Papa, in civitate Brixina, ubi idem jam non dicendus Rex, ſed tyrannus natale fecerat, erecto, ad urbem Romam tendit, indéque proturbato Gregorio ſummo Pontifice, hunc ſuum, non Papam, ſed ſimulacrum in ſede B. Petri collocavit. Gregorius verò exulans in regnum devenit Franciæ: indéque literis directis, fideles quos novit Eccleſiæ, contra iniquitatem roborat, commo- H nens, ne communicando ſchiſmati Catholicæ pacis unitatem ac ſanctitatem commacularent. Heinricus verò jam non Rex, ſed tyrannus, Epiſcopos, alióſque fideles Eccleſiæ ſuæ parti non communicantes, de propriis ſedibus proturbat, eiſque alios non Epiſcopos, ſed ſchiſmaticos & hæreticos ſuperponit: vixque in regno ſuo Epiſcopatus inveniebatur, in quo dualitatis hujus ſciſſura non eſſet. Hinc jam cædes, hinc membrorum in laicis & clericis truncationes, & oculorum effoſſiones: hinc publicæ civium contra

Papa ab Henrico creatus, non Papa, ſed idolum.

Hæc eadem verbatim ferme leguntur in Chronico Reicherſpergenſi nuper à D. Gevvoldo Evulgato ad annum MLXXX.

A contra cives congreſſiones: aliis pro paſtoribus legitimis; aliis verò contra paſtores dimicantibus. Ex eo tempore, à multis fidelibus ac prudentibus impletum, atque impleri cœptum creditur; quod in Apocalypſi Joannis ſic Prophetatum eſt; *Cum conſummati fuerint mille anni, ſolvetur Satanas de carcere ſuo; & exibit & ſeducet gentes multas, quæ ſunt ſupra quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, &c.*

Mala ſchiſmatis.

Apoc. 20.

Uſque ad illud namque tempus per angelum magni conſilij idem Satanas, ſicut ibidem in præcedentibus dicitur; in abyſſo nimirum cordium iniquorum ac profundæ ſuæ malitiæ catena magna ligatus fuerat; & clauſum erat, atque ſignatum ſuper eum per
B annos mille, ut non ſeduceret ampliùs gentes, donec conſummarentur mille anni. Nam poſt hæc, ùt ait eadem ſcriptura; *oportet eum ſolvi modico tempore.* At eo tempore, quo diabolus per jam dictum, & adhuc dicendum regem Heinricum quaſi ſolutus, imò verè ſolutus, tyrannizare cœpit: Jam mille anni à Dominica paſſione tranſierant, quòd diabolus, ùt jam dictum eſt, in carcerem miſſus fuerat, & ſignatum ſuper eum eſt: Ex eo namque dualitas illa cœpit papatus, & diſcordia inter ſacerdotium & regnum, quæ profectò multùm profecerunt ad ſolutionem Satanæ. Quamdiu enim ſacerdotium per unitatis bonum, & religionis cultum in ſuo vigore ſtabat lucens & ar-
C dens, regnum quoque, quamdiu cooperabatur ſacerdotio, in bono viguit, timori exiſtens non boni operis, ſed mali. Duobus his luminaribus, Satanas & miniſtri ejus mali homines, tanquam beſtiæ ex præſentia Dei, intra ſua latibula tenebantur incluſi. Ex quo verò duo hæc luminaria etiam invicem turbata ſunt, & in religionis cultu tepuerunt; ex quo, quaſi Papa contra Papam ſtetit, hoc ſolvere tentans, quod ille ligârat, & è converſo; ex quo per Simoniæ malum & incontinentiæ pravitatem lino fumiganti ſacerdotium ſimile factum eſt; ſi quidem & ipſum exiſtens in pluribus timori non mali operis, ſed boni, dum Epiſcopus quicunque rarus, volens clerum ſuum
D corrigere, timore Romanæ, quemadmodum dicunt Curiæ, non auderet, quippe qui apud & iniquam ſuffragium per pecuniam invenirent, ex eo ſolutus eſt Satanas, ſi quidem *facta eſt nox, in qua pertranſierunt omnes beſtiæ ſylvæ, catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quærant à DEO eſcam ſibi*, quodam nimirum colore pietatis cauſam ſuam fucantes, ut id, quod nequiter & beſtialiter agunt, Deo auctore agere videantur, hoc eſt, ut quærant à Deo eſcam ſibi, &c.

Ibidem.

Pſalm. 103.

Et hæc mihi maximè videntur eſſe cauſæ, quibus ſolutus eſt Satanas, dum principes ſive Eccleſiaſtici ſive ſeculares timori eſſe cœperunt non mali operis, ſed boni, & honores Eccleſiaſtici flagitioſis deferri, ac venales haberi, & illa diutina & implacabilis diſſenſio ſacerdotij & Regni, per quam & ſacerdotium unà cum Eccleſia ſciſſum eſt, quamvis Eccleſia niſi una, & ſacerdotium niſi unum eſſe non poſſit. E

Sed faciat Dominus juxta promiſſum ſuum, ut ſolutio illa Satanæ modico duret tempore, *oportet enim*, inquit, *eum ſolvi modico tempore.* Niſi enim *breviati fuerint dies illi, non fieret ſalva omnis caro, ſed propter electos*, ait, *breviabuntur dies illi:* Satis ſit jam per ſeptuaginta ferè annos Eccleſiam Chriſti in illius temporis tenebris laborâſſe, quibus ſolutus eſt Satanas, in quibus & pertranſeunt omnes beſtiæ ſylvæ, catuli Leonum rugientes, ut rapiant, & quærant à Deo F
eſcam ſibi: oriatur nunc ſol, ſicut conſequenter ſcriptum eſt: Et congregentur bæ beſtiæ, atque in cubilibus ſuis collocentur, & exeat homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad veſperam, dicátque: *Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti*, & cætera. Nunc, unde digreſſi ſumus, redeamus, ídque quod reliquum eſt Tyrannidis Heinrici annotemus.

CAPUT XV.

De Heinrici IV. ab Imperio dejectione, & Rudolphi atque Hermanni ſubſtitutione ſimul & occiſione.

Videntes namque fideles Heinricum ſub nomine Regis contra Eccleſiam Chriſti tyrannidem agere, ídque malum augeri in dies, uſi Papæ Gregorii conſilio, in unum conveniunt, Heinrici tyrannidi obviare cupientes, antè poſito ſanè firmiſſimo pacto, ne unquam ſibi idem Rudolphus in Eccleſiaſticis dignitatibus ordinandis, ullam poteſtatem vendicaret. Quo comperto, Heinricus non jam Rex, ſed tyrannus, copiis inſtructis, contra eundem Ruodolphum regem bello ſe parat. Cui & Ruodolphus Rex occurrit in manu valida, Saxonum maximè fretus auxiliis, commiſſáque pugna prope fluvium Unſtruth in loco, qui Welfesholz dicitur: Ubi hinc inde multorum facta ſtrage, contigit quo, Deus novit, judicio, illum in bello ruere, qui pro Eccleſia Chriſti atque juſtitia bellum inierat. G H

Hæc eadem habentur in Chronico Reicherſpergenſi. Rudolphus Rex contra Henricum.

At Ruodolpho occiſo, non multo pòſt tempore, fideles Eccleſiæ, alium ex principibus Hermannum nomine in regem eligunt; qui & ipſe non unius integri anni ſpatio regno potitus, à fautoribus Heinrici per inſidias occiſus eſt; ut ſimilitudo quoque certaminis, quam ſuprà de muliere conſtuprata intulimus, in Eccleſiæ certamine non deeſſet. Sicut enim illic adverſarii æquitatis bis ſuperiores effecti ſunt; ita & in hoc cer-

Hermannus Rex.

Jud. 20.

A certamine duobus regibus in defenſione juſtitiæ occiſis, bis adverſarii victoria potiti ſunt. Si verò & mulieris in fruſta conciſæ in præſenti cauſa ſimilitudo quæritur: hoc fuerit legitimo viro Chriſto, vel ejus vicario, verbi cauſa, Gregorio VII. mulierem ex bono zelo in fruſta concidiſſe, conſciſſam per ſchiſmaticos & dilaceratam Eccleſiam demonſtrâſſe, quatenus fidelium animos ad vindictam tanti ſceleris, per conciſionis demonſtrationem provocaret. Eo ſanè locutionis genere dici poteſt mulierem conſcindere, hoc eſſe conſciſſam demonſtrare. *Gen. 22.* Quoniam & Dominus ad Abraham loquens; *nunc*, inquit, *cognovi;* hoc eſt, cognitum feci, *quòd timeas Dominum.* Qui videlicet locutionis modus, efficiens pro effectu, vel è B converſo, ponens, apud Grammaticos metonymia dici ſolet.

CAPUT XVI.

Victor Papa Gregorio: Victori Urbanus ſuccedit.

INterim ſanè dum hæc circa Rudolphum & Hermannum reges geruntur, decedente in exilio Gregorio VII. ſubſtituitur Victor: Victori quoque Urbanus ſuccedit; adhuc in urbe Roma Wigberto, quem Clementem dixerant, Petri ſedem occupante. Hic videlicet Urbanus, ſicut in dignitate, ita quoque in virtute Gregorii VII. imò & ipſius Petri legitimum ſe ſucceſſorem exhibuit. *Laus Urbani Pontif.* *Hieroſolyma recuperata.* *Clerus Hieroſolymitanus.* Hujus in tempore Franci per ejus exhortationem provocati civitatem Hieroſolymam, locum videlicet ſepulchri Domini, de manu paganorum virtute potenti, angelorum quoque viC ſibili miniſterio adjuti eripiunt, ſicut proprius inde contextus libellus edocet. In qua etiam civitate, per Clerum eódem commigrantem, vitæ communis ea formular efloruit, quæ primitus per Apoſtolos ibidem cœpta dignoſcitur, judicantibus eis nimirum juſtiſſimè non aliam ſe illi civitatem debere normam vivendi inducere, quàm quæ primæ inſtitutionis Apoſtolicæ fundamentis congrueret. Hæc ſiquidem plantario legitimi germinis in civitate illa ſancta reſuſcitata palmites ſuos inde jam latè extendit, bonorum cordium glebis id facilè ac libenter recipientibus; quod D primitus ab ipſa dextra Domini in propriæ coloniæ agello plantatum ſit. *Fugati ſacerdotes ſub Henrico IV.* Perſecutio quoque huic bono cooperata eſt. Nam dum à civitatibus meliores Clerici, eò quòd excommunicato Principi, ejúſque fautoribus & communicatoribus ſuam ſubtraherent communionem, pellerentur: in ſilvis ac ſuburbanis agellis cohabitantes, ubi eos, quibus Deus inſpiravit, fideles ac potentes quidam tutati ſunt, ea cœperunt converſationis norma degere; quam Chriſto, pro quo & perſecutionem ſuſtinebant, maximè complacitam agnoviſſent. Sícque in Clero & in Monachatu Apoſtolicæ inſtitutionis vita, quæ primò in deſertis ac ſylvoſis locis E reviruit, paulatim etiam antiqua & ſuburbana cænobia reviſit, ejectis inde malis colonis, vel in melius commutatis, ſicut ſcriptum eſt: *Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur.* *Pſal. 64.* *Matth. 21.* Alia quoque ſcriptura dicit; *& vineam ſuam locabit aliis agricolis.*

Eodem quoque tempore Canones antiqui de continentia miniſtrorum ſacri altaris innovari, novis accedentibus præceptis, cœperunt, alioquin incontinenter viventium. Simoniacorum quoque & conductitiorum miſſas audire populo indubitanter ſcienti prohibitum tribus his Romanis Pontificibus, Nicolao, Gregorio, atque iſto, de quo lo- F quimur, Urbano, eadem ſucceſſivè quaſi uno ore conteſtantibus, atque præcipientibus: *Captus Urbanus.* quatenus in ore duorum vel trium teſtium ſtaret omne verbum. Et Urbano quidem, contigit, ut in manus adverſariorum fraudulenter adductus, in una turrium urbis Romæ aliquamdiu captivus teneretur.

CAPUT XVII.

Rudbertus Papam liberat..

SEd inde eum divina clementia eripuit per manum Ruodberti, cognomento Guiſcardi, magna regione Urbis incendio conflagrata; *Liberatus à Roberto Guiſcardo.* turríque interim expugnata, dum populus ad incendia feſtinans illic occupatus teneretur. Itaque Domino G cooperante liberatus in Franciam rediit, ibíque confidenter agens, quæ Apoſtolici erant officij, in Heinricum excommunicationis ſententiam renovat: literis & legationibus fideles ad ſtandum & agendum pro Eccleſia confortat. Ipſos namque Francigenas inter ſe pro terris ac terrenis litigantes ad pacem revocat, ſuadens eis, & Urbano inter eos ore perorans, ut ſi eis otium diſpliceret, ac terra propria anguſta videretur, ad terras Orientis contenderent, ibíque pro receptione ſanctæ civitatis ac ſepulchri Domini de manu gentilium ereptione ſatagerent: Ubi eis aut glorioſè, Domino dante, triumphare contingeret, aut glorioſiùs eſſet mori pro Chriſto; Felicéſque fore, qui aut Chriſto vincerent, aut pro Chriſto H morerentur. Et verbum ejus ad victoriam pervenit, *Domino cooperante*, & ſermonem *Marc. ult.* effectui mancipante, *ſequentibus ſignis;* & adjuvantibus virtutibus angelicis, atque, ùt ſuprà dictum eſt, viſibiliter præſentiam ſuam exhibentibus.

In Urbe verò Guibertus, quem Clementem dicebant, ſatis agebat pro ſectæ ſuæ pariter ac Heinricianæ tyrannidis Principatu, exhibens nimirum ſe ipſum veram abominationis deſolationem, de qua nobis nunc ſermo eſt, ſtantem in loco ſancto, in ſede videlicet B. Petri, ſimulacrum Pontificis reſidens

A ſidens abominandum. Super qua re quidam dialogi ſpecie ſcholaſticè luſit verbis amborum alternantibus hoc modo:

Citat. Avent. ib. 5.

Diceris URBANUS, cùm ſis projectus ab Urbe:
Vel muta nomen, vel regrediaris in Urbem.

Item:

Nomen habes Clemens, ſed Clemens non potes eſſe.
Cùm tibi ſolvendi ſit tradita nulla poteſtas.

CAPUT XVIII.

Henricus levatur in Regem contra Patrem.

INterea quàm plurimis ex Principibus, aliiſque viris virtutis ſententiam excommunicationis formidantibus, & cum Ecclesia, ac pro Ecclesia ſentienobus, Urbani quoque Papæ bortatu accedente, complacuit, quatenus Heinricum filium Heinrici levarent in Regem, ſperantes ſe per filium legitimè regnantem poſſe Patris tyrannidi reſiſtere; quod & factum eſt. Levato ſanè filio in regem & in civitatem Ratisponam tendeno, pater cum mulotudine armatorum, Duce Boëmico & Marchione ſuperioris Pannoniæ ipſi auxilium ferentibus, occurrit: ſed pugnæ coogreſſus fluvio, qui *Regin* dicitur, interceptus eſt. Dum verò mora interponitur, Principes jam dicti, quibusdam ſponſionibus acceptis de parte patris ad filium accedunt. Atque ex tunc pater Heinricus fugabatur, impingebatur, minuebatur, ita ut Principum penitus deſtitutus auxilio, filio tandem preces atque ſupplicationes porrigeret, quatenus ei privatè vivendi ſecuritas coocederetur: factúmque eſt, ut in celebri quoque Curia corooam Imperialem reſignaret, petens ab excommunicatione, qua tenebatur, abſolvi, & Eccleſiaſticæ communioni reſtitui. Sed petitionis effectum conſecutus ooo eſt, timentibus nimirum & caventibus Catholicis, oe fortè abſolutus aliqua Eccleſiæ vel Imperio contraria moliretur. Unde & absque communione ſervatur in quodam caſtro, in taotum abominabilis effectus, ut reliquias eiborum ejus pro communione videlicet Eccleſiæ conſervanda, etiam *garziones* & minimi pueri oon conongerent, ſed canibus, ipſo vidente, projicerent.

Henricus filius contra Henricum patrem.

B

C

Miſeranda miſeria Henrici IV.

D

Teſtatur hæc epiſtola ab eo ad Principes miſſa, de ipſa, qua tenebatur, cuſtodiâ; in qua & boc inter cætera lamentando conqueritur; *quòd in ſancta natalis Domini nocte, omnibus Chriſtianis ad Eccleſias feſtinantibus, & ſacra myſteria participantibus, Chriſtus, qui omnibus ad ſalutem eſt natus, ſibi ſoli ſit negatus.* Juſto equidem Dei judicio. Nam, qui multos Epiſcopos & ſacerdotes propriis ſedibus expulerat, juſtè etiam ipſe regno privatus eſt, & qui alios injuſtè in vincula conjecerat, vinctus & cuſtodiæ mancipatus eſt: &, qui ſacra myſteria ſanctiſſima Natalis Dominici nocte polluerat; juſtiſſimè & ipſe eorundem myſteriorum indignus & expers babitus eſt. Et pœnitenoa illius qualis exoterit, Domious viderit. Abſque communione verò Eccleſiæ vitam finivit. E

CAPUT XIX.

De Heinrico V. & ejus tyrannide.

FIlius itaque coofirmatus in regno, primò modeſtè agere, affabilem ſe exhibere; jura Eccleſiaſticæ libertati conſervare. At ſimulata pro affectato regno & imperio pietas, velut auri ſuperinducti ſpecies, ubi paululùm uſu dominandi detrita eſt, cœpit apparere, qualis apud ſe intus fuerit. Qualem verò ſe in cauſis ſeculi exhibuerit, dicere nihil ooſtrâ intereſt: ſed, in cauſis Eccleſiæ qualis detectus ſit, perſtringere, non abs re arbitramur, ſi fortè abominaoonem deſolationis in loco ſancto ſtantem, de qua nobis inquiſitio eſt, etiam in ejus actibus invenire valeamus. F

Simulatio Henrici V.

CAPUT XX.

Wicbertus abjicitur.

INterim dum inter duos Heinricos patrem & filium bæc, quæ dicta ſunt, geruntur; deturbato & abjecto ex conſenſu Heinrici junioris, Wicberto, qui Clemens dicebatur, Urbanus Papa ad Urbem rediit; quo & ipſo diem obeunte, Paſcbalis (II.) ſuccedit, optimus & ipſe legis Dei ac paternarum tradioonum, ſeu libertatis Eccleſiaſticæ æmulator exiſtens. At verò & Heinricus Rex per abrupta paterni callis ingrediens, regno & imperio ſuo maximum detrimentum reputabat, ſi Epiſcopatuum inveſtituras liberas, ſicut in ſua ſublimatione promiſerat, permiſiſſet: omnem videlicet gloriam regni ſui, velut alter Aman, nibili reputans, niſi Mardochæus, ordo ſcilicet ſacerdotalis, curam agens Eccleſiæ, ſponſæ regalis, ei, pro adipiſcendis honoribus Eccleſiaſticis, flecteret genu.

Mors Urbani.

Succeſſio Paſchalis.

Henrici V. in deterius mutatio.

G

H

CAPUT XXI.

Heinricus V. ſacerdotalia ſibi uſurpat.

COepit igitur & ipſe, obeuntibus Epiſcopis, electiones legitimas in ſubſtituendis aliis vel prævenire, vel factas nihili pendere, Epiſcopatus ad graoam perſonarum, ad pecuniæ quoque vel obſequii acceptionem cooferre. Dúmque ad eum Paſchalis Papa paterna monita dirigeret, quibus eum ad viam revocabat, quatenus, juſtitia regni ſui contentus, Ponoficalia ſibi non uſurparet, Eccleſiæ Dei, matri videlicet

A cet ſuæ, honorem deferret, libertatem ejus, quam in eligendis Sacerdotibus habere deberet, non temeraret. Bona verba, & quæ rationabilia videri poterant, reddidit, niſi ſub lingua ejus labor & dolor latuiſſent. Dixit namque & ſcripſit ad electionis Epiſcopalis concedendam libertatem, ad inveſtituras etiam reſignandas, ad decimas quoque remittendas Eccleſiis, paratum ſe eſſe, ſi quidem Domnus Apoſtolicus omnia regalia, videlicet Ducatus, Marchias, Comitatus, Dominia cum beneficiis, monetas, teloneas, munitiones per univerſum regnum ſuum imperio reddere voluiſſet.

Hæc ſanè promittens ſciebat non conſenB ſum iri ab Epiſcopis præcipuè Germaniæ & Galliæ, atque Saxoniæ; multas regales divitias & honores, ex antiqua regum & Imperatorum donatione poſſidentibus: ſed per promiſſa ſpeciem quandam pietatis habentia, ad perceptionem Imperialis coronæ per benedictionem Romani Pontificis imponendæ nitebatur Domnus Papa quoque his promiſſiotibus acceptis, reſcripſit ei, qualia poſtulaverat, de impoſitione videlicet Imperialis coronæ, & reſtitutione omnium regalium, ſi quidem Rex promiſſa ſua de Eccleſiæ libertate compleret. Et hæc paucis arbitris inter regem & Romanum Pontificem gerebantur, nimirum Epiſcopis (ſolo Cancellario Imperatoris excepto) aliiſque Eccleſiæ & Imperij Principibus promiſſa hinc inde facta penitus ignorantibus. Igi C tur talibus hinc inde promiſſis datis & acceptis Rex cum multo Epiſcoporum, aliorúmque Principum comitatu ad Urbem tendit; quam & veniens ingreditur præſtitis antè juramentis, ac data fide, de pace Romano Pontifici, atque Urbi integrè conſervanda.

CAPUT XXII.

Paſchalis Papa à rege Heinrico captivatur.

D JAmque ventum erat in medium Eccleſiæ beati Petri, ubi de juſtitiis hinc inde conſervandis, ac tenore concordiæ inter ſacerdotium & regnum tractare convenit, cùm ſellis hinc inde prolatis conſeſſum eſt, circumſtante confertim corona armatorum. Proferuntur in medium literæ de parte Imperatoris ad Romanum Pontificem directæ, & quæſitum per Cancellarium Domni Papæ à Domno Imperatore ejúſque Cancellario, an eas ſuas, & à ſe miſſas recognoſcerent? Cúmque reſponſum fuiſſet ab eis, & eædem in palàm literæ lectæ ſunt, promiſſa Domni regis ad Domnum Papam continentes. Similiter & ex parte Domni regis, literis, quæ à Domno Papa directæ fuerant, in medium prolatis, quæſitum & reſponſum eſt: itémque literæ in publico recitatæ, quæ Domni Papæ ad Domnum regem promiſſa continebant. E Dúmque promiſſa eatenus inaudita Epiſcoporum aures percellerent, cognoſcentes ſe & Eccleſias ſuas occaſione Imperialis coronæ regis capiti imponendæ ſpoliandos antiquis poſſeſſionibus; quaſi ex uno ore contradicebant, aientes; ſe regi coronam imperialem tanto ſuarum Eccleſiarum detrimento emere nolle. Cúmque & armati circumſtantes eos minis ac terroribus perurgerent, quaſi jam interficiendos, niſi conſenſiſſent; Chuonradus Juvavenſis Archi-Epiſcopus, etiam caput potiùs amputandum porrexit, quàm ut ad ea, quæ petebantur, conſenſum præberet. Et dum clamor hinc inde confuſus aliquamdiu percrebuiſſet, rex cum indignatione & motu animi ſurgens abire cœpit. F Sed & Domnus Papa, ex præcepto militum cum rege & poſt regem abire compulſus eſt.

Lege Baron. Tom. XII. Anno M. CX. & M. CXI.

Intrepidus animus Conradi Archi-Epiſcopi Salisburgenſis.

Hinc prædo graſſatur, hinc cædes civium Romanorum pro paſtore ſuo, quem liberare cupiebant, morientium; captivi quoque Domni Cardinales trahuntur, aliúſque Clerus intra ambitum Eccleſiæ beati Petri inventus. Omnia ſiquidem oſtia Eccleſiæ * obſervata fuerant, ne quis liberè effugere potuiſſet. Epiſcopi videntes quæ fiebant, gemere, ac facinus deteſtari, ſacrilegium clamitare. Multa verò & inenarrabili cæde in cives perpetratâ, rex abit, & domnus Papa Paſchalis cum eo, ſed coactus ab alio, & ductus, quò nolebat. Erat videre miſeriam. G Cardinales aliíque Clerici tenerè educati funibus trahebantur ab equitibus: quos illi, ùt poterant, ſequebantur per plateas, luto profundo ac tenaci vix emergentes. Dúmque pedites equitibus coambulare non poſſent, haſtis tranſverſis eorum dorſum & latera pungentes ad currendum cogebant: ita ut aliqui inter manus trahentium vitam exhalarent. Qui verò ſupervixiſſent, hos per nocturna tempora vel ſaccis incluſos, vel catenis, aut aliis vinculis, ne fuga laberentur, aſtrictos ſervabant, donec fortè eis per pecunias, quas vel per ſe, vel amicos habere poterant, extorſiſſent.

Cædes Romanorum.

** Fortè obſerata.*

Paſchalis Papa captus.

Miſerrimè tractati Cardinales.

Nec mirum hoc de vivis, ſiquidem & cadavera, victis civibus, mortua pro captivis redimendis pleraque etiam pro pecuniæ pretio venditaverant. H Et Papa quidem ducebatur ac ſervabatur in cuſtodia. Honorabant verò eum nihilominus Epiſcopi aliíque timentes Deum. Ea ſanè intentione à Rege ducebatur captivus, quatenus captivitatis fune benedictionem ei Imperialem extorqueret, ſicque unà cum benedictione, vel inveſtituras Epiſcopatuum obtineret, vel regalia omnia ad Imperium retraheret. *Non dimittam te*, inquiens, *niſi taliter benedixeris mihi*. Sed multùm diſſimilis ab illo, qui hæc

Sævitia in mortuos.

Jacob patriarcha. Gen. 32.

prior

A prior dicebat. Nam ille humilitate, fletu, ac precibus ab Angelo benedictionem obtinuit; ſicut de eo ſcriptum eſt; quoniam in fortitudine ſua directus eſt cum angelo, invaluit ad angelum, flevit, & rogavit eum. Iſte verò captivitate, minis ac terroribus, multíſque ſacrilegiis coronæ Imperiali benedictionem dicam an maledictionem? qualiter deſiderabat, extorſit. Et ille quidem, Patriarcha videlicet Jacob, ab Angelo benedictus marcido femoris nervo uno claudicabat pede; major videlicet in ſpiritualibus, in quibus per benedictionem excreverat, ac minor in temporalibus exiſtens, quod proprium eſt claudicantis, ut uno pede fortior, altero infirmior incedat. Iſte verò jam Imperatoria benedictione perceptâ æqualem poteſtatem ſibi in ſpiritualibus ac B temporalibus vendicabat. Nam ſpretis electionibus is apud eum dignior cæteris Epiſcopatus honore habitus eſt; qui ei vel familiarior extitiſſet; vel plus obſequii, aut pecuniæ obtuliſſet.

Diſſimilitudo ejus & Henrici V.

Et obtinuerat quidem in ipſis tentoriis privilegium de retrahendis omnibus regalibus ad Imperium, quale voluit ab ipſo, quem mitantibus ſeculis & indignantibus ſecum ducebat Papam quaſi ſuum captivum: ipſo nimirum Domno Papa optimè callido, ac ſciente, privilegium, quod in tentoriis à captivo daretur, nullas vires habiturum. Pro qua re univerſi penè Franciæ Epiſcopi conſilium inierant, quatenus excommunicarent ipſum Papam Paſchalem, tanquam Eccleſiæ hoſtem & deſtructorem: niſi privilegium idem ipſe, qui dedit damnaviſſet. Quod & factum eſt. Nam idem Paſchalis Concilio C reſidens, adſtipulantibus ei Epiſcoporum multitudine cum Domnis Cardinalibus, idem privilegium, imò verius dicendum *pravilegium*, quod ei captivitate fuerat extortum, damnavit, omnibus regibus eo de privilegio ad dehoneſtandam, vel apotiandam Eccleſiam abutentibus, maledictionem pro benedictione inducens.

Lege Baron. Tom. 12. Anno M. CXI. & M. CXII.

CAPUT XXIII.

Paſchali Gelaſius ſuccedit: cui Burdinus à rege ſuperponitur.

D

NOn multo pòſt tempore Paſchali Papa viam univerſæ carnis ingreſſo, Gelaſius in Pontificatu ſuccedit, optimus & ipſe legis Dei ac libertatis Eccleſiaſticæ æmulator, cujus poſt ordinationem die XL. Heinricus Imperator urbem ingreſſus, beſtiam quandam nomine Burdinum ſuper intruſit, Gelaſio Papa ab urbe deturbato. Iterum videre erat abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, *filiúmque perditionis in templo Dei*, quod eſt Eccleſia, ſedentem, *ſéque ſuper omne quod dicitur Deus aut quod colitur extollentem*; E Gelaſio Papa exulante, & Burdino ſedem beati Petri, imò verò & Chriſti ſedem occupante. De quo, ejúſque ſimilibus jure dixerim; quod ſuper omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ſe extulerit. Si quidem non ſolùm veris Chriſti ſacerdotibus, de quibus à Domino dicitur; *Ego dixi, Dii eſtis, & filii excelſi omnes*; ſed & Chriſto, præter quem alius non eſt Deus, ſe, qui ejuſmodi ſunt, præferre nituntur, dum ipſo ſpreto & abjecto, qui verus Eccleſiæ ſponſus eſt, ejus locum adulterino auſu pervadunt.

Anno Chriſti 1118. Lege Baronium hoc anno.

2. Theſ. 2.

Pſalm. 81.

CAPUT XXIV.

Contentio inter regnum & ſacerdotium.

ET Burdinus quidem ſedem B. Petri occupans ſatis agebat pro iniquitatis F complendo myſterio, Gelaſius verò exulans, quaſi Pater filium Regem Heinricum ad correctionem invitat, quatenus videlicet Eccleſiæ in electionibus Epiſcoporum ſuam libertatem dimitteret, & ſtatuam, quam in ſancto loco contra DEUM erexerat, deponere feſtinaret. E contra verò Imperator obſiſtebat, dicens: aut velle ſe omnia regalia ad Imperium retrahere, aut in Epiſcopis conſtituendis conſuetudinem antiquam retinere. Quòd ſi placeret Eccleſiæ libera Epiſcopos eligendi facultas; imperio, quæ ſua ſunt, redderent: Et ſic, libera electione potirentur. G Epiſcopi ſanè ex regalibus divites contrà nitebantur dicentes: Epiſcoporum electionem, ſecundùm regulas Canonum, omninò liberas eſſe debere: non eſſe autem æquum, Eccleſias regales divitias aut honores perdere, quæ illis à Regum liberalitate fuiſſent liberè collatæ: imò verò, parùm eſſe ajebant: ut, quia ſancti Dei Martyres à regibus paganis non ſolum tormenta, ſed & contumelias ſuſtinuerint, nunc pro contumelia perpeſſa; gloria & honore à regibus ſublimentur. Atque hujus rei, tam videlicet gloriæ, quàm contumeliæ typum præceſſiſſe ajunt in Joſeph, qui de carcere regis Ægypti, quem iniquè perpeſſus eſt, in currum Pharaonis ſecundum ſublimatus, H regio inſuper annulo decoratus ſit; idque eſſe, quod in Canticis Canticorum ſponſæ à ſponſo dicitur: *Equitatui meo, in curribus Pharaonis aſſimilavi te amica mea.* Nec verò, inquiunt, non idcirco non eſt amica & dilecta Chriſto Eccleſia, quòd in curribus Pharaonis equitatui Chriſti in Joſeph typicè ſublimari aſſimilata ſit: ſicut idem Joſeph non idcirco dilectus Deo & hominibus Patriarcha eſſe deſiit, quòd in curru Pharaonis conſederit. Siquidem eum currus Pharaonis non obtrivit, vel extinxit, ajunt, ſed exaltavit. Sic ergò, inquiunt, & Papa urbis Romæ Sylveſter; non idcirco Deo & ho-

Henricus V. inſidiatur bonis Eccleſiaſticis.

Reſiſtunt Epiſcopi.

Gen. 41.

Cant. 1.

Non adverſari Deo, ut Eccleſia opes poſſideat.

Vide editum Conſtantini Magni.

A hominibus dilectus Pontifex eſſe deſiit; quòd eum Conſtantinus Auguſtus regali equo & ſellæ impoſitum regalibus quibusdam inſuper inſignibus decoravit. Cui ad honoris cumulum & ipſe Conſtantinus tenens frenum per civitatem Stratoris officium exhibuit. Unde uſque hodie amborum, pij videlicet Principis Conſtantini, itémque Beati Sylveſtri Romani Pontificis memoria in benedictione eſt, & futuris ſemper debet eſſe temporibus.

Adjiciunt quoque & dicunt; Hoc de Eccleſia ſentiendum eſt, quod & in Chriſto JESU. Nam ſicut in Chriſto JESU diſtincta inveniuntur tempora, paſſionis & gloriæ; paſſionis videlicet præteritæ, cùm accepto aceto dixit; *conſummatum eſt;* gloriæ verò incipientis apud homines ex quo reſurgens à mortuis *conſtitutus eſt à DEO judex vivorum & mortuorum.* Unde & ipſe reſurgens à mortuis, ait, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Et Pſalmiſta de ipſo utrum-

Actor. 10. Matth. 28. Pſalm. 8.

B que uno verſu complectens; *Minuiſti eum paulo minus ab angelis; gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus:* Ita & in Eccleſia diſtincta inveniuntur paſſionis & gloriæ tempora. Nam tempora paſſionis ei extiterunt, quæ & perſecutionis, quando per Imperatorum gentilium edicta crudelia, ſanguis Martyrum effuſus eſt, uſque ad tempora pij Principis Conſtantini: cùm videlicet Eccleſia glorioſa fuit apud Deum tantùm, & non apud homines: Ex tunc verò & ipſa gloria & honore, ac divitiis regalibus aucta cœpit eſſe glorioſa non ſolùm apud Deum, ſed & apud homines, incli-

C natis nimirum ad eam regibus, ac regnorum culminibus, & Sanctorum confeſſiones pro ignominia priore in ædificiis & prædiorum donationibus magnificè glorificantibus; inter quæ & regales ei quidam honores collati ſunt, ut ipſi, ſicut præmiſimus, dici conveniat à ſponſo ſuo Chriſto; quòd equitatui in curribus Pharaonis aſſimilata ſit amica ejus.

Daniel. 3. Cujus rei typus, ajunt, in tribus quoque pueris & quarto ſocio eorum Daniele præceſſit. Illi namque fornace Babyloniæ ſu-

D perata, inclyti poſtmodum apud regem habiti, & magiſtratus honore in provincia Babyloniæ functi ſunt. *Daniel 5.* Daniel quoque poſt regalium ſolutionem ſomniorum; poſt ſcripturæ, & in pariete aulæ regalis contra candelabrum ſcriptæ lectionem ſimul & interpretationem, & ipſe torque aureo coronari, ac tertius in regno Balthaſar haberi meruit, ſicut in regno quoque Nabuchodonoſor inclytus extiterat: ut in illis tribus videlicet pueris Martyrum laborem, & ſubſequentem gloriam: In Daniele verò ſanctorum confeſſorum atque Doctorum vigilantiam, & ligatorum ſolvendi peritiam; itémque ſubſequentem gloriam temporalem ſi-

E mul & æternam typicè præfulſiſſe, manifeſtum ſit. Horum etiam trium, id eſt, Martyrum, atque confeſſionis, vel ſecretorum ſolvendi peritiæ, ac ſecuturæ pro utroque apud Deum & homines gloriæ, in uno Joſeph typus manifeſtus præfulſit. Nam in typo martyrij innocens carcerem ſuſtinuit; in typo confeſſionis vel doctrinæ ſomnia regis diſſolvit: in typum gloriæ ſecuturæ, & ipſe glorioſus, & poſt Regem Pharaonem ſecundus in regno ejus habitus eſt. Igitur, ajunt, ſicut in præmiſſis veteris inſtrumenti præfulſit imaginibus, indecens videri non debet, imò verò dignum & juſtum, ſanctam Eccleſiam, pro conſolatione laboris ignominiarúmque præteritarum, non ſolùm ſumptibus adjuvari neceſſariis, ſed regalibus quoque inſuper honoribus atque divitiis, honorúmque inſignibus decorari. Hæc etſi tunc temporis omnia fortè ab Epiſcopis aliiſque ex clero in defenſionem Eccle-

F ſiaſticæ ſublimitatis dicta non ſunt, tamen ſecundùm ſcripturæ ſanctæ autoritatem dici potuerunt.

Argumenta pro parte Regis.

At verò, qui pro parte erant Regis, ſufficere ajebant Eccleſiaſticis debere decimas & oblationes liberas, id eſt, nullo regali vel Imperiali ſervitio obnoxias. Eas verò quæ ſic Eccleſiis ab Imperatoribus collatæ ſint, ut Regibus ab Epiſcopis easdem poſſidentibus famulatus debeatur, oportere aut Imperio reſtitui, aut ab eorum poſſeſſoribus Epiſcopis conſueta *hominia* ac ſervitia regibus exhiberi, maximè præcipiente hoc Domino, ac dicente; *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo.* *Matth. 22.* Dum verò &

G Apoſtolus Paulus, in quo Chriſtus loquebatur, dicat; *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, ut ei placeat, cui ſe probavit.* *2. Tim. 2.* Satis, inquiunt, apparet, ſacerdotes regibus ſe per hominia obligantes, Deo, pro ſui officij gradu ſufficienter placere non poſſe. Unde, ut ei placeant, cui ſe probaverunt, militiam & cætera, pro quibus hominia regibus debentur, regno libera relinquant; & ipſi vacent orationibus, ovibúſque Chriſti paſcendis invigilent, ad quod inſtituti ſunt dicente Domino ad Petrum; *Paſce agnos meos; paſce agnos meos:* ac tertio, *Paſce oves meas.* Unde & ipſe Petrus pro ſui officij miniſterio legitimè ſolicitus: *non eſt,* ait, *æquum, relinquere nos verbum Dei, & miniſtrare menſis.*

Argumenta veterum & novorum politicorum. Quaſi verò nullus orationi vacare poſſit, niſi egenus. Joan. 21. Actor. 6.

H Item; ipſe in ordinatione Clementis: *Non vult te,* inquit, *Chriſtus ordinare cauſarum judicem ſecularium, aut litium forenſium cognitorem fieri, &c.* Quòd ſi, ajunt, non eſt æquum ſacerdotem Domini, relicto verbo Dei, miniſtrare menſis; aut litium ſecularium fieri cognitorem; quantò minùs æquum eſt, ejusmodi, relicto verbo Dei, ductare militiam, caſtris intereſſe regalibus, aggerem comportare ſubvertendis

Non eſt neceſſe, ut Epiſcopi & Clerici hæc talia faciant

Digitized by Google

A dis urbibus, ſtruere per quæ & homicidia frequenter fiunt, quæ ſi pro parte Regum imperantium interdum juſtè gerantur, ſacerdotem Dei talibus vel intereſſe fas non eſt, ne ſancti violentur obtutus, niſi fortè pro defenſione patriæ ab alienigenis ad cives cohortandos ejus præſentiam ad tempus neceſſitas expoſtulet; aut pro divinis rebus in caſtris regalibus agendis, & conſiliis ſalutaribus miniſtrandis, ſacerdotem Domini commeatum pergere neceſſe ſit.

licèt Eccl. ſia opibus polleat.

Dum igitur, inquiunt, hæc diviniſſima Evangelii præcipiat autoritas, ratio conſentiat, neceſſitas expoſtulet, dimittantur Cæſari quæ Cæſaris ſunt, ne talibus implicati Epiſcopi, reddere non poſſint Deo, quæ Dei ſunt. Nam valdè, ajunt, ſunt oppoſita, vacare B Deo, & ſeculo militare. Aut ſi Epiſcopi, ajunt, retentis regalibus Deo ſimul & Imperio militare ſatagunt, ſéque ad utrumque poſſe ſufficere arbitrantur; oportet, ajunt, Imperatores in ipſis quoque Epiſcopis ordinandis ac ſubſtituendis primum habere locum. Non enim, ajunt, Imperio condecet, ut aliquis in Principem regni, niſi ab ipſo Imperatore, ex conſilio aliorum Principum, aſſumatur.

Frivola ratiuncula inſidiantium bonis Eccleſiaſticis.

Hæc & his ſimilia, quæ in illa contentione hinc inde ad alterutrius partis confirmationem, vel infirmationem dicta ſunt, vel dici potuerunt, longum eſſet retexere; vel, quæ nuncii medii tulerunt ac retulerunt. Gelaſio namque Papa Remis celebrante concilium; Imperatore verò Heinrico Verduni C manente; per mediatores nuncios res agebatur. Hoc ad præſens negotium ſcire, ſatis eſt, Imperatorem tunc temporis obduráſſe cor ſuum, ne dimitteret Eccleſiis electiones liberas: Epiſcopos quoque faciem ſuam obfirmâſſe, ne Imperio regalia remitterent. Magis verò dicebant; quæ ſemel ſanctificata erant Domino, à ſanctorum ditione abalienari non poſſe: dicente quoque lege divina; quòd ſi quis id, quod ſanctificatum eſt Domino, mutare voluerit, utrumque eſſe Domini, ſcilicet id, quod mutatum eſt; & pro quo mutatum eſt. Pro ipſis ſanè regalibus Imperio fatebantur conſueta ſe debita recognoſcere, regíque ſervire ad defenſio D nem coronæ ſuæ paratos eſſe; quantum cum integritate, & obſervatione ſui officii poſſibile foret: ſícque ſe Cæſari reddituros eſſe, quæ Cæſaris ſunt; & Deo, quæ Dei ſunt. Utrum verò per hominia & juramenta regibus obligari, id ſecularibus implicari ſit negotiis; quod in Apoſtoli Pauli verbis reprebenſum in ſacerdotibus eſt, ipſi Domni ſacerdotes, & Epiſcopi viderint; de quorum factis judicare, ſupra nos eſt. Poſſunt autem & ſic implicati nonnunquam tempus ad vacandum orationibus & lectionibus pecuniis redimere, ut, quamvis implicati, ferè liberi ſint. Utrum verò & talis implicatio ejuſdémque ſervitii redditio, vel re E demptio Eccleſiam Dei plus levet, an gravet, Dominus viderit, & tandem Eccleſiæ ſuæ ſanctæ congruam libertatem provideat.

Levit. 27.

CAPUT XXV.

De excommunicatione Heinrici Quinti.

INterim Heinricus jam dictus Imperator Eccleſiæ Dei electiones & inveſtituras nolens dimittere, magíſque cor ſuum adversùm ſalutaria monita indurans, & beſtiam, Burdinum dico, ſedi B. Petri ſuper F intruſam defendens, ac manu tenens, tanquam ſchiſmaticus, & adversùs Dominum rebellis ab Eccleſia Dei per Gelaſium Romanum Pontificem, multorum in Remenſi civitate commanentium Epiſcoporum adſtipulatione, ſeparatus eſt: ſícque ab utriſque diſceſſum.

At Henricus tanquam beſtia vulnerata ſævior effectus, dum recedentem, ac civitates quaſdam regni ſui ingreſſum Clerus non ſolito favore ac laudibus exciperer, nonnullis videlicet ab ejus receptione ſe ſubtrahentibus, quaſi in rebelles Imperio vindictam exercet, domus eorum ſubverti præcipiens.

Henricus excommunicatione efferatur.

Non multò pòſt Gelaſio obeunte, Calliſtus ſuccedit, cujus in tempore tandem Eccleſia ad eligendos ſibi Epiſcopos libertati donata eſt: qui & inveſtituræ per annulum & baculum, virgam videlicet paſtoralem in Epiſcoporum conſecrationem faciendæ, re G cognitæ ſunt. Videns namque Imperator Eccleſiæ graves manus ſuper ſe, ac metuens; ne fortè in iniquitate ſua per cœlos rationales, videlicet Epiſcopos & ſanctos Dei, revelata; etiam terra, terreni ſcilicet Principes adversùs eum conſurgerent; ſícque & ipſe, quemadmodum Patri contigit, regno privaretur, collecta curia, in loco, qui Lobvviſe dicitur, ubi & legati Romanæ ſedis aderant, electiones, ùt prædiximus, atque inveſtituras liberas Eccleſiæ remiſit: ita ut electus vel conſecratus de manu Imperatoris vel regis regalia per ſceptrum acciperet, facto ſibi hominio & fidelitate jurata. Et ita abla H to Burdino de medio, & in monaſterium, quod *Cavea* dicitur, miſſo Imperatore quoque à vinculo anathematis abſoluto, pax Eccleſiæ Dei reddita eſt.

Anno 1119. Sub Calliſto Papa pax redditur Eccleſiæ.

CAPUT XXVI.

De abominatione deſolationis.

NUnc reducendum in memoriam ad quid hæc de Heinrico quarto & quinto, hiſtorico ſcribendi modo profecuti ſimus. De abominatione quippe deſolationis in loco ſancto ſtante, itémque filio perditionis in templo Dei ſedente vel ſeſ-

A ſeſſuro, nobis inquiſitio eſt. Sed nec aliud eſſe abominationem deſolationis in loco ſancto ſtantem, quàm ipſum eſſe filium perditionis in templo Dei ſedentem, exiſtimem. Superior autem noſtri ſermonis ordinatio ſic proceſſit; ut templo Dei manufacto, quod erat in Hieroſolymis nimirum in typum Eccleſiæ fabricatum, & his, quæ circa ipſum geſta ſunt, nobis admotis pro ſpeculo, vel quaſi augurandi ſcypho, ea, quæ uſque ad noſtra tempora circa Eccleſiam Dei geſta ſunt, cum illis conferamus; ſi forſitan ex eorum ad invicem collatione nobis innoteſcat: ex quo tempore abominatio deſolationis in templo Dei, quod eſt Eccleſia, myſterialiter ſtare cœperit. Nempe opus Salomonis, templum ædificantis, typicè Chriſti conſerre operibus, Eccleſiam ſuam prædicatione,
B miraculis, ad extremum paſſionis quoque propriæ impendiis conſtruentis ſatis uſitatum eſt. Mortuus eſt enim Dominus Jeſus, reſurrexit juſtificationi noſtræ, aſcendit conſummationi noſtræ, ſpiritum quoque ſanctum remiſit, ſanctificationi & confirmationi noſtræ, qui templum ſanctum ejus eſſe debemus & ſumus.

At Rex Babylonis, princeps confuſionis diabolus, templum hoc Dei ſanctum, quod eſt Eccleſia, quietum eſſe paſſus non eſt, concitans adversùs illud Romanos Imperatores, vel alterius Babylonis Principes; per quos idem templum ſanctum evertere, ac fidem labefactare molitus eſt. Romam quippe, ùt ſuprà quoque docuimus, Petrus tropicè nomine Babylonis propter morum ſimilitudinem denotat: *ſalutat*, inquit, *vos Eccleſia in Babylone collecta*. Hanc enim Epiſtolam ſcripſit tempore Claudii Cæſaris Ro-

1. Petri 5.

C mæ conſtitutus, Marco diſcipulo ejus ſecum illic commorante. Quanta verò inimicus in hoc ſancto Dei templo, quod eſt Eccleſia, evertendo ſimul & in illo manu facto per utriuſque Babylonis Principes malignatus eſt, ùt ſuprà quòque commemoravimus, noſtra demonſtratione non indiget. Nam & libri Regum templi manufacti everſionem continent. Et Eccleſiæ agones, martyrum geſta immaniſſimæ crudelitatis plena teſtantur, quæ auribus noſtris quotidiana ingeruntur
D lectione. De utraque ſiquidem domo, de illa videlicet manufacta; & de iſta, quæ eſt Eccleſia Dei, rectè illa conqueſtio intelligitur, quam Eccleſiæ voces depromunt pſallendo dicentis; *Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum; poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam: Poſuerunt morticina ſervorum tuorum eſcas volatilibus cœli carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ, effuderunt ſanguinem ipſorum tanquam aquam in circuitu ejus, nec erat, qui ſepeliret, &c.*

Pſalm. 78.

CAPUT XXVII. E

Collatio Chriſtianæ fidei per reges gentiles ad fornacem Babylonicam.

ITaque tempora perſecutionis per Romanos Principes Eccleſiæ illatæ temporibus everſionis templi per Babylonios Principes factæ, rectiſſimè reſpondent. Illic enim, ſtatuam auream adorare tormentis cogebantur. Hic ad ſimulacra gentium argentea & aurea adoranda innumeris tormentorum compellebantur generibus. Illic una fornax contemptoribus regalis præcepti parabatur. Hic totus mundus ad neces ſanctorum inflammatus quaſi una fornax Martyribus erat. Illic tres pueri unius regis: bic Trinitatis cultores, multa videlicet millia Martyrum; injuſta Regum imperia ſpreverunt. Illic per tres pueros & quartum Danielem beſtiale cor Regis Nabuchodonoſor tantum humanitatis induit, ut verum Deum, ejúſque filium confeſſus ſit dicens: *Verè Deus veſter, Deus Deorum eſt, & Dominus Regum, revelans myſteria, quia tu potuiſti aperire ſacramentum hoc.* Item: *Ecce ego video viros ſolutos quatuor, & nihil corruptionis in eis eſt; & ſpecies quarti ſimilis filio Dei.* Et in ſubſequentibus; *Benedictus*, ait, *Deus eorum Sidrach, Miſach & Abdenago, qui Miſit angelum ſuum, & eruit ſervos ſuos; quia crediderunt in eo; & verbum Regis immutaverunt, & tradiderunt corpora ſua, ne ſervirent, & ne adorarent omnem Deum, excepto Deo ſuo. A me ergo propoſitum eſt hoc decretum, ut omnis populus, tribus, & lingua, quæ locuta fuerit blaſphemiam contra Deum Sidrach, Miſach & Abdenago, diſpereat, & domus ejus vaſtetur.*

Comparatio ſtatus Eccleſiæ ſub principibus Babylonicis cum ſtatu ſub Imperatoribus Ethnicis.

F

Laus Dei ex ore Babylonici Regis.

Lex Nabuchodonoſoris ne quis verum Deum blaſphemet.

G

Et conſequenter ſcriptura annectit dicens; *Tunc Rex Nabuchodonoſor promovit Sidrach, Miſach & Abdenago in provinciam Babylonis. Nabuchodonoſor Rex omnibus populis, gentibus & linguis, quæ habitant terram in univerſa terra, Pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelſus. Placuit ergo mihi prædicare ſigna ejus, quia magna ſunt, & mirabilia ejus, quia fortia, & regnum ejus regnum ſempiternum, & poteſtas ejus in generationem & generationem.* Sic, ùt diximus, tres pueri cum ſocio ipſorum Daniele cor Regis H beſtiale in humanum permutatum ad cognitionem & confeſſionem adduxerunt unius & ſolius veri Dei. Similiter & ſanctorum Martyrum quaſi trium puerorum ex uno ore ſanctam Trinitatem confitentium perſeverantia ad hoc profecit, ut beſtia illa terribilis ſecundùm viſionem Danielis dentes ferreos habens comedens & comminuens, ac reliqua pedibus ſuis conculcans Romanum videlicet Imperium beſtiale ac terribile humana ſe mente induerit, & Dominum majeſtatis agnoſcens, vera ſe illi humilitate ſubdiderit.

CA-

A

CAPUT XXVIII.

Ceſſatio perſecutionis per Romanos principes & Reges Babylonicos: itémque meliora decreta hinc inde ſtatuta conferuntur.

Decretum Regis Babylonici pro cultu veri Dei fuit typus legum ab Imperatoribus Chriſtianis ferendarum pro Eccleſia.

QUòd verò decreto ſtatuit, ut ſi quis loqueretur blaſphemiam contra Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, diſperiret, & domus ejus vaſtaretur, typus extitit per jam dictos Romanos Imperatores meliora prioribus, pro Eccleſia Dei decreta eſſe ſtatuenda. Sed hujus rei in ſubſequentibus regnis & regibus typus clarior effulſit nimirum Cyro & Dario, atque Artaxerxe Perſarum & Medorum regibus captivitatem
B relaxantibus, & vaſa domus Domini reſtituentibus, domúſque ipſa, ut reædificaretur concedentibus, in ejus ædificationem ſumptus præbentibus. Hoc enim præclaræ illius rei typus extitit, quæ poſtmodum in Romano Imperio per pium Principem Conſtantinum completa eſt; quando ipſo videlicet jam dicto Principe ad fidem accedente, malæ per eum leges ablatæ, ac meliores pro Eccleſiæ Catholicæ pace ac provectione conſtitutæ ſunt; ſicut ſcriptum eſt; *Tollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Principum namque portæ auferendæ, malæ ipſorum leges fuerunt, contra Eccleſiam aliquando & in æreis tabulis propoſitæ. *Portæ* verò
C *æternales*, bonæ pro Eccleſia leges extiterunt; quæ tunc elevatæ ſunt; quando, ſicut jam dictum eſt, pius Princeps Conſtantinus, nec non & alij poſt eum Imperatores, optimas pro Eccleſia Dei leges ſtatuerunt.

Pſalm. 23.

In tantum namque jam dictus Princeps Eccleſiæ Dei paci, provectioni ac ſublimationi intendit, ut, ſicut ſcriptum eſt de Rege Ninive; quòd audita verbi Dei prædicatione per Prophetam Jonam, ſurrexerit de ſolio ſuo, & indutus ſit ſacco: ita & iſte Princeps Conſtantinus, cujus memoria in benedictione eſt, prioris ignorantiæ pœnitudinem gerens, locum ſolij ſui, urbem videlicet Romam, Principi Apoſtolorum ejúſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus conceſſerit; ac intra Palatium Lateranenſe, quod erat omnibus Palatiis ſublimius, Eccleſiam in honore ſalvatoris Domini noſtri JESU Chriſti conſecrari fecerit: ipſe ſibi ſedem Imperij in partibus Orientis, optimo videlicet terræ ſolo, Byzantium conſecrans,
D nimirum æquum eſſe non arbitrans, ut principatum ſacerdotij in Vicario Petri, ſedémque Imperialem unius civitatis ambitus concluderet. Et ita veritas novorum cum typo antiquitatis congruit, ut conceſſiones piæ per Conſtantinum Principem Eccleſiis Dei factæ, conceſſionibus de reædificatione templi per Cyrum, Artaxerxen, & Darium factis concinnanter reſpondeant.

Jon. 3.

Donatio Conſtantini, vide Apologiam pro Baronio cap. 21. & Commentariolum de principum munificentia in Append. prima.

CAPUT XXIX.

E

Impedimentum reædificationis templi & hæreticorum molimina conferuntur.

SAnè quidem captivitate per Cyrum relaxata, vaſiſque ſanctis de Babylonia in Hieruſalem revectis; fundamentis quoque templi jactis, opus impeditum eſt per Principes, qui erant trans flumen in regionibus Samariæ, quorum nomina ſunt hæc; Reum, Beel Theeman & Samſai ſcriba, & cæteri conſiliarij eorum, qui & Epiſtolam accuſationis miſerunt adverſùs Judæos ad Regem Artaxerxem primò: deinde quoque ad Darium. Quod per hos, inquam, opus impeditum eſt, uſque ad ſecundum annum Darij regis Perſarum & Medorum, hoc in hæreticorum typum diabolus contra domum Dei, & in typum futurarum hæreſum, prior ipſe ædificare tentavit per homines, qui ab Oriente, id eſt, ab unius veri Dei cognitione & dilectione moti ſunt, ſicut decem quoque tribus per vitulos aureos à domo Dei ſcidit, non ſolùm illi domui Dei manufactæ invidens, ſed & futuræ contra Eccleſiam ſciſſioni hæreticorum intendens. F

1. Eſdræ. 4. Beel-Teem.

Typus hæreticorum.

Et hominum quidem jam dictorum opus impedientium molimen ad hoc valuit, quatenus ad ſuggeſtionem eorum rex Artaxerxes præciperet, ne ſinerent idem opus fieri, donec fortè ſuper hoc Regis præceptum aliud jubentis agnoſcerent; cujus impedimenti tempus ſimul cum eo, quo ædificatum eſt, computantes Judæi, *Quadraginta*, inquiunt, *& ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?* Cùm Dominus, cui hæc dicebant ſtruentes calumniam, non de templo illo manu facto, ſed de templo corporis ſui dixiſſet; *ſolvite*, inquiens, *templum hoc, & poſt triduum excitabo illud.* G

Joan. 2.

3. Eſdra. 2. & 4.

Sanaballath quoque Oronites & Tobias Ammonites, & Goſen Arabs reædificantibus domum eandem Domini fortiter reſtiterunt; qui & adduxerunt contra eos Ammonitas & Arabas atque Azoticos prohibentes eos in manu & robore: aliquando verò & pacem ſimulantes in dolo eis coædificandi adjutorium obtulerunt. Sed admiſſi non ſunt, utpote homines doloſi atque fidei alienæ. H

Quid autem per horum vel apertas inimicitias, vel fraudulentam ſocietatem rectius intelligitur, quàm hæreticorum contra Eccleſiam nunc manifeſta crudelitas, nunc doloſa concordia? *In multis enim*, inquit, *erant mecum.*

Sed homo, ait, *pacis meæ in quo ſperabam, & qui edebat panes meos, ampliavit adverſum me*

A *me ſupplantationem.* Quis non novit *Manicheorum Circumcelliones? qui nimirum cellas circumeundo dolum Sanctis Dei moliebantur, quibus & neces innumeras manibus uſi crudelibus quaſi Zelantes zelum Dei, inferebant? Quis Arianorum ignoret pervicaciam, nunc eandem nobiſcum fidem fuco verborum ſimulantium, nunc apertas contra Chriſtum blaſphemias evomentium, inſuper verò & Reges ſuæ pravitatis dogmate infectos contra Eccleſiam concitantium, per quos & aperta ſævitia, Eccleſiis Catholicorum clauſis, Epiſcopos eorum exiliis detruſerunt, ipſi ſuæ ſectæ Epiſcopos civitatibus ſubrogantes, magis verò ſimulacra quædam Epiſcoporum fabricantes. Quæ nimitum cuncta maximum non ſolùm impedimentum, B ſed & detrimentum domui Dei, quæ eſt Eccleſia, extiterunt reædificandæ. Nam primùm, ſicut prædictum eſt, eadem domus per Chriſtum verum Salomonem ædificata eſt; per Reges verò ac Principes perſecutores quaſi Babylonios deſtructa; deinde Regum conceſſione per filios transmigrationis reædificata eſt; quibus jam dicti viri in hæreticorum typum ædificantibus teſtiterunt. Nec incongruè hæreticorum typum eis aſſignem. In regionibus namque Samariæ babitantes libros & legem Dei habebant, de quibus ſcrutabantur ſimilitudines ſimulacrorum ſuorum. Dúmque victimas immolarent Domino, & ſimulacris ſuis ſacrificabant; quid horum converſationi in cœtibus hæreticis ſimilius? qui, cùm libros nobiſcum veteris pariter ac novi Teſtamenti reciperent; C dúmque in unius Dei profeſſione nobiſcum eſſent: tamen interea hæreſum ſuarum mendacia monſtruoſa non deferebant. Quarum hæreſum vel Catalogum proponere; ne dum contra ſingulas diſputare, hujus opuſculi non requirit intentio, nec admittit brevitas. Sed, id nôſſe, ſatis ſit, malitiam hominum opus reædificationis impedientium, penſatis omnibus, quæ circa templi fabricam, vel ſtatum geſta ſunt, maximè typum prætuliſſe hæreticorum: qui & ipſi Eccleſiæ Dei poſt perſecutorum tyrannidem, quaſi poſt Babylonicam captivitatem, reædificandæ maximum extiterunt impedimentum.

** Donatiſtarum.*

Quid diceret jam Gerhohus, ſi hujus ætatis hæreticos videret?

4. Reg. 17.

Pulchra collatio.

CAPUT XXX.

D *De Aman hoſte Judæorum; in quo typum hæreticorum teneat.*

Sed & illud ad figuram hæreticorum non nihil facit, quod in eodem regno Medorum per Aman hoſtem Judæorum contra eandem gentem diabolus machinatus eſt, regem circumveniens Aſſuerum, quatenus & Mardochæum cruci affigeret, & tota gens Judæorum una die perimeretur. Sed, interventu Reginæ Heſter, dolus & dolor ejus in caput ipſius converſus eſt, E & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendit. Nam in patibulo, quod paraverat, Mardochæo, ipſe ſuſpenſus eſt, itémque decem filii ejus in patibulis affixi. Inſuper & omnes, qui ſe ad necem Judæorum paraverant, verſa vice, à Judæis interfecti ſunt. Sed & hoc, quod Mardochæus ſomnium ſuum exponens; *Duo*, inquit, *dracones ego ſum & Aman;* non ſolùm hæreticorum aſtutiam, ſed & ſanctorum Patrum myſticat prudentiam. Nam ſicut in malo, ita & in bono ſerpens vel draco nonnunquam in ſcripturis accipitur. Unde eſt illud, quòd virga Moyſi verſa in draconem dracones magorum devoravit, nimirum in typum hæreſum per prudentiam juſtorum annihilandarum. Sicut itaque per manum Moyſi draco dracones devoravit: Et quomodo in ſomnio F Mardochæi draco à dracone victus eſt; ita & certamine inter hæreticorum aſtutiam & ſanctorum prudentiam commota ſapientia vicit malitiam, *Attingens à fine uſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuaviter.* Quod item in Apocalypſi Joannis mirabili viſione præmonſtratum eſt. Nam, ſicut illic draco, quem diabolum intelligimus, emiſit de ore ſuo, quod nimirum os erat. * Arius veſanus, aquam tanquam flumen, id eſt doctrinam hæreticam, ùt mulierem, videlicet Eccleſiam, quæ per fidem ſuam pepererat maſculum Chriſtum, trahi faceret à flumine; ſed terra, nimirum Eccleſia in Nicæno Concilio congregata, aperuit os ſuum, & abſorbuit flumen, damnando videlicet peſtiferum Arij dogma.

Lege librum Eſter.

Exodi 7.

Sap. 8.

Apocalyp. 12.

** Lutherus, Zwinglius, Calvinus, Beza.*

G Ita & Aman velut quidam * Arij præambulus peſſimum de corde & ore ſuo emiſit conſilium contra eandem gentem, de qua maſculus ille recturus gentes ſperabatur futurus, quatenus eâ extincta, Chriſti impediretur adventus. Sed & tunc terra quaſi os ſuum aperuit, quando Regina Heſter primò ad Deum orationibus; deinde quoque apud Regem intercedendo, egit, quatenus conſilium Aman peſſimum in caput ipſius redundaret; & gens illa unica, vel arbor, de qua fructus ſalutis exſpectabatur, ſalva permaneret. Et ibi quidem gladij ad Judæorum neces corporales parabantur: hic verò linguæ Iudæorum, machæræ nimirum H acutæ, ad interficiendas animas exerebantur. Et ſicut legimus, Reges quoſdam ex conſilio hæreticorum depravatos contra Eccleſiam deſæviſſe: ita è contra legimus, ſapientia vincente malitiam, hæreticos Regum animadverſione damnatos, quod, ùt diximus, in Aman malitia ſimul & damnatione, & in reginæ Heſter prudentia, ac Mardochæi ſolicitudine congruè præfiguratum eſt.

** Lutheri, Calvini.*

CA-

CAPUT XXXI.

De dimenſionibus templi.

A INterim verò penſanti mihi dimenſiones templi, quæ à regibus Cyro & Dario captivitatem relaxantibus, conſtitutæ ſunt, ſuſpectus eſt in altitudine ac latitudine ſexaginta cubitorum numerus. Sic enim ipſa Cyri conceſſio ſcripta continet inter cæ-
1. Eſdræ 6. tera: *Et ut ponant fundamenta altitudinem cubitorum LX. & latitudinem cubitorum LX.* Nam cùm templum, ùt æſtimari poteſt ad prioris inſtar etiam longitudine factum unà cum oraculo LX. cubitos habuerit: undique rurſum in dimenſionibus ſenarius decenus occurit: qui mihi fortè non immeritò,
B ùt dixi, ſuſpectus eſt: nimirum pro ſimilitudine illius Babylonicæ ſtatuæ aureæ, quam
Daniel 3. erexerat Nabuchodonoſor Rex, & ipſam
Apocal. 13. habentem in altitudine cubitos LX. & in latitudine cubitos ſex. Sed & in Apocalypſi Joannis numerum beſtiæ, quæ utique Antichriſtus intelligitur, invenimus ſexcentos LXVI. de quo videlicet beſtiæ numerò poſtmodum tractandum erit. Interim verò ſciendum, quòd ſenarius creaturæ ſolùm, & non creatoris numerus eſt. Sex namque diebus mundum Deus condidit, ſeptimo quaſi fatigatus poſt laborem ſex dierum ab omni opere ſuo requievit. Quid verò ſeptimus iſte dies requietionis Dei intelligitur, niſi ſapientia ejus, quæ non eſt aliud, quàm ipſe? Deus namque, qui ſpiritus eſt, certum eſt, quòd in creatura ſenſibili, qualis eſt terra inanimata, requiem ſibi non quærat: ſed nec animantia irrationabilia Deo in ſe requiem exhibere poſſunt. Sola rationalis creatura, requiei Domini apta C
condita fuerat, qualis eſt angelus & homo.

Sed dum angelo pes ſuperbiæ venit, hominem quoque ſuperbientem manus peccatoris movit, expulsíque ſunt, nec potuerunt ſtare divinitas in eis requiem ſibi non invenit, quæ non niſi ſuper humilem & quietum ac trementem ad ſermones Dei ſpiritum requieſcit. Sed nec angeli boni cùm nondum in humilitate ita perſectè ſolidati fuiſſent, ut eis nihil deſuerit, ſine ſuperbiæ, vel caſus ſui periculo totum divinitatis ſe inundantis pondus ſuſtinere valuiſſent. Quantò minùs hominum quiſquam extitit, præter unicum filium Dei, qui Deus ab æterno exiſtens, etiam homo prædeſtinatus eſt. Præter hunc, inquam, nullus inveniri potuit,
qui cum ſummis virtutibus, arcem quoque D
ſimul repentè humilitatis apprehenderit, ita ut Domino in ejus dictis & factis laborandum non eſſet. Itáque ſolus filius, in quo pater ſibi per omnia complacuit, quíque patri in ſe, ac de ſe nullum unquam laborem præbuit; ſolus inquam, ipſe eſt, in quo pater plenè requiem invenit; unde & ipſe rectiſſimè dies ille ſeptimus intelligitur, in quo Pater Deus ab omni opere ſuo requievit.

Igitur, ùt dicere cœpimus, ſicut ſenarius creaturæ, ita ſeptenarius creatoris numerus eſt: ac proinde ſtatua illa aurea rectè in ſui altitudine ac latitudine ſenarium non exceſſit. Siquidem diabolus eam ad ſerviendum creaturæ potiùs, quàm creatori erexit.

Finis Gerhohiani Syntagmatis.

BRE-

BREVIS REFUTATIO
ALOGIARUM
ANNÆ COMNENÆ
IN ALEXIADE
CONTRA
GREGORIUM VII.
PONTIF. MAX.

Auctore
JACOBO GRETSERO
SOCIETATIS JESU
THEOLOGO.

PRÆFAT-

Digitized by Google

PRÆFATIUNCULA.

IN catalogo teſtium veritatis produxit Illyricus Annam Comnenam contra Pontificem Romanum his verbis. *Anna uxor Nicephori Meliſſeni, filia Irenes & Alexii Imp. ſcripſit Hiſtoriam circa annum Domini M. C. quam Alexiadem vocavit. Ejus libri ſunt XV. in quorum primo meminit contentionis, quæ fuit inter Henricum Regem Alamanniæ, & Papam Romanum;* Et mox partem verborum Annæ recitat. Idem facit Cruſius libro primo Turcogræciæ.

Etſi autem jam pridem Catalogum Illyrici, & Cruſii Turcogræciam & prolatum ex Anna teſtimonium an convicium? legeram & refutâram, ùt docent notæ ad Hiſtoriam Joannis Cantacuzeni lib. 4. cap. 9. Deinde tamen cùm Tomo ſecundo defenſionis Bellarminianæ Apologiam pro Gregorio VII. annecterem, & in editione Pauli Bernriedenſis; neque Annæ, neque Illyrici ullam mentionem feci, quia cùm Alexiadem non vidiſſem, quippe nondum editam, neque Illyricus indicâſſet, de quonam Papa, vel Henrico Anna loqueretur, certò ſcire non poteram, Gregorium VII. ea Satyrâ Annæ & Illyrici lacerari. *Extat modò Apologia iſthæc ad initium Tomi hujus VI.*

At cùm nuper ex XV. Alexiados libris, octo in publicum Græcè prodiiſſent, iique à me inſpecti fuiſſent, mox apparuit, ſpicula illa venenatæ linguæ aliò non dirigi, quàm in Gregorium VII. neque de alia contentione ſermonem eſſe, quàm de illa, quæ fuit inter hunc Gregorium, & Henricum IV. Regem.

Quoniam verò jam aliquoties cum adverſariis, & calumniatoribus Gregorii VII. præſtantiſſimi Pontificis, manus conſeruimus, partim noſtris, partim alienis, veterum tamen, Apologiis publicatis; par non fuit, ut Annam & Illyricum liberè in eundem graſſari permitterem, nec pœnas petulantiæ debitas, ab illis repeterem, novóque Gregoriano propugnatori Gerhoho, jam primùm in eruditorum Muſea ex tenebris prodeunti, comites, & quaſi viæ indicem non adjungerem. Diluam itaque Annæ accuſationem, vel potiùs convicia, quæ Illyricus tranſcribendo fecit ſua. Sed breviter, pleraque enim, ſi non omnia, jam in aliis Apologeticis pro hoc vigilantiſſimo Gregorio Pontifice ſcriptionibus, profligata ſunt.

REFUTATIO

ALOGIARUM
ANNÆ COMNENÆ
IN ALEXIADE
CONTRA GREGORIUM VII.
PONTIF. MAX.

CAPUT I.

Refellitur prima accuſatio Annæ.

A

QUænam iſta? *Gregorium abſque conſenſu Henrici Regis ad Pontificiam dignitatem evectum.* Hoc à vero abeſſe; alio argumento non oſtendam, quàm teſtimonio ipſius Henrici Regis, qui Anno Redemptoris M. LXXIII. ad Gregorium VII. Epiſtolam dedit, in qua eum his elogiis cohoneſtat. *Vigilantiſſimo & deſiderantiſſimo Domino Papæ Gregorio Apoſtolica dignitate cælitus inſignito, Henricus Romanorum Dei gratia Rex debiti famulatus fideliſſimam exhibitionem.* An in Gregorij electionem non conſenſit, qui eum vocat *vigilantiſſimum* Papam, II. *Deſideratiſſimum. III. Divinitus dignitate Apoſtolica inſignitum. IV. Cui ſervitium, & quidem fideliſſimum, pollicetur.* V. Quem in contextu Epiſtolæ hunc in modum alloquitur: *Peccata noſtra veſtræ indulgentiſſimæ paternitati nos accuſando confitemur, ſperantes de vobis in Domino, ut Apoſtolica veſtra auctoritate abſoluti juſtificari mereamur.* VI. Cujus in ea Epiſtola opem implorat, ut invaſores rerum Eccleſiaſticarum coërceantur, & omnis Simoniaca labes à Domo Dei, quàm longiſſimè exterminetur.

B

Lege Baron. Tom. XI. Anno 1073. N. 37 38.

Quibus argumentis evidentiùs demonſtrare potuit, Henricus, ſe Gregorij electionem ratam & gratam habere? Fatemur, Gregorium, inſcio Henrico, à Cardinalibus & Clero Romano electum: ſed & hoc non ignoramus, Gregorium electioni aſſenſum præbere noluiſſe, niſi Regem de ſua electione certiorem redderet, ejúſque aſſenſionem impetraret. Aſſenſiſſe, teſtatur quoque Lambertus in Chronico, imò *lætiſſimo ſuffragio*, inquit Lambertus, *ut ordinaretur, mandavit.*

C

Præterea, ut Gregorius inſcio, atque adeò renuente ac invito Henrico, Apoſtolicum thronum conſcendiſſet, nihil tamen aut in divinam, aut humanam legem deliquiſſet; non in illam; ubi enim in verbo Dei ſcripto vel tradito extat ulla lex, quæ Chriſti Vicarium, Petri ſucceſſorem vetet eligi, niſi ſciente, annuente & approbante Imperatore? Neque in humanam legem quidquam commiſit: nam illa ſanctio Adriani I. Papæ, qua dicitur, Carolo Magno copiam feciſſe arbitratu ſuo deſignandi & creandi Pontificem, ùt & alia ejusdem notæ, Leoni VIII. Papæ, vel potiùs Antipapæ, attributa, fictitia eſt, ùt ſæpiùs demonſtravimus, maximè in Apologia pro Card. Baronio cap. 1. & 18. & in Baſilico Doro ſeu Apologia contra Regem Angliæ, cap. 5. Et falſitas manifeſtè apparet ex tabulis donationum Ludovici Pii, Othonis Primi & Henrici ſancti Impp. in quibus libera poteſtas Romanis conceditur, ut quem idoneum judicaverint, in cathedram Petri evehant, abſque ullius contradictione. Quod etiam Lotharii conſtitutione conceſſum eſt, de qua in Apologia Baroniana cap. 11. Nec violavit Gregorius Nicolai II. ſanctionem, ob cauſas, quas affert Baronius Anno Chriſti 1059. N. 24. & ſeqq. quaſque nos etiam recenſuimus in Apologia pro Gregorio VII. folio 117. h. & in alia contra Regem Angliæ cap. 5.

D

Vide commentariorum noſtrum de Impp. Regum & Principum in Sedem Apoſtol. munificentia, cap. 4. 5. 6.

Libet hic commemorare, quid hac de re ſcribat Gerhohus Reicherſpergenſis lib. 1. de Inveſtigatione Antichriſti, ubi cùm ex ſententia in officina Sigeberti cuſa, dixiſſet Regibus

A gibus & Imperatoribus Francis ab Adriano I. & Leone VIII. conceſſa privilegia non modò Romanum Pontificem, ſed & alios quosvis Epiſcopos eligendi & inveſtiendi, abſque tamen pecuniæ interventu; ſubjungit ſequentia: *Et hac quidem poteſtate ſibi conceſſa iidem Imperatores ad tempus modeſtè uſi ſunt: verùm ſuccedente tempore, quia Imperatores modum ſuum ignorantes non in numero conſentientium, ſed primi diſturbantium, imò exterminantium eſſe cœperunt, aliquando etiam in Simoniæ hæreſim ac ſchiſma prolapſi, dum ſuper his corriperentur, Catholicæ matris Eccleſiæ unitatem impugnare conati ſunt; ſanctorum Patrum ſtatuta adversùs eos prodierunt, ut ſemet electioni non inſererent. Et quisquis eorum ſuffragio Eccleſiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur. Poſtremò præſentibus in urbe legatis Imperatorum, &* B *inconſultis, electiones Romanorum Pontificum leguntur celebratæ. Conventi quoque Imperatores religioſo matris affectu, præfatis privilegiis renunciaverunt, multa inſuper donaria conferentes. Unde Carolus & Ludovicus glorioſi Imperatores in primo libro Capitulorum ſuorum ſtatuerunt: ſacrorum Canonum non ignari, ut in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberiùs potiatur honore, aſſenſum ordini Eccleſiaſtico præbemus, ut ſcilicet Epiſcopi per electionem cleri & populi, ſecundùm ſtatuta Canonum, de propria diœceſi, remota perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum eligantur.* Quæ ad verbum quoque leguntur in Chronico Reicherſpergenſi Anno DCCCXLIX.

Recitat deinde Gerhohus diploma donationis Ludovici Pii prout extat apud C Gratianum d. 63. in quo itidem ineſt facultas data Romanis, ut Pontificem liberè, & abſque ulla ullius interturbatione eligant. Poſt quæ ſubjicit dictus Auctor. *Ex his, inquiunt Romani, Auguſtorum conceſſionibus claret pietas ipſorum & obedientia in Dei legibus, ſi quidem conceſſione ſibi contra Eccleſiaſticas regulas à Romanis Pontificibus facta, non ſolùm non abuti; ſed nec uti voluerunt; quin potiùs privilegiis iniquis renunciantes Pontificales electiones Canonicæ libertati reſtituerunt. At alii ſucceſſores ipſorum aliter affecti, pro conceſſione ſibi ſemel facta, contentioſiùs agere cœperunt; ita ut Eccleſiam Romanam, nec non & alias Eccleſias, libertate Ca-* D *nonica in electione uti cupientes unà cum Epiſcopis, electis ſuis Pontificibus, perſequerentur & affligerent, ac de ſedibus ſuis proturbarent; alios verò ſuos dictos Pontifices ſuper intruderent, ſicut in Gregorio VII. atque Urbano per Guibertum & Guibertinos factum eſt in urbe præter eas clades, quas electoribus & electis intulerunt in urbe, ſuo duntaxat Imperio ſubjecto. Pro qua, inquiunt, cauſa, compulſi ſumus Romanorum procerum, ſed & populi Romani flagitare auxilium, quatenus electos ſuos Antiſtites contra tyrannicas Imperatorum violentias defenderent: ſicut B. quoque Ambroſius contra Imperatricis Juſtinæ, Valentiniani regis pueri matris atroces violentias à civibus Mediolanenſibus defenſus legitur; civibus nimirum pro ſuo paſtore mori paratis.* Hæc Gerhohus. E

Qui tria dicit I. Imperatores ſponte ſua privilegiis ab Adriano & Leone ſibi conceſſis, renunciáſſe. II. Hæc privilegia fuiſſe iniqua, & ſacris Canonibus adverſa. III. Propter abuſum & violentiam ſucceſſorum revocari potuiſſe, atque adeò meritò revocata eſſe.

Porrò Capitulare, Caroli & Ludovici, quod Gerhohus adducit, extat lib. 1. Leg. Francicarum c. 84. Ex quo etiam perſpicuè vanitas & inanitas conceſſi ab Adriano Papa Privilegii eluceſcit, ùt rectè contra Sigebertum monet Illuſtr. Card. Baronius, Anno 774. Chronicon Reicherſpergenſe ad Annum Redemptoris noſtri D. CCC. XLIX. tribuit idem Capitulare *Ludovico & Carolo* Regibus, Lotharij Imperatoris fratribus.

Sed ut in viam revertar, Gregorium VII. Pontificium munus abſque Henrici Regis con- F ſenſu & annutu ſuſcepiſſe, falſum eſt. At verum illud, quòd Anna Regi à Pontifice objectum ſcribit, *Eum Eccleſias nulli gratis, ſed pro pecuniis contuliſſe, & indignos ad infulas evexiſſe;* Nam hoc teſtantur plerique Scriptorum, qui ævo illi vel pares vel ſuppares fuêre, & in his Gerhohus; verùm omnibus potior cenſeri debet ipſius Henrici propria confeſſio in Epiſt. ad Gregorium Pontif. initio citata. Audi confeſſionem. *Heu criminoſi nos & infelices partim pueritiæ blandientis inſtinctione, partim poteſtativa noſtra & imperioſa potentiæ libertate, partim etiam eorum, quorum ſeductiles nimiùm, ſecuti ſumus conſilia, ſeductoria deceptione peccavimus* G *in cælum, & coram vobis, & jam digni non ſumus vocatione veſtra filiationis. Non ſolùm enim nos res Eccleſiaſticas invaſimus, verùm quoque indignis quibuslibet, & Simoniaco felle amaricatis, & non per oſtium, ſed aliunde ingredientibus Eccleſias ipſas vendidimus, & non eas (ùt oportuit) defendimus. At nunc quia ſoli abſque veſtra auctoritate Eccleſias corrigere non poſſumus, ſuper his (ut etiam de noſtris omnibus) veſtrum unà & conſilium & auxilium obnixè quærimus, veſtrum ſtudioſiſſimè præceptum ſervaturi in omnibus.*

Hæc in Epiſtola ſua Henricus, quæ inſerta eſt libro primo *Regiſtri* ſeu *Regeſti* Epiſto- H larum Gregorij VII. & tantopere placuit Calviniano Goldaſto, ut eam in tertium Tomum ſuarum Conſtitutionum Imperialium referre voluerit, hac appenſa hedera: *Henrici Imperatoris Auguſti reſcriptum ad Gregorium VII. Pontificem Romanum.* *Fol. 314.* Vocat *Imperatorem*, qui ſe ipſum eo tempore, imò uſque ad coronationem ſuam, non niſi *Regis* appellatione inſignire conſueverat, nimirum, hoc eſt, hujus Calviniani privilegium Imperatores creat, quoſcunque, quoties, quando, & ubi lubet.

A
CAPUT II.

Depellitur à Gregorio VII. altera Annæ accuſatio ſeu criminatio.

ALtera Annæ accuſatio; *à Gregorio Papa legatos Henrici indigniſſimè tractatos, inhumaniſſimè habitos, & barbaricum prorſus in morem acceptos.* Indignitatis, inhumanitatis, & barbariei bujus tria affert exempla. Primum, *quòd totonderit legatorum capita.* Alterum, *quòd & barbas.* Tertium nominare non audet virgo pudentiſſima. *εἶπον ἂν καὶ τὴν ὕβριν εἰ μή με καὶ γυναικεία καὶ βασιλικὴ ἐπεῖχεν αἰδώς. Expoſuiſſem injuriam ac contumeliam.* Legatis irrogatam,
B inquit Anna, *niſi fœmineo & regio pudore abſterrerer.* Euge, Anna, unde hæc tibi tam repentina verecundia: unde rubor ille genis tuis alioqui inſidere non conſuetus? At quod tu te prodere nolle ais, illud ipſum non prodendo prodis. Nec opus, ut advocemus Oedipum, qui conjectet, quid tu ludibrij innueris. Vis, ut remoto ſipario, apertè eloquar, quid inſinues? An non Eunuchiſmum? An non legatis id à Gregorio contigiſſe ſignificas, quo occidentalis Imperij milites ac Soldurij Græcos interdum mactare ac cohoneſtare ſolebant, ſi in eorum manus incidiſſent; quia Græcanicam natio-
C nem Eunuchis delectari nôrant.

Cæterum, quod ad priores duas calumnias attinet, non dubito eas confictas ex facto, quod lib. 2. Reg. cap. 59. legimus de legatis Regis David ad Hanon Regem Ammonitarum: *Qui tulit ſervos David, raſitque dimidiam partem barbæ eorum, & præſcidit veſtes eorum medias, &c.* Sed Anna loco decurtati veſtitus offert nobis raſa capita: nec barbas dimidias, verùm integras, abraſas & depaſtas; Quàm benè feciſſet Henricus, ſi implumes ac inveſtes, calvóſque legatos miſiſſet, aut ſaltem non crinitos Joppas, quia hujuſmodi ludificationi non fuiſſent obnoxij. At cùm nemo penitus latinorum ſive ab Henrici, ſive à Gregorij partibus ſteterit, quidquam hujus generis de Gregorio VII.
D ſcriptum reliquerit, ne ipſe quidem Benno, Gregorio noſtro alioqui infeſtiſſimus, non eſt, quòd ſchiſmatica hæc mulier fidem apud nos cum hiſce ſuis mythologiis ſe reperturam ſperet; neque fieri potuiſſet, ut tanta ignominia occuleretur; Henriciani enim omnibus in compitis ac angulis eam decantâſſent, & ab oblivione quàm diligentiſſimè vindicâſſent.

Neque etiam de injuriis & contumeliis generatim in Legatos quidquam reperitur apud ullum Auctorem veterem, excepta Epiſtola, quæ Henrici Regis nomine inſignita ad Annonem Archi-Epiſcopum circumfertur, ex qua Aventinus ſua mutuatus eſt, lib. 5. Annalium Bojorum. Sed hanc Epiſtolam ſuppoſititiam eſſe probat Baronius E
Anno Chriſti 1076. & nos cum illo in Apologia Baroniana cap. 24. Neque in conciliabulo Wormacienſi, neque in Brixinenſi quidquam hujus contra Gregorium VII. in medium adductum eſt; licèt adverſarij nihil inauſum relinquerent, ut aliquid dignum vindice invenirent.

Ad tertiam lœdoriam nihil aliud repono; quàm verba ejus, qui Annæ Alexiadem nuper evulgavit. Quid igitur ille? *Facilè ſuſpicamur, quid hoc orationis circuitu Anna innuat: mulcta nimirum genus apud Græcos non infrequens, à Latinis raró, & in Græcorum aliquando ludibrium uſurpatum. Exemplum apud Luitprandum Ticinenſem Hiſtor. lib. 4. cap. 4. & Sigonium de regno Italiæ lib. 6. anno 933. extat, quos adeat cenſeo, cui riſu ſe explere, eſt animus. De Gregorio VII. Pontifice (verum fatendum) nihil ejuſmodi lectum, ne hoſtes quidem, quos infenſiſſimos expertus eſt,* F
objecêre, non Benno, non Venericus Vercellenſis, ſive Valtramus Naumburgenſis ab Hutteno editus, non alij, non ipſe Henricus Epiſtola ad Annonem, qua hujus legationis meminit, factum profectò non diſſimulaturus. Neque enim, ut Cæſar apud Salluſt. ait, cuiquam mortalium injuria ſua parvæ videntur. Fit veriſimile, rumorem amphibologiæ errore Græciam pervaſiſſe, quòd Gregorius cœlibatum à ſacerdotibus ſeverè exigeret. Nam in ea cauſa, Chriſtus quoque εὐνουχισμοῦ vocabulo uſus eſt Matth. 19. ver. 12. εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ G
τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Eat nunc Anna, & buccis crepantibus clamitet, *καὶ ταῦτα ἀρχιερέως (ὢ δίκαιον) καὶ ταῦτα πρώτου ἀρχιερέως, καὶ ταῦτα προκαθημένου τῆς οἰκουμένης ἁπάσης; Et hæc, ô ſuperi, ſunt facta Epiſcopi, & quidem primi Epiſcopi, & qui toti terrarum orbi præſidet?* Non ſunt iſthæc facta Gregorij univerſalis Epiſcopi, ſed calumniæ ſchiſmaticorum, præcipuè eorum, quos ſequior Græcia progenuit; nam Latinis ſcriptoribus talium nihil in mentem venit, ùt antea monuimus.

Quàm autem Gregorius mitis fuerit, & quàm nihil durius in hoſtes, nedum in legatos, publica gentium fide munitos ſtatuere ſolitus, ſatis ſupérque docet exemplum H
Parmenſis Clerici ſententiam depoſitionis contra Gregorium Pontificem latam ad ſynodum Romanam deferre auſi, qui è veſtigio temeritatem ſuam morte luiſſet, niſi Gregorius irruentium impetum auctoritate & oratione ſua refrenâſſet.

Porrò, ut hæc de Eunuchiſmo calumnia aliunde non exſtitit, quàm ex ſtudio Gregorii, quo Eccleſiæ miniſtros ad cœlibatum compellebat, ita etiam illa, quòd Sacramenta ſchiſmaticorum, excommunicatorum & concubinariorum nulla & invalida eſſent; ex alio fonte non manavit: quia enim Gregorius

A gorius ex odio & deteſtatione concubinatus, ſeverè interdixerat; ne quis concubinarii Miſſam audiret; ideo æmuli & hoſtes Gregorii id interpretati ſunt, quaſi cenſeret ab excommunicato & concubinario, verum & validum ſacrificium non offerri.

CAPUT III.

Examen eorum, quæ Anna de primatu Sedis Conſtantinopolitanæ ſcribit.

NOn ſatis fuit Annæ Gregorium conviciis inceſſere; etiam throni principatum eidem abrogare tentavit: *translato enim imperio, ſenatu, totóque imperiali ordine Roma Conſtantinopolim* μετεπέπτωκε καὶ ἡ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις, *translatus eſt etiam principatus Eccleſiaſticus.* Quaſi verò primatus Eccleſiaſticus Imperio vel Sedi Imperatoris annexus ſit, ita ut ſi illud vel illa transferatur, oporteat & hunc transferri. Quid ſi olim Nero, Decius, Diocletianus,
B ſimiliter Sedem Imperii aliò transtuliſſent: num ideo etiam cathedra Petri migrare debuiſſet? Quid ſi hodie Turcarum Imperator Sedem Imperii vel tyrannidis ſuæ transferret Adrianopolim, quid ſi Epheſum, quid ſi Alexandriam, vel Cairum ſeu Memphim, an ideo faterentur iſti Conſtantinopolitanam Eccleſiam primatum ſuum perdere, éxque ſupremo loco dejici, & in eum ejus urbis Epiſcopum evehi, quam Turcarum Rex pro Sede Imperii ſui elegiſſet? Vix credo Græcos, ambitione tumentes & in ſumma quoque egeſtate & mendicitate faſtuoſos Spiritus deponere neſcios, hoc vel conceſſuros vel confeſſuros. Si igitur fictitius iſte principatus, avulſo à Conſtantinopoli Imperio, non avelleretur; cur verus, &, ut ſic dicam, *realis*, à Chriſto inſtitutus & fundatus primatus ſegregaretur à Roma, ablato inde Imperio?

C Deinde quando Anna dicit, *primatum Eccleſiaſticum annexum eſſe Imperio*, (iſtud enim affirmat, quando aſſerit, translato Imperio transferri etiam debuiſſe Eccleſiaſticum primatum, & hanc poſteriorem translationem neceſſariò ex prima ſequi, ùt Annæ mentem non ſine præconiis interpretatur ille Calviniſta, qui nuper privilegium donationis Conſtantinianæ novo commentario auctum evulgavit) aut intelligit hoc de Imperio Chriſtiano, aut infideli, quale eſt Ethnicum & Mahometanum? Si de Chriſtiano, deſiit ergo Conſtantinopolitanus primatus, quando Conſtantinopoli Imperium Chriſtianum deſiit: nam ſi translato Imperio Chriſtiano,
D transfertur primatus Eccleſiaſticus, quantò magis deſinente deſinet, & pereunte peribit? Si de Ethnico; inprimis idem ſequetur, ſcilicet pereunte hoc Imperio, perire etiam primatum; quia quando perit fundamentum, neceſſe etiam eſt, fabricam ſuper impoſitam collabi: Et per conſequens, Con- E
ſtantinus, Chriſtianus cum ſuo Chriſtiano Imperio nihil transferre Bizantium potuit, cùm nihil acceperit; quippe deleto jam Imperio Ethnico, atque adeò etiam illo principatu Eccleſiaſtico, qui huic Ethnico Imperio annexus erat.

Secundò, nil ſtultius fingi poteſt, quàm Neronem v. g. Decium, Diocletianum, Maximianum, Maximinum potuiſſe, propter Romanum Imperium, cui præerant, de Eccleſiaſtico primatu diſponere, ut eum cum Sede Imperii transferrent, quò luberet, & præterea primas Eccleſiaſtici ordinis conferrent, cuicunque vellent: & claves cœli aperiendi vel claudendi traderent; quibus cum F
Chriſto & Chriſtiana religione nulla erat communio, ſed irreconciliabile bellum. Eadem ratio de Mahumetanis procedit.

Si occinant, primatum Eccleſiaſticum cum utroque Imperio, hoc eſt, tam infideli, quàm fideli & Chriſtiano, conſiſtere poſſe & ſolere; non evadent; quid enim à ratione alienius, quàm in poteſtate Turcici Regis eſſe, ut ipſe, quia Conſtantini ſucceſſorem ſe jactat, primatum Eccleſiaſticum, quaſi feudum quoddam, huic vel illi adimat, ademptúmque cui lubuerit, tradat? Itaque Græci ſua vineta cædunt, cùm ex translata Sede Imperii, & ex dono Conſtantini primatum Eccleſiaſticum ſibi vendicant; quod tamen eruditiores & circumſpectiores Græci, etiam ſchiſmatici, nunquam fecerunt, ùt G
monui in commentario de munificentia Impp. Regum ac Principum in Sedem Apoſtolicam, ubi nova ſcholia ad donationem Conſtantinianam addita excuſſi, & ad examen revocavi. Sed aliam, licèt commentitiam viam, primatus ſibi arrogandi iniêrunt, nempe defectionem Papæ Romani à rectæ fidei tramite; hoc enim improbitati ſuæ velum prætendunt, ùt videre eſt in *Meleta* ſeu exercitatione Balſamonis de privilegiis Patriarcharum Tom. 1. Juris Græco-Romani.

Pergit Anna ineptire, καὶ δεδώκασιν οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς τὰ πρεσβεῖα τῷ θρόνῳ τῆς κωνσαντινεπόλεως, καὶ μάλισα ἡ ἐν χαλκη- H
δόνι σύνοδος εἰς περιωπὴν πρωτίσην τὸν κωνσαντινεπόλεως ἀναβιβασαμένη, τὰς ἀνὰ τὴν οἰκεμένην διοικήσεις ἁπάσας ὑπὸ τῦτον ἐποίησεν. *Superioris ætatis Imperatores dederunt primas (nam per* πρεσβεῖα *intelligit ſcriptrix iſta* τὰ πρωτεῖα*) Throno Conſtantinopolitano, præcipuè ſynodus Chalcedonenſis, quæ Sedem Conſtantinopolitanam ad primum & ſummum culmen evexit; huic omnes, quæ ſunt per totum terrarum orbem, Eccleſias ſubjiciens.*

Reſpondeo I. Primatus Eccleſiaſtici conceſſionem neque in Imperatorum, neque in Conciliorum poteſtate eſſe; ſed in ejus, qui & Imperatoribus & Conciliis ſublimior eſt,

A qui Petro dixit Matth. 16. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, &c.* Et *tibi dabo claves Regni cœlorum.* Ab hac Petra nullus unquam Imperator aut ulla ſynodus ſcitis & decretis ſuis Eccleſiam avellet, aut aliò transferet, neque quidquid agat; aut moliatur, Petro unquam promiſſas & datas regni cœlorum claves ex manibus extorquebit.

Deinde, quæro, quinam ſint illi Imperatores, qui Conſtantinopolitano Throno primas conceſſerint? Non Conſtantinus; quia in edicto ejus, quod Græci pro authentico & genuino habent, ùt liquet ex Balſamonis commentario ad Nomocanonem Photij) Conſtantinopoli ultimus vel certè penultimus locus inter Patriarchales ſedes aſſignatur. Non Phocas; quia iſte ſuperbiam Epiſcopi Conſtantinopolitani compreſſit, & primas Romano Pontifici competere declaravit. Non ante hunc Iuſtinianus, quia in Novella 131. primæ tribuuntur Romano throno; ſecundæ Conſtantinopolitano; non alii uſque ad apertum ſchiſma.

B Tertiò, non temerè affirmet quis, etiam jurejurando interpoſito, ſi neceſſe ſit, Annam Canonem Calcedonenſis Concilii nunquam legiſſe, aut, ſi aliquando legit, non fuiſſe, cùm hæc ſcriberet, memorem, quid Canon ille contineret: non enim primas tribuit Conſtantinopolitanæ Sedi, ſed ſecundas; relicto primatu Eccleſiæ Romanæ; neque omnes totius mundi, ſed Ponticas, Aſianas, & Thracicas Diœceſes, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſubjecit, id ut videas, ipſa Canonis verba adſcribam; *Sanctorum Patrum decreta ubique ſequentes, & Canonem, qui nuper lectus eſt, centum & quinquaginta Dei amantiſſimorum Epiſcoporum agnoſcentes, eadem quoque & nos decernimus, ac ſtatuimus de Privilegiis ſan-*
C *ctiſſimæ Eccleſiæ Conſtantinopolis novæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quòd urbs illa imperaret, jure Patres privilegia tribuêre. Et eâdem conſideratione moti C. L. Dei amantiſſimi Epiſcopi, ſanctiſſimo novæ Romæ throno æqualia privilegia tribuêre, rectè judicantes urbem, quæ & Imperio & Senatu honorata ſit; & æqualibus cum antiquiſſima regina Româ privilegiis fruatur, etiam in rebus Eccleſiaſticis, non ſecùs ac illam extolli ac magnificari, ſecundam poſt illam exiſtentem: ùt & Pontica, & Aſiana, & Thraciæ diœceſis Metropolitani ſoli, præterea Epiſcopi prædictarum diœceſium, quæ ſunt inter Barbaros, à prædicto Throno ſanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ*
D *Eccleſiæ ordinentur; unoquoque ſcilicet prædictarum Diœceſium Metropolitano cum provinciæ Epiſcopis provinciæ Epiſcopos ordinante, quemadmodum divinis Canonibus eſt traditum. Ordinari autem, ſicut dictum eſt, prædictarum Diœceſium Metropolitanos à Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, convenientibus de more factis electionibus, & ad ipſum relatis.* Hæc canon; qui fraudulenter & in præjudicium aliarum Patriarchalium Sedium conditus eſt, abſentibus legatis Apoſtolicis, & poſtea palàm reclamantibus, & de injuria illata publicè conquerentibus; quem neque S. Leo Pontifex ratum habuit, & quod de Conſtantinopolitana ſynodo, ſecunda nimirum generali, commemorat, fictitium eſt, ùt in defenſione controverſiæ Bellarminianæ de Pontifice oſtendimus. E

Vide etiam notas ad Cantacuzenum. Sed quidquid ſit de Canonis auctoritate; in eo non primas ſed ſecundas Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ tribui, manifeſtum eſt; Hinc & illud æquè claret, hallucinari Annam, quando τὰ πρεσβεῖα, hoc eſt, πρωτεῖα Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ in Concilio Calcedonenſi conceſſa ſcribit: nam iſte ipſe Canon expreſsè primatum Romano Throno permittit & Sedem Conſtantinopolitanam ſecundis contentam eſſe jubet: nec omnes Eccleſias, ſed certas duntaxat eidem Sedi ſubjicit. Quod etiam poſtea fecit Canon 36. Trullanus & Balſamon in expoſitione Canonum Conſtantinopolitani & Chalcedonenſis & Trullani Concilii. F

CAPUT IV.

Errata, ne dicam ψεύσματα, *Annæ in Hiſtoria de Gregorio VII. & Roberto Guiſcardo Duce Apuliæ & Calabriæ.*

I.

UBique vocat illum *Ducem Longobardiæ;* cùm Robertus Longobardiam nunquam obtinuerit. Apuliam nominat quidem plus vice ſimplici Anna. Sed cur Calabriam omittit? An ideo, quia Calabriam transformavit in Longobardiam? An Longobardiam nominavit, quia olim à Longobardis infeſſa? G

II. In pactis & conventis hoc etiam caput fuiſſe, ut Papa Robertum regio honore *inſigniret.* Nihil de hoc ullus hiſtoricus Latinus. Quare meritò in fabulis numeratur.

III. Imò addit Anna, ὁ δὲ τὸν δοῦκα λογγοβαρδίας ἐταινίου, καὶ τοὺς σάξονας τούτους ἔστεφε. *Qui Ducem Longobardiæ* (Robertum) *redimiebat, is & Saxones iſtos coronabat.* Nec Roberto diadema Gregorius unquam impoſuit; nec Saxonibus, de quibus Anna loquitur; nam Rudolphus contra Henricum Rex factus, & corona à Gregorio donatus, non Saxonum, ſed Suevorum Dux erat. H

IV. Profert Anna Epiſtolam Roberti ad Gregorium hac inſcriptione. τῷ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ καὶ κυρίῳ μου ῥομπέρτος ῥὴξ ἐν θεῷ. *Summo Pontifici & Domino meo Robertus Rex in Deo.* Quis credat Robertum ſcribentem ad Pontificem, titulum Regis ſibi arrogâſſe?

V. Ipſe

A V. Ipſe Epiſtolæ contextus vanitatem ſatis aperit & redarguit. Fingit enim Robertum à Pontifice ſuppetias contra Henrici Regis copias advocatum; excuſare ſe, quòd graviſſimo bello adversùs Græcos diſtineretur. At certum eſt ex omnibus ejus temporis Hiſtoricis, qui hæc attigerunt; Robertum promptè & alacriter ad propulſandos Pontificis hoſtes accurriſſe, relicto trans mare filio Boamundo, ut bellum adversùs Alexium Imperatorem Conſtantinopolitanum proſequeretur. Quod & fecit; ùt ipſamet Anna poſtmodum libro quinto exponit.

VI. Cui non ſuboleat fraus in illo Græcorum Encomio? ῥωμαῖοι γάρ εἰσι πρὸς ὃς πόλεμος, οἳ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν τροπαίων ἐνέπλησαν. B *Contra Romanos enim bellum gero, qui univerſam terram & mare trophæis impleverunt.* Scilicet Robertus hoc elogium Græcis tribuit, quorum numeroſiſſimos exercitus non ſemel exigua manu profligaverat, & ad internecionem fermè deleverat.

VII. Ait Anna, *Gregorium Pontificem promiſiſſe Saxonibus, ſe eos totius occidentis Reges facturos, ſi Henrico Regi bellum inferant.* Nil opus erat tam grandibus promiſſis. Ipſi Saxones ſuopte nutu ſatis prompti erant ad arma contra tyrannidem Henrici capeſſenda. His tantis ſtimulis nequaquam egebant, ùt notum eſt cùm aliunde, tum ex commentario Brunonis de bello Saxonico. Neque Gregorius, niſi unum ex omnibus Regem creare poterat: quem tamen ipſe C non creavit, ſed creandum & conſtituendum Principibus Germaniæ reliquit: qui concordibus ſuffragiis elegerunt Rudolphum Suevorum Ducem.

VIII. Anna lib. 5. adventum Roberti Romam, ita refert; quaſi Pontificem Gregorium extra Romam liberum repererit, non ſine militaribus copiis, quibus cum Roberti exercitu junctis, Romam ſimul adversùs Henrici Regis caſtra, perrexerint: cùm conſter communi hiſtoricorum conſenſu Gregorium ab Heinrico fuiſſe Romæ in turri Creſcentii obſeſſum, ita ut nec pedem efferre poſſet. Quæ omnia, ut clariora fiant, adſcribere placet verba Gaufredi Monachi ex libro tertio de rebus geſtis Roberti Guiſcar- D di & Rogerii fratris ejus cap. 33.

Famoſiſſimus Dux Calabriæ Apulorúmque princeps Robertus Guiſcardus apud Bulgaros fortiter omnia ſibi ſubjugando, agens, anno incarnati verbi M. LXXX. II. à Romanæ Sedis Apoſtolico viro Gregorio literis continentibus anguſtiam ſuam acceptis, ut in adjutorium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reditum acceleret, multis precibus cohortatur. Imperator namque Alamannorum Henricus, quibusdam controverſiis inter ſe ortis, Romam cum exercitu veniens, obſeſſa diutiùs urbe, eandem fortuna ſuffragante, irruperat: Romaniſque potentioribus ſibi injungendo confœderatis, ipſum E *Apoſtolicum virum in turri quadam, quæ Creſcentii dicitur, recluſum obſederat: aliúmque in loco ejus, Archiepiſcopum videlicet Ravennatem * Umbertum nomine, re indiſcuſſa, contra ſanctos Canones, quod nefas eſt dicere, Cathedræ* *Guibertum *beati Petri ſubrogaverat. Ipſe verò tanta obſidione prægravabatur, ut neque ſibi, uſquam progrediendi liber tranſitus pateret. Dux verò quamvis ad id, quod cœperat, intendere omnibus utilitatibus in animo præfert, tamen calamitatem S. Rom. Eccleſiæ audiens, & Dominum ſuum, ſub quo omnia, quæ habebat, poſſidere ſe cognoſcebat, in tantum anguſtiari, fidem datam, & legalitatem ſuam ſervans, maluit ſua, quamvis cara, ad tempus ponere, & ſanctæ Dei Eccleſiæ, vel Domini ſui neceſſitatibus inſervire. Sicque filio ſuo Boamundo ſtrenuiſſimo militi, quæ cœperat exequenda committens, copiis omnibus ſibi* F *delegatis, ipſe cum paucis placido remige verſus Apuliam, verſus Hydruntum applicat.*

Capite 37. ita ſcribit Gaufredus: *Anno Dominicæ Incarnationis M.LXXX. III. omnibus accuratiſſimè apparatis, equeſtri plurimo exercitu, ſed & peditum copiis Dux verſus Romam ad obſeſſionem Imperatoris, infideliúmque Romanorum Papam Gregorium, qui & Ildebrandus ante ſuſceptum papatum dicebatur, contra Cæſarem, ſi neceſſe ſit, & niſi cedat, dimicatum leonina ferocitate iter intendit. At cùm jam propè ventum eſt, incautè incedere nolens, ordinatis aciebus, mille electos milites, cum totidem vexillis præmittens, aliam aciem cum tribus millibus pedetentim ſubſequi præcipit. Ipſe cum* G *reliquo exercitu peditum copias, & quæque infirmiora ante ſe ponens providè ſubſequitur. Audierat quippe milites Imperatoris ſibi in occurſum Romani ex parte aquæductus exiſſe: ſed hoc ſibi falsò relatum erat. Nam ipſe Imperator jam dudum multa ex parte exercitum ſuum à ſe dimiſerat: & cum minori militia, quàm acceſſerat, Romæ nil tale ſuſpicatus morabatur: dúmque hoſtes adventare præſentiit, ſuis viribus minùs ſufficiens, & Romanorum fraudem, quamvis indeficientes illi adeſſe promitterent, pertimeſcens, cum maximo dolore animi cedens, urbe digreſſus jam ante triduum receſſerat.*

Dux itaque neminem ſibi, ùt ſuſpicabatur, occurſantem hoſtiliter offendens, libero ad urbem acceſſu uſus, ante portam, quæ via Tuſculana porrigitur, juxta aquæ ductus caſtra metatur: ubi triduò commoratus, urbe undique circumconſpecta, quodam diluculo cum mille & trecentis H *militibus ad portam, quæ S. Laurentii dicitur, ſub aquæductu juxta Tiberim, ubi minorem cuſtodiam, nemine in illa parte aliquid ſuſpicante, perſenſit, accedens, ſcalis ſilenter appoſitis, muros tranſcendit: portiſque ferro apertis ſuos introducens, per plateas urbis uſque ad pontem, in quo ſuus exercitus præſtolabatur Guiſcardum clamoribus ingeminando, civéſque terrendo, portáque vi potiùs fracta, quàm reſerata ſuos intromittens, urbem irrumpit. Sicque directo impetu*

petu uſque ad turrim Creſcentii percurrens, Papam eripit: eductúmque honore, quo decebat, abducens Palatio Lateranenſi reſtituit: ubi Dux prior, & omnis exercitus ſubſequenter cum oblationibus ad pedes ejus, debito more, provoluti plurimum theſaurum contulerunt, &c. Hæc Gaufredus Auctor Gregorio & Roberto Synchronus.

Immane illud convicium: *ὁ κατάπτυςος ὗτος πάπας &c.* Satis refellitur à quinquaginta illis Gregorii VII. laudatoribus & Encomiaſtis, quos in Apologia pro Gregorio VII. adduximus; ut taceam ſanctiſſimos, & celeberrimos quoſque Epiſcopos, ibidem recenſitos, qui nullum, etiam capitis, periculum defugientes, Gregorianas partes conſtantiſſimè ſecuti ac tutati ſunt. Nec multùm talia maledicta curabit, qui noverit, à quonam animo proceſſerint, nempe à Græco, eóque *fæmineo*, cui in Latinos odium capitale inerat: quo Anna præpedita nihil ſincerè & candidè de latinis in literas referre poterat. Quot enim lædoriis & pſeudologiis primam illam & poſt homines natos inauditam expeditionem cruciatam, Duce Godefrido Bullionio, contaminârit; manifeſtè intelliges, ſi librum octavum Alexiadis cum latinis ſcriptoribus conferre velis. Et hîc deſino additis tamen nonnullis pro Gregorio VII. teſtimoniis alibi à me omiſſis.

Gaufredus lib. 3. cap. 41.

ANno incarnati Salvatoris M. LXXXIV. ſexto die Februarii inter ſextam & nonam ſol obſcuratus eſt per ſpatium trium horarum, in tantum, ut qui infra domos alicui operi inſudabant, non niſi luminibus accenſis, interim, quæ cœperant, exequi poſſent: qui verò de domo ad domum tranſmigrare volebant laternis & facibus uterentur. Sed antequam annus pertranſiſſet, ſignificatio talis Ecclipſis, in quantum nos putamus, pluribus cum maximo damno præclaruit. Nam eodem Anno venerabilis Papa Gregorius, cujus ſuperiùs mentio facta eſt, infirmitatis ſuæ à medicis medicamentum expetens, fruſtratis medicaminibus, obiit.

Goffridus Abbas Vindocinenſis Epiſt. VII. ad Paſchalem Pontificem.

SUnt quidam Epiſcopi, quos nec clerus, nec populus elegit: ſed eos tantùm Laica manus inveſtivit: ij contra ſtatuta ſanctorum patrum, & maximè contra veridicam B. Gregorii VII. Papæ vocem, qui pro defenſione hujus fidei mortuus eſt in exilio, inveſtituram palliantes eam negarent hæreſin eſſe, verbis ad ſeducendum compoſitis, ſi poſſent.

Encomiaſtis Gregorii VII. addatur quoque Auctor Chronici Reicherſpergenſis nuper evulgati, ſtudio & opera clariſſimi & conſultiſſimi viri, Domini *Chriſtophori Gevvoldi*, Conſiliarii Bavarici: quem lege ad Annum Redemptoris M. LXXIII. Adde etiam ſcriptorem Chronici Allerſpachenſis nondum publicati; quod Reicherſpergenſis illius breviarium ſeu compendium quoddam videtur.

Nec poſſum non gratulari patriæ meæ *Marckdorffio*, quæ & ipſa contra ſchiſmaticos pro Gregorio VII. ſtetit; nec ſtetit tantùm; ſed & excidium pertulit; perire potiùs, quàm à Sedis Apoſtolicæ obedientia & reverentia recedere volens. Teſtatur id Burchardus Monachus S. Galli, in libro de caſibus Monaſterii S. Galli cap. 7. ubi ita ſcribit de Vodalrico S. Galli Abbate, qui pro Henrico Imp. adversùs Bertoldum Marchionem; Epiſcopum Conſtantienſem, Ottonem Comitem, & Abbatem Augiæ majoris, ſtrenuiſſimos S. Petri & unitatis Catholicæ defenſores, arma ſumpſerat. *Unde commotus loci noſtri Abbas zelo juſtitiæ inflammatus, quantum, & plus quàm ſibi licuit quibusdam captis, aliis deprædatis, eorum etiam caſtellis ſuccenſis, talionem hoſtibus reddidit: nam quoddam ſatis munitum Caſtellum nomine* MARCHDORF *cum Comite Ottone non ſine magno labore ſuorum expugnavit & ſuccendit.* BRIGANTIUM *oppidum, Marquardo nobiliſſimo Suevorum capto combuſſit.*

Venit ergo & Brigantium in hanc laudis communionem. Cur enim laus non appelletur, Pontifici Maximo, Chriſti Vicario, Petri ſucceſſori, Chriſtiani gregis legitimo paſtori conſtanter adhæſiſſe, & ob ejus honorem defendendum rerum omnium jacturam feciſſe? Si verum eſt, damnum factum aliquando in lucro deputari debere; hic maximè verum eſt, ubi de ſalute animæ, non de fundis & latifundiis agitur. Bene tibi ſit mea patria, jam ante quingentos, & quod excurrit, annos, tuum in Sedem Apoſtolicam cultum teſtata; & quidem teſtimonio, non in ſolis verbis, ſed in rebus ipſis poſito. Quæ laus tibi cum Brigantio, multiſque aliis communis quidem eſt; verùm non ideo minor, quia communis, ſed eò ſplendidior, quò diffuſior. In Panegyrico lacus Acronii hæc elogia poſuit Tibianus Brigantio, Marckdorffio, & Merſpurgo.

Hicque vides Bregentz, quamvis ſint mœnia parva,
Belligeræ tamen hæc gloria gentis erunt,
Hic populus magni vel gens eſt ſueta laboris,
Summo quæ prompto pectore paret hero.
Dura manus bello, celeberrima gloria gentis,
Eſt populus veritus ſemper amore Deum.
Nemo illo major bello eſt, nemo acrior armis:
Huic ſemper populo robora priſca manent,
Gloria Germanæ Germano in littore terræ
Acronij magni perpetuúmque decus.

Hinc

A *Hinc Merſburgum eſt urbs Andino digna cothurno*
Forti in monte ſita & ſidere fructifero.
Longè conſpicies hic magni præſulis aulam,
Cuique racemipotens ſtat Deus ante fores.
Urbs hæc Pampinei lætiſſima munera Bacchi,
Lesbous Bacchus talia vixque dabit.
Vitiferi colles pomis de vitibus horti
Hic premit & madidos nobilis uva lacus.
Non procul eſt Marckdorff, magnis dicenda Camenis
Oppidum & egregium, ceſpite terra virens,
Terra ferax vini, Cereris quoque læta favore,
Et gelidi fontes, mollia prata quoque.
Hic gravidos onerat vindemia læta racemos. B
Florigeros aperit terra benigna ſinus.

Et hæc quidem magis amicè, quàm ſcitè & venuſtè Tibianus. Mihi tamen his in urbibus nihil laude dignius apparet, quàm in fide avita, & Catholicæ Eccleſiæ unitate inconcuſſa conſtantia, iis præſertim temporibus, quibus omnia ſchiſmatum & diſſidiorum nebulis involvebantur & obſcurabantur. Quam in recto tramite perſeverantiam, ut ſuperi perpetuam eſſe velint, Deum precor ac veneror.

F I N I S.

INDI-

INDICULUS
IMPOSTURARUM
ET
CRIMINUM FALSI,
QUÆ
GOLDASTUS CALVINISTA
IN TERTIO TOMO
CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM
COMMISIT.

CONFECTUS
STUDIO ET OPERA
JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU
THEOLOGI.

INDEX

INDEX CAPITUM
HUJUS INDICULI.

CAp. I. *Calviniſta novos, & antea extra ſcholam Illyrici, & partim quoque intra, inauditos Imperatores creat.*
II. *Calviniſta Cæſares; ſeu Electos, & ad Imperatoriam dignitatem promovendos, ipſe ſua auctoritate promovet ac coronat.*
III. *Calviniſta Imperatores ſuos poteſtate & Infula Pontificia exornat.*
IV. *Diluuntur duo argumenta præcedente capite propoſita.*
V. *Refelluntur alia argumenta à Calviniano adducta.*
VI. *Solennes impoſturæ & fraudes Calvinianæ notatæ.*
VII. *Fraudes nonnullæ in ſcholiis ad margines aſſutis.*
VIII. *De mania Calviniſtæ in Papam cum antidoto.*

 RETE-

RETECTIO
INSIPIENTIÆ
ET
FALSIMONIÆ GOLDASTINÆ
IN TERTIO TOMO CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM.

Prodiit hoc anno M. D CX. nundinis autumnalibus, Tertius Tomus Conſtitutionum Imperialium, collectore & editore Melchiore Goldaſto Calviniſta. Et quia totus hominis hujus labor eò tendit, ut Pontificem Romanum vellicet ac deprimat, & Catholicæ fidei majeſtatem imminuat; bonas aliquot horas me non malè collocaturum exiſtimavi, ſi lectori indicarem, quo candore, & qua ſinceritate novator & veterator iſte in hoc negotio verſetur; idque eò libentiùs feci, quòd jam antea in Apologia pro Illuſtriſſimo Cardinali Baronio primi & ſecundi Tomi non paucas fraudes ac impoſturas detexi.

CAPUT I.

Calviniſta novos, & antea extra ſcholam Illyrici, & partim quoque intra, inauditos Imperatores creat.

A Mirificus homo eſt Goldaſtus, & mira potentia præditus. Creat Imperatores arbitratu ſuo; creatos coronat; coronatos in ſolio Imperatorio collocat; & *Edicta* atque *Reſcripta* Imperialia dictare & promulgare jubet. En tibi Catalogum talium Imperatorum, quos Calviniana benignitas & facilitas ad hoc tantæ dignitatis culmen provexit.

B I. *Alaricus Gothus primus Germanorum Imperatorum in Romano Imperio.* In primo & ſecundo Tomo primus è Germanis Imperator erat Carolus Magnus. Nunc Alarico primas concedere cogitur, niſi fortè dicat iſte; utrumque eſſe primum: Alaricum *in Imperio Romano;* Carolum, *extra Imperium Romanum.* Quæ ſanè pulchra eſt diſtinctio; Eſſe Germanorum Imperatorem; ſed intra Romanum Imperium; & eſſe Germanorum Imperatorem; ſed extra Imperium. Quòd ſi Alaricus primus Germanorum Imperator intra Romanum Imperium ideo nominatur; quia Italiam & ipſam Romam cepit; etiam Carolus Imperator intra Imperium Romanum dicendus erit; quia potiſſimam Italiæ partem felicibus armis ſubjugavit; & ipſam Romam ſua in poteſtate habuit, tametſi non retinuit, ſed Pontifici, ad quem antiquo jure pertinebat, reſtituit. Si dicat, *Alaricum, fuiſſe primum ex Gothis;* Ca- C
rolum Primum ex Germanis, non effugiet; nam & Gothi ab iſto in præfatione ſua; Theutoniæ, hoc eſt, Germaniæ populis accenſentur.

II. Athaulphus Gothus Imperator.
III. Atila Hunnus Imperator.
IV. Genſericus Vandalus Imperator.
V. Hunericus Vandalus Imperator.
VI. Odoacer Herulus Imperator.
VII. Theodoricus Gothus Imperator. At fol. 611. & ſeq. de Imperatoris Throno dejicitur; & Regis Romanorum titulo contentus eſſe jubetur.
VIII. Athalaricus Gothus Imp.
IX. Amalaſuentha Gotha Imperatrix.
X. Theodohathus Gothus Imp. D
XI. Vitiges Gothus Imp.
XII. Totila Gothus Imp.

Habes dodecadem Goldaſtinorum Imperatorum. Quis unquam ex veterum numero iſtis appellationem Imperatoris tribuit? Quis unquam pro Imperatoribus habuit? Quis unquam iſtos in Catalogo Imperatorum poſuit? Ne ipſi quidem unquam Imperatoris nomine uſi ſunt in omnibus ſuis edictis & Reſcriptis, ſeu veris, ſeu ab iſto Edictali collectore confictis. Neque recentiores ſcriptores, præter Illyricum, & pau-

culos

A culos bujus generis capitones, eò audaciæ progreſſi ſunt, quò iſte proceſſit; ut quotquot vel Italiam vel Romam invaſerant, in Imperatorum tribu & albo ponerent.

At ſenſit Calviniſta in *Epiſtola Dedicatoria* ad Regem Britanniæ, ſe limites veri transcendiſſe, lectoréſque quæſituros, cur *Gothos, Hunnos, Herulos, Longobardos, in Imperatorum numero ponat, cùm ne ipſi quidem tales indigitari, ſed Reges, voluerint.* Opportunè profectò objicienda bæc objectio Calviniſtæ animum ſubiit. Quis enim tam inauditam appellationem audiens, non ſtatim ejus cauſam, ſcire aveat? quam certè nobis Calviniſta mox aperit; cùm ſcribit: iſtos *Cæſaris, Auguſti*, & *Imperatoris* nomina detrectâſſe, *quia familia ſua dedecus eſſe duxe-*
B *runt, regium avorum ſtemma & diis genitum, in civis alicujus Romani, & terræ filij, quales Cæſar & Auguſtus, homines origine obſcura & ementita, fuerunt, familiam tranſcribere.* At I. nemo, *niſi terræ filius*, Cæſarem & Auguſtum pro terræ filiis habere potuit, quippe qui nominis ſui claritudine, & rerum geſtarum magnitudine totum terrarum orbem compleverint. II. Si Gothi, Hunni, Vandali, Heruli, Longobardi *Cæſaris, Imperatoris* & *Auguſti* vocabula cenſebant probroſa, Goldaſtus minimè debebat ea invitis obtrudere; multóque minùs reluctantes bac ignominia & injuria afficere; quam, ſi viverent, ultum irent, tanquam non modò in ſe, ſed in ſuam proſapiam à diis oriundam, redun-
C dantem. III. Falſum eſt, quod iſte pro vero venditat: nam ut unum è multis Theodoricum Regem nominem, is adeò à Romanis inſtitutis non abborruit, *Ut nullum omnino Romanum inſtitutum mutárit; ſiquidem & ſenatum & conſules, patricios, præfectos prætorio, præfectum urbis, quæſtorem, comitem ſacrarum largitionum, comitem privatarum, &c. caterósque, qui fuerant in Imperio Romano, magiſtratus retinuit, eóſque, Romanis hominibus tantùm mandavit, &c. Quódque Imperatoris munere ac conſenſu, atque ipſius quoque ſenatus voluntate ſe dominari profiteretur, patrio veſtitu poſito, purpuram ac regia inſignia ſumpſit, atque omnino inſtituit regnum veteris Imperij ex omni parte ſimillimum*, ùt ex antiquioribus monumentis ſcribit Sigonius lib. 16. de Imp. Occidentali.

D At citat iſte pro ſe Athaulpbum ex lib. 7. Oroſii cap. 43. cui in animo, *totum Romanum nomen & Imperium delere, & ex Romania facere Gothiam; & ex Cæſare & Auguſto Athaulphum*; ut in poſterum Athaulpbus eſſet, quod antea fuerant Cæſar & Auguſtus. At I. una hirundo non facit ver. Uni bæc mens fuit; ergo omnibus. Quæ bæc conſecutio? II. Cur diſſimulat iſte mutationem Athaulphi in melius deſcriptam ab Oroſio? *Ubi multa experientia probaviſſet, neque Gothos ullo modo parere legibus poſſe propter effrenatam barbariem, neque Reipublica leges interdici oportere, ſine quibus Reſpublica non eſt Reſpublica: elegiſſe ſe ſaltem, ut gloriam ſibi de reſtituendo in* E *integrum, augendóque Romano nomine, Gothorum viribus quæreret, haberetúrque apud poſteros Romanæ reſtitutionis Auctor, poſtquam eſſe non poterat, immutator.* Adeò igitur Athaulpbus Rex ab *Imperatoris* appellatione non abhorruit, ut nihil illi magis in optatis fuerit, quàm, ut nomen boc cum Imperio in integrum reſtitueretur.

Obſerva autem bonam fidem hujus Calviniſtæ. Locum Oroſiij dicit eſſe *corruptiſſimum*. F Et mox *virgula critica* Athaulphum transformat in *Balthum*, & hunc ſuum *Balthum*, à Germanico **walt** ſive **gewalt** derivat. Et quæ Oroſius de Athaulpbo hiſtoricè, & filo ſtylóque narrationis commemorat, iſte in formam edicti transmutat, præpoſita hac Epigraphe. *Athaulphi Gothi Imperatoris edictum: de legum Romanarum inſtauratione. Poſtquam ardenter inhiavimus, &c. Ideò matura deliberatione apud nos elegimus, &c.* Eſtne boc ingenuè in hoc argumento verſari? Eſtne probi ingenii conſtitutiones Imperiales ex iis, quæ quis dixiſſe ſcribitur, cudere? Quod tamen buic eſt familiariſſimum, & ſi exemplum quæras, invenies boc ipſo loco proximè ante fictitium Athaulphi edi- G ctum: nam ex eo, quod Oroſius lib. 7. cap. 39. ſcribit Alaricum præcepiſſe, cùm Romam cepiſſet; *ut ſi qui in ſancta loca, præcipuéque ad ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Baſilicas confugiſſent, hos inprimis inviolatos ſecuróſque eſſe ſinerent;* Architectatur Calviniſta edictum *Alarici Gothi Imp. de crudelitate militum in captarum urbium incolas, & loca ſacra reprimenda.* Ubi, quod fortè Alaricus per præcones edixit, ùt fieri aſſolet; iſte certa verborum formula eum mandâſſe aſſerit, quam mox quoque nobis repræſentat; ſed ex Oſorij verbis concinnatam; & quod Alaricus ſpeciatim de capta urbe Roma, & præcipuè de Baſilicis SS. Apoſtolorum Petri & Pauli; præceperat, id iſte ad omnes captas urbes, & ad omnia ſacra loca extendit, licentia ſanè pluſquam toleranda: tametſi cùm Imperatores creare ſoleat, mirari non debemus, ſi iiſdem edicta affingat. H

Illud vel vultuoſiſſimo riſum excutiat; quòd dicit in priſcis Germanorum carminibus vocabulum **Vogt** idem eſſe, quod eſt *Imperator.* Ut **Vogt von Bern**, *Theodoricus Veronenſis.* **Vogt von Rom**, *Carolus Magnus.* Sed notum eſt Germanis **Vogt** idem eſſe, quod eſt præfectus, & tutor, ſive deſcendat à Græco *βουλὸς*, ùt nonnullis viſum, ſive à latino *advocatus* per apbæreſin, ſyncopen & apocopen quaſi *Voct.* Quocirca minimè ſequitur: Iſte vel iſte vocatur à Germanis **Vogt**; ergo *Imperator*: nimis multos baberemus Imperatores, ſi quilibet **Vogt** vel jam eſſet vel olim apud

A Germanos fuiſſet Imperator. Fieri quidem poteſt, ut is, qui nominatur Vogt, ſit Imperator; at fieri poteſt, & quidem ſæpius, ut non ſit; itáque non magis ex hac præciſè nomenclatione colligere poſſum; aliquem ita vocatum, eſſe Imperatorem; ac audito, aliquod brutum dici *animal*; colligere queo, illud eſſe *canem*, vel *leporem*, vel *equum*.

Fatetur Carolo Magno *Auguſti* nomen à ſenatu populóque Romano tributum: ſed addit, *eſſe Majeſtatis, non familiæ*. Imò utriuſque; quia ùt à Cæſare, Cæſares; ſic ab Auguſto, Auguſti, quidquid reſtites: & mox cum dignitate accepta, Imperatores Franci & Germanici vocitati ſunt Germani-

B cis Kaiſer à *Cæſare:* neque tu unquam ullam recentiorem hujus vocis in Germaniam introductæ originem monſtrabis: neque Germani aliud habent nomen, præter iſtud, quo Imperatorem deſignent.

Quòd ſi Cæſaris nomen Francis, poſt adeptam Imperatoriam purpuram non eſt uſurpatum, quid ergo in tuo Tomo illa fol. 135. *Caroli Magni & Pipini Cæſaris capitulare Comitiorum Ticinenſium? Item illud: fol. 159. Pipini Franci Cæſaris capitulare.* Unde alia hujus generis non pauca? Et ſi Franci nomen *Cæſaris*, ſuis in Imperio ſucceſſoribus indiderunt, credibile non eſt, eos nomen Cæſaris habuiſſe pro nomine, quod *filium terræ*, & ùt Goldaſtus appellat, ein Pfeffer-ſack denotet; nec poſteriores Imperatores id unquam recepiſſent, ſi tam contemptum

C ac vile foret.

Sed antequam hinc abimus, monendum & iſtud, à Goldaſto in Imperatorum cenſu recenſeri etiam Ricimerem illum, Imperij turbulentiſſimum turbinem & peſtilentiſſimam peſtem, atque Anthemij Imperatoris interfectorem; quod neſcio num ullus ante iſtum tanta confidentia auſus fuerit, cùm in confeſſo ſit, nec Imperatorem, nec Cæſarem, nec Regem, ſed Patricium Romanum & Magiſtrum Militum, quamvis potentiſſimum, fuiſſe. Et tamen cogimur, velimus, nolimus legere fol. 606. *Richimeris Suevi Imperatoris Auguſti Reſcriptum pro pace publica ad Anthemium ſocerum ſuum:* quod iſte confuſit

D vel potiùs commentus eſt ex oratione Epiphanij Epiſcopi Ticinenſis, quam habuit pro Ricimere ad Anthemium Imperatorem. Vide Baronium Anno CCCC. LXXI.

CAPUT II.

Calviniſta Cæſares; ſeu Electos, & ad Imperatoriam dignitatem promovendos, ipſe ſua auctoritate promovet ac coronat.

IN Apologia Baroniana cap. 20. & 26. & in defenſione librorum de translatione Imperij copioſiſſimè oſtendimus, olim poſt Carolum Magnum, nullum, quantumvis legitimè electum, Imperatoris nomen ante Pontificiam coronationem uſurpâſſe, aut ab aliis hoc titulo decoratos eſſe; E

ſed quemlibet eorum Regem duntaxat appellatum: tam à ſe, quàm ab aliis. Quod etiam liquet ex Epiſtola Ludovici Junioris ad Baſilium Imp. Conſtantinopolitanum, de qua in Apologia Baroniana cap. 13.

His tamen non abſterritus Goldaſtus, pergit uti poteſtate, non aliunde legitimè accepta; ſed domi ſuæ nata; & *electos* duntaxat, nec corona Imperiali redimitos, contra majorum, imò contra ipſorum Regum & Principum uſum ac morem, abſolutè, ſine ullo additamento, Imperatores ſalutat & indigitat. Hoc ſuo jure non jure fretus. I. F

Ludovicum IV. Arnulphi Imp. filium, Imperatorem Auguſtum creat. II. Eodem jure Henricus Auceps debet eſſe Imperator, non Electus; quod verum; ſed abſolutè; ſine ulla coronatione Pontificia, & hoc ideo, quia ita lubet huic Calviniano, licèt ipſi Principes refragentur. III. Eadem liberalitate ad Imperatorium ſolium evehitur fol. 301. Conradus I. Francus. IV. Hugo Rex Italiæ. V. Lotharius II. Filius Hugonis. VI. Berengarius Junior. VII. Conradus Suevus. VIII. Philippus Barbaroſſæ filius. IX. Conradus Filius Friderici II. Imp. X. Henricus Thuringus. XI. Richardus Anglus. XII. Wilhelmus Hollandus. XIII. Alphonſus Hiſpanus. XIV. Guntherus Svvartzenburgicus. G

XV. Jodocus Moravus. XVI. Albertus II. Auſtrius.

Et quid verbis opus eſt? licèt iſti in diplomatis, ſi quæ promulgârunt; Romanorum Reges, vel, ùt jam hujus ſæculi fert conſuetudo, electos Romanorum Imperatores, ſeſe nuncupent; iſte tamen pro auctoritate majore, quàm quæ in literionem cadat, ſimpliciter mandat, ut iſti non Regis, nec Imperatoris electi, ſed ſimpliciter Imperatoris titulum diplomatis & reſcriptis ſuis præfigant.

Supradictis adjungit Goldaſtus Tom. 2. Wenceslaum Bohemum: qui tamen Tom. 1. tantùm fuerat Rex Romanorum etiam in ſententia Electorum Imperij contra ipſum pronuntiata. Quapropter meritò mireris, H

unde Calviniſta Tom. 2. fol. 96. hunc titulum acceperit. *Imperator Wenceslaus, Pius, Felix, Inclytus, ac Triumphator ſemper Auguſtus, &c.* In Notis dicit, *Huttenum edidiſſe.* Jam ſatis habeo. Plura fraudis indicia non requiro. Jam nominato Hutteno ad totius impoſturæ latibulum penetravimus.

Illud omnem munificentiæ modum excedit, quòd Albericum (quem in Indice vocat *Longobardum*, & in nota ad marginem fol. 301. *Marchionem Thuſciæ*) Regem Romanorum creat; licèt ipſemet Albericus in

A eo ipſo edicto, quod Calviniſta producit, non Regem, ſed Principem & Marchiooem Tuſciæ ſeipſum nominet. Quanquam id, quod ipſe ſpecioſo edicti titulo proponit, non eſt edictum, ſed oratio Alberici ad Romanos, cùm ab Hugone Rege, inflicto colapho, injuria affectus fuiſſet, ùt maniſeſtum fit ex lib. 3. Luitpraodi Ticinenſis cap. 12.

Eandem fermè licenoam ſumit ſibi in Imperatoribus orientis. Nam *Annibalianns* velit nolit, Imperator eſſe cogitur; cum Conſtanono, Conſtanoo & Conſtante, filiis Conſtantini Magni; adeò tamen perplexè loquitur, ut non ſatis percipere queas, num de Annibaliano patre, an de Delmatio filio,
B loquatur; nam & hunc Annibaliani nomen tuliſſe liquet ex lib. 1. Onuphrij de Romanis principibus.

Ut Regi Britannico palpum egregiè obtrudat, ait in præfatione: *Britanniam viginti unum Impratores ac Cæſares tuliſſe:* Et io hoc cenſu collocat omnes, qui à Conſtantino Magno genus duxerunt, licèt extra Britanniam nati, eam oculis nunquam uſurpârint; Et plerique alij meritò diſplicent; quia per tyrannidem & militarem tumultum adversùs legitimos Imperatores Imperium adepti ſunt; ùt Maximus, Marcus, Gratianus Secundus, & poſt hunc Conſtanonus III. & Conſtans II. Et propterea verum eſſe, experiennia ipſa didiceruot, quod *citò fit*
C *citò perit:* quibus adde Aurelium Ambroſium, ſeu *Ambroſium Aurelianum*, qui & ipſe non longo pòſt tempore, ſumptam purpuram proprio ſuo ſanguine magis purpurare coactus eſt. Nec boni ominis eſt Julianus Imperator, quem iſte etiam ex Britannia arceſſit. Apage Apoſtatam. Criſpus & Delmatius & ὠκύμοροι & βιοθάνατοι ſuot. Horreo omen. Richardus in ſchiſmate electus eſt, ùt Calviniſta dicit. Quis probet electum ſchiſmaticè, niſi ſchiſmatis amans? Itaque re bene conſiderata, non video, cur iſte cum ſuis Britannicis Imperatoribus & Cæſaribus tantopere triumphet. Segregetur inde Conſtantinus Magnus, quid adeò dignum admiratione ſupererit?

D

CAPUT III.

Calviniſta Imperatores ſuos poteſtate & infula Pontificia exornat.

UT omnibus numeris abſolutos Imperatores habeamus, creantur iidem à Goldaſto Pontifices; non qualeſcunque, ſed Maximi. *Neque enim Imperator, aut Rex*, inquit Calviniſta, præfat. ad Regem Britanniæ, *purus putus eſt laicus; ſed & Pontifex; & quidem Maximus, qui Canonum conditor & legum cluet, cæterorum omnium Pontificum moderator atque arbiter.*

Probat hoc I. *Quia Moſes fuit Princeps &* E
Pontifex ſimul, major Aarone, ipſe enim totam illam Rempublicam inſtituit ac inſtruxit, non Aaron. Ad ipſum omnes quæſtiones deferebantur, non ad Aaronem.

II. *Zoſimi, Chomateni, Balſamonis & aliorum auctoritate conſtat, principes omnes Chriſtianos, antequam Imperium invaſiſſet Pappia Tyrannis, Pontifices Maximos fuiſſe, & Pontificalem veſtem à Pontificum Collegio ſumpſiſſe. Id notum eſt ex Auſonio, qui Gratianum vocat religione Pontificem. Et in conc. Chalcedonenſi Act. 3. Valentinianns dicitur Pontifex Inclytus; ſimiliter Marcianus. Cui itidem acclamatum: pio & Orthodoxo Imperatori, Pontifici Imperatori. Et exſtat Epiſtola Anaſtaſii hac præſcriptione Imp. Cæſar Flavius Anaſtaſius, Pontifex inclytus.*

III. *Idem probat auctoritate Sigiſmundi Imp. qui dicit, Imperatorem Indiarum eſſe presbyterum. Imperatoris eſſe Evangelium annunciare.* F
Si Presbyter ſit, eò beatiorem & laudabiliorem fore, quàm ſi non ſit.

IV. Addit, *Maximilianum I. Imp.*, *qui in quadam ſua Epiſtola viſus eſt hunc ſummum Pontificatum appetiviſſe.*

V. Ludovicus IV. Imp. edicto publico ſancivit, *Imperatorem Romanum vacante Eccleſia, Papæ ſuccedere, & ipſius Papatus in temporalibus & collatione beneficiorum, caduci nomine, adminiſtratorem eſſe, teſte Marſilio Paduano in defenſore pacis.*

VI. *In Can. LXIX. Trullano conceditur poteſtas Imperatori ad altare ingrediendi, ſacerdotum inſtar, omnibus aliis Laicis excluſis.* Citatúrque in eundem Canonem Balſamon, &
Demetrius Chomatenus Bulgariæ Epiſcopus G
io Reſponſo ad Epiſcopum Dyrrachij; ubi dicit; *Solo ſacrificandi miniſterio excepto, reliqua Pontificalia privilegia Imperator repræſentat. Veriſſimè*, inquit Calviniſta; *& cautè interiecit:* Sacrificandi excepto miniſterio: Probat autem Chomatenus admodum jucundè ſuam ſententiam ex lib. 19. Anoq. Joſephi, apud quem, in quadam inſcriptione: Tiberius Imperator Ethnicus, nominatur *Pontifex Maximus.*

VII. Argumentatur Calviniſta ex tritis illis Phraſibus: *Sacrum vel ſacroſanctum Imperium, ſacra Cæſarea Majeſtas, ſanctiſſimus vel ſacratiſſimus Imperator.* Quorſum iſta, ſi Im- H
perator nil commune habet cum ſacerdotio, hoc eſt, ſi non eſt Ponofex Maximus?

VIII. *Pontifices Romani aliquot centum annis à titulo Pontificis Maximi abſtinuerunt; Signum eſt igitur hanc appellationem penes Imperatores fuiſſe.*

IX. *Officium ſummi Pontificis, amiſſo licèt Pontificis maximi titulo, poſteriores Imperatores conſtanter uſque ad Gregorium VII. retinuiſſe.*

X. *In Imperio Theutonico duplicem ſenatum Palatinum ſive Aulicum fuiſſe, Eccleſiaſticum & Politicum. Utriuſque decreta & ſententias Impera-*

A *peratorio ſeu Regio nomine pronuntiatas fuiſſe: parem formam in ipſis comitiis generalibus obtinuiſſe, ut ſeparatus locus Eccleſiaſticis, alius laicis regni principibus attribueretur:* Illorum conventum dictum *ſynodum* vel *concilium*; horum, *Mallum publicum*, vel *placitum*, *utrique ſuprema cum poteſtate Imperatorem vel Regem præſediſſe: illi, tanquam Pontificem Maximum, huic, velut Dictatorem, Conſulem & Tribunum Maximum:* Hæc & hujus generis alia de Pontificatu Cæſareo tenui modulatur avena Goldaſtus, coram illo Rege, cui tale acroama non niſi jucundum accidere poteſt; quippe qui ſe *caput Eccleſiæ Britannicæ*, hoc eſt, Pontificem Maximum, ferat.

Sed hunc *Pontificatum Maximum*, quem Calviniſta Chriſtianis Imperatoribus, Regibus & Principibus tribuit, ſtramennitium & imaginarium eſſe, multis rationibus jam in defenſione Bellarminianæ controverſiæ de B Pontifice; & in conſiderationibus ad Theologos Venetos, & in Baſilico doro, ſeu Apologia contra Regem Angliæ, copiosè demonſtratum eſt. Hic tantùm probationum capita adjungemus.

I. Chriſtianus Imperator, Rex, Princeps, tametſi maximus & potentiſſimus, eſt ovicula de grege Chriſti, comprehenſa in illo Redemptoris noſtri monito: *paſce oves meas.* Ergo ſubeſt Paſtoribus, præſertim ſummo & univerſali Paſtori. Si ſubeſt; ergo non præeſt; ſi non præeſt, non eſt ergo Pontifex maximus, nec abſolutè; nec cum reſtrictione; *inter ſuos.*

II. Non Imperatori, non Regi, non ulli C Principi, ſed Petro & ſucceſſoribus, & per hos omnibus legitimè vocatis & ordinaris Eccleſiæ miniſtris & paſtoribus dictum eſt; *paſce oves meas; Tibi dabo claves regni cœlorum, &c. Quæcunque ſolveris, &c. Quæcunque ligaveris, &c. Quorum remiſeritis peccata, remittentur; quorum retinueritis, retenta erunt, &c.* Ergo iſtis ſubſunt Imperatores, Reges, ac Principes; ſi ſubſunt; non igitur ipſi ſunt Pontificum Pontifices, & Epiſcopi Epiſcoporum; & paſtores paſtorum, & patres, patrum ſuorum.

III. Imperatores, Reges ac Principes ſunt D Pontificum & Epiſcoporum filii: ergo Impp. Reges ac Principes non ſunt Pontifices Maximi: alioqui clypei mutandi erunt; & cùm Imperator ad Pontificem Romanum ſcribit: dicendum; *dilecto filio noſtro Paulo V. Pontifici Romano. Venerabili fratri noſtro Epiſcopo Herbipolenſi, Bambergenſi, &c.* At quis unquam audivit talia deliria? Et tamen ex delirio Golſtadino naſcuntur, & quidem neceſſariò. Cur enim Pontifici omnium ſupremo & Maximo, non ſit jus & fas, ut alios infra ſe Pontifices vocet *filios* aut fratres; aut Coëpiſcopos, aut comminiſtros, aut ſylliturgos?

IV. Imperatores, Reges ac Principes non E ſunt Doctores Eccleſiæ multóque minùs Pontificum & Epiſcoporum magiſtri; ergo Imperatores, Reges ac Principes non ſunt ſummi Pontifices. Antecedens patet. Quia Apoſtolis, eorúmque ſucceſſoribus ac poſteris,. non Imperatoribus, Regibus ac Principibus dictum eſt. *Prædicate Evangelium; docete omnes gentes.* Conſequentia patet. Quia ſummus Pontifex eſt ſummus Doctor; & omnium ſub ſe Doctorum refugium; & hoc docendi officium intrinſecè, in ſummo Pontificatu includitur, inque intimis ejus quaſi viſceribus hæret. At quis Imperatores, Reges ac Principes pro ſummis Eccleſiæ Doctoribus habet? Imò, ne ipſi quidem Imperatores, Reges ac Principes, quotquot ſapiunt, aut ſapuerunt, hanc F functionem ſibi aut vendicant, aut unquam vendicârunt.

V. Pontifex Maximus eſt omnium Epiſcoporum & Sacerdotum Iudex: At Imperatores, Reges, ac Principes non ſunt omnium Epiſcoporum & Sacerdotum judices; ergo Imperatores non ſunt Pontifices Maximi. Major probatur. Quia Pontifex eſt Iudex: ergo Pontifex Maximus, eſt maximus Iudex; ſi Maximus, ergo omnium, alioqui Maximus non eſſet. Minor probatur. Quia Imperatores, Reges ac Principes ſunt oves de grege Chriſti: ergo non ſunt paſtorum ſuorum, hoc eſt, Epiſcoporum ac Sacerdotum Iudices. Quæ enim unquam tam præpoſtera rerum confuſio exſtitit, niſi poſt hoc novum hæreſeos chaos, quæ ex ovibus paſtores, & G ex paſtoribus oves, hoc eſt, ex judicandis judices, & ex judicibus judicandos faceret?

Tentârunt hoc olim hæretici & ſchiſmatici, at non adeò optabili ſucceſſu, quibus intrepidè reſtiterunt Pontifices, & inprimis magnanimus ille, & memoriæ nunquam intermoritura Pontifex Gregorius VII. lib. 8. Epiſt. 21. apud Gratianum diſt. 96. cap. 91. *Quis dubitet, ſacerdotes Chriſti, Regum & Principum; omniúmque fidelium Patres & Magiſtros cenſeri? Nónne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubjugare, & iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubjicere, à quo credit non ſolùm in terra, ſed etiam in cælis ſe ligari poſſe & ſolvi.*

Adde Gelaſium Papam apud eundem Gratianum loc. cit. cap. 10. *Duo ſunt quippe Imperator Auguſte, quibus principaliter hic mundus* H *regitur: auctoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas. In quibus tantò gravius pondus eſt ſacerdotum, quantò etiam pro ipſis regibus hominum, in divino ſunt reddituri examine rationem.* Et poſt pauca: *Noſti itaque inter hæc ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam redigi poſſe voluntatem. Talibus igitur inſtitutis, talibúſque fulti auctoritatibus plerique Pontificum, alii Reges, alii Imperatores excommunicaverunt. Nam ſi ſpeciale aliquod de perſonis Principum requiratur exem-*

Digitized by Google

A *exemplum, beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia conſenſit, ut S. Joannes Chriſoſtomus à ſua ſede pelleretur) excommunicavit. Beatus etiam Ambroſius, licèt ſanctus, non tamen univerſalis Eccleſiæ Epiſcopus pro culpa, quæ aliis ſacerdotibus non adeò gravis videbatur, Theodoſium magnum Imperatorem excommunicans ab Eccleſia excluſit: qui etiam in ſuis ſcriptis oſtendit, quòd aurum non tam precioſius ſit plumbo, quàm regia poteſtate ſit altior dignitas ſacerdotalis.*

Idem Gelaſius ad Epiſcopos orientales apud Gratianum cap. 12. aſſerit: *Nunquam de Pontificibus, niſi Eccleſiam judicáſſe, non eſſe humanarum legum de talibus ferre ſententiam, abſque Eccleſiæ principaliter conſtitutis Pontificibus, obſequi ſolere Principes Chriſtianos decretis Eccleſiæ, non ſuam præponere poteſtatem; Epiſco-* B *pis caput ſubdere principem ſolitum, non de eorum capitibus judicare.*

Adde Joannem Pontificem ex eodem Gratiano loc. cit. c. 11. *Si Imperator Catholicus eſt, filius eſt, (quod ſalva pace ipſius dixerimus) filius eſt, non præſul Eccleſiæ: quod ad religionem competit, diſcere ei convenit, non docere. Habet privilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrandis legibus publicis divinitus conſecutus eſt, ut ejus beneficiis non ingratus contra diſpoſitionem cœleſtis ordinis nil uſurpet. Ad ſacerdotes enim Deus voluit, quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere, non ad ſæculi poteſtates; quas, ſi fideles ſunt, Eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus voluit eſſe ſubjectas. Non ſibi vindicet alienum jus, & mini-* C *ſterium, quod alteri deputatum eſt: ne contra eum tendat abrumpi, à quo omnia conſtituta ſunt; & contra illius beneficia pugnare videatur, à quo propriam conſecutus eſt poteſtatem. Nam à legibus publicis, non à poteſtatibus ſæculi, ſed à Pontificibus & Sacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianæ religionis Clericos & Sacerdotes voluit ordinari & diſcuti, recipique de errore remeantes. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas Eccleſiaſticis Præſulibus, non præferre.*

Hæc & his ſimilia non pauca continentur in illa XCVI. diſtinct. Gratiani; quæ eò libentiùs ex Gratiano, quàm ex ipſis Auctoribus recenſui, quia Calvinianus iſte delecta- D tur edictis, reſcriptis, Canonibus, Canonúmque collectores non ſemel allegat. Quapropter gratum ei erit, hæc non ex ipſis fontibus, ſed ex Canonum Gratianeis fluentis audire.

Sed occurrit nobis Goldaſtus; ſe non velle, *quòd Imperatores ſibi divinorum myſteriorum, & clavis cæleſtis aſſumpſerint auctoritatem, hæc enim propria eſſe Sacerdotum ac perpetuò fuiſſe; ſed propter Pontificis Maximi ſuperioritatem temporalem, & ut immediatam Imperatoris poteſtatem à Deo acceptam, ipſiúſque Dei in terris vicariam, in omnes homines, ſacros, profanos, prædicet.*

Sed non evadit. Nam Pontificis *Summi* E ſeu *Maximi* nomen plus innuit, nempe illum, habere jus & arbitrium circa ea, quæ ad religionis cultum pertinent, diſponendi & præſcribendi, quæ neceſſaria judicaverit. Nam ſummus Pontificatus, quà talis, propriè religionem, ejúſque cæremonias ac inſtituta reſpicit. Quare ſi Imperator eſt ſummus Pontifex; oportet, ut plus ei Calvinicola iſte concedat, quàm juriſdictionem in Epiſcopos, quemadmodum fecit quoque Demetrius Chomatenus (ita ab iſto indigitatur) qui, ùt ſuprà vidimus, Impera- F tori omnia concedit *præter ſacrificandi miniſterium.*

Deinde, non video, quomodo hæc inter ſe cohæreant; negat Pontifici Maximo, quem ipſe in Utopia procudit, competere auctoritatem *clavis cæleſtis.* Et tamen mox addit: *ſui Pontificis* hoc eſt, Imperatoris, (& eadem eſt ratio, cujuslibet alterius Regis, Principis, aut magiſtratus, qui ſuperiorem non agnoſcit) *poteſtatem extendi ad omnes homines, etiam ſacros:* Et ne dubitares, quid hæc extenſio includat, adjungit; *nec ſynodalia decreta, nec ſacros canones, nec definitiones de fide, nec id genus ſimilia rata eſſe poſſe, niſi ab Imperatoribus & Regibus confirmentur priùs & edicantur.* An non hæc clavem cœleſtem tam juriſdictionis, G quàm ſcientiæ arguunt? Et tamen, ſi huic credimus, fictitius iſte Pontifex *cæleſtis clavis auctoritatem non aſſumpſit.* Quid? An ſine cœleſti clavi ſynodalia Decreta, ſacri Canones, & definitiones de fide confirmari, &, ùt infallibiles, ſubditis proponi poſſunt?

Videbatur Calviniſta tantùm in homines *ſacros* Pontifici ſuo poteſtatem tribuere; ſed mox pomeria profert: maximè autem, quando ſpeciatim recenſere incipit, quæ ſint hujus Pontificis propria: quorum primum, *concilia indicere.* Non eſt ita; Ovium non eſt concilia indicere; ſed paſtorum.

II. *Eorum decreta publicare:* Neque hoc verum, niſi de paſtorum conſenſu & voluntate: nam eorundem eſt, nempe paſtorum, decreta facere; & facta publicare.

III. *De fide Catholica conſtituere.* Clavem cœleſtem illis antea ademerat; & nunc dat H poteſtatem de fide conſtituendi. An de fide conſtituere non pertinet ad clavem cœleſtem? Quid ergo illa ſibi volunt? *Et tibi dabo claves Regni cælorum.* Quæſo te, cui promiſſæ & datæ ſunt iſtæ claves? Num Imperatoribus, & Regibus, à te creatis Pontificibus Maximis, an S. Petro ejúſque ſucceſſoribus.

IV. *Hæreticos proſcribere.* Paſtor lupos proſcribit, non ovis; aut ſi ovis, non niſi paſtoris monitu ac juſſu. Hujus enim eſt lupos notificare; & ut caveantur, ſignum in altum tollere.

V. *Eccleſiam reformare*, ovile reformat paſtor, non ovis; aut ſi ovis, non niſi paſtoris nutu.

A VI. *Epiſcopatus & Sacerdotia ordinare.* Oves non aſſignant paſtoribus ſtationes; ſed è contrario, paſtores ovibus.

VII. *Cauſas Eccleſiaſticas decernere.* Inauditum eſt in omni bene conſtituta Republica, ut oves paſtorum cauſas definiant.

VIII. *Jejunia edicere.* Jejunia paſtores ovibus indicunt, non oves paſtoribus.

IX. *Rogationes & ſupplicationes publicas mandare.* Hoc paſtorum eſt, non ovium.

X. *Laudes divinas publicè habendas jubere.* Et hoc paſtoribus competit, non ovibus; aut ſi & his, non niſi de paſtorum voluntate.

XI. *In mores & vitam clericorum inquirere.* Oves non inquirunt in vitam paſtorum, ſed paſtores in vitam ovium.

XII. *Cavere, ut bona Eccleſiaſtica in pauperum*
B *uſus & fabricarum Eccleſiæ rectè diſtribuantur.* Hæc itidem cura paſtorum eſt, non ovium. Nam cujus eſt curare, ut ſarta tecta ovilium conſerventur? Num ovium, an paſtorum? cujus eſt ex officio procurare, ut ex caulis ſufficiens pabulum egenis ovibus depromatur? Num ovium, an paſtorum?

XIII. *Feſtorum curam gerere.* XIV. *Ferias diſponere.* XV. *Faſtos ſive calendaria recenſere.* Et hæc quoque paſtorum munia ſunt, non ovium.

Vides, quas iſti ſuo Pontifici Maximo partes in hac publica ſcena agendas attribuant. De quibus paulò verboſiùs ſermocinari lubet. *Carolus V. Imp.* Invictiſſimus judicio hujus Calviniani fuit Pontifex Maxi-
C mus. Si indixiſſet concilium, ſicuti revera, ſed cum Pontifice, & Pontificis ductu, indixit; num ad concilium ſectarij ſeſe contuliſſent? Num Pontifici, quem ſuis ſuffragiis creârunt, obtemperâſſent? Indixit Ferdinandus Rex publicas ſupplicationes pro avertenda cœleſtis numinis ira Anno 1529. Cujus hac de re literas ipſe Calviniſta fol. 505. recitat. Quàm multi Lutherani & Zvvinglianl in his proceſſionibus viſi ſunt? Si hodie Imperator in Imperio, indiceret Calvinianis & Lutheranis jejunia, quàm multi eorum jejunarent? Si mandaret, ut Calvini ſectatores feſta Apoſtolorum celebrarent, aut Aſſumptionem vel Nativitatem B. Virginis, quot & quàm alacriter morem gererent; ùt & tunc, ſi Calendarium novum
D ab ipſis recipi præciperet? Quid ſi de Epiſcopatibus, ſacerdotiis & Abbatiis reſtituendis legem ferret? Num dicto audientes eſſent? Admodum ſcilicet. Atqui Pontificis Maximi, hoc eſt, Imperatoris, in Imperio, & cujusvis Regis in ſuo Regno, eſt *Epiſcopatus & Sacerdotia ordinare*, & dare operam, ut reditus ac proventus Eccleſiaſtici rectè ac legitimè diſpenſentur.

Proſcripſit Carolus V. Hæreticos, hoc eſt, Lutherum, ejúſque ſectatores in Comitiis Wormacienſibus. Et diploma proſcriptionis Tomis ſuis ipſe Goldaſtus illigavit. E
Num huic *Pontificis Maximi*, (ùt Calviniſta arbitratur) decreto obtemperatum eſt? Edicat hodie Rex Britanniæ ſuis Puritanis, ut celebrent ea feſta, quæ celebrant Calvino-papiſtæ, eóque amictu in cœna & extra cœnam, iiſdémque ceremoniis utantur, quibus Calviniani *molliores* ſeu *Parlamentarij.* Videamus, num huic ſui Pontificis Maximi juſſioni obſecuturi ſint. Eandem obſequendi alacritatem ac promptitudinem experietur, ſi eis jejunia, ſupplicationes ac proceſſiones publicas imponat. Turmatim ſcilicet accurrent; & ſi non ad maciem; ſaltem uſque ad pallorem inedia ſe affligent. Idem facient Miniſtri Genevenſes, ſi ſimile mandatum à *ſuo Pontifice Maximo*, hoc eſt, à Magiſtratu Genevenſi accipiant; qui ſi jubeat, F
ut præter Dominicos dies, alios itidem feſtos habeant, ùt Natalem Domini, Circumciſionem, Aſcenſionem, &c. ſcilicet abſque ulla tergiverſatione ad obſequium ſe accingent; & abſtinentia à cibo, vel cum priſcis Eremi incolis contendent.

Cæterùm poſtquam Pontifici ſuo Maximo ſua munia attribuit, eadem quoque aſſignat Epiſcopis & Sacerdotibus, *quorum ad munus pertinet*, inquit, *animas curare.* Mirum, ſi hoc munus non competit quoque ſummo Pontifici.

II. *Scripturarum ſacrarum lectioni & explicationi inſiſtere.* Quo jure ab hoc munere Pontificem Maximum arcebis? Quomodo *de fide Catholica conſtituet, hæreticos proſcribet, &* G
Eccleſiam reformabit, & alia jam à Calviniano recenſita officia obibit, niſi ſcripturarum lectioni & divinæ legis meditationi ſedulam operam navet?

III. *Plebem docere.* IV. *Clavibus uti.* V. *Sacra myſteria adminiſtrare.* VI. *Excommunicare.* VII. *Hæreticos monere.* Hæc omnia, non niſi ineptè Pontifici Maximo adimuntur. Nam ſi poteſt hæreticos proſcribere; cur non etiam monere, & excommunicare? Si poteſt de fide conſtituere; & Eccleſiam reformare; cur non & *plebem docere?* VIII. *Confeſſiones audire.* Libenter equidem intelligerem, quando & quoties Calviniani prædicantes confeſſiones audiant. An tu putas, Calvinianum Pontificem Maximum, non ſatis eſſe confeſſionibus audiendis auri- H
tum? IX. *Pœnitentiam injungere.* Hic iterum ſciſcitari lubet, qualesnam pœnitentias Lutherani & Calviniani *Confeſſionarij* confitentibus imponant. Num jejunia? Num cilicia? Num flagella ſeu *diſciplinas?* Rurſus autem mirum ſupra omne mirum foret, ſi Pontifex Maximus Lutheranus & Calvinianus pœnitenti pœnitentiam imponere nequiret. X. *Manus imponere.* Jure indignabitur Pontifex Maximus Calvinianus, ſi res tam facilis ſibi abjudicetur. Ut eſt & hoc XI. *Matrimonia benedicere;* Et hoc XII. *Lapſos recipere.*

A *cipere.* Minorum gentium Pontifices hæc omnia in ſynagoga Lutheri & Calvini, ſi Calviniſequa iſte non mentitur, præſtant; Et cadem præſtandi facultate carebit, ille, qui ſummo in loco reſidet, & omnium perfectiones unum in cumulum congeſtas in ſe complectitur?

Sed ut ad lineam redeamus, Imperatores, Reges, ac Principes, etiam Calvino & Luthero addictos, non eſſe ſummos Pontifices, patet ex ipſorummet communi teſtimonio ac ſenſu. Nam ſi à Rege Britanniæ diſcedas, (qui ſe ſupremum caput Eccleſiæ Anglicanæ nominari patitur) nullum invenies, qui hunc ſibi titulum aut arroget, aut tribui à palpo-
B nibus ſinat; & de Catholicis quidem id certum eſt, ac exploratum; idem æquè exploratum habetur de heterodoxis: nam neque nunc, neque olim, quicunque Chriſtiano nomine cenſentur; Pontificis Maximi titulo uſi ſunt; nam quòd Conſtantinus Magnus & alii uſque ad Gratianum Imp. dicti ſunt Pontifices Maximi, ea appellatio non à Chriſtiano Pontificatu, ſed ab alio deſcendit; ùt infrà dicemus.

Quòd ſi quis periculum facere velit, num Imperatores, Reges ac Principes *Pontificis Maximi* officium & honorem ſibi uſurpent; tentet, quî volet; inprimis autem Goldaſtus; & ad Imperatorem, vel Regem Chriſtianiſſimum, vel alium quempiam litteras hac ſuperſcriptione inſignitas mittat. *Reverendiſſimo* (vel, *ſanctiſſimo* & *beatiſſimo*) *in Chriſto Patri ac Do-*
C *mino, Domino, Rudolpho, per Imperium Romanum ſummo Pontifici, &c. Ludovico per Galliam, ſummo Pontifici, Philippo, per Hiſpaniam, utramque Indiam, & alias ditiones ſummo Pontifici, Sigiſmundo, per Poloniam, Ruſciam, Pruſſiam, Lithuaniam ſummo Pontifici;* quis præ riſu non corruet? Quis tam ſeverus & tetricus fuerit, qui in ſonantiſſimos cachinnos non reſolvatur præſertim, ſi ùt par eſt, in ipſo litterarum contextu & decurſu adhibeantur illæ phraſes: *Reverentia veſtra. Paternitas, beatitudo, & ſanctitas veſtra?* Et ſi eandem ſcribens ſeſe etiam *ad pedum oſcula* offerat; & cur hoc officii genus non deferat, cùm moris fuerit Impera-
D torum Conſtantinopolitanorum pedes oſculari, ùt planum fit ex libello Codini de officiis Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ; & Ioannis Cantacuzeni Imp. pedes Perſæ oſculati ſunt, ùt ipſemet refert lib. 4. ſuæ Hiſtoriæ cap. 10. Et apud eundem lib. 1. cap. 34. oſculatur Andronicus Iunior Imp. pedes Andrunici ſenioris itidem Imperatoris; quod etiam Gregoras lib. 8. hiſt. ſcriptum reliquit. Cùm igitur Græci Imperatores, judicio hujus Calviniſtæ, fuerint Pontifices Maximi, iſque honos iſte, qui in oſculandis pedibus conſiſtit, obvenerit, cauſæ nihil apparet; cur aliis ad eandem dignitatem evectis, eadem reverentia negari debeat.

Jure autem ſcire aveas, cur Calviniſta noſter Pontificis Maximi titulum non tribuerit Regi Britanniæ in exordio Epiſtolæ dedicatoriæ. E Quantò ſonorius & admirabilius fuiſſet: *Beatiſſimo & ſanctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Iacobo, Angliæ, Franciæ, Scotiæ & Hiberniæ Pontifici Maximo.* Et in calce. *Sanctitatis & beatitudinis V. Servus devotiſſ. uſque ad beatiſſ. pedum oſcula* Melchior Goldaſtus. Auſim dicere; ipſummet Regem hujusmodi titulum non toleraturum, etiamſi *caput Eccleſiæ Anglicanæ* ſe indigitari ſinat. Nonnulla enim abſurdiora ſunt, quàm ut in ullius ingenui, nedum Regis, mentem admitti queant. Sed nunc argumenta pro Calviniſtico Imperatorum, Regum ac Principum Pontificatu Maximo propoſita diſſolvamus F
ac profligemus.

CAPUT IV.

Diluuntur duo argumenta præcedente capite propoſita.

AD primum reſpondeo, Moſem fuiſſe Principem politicum, & ſummum Sacerdotem ex peculiari voluntate & inſtitutione Dei; Itaque hæc conſecutio; *Moyſes fuit ſimul Princeps politicus & Pontifex Maximus; ergo noſtri itidem Impp. Reges ac Dynaſtæ ſimul ſunt Principes politici & Pontifices Maximi;* non modò non eſt diobolaris, ſed ne obolaris quidem: Nam ex ſacris litteris ſcimus, poteſtatem Eccleſiaſticam (ipſúmque adeò principatum Eccleſiaſticum, qui G
Pontificatus Maximi nomine deſignatur) Apoſtolis, & in his S. Petro, tanquam omnium corypheo, datam eſſe, non Imperatoribus, non Regibus, non Principibus. Neque enim ulli horum unquam dictum eſt; *Tibi dabo claves regni cælorum, &c. Paſce oves meas. Quorum remiſeritis peccata, remittentur, &c.* Eodem modo in Heli & Macchabæis principatus cum Pontificatu maximo copulatus fuit; at nihil unquam inde pro Pontificatu Maximo Chriſtianis Principibus vindicando extundetur; niſi forſan ab illo, qui quidlibet ex quolibet colligere didicit: nimis enim expreſsè divinis literis traditum eſt, apud quos Eccleſiaſtica, & ſuprema itidem pote- H
ſtas reſideat.

Ad ſecundum reſpondeo, Zoſimum, Ethnicum ſcriptorem, valde ſcilicet eſſe idoneùm, ut nos doceat, penes quem ex Chriſtiana Eccleſia ſit & eſſe debeat Pontificatus Maximus Chriſtianus. Et qualiſcunque ſit Zoſimus, non loquitur de Pontificatu Maximo Chriſtiano, ſed Ethnico. Hujus enim Pontificatus titulo uſi ſunt primi Chriſtianorum Imperatores, ùt Conſtantinus Magnus & alii uſque ad Gratianum, cum quo Pontificatus iſte ſepultus eſt, teſte Zoſimo lib. 4. ubi ita ſcribit: *Simul atque ſummum Imperium quisque accipiebat, amictus ei ſacerdotalis à Pontificibus offere-*

offerebatur, & continuò Pontificis Maximi titulum uſurpabat. Ac cæteri quidem Principes univerſi, lubentiſſimis animis hunc honorem accepiſſe, & hoc uſi titulo videntur; adeóque Conſtantinus etiam potitus Imperio, licèt is à recta ſacris in rebus via deflexiſſet, & fidem Chriſtianorum amplexus eſſet; itemque poſt illum reliqui ordine ſecuti, & Valentinianus atque Valens. Cùm ergo Pontifices ex more Gratiano talem amictum attuliſſent, averſatus eſt id, quod petebant: ratus non eſſe fas, illiuſmodi habitu Chriſtianum uti: Cúmque ſacerdotibus ſtola reddita fuiſſet; ajunt eum, qui dignitate Princeps inter eos erat, dixiſſe; ſi Princeps non vult appellari Pontifex, admodum brevi Pontifex Maximus fiet. Hac quippe amphibolia ille Gratianum eluſit, inquit Baronius. Anno Chriſti CCCXII. maximum enim Pontificatum Maximo tyranno iidem, qui Romæ erant, Pontifices poſtea contulerunt.

Inter alias autem cauſas, cur Chriſtiani Imperatores, hunc ſummum Pontificatum ſuſciperent, hæc etiam una erat, quòd iſta dignitas eſſet ampliſſima, atque etiam ſupra conſules, ejus magiſtratus authoritas: quippe qui poſſet Comitia, ne fierent, religionis intuitu, prohibere, factáque reddere irrita, decretis à ſenatu intercedere, eadémque intercidere: fierent ne bella, ex ejus arbitrio penderet, cujus quoque juſſu ſe conſules abdicarent, ùt Cicero pluribus & alii docent: quam quidem authoritatem omnes Romanæ Reip. Imperatores ſibi pernecеſſariam judicabant, ut ſummo religionis jure ſenatum in Imperatores ſæpe moleſtum, veluti fræno coërcitum, obſequentem in omnibus redderent. Quæ quidem ex eo magiſtratu comparata authoritas, Chriſtianis Imperatoribus magis neceſſaria videbatur, quòd ſcirent, ſe invito Senatu, regnare, & diverſa religione jam in ſe Gentilium omnium invidiam atque odium concitâſſe. Quæ ſanè cauſa cùm poſtea jam ceſsâſſet, quòd ſenatores eſſent majori ex parte Chriſtiani: deſiérunt pariter Chriſtiani Imperatores ſummi Pontificatûs titulum & ſtolam ſumere: quorum primus (ùt diximus) Gratianus fuit, quem imitatus eſt Theodoſius: cujus tempore conſtat Romanum ſenatum Chriſtianis adeò fuiſſe refertum, ut horum major pars eſſet: quod S. Ambroſius ſcribens ad Valentinianum de relatione Symmachi, teſtatur dicens: *Abſit ut hoc ſenatus petiiſſe dicatur: pauci gentiles communi utuntur nomine.* Et paulò pòſt; *Dignum eſt temporibus veſtris, hoc eſt, Chriſtianis temporibus, ut dignitas Chriſtianis ſenatoribus abrogetur, quò gentilibus ſenatoribus profanæ deferatur voluntatis affectus?* Hæc Illuſtriſſimus Baronius.

Nec induebantur Imperatores tunica Pontificali ad ſacra facienda, ſed ad auctoritatem poteſtatémque ſibi conciliandam; quod illis à Pontificibus Chriſtianis permittebatur; neque enim unquam Imperatores ob id factum reprehenſi leguntur; ſicuti alias ob cauſas aliquando à Chriſtianis præſulibus objurgatos novimus. Quòd ſi hæc conceſſio in poſteris Imperatoribus locum habuit; quantò minùs ob Pontificatum Maximum Conſtantinus Magnus meritò culpari poteſt; qui, ut verbis Baronii utar, Ethnicis ſenatoribus ſenatum plenum invenit. Si enim inter Chriſtianos Imperatores tantopere tum ab Ambroſio, tum à cæteris Gratianus commendatur, cùm numeroſo ſatis cœtu ſenatus confectus eſſet, quis hoc nomine deroget Conſtantino, poſt cujus Imperium, extincto perſecutore, cœperunt manifeſtari aliqui eſſe ex Senatoribus Chriſtiani?

Ex quibus apparet, Goldaſtum partim fraudulenter, ac ſycophanticè, partim contumelioſè cum Imperatoribus, Regibus ac Principibus agere. Fraudulenter quidem, cùm ex Pontificatu Conſtantini Magni, & ſucceſſorum uſque ad Gratianum, oſtendere vult ipſos iidem eſſe Pontifices Maximos, ritu ſcilicet & inſtituto Chriſtiano, cùm Pontificatus Maximus, quem dicti Imperatores geſſerunt, non fuerit Chriſtiani, ſed Ethnici inſtituti; cui Chriſto conſecrati Imperatores, neceſſitate compulſi, locum dabant, ut graviora incommoda evitarent. Contumelioſè verò cum Chriſtianis Imperatoribus, Regibus, & Principibus agit, ſi Ethnicum Pontificatum Maximum, quaſi ex Orci viſceribus effodere, & Chriſtianorum Principum humeris imponere contendat. Quæ enim conventio luci cum tenebris, poſt Romanorum gentilium ſuperſtitionem fugatam, ejúſque cæremonias Evangelica veritate exterminatas, & funditus extirpatas?

Itaque ſi preſsè & Dialecticè iſtius cogitata & dicta colligere velimus, neceſſariò nobis hæ vel ſimiles conſecutiones naſcentur. *Imperatores Chriſtiani Conſtantinus Magnus, & ſucceſſores uſque ad Gratianum, fuerunt & vocitati ſunt Pontifices Maximi, Ethnico ritu & inſtituto: Ergo hodierni quoque Imperatores, Reges ac Principes ſunt ejuſdem ritus ac inſtituti Pontifices Maximi.* Vel ſubtiliùs: *Ergo hodierni Principes ſunt Pontifices maximi ritu Chriſtiano.*

Item. *Antiqui Imperatores, Reges ac Principes fuerunt Pontifices Chriſtiani; Ergo & noſtri Dynaſtæ tales ſunt.* Prima conſequentia non modò eſt falſa, ſed & in Principes injurioſa. Quid enim illis jam poſt tot annos, opus eſt hoc Pontificatu Ethnico, Ethnicis in Romano Imperio & finitimis regionibus jam pridem extinctis, & ad inferos ablegatis? Appendix, quæ annectitur, prorſus eſt inepta; ùt per ſe liquet. Quis enim ſanæ mentis ex Pontificatu Ethnico Chriſtiani Imperatoris, concludat; ſucceſſores ejus debere propterea eſſe & ſalutari Pontifices Chriſtianos?

Secundæ conſequentiæ antecedens à vero longè avium exerrat. Nunquam enim Conſtant-

A ſtantinus Magnus, aut alius ex ſucceſſoribus
orthodoxis Chriſtianum Pontificatum Maximum ſibi adſcripſit, nullus hunc titulum
uſurpavit; ut proinde ab hoc traduce ad
poſteros minimè derivari potuerit.

Vide autem, quid abſurditatis ex Calvinianis nugamentis exiſtat: Si Conſtantinus
Magnus, Valentinianus, & Gratianus Impp.
qui Pontificis Maximi titulum uſurpârunt;
fuerunt propterea Chriſtianæ Eccleſiæ Pontifices; ſequitur etiam Neronem, Decium,
Diocletianum, Maximianum, Maximinum &
ſimiles immaniſſimos & à Chriſtiana religione
alieniſſimos Tyrannos, fuiſſe Chriſtianos Pontifices; quia ejusdem ſortis & ſpeciei Pontificatum geſſerunt, quem noſtri Imperatores;
B licèt noſtri abſque ſacrilegis illicitorum ſacrificiorum piaculis; quoad ipſam tamen dignitatem, eadem Pontificatûs ratio apud hos &
illos fuit. Quàm verò inſignes ſunt truculentiſſimi illi Tyranni, Chriſtianæ Eccleſiæ
Pontifices Maximi? Idem ſequitur, ſi dicat
Calviniſta, Imperatorem hoc ipſo, quòd Imperator eſt, conſtitui Pontificem Maximum
Chriſtianorum; nam & ſupradicta mortalium portenta ſummos Pontifices Chriſtianorum fuiſſe oportet, quandoquidem certum eſt, fuiſſe veros, tametſi feros & efferatos Imperatores.

Itaque ut verbis compendium faciam: vel
Nero, Decius, Commodus, Diocletianus,
&c. ſimiles, fuerunt Pontifices Chriſtianæ
Eccleſiæ; vel non. Si fuerunt; poterant ergo omnia Pontificum munia obire; quæ
C ſunt, ùt dicit Goldaſtus, *concilia indicere, decreta publicare, de fide Catholica conſtituere,
hæreticos proſcribere, dies feſtos, ſupplicationes &
iejunia indicere, &c.* & alia cap. ſuperiore ex
Calviniano commemorata. At quis unquam
ab Ethnico, & juratiſſimo Chriſtianæ religionis hoſte hæc exſpectet, aut exſpectanda
ſibi perſuadeat? ſcilicet is, de fide conſtituet,
qui quid fides ſit, juxta cum ignariſſimis ignorat. Si autem ſuprà dicti Ethnici Imperatores non fuerunt Pontifices Maximi Chriſtianæ Eccleſiæ, caruit ergo Chriſtiana Eccleſia uſque ad Conſtantinum Magnum Imperatoribus Pontificibus Maximis, & quidem
ſine ullo incommodo. Si eò uſque iis caD ruit, & carere potuit; potuit igitur & in poſterum iiſdem carere, quemadmodum reipſa itidem caruit.

Venio ad Balſamonem, qui creatur *Patriarcha Conſtantinopolitanus*, ne Goldaſtinæ liberalitatis maneat expers. Non Conſtantinopolitanus, ſed Antiochenus Patriarcha fuit;
eo tempore, quo Latini de *Cruciatis expeditionibus*, Antiochiam tenebant; & ad ſanctam
illam Cathedram Orthodoxum Patriarcham
provexerant. Ambiebat quidem Balſamon
Schiſmaticus ſedem Conſtantinopolitanam:
ſed ambitioſo ſuo voto nunquam ſatisfactum vidit.

Cæterùm ut propiùs ad rem accedamus; E
dico, Balſamonem nunquam eò impudentiæ proceſſiſſe, ut ſcribens ad Imperatorem
Græcorum, eundem Pontificem Maximum
aut Patriarcharum Patriarcham nominaret,
imò Comment. in Canonem LXIX. Trullanum, Imperatorem disertè *Laicum* vocat.
Aſſentationis tamen morbo, ſuprà quàm oportebat, ægrotans, Imperatori prærogativas
quaſdam Pontificias, ùt ipſe quidem appellat, indulſit: quarum *prima: nominare & deſignare Patriarchas.* Ad quod certè nil opus
Pontificatu Maximo: quia hoc etiam ex privilegio aliis competere poteſt: licèt enim
nominatio & deſignatio Miniſtrorum Eccleſiæ ad Eccleſiam pertineat, poteſt tamen Eccleſia nominandi & deſignandi poteſtatem
etiam laicis de Eccleſia bene meritis facere; F
ùt non rarò fecit: licèt Græcanici Imperatores poteſtatem Patriarchas nominandi ac deſignandi ſua auctoritate ſibi vendicârint, poſtquam ab Eccleſiæ Romanæ obedientia abſtracti, Patriarchas arbitratu ſuo poſuerunt,
depoſuerunt, ac repoſuerunt.

Altera prærogativa eſt, intra tabernaculum ſeu ſanctuarium, ubi ſacrificium peragitur, intrare, & ad altare accedere, & thus
adolere, & bicereo, ſeu duplici cereo ſignum
crucis exprimere; & orationem Catecheticam ad populum inſtituere. Ecce tibi ob
hæc à Balſamone commemorata, Græci Imperatores ſunt huic Calviniano Pontifices
Maximi: quaſi verò nemo niſi Pontifex Maximus prædicta præſtare queat. An non &
alii Miniſtri Eccleſiaſtici apud Græcos εἰς τὸ
ἅγιον βῆμα intrant? Num ideo ſunt Ponti- G
fices Maximi? Arcent quidem Græci laicos ab ingreſſu τοῦ βήματος ſeu *ſacrarii*;
ſed ſatis juſtas cauſas habebant, cur Imperatorem admitterent, quia plerumque lautis & luculentis oblationibus clerum exhilarabat, teſte
Codino, in libello de officiis Aulæ Conſtantinopolitanæ, ubi dicit, olim moris fuiſſe, ut Imperator feſto paſchæ in ſanctuarium ingreſſus clericis centum auri libras dono daret. νῦν δὲ οὐ γίνεται τοῦτο. *Nunc hoc
non fit*, inquit Codinus: Et Canon Trullanus LXIX. ſatis etiam innuit, cur Imperatori aditum ad altare patefecerit, ita ut quoties luberet, ingredi poſſet; ita enim loquitur ille Canon. *Nulli omnium liceat, qui qui- H
dem ſit in Laicorum numero, intra ſacrum altare ingredi, ab eo tamen nequaquam prohibita
poteſtate & auctoritate Imperatoris, quando quidem voluerit creatori dona offerre, ex antiquiſſima traditione.* Hinc, teſte Balſamone, non
defuerunt, qui dicerent, Imperatori nefas
eſſe ingredi ſolius adorationis causâ, nullis
oblatis muneribus. Quod tamen Balſamon
non probat; fortè ideò; quia ſciebat hoc
Imperatoribus longè gratius, quàm illud alterum, auditu eſſe. Quapropter acroama
auribus Imperatoris jucundum pangere oportebat.

A Dices. Ex Balſamonis ſententia, *Imperatorem, eſſe Chriſtum*, hoc eſt, *unctum Domini, propter Chriſma, quo in ſua inauguratione inunctus eſt*. Quis abnuat? Num ideo eſt Pontifex Maximus, etiam ex Balſamonis mente? Num tam fungum cenſes fuiſſe Balſamonem, ut Pontificem Maximum in Chriſtiana Republica crederet eſſe vel nominaret laicum? At Imperatorem expreſsè vocat *Laicum*. Nam Pontificis Maximi appellatio eſt appellatio ſacræ & initiatæ perſonæ; non profanæ & laicæ, præſertim in Republica Chriſtiana: Et quisquis contrarium aſſerit, is nec quid ſit Pontifex Maximus, nec quid hoc nomine ſignificetur, intelligit. Inſcitè autem adducit Balſamon ex Joſephi lib. 19.
B Antiq. illud: *Tiberius Claudius Cæſar, &c. Pontifex Maximus:* Nam aut vult inde concludere, Imperatorem ſuum Græcanicum, eſſe talem Pontificem Maximum, qualis fuit Tiberius: Et hoc non; quia Imperatori parùm honorificum fuiſſet, Ethnicum Pontificatum gerere, ſepulto jam Ethniciſmo, quo vivente & vigente olim quidam Chriſtiani Imperatores ob hujus Pontificatus inſignia ſuſcepta, excuſati ſunt. Aut ex Ethnico Pontificatu geſto à Tiberio, conficere conatur, à Chriſtiano Imperatore Chriſtianum Pontificatum Maximum gerendum eſſe: & hoc non; quia, ùt ſuprà dicebam, à
C Pontificatu Maximo Ethnico in anteceſſoribus Imperij antegreſſo, ad Pontificatum Maximum Chriſtianum in ſucceſſoribus conſtituendum, argumentationem petere; id verò eſt inſigniter deſipere. Cur ergo Balſamon Tiberij Pontificatum attulit? Si accommodatè attulit, non alio conſilio adducere potuit, quàm eo, quòd ſicuti olim Tiberio ſummus Pontificatus conceſſus eſt, quia Imperator erat, ita etiam non injuria Pontificales quasdam prærogativas Imperatori Conſtantinopolitano concedi; & ne ignoraremus, quænam ſint iſtæ prærogativæ; eas nominatim expreſſit, nimirum, *Patriarchas deſignare, catecheticas exhortationes initio quadrageſimæ, diebus palmarum, & paſchæ, ad populum habere, ad altare, thuris*
D *adolendi*, ſeu *ſuffitus faciendi gratia, accedere & bicereo ſignum crucis ſuper alios efformare:* Ita enim vertendum, quod Interpres Balſamonis in commentario ad Canonem LXIX. Trullanum; non rectè, reddidit: *Et cum cera characterem imprimunt;* quem Calvinicola noſter ſecutus eſt: nam Græcè eſt, ùt patet ex Balſamonis Meleta de privilegiis Patriarcharum, καὶ μετὰ δικηρίου σφραγίζουσι. Quod quid ſit, expoſui nuper in *horto S. Crucis*. Legatur dicta Meleta Balſamonis, & alia de Thymiamatis, quæ à Patriarcha dari ſolent eo die, quo catechesis habetur. Extant Tom. I. Juris Græco-Romani lib. 7.

Hoc autem de Tiberii Pontificatu mutuatus eſt à Balſamone Demetrius Chomatianus; Etſi in aſſentando longè longiùs proceſſit, quàm Balſamon. E Hic tamen inter prærogativas à Balſamone Imperatori conceſſas non comparent illæ, quas Calviniſta ſuo Pontifici Maximo tribuit. Nihil hic de indicendis conciliis, nihil de fidei decretis promulgandis: nihil de fide conſtituenda; nihil de iejuniis, ſupplicationibus, proceſſionibus & publicis precibus inſtituendis, &c.

Obſerva tamen, Balſamonem velle, has Pontificales prærogativas Imperatori competere propter Chriſma, quo delibutus eſt, & cujus unctione quodammodo Chriſtus, qui eſt ſummus Pontifex, effectus eſt. Si ita ſe res habet: à Lutheranis & Calvinianis Principibus, ſummum Pontificatum Calviniſta removeat oportet; quia nullus eorum Chriſmate inunctus eſt: Ergo nec Chriſtus F factus: ergo nec ad ſimilitudinem Chriſti ſummi Pontificis, aliquas prærogativas Pontificales participare poſſunt, Balſamone judice.

Ad Demetrium Chomatianum, ſeu ùt iſte appellat, Chomatenum, accedo, qui in adulatoria arte majoribus progreſſibus factis, Imperatoribus Græcanicis omnia Pontificalia jura tranſcribit, excepto ſolo ſacrificandi miniſterio. Si hoc ſolum excipitur, poterant ergo Græci Imperatores ordinare & conſecrare ſacerdotes, confeſſiones audire, Confirmationis & extremæ unctionis Sacramenta adminiſtrare; ſolvere & ligare, excommunicare & ab excommunicatione liberare, &c. Quæ Græci, ſatis ſcio, nun- G quam concedent: ſed libenter fatebuntur, iſtum limites moderationis tranſcendiſſe, dum Imperatoriæ poteſtatis pomœria in immenſum extendit. Et quamvis Demetrius & ſimiles Gnathones Imperatori ſe & totum clerum non ſecus ac mancipia Dominis, ſubjecerint; ſemper tamen inter ipſos etiam Græcos ſequioris ætatis, extiterunt, qui reclamarent, & ingentibus ſuſpiriis Eccleſiaſticam libertatem ex ſervitute eripi deſiderarent, ùt nuper in Apologia contra Regem Angliæ demonſtravimus.

Ad objectionem ex concilio Chalcedonenſi reſponderem, ſi Criticus eſſem, mendum eſſe in textu; nam legi debere: *Ponticus* H *vel Anticus inclytus;* non *Pontifex inclytus:* nam ut ab aliis nationibus devictis Imperatores ſibi nomina indiderant; ita & à ſubjugato *Ponto*. Facilem autem lapſum fuiſſe ex vocabulo *Ponticus* ſeu *Anticus* facere; *Pontifex*. Et hoc ita eſſe, inde liquere; quia in eadem inſcriptione adduntur alia nomina à devictis gentibus accepta; ut *Germanicus inclytus, Alamannicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Francus* ſeu *Francicus inclytus:* Idémque reſponderem ad Epiſtolam Anaſtaſii Imperatoris, quæ inter Epiſtolas Hormiſdæ Pontificis legitur. Et hoc inde confirmarem: quia in concilio Chalcedonenſi extant plures

Mar-

Marciani, Valentiniani, & Leonis Impp. Epiſtolæ, A & aliorum ad illos; At nunquam aut Imperatores ſeipſos, aut alii ipſos Imperatores nominant *Pontifices*. Nuſquam apparet titulus *Pontificis*, multò minùs *Pontificis Maximi*. Imò, neque in hac ipſa Epiſtola, quam Novator citat, Pontifex Maximus viſitur; ſed *Pontifex inclytus*; Etſi, ùt me reſponſurum fuiſſe dicebam, ſi Criticus eſſem; ex errore; pro; *Ponticus inclytus*: vel ſi lubet: *Anticus inclytus*: quo titulo utitur Juſtinianus Imperator, in præfationibus in Inſtitutiones, pandectas & Codicem: neque unquam uſitatum fuit, ut Pontifex diceretur *inclytus*.

Deinde, ſi Valentinianus aut Marcianus B nominâſſent ſe Pontifices, aut id feciſſent à Pontificatu Ethnico; & hoc non; quia Pontificatus iſte in Gratiano Imperatore defîerat & evanuerat; aut à Pontificatu Chriſtiano; & hoc non: quia in concilio Chalcedonenſi Leo, Præſul Romanus, Pontifex univerſalis, hoc eſt, Maximus, communi omnium voce proclamatus eſt; neque In concilio Chalcedonenſi ullam inter Pontifices ſeu Epiſcopos ſtationem Marcianus habuit. Rectè etiam monuit poſtremus conciliorum editor Severinus Binius in Notis, ad Actionem tertiam concilii Chalcedonenſis edicti hujus inſcriptionem eſſe *vitioſam & doloſè corruptam*. Quomodo enim Marcianus vix tertium annum C in Imperio agens fuit XXVII. *Tribunitia poteſtatis*, cùm hæc dignitas non niſi cum Imperio conferri conſueverit?

CAPUT V.

Refelluntur alia argumenta à Calviniano adducta.

AD argumentum ex Reformatione, quæ Sigiſmundo Imperatori adſcribitur, reſpondeo, ſatis liquere, cujus genii afflatu ſcripta ſit, quando os in cœlum ponit, & omnibus Eccleſiaſticis, etiam ipſi ſummo Pontifici, leges ac vivendi agendique normam præſcribit & dictat: & qui D vel pauca hujus *reformationis* capitula legerit, is nunquam ſibi perſuaderi patietur, eam ex Sigiſmundi Imp. officina proceſſiſſe. Et quàm tandem rude ac imperitum eſt illud; *in India nullum fieri poſſe Imperatorem, niſi ſit presbyter*. Quod quàm verum ſit, ſatis novimus ex Hiſtoriis Indicis ab omnibus hac ætate cognitis. Neque in ipſa Æthiopia Rex ſeu Imperator presbyter ſeu ſacerdos eſt: licèt errore vulgi ſoleat dici *prete* ſeu *prieſter* Joannes; cùm nominandus ſit *pretioſus* Joannes, ùt docet Damianus Goëſius lib. de Moribus Æthiopum. Ex quo etiam liquet ſupremum Religionis caput in Æthiopia non eſſe Regem; ſed Patriarcham; ùt teſtatur quoque is, qui Æthiopiam vidit, & luſtravit Franciſcus Alvarez in ſuo Itinerario. Si Reformationis hujus Auctor adeò probat, ut Imperator aut Rex ſit ſacerdos, perſuadeat illis, ut ſacerdotium ſuſcipiant; quia ex Imperatoria aut regia dignitate, præcisè, ipſi nec ſunt ſacerdotes nec Pontifices; imò licèt ſacerdotio initiarentur, non ideo præcisè Epiſcopi ſeu Pontifices, & multò minùs ſummi Pontifices eſſent.

Ad quartum reſpondeo, ejusdem farinæ eſſe Epiſtolam, ſeu, ùt iſte appellat, ſacram, Maximiliani primi Imp. ad Paulum Liechten- F ſteinii Baronem; quis enim credat prudentiſſimum Imperatorem, ambiviſſe Pontificatum Maximum; & eò cogitationes ſuas contuliſſe, ut hunc Eccleſiaſticum principatum ad ſe pertraheret. Bœoto in aëre, & ſi quis hoc craſſior eſt, natum oportet, quisquis fraudem & impoſturam hic non olfaciat. At obſerva hic, ſi Maximilianus (idémque judicium eſto de Sigiſmundo) de Pontificatu Maximo recuperando cogitavit, non igitur illum habuit; quis enim de eo recuperando cogitet, quod reipſa poſſidet? At Calvinianus iſte nobis perſuadere conatur, Imperatores, Reges ac Principes hoc ipſo, quòd tales ſunt, eſſe ſummos Pontifices, licèt ipſi Imperatores reclament, & figuli, qui illis Pontificatum Maximum affingunt, ipſos quoque Imperatores, Reges & Principes abnuentes, licèt neſcii, fingant. Sed ita fieri ſolet. Falſitas nunquam ſibi conſtat, & ipſa antilogiis ſuis ſeſe mactat.

Ad quintum de Ludovico IV. Reſpondeo, etiamſi verum eſſet, quod in eo aſſeritur, non G tamen ſequi, Imperatorem eſſe Pontificem; quia Vicarius ſummi Pontificis non eſt ſummus Pontifex. Calviniſta noſter in Epiſt. Dedicatoria Tomi ſui primi, vocat Principem Electorem Palatinum, *Vicarium Interregium*. Num ideo Rex aut Imperator eſt, quia Regis aut Imperatoris Vicarius eſt?

Ad ſextum ex Canone Trullano, Balſamone, & Chomatiano ſatis ſuperque jam reſpondimus capite ſuperiore.

Ad ſeptimum reſpondeo, ſi ex hoc, quòd Imperium appellatur ſacrum, & Im- H peratores *ſacratiſſimi*, itémque *ſanctiſſimi*, (tametſi hoc titulo parciùs uſi ſunt Latini, quàm poſteriores Græci) concludere vult Calviniſequa, Imperatores eſſe Pontifices Maximos, ſequitur primò, eosdem etiam eſſe *Deos*, quia aliquando uſurpant hanc phraſin, *Divinitas noſtra*. *Divalia reſponſa vel reſcripta*. Secundò etiam alios eſſe ſummos Pontifices, quos in hanc tribum Goldaſtus libenter non cooptabit; nam Epiſcopi ad Epiſcopos olim ſcribentes, *ſanctiſſimos* ſeſe mutuò vocitabant; nec tamen propter hanc appellationem ad ſummum Pontificatum ſeſe evehebant. Aliud ergo hæc nomenclatio, quàm ſummum Pontificatum denotat.

Ad

A Ad Octavum reſpondeo, quidquid ſit de Pontificis Maximi titulo; æquivalens ſemper Epiſcopo Romano datus eſt; hoc ipſo, quòd ſemper primus Epiſcoporum & univerſalis Papa ſeu Epiſcopus habitus & appellatus eſt. Quanquam & apud Tertullianum, ſcriptorem antiquiſſimum, Epiſcopus Romanus *Pontifex Maximus* & *Epiſcopus Epiſcoporum* audit. Nec ſatisfacit Calvinicola clamitans, Tertullianum *ſæpe Latiniùs, quàm Chriſtianiùs loqui*. Scilicet Tertullianus à Calviniſta modos Chriſtianos loquendi diſcere debet. Si *Pontifex Maximus* non eſt Chriſtiana Phraſis, cur ipſe hac appellatione Chriſtianiſſimos Imperatores ac Reges afficit, & ab omnibus afficiendos eſſe contendit?

B Secundò dicit, *Papam Romanum tunc dictum fuiſſe Archi-Epiſcopum;* id Tertullianum interpretatum eſſe; *Pontificem Maximum, & Epiſcopum Epiſcoporum*. Sed ubi hujus rei probatio? Mirum certè foret, ſi Calvinianus iſte, poſt tot ſæcula, meliùs nôſſet, quænam appellatio fuerit Epiſcopi Romani, tempore Tertulliani, quàm ipſemet Tertullianus, cui ad unguem omnia perſpecta erant, quippe omnium rerum Eccleſiaſticarum callentiſſimo.

Tertiò oggerit Calviniſta, Tertullianum jam tum *gliſcentem Pontificis Romani faſtum notare voluiſſe*. At non quæritur, quid Tertullianus notare voluerit, ſed quis titulus tunc Romano Epiſcopo tribui conſueverit: Datum eſſe titulum *Pontificis Maximi, & Epiſcopi Epiſcoporum*, locus Tertulliani ſatis perſpicuum facit; de quo plura dixi in C Notationibus ad Notas Tertullianeas Calviniani Junij.

Ad Nonum reſpondeo, non eſſe argumentum, ſed mendacium. Nullus enim Imperatorum ſummi Pontificis officium ſibi competere exiſtimavit; & hoc vel inde planum fit, quòd etiam legitimorum Pontificum ſummi hoſtes, inter quos Henricus IV. & alij, alios ſummos Pontifices, vel potiùs Pſeudopontifices ſibi erexêrunt, ùt Henricus Cadaloum & Guibertum, Fridericus Primus Victorem contra Alexandrum Tertium, & alij alios. Cur non ſe pro Pontificibus oſtentârunt & jactitârunt, ſi ex Imperatoris officio Pontificatus Maximus illis competebat?

D Ad decimum reſpondeo, etiam hodie in Romano Imperio, ejúsque comitiis eſſe duplicem ſenatum, alterum ex Eccleſiaſticis Principibus & Prælatis; alterum, ex Politicis conſtantem. An ideo Imperator eſt ſummus Pontifex? An ideo illo in ſenatu negotia & controverſiæ fidei deciduntur ac definiuntur, aut, ùt per ultimam ſententiam decidendæ ac definiendæ, ad Imperatorem deferuntur? Nemo inficiatur quæſtiones ac lites de fide referri poſſe ad Imperatorem; ſed ùt ad cuſtodem & defenſorem fidei, non E ùt ad religionis ſummum Antiſtitem, & controverſiarum omnium ſupremum Judicem, ac definitorem.

CAPUT VI.

Solennes impoſturæ & fraudes Calvinianæ notatæ.

INprimis, conſueta audacia & temeritate pro Imperatoriis conſtitutionibus, reſcriptis & edictis obtrudit nobis, quæ talia non ſunt, & ut fallacia eò ſit luculentior, falſos titulos & fictitia lemmata præfigit; & hoc frequentiſſimè; omnia hujus generis exempla annotare, infinitum fuerit, paucis contenti erimus, fol. 659. apponit nobis edictum Friderici II. Imp. *adverſùs Papæ &* F *Concilij Lugdunenſis Decretum de ſua depoſitione.* Hanc enim hederam edicto abs ſe cuſo appendit Calviniſta. Atqui edictum non eſt; ùt manifeſtè patet ex ipſis Friderici verbis; quæ ſunt iſta. *Pontifex in concilio meam mihi coronam detraxit, videamus, an ita ſit. Nam coronam capiti meo impoſitam nondum vel Pontificis vel concilij decreto amiſi. An verò principem, cui non eſt par, de culmine Imperialis dignitatis Pontifex deturbabit? Atqui meliore multò nunc, quàm antè, conditione ſum: nam ante in aliqua ſaltem re tenebar ei obtemperare, aut obſequium adhibere: nunc verò omni obedientia, venerationis & pacis ſolutus vinculo ſum.* Quæſo, quid his verbis edicitur, quid ſtatuitur, quid præcipitur, ut edicti nomen mereantur?

Ibidem recitat Calviniſta Epiſtolam Maxi- G miliani I. Imp. ad quosdam ſtatus Imperij; ut controverſiam quandam, quæ ad Romanum tribunal delata fuerat, revocandam curent, ut in Imperiali Camera diſcutiatur; ubi Calviniſta. Maximiliani I. Imp. Aug. edictum, *Contra Bannum Papale, & ut diſtringantur ſacerdotes, qui homines Imperij ad judicium Pontificis Romani evocare audent.* Atqui hæc non eſt mens Maximiliani in ea Epiſtola, neque enim generatim prohibet, ut nulla cauſa Romam perferatur; ſed hanc certam & determinatam, de qua in illa Epiſtola ſcribit, non Romæ, ſed in Imperiali Tribunali cognoſci, diſceptari, ac definiri voluit, quòd crederet id commodiùs in Germania fieri poſſe, quàm in Italia.

Pari candore, fermè quidquid Petrus de H Vineis ſub Friderici nomine deſpumaverat, transfert iſte in ſuos codices, & pro edictis, ac reſcriptis Imperatorijs vendicat. Sed emptores vix inveniet, præter imperitos, & quibus ſuppoſititiarum mercium nullus guſtus.

Fol. 650. Pipino Regi tribuit, quæ ſunt ſynodi cujuſdam. Sed Pipini nomen, ùt & alibi aliorum Regum ac Principum nomina

A mina præſcribit, ut perſuadeat lectoribus, Reges ac Principes nlim Eccleſiaſticis leges dictâſſe, & de rebus ſacris æquè ac profanis edixiſſe, ac conſtituiſſe. Vide Baronium Anno 755.

Fnl. 648. Ex hiſtoria Miſcella & Chronico Caſſinenſi concinnat iſte duas cnnſtitutiones Leonis Iſauri, quarum unam inſcribit; *de patrimoniis templorum Urbis Romæ*, & *de capitatione infantum:* Alteram; *de duabus ſiliquis præſtandis Provinciarum adminiſtratoribus.* At utraque ficta eſt; nam Hiſtnria Miſcella, nihil aliud dicit, quàm Leonem juſſiſſe, ut pecunia, quæ in Sicilia & Calabria ex patrimoniis ſancti Petri colligebatur; (ennficiebat autem hujus æris ſumma, *auri dimidium* B *& tria argenti talenta)* inferretur in publicum ærarium. Ex hac juſſinne, quæ ſine ullo ſcripto fieri potuit, architectatur Calviniſta conſtitutionem; non alio conſilin, quàm ut Leonis Iſauri exemplum Principibus imitandum proponat; mallet enim, ut hunc mortalium improbiſſimum (hoc enim encnmio ab ipſis Græcis cohoneſtatur) quàm probiſſimos Conſtantinum Magnum, Pipinum, Carolum Magnum, Ludovicum, Othonem, Henricum & alios bonæ notæ; noſtri Imperatores, Reges ac Principes imitarentur. Sed laudo Calviniſtam, quòd huic veneno appoſuit antidotum, nempe Caroli Calvi, *Receſſum* ſive *capitulare* comi- C tiorum Piſtenſium (ita enim Calviniſta indigitat) Annn Redemptnris 863. Quo anno, licèt Carolus Calvus nondum eſſet Imperator, & in ipſo etiam ſic nominato *Receſſu* Rex vocetur; non Imperator; Imperator tamen eſſe & audire cogitur, quia ita jubet Calvinianus iſte Modimperatnr. Quid igitur Carolus in hac ſua & ſynndi ſanctione? *Qui de rebus Eccleſiarum aliquid abſtulerint, graviùs inde judicentur: quia ſacrarum rerum ablatio, ſacrilegium eſt; & ſacrilegus vocatur, qui ex eis aliquid abſtulerit, aut abripuerit. Extorres namque à liminibus matris ſanctæ Eccleſiæ tales perſonæ uſque ad ſatisfactionem Eccleſiæ, quam læſerunt, ſunt habendæ ac firmiter denotandæ. Et item S. Paulus, per quem locutus eſt Chriſtus,* D *dicit;* quia neque rapaces, neque homicidæ, neque adulteri regnum Dei pnſſidebunt. *Et item;* ſi quis fnrnicator, aut adulter, aut rapax, aut homicida eſt, cum hujusmodi nec ſumere cibum, *Chriſti diſcipulo, id eſt, Chriſtiano, licet ante ſatisfactionem, id eſt, correctionem, ac emendationem, & dignam pœnitentiam. Et S. Joannes Apoſtolus, talem ſalutare, aut in domum recipere vetat, &c.* Hæc certè tam pia & ſancta decreta, cuivis pio Deúmque timenti pntiùs ad imitatinnem ſtimulns ſubdent, quàm illa perditiſſimi Iſauri rapacitas & furacitas.

Altera Lennis Iſauri conſtitutio prorſus eſt commentitia. Id quò non tantùm videas, ſed & tangas, audi hiſtoriæ Miſcellæ lib. 21. verba. *Imperator* (Leo Iſaurus) *allocutus eſt populum* (Conſtantinopnlitanum) *dicens: vos non valetis ædificare muros, ſed nos præcepimus adminiſtratoribus, & ipſi exigent in regulam per ſingulos aureos nummum argenteum unum, &c. Et ita facta eſt conſuetudo dandi binas ſiliquas adminiſtratoribus.* E

Ex his dictis *Miſcellæ* procudit Calviniſta hanc cnnſtitutionem. Leo Imperator Auguſtus S. P. Q. Romano. *Vos muris veſtris reficiundis cùm non ſitis pares, nos procuratoribus Provinciarum negotium dedimus, ut ultra conſtitutum tributum in ſingula numiſmata accipiant miliariſium unum, idque in ærarium noſtrum conferant, &c.* Quis non admiretur, vel potiùs deteſtetur, hunc tam temerarium F nnvarum Conſtitutionum fabrum?

Scribit Anaſtaſius Bibliothecarius in Benedicto II. Conſtantinum Pogonatum miſiſſe *divales juſſiones ad venerabilem Clerum & populum atque feliciſſimum exercitum Romanæ Civitatis, per quas conceſſit, ut perſona, quæ electa fuerit in Sedem Apoſtolicam, è veſtigio abſque tarditate Pontifex ordinaretur.* Ex his fabricatur Calviniſta hanc conſtitutionem fol. 646. *Conſtantinus Imperator Benedicto II. Romano Pontifici, Cùm uſu receptum eſſet, &c.* Sed tnta cnnſtitutio Calvinigenæ commentum eſt ex Anaſtaſin effictum. Miſerat quidem Imperator hac de re decretum Romam; ſed quale illud fuerit ſpeciatim quoad verba, ignoratur, quia periit; tametſi de G ſenſu conſtat, idque beneficio Anaſtaſij Bibliothecarij: neque ulla ratio permittit, ut quis pnſtea arbitratu ſuo formam diplnmatis comminiſcatur: eámque pro authentica & primigenia nbtrudat, qund iſte frequentiſſimè facit: qui fingit ad ſolum Benedictum Papam hanc, ùt Anaſtaſius appellat, *Divalem juſſionem* deſtinatam fuiſſe, cùm pertinuerit ad clerum, populum, & exercitum, teſte Anaſtaſio. Neque unquam Pogonatus hoc nudo titulo uſus fuiſſet. *Benedicto Romano Pontifici*, aliis titulis Rnmanos Pontifices Græci Imperatores cohoneſtabant, ùt videre etiam licet in Epiſtnla Juſtiniani Rhi- H notmeti, quam Calviniſta mox ſubjungit ad Joannem vel Connnem Papam.

Placet Calviniano, quòd Rhinotmetus iſte Decretum Pogonati ratum habere noluit; ſed mandavit, ut Pontifex nnn crearetur ſine conſenſu Exarchi, qui per militares copias faceret, ut non alius, quàm qui Imperatori cordi eſſet, Romanus Pontifex crearetur, teſte Barnnin Anno 686. Hinc naſciturGoldaſto *Juſtiniani* Imperatoris Auguſti *Mandatum.* Mirum, ni *Reſcriptum*, aut *Edictum.* Non potuit prætermittere, quò minùs huic *Mandato* lncum in ſuo Tomo concederet, ob amnrem & reverentiam in ſummum Pontificem, qua arbitror hunc adhuc permotum iri, ut agat, quod duos Conſtantini Pngnnati filios factitâſſe ſcriptum reliquit Anaſta-

A ſius Bibliothecarius in Benedicto II. *Hic* (Benedictus) *unà cum Clero & exercitu ſuſcepit mallones capillorum Dominorum Iuſtiniani & Heraclij filiorum clementiſſimi Principis, ſimul & ejus juſſionem, per quam ſignificabat, eoſdem capillos direxiſſe.* Per *mallones*, inquit Baronius, cirros capillorum intelligit. Μαλλὸς enim Græcè, idem quod Latinè vellus. Quid autem hoc ſignificaretur ſymbolo, ex Pauli Diaconi loco poſſumus Intelligere, qui hæc ait: *Circa hac tempora Carolus Princeps Francorum Pipinum filium ſuum ad Luitprandum direxit, ut*
B *ejus, juxta morem, capillum ſuſciperet. Qui ejus cæſariem incidens, ei pater effectus eſt, multisque eum ditatum regiis muneribus genitori remiſit.* Hæc ipſe. Ex quibus eam his temporibus videas conſuetudinem viguiſſe, ut per ejusmodi exhibitionem capillorum, quis alicui oſferretur in filium, & qui eos acciperet, patris nomen conſequeretur. Sic igitur pius Imperator voluit, ut filii ſui ſcirent, ſe Romanum Pontificem peculiarem habere parentem, cujus monitis impenſiùs parere deberent, eundémque ùt patrem diligere ac revereri. Ut ſe dant omnia indicia, Goldaſtus idem paulò pòſt facturus videtur, forſan non ſine ſodalibus, tam præclari facti participibus.

C Fol. 637. habes: *Phocæ Imperatoris & ſynodi Romanæ conſtitutionem de electione Romani Pontificis & cæterorum Imperij Epiſcoporum.* Quæ inſcriptio prorſus eſt fictitia, ùt & illa fol. 636. *Mauricij Imperatoris Auguſti reſcriptum, quo probatur Imperatorem eſſe ſub Eccleſia in ſpiritualibus.* Scilicet reſcripto Imperatoris egebat hoc, ut probaretur, ovis eſſe ſub paſtore ſuo, & filius ſub patre; Æquè futile eſt initium hujus ſtramentitii reſcripti: *Mauricius Imperator Gregorio Romano Pontifici.* Scilicet ita nudè & præcisè antiqui Imperatores Romanos Pontifices compellabant, non addito ullo honoris titulo. Commentus eſt iſte Reſcriptum hoc ſuum ex verbis Cedreni, qui de Mauricio. *Libellos ſupplices ſcripſit ad omnes Patriarchas & Monachos in omnia monaſteria, etiam Hieroſolymam miſit, ut à Deo peterent, ut ipſe de peccatis admiſſis in hac vita, & non in*
D *futura pœnas lueret.* Hinc ergo natum eſt huic hoc Mauricianum *Reſcriptum*: quod, ùt & alia plurima hoc nomine nunquam affeciſſet; ſi quid ſit *Reſcriptum* apud Juris utriusque peritos unquam didiciſſet. Hujus fraudis & imposturæ exempla in ſingulis propemodum pagellis hujus tertii Tomi reperies: nam univerſa perſequi, infinitum fuerit.

Palmam omnibus præripit figmentum illud Epiſtolæ ad Lutherum *Regis Ferdinandi* nomine ſcriptæ; quam iſte ex *Honorario meo Polycarpico Lanſeriano* exſcripſit, & hac appenſa hedera lectoribus venum expoſuit. *Ferdinandi Regis Romanorum ſcriptum de veritate doctrina Evangelicæ per Lutherum repurgata.* In Indice, nomenclatura *Sacræ* afficitur. *Ferdinandi Regis Sacra.* Sed *Sacerrimum* dignúmque omnibus diris eum impoſtorem eſſe oportuit, qui tanto Regi eam infamem & hæreticam chartam affingere non erubuit, ſive is fuerit Polycarpus ipſe, ſive alius de hoc grege tenebrio. Hanc enim Epiſtolam in ſummum probrum & ignominiam non modò ipſius Ferdinandi, ſed & totius auguſtiſſimæ familiæ Auſtriacæ conceptam & in vulgus extruſam eſſe, novendecim argumentis in *Honorario* ita planum feci, ut nullius, qui ſenſum communem non amiſerit, judicium reformidem, quaſi eo judice, Epiſtola illa tanquam legitima, ſit ſtatuta; ego verò cauſa caſurus. E

Eſt & hoc non obſcurum fallacis animi argumentum; quod Monothelitica, Eutychiana, Neſtoriana, Ariana, & ſimilia cacodoxa ſcripta ſeu *Reſcripta*, ùt ipſe vocare mavult, orthodoxis admiſcet; pridémque omnium ſuffragiis ad orcum uſque damnata ipſe refodit. Hujus fecis eſt *Hunerici Wandali edictum*, ùt iſte indigitat, contra *Homouſianos* ſive *Catholicos*. Heraclij *Ecthèſis*, Conſtantis *Typus*, Zenonis *Henoticum*, Baſiliſci Encyclica, & alia hujus notæ, quibus in prioribus Tomis acceſſit confeſſio Auguſtana; de qua mentitur, quòd ejus in Comitiis Auguſtanis à Cæſare, Rege, Electoribus, Principibus, aliiſque Imperii Ordinibus; libera omnibus copia facta fuerit. Quod tam verum eſt, quàm Zvvinglii Confeſſionem tunc quoque Imperatori oblatam, comitiorum illorum ſuffragiis, permiſſam fuiſſe. Et quid verbis opus? Quocunque oculos conjeceris, ferè ſemper vel commentitiam *Conſtitutionem*, vel fictitium *Reſcriptum*, *Statutum*, *Mandatum*, vel ſtramentitiam *Sacram*; vel mendacem titulum, vaniſſimámque inſcriptionem, ſeu aliud quiddam hujus tam probæ mercis deprehendes: nam furore in Pontificem cæcus, corraſit & comportavit, quidquid amens odium ſuggerebat. F G

Legerat Calviniſta Symmachi Papæ Apologiam ſeu Epiſtolam ad Anaſtaſium Eutychianum Imp. in qua ejusdem calumnias animosè & ſolidè refellit. Hic occaſionem nactus procudit nobis Reſcriptum hoc titulo: H *Anaſtaſij Imp. Auguſti Reſcriptum, de invalida arrogantis Romani Pontificis in Imperatorem excommunicatione.* Hanc inſcriptionem, auſim dicere, in Epiſtola Anaſtaſij non reperires, ſi extaret; tota officinam Calvinianam olet: Ex qua & iſtud proceſſit. *Hoc Reſcriptum (quod meritò delemus) Pontificiorum dolo interiit.* Quod nihil aliud eſt, quàm virulentiæ & maledicentiæ plenum mendacium; quale & illud; à Symmacho Papa Anaſtaſij dicta *malitiosè & criminosè proponi.* En ut Pontificem, virum ſanctiſſimum & ab omnibus orthodoxis ſemper laudatum, traducat & inſectetur, Eutychiani Principis, ejúsque peſſimi & flagitioſiſſimi, partes defendendas ſuſcipit: neque tamen ullam defenſionem afſert,

A fert, præter illam ficulnam, quæ ſolis conviciis & calumniis innititur, cui nihil aliud reponendum eſt, quàm illud ejuſdem Symmachi, *convicia ſunt iſta, non criminum probamenta.*

Non abſimili fide architectatur iſte ex Anaſtaſii Eutychiani contumelioſa ad Hormiſdam Pontificem Epiſtola, *Sacram*, hoc titulo præfixo. *Quod Imperator à Papa juberi non poſſit:* quem titulum exſculpſit Calviniſta vel ex poſtremis Epiſtolæ verbis: ubi Anaſtaſius, *Injuriari & annullari ſuſtinere poſſumus; juberi non poſſumus.* Hoc eſt, ferre nequimus, ut nobis aliquid mandetur; vel ex Anaſtaſio Bibliothecario in Hormiſda: At mirum eſſet, ſi paſtor ovi mandata nulla dare poſſet. Nónne alibi profert Calvinianus *Reſcriptum* Mauricii Imperatoris, quo demonſtratur, Imperatorem in ſpiritualibus
B ſubjici Pontifici? Neque ea, quæ inter Anaſtaſium & Pontifices Romanos agebantur, temporalia vel politica erant, ſed Eccleſiaſtica, ipſos Catholicæ Religionis articulos concernentia. Et tamen Anaſtaſius in his *juberi* non patitur; neque ulla hujus generis juſſa capeſſere dignatur. Cur, niſi quia hæretico ſpiritu turgebat, cujus eſt omnibus imperioſiſſimè leges præſcribere: nulláſque ab ullo accipere?

Epiſtolam quandam Anaſtaſii ad Hormiſdam Pontificem hoc lemmate an clemmate? inſignit Calviniſta. *Anaſtaſii, &c. Sacra, qua Pontifex Romanus vocatur ad concilium Heracleæ*
C *congregandum, &c.* Et tamen Anaſtaſius non abſolutè vocat, neque imperat, ut Hormiſda ad Concilium veniat, ſed rogat. Aliud eſt *rogare*; aliud, *imperare: venire dignetur*, inquit. Deinde, ut Anaſtaſius Imperator Eutychis cœno commaculatus, Hormiſdam per Imperium quoque ad ſynodum venire juſſiſſet; quid aliud inde colligeremus, quàm in Hæreticorum fronte nihil eſſe pudentiæ; immenſum autem impudentiæ. Denique cur diſſimulat Calviniſta, quid Hormiſda Pontifex ad literas Anaſtaſii reſponderit; nempe *in Eccleſia Dei inauditum eſſe, ut Romanus Pontifex ab Imperatore ad ſynodum*
D *vocetur.* Videat lector ipſam Epiſtolam, quæ eſt ordine quinta inter Epiſtolas Hormiſdæ Tom. 2. Concil. edit. Binianæ; videbitque huic in tribus hiſce Tomis nihil aliud fuiſſe propoſitum, quàm ut hæreticorum Eutychianorum, Neſtorianorum, & ſimilium contra Romanos Pontifices cauſam ſuſciperet: & inter cætera hoc etiam evinceret; Imperatorum, non autem Pontificum fuiſſe, concilia indicere. At quisquis ea indicat; Novatores noſtri parùm laborant. Si lubet, veniunt: Si non lubet; comparere detrectant. Legatur de Anaſtaſio Baronius Tom. 6. ad Annum 515. 516. & mox intelliges, qua mente Goldaſtus in hoc argumento verſatus fuerit.

Gemellam priori fraudem invenies fol. E
601. *Marciani Imperatoris Auguſti Reſcriptum ad Archi-Epiſcopum Roma Leonem, qua vocat eum ad ſynodum.* Et tamen nullum eſt in ea Epiſtola de vocatione veſtigium; hoc tantùm dicit Imperator. *Supereſt, ut ſi placuerit beatitudini tuæ in has partes advenire, & Synodum celebrare, hoc faciat religionis affectu.* Num iſtud eſt *vocare*, hoc eſt, imperare? Sic enim *vocare* ſuum accipit Calviniſta.

Porrò fraudes & ſycophantias, quas Calviniſta commiſit in Scriptis ac Epiſtolis Honorij Imperatoris circa controverſiam Bonifacii Papæ, & Eulalii, qui Bonifacio Antipapa oppoſitus fuerat; quis fando enumeret? Brevitatis causâ lectorem mitto ad Tomum V. Baronii Ann. 418. & 419. Inde diſcet, F
quidnam huic Calvini diſcipulo credendum aut fidendum ſit, & quàm peritus ſit artifex novis titulis ac inſcriptionibus inſigniendi Imperatorum juſſa ac programmata; quam effrenem licentiam largiter quoque ſibi permittit, in capitularibus Franciſcis Caroli Magni, Ludovici Pii & aliorum, ubi integras ſynodos Eccléſiaſticas mutat in Comitia Imperialia; & quod ab Epiſcopis geſtum & ſtatutum, id ſolis Regibus & Imperatoribus adſcribit. Denique omnia format & reformat, fingit ac refingit eò uſque, donec imperitis, hæc perſuaſio ingenerari queat, Reges olim ac Imperatores Epiſcopis & Sacerdotibus jus dixiſſe, leges ſeu Canones arbitratu ſuo fixiſſe & refixiſſe, nec minùs forum Eccleſiaſticum, quàm Politicum ad illorum juriſdictionem notionémque pertinuiſſe. Nec tres hujus Calviniſtæ Tomos alio nomine indigitare poſſum, quàm quòd G
ſint innumerabilium ſycophantiarum & impoſturarum tergemini nidi.

CAPUT VII.

Fraudes nonnullæ in ſcholiis ad margines aſſutis.

PRima eſt fol. 1. Francofordienſes nundinas *propter conventum Imperialem inſtitutas.* Sed ipſum vocabulum Germanicum Meß, ſatis originem indicat: de qua re nihil addo, jam enim in Muricibus prædicanticis fusè pertractata eſt. H

Fol. 122. recitat Calviniſta Caroli Magni privilegium, quo Monaſterio S. Vincentii ſeu S. Germani conceditur immunitas ab omnibus teloniis & vectigalibus perſolvendis. Ubi Calviniſta: *Hinc patet univerſalitatem Eccleſiaſticæ libertatis ac immunitatis hoc tempore fuiſſe adhuc inauditam, quam primus Innocentius III. Papa tutor & educator Imperatoris Friderici II. nomine ſui pupilli promulgavit atque edixit, ut quanti ea facienda ſit, ab auctoritatis qualitate diſcas licet.* Sed hoc mendacium, perſpicuè refellitur ex illis, quæ de immuni-

taтe Eccleſiaſtica diſputat Bellarminus Tom.
A 2. lib. de clericis cap. 28. & Adamus Tan-
nerus libro primo de Eccleſiaſtica immuni-
tate, & ego libris tribus conſiderationum
ad Theologos Venetos, ubi pro libertate
Eccleſiaſtica etiam univerſali, hoc eſt, tam
perſonarum, quàm bonorum Eccleſiaſti-
corum Carolo Magno & Innocentio III. lon-
gè antiquiora decreta invenies, ut proinde
non niſi imperitiſſimè affirmetur, Innocen-
tium III. fuiſſe hujus libertatis primum pro-
mulgatorem, & quidem nomine ſui pupilli
Friderici II. Imp. neque rectè ex hujusmodi
B Imperatorum, Regum ac Principum poſte-
rioribus privilegiis collegeris, immunitatem
Eccleſiaſticam antea non fuiſſe in uſu; quia
novis ſubinde diplomatis inſtauranda & in-
novanda fuit, eò quòd nullo unquam tem-
pore deeſſent, qui immunitatem hanc vel
reipſa violarent, vel ſaltem violare conten-
derent. Quocirca ſemper ad ſublimiorem
poteſtatem recurrendum fuit, ut jus Eccle-
ſiaſticis debitum, eorum beneficio, ſalvum
integrúmque permaneret.

Concilium Aquiſgranenſe ſub Ludovico
Pio Imp. transformat Calviniſta in Comitia,
& Inſtitutionem pro clericis in eo editam,
mutat iſte in conſtitutionem Imperialem; &
ad marginem hoc ſcholium attexit. *Hinc
videre licet, cujus fuerit Eccleſiam reformare; Im-
peratorisne an Papæ. Et quis poteſtatem abſolutam
C in Eccleſiaſticos habuerit, Imperatórne an Papa.*
Quia initio dicitur Ludovicum Imp. *Aquiſ-
grani generalem ſanctúmque conventum convocâſ-
ſe, & monniſſe, ut inſtructio pro clericorum mo-
ribus formandis conſcriberetur.* Sed Calvinia-
nus tria obſervare debebat. I. Præceptiones
illas non eſſe à Ludovico ſcriptas, ſed ab Epi-
ſcopis. II. Eaſdem non à Ludovico, ſed ab
Epiſcopis promulgatas, & omnibus ad ob-
ſervationem propoſitas. III. Neminem in-
ficias ire, ab Imperatoribus, Regibus, &
Principibus, Epiſcopos moneri poſſe, ut
emendent, ſi quid in Eccleſia emendandum
videtur. Addo & hoc: non eſſe contra Ec-
cleſiaſticam libertatem, ſi Epiſcopi profitean-
tur, ſe alicujus Imperatoris, Regis aut Prin-
cipis monitu, hanc vel illam Eccleſiaſticam
legem tuliſſe.

Fol. 254. affert Calviniſta benedictiones
aquæ calidæ & frigidæ, qua olim innocentia
D explorabatur vel probabatur: ſub finem ad-
jungitur: *Hoc judicium autem petente Domino
Ludovico Imperatore, conſtituit beatus Eugenius,
&c.* Calviniſta in margine, *Papa ejus nominis
ſecundus.* Sed quo argumento ſuum hoc
commentum fulciet Calviniſta? Deinde, qui-
búſque rationibus hæc, authentica & genui-
na eſſe nobis perſuadebit? Quis enim credat,
Ludovicum præcepiſſe, ut *omnes Epiſcopi, Co-
mites, Abbates, omniſque populus Chriſtianus,
qui infra ejus imperium eſt, judicio aquæ calidæ
vel frigidæ defendant innocentes, & examinent
nocentes;* cùm ipſemet Ludovicus in legibus, E
quas ſtatim Calviniſta ſubjungit, longè alios
modos probandæ & indagandæ veritatis ju-
dicibus præſcribat, maximè, quod ad ſacer-
dotes, & Epiſcopos attinet. Scilicet Euge-
nius Pontifex probationem ſeu judicium
aquæ calidæ & frigidæ probaverit, quod
ipſimet Gallicani Epiſcopi improbârunt, &
in his Agobardus Lugdunenſis, qui duo opu-
ſcula contra probationes per duellum, aquam
frigidam & calidam, & id genus alia tunc
uſitata ſcripſit, & primum quidem opuſcu-
lum ipſi Ludovico Imperatori inſcripſit; cui
omni argumentorum genere perſuadere
conatus eſt, ut hæc talia veritatis inveſtigan-
dæ incertiſſima, & planè fallacia media ex
regno ſuo exterminaret: Et exſtant duo iſti
Tractatus inter opera Agobardi. Quid,
quod ipſemet Calvinianus fol. 268. tale Lu-
dovici Pii Imp. decretum refert; *Ut examen
aquæ frigidæ, quod hactenus faciebant, à Miſſis
noſtris interdicatur, ne ulteriùs fiat.*

Fol. 269. & 270. immenſa fraus ſe aperit. F
Fingit Calvinicola: *Receſſum comitiorum Ro-
manorum Imperialium Lotharij I. Imp. & Ludo-
vici II. Cæſaris de ſuperioritate Imperatoris & obe-
dientia Papæ & urbis Romæ.* Hunc ſtramine-
um receſſum ita auſpicatur. *Cum Papa Ser-
gius II. inconſulto Imperatore, electus & conſe-
cratus fuiſſet, & peſſimè ſuum Pontificatum ad-
miniſtraret, &c.* Quæ quàm falſa, & ab
omni fide aliena ſint, diſces ex Baronio Tom.
X. Anno Chriſti 844. At vide os Calvini-
ſtæ. Hæc Anaſtaſij verba: (*Sed divina in-
ſpirante gratia, nec ſermones ipſius almi Pontifi-
cis, neque prudentiam ſuperare valuerunt: tan-* G
*táque ei ſuperna aderat virtus, ut nulli ſermone
eum concludere vel conſtringere potuiſſent; &
ab eo ſuperati pudore & operti confuſione diſceſſe-
runt*) *eſſe præter hiſtoriarum fidem, quæ in his
comitiis ſuperatam Pontificis pervicaciam aſſerunt.*
At quæ ſunt iſtæ hiſtoriæ, quæ diverſum ab
Anaſtaſio perhibeant? Vidítne Calvinianus
Codicem Anaſtaſij, in quo prædicta verba
non inſint? Quanta impudentia tam infru-
nito ore ob ſolum in Pontificem odium
mentiri?

In margine notat idem Calviniſta. *Pa-* H
*pam Imperatori fidelitatem promiſiſſe cum Roma-
nis.* At hoc non dicit Anaſtaſius: neque à
Sergio petitum fuerat, ut ipſe Lothario vel
Ludovico fidelitatem polliceretur, ſed ut id
facerent optimates Romani. Et quidem ut
Ludovico fidelitatem promitterent, noluit
Sergius concedere; conceſſit autem, ut Lo-
thario hæc promiſſio fieret. *Tunc demum*,
inquit Anaſtaſius in Sergio, *in eadem Eccle-
ſia ſedentes pariter tam beatiſſimus Pontifex,
quàm Magnanimus Rex, & omnes Archiepiſco-
pi atque Epiſcopi, ſtantibus reliquis ſacerdotibus,
& Romanorum ac Francorum optimatibus, fide-
litatem Lothario Magno Imperatori ſemper Au-
guſto promiſerunt;* nempe optimates, à qui-
bus

A bus ſolis juramentum fidelitatis poſtulatum fuerat.

Fol. 285. recitat Calviniſta Epiſtolam Caroli Calvi ad Nicolaum primum, Pontificem. Et quia Carolus vocat Pontificem *ſanctiſſimum* ac *reverentiſſimum Patrem*; ſe verò *ſpiritualem ejus filium*; Eccleſiam autem Romanam, *omnium Eccleſiarum matrem atque Magiſtram*; Timere cœpit Calviniſta, ne fortè hæc elogia plus ponderis apud prudentem lectorem reperirent, quàm ſua convicia, quæ in Tomi ſui indice, verbo, *Papa* ſturnatim in Pontificem eructat. Quapropter in margine hoc antidotum apponendum cenſuit. *Palpum hunc aſſentationis Regi extorſit avaritia ſimul & ambitio, qua in Regna Lotharingiæ & Provinciæ & Monarchiam Francorum inhiabat, quam ope ac miniſterio Papæ aſſequi poſſe ſperabat.* Calviniana in Calvum calumnia. Si Nicolaum *Antichriſtum* B vel *Antichriſti præcurſorem* & Romanam Eccleſiam, *Satanæ ſynagogam* nominâſſet, rem ipſam judicio hujus ſectarij, dixiſſet; quia dixiſſet, quod auribus iſtius gratum accidiſſet. Nimirum ubique emplaſtrum, quod illinat, reperit. Aut enim codex corruptus eſt, aut mala manus malè aſſuit; aut adulatio extorſit; ubicunque aliquid occurrit, quod ad Pontificis honorem ac venerationem faciat.

Fol. 291. hoc ad oram ſcholium apparet. *Appellatio Presbyterorum ad Sedem Romanam improbatur.* Et tamen in tertio capite concilij Pontigonenſis nihil aliud continetur, niſi hoc. *Quinto Nonas Julij convenerunt iterum Epiſcopi ſine Imperatore, & habitæ ſunt contentiones de Presbyteris de diverſis parochiis, clamantibus ad Legatos Apoſtolici: & ſic ſoluta eſt ſynodus in hac die.* C Ex his verbis colligit Calvinianus pro ea, qua eſt, in his ſolertia: *Appellationes Presbyterorum, ad Sedem Apoſtolicam fuiſſe improbatas.* Paulò pòſt repetit Calviniſta idem ſcholium, ſed eadem fronte & mente. Mox mentitur, Papam (Joannem VIII.) à Carolomanno & Carolo Craſſo expulſum fuiſſe Roma Anno Chriſti 877. Tu hoc Anno lege Baronium, & effrontem calamum Novatoris hujus deteſtaberis.

In Scholio ad Commenticium edictum Alberici fol. 301. dicit Maroziam, famoſum D illud proſtibulum, *præſentâſſe typum ac figuram meretricis Babylonicæ, jam tum liberè mæchantis.* Non abnuo, dummodo per meretricem Babylonicam intelligat Hæreſin Calvinianam, vel Lutheranam, vel utramque, ne alteri, ſi prætereatur, injuria fiat.

Fol. 308. obtrudit nobis Epiſtolam ſub S. Udalrici Epiſcopi Auguſtani nomine ad Nicolaum I. Pontificem. Sed huic Epiſtolæ jam ptidem larvam detraxerunt cùm alij, tum is, qui vitam vel potiùs varios ſcriptores de vita S. Udalrici Auguſtanis typis evulgavit.

Lotharium Imperatorem (de quo Calviniſta fol. 320.) ſediſſe judicem inter Cardinales Papæ legatos, & Monachos Caſſinenſes, tam verum eſt, quàm vera eſt tota illa Actio, quam iſte ex Petro Diacono tranſcripſit. Vide Baronium Tom. XII. Anno Chriſti 1138. E

Fol. 343. extat Epiſtola cujuſdam Anonymi, qua Alexandrum III. Pontif. certiorem facit, quid in conventu Herbipolenſi à Friderico Barbaroſſa actum decretúmque fuerit. Calviniſta ait, *fuiſſe Abbatem aliquem, aut præpoſitum hominem perfidum & proditorem.* Si quæras, unde nôrit fuiſſe *Abbatem* aut *Præpoſitum*. Reſpondebit, hoc ſibi ex ſuo cerebro compertum. Si rurſus quæras, cur *perfidum* & *proditorem* appellet; aliam rationem dare non poterit, niſi quia contra ſchiſmaticos Alexandro III. legitimo Chriſti Vicario & Petri ſucceſſori adhæſit: ei nimirum, quem ipſemet poſtea Imperator pro F genuino gregis Chriſtiani paſtore ſuſcepit ac coluit.

Fol. 396. & 397. Ex Matthæo Pariſienſi ejúſque hallucinatione, procudit nobis Calvinicola Decretum concilij Lugdunenſis de electione Imperatoris Romanorum: Et quia Principes Imperij in depoſitionem Friderici II. factam in concilio Lugdunenſi noluerunt conſentire; hinc Calviniano nata eſt hæc calumnia. *Hinc apparet principes Germanos Papæ, ut Imperij tranſlationem, ita quoque electorum inſtitutionem negâſſe; quam utramque hodie tantopere urgent Papiſtæ.* At ego non video, quàm ſit artificioſa hæc Novatoris conſequentia. Principes præoccupati & G perſuaſi à Friderico, cui plerique vinculo aliquo cognationis vel affinitatis adſtricti erant, noluerunt, juſſu Papæ, alium Imperatorem eligere; negârunt igitur Imperium ad Germanos veniſſe à Papa; aut à Papa Electores inſtitutos fuiſſe. Quaſi verò & hoc credere, & illud facere nequiverint. Fortè enim exiſtimabant non ſat cauſæ fuiſſe Pontifici, cur ſententiam depoſitionis & anathematis in Fridericum ferret. Fortè etiam videbant, ſe contra potentiſſimum Principem nihil effecturos, ac prôinde ſatius eſſe conatu ultra conatum non progreſſuro ſuperſedere. Quanquam verum non eſt, quod Matthæus Pariſienſis ſcribit, Principes Germaniæ non obtemperâſſe monitis Innocentij Papæ; quia in locum Friderici jam depoſiti ſubſtituerunt Henricum Haſſiæ & Thuringiæ Landgravium, & poſtea Wilhelmum Comitem Holandiæ. Verùm de Matthæi errore circa Electores Imperij copioſè actum eſt in defenſione libri tertij de tranſlatione Imperij. H

Fol. 407. Pro Reſcripto Regio venditatur Epiſtola quædam, in qua Bonifacius VIII. hoc convicio percutitur. *Sciat tua maxima fatuitas.* Quam Philippi Pulchri Francorum

A corum Regis eſſe, quis credat? Et ut eſſet, non quieti ac ſedati, ſed turbati, & irarum flammis æſtuantis eſſet, ac proinde nullius ponderis, quia ira *nihil moderabile ſuadet*. Notat Calviniſta ad Marginem, etiam Gregorium Magnum à Mauricio *fatuum* appellatum. An ideo Gregorius *fatuus* erat, quia talis per contumeliam vocabatur? Quis magis fatuus? Is, qui dixit, an qui tulit? Magno certè conſtitit, Mauricio, & hoc & alia in S. Gregorium, & in alios Eccleſiaſtici ordinis homines commiſſa, ùt omnes nôrunt.

Fol. 476. recitat Schiſmaticum ſcriptum concilii Baſileenſis, in quo promittunt Patres, ſe obtemperaturos Imperatori io tranſlatione concilii. Calviniſta ad marginem NB.
B *obedieatiam legitimam patrum concilij, Imperatori legitimo magiſtratui, non autem Papæ Tyranno & uſurpatori alienæ poteſtatis in translatione concilii parere offerentium.* Reſpondeo I. in toto illo ſcripto nunquam & nuſpiam vocatur Papa *Tyrannus:* de ſuo pectore boc convicium texuit & attexuit Calviniſta. Secundò mirum videri non debet, ſi Schiſmatici Imperatori potiùs ſe ſubjiciant, quàm Pontifici, hoc ſemper uſuvenit, ut qui ab aliquo diſſident, alium quemvis potiùs, quàm illum, à quo diſſident, audire ac ſequi velint. Illud potiùs mirum eſt, omnes Schiſmaticos vel ad Petri eatbedram tandem redire; vel certè perire ac evaneſcere; id videre eſt in omnibus Schiſmatibus & Schiſmaticis. Hen-
C ricus IV. & filius ejus Henricus V. quantas turbas dederunt, ùt & Fridericus I. & II. Et tamen tandem, tandem ad Petram Petri arrepere, eámque reverenter ſalutare debuerunt; ſed ſalutariter, quippe pro ſalute animarum tam propriarum, quàm alienarum. Ubi Guibertus, Burdinus, Petrus Leonis, Victor, antea Octavianus? In fumum abierunt. Nec ſupereſt memoria, niſi cum execratione. Denique libenter ſcirem, num aliquis ex Patribus concilij Baſileenſis fuerit ejus fidei, quæ nunc palàm docetur Baſileæ; & quam Goldaſtus profitetur.

Fol. 576. Profert Calviniſta ex Lutherano Mollero fictitium Reſcriptum Maximiliani II. Imp. *de cantu Eccleſiaſtico, & divini officij emendatione;* in quo fingitur Imperator di-
D cere: *quoſdam Pſalmodiam omnino ex templis exterminâſſe; alios propoſuiſſe Pſalmos truncatim, & quaſi per centones.* Calviniſta notat in margine, prius illud feciſſe Tigurinos, ex inſtituto Zvvinglij: ſed boc reformatum Anno 1598. poſtliminio Pſalmodia reducta. Indiguit ergo Reformator Zvvinglius reformatione; nec in boc tantùm reformatus eſt, ſed & in aliis non paucis. Vide autem ſpiritum Zvvinglij, qui, Pſalmos & Pſalmodiam in Eccleſiis ferre noluit: Muto Dæmone obſeſſum oportuit, qui ſuis ne pſallerent, tam ſerlò vetuit.

Poſterius dicit Calviniſta, *uſitatum eſſe apud Pontificios Romaniſtas.* Criminationem hanc refellunt Breviaria Romana, ex quibus diſces, nullum eſſe Pſalmum, qui non integrè & integer ſuo tempore ac loco in Eccleſia Romana decantetur. E

Schiſmate inter Bonifacium, verum Pontificem, & Eulalium exorto, miſerat Honorius in Urbem, Epiſcopum Spoletinum Achilleum, ut abſentibus Bonifacio & Eulalio, Paſchalem ſolennitatem perageret; *& reverenda ſacris diebus myſteria celebraret.* Calviniſta in Margine, *ſcilicet Baptiſmatis & Euchariſtiæ.* Rem acu tetigiſti. Nimirum Calviniſmus tunc vigebat & vivebat, cui duplex ſolummodo vel ſemiduplex Sacramentum: nec quiſquam ampliùs ſupererat F
Romæ, qui duo illa Sacramenta adminiſtraret. Omnes ſacerdotes cum Bonifacio & Eulalio Romana ex urbe diſceſſerant. Nugæ aniles. Miſſus eſt Spoletinus Epiſcopus Romam, ut, dum lis inter Bonifacium & Eulalium decideretur, ipſe interea Pontificis quaſi Vicarius eſſet, potiſſimùm in ſolennitate Paſchali.

Fol. 591. mentitur Calviniſta Honorium Imp. *vi Imperialis Edicti & Cæſareæ poteſtatis Eulalium depoſuiſſe, & Bonifacium in Sede confirmâſſe;* cùm id Honorius non fecerit, niſi auctoritate Synodi Epiſcopalis, ùt ipſemet dicit in Epiſtola ad Symmachum.

Fol. 598. mentitur Calviniſta contra manifeſtam hiſtoriæ fidem, *arbitrium litis in cauſa Sixti Pontificis commiſſum fuiſſe à Valentiniano Imp. Romanæ Urbis Epiſcopis.* Legatur Baronius Tomo Quinto, Anno Chriſti 433. Et Calviniani fumi in fumos evaneſcent. G

Fol. 601. in Epiſtola Marciani Imp. ad S. Leonem Pontif. contra omnium librorum fidem, expungit vel expungenda pronunciat illa verba Marciani: *Te auctore:* quibus ſignificat, Pontificis nutu & arbitrio, ſynodos celebrari debere: Et mox eandem ob cauſam in alia ejuſdem Marciani Epiſtola: VOBIS transformat in NOBIS, nec hac audacia ſua contentus, convicia in Baronium evomit, quòd huic Criticæ temeritati faſces ſubmittere noluerit.

Fol. 609. ſcribit Calviniſta Zenonem Imp. H
non damnâſſe decreta concilij Chalcedonenſis. Sed tu lege Baronium Anno 482. & ſequentibus, nec alia Calviniani mendacij refutatione egebis. Mox ex Calviniſta fit Machiavelliſta: *Zenonem aliquid dediſſe tempori: ejuſmodi temporis actiones* (hoc enim monſtroſo vocabulo utitur) *non eſſe novas in Eccleſia.* Novæ non ſunt, ſed apud Zenonem & Zenonis ſimiles, qui lucem cum tenebris, & cum Orco cœlum jungere volunt.

Fol. 609. proponit nobis Odoacris Regis edictum de Electione Romani Pontificis. Sed quantum in illo ſit impoſturarum tam

à Calvi-

A à Calviniani, quàm ab auctoris manu, docebit te Baronius Anno Chriſti 483.

Fol. 615. defendit Anaſtaſium Imperatorem Eutychianum contra Symmachum Papam. Nihil addo. Jam ſatis liquet, qualis ſit advocatus, qui Eutychiano adversùs orthodoxum Antiſtitem patrocinatur.

Fol. 623. ad Epiſtolam Juſtini I. Imp. notat, *Imperatores jam tum multa tribuiſſe Paparum gliſcenti tyrannidi, metuentes, ne eorum opera, occidentales populi ad defectionem in Imperio ſollicitarentur, quod tandem Gregorius III. Pontifex fecit.* Et tamen jam Gothi totam Italiam, & Franci totam Galliam, & alij alias occidentis Provincias occupaverant. Quomodo igitur Juſtinus defectionem à Pontificibus procurandam timere potuit?

B Fol. 641. ad Epiſtolam Conſtantini Pogonati notat Calviniſta. *Diſce hinc, cujus ſit concilia indicere, & quis ſit judex controverſiarum Eccleſiaſticarum.* Vult igitur Calviniſta Imperatoris eſſe conciliorum indictionem: & controverſiarum cognitionem. Quod colligit ex Conſtantini verbis, quibus hortatur Pontificem, ut viros idoneos ad ſynodum ſextam mittat. Itaque ſi omnia circumſpexeris, hæc tandem prodibit conſequentia. *Conſtantinus Imp. monet Pontificem, ut viros idoneos ad concilium mittat, ergo Imperatoris eſt indicere concilia: Ergo Imperator eſt Judex controverſiarum Eccleſiaſticarum.* Et qua tandem conſcientia facit iſte Imperatorem Judicem controverſiarum religionis, cùm omnium ſectariorum fundus ac fundamentum ſit, Scripturam ſacram eſſe controver-

C ſiarum omnium non tantùm normam, ſed & judicem? Et ſi Imperatorem pro judice controverſiarum habet, jam peroratum eſt: nam quæ fuerit Caroli V. de Confeſſione Auguſtana & Zvvingliana ſententia, ipſemet non ignoras, ùt apparet ex Decreto de Religione, quod Caroli V. nomine proponis: Et ut ignores, id te Schleidanus tuus lib. 7. docere potuiſſet. Hactenus de ſcholiis marginalibus Calviniſtæ.

CAPUT VIII.

De mania Calviniſtæ in Papam, cum antidoto.

D QUamvis iſte ubique in Papam inſaniat, & totum hunc centones farciendi laborem alio conſilio non ſuſceperit, quàm ut *Papam* & *Papiſtas* inſectetur, omnes tamen maledicentiæ ſuæ habenas laxat in Indice, ſeu, ùt ipſe vocat, *Repertorio* Tomorum ſuorum V. *Papa:* Et V. *Eccleſia Romana.* Ubi ita bacchatur, ut ſine injuria de poteſtate mentis exceſſiſſe pronunciari poſſit: Cui furori nonnihil placando & mitigando placet ex ipſo Tomo tertio nonnulla de Pontifice, & Eccleſia

E Romana acroamata excerpere, & auribus hujus Calviniſtæ demodulari. Forſan, ùt olim præduræ quercus, & quæ arbor quercubus durior eſt, nonnihil ad Orphei cantum emolliebantur; Et Leones feritatis ac truculentiæ obliti, tanquam agni aut hædi, cicurabantur; ita & iſte tam ferox criminator; forſan clementiorem mentem in Papam induet, carminibus de Pontifice melioribus auditis, quæ aliunde non depromam, quàm ex ipſa farragine Calviniani; quem cupio eſſe auritum, ſic tamen, ut aures ſuas etiam prælongas, non obturet, inſtar aſpidis.

Ita igitur Ludovicus Pius Imperator fol. 258. Tom. tertio. *Nullus Epiſcopus niſi Canonicè vocatus, & in legitima ſynodo ſuo tempore* F *Apoſtolica auctoritate convocata, (cujus juſſione Domini & meritis B. Petri Apoſtoli ſingularis congregandorum conciliorum auctoritas, & ſanctorum Canonum ac venerandorum Patrum decretis multipliciter privata tradita eſt poteſtas) ſuper quibuslibet criminibus pulſetur, id eſt, judicetur, audiatur, vel impetatur. Sin aliter præſumptum à quibuslibet fuerit, in vanum deducatur, quod egerint; nec inter Eccleſiaſtica ullo modo reputabitur, nec ullas habebit vires, quidquid ei obviaverit; quoniam eadem Sedes, teſtante veritatis voce, primum primatum obtinuit; nec prima diceretur, ſi aliam ſuper ſe haberet: quæ etiam caput eſt omnium Eccleſiarum, à qua omnes ſumpſère originem. Primatum enim non ſinodalibus, aut aliquibus commentis meruit inſtitutis, ſed Domino largiente, qui ait; Tu es Petrus, & ſuper* Matth. 16. *hanc Petram ædificabo Eccleſiam, & his ſimilia.* G *Quibus ſi aliquis ſuperbo ſpiritu obviaverit præceptionibus, non exeat impunitus, ſed gradus ſui periculo ſubjacebit.*

Ecce quantis laudibus, à quanto Imperatore afficitur Apoſtolica Sedes & Papa, quem tu trivialis Calviniſta tantis contumeliis inceſſis.

Ecce Imperator dicit I. Non Imperatoris, ſed Sedis Apoſtolicæ, hoc eſt, Pontificis Romani, officium eſſe, ſynodos convocare. II. Nullum Epiſcopum, niſi in concilio, auctoritate Apoſtolica convocato, accuſari, & judicari debere. III. Irritum ac invalidum eſſe, quidquid hac in re ſine Apoſtolicæ Sedis auctoritate agitur. IV. Sedem Romanam primum primatum tenere. V. Nec primam di- H ci poſſe, ſi aliam ſuper ſe haberet. VI. *Eſſe caput omnium Eccleſiarum.* VII. *Ab hac omnes ſumpſiſſe originem.* VIII. *Hunc primatum Eccleſiam Romanam non habere ſynodalibus decretis.* IX. Nec hominum privilegiis. X. Sed, *Chriſto largiente.* En Calviniſta, qualia ab Imperatore Elogia? An hæc non vidiſti? Et tamen in tuo Centone extant. Cur hæc non poſuiſti in tuo Indice, ſeu *Repertorio?* Poſuiſti quidem aliquid, ſed primoribus digitulis: nec hoc ſine conviciis. An, quia ſi poſuiſſes, occaſionem calumniandi non reperiſſes? An quia videbas, his omnem conviciorum tuorum

ſyl-

A ſylvam ſuccidi? Audi plura, nec aliunde, niſi ex tuo Tomo.

II. Ludovicus Imp. fol. 258. Tom. tert. *Ut accuſato vel judicato in aliqua cauſa Epiſcopo liceat iterare judicium; & ſi neceſſe fuerit, aut ipſe voluerit, abſque ulla detentione aut impeditione Romanum adire Pontificem. Et dum iterato judicio Pontifex cauſam ſuam agit, ſua non privetur Sede aut dignitate: quoniam dudum à ſanctis Patribus ſtatutum eſt, ut accuſati nullus uſurpet Sedem Epiſcopi.*

En Imperator Epiſcopo accuſato liberam appellationem permittit ad Sedem Apoſtolicam. An hoc permiſiſſet Ludovicus Imperator, ſi, ùt tu in tuo Indice calumniaris, Papa *Manichæus* eſſet? *Si hæreticus Novatianus?* B Si *Simoniacus?* Si *mercenarius* & *pacis inimicus* & *oſor*, *vir ſanguinum*, *author Schiſmatis*, *ſcandali*, *pater doli*; & centena talia, quæ tibi fœtum criminationibus pectus ſuggerit; quæ in Indice notas non ex tuo libro, ſed ex tuo cerebro, & ſi quando etiam ex libro, ea non niſi hæreticorum & ſchiſmaticorum convicia ſunt: quæ colligere, tibi tam fuit propoſitum; quàm Papæ & omnibus bonis maledicere. At nunc iterum audiat Calviniſta Ludovicum Imp. non niſi ex ſuo Tomo folio 258.

III. *Placuit, ut accuſatus, vel judicatus à comprovincialibus in aliqua cauſa Epiſcopus licenter appellet & adeat Apoſtolicæ Sedis Pontificem, qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos ejus retractari negotium procuret: Et, dum iterato judicio Pontifex* C *cauſam ſuam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur Epiſcopus. Quoniam, quamquam comprovincialibus Epiſcopis accuſati cauſam Pontificis ſcrutari liceat, non tamen definiri, inconſulto Romano Pontifice, permiſſum eſt, cùm B. Petro Apoſtolo non ab alio, quàm ab ipſo Domino* Matth. 16. *dictum eſt: quæcunque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.*

Ecce iterum ampliſſimam ad Sedem Apoſtolicam appellandi facultatem, En alii Epiſcopi cauſam accuſati Epiſcopi audire; non tamen inconſulto Romano Pontifice definire poſſunt. Quomodo hæc cum tuis lœdoriis congruunt? Audi plura, & erubeſce, quòd eo es ingenio, ut non niſi ſordibus inD ſideas, & inde ſordida convicia exſugas; floſculos autem odoriferos prætereas, & ùt marium peſtem fugites.

IV. Ludovicus Imp. fol. 259. Tert. Tom. *Ut omnes Epiſcopi, qui in quibuſdam gravioribus pulſantur, vel criminantur cauſis, quotiens neceſſe fuerit, liberè Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam, quaſi ad matrem confugiant, ut ab ea, ſicut ſemper fuit, profulciantur, defendantur, & liberentur, cujus diſpoſitioni omnes majores Eccleſiaſticas cauſas, & Epiſcoporum judicia antiqua Apoſtolorum, eorúmque ſucceſſorum atque Canonum auctoritas reſervavit. Quoniam culpantur Epiſcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm ejus Sedis Papæ fieri placuerit: Canonibus* E *quippe jubentibus, in talibus abſque Romano nil decerni Pontifice, nec ad ſynodum Epiſcopum convocari debere: Et quidquid ex his, eo inconſulto, præſumptum fuerit, viribus carere.*

Ecce iterum libera ad Papam Romanum appellatio. Ad quem? Pudet audire, ſi tibi, viliſſimo Calvini mancipio, ructandi poteſtas fiat. Nam quæ in Indice, quid niſi Ebrii ſtomachi & capitis ructus ſunt? At ſi Imperatorem audiam, longè alia audio. I. Omnes ad Romanam, Eccleſiam, *tanquam ad matrem, confugere.* II. Ab hac matre omnes, *ſemper fulciri, defendi, liberari.* III. Hujus judicio & arbitrio omnes majores Eccleſiaſticas cauſas reſervatas eſſe. IV. Idque Apoſtolorum. V. Eorúmque ſucceſſorum. F VI. Et Canonum auctoritate. VII. In gravioribus cauſis nihil decerni poſſe abſque Romano Pontifice. VIII. *Quidquid ex his, eo inconſulto, præſumptum fuerit, viribus carere.* Ut hæc palato tuo arrident, Calviniſta? Si honori tuo conſultum cupis, expunge Indicis tui atrociſſima convicia & mendacia; & hæc veritatis oracula ſubſtitue.

V. Fol. 285. Carolus Calvus Imperator Epiſtolam ſuam ad Nicolaum Pontificem ita auſpicatur fol. 285. Tomo Tertio: *Sanctiſſimo & reverentiſſimo Patri Nicolao Catholicæ & Apoſtolicæ Sedis ſummo Pontifici & univerſali Papæ,* CAROLUS *gratia Dei Rex & ſpiritalis filius veſter. Quia, ſicut devotio noſtra erga ſanctam Sedem Apoſtolicam, omniúmque Eccleſiarum matrem atque Magiſtram, & erga ſancti Apoſtolatus veſtri* G *honorem in iſtis Ciſalpinis regionibus longè latéque (gratias Deo) cognoſcitur, ita & colendæ cum ſummi amoris veneratione paternitatis veſtræ benignitas, erga filialem noſtram dilectionem non ſolùm noſtris benevolis, ſed & æmulis, auctore Deo, certis indiciis, veluti ſanctitatem veſtram ſcilicet religionis culmen decet, innotuit.*

En Imperatori Pontifex Romanus eſt ſanctiſſimus. II. Reverendiſſimus. III. Summus Pontifex. IV. Univerſalis Papa. V. Sedes Apoſtolica eſt ſancta. VI. Omnium Eccleſiarum mater. VII. Et Magiſtra. VIII. Pontificis titulus eſt: *Sanctitas veſtra.* IX. Et culmen religionis. Quid tu hic Calviniſta? H Num vis, ut te potiore loco ducamus, quàm ipſos Imperatores?

VI. Fol. 285. exſcripſit Calviniſta ex Baronio Anno 866. Epiſtolam Lotharii II. ad Nicolaum primum Pontificem Maximum, in qua Rex ille dicit. I. Se ſemper & in omnibus, ùt dignum eſt, reverenter dilexiſſe *ſublimandam beati Petri Apoſtolorum Principis Sedem, & Pontificii Deo dignum apicem.* II. *Et hoc more prædeceſſorum ſuorum, Chriſtianiſſimorum videlicet Principum.* III. Se paratiſſimum eſſe, *inſtanter* Sedem Apoſtolicam *exaltare.* IV. Sibi de Nicolai, *tanquam ſpiritualis patris*

A *tris regimine Spiritalia ac ſalubria inhianter audire* in optatis eſſe. V. *Imò tanquam de Paradiſiaco fonte vitæ pocula inde in poſterum haurire velle.* VI. Se ad Sedem Apoſtolicam, *quaſi ad æthereum jubar, & totius ſanctæ Dei Eccleſiæ Pharum ad cuſtodiam gregis, in eminentiſſimo apice conſtitutum mentis aciem confidenter & humiliter direxiſſe.* VII. Monita Nicolai Pontificis, *ſibi ultrà quàm credi poteſt, omni melle dulciora & omni theſauro chariora* accidiſſe. VIII. *Se coram legato Nicolai parendo juſſis ejus colla humiliter ſubmiſiſſe.* IX. *Solotenus ad Sacra veſtigia* Nicolai *provolvitur.* X. Ut *Anteceſſores ſuos ſanctiſſimorum prædeceſſorum* (*Nicolai*) *monitis obediêrunt, ita nos etiam* (inquit Lotharius Rex) *coram excellentia Apoſtolatus veſtri nos humiliare, atque in omnibus veſtris paternis monitis abſentibus ſeu præſentibus promptiſſimo parere cupimus animo.* XI. *Nullum ſuorum coæqualium nuncios Nicolai honorifi-*
B *centiùs & diligentius tractâſſe, quàm nos fecimus* inquit, *dúmque ſpiritus noſtros vegetaverit artus, Deo propitio, faciemus.* XII. Tandem optat, *ſanctiſſimi Apoſtolatus* (Nicolai) *ſublimiſſimum apicem ſemper & in omnibus vigere feliciter.* Ut hæc & his ſimilia illius Epiſtolæ Calvinianis faucibus ſapiunt?

In ſcholio dicit, hoc Reſcriptum (nam ex Epiſtola, ùt aliàs millies, imperitiſſimè Reſcriptum facit) *ſic ſatis adulatorium & abjectum, & ab Epiſcopis timidis dictatum eſſe.* Quia ſi dictatura penes hunc Calviniſtam fuiſſet, ad ſuum ſe *Repertorium* contuliſſet, & ibi longè alias phraſes compellandi Pontificis reperiſſet; & in hæc ſtatim verba prorupiſſet. Heus *tu, qui ſpernis ſacros Canones & decreta*, qui,
C *quantus, quantus es, nihil niſi mera avaritia es, qui totius mundi* (atque adeò etiam hujus pauperis Calviniſtæ) *divitias corradis, & nihil das pauperibus, qui homicida es, uſurarius, hæreticus, Epicureus, religionis contemptor & inceſtuoſus, &c.* Hic videlicet curiæ Calvinianæ ſtylus in Epiſtola illa adhibitus fuiſſet, depromptus ex tuo *Repertorio*; hoc eſt, ex criminationum & mendaciorum locupletiſſimo *Promptuario.*

VII. Fol. 408. *Henricus VII. Imp. Sanctam Romanam Eccleſiam, ſicut matrem, & ipſius Sedis Antiſtitem, tanquam Chriſti Vicarium, & B.*
D *Petri ſucceſſorem, veneramur, & præcipimus cunctis ex debito venerari. Ipſam enim Romanam Eccleſiam in ſpiritualibus divina providentiæ altitudo univerſis diſpoſitione incommutabili Eccleſiis prætulit, & totius orbis aurea præſentia inſignivit. Et ideo hanc eſſe omnium caput, ùt Patrum regula, & Principum ſtatuta declarant, & sereniſſimi noſtri teſtantur affectus. Quapropter Romanum Pontificem, & ipſius Eccleſiæ Cardinales, qui ſunt ejus corporis pars præclara, ab omni injuria cupimus eſſe alienos, mandantes præſenti noſtra conſtitutione, ut ſæculares quæcunque poteſtates, conſtitutiones tam Pontificum, quàm Principum Romanorum contra ſacrilegos editas obſervent, & faciant arctiùs ab aliis obſervari.* Hæc E quomodo cum Calviniano *Repertorio* concinant, ego reperire nequeo. Et debebat Calviniſta hæc potiùs cum veritate congruentia in *Repertorium* ſuum inferre, quàm illa maledicta non ex Auctoribus, ſed ex propria maledicentia & virulentia; aut ſi etiam ex Auctoribus, iis non niſi hæreticis, ſchiſmaticis & inteſtabilibus deprompta.

VIII. Athalaricus Rex fol. 98. Tertii Tomi. *Conſiderantes Apoſtolicæ Sedis honorem, & conſulentes deſideriis ſupplicantium, præſenti auctoritate moderato ordine definimus, ut ſi quiſpiam ad Romanum clerum aliquem pertinentem, in qualibet cauſa probabili crediderit actione pulſandum, ad beatiſſimi Papæ judicium priùs conveniat audiendus. Ut aut ipſe inter utroſque more ſuæ ſanctitatis agnoſcat, aut cauſam deleget, æquitatis* F *ſtudio terminandam: Et ſi fortè, quod credi nefas eſt, competens deſiderium fuerit petitoris eluſum, tunc ad ſæcularia fora jurgaturus occurrat, quando ſuas petitiones probaverit a ſupradictæ Sedis Præſule fuiſſe contemptas. Quid ſi quis extiterit tam improbus litigator, atque omnium fuerit judicio ſacrilega mente damnatus, qui reverentiam tantæ Sedi exhibere contemnat, & aliquid de noſtris affatibus crediderit promerendum, ante alicujus conventionis effectum decem librarum auri diſpendio feriatur, quæ à Salatiuis ſacrarum largitionum protinus exacta, per manus ſæpe memorati Antiſtitis pauperibus erogentur, carénſque impetratis negocij quoque ſui amiſſione mulctetur. Dignus eſt enim duplici pœna percelli, qui & divinam reverentiam, & noſtra juſſa* G *temerârit.* Ecce tibi Calviniſta: Rex Arianus, quantum privilegium clericis conceſſit, ob *honorem Sedis Apoſtolicæ*, cujus præſulem, *beatiſſimum Papam* nuncupat. En quantæ mulctæ eum ſubjiciat, qui *reverentiam tantæ Sedi exhibere contemnat.*

Fol. 432. Extat juramentum Sigiſmundi Imperatoris præſtitum per legatos ſummo Pontifici. *Eadem majeſtas* (Imperatoris) *manu tenebit ſemper atque ſervabit privilegia omnia, per prædeceſſores ſuos Reges ac Imperatores Romanos, præfatæ Romanæ Eccleſiæ ac aliis quibuslibet Eccleſiis quocunque conceſſa tempore, & continentiæ cujuscunque, ipsáque omnia, & ſpecialiter, ac præcipuè præclaræ memoriæ Conſtantinum, Carolum, Henricum, Ottonem IV. Federicum II. atque Rudolphum, prædeceſſores ipſius, præſertim ſuper conceſſione, recognitione, advocatione, quitatione* H *ac libera admiſſione terrarum & Provinciarum Romanæ Eccleſiæ ubilibet poſitarum, quarum etiam multas nominatim expreſſit, Sedi Apoſtolicæ Romaniſque Pontificibus ſub quocunque tenore conceſſa, recognoſcet, confirmabit, & ex certa ſcientia innovabit, ac etiam de novo concedet, & terras ipſas atque provincias cognoſcet ad jus & proprietatem ipſius Eccleſiæ pleniſſimè pertinere, eáſque nihilominus ex abundanti de novo Eccleſiæ præfatæ donabit ſub prædicto ſe obligans juramento, quòd ipſas, vel aliquam ipſarum partem*

A *tem nullo unquam tempore occupabit, ſeu quantum in eo erit, occupari permittet, poſſeſſiones, aut ſemitas habebit, ſeu quomodolibet poſſidebit, nec in eis etiam poteſtariæ, ſeu cujusvis Capitaniæ officium, aut jurisdictionem quamcunque per ſe vel per alium exercebit; quódque ut Princeps Catholicus ſæpedicta Eccleſiæ Advocatus atque Defenſor, ipſam juvabit, & conſiliis & auxiliis illi aſſiſtet opportunis, contra quoscunque inobedientes & rebelles eidem, & præcipuè contra occupantes & turbantes terras prædictas ſeu provincias, vel partem quamlibet earundem.*

Num Sigismundus, aut alius quicunque
B Princeps hujusmodi jusjurandum Pontifici præſtaret, ſi eum talem eſſe crederet, qualis in *Repertorio* Calvinicolæ hujus depingitur?

Fridericus II. Imp. in Epiſt. ad univerſos C
Principes, quam recitat Calviniſta, fol. 372. Sacri magnificentia Conſtantini, *qui curatus à lepra vitio, dedit Eccleſiæ, quidquid habet libertatis hodie vel honoris.* En Calviniſta; Fridericus II. Imp. agnoſcit donationem Conſtantinianam, tibi Frehero, & ſimilibus tam inviſam & exoſam.

Sed nunc tempus eſt, ut Calviniſtæ miſſionem concedam, de quo, quid meruerit,
Iureconſultis decernendum relinquo, ob tot D
commentitia Imperatorum, Regum ac Principum *Reſcripta*, *ſtatuta*, *decreta*, & ob tot ſtramentitias Imperiales *conſtitutiones*, & *Sacras*, uno verbo, ob crimen falſi ſæpiſſimè ab iſto tam in hoc tertio Tomo, quàm in duobus antegreſſis perpetratum.

FINIS.

AD LECTOREM.

INdiculum hunc criminum Calviniſticorum, ante complures menſes confeci. Interea dum exſpecto, donec prælum Typographicum ſubeat, prodiit immanis, ac nil niſi furias, Cerberos, totiúsque Phlegetontis flammivomos focos ſpirans & halans liber Calvinicolæ *Guldinaſti* adversùs Apologiam, quam ſuperiore anno pro Illuſtriſſimo Cardinali Baronio publicaveram. Sed bene habet. Longo uſu & diuturna exercitatione hujusmodi fulminibus & fulminatoribus aſſuetus ſum. Terrent, ſed ignarum. Gnarum non magis formidine percellunt, quàm puerilia terriculamenta viros fortes ac cordatos. Quàm vanus, quàm futilis, quàm impudens, quàm ſceleratus, & quàm imperitus ſit iſte Calvus Calvinigena, paulò pòſt ſaxo, mi lector, intelligas. Etſi jam abundè intellexiſti ex Baroniana Apologia; & ex hoc, quem nunc evulgamus, Indiculo, ùt & ex horto ſanctæ Crucis, ubi Calviniſtici hujus Lavernionis decreta Imperialia de cultu imaginum examinavimus. Non modò amens, ſed & maniacus eſt; nec quidquam reſtat, niſi, ut truculentæ beſtiæ ritu, in caveam abdatur, ibi vel ad ſe rediturus, vel animam Calvinianam cœlo Calviniano redditurus. Vale.

GEMINA

GEMINA
Adversus
MELCHIOREM GULDINASTUM
CALVINIANUM REPLICATOREM,
VEL POTIUS
QUADRUPLATOREM,
DEFENSIO.

PRIOR

Pro S. R. Orthodoxi & Catholici
Imperij avita Majeſtate, *Replicationem* Calvinianam,
Imperij hujus vaſtatricem, accuratè examinat
& refutat.

AUCTORE

JACOBO GRETSERO,
SOCIETATIS JESU THEOLOGO.

POSTERIOR

Complura monumenta hactenus inedita, pro Gregorio VII.
Aliisque Pontificibus Romanis Lectori exhibet.

EDITORE

C. V. SEBASTIANO TENGNAGEL J. U. D.
& Cæſareæ Bibliothecæ Viennenſis Præfecto, &c.

REVERENDISSIMO
ET
ILLUSTRISSIMO
PRÆSULI,
DOMINO
MELCHIORI,
ECCLESIÆ VIENNENSIS
EPISCOPO NOMINATO, EPISCOPATUS NOVÆ CIVITATIS ADMINISTRATORI CONFIRMATO,
Cathedralis Eccleſiæ Viennenſis Præpoſito, celeberrimæ ibidem Univerſitatis Cancellario, & Auguſtiſſimo Imperatori MATTHIÆ I. ab intimis conſiliis, &c.

JACOBUS GRETSERUS
SOCIETATIS JESU.

HÆreticos vulpes eſſe, *Reverendiſſime & Illuſtriſſime Antiſtes*, communis antiquorum Patrum ſententia atteſtatur. *Eſt autem vulpes fallax animal*, inquit S. Ambroſius, *& inſidiis ſemper intentum, rapinam fraudis exercet. Nihil tutum, nihil otioſum, nihil* S. Ambroſ. in c. 9. Lucæ. *patitur eſſe ſecurum*, imò *inter ipſa etiam hominum hoſpitia prædam requirit. Vulpes, inſidioſos, maximéque hæreticos ſignificant*, ait alius ex ſanctorum S. Aug. in Pſal. 80. Patrum numero, *doloſos, fraudulentos, cavernoſis anfractibus latentes & decipientes, odore etiam tetro putentes.*

Porrò inter technas vulpis hæc maximè notabilis apparet, quòd, ùt in ſuo *Phyſiologo* ſcribit S. Epiphanius, *cùm eſurit & cibo caret, aprica loca adit, & humi ſtrata, animámque continens, ac ſimulans ſe mortuam, ſupina jacet, oculis & pedibus ſurſum erectis. Aves itaque advolitant, ut exoptato pabulo perfruantur; quas vafra vulpes ex improviſo arripiens abſumit, & in famelicum ventrem, gratam dapem, demittit.*

Eadem natura eſt cùm aliis omnibus Sectariis, tum præcipuè illis, quos Calvini Schola, & Inſtitutio ad omnem fraudem erudiit, & etiamnum erudit. Ut incautos irretiant & capiant, fingunt ſe *mundo mortuos*, & *Chriſto confixos Cruci*; nihil in hac vita quærentes, nihil ambientes, nihil deſiderantes, niſi bonum Eccleſiæ Catholicæ & Reipublicæ, nominatim Sacri Romani Imperii; hujus incolumitati & emo-

emolumento omnia ſua ſtudia, omnia cogitata, omnéſque conatus perpetuò deſervire ac deſudare. Verùm, quàm harum *Vulpium* facta cum dictis & promiſſis concinant, docet miſerabilis calamitas, in quam delapſi ſunt, & indies adhuc delabuntur illi, qui blandidicis hujuſmodi pollicitationibus nimis credulas aures præbuerunt, hodiéque præbent. Nil opus exemplis. Ubique obvia ſunt, non ſine multorum, ne dicam, innumerabilium, exitio.

In iſtorum *Vulpionum* claſſe non infimo loco collocandus videtur quidam ex Turgoviæ Alpibus oriundus *Melchior Goldaſtus* ſeu *Guldinaſtus*, qui vaſtis voluminum Centonibus, nimirum tribus Conſtitutionum Imperialium Tomis, & alio Opere, quod *Monarchiam ſacri Romani Imperii* inſcripſit; nil aliud, niſi vulpem agit: nam aliquando *Catholicum* ſe ſimulat, cùm ſit Calvini ſpiritu non tam plenus, quàm ebrius. Boni communis & pacis publicæ immenſum præ ſe fert ardorem, cùm ſit ejus ſectæ conſecraneus, quæ evertendo bono communi, & profligandæ paci ac publicæ tranquillitati ſata, & nata eſt. Lutheranam Eccleſiam, ſpeciatim Francofordienſem, & Confeſſionem Auguſtanam aliquoties appellat *ſuam*. Qua mente, niſi vulpina? Omnia ſalva fore clamitat; ſi Romanus Pontifex non à Cardinalium Collegio, ſed ab Imperatore Romano eligeretur & confirmaretur. Quocirca omnium *Antipaparum*, quos olim, graſſante ſchiſmate, Imperatores & Reges in Sedem S. Petri intruſerant, Patrocinium contra legitimos Pontifices ſuſcipit; aſtu prorſus vulpino.

Faciamus enim, hac ætate Pontifices Romanos ab Auguſtiſſimo Imperatore noſtro creari; & in Cathedra Apoſtolica conſtitui; num *Vulpinator* iſte ideo Romanis Pontificibus obtemperaret? Num pro Chriſti Vicariis, & Petri Succeſſoribus agnoſceret ac veneraretur? Sit hodie in Apoſtolica Sede aliquis Cadalous contra Alexandrum II. ſit Guibertus contra Gregorium VII. & Urbanum II. ſit Burdinus contra Paſchalem II. ſit Victor contra Alexandrum III. ſit alius quicunque, Regum ac Principum potentiâ ad thronum S. Petri evectus; & legitimis Pontificibus oppoſitus; an propterea Goldaſtus cum *Henrico IV.* ad pedes Guiberti procidet, eisque oſculum reverenter figet? An ſacrum audiet, ſi Cadalous rem divinam faciat? An caput reverenter inclinabit, ſi Guibertus aut Burdinus, ſolemni more ac ritu, populo bene precetur? Num Confeſſionis Sacramento ſcelera ſua expiabit, ſi quis *Guibertinus* aut *Burdinianus* Confeſſarius obtingat? Uno verbo, num Calvinum valere jubebit, ſi Pontificem Cardinales non eligant, ſed Imperator? Nihil minus. Cur igitur Cadaloum, & id genus alios, non per oſtium, ſed alia via ad Apoſtolicam Sedem ingreſſos, laudibus in cœlum vehit? Quia vulpes eſt, fallax beſtia. Vulpinatur. Cadaloum & ſimiles, velut eſcam, imperitioribus objicit; ut eos à legitimis Pontificibus abducat; non ignarus, jam abductos, nullo negotio ulteriùs duci, & in Lutheri vel Calvini errores induci poſſe: alioqui Cadaloum, & hujus notæ alios, pluris non facit, quàm legitimos Pontifices; neque enim neſcit, illos fide & dogmatibus, toto cœlo, à Calvino diſſenſiſſe; & ſi vel ipſe vel alii Calvini de grege gregales, in eorum poteſtatem veniſſent, curaturos fuiſſe, ut ex præſcripto & rigore civilium legum adversùs orthodoxæ Religionis violatores & depravatores latarum, cum illis ageretur.

Fingamus inſuper, ſummum Pontificem ſubeſſe Imperatori, & ab eodem poni, deponi, & reponi poſſe; qualem Papam architectatur ſibi Marſilius Paduanus, & cum illo Calvinicola noſter: Præterea, Pontificem non eſſe ſupra, ſed infra Concilium Oecumenicum, ùt Gerſoni & Almaino viſum; vel Romanum Patriarcham non eſſe uni-

verſalem Paſtorem, ſed Occidentis duntaxat; quemadmodum Alexandrinus eſt Ægypti; & Antiochenus, Orientis; ùt ſentiunt Nilus, Barlaam; & alii Græci. Denique Clericos non eſſe à poteſtate politica exemptos, ùt paulò antè nominatus Marſilius de Padua, aliique ſibi perſuadent, & cæteris perſuadere conantur; quorum omnium, & plurium ejuſdem farinæ, libros Calviniſta in ſuam *Monarchiam Romanam* (rectiùs *Monarchiam Guldinaſticam* inſcripſeris) tranſcripſit; eóſque, ùt rectè ſentientes plenis tubis, & tibiis decantavit: faciamus, inquam, rem ita ſe habere, ùt à prædictis ſcriptoribus, adſtipulante (licèt non ſeriò, ſed hypocriticè) Goldaſto, diſputatur: an idcirco Calviniſta ſuam de Pontifice Romano opinionem mutabit, & jam eum, non pro Antichriſto, ſed pro Chriſti Vicario reputabit, ſi ſubjaceat Imperatori, ſi ſubſit Oecumenicæ Synodo; ſi Occidenti tantùm præſideat, univerſos Eccleſiæ ſortis ordines civili magiſtratui ſubſternat, vel ab aliis ſubſterni patiatur; ſi Pontifex ſpiritualia duntaxat ſibi tractanda & agenda ſumat; temporalia ad forum politicum ablleget; Denique ſi omnibus Provinciis, quas poſſidet, ſeſe abdicet, nec plus terræ mariſve, ditione ſua teneat; quàm tenuerit Apoſtolorum coryphæus D. Petrus? Certè quamvis vel omnia, vel aliquid horum contingeret, Calviniſta Calvinum ex pectore ſuo non ejiceret: quia talis quoque Pontifex, qualem iſti in cerebro ſuo delineant, ea ex officio faceret, quæ cum Novatoris hujus, aliorúmque placitis ex diametro pugnant; nec ſectarum propugnatores erga hujuſmodi Papam meliùs afficerentur, quàm erga hodiernum in ſupremo Eccleſiæ faſtigio reſidentem *Paulum V.*

Merus fumus & fucus eſt, &, ut in ſimilitudine ſemel cœpta perſiſtam, nil niſi vulpinus dolus & aſtus, quidquid Goldaſtus ſive ſuis, ſive alienis verbis; ſive in Tomis, quibus falsò *Conſtitutionum Imperialium* titulum indidit, ſive in *Monarchia* ſua hac de re garrit, quia Calviniana vulpecula eſt, nec qualiſcunque ſed ex *Genevenſium Puritanorum* foveis ac cavernis. *Vulpes foveas habent;* ajebat Redemptor noſter. Verè Calviniana iſthæc vulpes varias habet foveas, quas incircumſpectis capiendis & circumveniendis effodit. Spero tamen hîc denuò
Pſal. 7. impletum iri Davidicum illud: *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foveam, quam fecit.*

Interim extremam vanitatem & intolerabilem *Calviniſequæ* hujus impudentiam hac Apologetica ſcriptione nonnihil caſtigare ac repercutere, & adversùs peſtilentiſſimum venenum lectoribus aliquid antidoti parare, & quidquid hoc lucubrationis eſt, Tuo clariſſimo nomine, *Illuſtriſſime Præſul,* inſignire volui, idque varias ob cauſas, quarum Primaria, quòd arbitrabar, Te hujus controverſiæ optimum judicem ac cognitorem eſſe poſſe; utpote qui antiquitatis Eccleſiaſticæ ſummam peritiam adeptus ſis; perfectéque noveris, quid juris ſummo Pontifici; & quid inviĉtiſſimo Imperatori competat.

Quamquam diſpellendis Calvinianis, hoc eſt, vulpinis technis ac futelis, valentiorem & efficaciorem rationem non video, quàm quòd ſacratiſſimi Cæſares noſtri reipſa hucuſque teſtati ſunt, ſe eſſe ſummi Pontificis filios, & gregis Dominici ſub ejuſdem Paſtoris *virga tranſeuntes* oviculas: & illi ipſi, qui olim ſenſiſſe & egiſſe videri poſſent, non ipſam Poteſtatem Pontificiam abſolutè negârunt, ſed perſonas, quibus Pontificatus commiſſus fuerat, oderant: adeò enim Henricus IV. Henricus V. & Fridericus I. ut hos Potiſſimùm nominem, ſine Pontifice eſſe nolebant; ut ipſi ſibi Pontifices legerent, quos, ùt Patres, Chriſti Vicarios, Petrique ſucceſſores omni honoris genere proſequebantur.

tur. Quanquam tandem, agnito errore, in quem turbulentorum quorundam conſiliis incurrerant, ad Petram, unde exciderant, redierunt; quod de Friderico II. Potentiſſimo Imperatore, itidem intellectum volo.

Nec injuriâ mihi gratulari poſſum, quòd liber iſte ſub ejus tutela in lucem veniat, qui tot annis publicè ex Cathedra & privatim, tanquam dux & anteſignanus, ea cum gente bella geſſit, cum qua & ego, velut tiro ac novitius, non modico jam tempore, & intra & extra ſcholam dimico; planéque confido ſub umbra alarum tuarum, *Reverendiſſime Antiſtes*, hanc meam Apologiam tutam fore à minis, quibus eam Calviniſta vel alius, impulſu ejus, à publico abſterrere tentavit. Scilicet ipſi jus & fas erit quidlibet effutiendi; nobis contrà mutire non licebit. Ipſe atrociſſimis conviciis ſummum Pontificem, Cardinales, præſertim celeberrimum illum, & de Eccleſia Dei præclariſſimè meritum *Baronium*, omnéſque alios avitæ fidei profeſſores inſectabitur; nos linguis animíſque favebimus, & *Bonum factum* acclamabimus. Ipſe Jeſuitas *Imperii proditores*, *Imperatoris hoſtes*, *reos læſæ Majeſtatis & parricidas* ferrea voce pronunciabit; Jeſuitæ tantas calumnias clauſis auribus prætervolabunt, neque vel unico verbulo innuent, ubi Calviniſta, ſi Parricidis delectatur, eoſdem quærere debeat. Miſera ſanè noſtra eſſet conditio, ſi criminatoribus omnia permitterentur, nobis nihil.

Denique ad hanc dedicationem impulerunt me tua, *Illuſtriſſime Domine*, in Societatem noſtram merita, quæ noſtri, Præcipuè Viennenſes, grata mente recolunt, quibus remunerandis, quia non ſufficimus, illud unicè votis noſtris à Deo impetrare contendemus, ut Te Eccleſiæ & Reipublicæ Chriſtianæ, longo adhuc tempore valentem ſoſpitémque conſervet, & tandem annis meritíſque gravem cœleſti beatitudine donet. Ingolſtadii, XII. Auguſti, M. DC. XII.

LECTORI.

HAbes hic, amice Lector, Reſponſum ad *Replicationem* Goldaſti Calviniſtæ, ſeu Defenſionem ejus Apologiæ, quam pro Illuſtriſſimo Cardinali Baronio, biennium abhinc, evulgaveram. Si alicubi acriùs cum Sectario egiſſe videbor, memineris, cum quo, quali & quanto calumniatore certamen mihi fuerit. Nec quidquam domeſticæ calamitatis objectâſſem, niſi ipſe ſumma ſua maledicentia ad id faciendum me compuliſſet; tertio quoque verbo *Parricidas*, *Proditores*, & millena talia intonans. Scio, cuilibet, cui ſint fratres, accidere poſſe, quod huic accidit: ſed & hoc ſcio, neminem, cui cor ſapiat, etiam ex Lutheri & Calvini ſecta, tam profligatè fore effrontem, qui me ſpeciatim, univerſim autem omnes Jeſuitas vix alio titulo, quàm *parricidæ* ſeu *parricidarum* inſigniat, ſi familiæ ſuæ talem maculam inuſtam conſpiciat: nam è veſtigio illud ſibi occinet: *Tecum habita.*

Alteram hujus Operis partem debes, mi Lector, clariſſimo J. U. Doctori, Domino Sebaſtiano Tengnagel, Cæſareæ Bibliothecæ, quæ Viennæ eſt, Præfecto, viro non tantùm Latinè, ſed & Græcè, Hebraicè, Chaldaicè, & Arabicè doctiſſimo, & antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſiſſimo. Operæ pretium autem erit Auctores, qui jam primùm publicantur conjungere cum reliquis Gregorii VII. aliorúmque Pontificum propugnatoribus, jam antea à me in lucem emiſſis; ùt cum Paulo Bernriedenſi, cum Bernaldo Conſtantienſi; cum Gerocbo Reicherſpergenſi; tandem cum duobus libris S. Anſelmi Lucenſis contra Guibertum, quos Tomo VI. Antiquæ Lectionis, feliciſſimæ memoriæ D. Henricus Caniſius illigavit.

Nec habeo, quod addam, niſi cohortationem illam S. Epiphanii Hæreſi LIX. *Agite vos ſervi Dei, vos filii ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui certam regulam noviſtis, & via veritatis inceditis, ne trahamini vocibus, & uniuſcujuſque confictæ profeſſionis verbis: Erroneæ enim ſunt horum viæ, & acclivis callis adulteratæ eorum intelligentiæ. Magna jactant, & parva ignorant, libertatem promittunt, cùm ipſi ſint ſervi peccati. De magnis gloriantur, & parvorum omnino participes facti ſunt.*

APPRO-

XXI. *De Conſtitutione Friderici II. pro Eccleſiaſtica libertate.*

XXII. *De Electorum Imperij literis, quibus fatentur, Electoralem dignitatem à Sede Apoſtolica ad ſe veniſſe.*

XXIII. *De inveſtituris Epiſcoporum & Abbatum per baculum ſeu virgam & annulum factis à laica manu.*

XXIV. *De immunitate Eccleſiaſtica plena & perfecta, num tempore Caroli Magni uſitata fuerit.*

GULDINASTUS, AUREUS RAMUS.

AUreus Æneæ reſeravit Tartara Ramus:
Aureus hic Ramus pandit & ipſe ſtygem.
Tu cave, ne tangas: ſine, ab arbore pendeat alta,
Ni migrare velis ad loca ſenta ſitu.

Epanorthoſis.

ÆReus hic potiùs de CALVI *eſt ſtipite Ramus.*
Auri ne micam cor balatronis habet.
Ille quidem obryzum, ſed falſo nomine, præfert
CHRYSALUS *hic aurum: Res probat æra libri.*



JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU THEOLOGI,
ADVERSUS
REPLICATOREM CALVINIANUM
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Utrum GRETSERUS & JESUITÆ ſint parricidæ.

A AFfirmat Calviniſta, toto ſuo libro; & vix Gretſerum alio, quàm PARRICIDÆ nomine dignatur vel affatur. Sed ſi Gretſerus parricida eſt, id aut ideo eſt, quia parentes ſuos occidit; aut quemcunque alium hominem; quandoquidem PARRICIDÆ nomen primitus cuivis HOMICIDÆ tribuebatur; aut quia patriam prodidit, vel prodere ſtuduit; aut quia in eo ordine verſatur, qui parricidia, cædésque parentum, aut quorumcunque aliorum hominum doceat, ſuadeat, approbet. At nihil horum verè dici poteſt.

Non primum; quia parentes GRETSERI naturali morte obierunt, pater quidem anno Domini M. D. LXXV. die 7. Auguſti, mater, anno ſalutis M. D. LXXIX. Hoc
B teſtabuntur quotquot MARCKDORFFII, (quod mihi natale ſolum) adhuc ſuperant, qui parentes meos noverunt; ſuperſunt autem non pauci. Nec ſecundum verè dici poteſt; Teſtificor enim coram Deo, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, me nulli unquam mortalium vitam eripuiſſe, aut eripere voluiſſe, ſive vi, ſive per inſidias, ſive apertè, ſive clanculùm: neque unquam me vel tenuiſſima alicujus homicidij vel latrocinij ſuſpicione laboráſſe.

Inſuper *Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum Teſtor numen*, me non fuiſſe ſocium vel adjutorem tui, ô Calviniſta Goldaſte, fratris, cui nomen SEBASTIANO, qui anno Redemptoris M. DC. III. die 5. Junij, prope Argentoratum, fœminam quandam crudeliſſimè mactavit; ſextóque ejuſdem
Menſis die Argentorati captus; decimo poſt C
die ibidem in rotam actus eſt. Quod tibi cùm jam in Denunciatione Amphotidum Burdonicarum objectum fuiſſet; ùt & poſtea ab Auctore Mantiſſæ ad AMPHOTIDAS, tu ſtrenuè diſſimulas, & Gretſerum ac Jeſuitas, tanquam tui fratris ſimiles; parricidiorum inſimulas.

Verùm ne videar hæc tibi ſine fundo & fundamento objectare, ecce tibi verba Protocolli Argentinenſis.

Aus dem Stadt-Buch oder Protocoll zu Straßburg.

SEbaſtian Heiminsfeld, genannt Guldinaſt von Biſchoffzell aus dem Thurgeu, iſt den 6. Junij anno M. DC. III. darum in hafft kommen, daß er
den 5. ejuſdem ein Weibsperſon, ſo, wie D
er bericht, Dorothea von Grieß geheiſſen, und von Bamberg oder Würtzburg gebürtig geweſen, mit deren er etlich Tag hin und wider gezogen, Morgens frühe, nicht ſehr von der Stadt Straßburg, eh die Thor geöffnet worden, aus Eingeben deß böſen Geiſts, mit einem Meſſer jämerlich den Hals abgeſtochen, dieſelb bis auf das Hembd außgezogen, beraubt, aus dem Weeg geſchleifft/ und ſich, ſobald die Thor geöffnet worden, in der Stadt, in ein offnes Wirtshauß oder Herberg begeben, allda er ergriffen und eingezogen, und auf deſſelben gütliche und peinliche Bekandtnuß den 10. ejuſdem mit dem Rad vom Leben zum Tod gericht worden: der hat den Bericht gethon

A thon, daß er daſelbſt zu Biſchofzell, gebürtig, allda er ein Weib und Kinder, ſich aber von denſelben gethon, und in das Niderland für ein Muſterſchreiber ſich gebrauchen laſſen wöllen, aber in diſen Unfall gerathen, hab etliche Verwandten, einen Bruder zu Franckfort Jacob genannt, ſo auf dem Leinwathauß ſein Wohnung, und ein Stalburgerin Cornelia genannt, zu der Ehe. Item ein Bruder Melchior Heiminßfeld, genannt Guldinaſt, ſo bey dem Hertzog von Bullion ſich halte, und dann einen Georg genannt, ſo zu Zürich bey dem Schwert, von wegen der Zyſer der Handelsleuth.

Vertamus Latinè, ut exteri intelligant, te patricidia & latrocinia è domo & familia
B tua; ad Gretſerum nefariè transferre velle.

Ex Protocollo Argentoratenſi.

SEbaſtianus Heiminsfeldius, cognomento Guldinaſt, oriundus ex Epiſcopicella, oppido Turgoviæ, captus eſt die 6. Junij, anno ſalutis M. DC. III. quòd die quinto ejuſdem menſis, fœminam quandam, cui, ùt teſtabatur, Dorothea à Gries nomen erat; patria autem Bamberga vel Herbipolis, cum qua aliquamdiu hinc inde divagatus fuerat; ſummo manè, non procul à civitate Argentinenſi, priusquam portæ pateſierent, impulſu Cacodæmonis, cultro in jugulum adacto, miſerabiliter trucidâſſet, exutámque uſque ad indu-
C *ſium ſpoliâſſet; ſpoliato cadavere de via in remotiorem locum abſtracto. Portis civitatis apertis in publicum hoſpitium ſe contulit; ubi captus & in vincula conjectus, poſt confeſſionem facinoris in quæſtione & extra torturam, decimo die ejuſdem menſis Iunij in rotam actus eſt: qui dixit ſe oriundum ex Epiſcopicella, illic uxorem & liberos habere: ſed illis relictis, in Belgium proficiſci ſtatuiſſe, ut ibi militaris ſcribæ officio fungeretur; verùm hoc infortunio conſilium ſuum intercisum eſſe. Habere ſe honeſtos cognatos, fratrem nomine Jacobum Francoforti, qui habitet in Ædibus, ubi lineus pannus venditur, cui uxor Cornelia Stalburgerin; Item alium fratrem Melchiorem cognomento Guldinaſt, qui cum Duce Bullionæo degat; & alium Georgium Tiguri verſantem nomine mercatorum, quos Zyſeros vocitant.* Hæc ex Protocollo Civitatis & Senatus Argentoratenſis.

D Quid jam verò Calviniſta? An nôſti hunc Sebaſtianum GOLDINASTUM, ſeu, ùt tu homo ſyncopæ obnoxius, per ſyncopen, mavis GOLDASTUM? An nôſti fratrem ejus MELCHIOREM GOLDASTUM?

Fortè libenter cognoſceres, unde hæc mihi ex Protocollo Argentinenſi? Novi nomen viri. Novi, quo petente hæc exſcripta. Novi, ad quem miſſa. Et quando. Literarum apographum ejus, qui vidit, legit, exſcripſit, monſtrare poſſum cuicunque inſpicere cupienti. Non eſt, quòd plura dicam. Neque hæc dixiſſem; niſi Goldaſtina impudentia me coëgiſſet, qui proinde, ſi PARRICIDAS quærit, domi ſuæ quærat, & inveniet. E

At nec tertium dici poteſt; me ſcilicet patriam vel prodidiſſe vel prodere voluiſſe: ac proinde parricidam eſſe; etſi id grandiſonis ampullis Calviniſta adſtruit, dum ita boat. *Parricidij te convincam, quia patriam cum ſociis tuis & complicibus, cæſum ivisti, & Imperij noſtri majeſtatem, ſuperioritatem, auctoritatem, dignitatem, honorem, & utilitatem, quod in te eſt, perdere ac profligare ſummis opibus atque conſiliis omnibus contendis.* Qua de cauſa verò? Quia in Baroniana Apologia auſus fui inſcitiam hujus Calviniſtæ redarguere; & à calumnis Goldaſtinis Illuſtriſſimum Baronium vindicare. Item; quia auſus fui, aſſerere, Imperatorem & Reges Chriſtianos, eſſe oves de grege Chriſti, cui paſcendo his in terris, Romanus Pontifex, tanquam ſupremus paſtor, præſidet. Ideo ſcilicet Romani Imperii majeſtatem & dignitatem oppreſſum & profligatum ivi; quia ſcripſi, principes orthodoxos tales eſſe, quales Imperator, & omnes Catholici Reges eſſe volunt, & uſque ad finem vitæ perſeverare optant, nempe agnos ſeu oves, quibus curandis B. Petrus, omnéſque ſucceſſores ejus præpoſiti ſunt. *Cap. 3. pag. 11.* F

Scilicet tum Majeſtas Imperij floreret; ſi Imperator, Reges ac Principes ſummo paſtori ſeſe anteponerent: cúmque illo apud Iſaiam dicerent: *In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, &c. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo;* aut cum illo apud Ezechielem: *Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris.* At quomodo horum Majeſtas ex hoc rebelli & elato animo effloruerit, uterque Propheta nobis planum facit: Iſaias quidem hiſce verbis: *Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua; concidit cadaver tuum: ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes, &c. Ad infernum detraheris, in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, téque proſpicient: Nunquid iſte eſt vir, qui conturbavit terram, qui concuſſit regna? Qui poſuit orbem deſertum, & urbes ejus deſtruxit?* Ezechiel autem hunc in modum. *Hæc dicit Dominus Deus: eò quòd elevatum eſt cor tuum, quaſi cor Dei: idcirco, ecce ego adducam ſuper te alienos robuſtiſſimos gentium; & nudabunt gladios tuos ſuper pulchritudinem ſapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum.* Et hoc evenire illis Imperatoribus, qui ſe ſupra ſupremum paſtorem efferunt, vel efferre conantur; teſtis eſt Henricus IV. fortunatus Imperator, ſi Vicario Chriſti obtemperare voluiſſet; cui quid ob ſedem Petri oppugnatam accidit, niſi quod jam ex Prophetarum oraculis audivimus, & quod præterea adjungit Ezechiel: *Perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo: in terram projeci te: ante faciem Regum dedi te, ut cernerent te;* videlicet ad G *Iſaia 14.* *Ezech. 28.* H

exem-

A exemplum, ne ultra ſobrietatem ſapiant: *In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ, polluiſti ſanctificationem tuam. Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te: & dabo te in cinerem, ſuper terram in conſpectu omnium videntium te.*

Quod certè ad literam, ut ita loquar, impletum eſt in Henrico IV. qui tandem de Imperio dejectus, *nec ad inſtar cujuslibet pauperis defuncti, pium vel compaſſivum luctum à quavis inter tot Chriſtianas perſonas promeruit*, ut in ſuo Chronico loquitur Urſpergenſis; *ſed potius univerſorum tam ibidem quàm ubivis verè Chriſtianorum corda, ſimul & ora, infinito nimis tripudio replevit:* quem eò miſeriarum tandem adactum ferunt; ut cum poſteris Heli ſacerdotis, preces illas lugubres fundere debuerit. *Dimitte me, obſecro, ad unam partem ſacerdotalem, ut comedam buccellam pa-* (1. Reg. 2.)
B *nis.*

Nec parricidii tantùm, ſed & rebellionis me poſtulat pacificus iſte Calviniſta. (Pag. 11.) Qua de cauſa? *Quia ſubditos, quia Clericos, quia Laicos, ab obſequio & obedientia legitimi ſui Magiſtratus, Imperatoris, Regum, Electorum, Principum, abalienas, & ut ſeſe eximant ac deficiant, auctor ac incentor es.* Ubi? In quo libro meo? In qua pagina libri? Monſtra, ſodes, locum: ut hæc rebellionis ſemina intueamur. Scripſi quidem pro immunitate Eccleſiaſtica tres libros ad Theologos Venetos; idémque argumentum in BASILICO DORO, ſeu, in Apologia contra Regem Angliæ conciſiùs pertractavi. At Laicos le-
C gitimis Imperatoribus, Regibus & Principibus non debere eſſe ſubditos, nuſpiam aſſerui. Clericos à poteſtate coactrice Principum politicorum exemi; quia exemit illos Deus, exemerunt Canones; exemerunt Imperatores, aliíque Principes: exemit denique ipſa ratio: neque quidquam periculi ab hac exemptione Principibus imminet: & unus Beza à poteſtate civilis magiſtratus non immunis, plus cladis Galliæ intulit & attulit, quàm omnes ſacerdotes exempti, quotquot ab introducto in nobiliſſimum illud Regnum, Chriſtianiſmo, extiterunt; cujus rei teſtem lectori fero epiſtolam Petri Carpentarii, licèt cùm hanc epiſtolam ſcriberet,
D Calviniani, ad Franciſcum Portum itidem Calvinianum, in qua vivis coloribus turbulentiſſimum Bezæ & aſſeclarum ingenium, & in Reges Galliæ obſervantiàm depingit. Inter cætera ita infit.

Nos (moderatiores Calviniſtæ) *exemplo Lacedæmoniorum Muſis & non Marti ſacrificandum putabamus, hoc eſt, Papiſtas à nobis alienos omnibus honeſtis pactionibus & officiis, nobis conciliandos eſſe dicebamus; neque conviciis, neque armis ulla ratione provocandos. Illi contra; quavis via, vel voce, vel manu, Papiſtas hoſtili animo impetendos dicebant, & furori dandas eſſe habenas prædicabant, buccinámque illam Beſæ hominis ſeditioſi, qua ad incendendam ſeditionem,* E *& ad avertendum animum populi à Rege Davide utebatur, perpetuò in ore habebant, & pacem, & concordiam piè, & Chriſtianè nullam inter nos & Papiſtas coagulari poſſe prædicabant. Id ne accideret, uti cauſa exitioſum, omni ratione præcavendum denunciabant, & auctoritate novæ ejusdem Theologiæ, ex fœdiſſimo illo lacu, cauſarum & ſeditionum fodina extracta confirmabant. Et qui animos quieti populi ad ſeditionem excitarent, diſpoſitos habebant in eam rem aptos miniſtros, in eadem ſchola nequitiæ edoctos, qui multa bona & quieta ingenia, furioſis ſuis concionibus, à ſana mente, tanquam à ſtatione deturbabant. Xenocratem ferunt oratione ſua, diſſolutiorum auditorum cor ita perſtrinxiſſe, uti ex diſſolutis temperantes multi evaſerint, illo audito. Sed ab harum furiarum concionibus, nulli meliores, nulli modeſtiores, ſed ex modeſtis & quietis, multi furore illo perciti, ad quodvis ſcelus perpetrandum audaces & feroces evaſerunt.* F

Et nonnullis interpoſitis. *Odium verò & hanc labem animis noſtrorum hominum maximè infundebat, & inculcabat impurus ille, qui apud vos præſidet, & qui tanquam ex Aſmonæa gente Pontificatum & regnum apud vos obtinet. Ille, inquam, ubi ſemel atque iterum Galliam ſibi ex faucibus ereptam videt, quam incendiis atque rapinis vaſtare cupiebat; in Reginam, quæ minoris Regis gubernacula tenens, omnes conatus ſuos & prudenter & viriliter perfregerat, ita incanduit & exaſperatus eſt, ut nihil nunc agat & moliatur aliud, quàm internecionem Valeſij nominis & ſtatus Gallici mutationem. Et publicè decantat & denunciat, Reginam cum catulis ſuis (ut ipſe loquitur) tollendam eſſe, id docet, id imprimit voce, & ſcriptis in omnium cauſariorum animis, atque pectoribus. Hic eſt hujus cauſæ proprius ſcopus, eò ſpectant, eò tendunt omnes cauſariorum conatus, ejus rei exitum* G *ſibi pollicentur, auctoritate vaſis illius impuriſſimi, cujus orationem, uti oracula; cujus ſcripta, ùt libros Sibyllinos; excæcati homines recipiunt.* (Beza deſcribitur.)

Infrà: *Sed illius cæca mens nihil horum videt: tanto in Regem & regnum odio percitus eſt: ut ſolitudinem & vaſtitatem Galliæ, quibuſcunque rationibus petat. Et ſi illi bono Pontifici atque Prophetæ Deus vim illam admirabilem verbi (quæ gladij vim habebat) qua Petrus occidit Ananiam & Saphyram, & Paulus excæcavit Elymam, dediſſet; Deus bone, quantas ſtrages daret in Galliam? Totam Galliam homo furioſus, uno ictu* H *jugularet. Sed quoniam vi aperta in Galliam, & in nos illi ſævire non datur, non intermittit clanculum illius ruinam moliri. Et cùm videret ſuos emiſſarios, per Galliam diſpoſitos, non ſatis, & ex animi ſui voto opera & induſtria ſuam cauſam & ſeditionem promoviſſe; poſt multas illorum objurgationes ipſe tandem, ſpecie & prætextu Synodi generalis, quam habuit ex multis ſuis concionatoribus collectam, non ut de religione, ſed de cauſa tractaret, venit.*

Plura

A Plura de pacifico Bezæ & Calviniſtarum ſpiritu & Evangelio idem in eadem epiſtola Carpentarius; lectu non indigna; ut quo Alaſtore iſti caleſcant, liquidiùs perſpiciatur. Sed de Calviniano genio ſæpius dicendi occaſio dabitur.

Præter rebellionis crimen; etiam crimen falſi mihi imponit. Quamobrem? *Quia diplomata & inſtrumenta Imperatoria & Regia, quibus Romano Pontifici varia dona, imò integræ provinciæ donantur, genuina & legitima eſſe contendi & oſtendi, idque contra vociferationes & depravationes Calviniſticas.* Hoc nimirum Goldaſto cordolium eſt, imò crux altiſſima; cujus impatientia ex pectore Calviniſtico has ridiculas profectò voces extudit: *Itaque bonum factum. Ego S. Rom. Imper. civis* (Quis

Pag. 11.

B te Calviniſtam hac civitate donavit?) *& ſacratiſſimo Imperatori, ſupremo meo Domino, fidus*, (Quæ fides, quæ fidelitas in Calviniſta? Fors Imperator Catholicus tibi aliiſque id genus fidis per antiphraſin miniſtris occinet cum Davide. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam* (Calviniſticam) *qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum*) *te ac ſocios tuos coram juſtiſſimo Imperij tribunali reos defero*, (Nondum tamen citati ſumus) *& publicè accuſo*, (Quàm animoſus iſte accuſator, reo abſente? Ut criſtatus iſte gallus ſeſe ſuo in olido theatro jactat?) *ajóque vos obnoxios eſſe legi Iuliæ Majeſtatis, Pompeiæ de parricidiis, & Corneliæ de falſis, ſenatúſque conſulto Liboniano*, Quem non terreat hæc tam terrifica vox, ſi neſciat, à quo procedat? A quo autem pro-

Pſal. 100.

C ficiſcitur? Ab *Aio locutio*, qui *ait* tantùm; quíque *loquitur* tantùm; & quidem ſine mente; cui *parricidia* domi ſuæ naſcuntur; ùt ſuprà oſtenſum: in cujus Calviniſtica ſchola crimen læſæ Majeſtatis à teneris unguiculis diſcitur, dictatoribus & doctoribus Calvino & Beza; ùt te docebit antè nominata Petri Carpentarij Epiſtola. Et ſi lege Julia Majeſtatis *tenetur is, cujus opera, dolo malo conſilium initum eſt*, ùt ait Ulpianus, *quo obſides, injuſſu principis, interciderent; quo armati homines cum telis lapidibúſve in urbe ſint, conveniántque adverſus Rempublicam, locáve occupentur vel templa, quóve cœtus conventúſve fiat, hominéſve ad ſeditionem convocentur, cujúſve opera, conſilio, dolo malo, conſilium initum erit, quo quis magiſtratus populi Romani, quive Imperium po-*

L. proximum ff. ad legem Jul.

D *teſtatémve habet, occidatur, quóve quis contra Rempublicam arma ferat;* ſi inquam, qui hæc & plura alia à Juriſconſulto enumerata perpetrat, reus Majeſtatis eſt; quis magis reus Majeſtatis erit, quàm Calviniſtæ, quibus hæc talia tam ſunt propria, quàm hinnitus equo, rugitus leoni, balatus ovi?

Cæterùm ſi pœna legis Corneliæ de Falſis in caput tuum recidiſſet, quando eam primùm commerueras, jam nobis denuò, cum inſulſiſſima & mendaciſſima tua *Replicatione* nullam moleſtiam procreâſſes, & forſan primum *Falſi* crimen à te patratum, non fuit illud, quando ſub excellentiſſimi Lipſii nomine ſordidam Orationem Tiguri evulgâſti; adſcripto tamen Lugduni nomine, ut fraus eò occultior eſſet. Quæſo te, relege aliquando epiſtolam 68. Lipſii, (quæ extat in ſelectarum epiſtolarum Centuria ſingulari) ad Senatores Francofurtenſes: Illic, qualis ſis, velut in ſpeculo, clarè perſpicies: & quia jam ſaltem aliquando, Francofurti moraris, bonum ſactum faceres, ſi Senatores illos ad crebram lectionem Epiſtolæ illius cohortareris: impenſiùs enim te amarent, & civitati ſuæ de tali incola non immeritò gratularentur. E

F In ejuſdem legis pœnas poſtea iterum incurriſti, cùm triplici rogo dignos commentarios in *Priapeja*, ementito clariſſimi Schioppii nomine evulgâſti: adjunctis ejuſdem cloacæ turpiſſimis quibuſdam monumentis, quæ ſatis teſtatum ſaciunt, qualis, ùt non ſemel loquitur Lutherus, ſis *Priapiſta* digniſſimus ſanè, qui in fano Helleſpontiaci iſtius portenti vel Myſten, vel Myſtagogum agas, ubi tamen priùs pœnam falſi exſolveris: *Eſt autem pœna falſi, vel quaſi falſi, deportatio, & omnium bonorum publicatio, & ſi ſervus quid eorum admiſerit, ultimo ſupplicio adfici jubetur*, ùt ait Jureconſultus. Optio tibi datur, ut quodnam horum magis arriſerit, eligas. Eliges autem, ſi me audis, poſtremum; quia ſatius eſt Calviniſtam, præſertim tam grandem falſarium, aut non naſci; aut natum è veſtigio hinc abire. G

L. pœna f. ad legem Corneliam

CAPUT II.

Num Gretſerus ſit parricida, quà Societatis JEſu Religioſus.

EX tribus cauſis ſuperiore capite allatis, quibus Calviniſta adductus videri poſſet, ut Gretſerum *Parricidam* appellaret, etiam hæc una erat, quòd Gretſerus profiteatur ordinem, *qui parricidia doceat, probet, & ad ea patranda diſcipulos ſuos incitet.* Et hanc cauſam cap. 2. reddit Calviniſta, licèt mox cap. 3. ob criminandi impetum, ſui oblitus, aliam aſſignet; quemadmodum antea vidimus. H

Ut ergo planum faciat, Jeſuitas eſſe parricidiorum doctores, auctores & patratores, inſcitiſſimè & indoctiſſimè totum primum caput conſumit in Narratione de *Aſſaſinis*, qui olim in Oriente graſſabantur, & improvidis ex improviſo exitium afferebant. Non examinabo hiſtorica errata *Aſſaſini* noſtri; illud potiùs diſpiciamus, quomodo probet Jeſuitas eſſe poſteros & ſucceſſores veterum illorum in Oriente Aſſaſinorum. Hoc enim dupliciter demonſtrat: Primò, auctoritate Paſquierii, qui *Catechiſmum Jeſuiticum* edidit: Gabrielis Barletti; in *ſuſpicionibus de*

A *Antichriſto ;* Arnaldi in *Philippica :* Auctoris *ingenuæ orationis ad Chriſtianiſſimum Regem*, Auctoris *characterum Jeſuiticorum ;* Cambilhonii *de ſtudiis abſtruſioribus Jeſuitarum.* Auctoris *aphoriſmorum Jeſuiticorum.* Urſini *in ſpeculo Jeſuitico.* Anticotoni ſive ejus Auctoris, qui refutavit Epiſtolam Declaratoriam Cotoni ad Reginam.

II. Idem probat ex famoſo libello ſæpius jam Gallicè, Latinè & Germanicè impreſſo, cujus inſcriptio: *Myſterium Jeſuitarum, quo initiare ſolent eum, quem ad principis alicujus parricidium induxerunt :* quem libellum Calviniſta integrum tranſcripſit, & contumelioſo ſuo Centoni inſuit & aſſuit.

B Cæterùm mihi ad has ſtramentitias probationes reſpondere paranti occurrit, Ludovici Pii Imperatoris ſeptimum capitulum ex iis, quæ ipſemet Calviniſta evulgavit; *Placuit, ut ſemper primò in accuſatione Clericorum,* (Tom. 3. conſtitut. Imperialium. fol. 258.) *perſona, fides, converſatio & vita blaſphemantium,* (hoc eſt, accuſantium) *perſcrutetur, nam fides omnes actus hominis debet præcedere ; quia dubius in fide, infidelis eſt. Nec eis omnino eſſe credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ converſationis vitam ducunt ; quoniam tales facilè & indifferenter lacerant & criminantur rectè & piè viventes ; ideo ſuſpicio eorum diſcutienda eſt primò & corrigenda.* Hactenus Imperator ex Decretis Sixti Papæ. Idem & hic fiat. Accuſantur Clerici, nec pauci tantùm; ſed numeroſus ordo per totum Chriſtianum orbem diffuſus; & accuſantur atrociſſimi criminis, nempe parricidii, & magiſterii ad parricidia perpetranda. C Videamus, quales iſti accuſatores? Lutheriſtæ, Calviniſtæ, Trinitarii, Serveriani, Apoſtatæ, plerique anonymi, capitales Jeſuitarum hoſtes, quibus nihil optatius evenire poſſet, quàm ut omnes Jeſuitæ uno momento perirent. Quæ verò iſtorum fides? Lutherana, Calviniana, Ariana, Servetiana, Machiavellica, hoc eſt, nulla. Quæ converſatio & vita? Talis nimirum, qualis eſſe ſolet eorum, qui nec Deum timent, nec homines reverentur, quibus vivere eſt mentiri & calumniari: qui ſexcenties apertiſſimorum mendaciorum convicti ſunt: (Ezech. 2. 3.) *dura facie, & indomabili corde, & fronte attrita*, ùt de Iſraëlitis eſt apud Ezechielem; D & hiſce ſive ſcribentibus, ſive concionantibus, ſive in ſcholis, ſive alibi in circulis, de Jeſuitarum doctrina, moribus & vita garrientibus, quiſquam, qui non ſit ejuſdem claſſis & conditionis, quidquam credendum exiſtimet?

(Lib. 5. leg. Francic. cap. 245.) Inter Leges Francicas reperitur & iſta: *Ejus, qui frequenter litigat, & ad accuſandum eſt facilis, accuſationem abſque grandi examine nemo accipiat.* Quid iſtis non dicam facilius, ſed projectius ad accuſandum, & quidem via & ratione prorſus illegitima & interdicta, per chartas famoſas, eáſque frequentiſſimas & denſiſſimas? Cur ſi non aliud, hoc certè fit, quod ibidem præcipitur? *Judicantem oportet cuncta rimari & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi ac proponendi, adjiciendique patientia præbita ab eo, ut ibi actio partium limitata ſit pleniter.* E (Cap.) Hæc cautio præſcribitur Judici in foro. Cur idem non præſtet quivis Judex privatus in ſuo Muſeo, & alibi locorum, ubi infamatrices & criminatrices hujus generis chartas legit? Cur alteram aurem non ſervat Jeſuitis? Cur eorum Apologetica ſcripta non audit? Cur non ſecum perpendit, an ullo modo veriſimile, Jeſuitas parricidiis docendis, diſcendis, patrandis deditos eſſe; nec tamen in hoc ſuo ſtudio deprehendi poſſe, & quidem tanto jam tempore; tam diverſis in locis: tanta adverſariorum cura & attentione, & in Jeſuitarum actiones F inquiſitione? Quid incredibilius, quàm tot hactenus annis, tam nefaria facta ita occultari potuiſſe; ut non extraherentur in publicum, omni tergiverſandi via præcluſa? Hæc generatim ad probationes Calviniſticas.

In ſpecie oppono libris libros, vanis & mendacibus, ſolidos & veraces: nigris & ſtygio atramento ſcriptis, candidos, & nullo loliginis ſucco tinctos: nam Catechiſmum Jeſuiticum & Orationem ingenuam (per antiphraſin vel Ironiam, ſic appellatam) ùt fuſiſſimè, ita doctiſſimè refutavit Ludovicus Richeomus in expoſtulatione Apologetica ad Chriſtianiſſimum Regem, Gallicè ſcripta, & poſtea in Latinum ſermonem tranſlata. Philippicam Arnaldi profligavit Franciſcus G Montanus Gallica Apologia; & ipſa Societas JESU in Gallia in brevicula Apologia ad Chriſtianiſſimum Regem: Utraque poſtmodum Latinè eſt reddita; & Ingolſtadii excuſa. Cambilhonium refelli ego ipſe; meámque refutationem in Germanicam linguam tranſtulit Conradus Vetter. Aphoriſmis Jeſuiticis lumbos fregerunt duo ex noſtris Martinus Becanus & Sebaſtianus Heiſſius. Anticotono Gallicè, Germanicè, & Latinè reſponſum eſt cùm ab aliis, tum à Jacobo Kellero in Tyrannicidio, & ab Andrea Eudæmon Joanne in proprio libro adversùs Anticotonum. Apologiam verò Gallicam contra ejuſdem Anticotoni & Sociorum criminationes latinitate donavit Joannes Per- H pezatius.

Florenij colloquium ſponte ſua ruit, nullius impulſu accedente; ſi ſolum auctorem ſpectes, qui poſt Apoſtaſiam nec Lutheranus, nec Calvinianus, nec Servetianus, nec Anabaptiſta, nec alius hujus ætatis Novator, propriam ſibi fidem cudit, vel potiùs atheus factus in profundum impietatis deſcendit. Vicimus ſi cum accuſatore iſto obſervetur lex illa Francica. (Lib. 5. cap. 239.) *Item à prædicta ſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia ſancitum eſt, & ab omnibus ſynodali auctoritate decretum, ut ſemper primò perſona, fides, vita & converſatio accuſantium enucleatim perſcrutetur, poſt*

A *ea, quæ objiciant, fideliter pertractentur, quia non aliter fieri quidquam debet, niſi priùs impetitorum vita diſcutiatur.*

Joachimus Urſinus, Hypomnemati Schardiano præfixa calumnioſa præfatione, Jeſuitas ad certamen elicere cogitabat, ut & ipſe triumphum ex his adverſariis reportaret. Sed nullus, quod ſciam, fuit, qui ineptias hominis vel unius aſſis æſtimaret, quippe jam ſatis ſupérque in aliis ſycophantis profligatas. Thuani Elegiæ in parricidas oppono ipſum Thuanum; quem ſatyræ illius pœnituiſſe, atque adeò, ut ſpongia eluatur, præcepiſſe, intellexi ex iis, quibus Thuanus, Chriſtianiſſimo Rege Henrico vivente, perquam familiariter utebatur, Frontone Ducæo, & Jacobo Sirmundo, Societatis noſtræ Sacerdotibus. Si poſt Chriſtianiſſimi Regis mortem Thuanus animum mutavit; id nihil ad rem. Quiſquis nos
B parricidij Doctores aſſerit, is argumenta, quæ tot libris pro innocentia noſtra attulimus, ad ſuas itidem accuſationes diluendas pertinere arbitretur.

At majus opus moveamus, & efficaciorem Apologiam adducamus. Quæ illa? Chriſtianiſſimi Regis Henrici IV. qui calumniatorum accuſationes ita diſpulit, ut vix, quod hiſcerent, ipſo ſuperſtite ampliùs ſuppeteret. Nam & noſtros in ea Galliæ loca, unde expulſi fuerant, revocavit. Num id facturus, ſi Jeſuitas pro parricidis, aut parricidij magiſtris habuiſſet? & in ampliſſimis nobiliſſimiſque civitatibus nova collegia condendi poteſtatem fecit. Deinde eleganti oratione Apologetica omnibus adverſariorum noſtrorum objectionibus & querimoniis tam abundè ſatisfecit, ut cauſæ nihil ſit, cur
C vel validiorem vel fuſiorem innocentiæ noſtræ vindicationem poſtulemus vel etiam optemus. Quæ tanti Regis Apologia non ſemel jam Latinè & Germanicè typis ſubjecta in multorum manus venit, modico Sectariorum gaudio.

Accedat, auctarij loco; hodierni Chriſtianiſſimi Regis Ludovici XIII. & Sereniſſimæ Matris teſtimonium: cùm enim poſt triſtem caſum Regis Henrici, ingens calumniatorum turba ſturnatim provolaret, ſuíſque vociferationibus, id unum efficere tentaret, ut ex Gallicano Regno, tanquam
D parricidæ, pelleremur, Rex & Regina intrepidè nefandis hoſtium noſtrorum conatibus ſeſe oppoſuerunt, & innocentiæ immortale teſtimonium perhibuerunt: quod non ita pridem in Latinam linguam verſum, Ingolſtadij cum aliis eódem pertinentibus, typis excuſum eſt.

Ad Myſterium Jeſuitarum, quod attinet; id Delphis in Holandia apud Joannem Andream Bibliopolam natum eſt, & quidem Gallicè: mox in Germanicam linguam translatum: ne Germanis hic turpiſſimus mendaciorum artifex ignotus eſſet: quanquam E nomen fabulatoris non exprimitur; tametſi Typographi nomen non ſileatur. Quocirca hoc ipſo fidem ſibi abrogat. Deinde figmentum hoc ab Hæretico prodiit: ubi leges Francicæ mihi inſuſurrant: *Omnes, qui in fide Chriſti vel Catholica ſuſpecti ſunt, in teſtimonio humano dubij habeantur. Infirmari ergo oportet eorum teſtimonium, qui in fide falſi docentur. Nec eis eſſe credendum, qui veritatis fidem ignorant.* Præſcriptum eſt ergo apud quoſcunque cordatos & prudentes contra hoc MYSTERIUM, quandoquidem ex officina eorum, qui Catholica fide deſtituti ſunt, proceſſit.

Lib. 5. cap. 163.

Tertiò, ipſum MYSTERIUM, verè eſt iniquitatis Calviniſticæ non myſterium, ſed apertiſſimum & lucidiſſimum argumentum. Nam ſi iis ritibus, quos Hæreticus comminiſcitur, initiamus juvenes, ad cædes Re- F gum perpetrandas, ſiſtant, non nobis, ſed legitimo magiſtratui, aliquem, qui hunc in modum à nobis initiatus fuerit. Nominent initiatorem, locum, tempus, & hujus generis alia, quæ ad fidem faciendam, & ad veritatem ſolidè explorandam faciunt. Nec hoc Calviniſtis difficile accidet, ſi vera ſunt, quæ in hoc ſuo myſterio tradunt & ſpargunt. Quomodo enim nôrunt candidato parricidij *Cultrum linteolo involutum, eburnáque & circumquaque variegata ciſtula cum Agno Dei incluſum, tradi;* ſi id ipſi aut propriis oculis non viderunt; aut ab iis, qui hoc coràm intuiti ſunt, mediatè vel immediatè non acceperunt? Qui unde ſciunt? G *cultrum ex ciſtula exemptum aliquot benedictæ aquæ guttis aſpergi, appenſis manubrio globulis corallinis conſecratis?* Neceſſe profectò eſt, ut hæc talia aliquis viderit; & formulam Itidem illam precum, cum qua cultrum parricidæ in manum præbent, audiverit, alioqui inevitabiliter ſequitur, hoc totum myſterium, nihil aliud eſſe, niſi grandiſſimum mendacium in Calvini gurguſtiis natum. At quis ille, qui vidit, qui audivit? Producatur; prodeat in medium. Accuſet apud legitimum magiſtratum Jeſuitas, ut, re comperta, tanti ſceleris ac facinoris debitas pœnas exſolvant. Prodeat, iterum clamo, in medium, intueamur os & fron- H tem hominis. At fortè prodibit cum nuncio illo ſeu Tabellario, qui Monachij in Templo S. Michaëlis profundiſſimùm ſtertens Jeſuitas infandam libidinem cum horrifico homicidio explentes vidit.

Nec acquieſcemus, ſi regerant, eum, qui viderit, jam vita functum adiri non poſſe: nam hoc nihil aliud eſſet, quàm figmenti à Calviniſticis fabrefacti manifeſta confeſſio. An Calviniſtæ contenti forent, ſi de ipſis tale quid divulgâſſem; & poſtea teſtem oculatum tanti criminis proferre juſſus, dicerem,

A rem, jam vivere deſiiſſe, neque ampliùs adiri poſſe?

Affirmat commenti hujus faber, cum parricida jam conſecrato *quatuor duntaxat Jeſuitas, ad id deputatos, loqui*, oportet ergo, ut hos ad colloquium hoc deſtinatos Jeſuitas aliquis viderit? At quis ille? Quinam illi? Ubi? In quo collegio? In qua civitate? Num in Utopia? Aut ſaltem in aliqua ex Inſulis Orchadibus? Num in ultima Thule?

Ait fabulator: *Parricidam duci ante altare, in cujus pinace depicta ſit hiſtoria Jacobi Clementis, Monachi Dominicani, cum imaginibus An-*
B *gelorum, eum protegentium, ad cœlúmque ducentium: hanc ei Jeſuitas oſtendere, & ſimul præſentare cœleſtem coronam, dicentes: Domine, reſpice hic brachium tuum, & exſecutorem juſtitiæ tuæ.* Veniant Calviniſtæ, & omnes angulos totius alicujus collegij luſtrent & ad faſtidium uſque excutiant. Si talem tabulam vel tabellam repererint, tum mendacij hujus architectum, vera narrâſſe non inviti confitebimur. Hac ipſa æſtate Calviniſtæ Collegium Aquisgranenſe ex improviſo occupârunt. Num nefarij hujus myſterij nefandum altare invenerunt? Num anno ſuperiore Lutherani cùm Molsheimenſe Collegium invaſiſſent? Num quid hujus generis ante aliquot annos repertum in Gallicanis Collegijs, num in Venetis, num in Tran-
C ſylvanicis, ex quibus ejecti fuimus? Num Monachus ille, qui Henricum III. confodit? num Caſtellus, qui violentas manus Henrico IV. inferre tentavit; num quisquam alius à Solis ortu usque ad occaſum exſtitit, qui diceret, ſe à Jeſuitis hoc ritu ad cædes & latrocinia initiatum fuiſſe? Equidem mihi perſuadeo, ne parricidam quidem Goldaſti fratrem, Argentorati in rotam evectum, id affirmaturum fuiſſe, ſi ſuper hac re interrogatus fuiſſet.

Non defuêre, qui deſerta Societate noſtra, ad Hæreticorum caſtra transfugerint; & poſtea Invectivis ſuis relictum abs ſe Ordinem publicè laceraverint. Et tamen nullus eorum fuit, qui de hoc Myſterio aliquid
D ſomnisret; non omiſſuri, ſi vel exiguam ejus umbram apud nos conſpexiſſent. Horrifica facinora & flagitia nobis objectârunt Haſenmüllerus, & Cambilhon; & varia itidem de ſalutari ſacrarum exercitationum uſu mentitus fuerat Gabriel Lermæus in ſua *Introductione*. At nihil iſti de hoc Myſterio. Cur nihil? Quia fictitium eſt: nec ut illud fingerent, ipſis in mentem venerat: Quanquam, ſi veniſſet, æquè intrepidè id finxiſſent, atque iſte, quisquis eſt, Calvini diſcipulus, qui, Diabolo ſuggerente, hoc myſterium concepit, peperit, & typis per orbem diſperſit: neque enim princeps ille omnis calumniæ & pſeudologiæ ſator & ſartor Cacodæmon uni omnia figmenta dictat; quædam in aliud tempus reſervat; ut E
ſi prioribus nihil effectum ſit; poſteriora ſubmittat, & ut, quibus mendaciorum eſca ſuavis eſt ac jucunda, ſemper novum pabulum habeant, quo appetitum exacuant. Sed inſaniant iſti, tonent, fulminent, Mænadum in morem bacchentur, fœdiora & truculentiora, quàm ſit hoc myſterium, indies comminiſcantur, evulgent, ſpargant, nos à defenſione avitæ & patritæ fidei propterea non deſiſtemus, ſed dies noctésque in Templis & Scholis, & alibi, ubicunque occaſio offeretur, operam dabimus; ut Catholica religio conſervetur, vigeat, floreat, augeatur & propagetur. Et ad hunc finem tendemus *per arma juſtitiæ à dextris & à ſiniſtris,* 2. Cor. 6.
per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut ſeductores, & veraces, ſicut F
qui ignoti, & cogniti, quaſi morientes; & ecce vivimus. Exercentur quidem ſanctæ animæ ſermonibus æmulorum, inquit B. Ennodius, Ticinenſis Epiſcopus, *ſed ad gloriæ augmenta deputant, quidquid contra earum meritum accuſator ingeſſerit: ſicut Doctor gentium clamat, homines oblocutionibus exerceri. Ut ſolent arbores, quæ ad terræ penetralia validis radicibus pervenerunt deſpicere flabra ventorum; & certamina procellarum, ſtabilitate propria animante, contemnere; ſic illi repudiantes, ſuperſtitioſi, quæ impacta fuerit, caliginem figmenti, per ſudum radios bonæ converſationis oſtendunt; nam dum quis illorum objectis, conſcientia teſte, congreditur, ad triumphi ſpem interna æſtimatione percurrit.* Hæc pulchrè Ennodius. (Ennod. Epiſt. lib. 1. Epiſt. 5.)

Nec habent Sectarii aliam cauſam nos perpetuis Satyris & calumnioſiſſimis Invectivis G
traducendi, niſi quia pro viribus Catholicæ Religioni opitulatum imus, & quia inſtitutione Iuventutis, hæreſi quidquid poſſumus, præſidii & augmenti ſubtrahimus. Hæc ſcilicet noſtra qualiscunque diligentia, omnia iſta MYSTERIA, omnésque chartas famoſas condit; ſeu ut condantur, & in lucem proferantur, efficit. Sed nos memores ſumus ejus, quod ſcriptum reliquit Victor Epiſcopus Carthaginenſis in Epiſtola ad Theodorum Pontificem Maximum, quæ extat in Concilio Lateranenſi ſub Martino hujus nominis primo Pontif. Romano. *Studioſiùs à Catholicis probè reſiſtere improbis imminendum* H
eſt, ne torpore deſidiæ oppreſſi, culpæ taciturnitatis teneamur obnoxii, & quaſi favorem impendentes judicemur, dum adverſa Catholicæ fidei propulſare negligimus, &c. Negligere quippe cùm poſſis, deturbare perverſos, nihil eſt aliud, quàm fovere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare.

Porrò hæc de parricidiis calumnia in Galliis nata, & inde in Belgium, Germaniam, Angliámque perlata, etiam in Hungariam & Tranſylvaniam penetravit, in qua cum Calviniſtis & Lutheriſtis mixti Ariani & Athei, qui Anno ſuperiore, hoc eſt, M. DC. XI.

A XI. XI. Septembris ediderunt Edictum, in cujus Exordio iſthæc leguntur. *Quandoquidem notorium eſt, apud ſectam ſe nominantem Ieſuitas multa noxia & indecentia media practicari ad juventutem ipſorum ſcholas frequentantem, ſub ſpecie diſciplinæ & devotionis inficiendam, ut illa ſine convenienti notitia verbi Dei inſtituta non ſolùm ad ſervitia harum provinciarum inutiles fiant, verùm etiam ad latrocinia contra Reges & Principes inſtigentur & educentur, in quem finem hujuſmodi perſonas, dum eas promovent, & alias juramento obligant & adſtringunt, &c.*

Quod edictum in Germaniam inferiorem perlatum, ita ſe partium illarum Calviniſtis probavit, ut illud ſuum in uſum vertendum & ſub nomine Nobilitatis ac civitatum DA- B VENTRIÆ, ZWOLLÆ, & aliarum publicandum cenſuerint, ut avocarent ex ſcholis noſtris ſuorum ſubditorum filios, propoſita non obtemperantibus pœna primùm quidem quinquaginta; deinde centum aureorum.

Sed huic Calviniſtarum, Lutheriſtarum, Trinitariorum & Atheorum criminationi, nihil aliud reponimus, quàm teſtimonium ipſius Principis Tranſylvaniæ, quod nobis perquam honorificum dedit; licèt à Catholica communione alienus eſſet. Id verbatim adſcribam, non ut ex frontibus Sectariorum ruborem eliciam; jam pridem enim depuduerunt; ſed ut omnes intelligant, quanta & quàm inexſaturabilis ſit Novatorum in Je- C ſuitis inſectandis calumniandi & mentiendi libido.

Teſtimonium datum Societati JESU ab Illuſtriſſimo Tranſylvaniæ Principe.

NOs SIGISMUNDUS RAKOCZI Dei gratiâ Princeps Tranſylvaniæ, partium regni Hungariæ Dominus, & Siculorum Comes, &c. ſignificamus tenore præſentium, quibus expedit univerſis. Quòd cùm ſuperioribus diebus Reverendus Dominus Joannes Argenta Societatis JEſu antea in Tranſylvania Provincialis in hoc regnum Tranſylvaniæ eam ob cauſam veniſſet, ut à nobis, & ſubditis noſtris in dicto regno noſtro Tranſylvaniæ, & partibus Hungariæ ditioni noſtræ ſubjectis impetraret in priora Reſidentiæ ſuæ loca olim à D. Stephano Rege Poloniæ, Magno D *Duce Lituaniæ, ac Principe tunc memorati regni Tranſylvaniæ fundata, ſimul cum reliquis Patribus, ac Magiſtris ejus Ordinis, regredi liceret, eam rem in Comitiis Regni Claudiopoli ad decimum diem menſis Junij præſenti anno celebratis diu, multiſque agitatam, numero, & multitudine Catholici ab adverſariis eorum ſuperati conſequi non potuerunt. Unde nos præſentibus noſtris teſtificamur, eoſdem Patres Societatis JEſu, ùt bonos, & morum integritate graves viros ex ſuis Collegiis, boniſque non ob ullum delictum, aut notæ alicujus vitium, verùm ob inſtantiam Romanæ, & Catholicæ fidei contrariam opinionem ſequentium eſſe deturbatos, excluſos, & in* E *alia loca demigrare coactos, prout teſtificamur harum noſtrarum vigore, & teſtimonio literarum mediante. Datum in civitate noſtra Coloſvvar die 26. menſis Junij, Anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo ſeptimo.*

Sigiſmundus Rakoczi.

Habent ergo Sectarij veram cauſam, cur noſtri ex Tranſylvania ſint ejecti, nimirum odium Calviniſtarum, Lutheriſtarum, Trinitariorum & Atheorum in Jeſuitas; quibuſcum irreconciliabile bellum gerunt; quia ùt verè ſcripſit beatus Martyr Cyprianus; F *nulla ſocietas fidei & perfidiæ poteſt eſſe: qui cum Chriſto non eſt, adverſarius Chriſti eſt; qui unitati & paci ejus inimicus eſt, nobiſcum non poteſt cohærere.*

Teſtimonio Illuſtriſſimi Principis adjungamus literas Catholicorum Procerum in Tranſylvania, quibus publicè teſtati & proteſtati ſunt, expulſionem illam Societatis ex Tranſylvania, eſſe iniquam, & tam divinis, quàm humanis legibus adverſam, ſéque in illam neque conſenſiſſe, neque unquam conſenſuros.

Literæ Procerum Tranſylvaniæ pro Societate JESU.

NOs ſubſcripti in unitate fidei Catholicæ Romanæ Eccleſiæ conſentientes Regni Tranſylvaniæ, partiúmque eidem annexarum, G *tum incolæ, tum in eâdem, iiſdemque poſſeſſionati; ad univerſorum, tam præſentium, quàm futurorum notitiam, harum ſerie volumus pervenire. Quod nobis, unà cum aliis ſectariis, puta Lutheranis, Calviniſtis, Arianis, aliiſque privatæ opinionis aſſertoribus; non definiendæ religionis, vel ad exterminationem Societatis JESU, verùm pro tractandis aliis, cùm privatis, tum publicis regni negociis, huc Claudiopolim ad Generalem diætam congregatis, Reverendus Pater Joannes Argentus, ejuſdem Societatis JESU ſacerdos, & in hac Tranſylvania Viceprovincialis, qui non ita pridem à ſereniſſimo Principe Stephano Bockaij, proprio arbitrio, abſ-* H *que Regnicolarum conſenſu, violenter è bonis propriis, & ſtabilibus reſidentiis, cum ſociis aliis ejectus fuerat, defendendæ propriæ innocentiæ cauſa, & intervenientibus etiam commendatitiis Sereniſſimi Principis, & Domini, Domini Matthiæ Archiducis Auſtriæ, &c. juxta mentem ſacratiſſimæ Majeſtatis Cæſareæ emanatis, coram Statibus, & univerſis ordinibus hujus Regni, in templo Arianorum ad longum auditus fuiſſet, ſuique adventus cauſam, innocentiam, doctrinæ veritatem, morum integritatem, abundè demonſtrando, juſtitiam imploràſſet, & ſi qui eſſent, qui his contrarium, tum rationibus, tum certis teſtibus docerent, prodire flagitàſſet, id ipſumque nos omnes Catholici, ab adverſariis contra Patres Societatis tantùm mutua conſpiratione unitis poſtulâſſemus, quò videlicet, in dicta cauſa, nul-*

A *lis teſtibus convicti, è propriis ſedibus, & bonis Patres Societatis non modò non exturbarentur, verùm contra omnem æquitatem à Sereniſſimo Stephano Bockaij ejecti, ſuis locis, Juribus, & liberis Catholicæ religionis exercitiis reſtituerentur.*

Ubi adverſarij ſe cauſam deſperatam tueri, nec rationibus, aut æquitate quidquam ſe conſequi poſſe animadvertiſſent, obſtinata pertinacia, & tumultuario clamore in id conſenſiſſent, ut Patres Societatis ex hac Provincia penitus eliminarent. Cui ſententiæ, uti contra æquitatem, & communem juſtitiam, quæ ſua cuique reddi, nec quenquam inauditum, non convictum, non ſententiatum damnari ſuo jure poſtulat, ſubſcribere haud potuimus. Verùm nomine omnium noſtrûm, tam præſentium, quàm abſentium Catholicorum fratrum noſtrorum, ſucceſſorúmque noſtrorum, de hac indigna, inaudita, juribúsque regni con-
B *traria ſententia, in publica Diæta, tam coram univerſis contrariis ſtatibus, & ordinibus regni, quàm coram ipſomet moderno Principe noſtro Illuſtriſſimo Domino SIGISMUNDO RAKOCZI, adjunctiſque Conſiliariis ejuſdem ſolenniter proteſtati, eidem contradiximus; nunquam huic ſententiæ, Patrúmque Societatis JESU ejectioni, bonorum, juriúmque eorundem ablationi conſentire volentes: ſiquidem à piis, legitimiſque hujus regni Principibus, fundationes ſuas, privilegia ſua, ac confirmationes, habeant, neque alicujus vel leviſſimi criminis, cur ea, de jure amittere potuiſſent, unquam convicti fuiſſent: prout contradicimus præſentium per vigorem. Datum Claudiopoli XX. Junij anno Chriſti, Milleſimo, ſexcenteſimo ſeptimo.*

C

Franciſcus Daroczy de Deregnyco, ſacræ Cæſ. Majeſtatis Conſiliarius, & cæteri.

Alias Procerum ſubſcriptiones & ſigilla omittere viſum eſt, brevitatis cauſa.

Ex quibus planum liquidúmque evadit, non ob parricidia, vel parricidiorum diſciplinam, ſed ob ſolam Catholicæ fidei profeſſionem & defenſionem noſtros ex Tranſylvania ejectos eſſe; iſtos autem parricidia, & immaniſſima quæque ſcelera nobis affingere, ut populus incitatus eodem infortunio nos mactet, quo olim quidam mactati ſunt; quod Goldaſtus Calviniana manſuetudine ebrius ad finem capitis ſecundi his verbis optat:
D *Donec tandem aliquando Jeſuitæ idem exitium cum Aſſaſinis & Templariis inveniant.* Sine dubio, ſi Goldaſtus tuperefſet, quaodo Jeſuitæ trucidandi eſſent, fratris ſui Argentorati in rotam acti, cultrum ſibi optaret, ut ſicut ille mulieris jugulum cultro illo miſerabiliter diſcidit; ita & ipſe euodem cultrum in Gretſeri & Sociorum ejus jugulum adigeret. Interim dum hæc Calviniſtis tam jucunda dies illuxerit, oos ſonora voce cum S.
S. Cyprian. epiſt. 55. Cypriano palàm cantabimus. *Armant nos hæretici, dum nos putant ſua comminatione terreri, &c. Et optamus quidem, ne quod loquuntur furore, impleant crimine; ne qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquant.* E *Oramus ac deprecamur Deum, quem provocare illi & exacerbare non deſinunt, ut eorum corda miteſcant, ut furore depoſito, ad ſanitatem mentis redeant, ut pectora operta delictorum tenebris, pœnitentiæ lumen agnoſcant; & magis petant fundi pro ſe preces atque orationes antiſtitis, quàm ipſi fundant ſanguinem ſacerdotis. Si autem in ſuo furore permanſerint, atque in iſtis inſidiis & minis parricidalibus crudeliter perſeveraverint, nullus Dei ſacerdos ſic infirmus eſt; ſic jacens & abjectus; ſic imbecillitate humanæ mediocritatis invalidus, qui non contra hoſtes & impugnatores Dei divinitus erigatur, cujus non humilitas & infirmitas vigore & robore Domini protegentis animetur. Noſtrâ nihil intereſt, aut à quo, aut quando perimamur, mortis & ſanguinis præmium de Domino re-* B *cepturi. Illorum flenda & lamentanda conciſio eſt, quos ſic Diabolus excæcat, ut æternæ Gehennæ ſupplicia non cogitantes, Antichriſti jam propinquantis adventum conentur imitari. Denique ſacerdos Dei Evangelium tenens & Chriſti præcepta cuſtodiens, occidi poteſt; non poteſt vinci.*

CAPUT III.

Modeſtia & ingenuitas Calviniana.

VEniam dabis, lector, quòd te io bunc librum meum per tam aſpera coovíciorum & mendaciorum Calviniſticorum ſenticeta & urticeta introduco. Se- G mel hac moleſtia defuogendum erat; ídque ſub ipſum itineris exordium; viribus adbuc integris & recentibus; ne identidem recurrentia vepreta novum laborem nobis crearent. Lœdorias ſanè & calumnias audies, quas nec fricti ciceris aut nucis emptor probet: tantum abeſt, ut probent illi, quibus meliore luto præcordia Deus finxit. Subit bic, quod apud S. Joannem Chryſoſtomum S. Chryſoſt. hom. 88. in Matth. extat. *Quemadmodum nullus malo affectu nos imbuere poteſt, niſi à nobis ipſis imbuamur; ſic niſi nos ipſos contumelia afficiamus, nemo alius nos unquam dedecorabit. Ponamus enim mirabilem quendam atque inſignem eſſe virum, quem omnes adulterum; furem, ſepulchrorum effoſſorem, homicidam, latronémque prædicent: ille verò nec irritetur, nec moleſtè ferat, nec alicujus hujuſmodi rei ſibi conſcius ſit; qua igitur inde vituperatione læditur? Profectò nulla. Quid,* H *inquies, ſi multi malam de illo habeant opinionem? Nulla, inquam, vituperatione ipſe læſus eſt, ſed illi ſe vituperârunt, qui alium, quàm decet, talem virum exiſtimant. Dic, quæſo, ſi quis Solem, tenebrarum auctorem arbitretur? Num Soli an ſibi detraxit? Sibi videlicet ipſi, cùm furioſi & inſanientis opinionem conſequatur.* Eodem profectò *modo, qui pravos bonos* eſſe putant, & è contrario; ſeipſos *dedecore afficiunt. Quare magnum ſtudium, multámque operam adhibeamus, ut conſcientiâ noſtra mundata, nullas adverſus nos anſas, nullam malam excitemus ſuſpicio-*

Digitized by Google

A *ſuſpicionem: ſi verò alii hoc pacto nobis affectis inſaniunt; non admodum moveamur neque doleamus.* Hæc ex ſanctiſſimo Antiſtite præfari ac præmittere volui, ut quid de atrociſſimis conviciis & maledictis, quæ Calvinianus agyrta, ſturnatim, quaſi de plauſtro funditat, ſtatuendum ſit, in ipſo ſtatim limine intelligamus. Quid enim huic ſectario eſt

Illuſtriſsimus Baronius.

Exoticus Canis. In præfat. *Homo rabidus.* 125. *Papæ ſuo ſupparaſitaſter.* Ibid. *Vana ſycophantia inflatus.* Ibid. *Baronius Annales ſuos*
B *aniles ex meris fabularum & legendarum conſutis nugamentis & improbatis mythis peregit: Annaliſta*, & centena talia, quæ recenſere piget, quia ſatius eſſet hanc tantam maledicentiam cum Auctore ſuo in imo Orco ſepultam eſſe, quàm in librorum monumentis extare.

Illuſtriſsimus Bellarminus.

Carpinalis, p. 81. & alibi non ſemel hoc ſcurrili epithero Calvinianus ſcurra, ſe & ſuos in ſcurrilitatis orcheſtra ſpectatores, oblectat.

Gretſerus.

Parricida. Ubique. *Parricidicus myſtes.* pag.
C 22. *parricidialis Jeſuita.* p. 15. *Lojolanus.* paſſim. *Rana ex ſtygia palude exſiliens.* p. 56. *Baronio longè efflictior, ac impudentior.* Ibid. *Coxxationibus quietem publicam nimis multò fœdioribus perturbans.* Ibid. *Beelzebubi malitiâ dementatus.* Ibid. *Objectiones Gretſeri potiùs baculis, quàm argumentis egent.* p. 112. En diſputatorem *Bacularium*, non *Baccalaureum. Omnis perjurij atque fraudis caput.* p. 114. *Homo mendaciſſimus & perjuriſſimus.* Ibid. *Philoſophaſter.* 117. *Jeſuita heri natus.* 118. *Tenebrio obſcuriſſimus.* Ibid. *Parricida perjuriſſimus.* Ibidem. *Penes quem nec fides, nec religio.* Ibid. *Scholaſticulus Doctorculus.* 125. *Perfidus & parricidialis ſycophanta.* 138. *Incarnatus Diabolus.* 142. *Criminoſus ſycophanta.* 143. *Os impudens & effrons.* 146. *Perverſus homo.* 150. *Imperitiſſimus parricida.* 180. *Cujus illiterata ſimul & maligna ſunt nugamenta. Inficetus*
D *& ridiculus parricida.* 183. *Ludimagiſter Orbilius.* 183. *Logodædalus & ſtultividus parricida.* 215. An ſtultividus fui, quando hunc Calviniſtam vidi? *Vitilitigator.* 231. *Scurra.* Ibid. *Calumniator nequam.* 232. *Prævaricator perverſus. Crucifer parricida.* 249. *Cruciaria reſti, quàm replica dignior.* 251. *Baronius & Gretſerus ὀνομάτων συκοφάνται.* 254. *Obliviosſus Orbilius.* 269. *Senecio capularis.* Ibid. *Silicernium Acheruntiicum.* Ibid. *Stygius Cerberus.* 296. Et millena ejuſdem furoris & amentiæ, quibus ſingulas fermè pagellas, velut Calvinianæ manſuetudinis emblematis inſignit & condecorat.

Jeſuitæ, Societas JESU.

Ranæ vaſtatrices. pag. 9. *Bufones terreſtres.* p. 10. *Scelerati & parricidiales Magiſtri.* p. 9. *Ex abyſſo & tartareo puteo exorti.* Ibid. *Socie-* E
tas Lojolitarum. p. 10. *Ingratiſſima & impiiſſima Societas.* p. 11. *Jeſuitarum frontes ſtigmate eſſe inurendas.* p. 57. *Et epigramma per totam faciem liberali manu ducendum.* Cur non & rota per brachia, femora, crura & præcordia ducenda, ſicut fratri tuo latroni ducta eſt? Cur non & humeri liliis inſigniendi, ut Calvino, liliato tuo Magiſtro, pares evadamus? *Proditores Imperii.* p. 98. *Juratiſſimi hoſtes Cæſaris atque Ordinum.* Ibid. *Emiſſarii Romani Tyranni.* Ibid. *Perverſiſſima Jeſuitarum natio.* 196.

Catholici.

Papiani, Papani, Romaniſtæ. Et quid non? F

Papa.

Chriſti Vicarius anormalus. p. 22.

Gregorius VII.

Homo necromanticus. Veneficus, blaſphemus, hæreticus, adulter, Sodomita, omni vitiorum ac flagitiorum genere coopertus. 132. *Simulator, hypocrita.* 133. *Viperina progenies.* 114. Quid multis? Vix unquam Gregorium VII. ſine atrociſſimo convicio nominat; quem præfatione in ſecundam partem ſuæ Replicationis vocat *Gehennæ pabulum, & Heliogabalium, infernalem furcam, an patibulum.* ein Hölliſchen Galgenſchwenckel. *Sataniſſimum.* Eidem eſt Hildebrandus ein Höllgabel. G

Urbanus II.

Hæreticus Hildebrandinus. Verus Antichriſtus. Turbanus. 299.

Paſchalis II. Papa.

Perfidus ac perjurus Papa. p. 130.

Video in tanto conviciorum & exquiſitiſſimorum maledictorum nimbo præſtandum eſſe, quod fieri jubet S. Joannes Chryſoſtomus: Diſſerens enim de probris, quibus Redemptor noſter in crucis patibulo pendens à circumſtantibus, ipsíſque adeò ſimul crucifixis latronibus affectus eſt. *Hæc audi-* (*S. Chryſoſt. hom. 88. in Matth.*)
entes, inquit, *adverſus omnem furorem & iram* H
diligenter nos armemus. Si ſuccendi cor tuum ſenſeris, pectus confeſtim ſignaculo Crucis ſignato: repete memoria, quæ tunc (dum Chriſtus in Cruce penderet) *facta fuerunt, & ira illicò, tanquam pulvis, diſſipabitur, &c. Hæc omnia cogitando philoſophare. Quid enim tale ac tantum ferre tu potes, quale Dominus tuus? publicè te quiſpiam vituperaverit: ſed non talia tu audiſti: Verberibus cæſus es, ſed non toto corpore, neque ſic flagellatus & denudatus. Alapis te quidam petiit; ſed non illo modo. Tu verò etiam adde, à quibus, & cur, & quando, & quis ipſe quoque: Et quod gravius eſt, nemo* (injurias Chriſto illatas) *reprehendebat, nemo querebatur, ſed è contra probabant omnes, & cædentibus ac deridentibus ſe conjungebant; & quaſi arrogantem quendam ſeductorem ac deceptorem,*

A *qui re verba ſua comprobare non poſſet, ſic deridebant. Ille verò ad hæc univerſa tacebat, maximum nobis longanimitatis præbens exemplum, &c. Diſcipulus prodidit, cæteri eum reliquerunt, quibus multa & magna beneficia collata fuerant; alij furore concitati in faciem ſpuebant; Pontificis ſervus colapho petiit, milites cædebant, qui aderant, illudebant, & contumeliis afficiebant, latrones accuſabant, nec ullum ad quenquam verbum emiſit, ſed omnes vicit ſilentio. Ita opera iſta te docent, quantò mitiùs feres, tantò magis te malefacientem ſuperaturum, & admirationi apud omnes futurum.*

Sed quomodo, dices, potero non moveri? *Vituperando quis te perſequitur; crucis ſigno ſtatim pectus ſignato, recordare omnium, quæ tunc geſta ſunt, & ſtatim omnia extinguentur. Co-* B *gita, quia non eſt ſui compos, qui vituperat,* (conviciatur & calumniatur) *ſed inſanit,* (quod veriſſimè de Calviniſta Goldaſto affirmaveris) *& non moleſtè feres contumelias ejus. Nam & Dæmoniaci plerumque nos verberant; nec ſolùm non movemur, verùm etiam deflemus: ita igitur & tu facito, miſereat te convicianttis & calumniantis. Magna enim bellua ira, quæ furore, pernicioſo Dæmone ſcilicet, detinetur; ſolve ipſum, qui ab hujuſmodi Dæmone vexatur;* quemadmodum Calvinianus iſte vexatur.

Calumniis ſubtexamus Calvinianas fraudes, technas, & ſutelas; ſed pauculas ex innumeris, quibus totum ſuum librum referſit pro ingenio ſuo ſerpentino; nam, ùt Inquit Auctor operis Imperfecti hom. 45. in Matthæum. *Omnes hæretici ſerpentes ſunt, prudentes in malo, & ſtulti in bono. Sicut enim* C *ſerpentes præ omnibus animalibus aſtutiores ſunt, & aſtutia eorum non eſt in bono, ſed in malo: hoc enim ſemper aſpiciunt, quo modo aliquem mordeant; & cùm momorderint, quo modo ſe occultent; ſic & omnes hypocritæ* (hæretici) *aſtutiores ſunt cæteris hominibus ſimpliciter viventibus, & in aſtutia ſua cogitant, quomodo aliquem lædant, & cùm læſerint, ita ſimpliciter ambulant, quaſi nemini nocuerint.* Inſignis autem fraus & ſutela, vel potiùs fraudum & ſutelarum integer cumulus, apparet in ipſo libri Calviniſtici Titulo; qui eſt: *Replicatio pro Sacra Cæſarea & Regia Francorum Majeſtate, Illuſtriſſimisque Imperij Ordinibus adversùs Jacobi Gretſeri Jeſuitæ crimina læſæ Majeſtatis rebellionis, & falſi.*

D Mirum, ni Gretſero comæ ſteterint, & vox interclusa hæſerit, viſa lectáque hac tam horrifica grandiſonáque epigraphe. Sed Gretſerus his bombis Prædicanticis jam pridem aſſuetus eſt; quos pluris non pendit, quàm fulgura ex vitro; & formidamina illa, quæ vel pueris terrendis, vel aviculis abigendis excogitari ſolent. Scilicet Calviniſta rem ſacræ Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis Francicæ agit; Calviniſta, inquam, homo ejus ſectæ, quæ perdendis Imperiis, regníſque evertendis nata eſt. Et contra quem tantorum Principum cauſam agit? Contra Gretſerum, qui E Principes illos nunquam vel verbulo læſit: qui & ſuopte nutu atque ingenio, & ratione ordinis, in quo degit, paratus eſt tam pro Imperatoris noſtri, quàm pro Regis Chriſtianiſſimi ſalute & incolumitate ſanguinem effundere, mortémque oppetere. Idem dico de Imperii ordinibus, quos nulla in re offendi, niſi ſi qui fortè Luthero, vel Calvino addicti; defenſionem Sedis Apoſtolicæ, & avitæ religionis ſuam injuriam interpretantur; quæ cùm non ſit vera, ſed imaginaria injuria, ex mala perſuaſione de rebus divinis, rerúmque divinarum ſummo in terris Antiſtite Pontifice Romano nata; non eſt, quòd ea me admodum ſollicitum reddat: nam ipſi quidem ſacratiſſimo Imperatori; Chriſtianiſſimo Regi; & cæteris Imperii ordinibus, qui à majorum ſuorum ſemita non F exerràrunt; Defenſio Summi Pontificis, ſupremi ſui patris & paſtoris, & vindicatio à ſchiſmaticorum & hæreticorum contumeliis & inſectationibus, non poteſt non perquam grata accidere. Quòd ſi Calvinianus iſte potentiſſimo Imperatori noſtro, & Chriſtianiſſimo Francorum Regi, eam operam præſtitit, ut, quod plus vice ſimplici, thraſo iſte ſtolidiſſimè jactat, eorum majeſtas atque auctoritas *in æternum jam defenſa ſit*, & ab omnium invaſorum violentia, omniúmque imperitorum ſpiculis liberata; cur non proficiſcitur Pragam & Pariſios, reíque tam feliciter geſtæ honoraria debita expetit? Imò cur non ultro tam bene merito, vel potiùs meritiſſimo deferuntur? G

Cæteri itidem Ordines vix ingratæ mentis notam effugient; niſi de præclaris hujus Hyperaſpiſtæ Imperialis benefactis remunerandis ſeriò ac ſedulò cogitent; quod fortè fiet proximis Comitiis. Ubi inter cætera capita forſan & hoc proponetur. Quo honore afficiendus ſit Goldaſtus Calviniſta latronis frater, ob Imperium *adamantinis columnis* ſuffultum; ita ut jam à ruina *in omnem ſempiternitatem*, ſecurum ſubſiſtat. Ego interim cum Beato Davide Calviniano huic occentabo. Pſal. 8. *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum & ultorem.* Quem, niſi hæreticum? inquit S. Auguſtinus. *Nam & ipſe eſt inimicus* S. Aug. in *& defenſor, qui fidem Chriſtianam* (& Roma- Pſal. 8. num Imperium) *cùm oppugnet, videtur defendere.* Ut deſtruas inimicum & ultorem. *Hæreticum*, inquit in hunc Pſalmum Commen- H tarius S. Hieronymi, *qui cùm nequitia ſua impugnat Eccleſiam, defendere tamen eam aſſimulat.*

Poſſet autem quis non immeritò ſcitari, cur iſte ſolius Imperatoris & Regis Franciæ advocatum ſe profiteatur? Cur non itidem Regis Hiſpaniæ? Cur non & Regis Poloniæ? Cur non horum etiam Regna ita firmat & ſtabilit, ut in perpetuum eorum auctoritas

inte-

A intemerata & illibata conſiſtat? Cur his duobus potentiſſimis Regibus tantam felicitatem invidet? Nimirum, ſi rem ad vivum reſecare velimus, Imperatorem & Regem Franciæ iſte in ſcenam ſuam introduxit, quia theatro profuturi videbantur, quandoquidem cùm librum iſtum evulgaret, res Imperii non parùm perturbatæ erant; & in Galliis & extrà, poſt obitum Chriſtianiſſimi Regis Henrici IV. Societatis & veræ Religionis adverſarii ſumma ope annitebantur, excogitatis omnis generis criminationibus, ut noſtros ex Galliæ Regno exterminarent. Ut igitur iſte etiam Latronis frater, ſymbolam ſuam conferret, accurrit cum hoc ſuo infami codice; & patrocinium Galliæ ſuſcipere cœ-
B pit, eo prorſus conſilio, quo id olim ſuſceptum à Beza; in cujus machinationes perniciosas ipſe adeò Petrus Ramus, quamvis novi Evangelii muſto pluſquam ebrius, *librum parabat*, teſte Petro Carpentario Calviniſta ad Franciſcum Portam itidem Calvini diſcipulum, *in quo docebat, Bezam elanculum & veluti per impluvium in Gallias veniſſe, ut Thalmud illud Sabaudicum Gallis pro vera & pia religione obtruderet, & ſeditiones per Gallias diſſeminaret;* qui in ſynedrio abs ſe coactò hoc nominatim edixit: *Conquiri undique debere vim maximam pecuniæ ad nervos belli, & in eam rem auctor fuit, ut quiſque vendat, quod habeat, & ut ea pecunia quamprimùm in æra-*
C *rium Genevenſe & in publicam menſam noviſſimè in hunc uſum inſtitutam conferretur; ſe reliqua, quæ ad vocandum & colligendum extraneum militem pertinerent, curaturum, &c. Edixit idem iſte Furia in iſtius ſynodi ſecretiore ſeceſſu, ut per omnem Galliam cenſus habeatur eorum, qui Religionem* (Genevenſem) *profitentur, capitum atque fortunarum, &c. Ad quem ſcelerati quique confluebant, partim ſpe prædæ & rapinarum, partim etiam cupiditate præſentis pecuniæ, quæ præſtò erat omnibus, qui audacia facinora, & cædes per inſidias pollicerentur.* Hæc & plura hujus notæ de fidiſſimo Galliæ patrono Beza Carpentarius; cui iſte novus non abſimilis; & reipſa ſimilitudinem probaret; ſiqua fara darent: quia nunc fraudulentiſſimè men-
D daciis, calumniis, ſycophantiis, falſi criminibus, & id genus aliis ſuis ſceleribus, quæ in Apologia Baroniana redargueram, prætexir nomina Imperatoris, Regis Galliæ, & Ordinum Imperii. Neſciebam ſanè hunc Calvinicolam, ſacratiſſimo Imperatori, & Chriſtianiſſimo Regi, & Illuſtriſſimis Imperii Ordinibus tam conjunctum eſſe, ut qui illius impoſturas, inſcitiam, & calumniandi pruriginem, nonnihil tangeret; crimen læſæ Majeſtatis, *rebellionis & falſi perpetraret.*

Sed res bene habet. Difficile non eſt huic Cumano animali leoninam pellem detrahere. Et vox & prominentes auriculæ & ipſe adeò inceſſus, indicant; quid ſubſit ſub tam ſpecioſo ſchemate. Exi foras, prodi, inquam, hiſtrio; & auguſto hoc habitu di- E
miſſo; in ruo re nobis ſiſte. Nil tibi cum ſacratiſſimo Imperatore; nil tibi cum Chriſtianiſſimo Rege; quia ipſi Catholicæ fidei & Apoſtolicæ Sedis cultores ſunt; tu Calviniſti pullus, & diſcipulus Zvvinglii, qui *tanquam latro mortuus eſt*, inquit Lutherus in Latinis Colloquiis, qui eodem Luthero teſte; *publicè clamavit*, NIHIL NOS MORETUR, PERRUMPAMUS. *Videbitis in triennio Hiſpaniam, Angliam, Galliam & totam Germaniam, &c. Evangelio* (Zvvingliano) *lucrifactam. Sed hæc ſua ficta victoria ſeipſum confudit*, ait Lutherus, *& ſcandalis Evangelium* (ſuum) *deformavit;* quanquam antea ſatis ſupérque informe ac deforme.

Luth. Tom. 2. Lat. Colloq. Tit. de Adverſariis p. 30. b.

F

CAPUT IV.

Ex tribus mendaciorum Goldaſticorum Centuriis prima.

BEne ac præclarè S. Chryſoſtomus: *Cùm audis hominem turpiter loquentem, noli tantam ſolummodo putare in animo ipſius pravitatem eſſe ſitam, quanta impudenter nimium os ſuis verbis ſuſpicari manifeſtatur; ſed multò majorem fontem eſſe conjice. Quod enim extrà profertur, ex illo profluit, ejúſque ſuperfluum eſt, quod intus eſt.* Cùm ergo Calviniſta & PRIAPISTA noſter tanta convicia & tot men- G
dacia ex impuris ſuis faucibus eructarit, quivis facilè intelliget, quanta in animo ejus lœdoriæ & pſeudologiæ ſentina inſit: Nam *lingua quodam rubore impedita non poteſt univerſum mentis furorem effundere; pectus autem cùm nullum hujuſmodi teſtem habeat; intrepidè quæcunque vult mala cogitat: ſi mens ad Deum converſa non ſit.* Ut ſanè mens hujus Calviniſtæ ad Deum converſa non eſt, qui adeò profligatè calumniatur & mentitur. Ex cujus mendaciorum Florilegio en tibi tres centurias. Tres chiliadas eadem facilitate tibi repræſentare potuiſſem.

S. Chryſoſt. hom. 43. in Matth.

I. *Ieſuitas doctrinam de præmiis ac pœnis futuræ vitæ principúmque parricidiis geminam germanam cum Aſſaſinis profiteri.* Pag. 6.

II. *Papa triplicem eſſe poteſtatem, cæleſtem, terreſtrem & infernalem.* Ibid. H

III. *Ejus mandatis parère homines, Angelos atque Diabolos.* Ibid.

IV. *Papam poſſe pœnas purgatorii adaugere aut minuere, & prorſus etiam tollere.* Ibid.

V. *In ejusdem arbitrio ſitum eſſe Canonizare, quos animo cúmque adlibuerit.* Ibid.

VI. *Sacram Scripturam non plus probare, aut valere, quàm ipſi placeat.* Ibid.

VII. *Pactiones religionis invalidas eſſe, etiamſi juramentis confirmatæ ſint.* Ibid.

VIII. *Quemlibet Tyrannum poſſe & debere licitè & meritoriè à quocunque vaſallo ſuo & ſubdito occidi.* Pag. 7.

IX. *Etiam per inſidias, blanditias, vel adulationes.* Ibid.

A X. *Non obſtante quocunque juramento ſeu confœderatione cum eo factis.* Ibid.

XI. *Non exſpectata etiam ſententia vel mandato judicii cujuſcunque.* Ibid. Nullus Jeſuita unquam tam præciſè & abſciſsè hoc aſſeruit: ne Mariana quidem: cujus tamen ſententia, quantumvis limitata & reſtricta; non eſt Jeſuitarum; ſed hujus ſcriptoris propria; licèt fortè jam nec hujus; neque enim dubito Marianam ſuum judicium ad commune totius Societatis judicium accommodâſſe, relicta priore ſua opinatione.

XII. *Subditos hæreticorum & infidelium Regum ſive Principum ſolutos eſſe omni obligatione, illóſque opprimere poſſe.* Ibid.

XIII. *Subditis permitti Reges ac Principes, quos*
B *pro tyrannis Jeſuitæ habeant, veneno necare.* Ibid.

XIV. *Ipſos parricidas æternis inferorum pœnis ſolutos, & vitatis purgatorii cruciatibus, in ipſo ſupplicii momento ad cælos migrare, cum beatorum Martyrum cætu colendos ac venerandos.* Ibid.

XV. *Papam omnium hæreticorum infidelium regna, principatus & dominia Papianis & Romanis donare poſſe.* Ibid.

XVI. *Permiſſum eſſe per æquivocationes Hæreticos decipere; & ipſos adeò Papanos magiſtratus, multóque magis ſubditos.* Ibid.

XVII. *Ad has peſtilentiſſimas aſſertiones ſelectam juventutem in ſcholis Jeſuitarum inſtitui.* Ibid.

XVIII. *Propoſita præſentiſſimi gaudii ætherii mercede.* Ibid.

C XIX. *Et divinæ venerationis honore.* Ibid.

XX. *Jeſuitas habere cubilia myſtica & exorcizata, in quæ ii, quos ad parricidium patrandum deſtinârunt, benedicendi, ſanctificandi, & in Beatorum civitatem adſcribendi introducantur.* Ibid.

XXI. *Si quis à parricidio perpetrando reſiliat, eum terriculamentis nocturnis, monſtrorúmque occurſaculis ad facinus animari.* Pag. 9.

XXII. *Aut per ſubornatas D. Virginis perſonas.* Ibid.

XXIII. *Vel Angelorum, vel aliorum Cælitum.* Ibid.

XXIV. *Aliquando etiam ipſius Ignatii & Sociorum ejus.* Ibid.

XXV. *Jeſuitas dies noctéſque meditari technas, artes improbas, fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones, perjuria, parricidia, æquivocationes.*
D Pag. 10.

XXVI. *Hisque tantum effeciſſe, ut Papæ auctoritatem in Imperatorem, Reges ac Principes conſtabilirent.* Ibid. Scilicet, ante natos Jeſuitas nulla erat Pontifici in Principes auctoritas; nulla poteſtas ſummo paſtori in oves ſibi concreditas.

XXVII. *Jeſuitas ipſis Principibus metum longè latéque incuſſiſſe.*

XXVIII. *Principes ſeſe nec domi, nec foris ſatis munitos ſentire ad Jeſuitarum parricidiales aculeos cavendos & evitandos.* Ibid. Et quia Calviniſta hactenus enumerata mendacia fermè ex Aphoriſmis Jeſuiticis ſublegit, operæ pretium lector faciet, ſi perlegerit, quæ con- E
tra Aphoriſtæ hujus calumnias ſcripſerunt duo ex Societate noſtrâ Theologi Martinus Becanus, & Sebaſtianus Heiſſius.

XXIX. *Se à Jeſuitis atrociter modisque indigniſſimis læſum eſſe*, Præfat. ad Landgravium.

XXX. *Se jam totos ſex & ampliùs annos tam fœdis exemplis undique oppugnari, ut ipſa elementa Romana in ſuam perniciem conſpiraſſe videantur.* Ibid. Ex muſca elephantem. Ego & fortè alius quidam ex Jeſuitis petulantiam hujus Calviniſtæ, cum inſigni inſcitia conjunctam, modicè redargueramus: hinc illi indigniſſimi læſionis modi: hinc illa elementorum Romanorum in Calviniſticum hoc caput F
conjuratio.

XXXI. *Se neminem ex Romaniſtis aut dicto aut facto offendiſſe.* Teſtantur hoc abundè contumelioſiſſima in Illuſtriſſimum Cardinalem Baronium probra & convicia; & furioſæ chartæ, quibus jam non ſemel Catholicos impetivit.

XXXII. *Se fidem Romanam ſcriptis non impugnâſſe.* Quàm verum hoc ſit, diſces ex Rationali hujus Calviniſtæ ad Conſtitutiones, quas vocat *Imperiales*, quarum pleraque pars eſt ex malè ſano hujus Novatoris cerebro.

XXXIII. *Se Confeſſionem*, (ſic ineptè vocat Synodum Tridentinam) *non inſectatum eſſe.* Pro teſte accipe totum Tomum III. ſcriptorum G
Alemannicorum.

XXXIV. *Se Paparum decreta non violâſſe.* Iterum adi Rationale Calviniſticum, in quo tot diræ in Pontifices, & in jus Pontificium.

XXXV. *Se tanta moderatione & civilitate libros ſuos ſcripſiſſe, ut à pleriſque ceu pro Papano traductus fuerit, quaſi nimis molliter ac placidè rem Calviniſticam actitaret.* Teſtes hujus moderationis & civilitatis ſunt inſanæ illæ & furioſæ notæ ad Valerianum Cimelenſem Epiſcopum, primæ editionis, ut taceam *Rationale* tuum omnis penitus rationis expers. Prætereo thraſoniſmum illum. *Quem verò mihi dicent aut pacis publicæ, quà religioſæ, quà* H
profanæ obſervantiorem, aut rei communis ſtudioſiorem, quàm ego fui? Prætereo, inquam, hunc thraſoniſmum; quia hîc non *gloriationes*, ſed pſeudologias Calviniſticas colligo & computo; qui Pyrgopolinicis inſtar, arbitratur, oh convicia & mendacia in Baronium, ſi non ovationem, ſaltem adoream ſibi more majorum, ex decreto ordinum decerni debuiſſe. Scin, quid tuis libris decernatur? In Italia & Hiſpania rogus. In aliis locis ſellæ Patroclianæ.

XXXVI. *Baronium Italum ſalutem communem Germaniæ percellere & labefactare aggreſſum eſſe.* Nihil minus; nam communem ſalutem Germaniæ duodenis columnis ſuffulſit, hoc ipſo, quòd duodecim Annalium Tomis Catholicam Religionem excellenter ſtabilivit.

A XXXVII. *Sua ſcripta non modò à Proteſtantibus, ſed etiam à Romaniſtis cum applauſu excepta.* Quis orthodoxus tam immanibus mendaciis & lœdoriis, & tantæ inſcientiæ, quanta ex tuis libris emicat, applauderet?

XXXVIII. *Gretſerum jam totos ſeptem annos libros de ſyllabulis & literarum apicibus contra Goldaſtum ſcripſiſſe.*

XXXIX. *Eundem hos libros Francofurti diſſeminandos curâſſe, ad invidiam Goldaſto conflandam.* Neſcio, quos libros à me contra ſe ſcriptos innuat. Ego nihil ex profeſſo adversùs calumniatorem iſtum me ſcribere memini, excepta Apologia Baroniana. In *Muricibus Prædicanticis* obiter eum tetigeram. B Nec mirari debet, ſi libri mei à Bibliopolis ad commune omnium emporium proferantur. Num tu Francofurti vel alibi hucuſque vixeris, tam parùm curæ habui; quàm *quis ſub Arcto Rex gelida metuatur ora;* aut. *Quid Tyridatem terreat.*

XL. *Meo inſtinctu Halophantas quosdam in ſe cen hoſticum quoddam munimentum in tranſitu poſitum, aut propugnaculum in clauſis Alpium ſitum, catapultâſſe.* Neminem novi, qui meo impulſu, tibi ullam moleſtiam attulerit. Si alij, præter me, tua mendacia & convicia refutârunt, id tu tibi imputa, non mihi. Cur talia monſtra paris? Fac, ut in pectore tuo intereant, nec in chartam proſiliant; & quietus eris. Nec ad te oppugnandum & expugnandum baliſtis aut catapultis opus C eſt. Undique & ubique pates. Totus nudus & inermis. Optas, ut Tractatus Baronij, Bellarmini, & Gretſeri infelicibus uſtulentur lignis. Hoc tuum votum in tuos libros recidet, quos flamma vorax exſpectat, ſi in Hiſpaniam aut Italiam perferantur. Nec dubito plura exemplaria jam in cinerem verſa, fumúmque, quem venditabant, per fumum expiâſſe, donec, quæ ſuperant, ſubſequantur.

XLI. *Gretſerum eſſe manifeſtum Imperij hoſtem, qui jura patria ac Rempublicam prodere, quod in ſe eſt, moliatur.* Qua de cauſa? Quia ſtultitiam Calviniani Goldaſti refellit ac convellit.

XLII. *Baronium, Bellarminum, Gretſerum* D *non modò Landgravio Haſſiæ Mauricio, ſed etiam Cæſareæ Majeſtati, & cunctis Imperij Ordinibus peſtem & perniciem machinari.* Quare? Quia Calviniſmum & Lutheraniſmum aliáſque ſectas oppugnant; & quia Pontifici Romano, tanquam Chriſti Vicario, ab ipſis etiam Imperatoribus & Principibus morem gerendum docent. Hæc ſcilicet ſunt pernicioſa iſta adversùs Principum incolumitatem machinamenta. Sed *captos mente* (Calviniſtas) *facere* (& dicere) *iſta mirum non eſt;* inquit S. Gelaſius Pontifex in epiſtola ad Fauſtum. *Sic phrenetici ſolent medicantes quosque, velut hoſtes putare vel cædere.*

Hæc mendacia Calviniſtica ex Epiſtola dedicatoria excerpſimus, non ſtudiosè, E multóque minùs curiosè; ſed obiter, ùt ſeſe obiter legenti offerebant: ne quis putet, ſibi, ſi quærere velit, nullum ſpicilegium relictum. Imò meſſem mendaciorum ſibi relictam videbit, ſi metere velit.

XLIII. *Me jusjurandum violâſſe ſcribendo contra ſe.* pag. 14. Nunquam me obſtrinxi vel jurejurando vel ſimplici promiſſione, me non ſcripturum adversùs hunc Calviniſtam. Quæ enim neceſſitas ad hoc vel jurisjurandi vel promiſſionis vinculum me adegiſſet? Nec redargui, quæ Calviniſta commiſerat in Notis ad Cimelenſem, prius quàm ego ad S. Gallum venirem, ſed quæ poſtea nefariè in Baronium effutivit. F

XLIV. *Societati noſtræ proprium eſſe quarto modo, fidem fallere:* citátque Aphoriſmos Jeſuiticos. Ibid. Sed jam ſuprà monui, ut lector conſulat Theologos noſtros Becanum & Heiſſium, qui extremam Aphoriſtæ hujus vanitatem pro merito non ita pridem caſtigârunt.

XLV. *A Gretſero veros Criticos contemni.* Pag. 16.

XLVI. *Sibi facile eſſe docere, nullum unquam ſcriptorem ex officina noſtra integrum doctrinæ, & falſitatis purum prodire.* Ibid.

XLVII. *A nobis diſpungi, quidquid veritati teſtimonium perhibet, & corruptis doctrinis repugnare videtur.* Ibid.

XLVIII. *Multos jam milleſimas fraudes Baronij detexiſſe.* Ibidem. Tu tuas egregiè detexiſti, non Baronianas, quæ nullæ.

XLIX. *Juretum ad Ivonis epiſt. 19. & 28. aperuiſſe Surianas impoſturas in veterum monumentis edendis.* Ibid. G

L. *Me ægrè tuliſſe ſcripta ſua in Regum, Principum ac cæterorum Ordinum oculis verſari.* pag. 19. Quomodo hoc ægrè ferre potui, cùm neſciam, num ita ſit, ùt prædicas: Imò cùm mihi planiſſimè perſuadeam, tua opera magis verſari in eorum manibus, qui thus & piper vendunt, vel emunt, quàm in manibus Regum ac Principum.

LI. *Notas in ſex Tomos Antiquæ lectionis D. Henrici Caniſij, eſſe meas.* Ibid.

LII. *Se eam religionem ſequi, quæ in Auguſtana Confeſſione contineatur.* pag. 24. Mendacium, quia Goldaſtus eſt Calviniſta. H Si Calviniſtæ ſunt Auguſtanæ Confeſſionis profeſſores, cur exterminantur ex Saxonia? cur Francofurti, Spiræ, & alibi, ubi Confeſſio Auguſtana regnat, Calviniſtis, nullum Templum conceditur?

LIII. *Se ſequi fidem toto orbe diffuſam ab orbe condito uſque ad hanc diem.* ibid. Credam hoc, ubi mihi probaveris protoplaſtos, Abelem, Enoch, Noë, Mathuſalem fuiſſe Calviniſtas. Fermè tibi conceſſeram Cainum Calvinizâſſe, ob ſpiritum homicidii, quo veſtrum Evangelium valde fervet.

LIV.

A LIV. *Se ſequi fidem quatuor primorum generalium Conciliorum.* pag. 23. Etiam hoc tibi aſſentiar, ſi demonſtraveris, Patres harum Synodorum fuiſſe Calviniſtas, præſertim S. Sylveſtrum, S. Damaſum, S. Cæleſtinum & S. Leonem Magnum, qui his Conciliis per Legatos ſuos præſederunt.

LV. *Eccleſiam à Romanis Pontificibus corruptam, & adulteratam, & in millenas labes perductam fuiſſe.* pag. 32. Quam, quæſo te, Eccleſiam corruperunt Pontifices Romani? Num Catholicam? Minimè verò; quia tu ipſe ſtatim ſubjungis iſta verba. *Eccleſia Catholica eſt incorrupta, ſine rugis & maculis, ſine omni fuco & dolo, fallere ac falli neſciens, ſemper ſui ſimilis, æternùm perſeveratura.* Si ergo Eccleſia Catholica corrumpi nequit, cur tu Pontifices accuſas, quòd Eccleſiam corruperint? aut dic, quam Eccleſiam corru-
B perint? Num ſunt plures, quàm una vera & legitima? Dicis *Eccleſiam*, veram nimirum & genuinam Chriſti ſponſam; *tantis Pontificum machinis perculſam & labefactatam, à ſponſo Chriſto defeciſſe, ſolidóque illo ædificii Eccleſiaſtici fundamento ac baſi fermè excidiſſe & corruiſſe.* Et tamen è veſtigio ſubjungis paulò antè recitata verba. Si Eccleſia ſine omni fuco & dolo & corruptione, falli & fallere neſcia, æternùm ſibi ſimilis perſeverat, quomodo potuit, ùt tu ais, *Pontificum viribus & machinis labefactari*, ut à ſponſo ſuo Chriſto deficeret, & ſolido illo fundamento ac baſi fermè excideret? An à Chriſto deficere eſt incorruptam, intaminatam, fuci dolique, & omnis falſita-
C tis expertem permanere? Et ſi Eccleſia à Chriſto defecit, oportet, ut omnino ex ſolido illo ædificii Eccleſiaſtici fundamento & baſi exciderit. Quid ergo tibi vis cum illo tuo *Fermè?* Quomodo interim etiam ſubſiſtet illa Chriſti ſeu
Matth. 16 promiſſio, ſeu vaticinatio? *Et portæ inferi non prævalebunt adverſùs eam.* Vides quàm tua oratio, vel potiùs ſententia orationi ſubſtrata, ſit *uniter apta*, & quàm concinnè cohæreat. Sed nunc ad calculos & computum revertamur.

LVI. Mend. *Eccleſiam Romanam, Deum & ſanctos ejus alligâſſe Urbanis cathedris, Paganis templis, capellis Villanis & domibus Monaſterialibus.* pag. 33.

D LVII. *Eſſe inter ſuos lites ac contentiones, ſed de rebus levioribus*; hoc eſt, de lana caprina. pag. 35. Scilicet res levis eſt Ubiquitas & præſentia realis Chriſti in Euchariſtia, de quo gemino capite; ùt & de prædeſtinatione & reprobatione, Lutherani cum Calvitiiſtis totis caſtris depugnant. Res levis eſt quæſtio, utrum jure divino gradus Miniſterii Eccleſiaſtici ſint pares, an alii aliis altiores; de quo Beza, Saravia, Sutlivius & alii integris voluminibus digladiantur.

LVIII. *Se vetuſtiſſimam religionem ſequi*, cùm ſequatur Genevenſem, quæ ante Calvinum & Zvvinglium nuſpiam extitit: Nominet mihi vel unicum hominem, qui immediatè ante iſtos ſectæ Anteſignanos, eadem per E
omnia crediderit, quæ ſuis Lutherus, Zvvinglius, Calvinus in ſuis ſcriptis præſcripſerunt?

LIX. *Se fugere omnes novitates ac privata ſtudia in religione.* Si hoc verum eſſet, tum Novator non eſſes. Nam unde Novator, tiiſi à novitatis ſtudio?

LX. *Se eſſe eum, quem nihil magis in agnita veritate confirmet, quàm perpetuus & conſtantiſſimus priſcæ Eccleſiæ cum Reformata* (Calviniana & Lutherana) *conſenſus.* Oſtende ergo mihi, quænam Eccleſia vobiſcum, hoc eſt, cum Calviniſtis, per omnia dogmata conſenſerit annis, quæ Lutherum proximè anteceſſerunt, ùt anno M. D. XII. M. D. XIII. M. D. XIV. M. D. XV. M. D. XVI. Ni hoc feceris, non conſenſu antegreſſæ Eccleſiæ ſed malè ſani tui cerebri inanibus ſimulacris te ad retinendum Calviniſmum permoveri affirmabo.

LXI. Me verbis illis in præfatione Apolo- F
giæ Baron. fol. 290. *Ut ſolent iſti literiones, quorum quilibet novam plerumque religionem pro ſe, & ſua familia architectatur; notâſſe & perſtrinxiſſe Davidem Hæſchelium Auguſtanum.* Impudens & dignum depilato Calviniſta commentum: nam quantum meminiſſe poſſum, ſcribenti prædicta verba tam parùm in mente erat Hœſchelius, quàm parùm Marcus Gnoſticus aut Simon Magus.

LXII. *Gretſerum, Imperii jura in ipſo meditullio Germaniæ, ſub fucata religionis ſpecie te- G
merâſſe.* p. 56. Si cauſam quæras, aliam non invenies, quàm quia Goldaſti impetitiam, calumnias & pſeudologias repercuſſit, & in caput Auctoris ſui regeſſit. Si hoc eſt Imperii jura temerare; Gretſerus à culpa immunis non erit. Sed Gretſerus planè ſibi perſuadet, cauſam infamis & obſcuri Calviniſtæ, quam ipſe oppugnandam ſumpſit, quàm longiſſimè à cauſa Imperii ſegregatam eſſe.

LXIII. *Gretſerum longè adhuc atrociora in Imperatorem ac Principes effutiviſſe in Apologia pro H
Gregorio VII.* Ibid. Nc verbum quidem extat in tota Apologia illa, quod Cæſaream Majeſtatem, vel Imperii dignitatem ullo modo lædat. Nam nec ſacratiſſimus Imperator, nec Catholici ordines Imperii credunt, gloriam Imperii ex depreſſione Sedis Apoſtolicæ per ſchiſmata & factiones augendam eſſe, vel etiam augeri poſſe. Si Gretſerus ſcripſiſſet, quod de Imperatore Carolo V. Et Imperii Principibus ſcripſit Lutherus cùm alibi, tum in libello de duobus Edictis Cæſareis contrariis Tom. 2. Lat. Witeb. tunc cum Sebaſtiano Goldaſto, fratre hujus Goldaſti, in rotam ageretur, ſi non Argentorati, certè Francofurti, procurante hoc iſto noſtro crinito Ioppa. Quid verò Lutherus de Carolo V. aliiſque Imperii Principibus?

I. *Eſſe*

Digitized by Google

A I. *Eſſe miſeros & faſcinatos Principes.* II. *Quos Deus ſine dubio inflammatus ira, tanquam peſtes & alaſtoras, immiſerit nobis.* III. *Non eſſe conſentiendum ad ſuſcipiendam expeditionem.* IV. *Aut conferendas pecunias adversùs Turcicum Tyrannum.* Quare? V. *Quia Turca noſtros Principes longè antecellit ſolertia.* VI. *Conſilio.* VII. *Integritate.* VIII. *Moderatione.* IX. *Eſſe inconſideratos & improvidos Duces.* X. *His ducibus nihil ſperandum, quippe qui extremè adeò tentare Deum, & blaſphemiis afficere non vereantur.* XI. Carolum V. Imp. ſpeciatim vocat *putre & fragile cadaver.* XII. *Cui nunquam fuerit exploratum, ſe ad veſperam uſque victurum.* Scilicet hoc omento, abdomini & omaſo Lutheri exploratum fuit. XIII. *Carolum V. & Principes Imperii, Luthero non aſſentientes* (nullus autem anno M. D. XXIII. quo hæc evomebat Lutherus, Luthero aſſentiebatur, præter Sa- B xoniæ Electorem, etſi ne hic quidem integrè Lutherizabat) eſſe *vecordes.* XIV. *deliros.* XV. *fatuos.* XVI. *Mente captos.* XVII. *Blaſphemos.* XVIII. *Atrociter contumelioſos in divinam Majeſtatem.* XIX. *Tyrannos.* XX. *Oppugnatores & perſecutores verbi Dei.* XXI. *Horrenda cæcitate oppreſſos.* XXII. *Tandem in exitium ruituros.*

His omnibus ſubditur hæc ſaluberrima precatiuncula. *Deus clementer ab illorum furore nos liberet* (A quorum furore liberari cupit Lutherus? A Caroli V. & omnium Imperii Ordinum; quia omnes tunc Catholicæ fidei addicti erant) *ac pro benignitate ſua ſalutares nobis gubernatores concedat.* Optabat ergo, ut Carolus V. & reliqui Principes de throno ſuo depellerentur, & alii Luthero obſequen- C tes in eorum ſolium ſubſtituerentur. Et quinam illi? Nimirum Turcæ. Quid opus eſt verbis? qui, ùt Lutherus diſertiſſimè ſcribit, *longè ſolertia, conſilio, integritate & moderatione ſuperant principes noſtros*, hoc eſt, Carolum V. & quotquot eo tempore Lutheranæ maniæ non ſuccinebant. Hæc & centena talia ſi Calviniſta in meis vel alterius Jeſuitæ libris invenerit, cauſæ nihil erit, cur quiritemur, ſi cum fratre hujus Calviniani Goldaſti; corvos aut in cruce ſeu gabalo, aut in diſco radioſo paſcere jubeamur.

D LXIV. *Se non iviſſe everſum omnimodam Pontificis Romani auctoritatem & poteſtatem.* pag. 58. Cùm in omnibus ſuis libris eò potiſſimùm collineet, ut omnibus perſuadeat, Pontificem Romanum eſſe ipſiſſimum Antichriſtum, & omni omnium ope debellandum. In quem tam eſt exulcerato animo, ut ne Antipapas quidem Cadaloum, Guibertum, Burdinum, Petrum Leonis, & Victorem toleraturus eſſet, ſi hodie pro Vicariis Chriſti, Petrique ſucceſſoribus ſeſe venditarent: qui certo certiùs Calviniſtam iſtum deteſtarentur, & lege in eum agi præciperent: quia licèt ſchiſmatici fuerint, exploratiſſimum tamen eſt, non fuiſſe Calviniſtas & Lutheriſtas.

LXV. *Petrum fuiſſe duntaxat Apoſtolum circumciſionis*, hoc eſt, Iudæorum; *non præputij*, hoc eſt, Ethnicorum, *& conſequenter, nec Romanorum.* p. 60. Mentitur. Nam diviſio illa inter Petrum & Paulum temporalis tantùm fuit, & mox ſublata, de quo vide Bellarm. lib. 1. de Pontif. cap. 16. E

LXVI. *Romanum Pontificem non habuiſſe primatum jure divino, & ex ſucceſſione Petri; ſed ex privilegio urbis Romanæ, quæ Imperii caput fuit, & ex largitate Imperatorum.* Ibid. Hoc mendacium jam ſæpiùs cùm alibi, tum in Diſputationis Bellarminianæ de Pontifice Romano Defenſione profligatum eſt.

LXVII. *Rationes de Papæ, Cardinalium, Patriarcharum, Epiſcoporum, &c. corrupto ſtatu reformandi, quas Wicelius collegit, eſſe Ferdinandi & Maximiliani II. Impp.* p. 61. Nullo modo, non magis, quàm Caſſandri Semica- F tholici Conſultatio de Articulis Religionis inter Catholicos & Proteſtantes controverſis. At Wicelius collegit illas rationes juſſu Ferdinandi & Maximiliani. Eſto. Num ideo, ùt orthodoxas approbârunt? Etiam Articuli Auguſtanæ Confeſſionis, Cæſare & Catholicis jubentibus, in chartam relati ſunt. An propterea Articuli illi Carolo V. aliiſque orthodoxis Imperii Ordinibus adſcribi debent?

LXVIII. *Primitivos Patres per aliquot ſæculorum ſpatia Romani Pontificis primatum ignorâſſe.* p. 62.

LXIX. *Græcos, Syros, Palæſtinos, Ægyptios,* G *Armenos, Æthiopas, Indos, Triballos, Bulgaros, Scythas ductorem ac doctorem Romanum nunquam agnoſcere voluiſſe.* Ibidem.

LXX. *Quidquid prærogativæ Papa Romanus habet, id vel auctoritate Imperatoris, vel Epiſcoporum conſenſione obtinuiſſe.* p. 63.

LXXI. *Ab initio omnes Epiſcopos fuiſſe æquales, & pari poteſtate præditos.* Ibid.

LXXII. *Eccleſiaſticam Hierarchiam fuiſſe conformatam ad ſimilitudinem politici regiminis, ſtante Romano illo œcumenico Imperio.* Ibid.

LXXIII. *Utriusque regiminis ſupremam curam ab Imperatore, tanquam perpetuo Dictatore & Pontifice Maximo gubernatam eſſe.* pag. 64. Quæſo, num & à Nerone, Decio, Diocletiano, aliis?

LXXIV. *In ejus arbitrio fuiſſe, Metropoles ac* H *Diœceſes mutare, prolatare, contrahere & transferre, ùt ipſas præſidum atque comitum præfecturas in provinciis.* Ibid. Num hæc poteſtas fuit etiam Caligulæ, Trajano, Neroni, Heliogabalo, Decio, Severo, Commodo, & aliis à vera fide averſis? Quos Epiſcopatus, quas Metropoles iſti inſtituerunt, contraxerunt, protulerunt, mutârunt?

LXXV. Mendacium Battologicum. *Romano Patriarchæ primum honorem tributum ob urbis excellentiam.* Ibid.

LXXVI. *Romanum Patriarcham, Romæ commorante Imperatore, tenuiſſe proximum locum à Pontifice Maximo*, hoc eſt, *ab Imperatore.* Ibid.

A id. O ſpiras ſerpentinas, ô gyros anguineos. Sed de hoc ex ſtipulis confecto Pontificatu abundè jam actum eſt in Indiculo Impoſturarum Goldaſtinarum.

LXXVI. *Diviſo imperio duos quoque Patriarchas pari poteſtate extitiſſe; alterum in Occidente Romanum; alterum in Oriente, Conſtantinopolitanum, uſque ad Phocam Imper.* Ibid. Quid ſtultius, quid anilius?

LXXVII. *In Theutonico Imperio fuiſſe eandem propemodum rationem.* Ibid.

LXXVIII. *Eccleſiaſticam adminiſtrationem à civili pependiſſe.* Ibid.

LXXIX. *Supina Regum Germaniæ connive ntiâ aut nimiâ indulgentiâ accidiſſe, ut Clerici ex Germania ad Romanum Pontificem appellarent.* Pag. 65.

LXXX. *Et hoc malo jam fermè ſeptingentos annos Eccleſiam percelli & affligi.* Ibid.

B LXXXI. Mend. Battologicum. *Papam omnem poteſtatem ſuam primitùs ab Imperatore & Imperialibus Epiſcopis accepiſſe.* Ibid.

LXXXII. *Romanum Imperium à Papa ſpoliatum Italia.* Pag. 66.

LXXXIII. *Sicilia.* LXXXIV. *Parte Germaniæ.* LXXXV. *Gallia.* LXXXVI. *Hiſpania.* LXXXVII. *Magna Britannia.* LXXXVIII. *Dania.* LXXXIX. *Suecia.* XC. *Polonia.* XCI. *Lituania.* XCII. *Ruſſia.* XCIII. *Pannonia.* XCIV. *Illyrico.* XCV. *Bulgaria.* Mirum ſi non & *Utopia:* vel ſaltem *Peru, Braſilia, Mexico, Japponia, & Inſulis Philippinis.* Vult, ut Pontifex hæc Regna Romano Imperio reſtituat. Neſcis, quid petas, ô Calviniſta. Túne cupis, ut ex Regno ſuo expellatur Rex Britan-
C niæ JACOBUS, cujus benevolentiam tot adulationibus in Tomo III. tuarum Conſtitutionum, & in hac ipſa REPLICATIONE mercari tentas? Num ſponte ceſſurum credis? Fruſtra credis. At nimis pauca regna nominâſti, quibus exutum fuit Romanum Imperium? Quis Africam abſtraxit? Quis Ægyptum? Quis totum Orientem? Mirum, ni & hic Papam repetundarum poſtules.

XCVI. *Romanum Pontificem cum ipſa Urbe paruiſſe Ludovico Pio Imp.* pag. 67.

XCVII. *Epiſtolam Græcorum ad Bohemos per mendacium attribuit Patriarchæ Conſtantinopolitano;* cùm nec in exordio, nec in ſubſcriptionibus nomen Patriarchæ Conſtantinopolitani appareat, ſed aliorum. p. 69.

D XCVIII. *Pontificios quoſdam Doctores tum veteres tum recentiores deteſtatos eſſe hoc dogma; de divinitus accepta poteſtate Papæ ejúſque univerſali Vicariatu.* p. 70.

XCIX. *Vocationem omnium verbi divini miniſtrorum ἀμέσως, immediatè eſſe ab ipſo DEO.* Oſtendant ergo Prædicantes tui immediatæ hujus ſuæ à Deo vocationis tabulas.

C. MENDACIUM GOLDASTINUM, & quidem admodum prægnans. *Civitates, Barones, Comites, Principes in ſuis territoriis poſſe ſibi ſuos proprios Epiſcopos conſtituere, etiam Archi-Epiſcopos, quibus ab Imperatore, tanquam* E
Pontifice Maximo, Generalis Patriarcha præficiatur. pag. 71.

Quod bene vertat, abſolvimus primam Centuriam mendaciorum Calviniſticorum, quam obſigno illo divino oraculo. *Os quod mentitur, occidit animam.* Sap. 1. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Pſal. 5. *Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos: idem autem ipſe ſequitur aves volantes.* Proverb. 10. *Qui loquitur mendacia, peribit.* Proverb. 19.

CAPUT V.

Secunda Centuria Mendaciorum, quæ Latronis frater Goldaſtus effutivit.

AGgredimur ſecundam centuriam. Uſque adeò fœcundum mentiendi pectus habet iſte Calviniſta. F

I. MENDACIUM. *Se in Tomis Conſtitutionum protuliſſe in lucem Reſcripta & Edicta Cæſarum, Regum, atque Principum, ignorata antea, & à Papanis abſcondita.* pag. 75. Scilicet antea nemo quidquam ſciebat de Confeſſione Auguſtana, de libro INTERIM, de multis Proteſtantium Scriptis & Reſcriptis; de variis Imperij RECESSIBUS ùt vocant; de Legibus Francicis à Carolo Magno, aliíſque Imperatoribus & Regibus conditis; quibus iſte ſuos Tomos incraſſavit. Quanquam non diffiteor, iſtum produxiſſe in medium quaſdam fictiones, Imperialium Conſtitutionum nomine coloratas, quæ omnibus orthodoxis incognitæ fuerint: quippe G
nunc primùm ab iſto excogitatas, & per ſummam fraudem, legíſque Corneliæ DE FALSIS violationem pro Imperialibus vel Regiis ſanctionibus venditatas, ùt multis exemplis oſtenſum in Apologia Baroniana, & in Indiculo impoſturarum, quas Calvinianus iſte in tertio ſuarum Conſtitutionum Tomo flagitioſè commiſit.

II. Mendacium Battologicum. *Papam cum univerſo Clero ac populo ſubjectum eſſe Imperatori.*

III. *Imperatorem eſſe Pontificem Maximum;* H
proximum ab eo Papam Romanum in rebus Eccleſiaſticis: In politicis, Comitem Palatinum, ſive Septemviros Electores. Ibidem. O ſomnia. O febrilia deliramenta. Iſtis Pontifex Romanus perpetim eſt Antichriſtus. Nunc proximus ab Imperatore. At dicet Calviniſta; *Nunc eſſe Antichriſtum; cùm ſe Imperatori anteponat; deſiturum ab hac nota, ſi proximus ab Imperatore eſſe velit.* At tunc omnia naturæ præpoſtera legibus irent, ſi ovis paſtori, non paſtor ovi anteponeretur, non ſine obſcura Antichriſtianiſmi argumento.

IV. *Gretſerum omnium Imperatorum & Regum conſtitutiones, quas iſte in ſuam Farraginem comportavit, nominâſſe, damnatas jam olim ſchiſmaticorum & hæreticorum quiſquilias.* p. 76.

Men-

A Mentitur Calviniſta. Gretſerus hoc pronunciavit non univerſim de omnibus, ſed de illis, in quibus iſte cauſæ ſuæ proram & puppim ponit: quæ non à Catholicis, ſed ab Hæreticis & Schiſmaticis principibus profectæ ſunt.

V. & VI. *Carolum Magnum, Ludovicum Pium, Othonem Magnum, Maximilianum I. Carolum V. Ferdinandum, & qui hodie Imperij ſceptra tenet, Rudolphum, aliósque Papali Tyrannidi viriliter ſeſe oppoſuiſſe.* Ibid. Ubi? Quando? Qua in cauſa? Quis horum ſe non ſubjecit Pontifici, ùt filius patri, ùt ovis paſtori?

VII. *Calviniſtis hodie idem evenire, quod olim Chriſtianis antiquis, pro quibus Apologias ſcripſere Tertullianus, Juſtinus, Clemens Alexandrinus, & alij.* pag. 92. Scilicet. Si Tertulliani ævo vixiſſetis, talem pro vobis Apo-
B logiam evulgâſſet, qualem evulgavit adversùs Marcionem, Hermogenem, Praxeam, & qualem Irenæus contra Simonem Magum, aliósque veteris Eccleſiæ Novatores.

VIII. *Papam Divorum Imperatorum Gentilium honores ſibi vendicare.* p. 93.

IX. Mentitur Battus noſter. *Papam à fide Imperij & unitate abſtraxiſſe & in fidem ſuam adegiſſe regna Galliæ, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Navarræ, Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ, Angliæ, Scotiæ, Hyberniæ, Daniæ, Norvegiæ, Sueciæ, Poloniæ, Lituaniæ, Ruſſiæ, Bulgariæ, Comaniæ, Hungariæ, Illyrici, Croatiæ, Dalmatiæ, & cætera;* Sub quibus proculdubio etiam continentur Regna Japponiæ, Sinarum, Mogor, Peru, Regnum Mexicanum, Æ-
C thiopicum, ſeu PRETIOSI JOANNIS; & Braſilienſe. Hæc omnia Pontifex Romanus ab Imperio Romano abducta ſibi ſubjugavit. Quis enim neſcit Pontificem hodie poſſidere Angliam, Scotiam, Daniam, Norvvegiam, Sueciam, Bulgariam, Comaniam, & alia à Calviniano enumerata Regna?

X. *Papam principatus Venetiarum, Carinthiæ, Carniæ, Allobrogum, &c. in jus ac ditionem ſuam tranſcripſiſſe.*

XI. *Papam Helvetiis, Rhætis, Valeſiis, Burgundis Ultrajuranis auctorem fuiſſe, ut imperio rebellarent.* pag. 94.

XII. *Papam Boruſſos dimembrâſſe, & alienæ libidini, quaſi caſtigandos expoſuiſſe, quòd ſeſe Imperij Germanici corpori rurſus inſeruiſſent.* Ibid.

D XIII. *Papam Belgas ad defectionem compuliſſe.* Ibid.

XIV. *Papam Moſcos in Livoniam ſollicitâſſe.* Ibidem. Et quid longis ambagibus opus? Quis Peucerum Calviniſtam in decennalem carcerem Saxonicum compegit? Papa. Quis decollavit Calvinianum Saxoniæ Cancellarium Crellium? Papa. Quis tot Calviniſtas tempore Electoris Auguſti ex Saxonia expulit? Papa. Quis Academiam Witebergenſem à fermento Calviniano èxpurgavit, expulſis Pezelio, Mollero, & aliis? Papa. Quis Witebergâ ejecit clamoſiſſimum Præconem Samuelem Huberum? Papa. Quis eundem E ex Helvetia exterminavit? Papa. Quis circiter mille Prædicantes & Ludimoderatores ſtatione ſua movit anno M.D.LXXVI. quando, mortuo Friderico Electore, ſucceſſit Ludovicus, Luthero addictus? Papa. Quis Zanckium & alios Argentorato abire compulit? Papa. Quis Kleberum ſumma hieme Memminga ad S. Gallum ejecit? Papa. Summa ſummarum, nihil eſt, quod Papa non agat. Ubicunque vel Lutheranus præco à Calviniſtis vel Calviniſta à Lutheriſtis ſolum vertere cogitur, aut in vincula compingitur; id culpa & impulſu Papæ accidit. Sic Albertus Hardenbergius Brema ſuadente Papa, ejectus eſt; & Victorinus Strigelius cum Andrea Hugelio, Prædicante ſexagenario in vincula Jenæ abreptus, eodem Papa inſtigante. F

XV. Mend. *Gretſerum ſanctiſſimos Imperatores noſtros appellare Simoniacos.* pag. 143.

XVI. *Prælatos etiam nundinatores.* Ibid. Mentitur Calviniſta. Sanctiſſimos non ita appellavi; ſed eos, qui Simoniæ obnoxij erant, quales præcipuè Henricus IV. & V. ùt teſtantur omnes probatæ hiſtoriæ, nominatim Paulus Bernriedenſis, & Gerochus ſeu Gerohus Reicherſpergenſis uterque à me non tam luce, quàm vita donatus.

XVII. *Me dixiſſe Decretum Gratiani non eſſe receptum à civilis Juris Interpretibus.* 146.

XVIII. *Baldum ſuis Commentariis Decretum Adriani illuſtrâſſe.* Ibid.. Ubi iſti Commentarii?

XIX. *Imperatorem, judicio Jeſuitarum, non eſſe Imperatorem.* 169. G

XX. *Nec plus juris in Romano Imperio habere, quàm quemlibet alium Regem Chriſtianum.* Ibid.

XXI. *Jeſuitam Imperatoris Majeſtatem ſua definitione circumſcribere.* Ibid. Ubi etiam diobolaris iſte Novator Imperatorem reprehendit, quòd Jeſuitas foveat, *& quidem in omnibus angulis,* ùt ait.

XXII. *Ex Jeſuitarum ſenſu, Imperatorem eſſe ſine Majeſtate.* Ibid.

XXIII. *Cæſarem ſine prærogativa.* Ibid.

XXIV. *Regem ſine poteſtate.* Ibid.

XXV. *Romanum nihil Romæ habentem.* Ibid.

XXVI. *Patricium Reipublicæ ſine jure.* Ibid.

XXVII. *Advocatum Eccleſiæ ſine privilegio.* Ibid.

XXVIII. *Defenſorem Apoſtolicæ Sedis ſine auctoritate.* Scilicet Defenſio, Advocatio, Patriciatus, Poteſtas, Prærogativa, Majeſtas Imperatoris in hoc conſiſtunt, ut Pontificem H Romanum de ſede ſua deturbet, ſibíque ſubſternat: Sed quia novit ſacratiſſimus Imperator, hoc non eſſe Catholicorum Principum, ſed Arianorum, aliáve hæreſi laborantium, & ſchiſmaticorum, Calvinianum hunc neſcio quæ documenta adversùs Pontifices ſuggerentem, abire jubebit ad rotam fratris

A ſui, ut corvos inde abigat, ne fratrem devorent.

XXIX. Mendacium. *Gretſerum decretum Synodi ſub Adriano, quod iſte profert ex Theodorico Niemo falſâſſe.* 170. cùm Gretſerus pagina 187. *b.* ſuæ Apologiæ nullam penitus hujus decreti mentionem fecerit; ſed ſolius Sigeberti verba citaverit; ùt poſt effuſam pſeudologiam ipſemet Calviniſta agnoſcit.

XXX. *Gretſerum mutilâſſe Sigebertum.* 171. Quod num ita ſit, judicium eſſe volo penes Lectorem Sigeberti, & meæ Apologiæ. p. 187. *b.*

XXXI. *Me dixiſſe Clodoveum, Carolum Martellum, Pipinum, Carolomannum & Carolum Magnum non pluris fuiſſe, quàm hodie ſint patricii Germani, quos Veneti creant.* 176. Non
B dixi hoc; ſed iſtud; patriciatum Romanum fuiſſe dignitatem proximam poſt conſulatum; & hodie Venetos ad aſſimilem modum creare Patricios Venetos; etiam veteres. Vide Apologiam Baron. pag. 187. *f.*

XXXII. *Imperatoris noſtri Rudolphi anteceſſores eſſe Clodoveum Regem Francorum* 176.

XXXIII. *Carolum Martellum.*

XXXIV. *Pipinum.*

XXXV. *Et Carolomannum:* quia nullus ex iſtis quatuor fuit Romanorum Imperator. Quocirca non poteſt hodiernus Imperator noſter eorum ſucceſſor appellari.

XXXVI. *Omnes iſtos quatuor fuiſſe Patricios Romanorum.* Non eſt ita. De Clodovei Patriciatu nihil legitur. Poſt ef-
C fuſa abs ſe mendacia convertit ſe Calvinicola ad auguſtiſſimum Imperatorem, ad Chriſtianiſſimum Franciæ Regem, ad Illuſtriſſimos Imperii Ordines, quàm poteſt voce validiſſima intonans: *O Rudolphe, Rudolphe nondum evigilas, &c. Et tu Ludovice Chriſtianiſſime.* Quid vis, ut Auguſtiſſimi iſti Principes agant? An ut fratrem tuum corvos in diſco radioſo Argentorati paſcentem contemplentur? Duo iſti ſummi Principes venerantur ſummum Pontificem, ùt patrem, & ùt gregis Dominici ſupremum paſtorem; cui, ùt decet, ſubeſſe, non præeſſe, cupiunt. Nec tu eos à recto tramite inſanis tuis
D lœdoriis & pſeudologiis avertes.

XXXVII. *Jeſuitas omnem lapidem movere, ut Principes de throno gloriæ & majeſtatis dejectos, obtortis collis, ſolio Romani Pontificis ſubſternant.* 176. Non magis ſubſtratos deſideramus, quàm velit ille, qui B. Petro, & in hoc univerſis ſucceſſoribus ejus hoc præceptum dedit: *Paſce oves meas.* An ideo de throno gloriæ ſuæ dejicitur, qui ovicula, hoc eſt, pars gregis Chriſti eſſe avet? Quæ major gloria ovis, quàm ut paſtori obtemperet? Quæ major ejus infamia, quàm ſi à grege exerret, & à paſtoris cura ſe ſubducat? Quæ certior ad exitium ratio?

XXXVIII. Mend. *Patriciatum fuiſſe egregiam dignitatem non quidem nomine ſed re.* 177. E

XXXIX. *Hinc Carolum Magnum patricium factum, accepiſſe regiam poteſtatem, ſimilem veteri illi regiæ poteſtati, quæ Romæ fuerat ante Tarquinium expulſum.* 177.

XL. *Non autem appellatum Regem aut Imperatorem, quòd Imperatoris nomen tunc Romanis eſſet inviſum, ob recens excuſſum Imperatoris jugum.* 177. O ſomnia pluſquam febrilia.

XLI. *Legem latam à Papa, ſenatu populóque Romano, dictam patriciam, ſimilem illi, ſenatusconſulto, quo Octavio olim data fuit poteſtas, ut eſſet Dominus & populi & legum.* Ibid.

XLII. *Carolum patricium factum, omnia pro Domino egiſſe in Romano Principatu.* Ibid.

XLIII. *Carolum hoc patriciatu plenam & ab- F*
ſolutam poteſtatem in Romanos accepiſſe. Ibid.

XLIV. *Epiſcopos ordinâſſe.* Ibid.

XLV. *Leges conſtituiſſe.* Ibid.

XLVI. *Et ipſum Papam Leonem ad ſedem promoviſſe.* Ibid.

XLVII. *Patriciatûs reſpectu factum eſſe, ne Offa Rex Merciorum in Anglia Carolo ſuaſerit, ut Adrianum removeret, & alium ſubſtitueret.* Ibidem. Quidquid ſit de facto Offæ, de quo dubitare facit teſtium, quos citat vilitas, Illyrici nimirum in Catalogo, & Magdeburgenſium, in Centuriis; & ipſa itidem Offæ pietas & in Adrianum obſervantia; hoc certè Offa à Carolo Magno PATRICIATUS reſpectu petere non potuit; quia Pontifices G
deponere, alióſque in eorum locum reponere, non fuit PATRICIORUM, alioqui non ſolus Carolus, ſed plurimi alij hac poteſtate prædìti fuiſſent.

XLVIII. *Carolum Magnum, quando poſtea Imperator Auguſtus creatus eſt, non plus poteſtatis accepiſſe, quàm antea in patriciatu acceperat.* Ibid.

XLIX. *Hoc privilegium patriciatus poſtea à Romanis renovatum fuiſſe in Henrico Nigro Imp.* Ibid.

L. *Et hoc teſtari Petrum Damianum in Diſputatione Regij Advocati cum Defenſore Eccleſiæ Romanæ.* Ibid. Auctor Diſceptationis illius tantùm dicit: Henricum factum eſſe Patricium Romanorum, & à Romanis *accepiſſe in electione ſuper ordinando Pontifice principatum:* accepiſſe autem hunc Principatum ex vi ip- H
ſius Patriciatus, aut ad exemplum Caroli Magni, aliorúmque Regum Francorum, id non dicit, quia patriciatui hæc poteſtas nequaquam per ſe annexa erat.

LI. *Idem poſtea privilegium renovatum eſſe in Henrico IV.* Ibid.

LII. *Et hoc eundem Damianum teſtari.* 178. Patriciatum Henrico IV. puero à Nicolao Pontifice collatum eſſe; non affirmat ſive Damianus, ſive alius Diſceptationis illius ſcriptor: quia certum eſt, hunc honorem mor-

A mortuo demùm Nicolao II. à Romanis
Henrico delatum eſſe anno M.LXI. Henricum de conſtituendo Pontifice à Romanis interpellatum eſſe tanquam qui à patre ſuo & à Nicolao hoc jus acceperit, fertur in illa Diſſertatione. Sed quòd hoc jus à Carolo Magno, aliiſque antiquioribus Imperatoribus & Regibus acceperit, de eo ubique altiſſimum eſt ſilentium. Nec quidquam præſidij Regius iſte Advocatus ex antiquitate depromere potuit, ùt poſtea audies.

LIII. *Privilegium Nicolai II. non fuiſſe novum, ſed antiquiſſimum, & ab ipſis patriciis Pipino & Carolo repetitum.* Ibid.

LIV. *Et hoc aſſeruiſſe Annonem Archiepiſcopum Colonienſem coram Alexandro II.* Audiamus verba Annonis, prout ex Nicolao Arragonio Cardinali, recitantur à Baronio Tom. XI. anno M.LXIV. *Qua ratione, frater Alexander, abſque mandato & aſſenſu Domini mei Re-*
B *gis recepiſti Papatum? A longis namque temporibus, à regibus hoc abſque dubio eſt obtentum. Et incipiens à patriciis Romanorum & Imperatoribus nominavit eos, per quorum mandatum & aſſenſum plurimi Romani Pontifices in Sedem Apoſtolicam habuerunt ingreſſum.* Hæc verba Annonis recitat Calviniſta. Sed, more Dæmonis, magiſtri ſui, ſubticet ea, quæ ſequuntur: & ſunt iſta: *Archidiaconus Hildebrandus cum Epiſcopis Cardinalibus eidem Colonienſi ſic reſponderunt. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, quòd in electione Romanorum Pontificum, juxta ſanctorum Patrum Canonicas ſanctiones, regibus penitus nihil eſt conceſſum ſive permiſſum. Et deductis in medium pluribus ſanctorum Patrum decretis, & præcipuè illo Nicolai*
C *capitulo, in quo centum & tredecim Epiſcopi ſubſcripſerunt; poſt multas & varias altercationes, ita irrevocabiliter & ſufficienter eidem Colonienſi ſatisfecerunt, quòd ex tunc rationabiliter reſiſtendi non habuit occaſionem.* Hæc verba præteriit Calviniſta, quia ſtructuram calumniæ, quam meditabatur, impediebant. Vides ergo, id, quod de patriciis Romanorum & Imperatoribus Annoni perſuaſum erat, fucum fuiſſe, nec Annonem, quo ſe tueretur, præſidium ullum inveniſſe. Quod etiam liquidò liquet ex diſceptatione Regij Advocati cum Defenſore Eccleſiæ Romanæ: nam
D cùm dixiſſet Advocatus, *Chriſtianos Principes, Romanos ſemper elegiſſe Pontifices:* Reſpondit Defenſor. *Percurre mecum Eccleſiaſticæ antiquitatis hiſtorias, Romanorum Præſulum Catalogum ſtudioſè diſquire; & cùm perpaucis inveneris in electione ſua regium acceſſiſſe conſenſum, confitere, te perſpicuum protuliſſe mendacium. Quis enim Rex Antonij filium Damaſum Hiſpanienſem? Quis Innocentium Innocentij filium Albanienſem? quis denique Zozimum Græcum, Ebramij filium elegit? Quis prætereà Leonem Quintiani filium de Tuſcia? Quis Hilarum Criſpini filium de Sardinia? quis Cæleſtinum Priſci Romani civis filium? quis Bonifacium? quis Anaſtaſium æquè Romanos?* E
Denique multos attexerem, niſi faſtidium generarem. Sed, ne me putes non habentem copiam, ab eorum enumeratione deficere. Quis Imperatorum elegit Simplicium Tiburtinum? Felicem natione Romanum? Quis Gelaſium Afrum Valerij filium? quis Symmachum Sardiniæ Provinciæ filium Fortunati? quis Hormiſdam filium Juſti natione Campanum? Joannem origine Tuſcum? Felicem natione Samnitem; Bonifacium Gilbaldi filium, Mercurium Projecti, Agapitum Gordiani, naturâ Romanos?

Quis enim regum electioni cujuslibet iſtorum ſuum legitur adhibuiſſe conſenſum? cùm eorum temporibus Romanæ Reipublicæ Chriſtiani Principes præfuiſſe legantur, id eſt, Valentinianus Senior; Valens frater ejus, qui occiſus eſt in pug- F
na Gothica propè Hadrianopolim, Gratianus, qui à Maximo Tyranno peremptus eſt, Valentinianus Junior, qui necatus eſt à Comite ſuo Viennæ; deinde Arcadius, Honorius, Theodoſius; Joannes ille, qui apud Ravennam occiſus eſt: Valentinianus tertius, qui in campo Martio eſt peremptus; Martianus, Leo, Majorianus, Severus, Anthemius, Olybrius, Glycerius, Zeno nepos ille, qui in villa ſua occiſus eſt, juxta Salonas, Auguſtulus, Anaſtaſius, Juſtinus, & cæteri Romani Imperatores, quos evitandi laciniosi ſtyli cauſa prætereo. Da mihi ergo eorum, quos enumeravimus, aliquem vel Præſulem requirentem, vel Principem aſſenſum in electione præbentem, & ego do manum, ac te perhibeo laureandum: alioquin ſi dare non poteris, in hoc te G
convictum per omnia pernecesſe eſt, fatearis. Quòd autem B. Gregorio legitur adhibuiſſe Mauritius Imper. aſſenſum, & perpauci alij Principes aliis promovendis; hoc dictavit perturbatio temporum, & tempeſtas horrenda bellorum.

Hæc Defenſor Eccleſiæ Romanæ. Nec habuit Advocatus, quod regereret. Quare ad recentiſſima Henrico Nigro & filio ejus conceſſa privilegia confugere neceſſe habuit; ad quæ quid idem Defenſor reſpondeat, quilibet in diſceptatione prædicta legere poterit apud Baronium Tom. XI. anno M. DC. II. Nos ad Calviniſticorum mendaciorum computationem regrediamur.

LV. *Annonem fuiſſe Romam miſſum, ut Alexandrum Papam in Aulam evocaret, rationem* H
redditurum temeritatis ſuæ in Papatu ſuſcipiendo. 178. Tu vide Baronium anno M. DC. IV. N. 23. & ſeqq. & videbis, quàm ſit huic Calviniſtæ mendax caput.

LVI. *Imperatricem & Cæſarem, non obtemperante Alexandro, Cadaloum in Papam elegiſſe.* Ibid. Et tamen Cadalous electus eſt anno Chriſti M. DC. I. hoc eſt, tribus annis antè, quàm Anno Romam ad Alexandrum ablegaretur: hanc enim legationem obiit anno M. DC. IV.

LVII. *Baronium anno M. LXI. N. 2. fraudulenter truncare Hermannum.* 179. Sed frater Latronis calumniatur, *more ſuo ſolens.*

A LVIII. Me dixiſſe, *Patriciatum & Advocatiam eſſe unum atque idem.* 183. Mentitur Calviniſta: non dixi hoc, de quo appello ad Apologiam Baroneam. Pag. 187. *b.* & ſeq.

LIX. *Carolum Magnum lege patricia poteſtatem tam in Eccleſiaſticis, quàm politicis accepiſſe.* 183.

LX. *Ut eſſet Dominus populi atque legum.* Ibid.

LXI. *Populi non modò Laici, ſed etiam Clerici.* Ibid.

LXII. *Et legum non modò civilium, verùm etiam Canonicarum.* Ibid.

LXIII. *Et hanc ob cauſam Carolum in edictis ſuis inſcribi,* Patricium Romanorum, & Advocatum Eccleſiæ. Ibid.

LXIV. *Hinc, etiamnum, ſacratiſſimum noſtrum* B *Imperatorem, gaudere titulis Imperatoris Romanorum & Advocati Eccleſiæ.* Mentiris, ſi ideo bis titulis gaudere affirmas, ùt certè affirmas, quaſi ſe pro Domino & ſupremo capite non modò rerum politicarum, ſed & Eccleſiaſticarum gerat. Novit Auguſtiſſimus Imperator noſter, quæ ſint ſui fori. Novit, quæ ſint fori Eccleſiaſtici. Neque hæc miſcere cupit: & te mentiri novit, quoties hanc in res Eccleſiaſticas commentitiam poteſtatem ſive ex Imperatoris officio, ſive ex Patricia dignitate, ſive ex Advocatione & Defenſione Eccleſiæ manare ais.

LXV. *Olim appellationes Eccleſiaſticas ad Senatum Palatinum,* hoc eſt, *ad Aulam Impera-* C *toris vel Regis fieri conſueviſſe.* 183.

LXVI. *Imperatores quoque Synodos Epiſcoporum & Abbatum conſcripſiſſe.* Ibid.

LXVII. *Iisque cum manu & poteſtate plenaria præfuiſſe.* Ibid.

LXVIII. *Legúmque ſanctiones tam Clericis quàm Laicis præſcripſiſſe.* Ibid. *Et hoc ſe demonſtrâſſe dicit præfat. in III. Tomum ſuarum Conſtitutionum.* Sed Indiculus meus nuper editus jam lectori indicat, quot Calviniſta hac in re fraudes & impoſturas commiſerit.

LXIX. *Advocationem ſeu Advocatiam Eccleſiæ, qua olim Imperatores, Reges ac Principes functi, hodiéque funguntur, in hoc conſiſtere, ut Advocati, curam gerant rerum temporalium: Eccleſiaſtici autem tantùm ſpiritualium.* 184.

D LXX. *Epiſcopos & Abbates ſine manu Advocatorum nil auſos fuiſſe ratificare, tradere vel cambire.* Ibid.

LXXI. *Carolum magnum cum Advocatia Eccleſiæ Romanæ accepiſſe ſimul politicam adminiſtrationem omnium bonorum temporalium Eccleſiæ Romanæ.* Ibid. Cùm Advocati officium idem prorſus fuerit, quod Defenſoris. Defenſoris autem officium aliud non erat, quàm ut Eccleſiam & Eccleſiaſtica bona ac jura ab omni adverſariorum impreſſione ac invaſione tueretur, operámque daret, ne quid damni Eccleſia pateretur.

LXXII. *Hoc poſteriores Imperatores non animadvertiſſe, atque ex ignorantia, Advocationem Eccleſiæ, de tuitione & propagatione univerſalis Eccleſiæ ſeu religionis Chriſtianæ interpretatos eſſe.* E

LXXIII. *Et tamen hanc defenſionem illis non competiviſſe titulo Advocatiæ, ſed privilegio Pontificatus Maximi.*

LXXIV. *Et hoc liquere ex reſcripto Leonis IV.* ad Lotharium I. Imp. in cap. De capitulis *9. diſt. 10. ubi Gloſſa.* Ubi mirari inprimis ſubit non tantùm Calviniſtæ hujus mendacitatem, ſed & effrenem audaciam, qui tam improbè ſuperioris ævi Imperatoribus dicam ignorantiæ, vel inconſpectionis ſcribere audet. Dolendum ſanè hunc Imperatorum inſtructorem tam ſerò cum ſuis Pſeudologiis ex Orco emerſiſſe, & in publicum prodiiſſe. Si enim citiùs veniſſet, Im- F peratores Juris ſui longè intelligentiores evaſiſſent. Circa caput, in capitulis, non unam fraudem dignam latronis fratre admittit, ùt te docebit lectio illius capituli, unà cum Notatione Gregoriana capitulo illi adjuncta.

LXXV. Gretſerum ita argumentari. *Carolus potuit oſculari pedes Pontificis: ergo oſculatus eſt.* p. 186. In omnibus meis libris nuſpiam hanc conſequentiam invenies.

LXXVI. *Morem oſculandi Pontificum pedes nondum fuiſſe in uſu tempore Caroli Magni.* Mendacium hoc refellit Calvinianus Urſinus, qui expreſsè ſcribit, in ſuis ad Sbardii Hypomnema Scoriis, Carolum Magnum Pontificis pedibus oſculum tuliſſe, ídque ex more.

LXXVII. *Neminem tam inſani capitis eſſe, qui ambigat, dexteram manum eſſe honoratiorem & ſuperiori competere.* 187. Et ta- G men non inſani, ſed ſaniſſimi capitis homines contrà ſenſerunt, ùt oſtendi Tom. II. Defenſ. Bellarminianæ lib. 1. de Pontifice cap. 27. Nec bona eſt hæc conſequentia: *Dextram tenet: ergo eſt honoratior.* Porro exemplum *Inveſtituræ* Eccleſiaſticæ ſeu Epiſcopalis, ſeu ut ita loquar, Abbatialis per baculum & annulum; (qua notione abnuit Illuſtriſſimus Baronius nomen *Inveſtituræ* tempore Caroli Magni exſtitiſſe) adhuc deſidero; neque abs te, Calviniſta, allatum video. Ubi attuleris, haud gravatè Baronium errâſſe confitebor.

LXXVIII. *Privilegium Carolinum non fuiſſe generale, ſed tantùm pro Italia, & Italiæ annexis provinciis.* 189. Nec pro Italia, nec H pro aliis provinciis fuit, quia fictitium eſt: poſito tamen figmento, dicere, quòd non ſit generale, mendacium eſt; ſed frontis oppeſſulatæ Calviniſticæ.

LXXIX. *Carolum magnum jam ante commentitium hoc privilegium habuiſſe in Germania, Gallia, Hiſpania, jus inveſtiendi Epiſcopos.* Ibid.

LXXX. *Et hoc jus Carolum accepiſſe à majoribus.* Ibid.

LXXXI. *Idem à Senatu populóque Francorum confirmatum fuiſſe.* Ibid. Credas latronis

tronis

A tonnis fratrem id ſibi negotii datum exiſtimâſſe, ut mentiendo ſe & ſuos lectores in laſſitudinem daret.

LXXXII. Sigebertum hoc ſtramentitium privilegium extra Italiam extendiſſe *interpretativè & applicativè, non narrativè & hiſtoricè.* 190. Atqui textus Sigeberti contrarium loquitur; nam quidquid hac de re refert, id nec ùt Interpres, nec ùt applicator, ſed ùt Chronicorum ſeu Annalium & Hiſtoriæ ſcriptor commemorat.

LXXXIII. *Carolum Magnum celebrâſſe Concilium Francofordienſe, ùt Pontificem Maximum* 196.

LXXXIV. *Et plena poteſtate.* Ibid.

LXXXV. *Carolum fuiſſe ejuſdem Concilii judicem & præſidem.* Ibid.

B LXXXVI. *Ex Jeſuitarum logica ſic fas argumentari. Imperator in Comitiis auditor aſſidet: ergo non eſt præſes.* Ibid.

LXXXVII. Mentitur Calviniſequa: Gretſerum ita argumentari. *Imperator in Comitiis ex ſententia & arbitrio ſtatuum decernit & conſtituit: ergo ipſe nullam habet juriſdictionem, nullam poteſtatem, nullum arbitrium.* 197.

LXXXVIII. Ex hoc Gretſeri ſyllogiſmo; *Imperatorem non eſſe Imperatorem.* Ibid.

LXXXIX. *Et pro forma aſſidere inſtar ſimulachri cujuſdam in ara.* Ibidem. Si tu, Calviniſta, prædictum ſyllogiſmum in Apologia Baroniana, vel alio Gretſeri opere oſtendere potueris, non recuſabit Gretſerus, quò minùs ſit ille, qui tu es, nempe Auguſtiſſimi
C Imperatoris calumniator, & hoſtis Imperii, & ſycophanta, in quo nec vola nec veſtigium ullius candoris aut ſinceritatis: Interea hoc dico; alio loco habenda comitia politica; alio Eccleſiaſtica Concilia, de rebus ad fidei dogmata, morúmve integritatem ſpectantia. In illis Imperator caput & princeps eſt. Decernit, definit, ſtatuit, ùt omnium aliorum præſes. In Eccleſiaſticis ſynodis nec præſes, nec judex eſt, ſive per ſe, ſive per legatos; ſed ſive per ſe, ſive per alios adſit, adeſt, ùt Concilii defenſor, & Decretorum, quæ à Concilio ſancientur, exſecutor; quia in rebus ſpiritualibus Imperator aut Rex ovis eſt, non paſtor: ſubditus, non præſes aut
D definitor.

XC. *Epiſcopos ante Henricum IV. nullam habuiſſe propriam decernendi facultatem in conciliis; quippe omni imperio carentes.* Ibid.

XCI. *Sed à Rege delegatam.* Ibid.

XCII. *Nec ſynodos agere potuiſſe, inconſulto Rege.* Ibid.

XCIII. *Nec quidquam decernere, eo non permittente, & ratificante.* Ibid.

XCIV. *Omnem Epiſcoporum auctoritatem tam ſacram, quàm profanam à Rege pependiſſe.* Ibid. Scilicet Imperaroribus & Regibus dictum fuerat. *Tibi dabo claves regni cælorum, &c. Quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis.* Nam ſi Epiſcopi, ne E
in ſpiritualibus quidem, ullam poteſtatem habent, niſi acceptam ab Imperatore vel Rege; ſequitur omnino, prædictas & ejus generis alias ſententias, non ad Epiſcopos, ſed ad Imperatores ac Reges pertinere.

XCV. *Carolum Magnum Epiſcopos & Abbates propria auctoritate ad Concilium Francofordienſe convocâſſe.* 198.

XCVI. *Et ùt Pontificem Maximum propoſitionem de cauſa fidei feciſſe.* Ibid.

XCVII. *Et ùt præſidem, priſca verborum formula*: Quid vobis videtur? *Sententias rogâſſe.* Ibid. Non enim rogavit, ùt præſes ſa- F
cri Concilii; ſed rogavit, ùt Concilium more Eccleſiaſtico congregatum ſententiam ſuam patefaceret. An ideo Imperator Carolus V. aut Ferdinandus Concilii Tridentini præſides fuiſſent; licèt Tridenti præſentes ex Patribus collectis rogâſſent; ut quid ipſi de Lutheranis dogmatibus ſentirent, ſynodicè explicarent?

XCVIII. *Carolum Magnum ùt judicem interlocutum eſſe: placet noſtræ manſuetudini.* Ubi hæc interlocutio? An quia in ſacroſyllabo libello dicitur; *placuiſſe manſuetudini ejus*; ideo ipſe Carolus tanquam Concilii præſes dixit? *placet manſuetudini noſtræ.* Ibid.

XCIX. *Ex ſententia Gretſeri, Carolum pro ſtatua in Concilio locatum fuiſſe.* Ibid.

C. Mendacium Goldaſto-calvinicum. *Aut* G
inſtar ſimularis alicujus aut umbratici Regis in ſenatu publico. 199. Nunc quod omnibus mendaciloquis malè vertat, ſi cor ad veri amorem reflectere nolint, abſolvimus ſecundam Centuriam mendaciorum Calviniſticorum; quam obſigno illo Apocalypſeos c. 12. dicto: *Timidis & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis & idololatris*, & omnibus mendacibus, *pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt* Cap. 22.
mors ſecunda. Foris canes (Calviniani) *& venefici, & impudici, &c. & omnis, qui amat & facit mendacium*; Ex quorum numero vel primus Calvinianus iſte eſt; miſſus ad obnubilandam veritatem ab illo, *qui ab initio homicida erat, & in veritate non ſtetit; quia non eſt veritas in eo, & cùm loquitur mendacium;* Joan. 8.
ex propriis loquitur; quia mendax eſt & pater ejus.

CAPUT VI.

Tertia Centuria mendaciorum, quæ Calviniſta Goldinaſtus effudit.

NEcdum exhauſtum eſt fœcundum pſeudologiis pectus Calviniſtæ. Ita- H
que uberem mendaciorum meſſem nobis ſuppeditat: ut periculum nullum ſit, ne nos materia tertiæ Centuriæ contexendæ deficiat. Itaque ad calculos revertamur; neo neceſſe erit, ut ſollicitè animum & oculos intendamus; etiam non advertentibus, ultrò ſeſe hujuſmodi plura monſtra ingerent,

quàm

quàm velimus. Quod ergo capiti hujus Calviniſtæ fauſtum ſit, ac fortunatum: Centuriæ tertiæ mendacium primum eſto:

I. *Donationem Conſtantini mendaciter à Papanis confictam eſſe.* 207.

II. *Et hoc conſtare publica ipſius Cardinalis Baronij confeſſione.* Ibid. Baronius non dicit, Conſtantini donationem fictitiam eſſe; ſed Diploma donationis, prout hodie extat, in apocryphis numerat. Ipſam donationem non paucis argumentis, iiſque admodum veriſimilibus adſtruit. Qua de re copioſè actum eſt in Appendice prima ad Commentariolum *de Imperatorum ac Regum in Sedem Apoſtolicam munificentia.* Quid, quòd in Diſſertatione capite ſuperiori ſæpiùs nominata, cùm Defenſor Eccleſiæ Romanæ de Conſtantini donatione ſatis multum verborum feciſſet, Advocatus Regius, ne hiſcere quidem contra voluit? Cur? niſi quia ſciebat, Donationem hanc firmioribus fundamentis niti, quàm quæ levi opera labefactari vel ſubrui poſſent. Itaque omnia ſilentio tranſmiſit: imò, ut vera loquar, omnia diſertè comprohavit; his verbis: *Aſſentior planè, & ratum duco, quod loqueris.* Ibidémque pari candore confitetur, Ius eligendi Pontificem, Imperatores ſui temporis ex veterum Imperatorum conſuetudine, ſibi vendicare non poſſe. Quòd ſi ſchiſmatici Donationem à Conſtantino factam vellicare potuiſſent, quis id eos intermiſſuros probabile exiſtimet?

III. *Juramentum Caroli Magni*, de quo cap. 4. Apologiæ Baronianæ, *ab aliquo Papano adulatore confictum eſſe.* Ibid. Et quodnam eſt hujus PAPANI adulatoris nomen?

Addit autem Calvinianus, argumenta ſanè quàm ſubtilia, & planè Scotica; niſi dicere mavis *Bruliſera. Gratianus non meminit juramenti à Carolo præſtiti: nec Centius Camerarius* (quem tamen Calviniſta nec vidit nec legit unquam) *nec Leopoldus Bambergenſis; ergo juramentum Caroli Magni eſt fictitium.* Perinde ac ſi diceret. Othoniani Diplomatis, quod Freherus & Calvinicola tantùm non adorant, nec Gratianus meminit, nec Cencius Camerarius, nec Leopoldus Bambergenſis; ergo eſt fictitium. Quam conſecutionem iſti nunquam admittent. Cur ergo nos admitteremus illam plumbeam, quam ipſi cudunt? præſertim, cùm liber ille antiquiſſimus, qui ORDO ROMANUS inſcribitur, pro nobis faciat.

IV. Mend. *Aliquem Hildebrandinum Hæreticum, ſub Hildebrando Pſeudopapa, excogitâſſe demùm Othonis I. Imper. juramentum, quod à Gratiano refertur in cap.* Tibi Domino, *diſt.* 63. Sed parata nobis eſt defenſio. Nam priſcis ſcriptoribus, Gratiano, Cencio Camerario, & Anſelmo lib. 1. collect. cap. 90. & lib. 4. cap. 36. & qui his ætate poſterior eſt S. Antonino p. 2. tit. 16. §. 16. nihil hic fraudis ſuboluit. Quorum guſtum & odoratum, quis non impuro Calvinicolæ hujus palato & naſo anteferat? Accedit, quòd hujus Iuramenti ſatis manifeſta mentio fit lib. 6. Luitprandi Ticinenſis, vel potiùs in appendice lib. 6. cap. 6. nam cùm Joannes Papa Imperatori Othoni objeciſſet; *quòd promiſſionis ſuæ fidem violaret;* reſpondit Imperator. *De promiſſis verò fidem mutare, cujus ipſe me arguit, an verum ſit, ipſi perpendite. Omnem terram S. Petri, quæ noſtræ poteſtati ſubjecta eſt, Eccleſiæ promiſimus reddere; atque id rei eſt, quòd ex hac munitione Berengarium cum omni familia pellere laboramus. Quo enim pacto terram hanc ei reddere poſſumus, ſi non priùs eam ex violentorum manibus ereptam, poteſtati noſtræ ſubdamus.* Hæc in illa Appendice, cum apertiſſimo ad hoc Iuramentum reſpectu. Si verò, ùt Calviniſta blaterat, Hildebrandus ſeu Gregorius VII. Pſeudopapa fuit; dic, quis tunc tuo judicio verus Papa fuerit. Num Guibertus, quem Henricus ad hunc honorem provehere tentavit? Atqui apertè tibi dico, Calviniſta, ſi tu vel in Guiberti, vel ipſius Henrici manus cum hac tua, qua infectus es, peſtifera ſecta incidiſſes, aut cinerem ac favillam; aut longam literam ex te feciſſent, aut te capite minuiſſent, aut ſimile quid in te decreviſſent: nam ut maximè ſchiſmatici fuerint; Calviniſtæ tamen non fuerunt: quod mihi certum, liquidúmque, ùt jam alibi quoque dictum. Sed en argumentum. *Nemo unquam Hildebrando antiquior, hujus juramenti vel ſyllabula meminit; ergo ab aliquo Hildebrandino eſt confictum.* Dicam ego, & quidem rectiſſimè. *Nemo unquam ante annum M. CCC. XXXVIII. meminit Othoniani diplomatis, quod Calviniſtis tantopere arridet, ut illud perpetim in ore habeant, & ubique lectoribus obtrudant; ergo ab aliquo impoſtore ſchiſmatico poſt Othonem III. fraudulenter procuſum eſt.*

V. *Hildebrandum fuiſſe omnium primum Paparum, qui Imperatoribus certam juramenti formulam præſcripſerit.* p. 209.

VI. *Rudolphum Cæſarem fuiſſe primum, qui Pontifici juramentum illud præſtiterit, quod exſtat lib. 9. Epiſtola Gregorij VII. Epiſt. 3. ad Altmannum Epiſcopum Paſſavienſem & Wilhelmum Abbatem Hirſaugienſem:* nam hæc formula, mortuo demum Rudolpho, à Gregorio VII. præſcripta fuit: ùt manifeſtè patet ex Epiſtola citata. Et ipſemet Henricus IV. antea Gregorio VII. non diſſimili jurejurando ſeſe obligaverat: quod ex lib. 4. Epiſt. 5. Gregorij poſt Epiſt. 12.

VII. Henricum V. hoc juramentum à Paſchali ſecundo ſibi oblatum, repudiâſſe. 211.

VIII. *Et ob id Pontificem adquieſcere nolentem cum Cardinalibus ab Henrico captum eſſe, tanquam rebellem, reúmque læſæ Majeſtatis.* Ibid. Lector conſulat Baronium Tom. XII. anno M. C. XI. Et mendaciorum nebulæ mox diſpellentur: nam Paſchalis Papa Henrico, & hic Paſchali juramento ſeſe obſtrinxit: ſed Henricus fidei datæ parùm memor ea è veſtigio

A gio egit, quæ magis tyrannum fœdifragum, quàm Regem Catholicum decebant. Quæ autem ſit jurisjurandi formula, qua Imperatores in ſua inauguratione Pontificibus ſeſe obligare conſueverunt, docebit te Clementina prima *de jurejurando*, quam calumniis & clamoribus veſani hujus Calviniſtæ oppono.

Pag. 213. fatetur, ſe antea deliráſſe circa Epiſtolam Caroli Magni ad Pipinum filium. Utinam efficaciter à delirandi cacoethe ſuo abſolvi poſſet. Quia tamen hoc ſaltem loco execrationem & hallucinationem ingenuè confitetur, nil ſupereſſe video, quàm ut ei aliquis Calvinianus Miniſter Hanoviæ ſalutarem pœnitentiam injungat, ſerióque moneat, ut lento pede procedat, nec ſenten-
B tiam tam temerè præcipitet, præſertim quando furit; nam furor mentem obnubilat, ne quæ cernenda ſunt, cernat. Antea nominaverat Epiſtolam; nunc EDICTUM indigitat; pro veteri nimirum jure ſuo, quo gaudet in imponendis nominibus.

Cap. 19. antiquos ſuos coccyſmos Coccyx Calvinianus recinit. Sit ergo

IX. Mendacium Calvinianum. *Imperatorem non modò provincialia, ſed & univerſalia Concilia convocâſſe, & quidem ſua auctoritate.* Ita enim hanc convocationem Frater latronis intelligit. Pag. 226.

C X. *Et hoc teſtari Hincmarum Rhemenſem;* Hincmarus eo ipſo loco, quem Calvinigena profert, dicit quidem; *Imperatorum auctoritate convocatas generales ſynodos, & in hiſtoriis Eccleſiaſticis, & in Epiſtolis Apoſtolicæ Sedis Pontificum reperiri.* At in his non reperitur, ullum Imperatorem, ſua propria auctoritate, ſed ſibi à Pontificibus delegata, ſynodos generales congregâſſe: non igitur voluit Hincmarus id factum ab Imperatoribus, propria poteſtate, ſed aliunde ſumpta. Petebant autem aliquando Pontifices ab Imperatoribus, ut concilia cogerentur, quò convocatio eſſet efficacior & expeditior, Imperatoribus publica vehicula & impenſas Epiſcoporum conventui ſubminiſtrantibus, & quia etiam Hæreticis, aliíſque rebellibus ac refractariis frenum imponere, & ut in Synodo comparerent, potenter mandare poterant.

XI. *Papam debere indicere Concilia ſub pœna*
D *excommunicationis: Imperatorem ſub pœna proſcriptionis.* Quod effatum non modò eſt mendaciloquium, ſed & ſtultiloquium.

XII. *Papam olim in convocatione Epiſcoporum ad Synodum generalem, nullam propriam, ſed mandatam tantùm ab Imperatore, tanquam Pontifice Maximo, juriſdictionem habuiſſe.* 226.

XIII. *Imperatorem ſeu Regem Franciæ & Germaniæ plena poteſtate tam ſacris, quàm profanis Conciliis præſediſſe.* 227.

XIV. *Eandem Imperatori fuiſſe poteſtatem in Epiſcopos & Prælatos, quam in Duces ac Comites, nempe coactivam.* Ibid. 227.

XV. *Ad Imperatoris officium pertinere, ut pro reformanda Cleri diſciplina leges condat.* 228. E

XVI. *Imperatores Epiſcopis atque Abbatibus leges ſervandas præſcripſiſſe, injunxiſſe, præcepiſſe.* Ibid.

XVII. *Et hoc neminem, niſi Hildebrandinum hæreticum, unquam negâſſe.* Hildebrandinus ergo hæreticus fuit Conſtantinus Magnus, cui cùm, ùt S. Gregorius refert; & recitat Gratianus XI. Q. 1. *Scripto oblatæ accuſationes contra Epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accuſationis accepit, & eosdem, qui accuſati fuerant, Epiſcopos convocans, in eorum conſpectu libellos, quos acceperat, incendit, dicens: Vos Dij eſtis, à vero Deo conſtituti. Inter vos cauſas veſtras diſcutite, quia dignum non eſt, ut judicemus Deos.* Poſtquam autem Calviniſta ſuaviſſimè deliravit *de exteriore & interiore Regum conſilio*, in quo ſynodorum decreta in libram fuerint impoſita; & pro meritis vel approbata vel improbata, tum ad mentiendum revertitur. Itaque

S. Greg. lib. 4. epiſt. 31.

XVIII. mentitur, *cenſuram, ſanctionem,* F
legiſlationem & promulgationem Canonum Eccleſiaſticorum ad officium Imperatoris ſeu Regis ſpectare, non quatenus Princeps laicus eſt, ſed quia Pontifex Maximus, & ſupremus Dei Vicarius in terris. 230. Sed hunc Stramineum Pontificatum jam in Indiculo Impoſturarum Guldinaſtarum exſufflavimus, & nil niſi larvam eſſe demonſtravimus. Sed en novum tibicinem à Leone Iſauro, Iconomacho fœdiſſimo ac teterrimo, quem nemo unquam, niſi moribus ſimilis, laudavit. Is in Epiſtola ad Gregorium II. Pontificem ſuperciliosè ſcripſerat: βασιλεὺς καὶ ἱερεύς εἰμι *Imperator ſum & Sacerdos.* Ubi Calviniana fide No- G
vator vertit. *Imperator ſum & Pontifex.* Dic, Calviniſta, num ἱερεὺς eſt *Pontifex*, præſertim ſummus, qualem tu in deliro tuo cerebro Imperatorem eſſe ſtatuis? Deinde, quæ hæc conſequentia? *Imperator peſſimus & facinoroſiſſimus nominavit* ſe ἱερέα, hoc eſt, *Sacerdotem; ergo Imperator Chriſtianus orthodoxus, eſt ſummus Pontifex.* Argutiſſimè profectò, quia planè Calviniſticè. Quamvis ipſemet truculentus Iſaurus, non niſi metaphoricè ἱερέα ſeſe appellârit, ea videlicet ratione, qua omnes baptiſmo tincti *regale ſacerdotium & ſacerdotes* eſſe cenſentur. Sed ùt metaphorica dignitas Regis, qua clarent omnes Chriſtiani, non tollit veram dignitatem Regis, ſic & metaphoricum ſacerdotium, non tollit ſacerdotium propriè dictum.

Vide Bar. Tomo IX. anno DCC. XXVI.

H Pari candore tractat & apponit nobis Sectarius verba ipſius Gregorij Pontificis; qui cùm debitis laudibus affeciſſet priſcos Imperatores Conſtantinum Magnum, Theodoſium Magnum, Valentinianum Magnum, & Conſtantinum Juſtiniani patrem, qui ſextæ Synodo interfuit; ſubjecit: ἔτοι εἰσὶν ἱερεῖς καὶ βασιλεῖς. *Iſti ſunt Sacerdotes &*

 Im-

Imperatores. Ubi Calviniſequa iterum prorſus
A Calviniſticè: *Hi ſunt* PONTIFICES *&* *Imperatores.* Et ne fraus forſan aliquem minùs attentum ſugeret, majuſculas literas vocabulo, *Pontifices*, adbibendas curavit. Dic, Calviniſta, num ἱερεῖς abſolutè ſunt Pontifices? Quo autem ſenſu Gregorius Pontifex ſupradictos Imperatores vocaverit *Sacerdotes*, ipſe in eadem Epiſtola explicat; nimirum quòd conjunctis operis ac ſtudijs cum Pontificum & Epiſcoporum cœtu, Catholicam & avitam fidem ſtrenuè defenderint, & in id unum incubuerint, ut exortæ ſectæ extirparentur, & quantocius eò, unde exſtiterant, remitterentur: nam alioqui Leonem Iſaurum à Gregorio, nec pro Sacerdote, nec pro Epiſcopo, nec pro Pontifice habitum fuiſſe; apertè oſtendunt ea, quæ è veſtigio Gregorius de diſcrimine Pontificiæ & Regiæ dignitatis ſubnectit; & inter alia Iſau-
B rum ſic compellat. *Audi humilitatem noſtram, Imperator, ceſſa, & ſanctam Eccleſiam ſequere, prout inveniſti, atque accepiſti: non ſunt Imperatorum dogmata*, (hoc eſt, ad Imperatores non pertinet de dogmatibus judicium ferre) *ſed Pontificum; quoniam Chriſti ſenſum nos habemus. Alia eſt Eccleſiaſticarum conſtitutionum inſtitutio; & alius ſenſus ſæcularium in adminiſtrationibus ſæculi: militarem ac ineptum, quem habes ſenſum, & craſſum, in ſpiritalibus dogmatum adminiſtrationibus habere non potes, &c.*

Infrà: *Imperatores, qui piè & in Chriſto vixerunt, Eccleſiarum Pontificibus obedire minimè*
C *recusârunt, nec eos vexârunt. Tu verò Imperator, cùm transgreſſus fueris, ac perverſus evaſeris, & manu propria ſubſcripſeris, teipſum ſubjiciens, & confeſſus fueris, eum, qui terminos patrum tollit, execrabilem eſſe, in hoc proprio judicio condemnatus es, ac Spiritum ſanctum à te alienâſti.* Nec obſtant verba Pontificis ad calcem Epiſtolæ. γενȣ̃ ἀρχιερεὺς καὶ βασιλεὺς, καθὼς προέγραψας. *Eſto Pontifex & Imperator, prout prius ſcripſiſti:* vult enim, ut fiant Pontifices per imitationem, imitando videlicet Epiſcopos & Pontifices, in colendis imaginibus, quibus iſte mos erat, ut ne iter quidem ſine imaginibus facerent.

Quàm autem antiqui Imperatores nullum
D ſibi jus in Epiſcopos ſumpſerint, docet idem Gregorius Pontifex in priore ad eundem Leonem Epiſtola iſtis verbis: *Cùm Dominus Germanus, quique tum temporis Patriarcha erat, Dominus Gregorius, ſuggeſſiſſent, perſuaſiſſéntque Conſtantino* (Conſtantis filio, Juſtiniani patri) *ut Romam ad nos ſcriberet, ſic interpoſito jurejurando ſcripſit ad nos* (hoc eſt, ad prædeceſſorem Gregorij; nam quod ad unum Pontificem ſcribitur, hoc in genere ad omnes ſcribi cenſetur, ùt notat etiam Baronius in ſcholiis ad banc Epiſtolam) *& nobiſcum egit, ut ad univerſalem Synodum Congregandam viros utiles mitteremus: neque cum illis, inquit,* *tanquam Imperator ſedebò, aut imperioſè loquar;* E
ſed tanquam unus ex illis, & prout ſtatuerint Pontifices, ego exſequar. Sed jam ad alia.

De capitulo *in Capitulis* diſt. 10. jam alibi diximus. Carolum Magnum, vel Conſtantinum Magnum *pro Epiſcopis ſeſe geſſiſſe*, eſt

XIX. Calviniſtæ mendacium. Pag. 231. horribiliter vociferatur & conviciatur Calvinicola. Qua de cauſa? Quia à Gretſero in manifeſtaria hallucinatione deprehenſus fuerat. Hanc jam à ſe ſublatam ait Tomo III. ejus Farraginis, in quam millenas fraudes congeſſit. Gratulor Calviniſtæ, ſi me, vel doctore vel monitore, tandem aliquando aliquid, quantumvis pauxillulum, condidicit. Quis verò riſum teneat, quando à Calviniano pyrgopolinice tales thraſoniſmos F
fundi audit? *Atque ita, Deo docente, omnes vaniſſimi parricidæ nebulas, quibus Majeſtatem* Pag. 231.
ſacratiſſimi Domini noſtri Imperatoris & Chriſtianiſſimi Regis Francorum obnubilavit, penitus diſpulimus, ut nunc ſarta tecta in perpetuum eorum maneat auctoritas. Bone Deus, quis ſibi tantum à fratre latronis polliceri auſus fuiſſet: qui Germanici Imperij & Gallicani Regni Majeſtatem ita ſtabilivit, ut in perpetuum non modò ampliùs collabi, ſed ne quidem nutare aut vacillare poſſit. Mirum, ſaltem ni roſis coronetur. Mirum, niſi quidquid calcaverit, hoc roſa fiat: Quid à Germanis & Gallis par tanto beneficio reponetur? Et certè ſi ullius majeſtas calumni-
ando, & impigrè mentiendo aſſeritur, fa- G
tendum eſt, hunc Calviniſtam aſſertoris munus egregiè impleviſſe, ac proinde dignum eſſe, per cujus frontem *ingens Legis &* * *Hem-* P. 224.
miæ (ipſiſſima Calvinicolæ verba audis) * *Memmia.*
epigramma ducatur, ut littera longa fiat ex Senatuſconſulto Turpiliano, aut, ùt loquitur, Pag. 406. *ut parricidale epigramma, id eſt, longiſſima litera per carnificem fiat; aut ſi gratia facienda ſit, blaſphema lingua eradicetur, & falſaria manus abſcindatur.* Agnoſces opinor, tua verba, Evangelicæ manſuetudinis pleniſſima.

Vide autem, mi Calvinicola, quàm cle- H
menter tecum agam. A pag. 231. nullum in numero ponam hoc quidem loco, mendacium tuum; Omnia tacitus prætervolabo, tametſi quocunque vel oculum conjicis, nil niſi mendacium Calviniſticum conſpicis, & ubicunque pedem ponis, non niſi in Guldinaſtino commento ponis. At diſſimulemus hæc omnia. Ex ſolo cap. 40. Replicationis, quod reliquum eſt, hujus tertiæ Centuriæ Calviniſticorum mendaciorum pertexam; nam de Confeſſione Auguſtana tam horribiliter mentitur, ut nec à Calviniano ullo Miniſtro; nec ab ullo Prædicante Lutherano videatur abſolvi poſſe. Sit ergo

XX. tenebrionis hujus mendacium. *Quemadmodum olim Confeſſio Nicæna ſymbolum erat Ca-* P. 413.
tholicæ fidei, ita noſtris moribus, inquit Calviniſta,

A niſta, *locum ejus Confeſſio Auguſtana occupare cenſetur: Noſtris*, inquit, *moribus*, id eſt, Calvinianis. Quis Calviniſtarum ſi de ſua fide vel perfidia rogetur, Confeſſionem Auguſtanam, tanquam profeſſionis ſuæ ſymbolum, producit? Quis non potiùs Tigurinam, Genevenſem, Scoticam, Anglicanam, vel aliam ejuſdem farinæ? Quis neſcit, quid de hac Confeſſione præcipui ex Calviniſtis ſenſerint, & etiamnum ſentiant, ſcripſerint & ſcribant? Audi iterum ſtigmaticum tuum Calvinum, quandoquidem priùs orationi ejus aures occluſiſti. *Auguſtana* Epiſt. 313. *Confeſſio, ut ſcis, fax eſt veſtra Furiæ ad excitandum incendium, quo conflagrat tota Gallia. Sed quærendum eſt, quorſum obtrudatur, cùm* B *ſemper ejus mollities cordatis diſplicuerit, auctorem ejus pœnituerit, & in plerisque locis accommodata ſit ad peculiarem uſum Germaniæ. Omitto, quòd ejus brevitas & obſcura, & præteritis quibuſdam maximi momenti capitibus mutila eſt. Cæterum abſurdum eſſet, neglecta confeſſione Gallorum, illam accipere.*

Theodorus Beza Epiſt. 1. *De Confeſſione Auguſtana fatemur, illam nobis in quibusdam non ſatisfacere, atque adeò in nonnullis, ac præſertim in capite de cœna Domini, non probari, niſi commoda interpretatione leniatur: quod etiam eruditiſſimos quosque videmus facere.*

Auctor Anonymus libro, qui inſcribitur; Animadverſiones in novum doctrinæ corpus: C *Confeſſio Auguſtana neque fuit primò conſcripta generali omnium Principum, Ordinúmque Germaniæ nomine & conſenſu, ſed ſeptem duntaxat Principum, & duarum civitatum; neque poſtea, niſi paulatim, modò ab his, modò ab illis approbata eſt. Itaque ſine Eccleſiaſtica diſquiſitione & examine admitti non debet: nec unquam fuit recepta ab Eccleſiis Helvetiorum, vel eorum, qui iis fœdere junguntur. Ergo non poteſt eſſe ſymbolum Eccleſiarum reformatarum. Et ſi eſſet, ſubjaceret adhuc Eccleſiæ univerſalis examini & judicio per verbum Dei.* Hæc iſti.

Quid Neuſtadiani Calviniſtæ apud Hoſpi. D nianum in libro de libro Concordiæ in Confeſſionem Auguſtanam? An non hunc ſuum congregem luculenti mendacii redarguunt, qui palàm ſcribere non verentur, *Calvinianis moribus Confeſſionem Auguſtanam obtinere locum Symboli Nicæni.* Accipe verba Neuſtadienſium, qui varias rationes afferunt, quare Confeſſio Auguſtana non debeat in hunc uſque gradum extolli, ut pro ſymbolo & norma doctrinæ recipienda ſit. *I. Iniquiſſimum eſſe, unam aliquam Eccleſiam particularem præſcribere formulam omnibus in mundo Eccleſiis. II. Auguſtanam Confeſſionem ſcriptam eſſe non ita multis annis poſt reformationis initium, in quo poſt tenebras Papatus denſiſſimas, non ſubitò omnia rectiſſimè, & abſque omni hallucinatione perſpici, & explicari potuerunt. III. Auguſtanam Confeſſionem ſcriptam eſſe duorum vel trium Theologorum conſilio tantùm. IV. Scriptam eam eſſe in feſtinatione & ſumma temporis* E *anguſtia Auguſtæ, in diverſorio, in Comitiis, urgente Imperatoris poſtulatione. V. Scriptam & exhibitam eſſe in maximo metu præſentium periculorum. Idcirco ſtuduiſſe confeſſionis auctores, omnia Papatus ulcera & idolomaniam, in iis articulis, de quibus tum ſcribendum putârint, quàm parciſſimè & leniſſimè attingere. VI. Illos ipſos, qui Confeſſionem Auguſtanam ſcripſerint, approbârint ac ediderint, multa ſubinde in ea correxiſſe, addidiſſe, declarâſſe, denique totam repetiviſſe & retexuiſſe pleniori ac meliori forma. VII. Oſtendunt multa contineri in Auguſtana Confeſſione & Apologia, quæ ne ipſi quidem acerrimi ejus propugnatores, probent, aut recipiant.* Hæc Neuſtadiani Calvinigenæ.

F Omitto judicia de Confeſſione, quæ Schlüſſelburgius lib. 2. Theologiæ Calviniſticæ art. 13. ex Calviniſtarum monumentis copiosè exſcripſit, & omnibus ſpectanda exhibuit. Similia Neuſtadianis Hoſpinianus in altera parte hiſtoriæ Sacramentariæ, anno M. D. XXX. Qui tamen addit; ſed Calviniſticè prorſus, hoc eſt, vulpinè. *Non rejiciunt noſtri* (Calviniani) *Confeſſionem Auguſtanam in ſano, pio, vero, recto & Catholico ſenſu*, hoc eſt, in eo ſenſu, qui Calviniſtis allubeſcit. Quo pacto, etiam ipſum Alcoranum Calviniſtæ amplecti poterunt: nam ſanus, pius, verus, rectus, & Catholicus ſenſus Alcorani eſt iſte; G eſſe librum penitus fabuloſum, diaboli inſtinctu conſcriptum, & mille rogis dignum. Eodem ſenſu amplectar ego omnes Confeſſiones, quotquot ad hunc uſque diem ab Hæreticis prodiêrunt; prodiêrunt autem innumeræ. Ipſi quoque Lutherani libentiſſimè hunc in modum cuicunque Confeſſioni, etiam Genevenſi & Tigurinæ ſubſcribent. Ariani itidem olim eadem techna & verſutia Concilio & Symbolo Nicæno ſubſcribere nequaquam recusâſſent. Sed nunc ad calculos redeamus.

XXI. Mendacium latet in illis ipſis Calviniſtæ verbis, quæ ſuprà recitavimus, nempe H *Confeſſionem Auguſtanam eſſe ſymbolum Calvinianis moribus*, adde & Lutheranis, *ſicut olim Confeſſio Nicæna fuit ſymbolum Catholicæ fidei in orbe Chriſtiano.* Nam Symbolum Nicænum nemo orthodoxorum unquam mutavit, aut invertit, ſed prout à conditoribus ſuis initio conceptum, & formatum fuit, ita & in poſterum manſit, manebítque uſque ad finem mundi.

XXII. Mend. *Cæteras Confeſſiones, ut Tigurinam, Genevenſem, Belgicam, Scoticam, eſſe tantùm explicationes Confeſſionis Auguſtanæ.* Non ſunt explicationes, ſed everſiones.

XXIII. *Et eſſe explicationes ad eum modum, quo Synodi Epheſina, Chalcedonenſis & Conſtantinopolitana ſint exegeſes Nicæni Symboli.* Impudens mendacium. Nam nulla ex his Synodis contraria fuit Synodo Nicænæ. At Calviniſtarum Confeſſiones Auguſtanæ con-

A feſſioni contrariæ ſunt: Et Calviniſtæ ipſi palàm fatentur, ſe Confeſſionem Auguſtanam non recipere, *niſi in ſano*, hoc eſt, in eo ſenſu, qui ipſis arridet. Quid, quòd ipſæ Auguſtanæ Confeſſiones inter ſe non concinunt?

XXIV. *Particularibus quarundam regionum Confeſſionibus non tolli Auguſtanam generalem.* Perinde ac ſi olim Ariani dixiſſent, ſuis particularibus Confeſſionibus non tolli Confeſſionem Nicænam; ſic tamen, ut quo ſenſu Nicænum Symbolum accipere vellent, id in eorum arbitrio ſitum eſſet. Quo pacto ne per Alcoranum quidem Auguſtana Confeſſio tollitur.

B XXV. Mendacium. *Per alias Confeſſiones, ùt Tigurinam, Genevenſem & ſimiles, Auguſtanam Confeſſionem maximè confirmari.* I tu Calviniſta, & hoc alicui Prædicanti ſolidè Lutherano perſuade; & ubi perſuaſeris, tum ad nos redi, nóſque proniores ad aſſenſum habebis.

XXVI. *Confeſſionem Auguſtanam ſequi Imperii Archi-Principes Electores.* Quod ùt generatim profertur, ita generale eſt mendacium. Nam ex ſeptem Electoribus, forſan duo Confeſſionem Auguſtanam profitentur. Nam tres, & addito Rege Bohemiæ, quatuor, extra controverſiam Catholici ſunt. In Palatinatu regnat Calviniſmus.

XXVII. Mend. *Patriarcham Germaniæ amplecti Confeſſionem Auguſtanam.* C Nullum novimus in Germania *Patriarcham.* Sed ùt iſte novos & inauditos Imperatores, ſic novos etiam & inauditos *Patriarchas* nobis creat. Utrumque eadem poteſtate facit.

XXVIII. Mend. *Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, Duces, Principes, Abbates per Germaniam, Galliam, &c. ſequi Auguſtanam Confeſſionem.* Hoc itidem generale mendacium eſt, prout generatim profertur. Concordiæ certè Lutheranæ, in qua continetur Confeſſio Auguſtana, unus duntaxat non re, ſed nomine, Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis, quem tu *Patriarchæ* titulo inſignis, & duo ejuſdem tribus & claſſis Epiſcopi Miſnenſis & Lube- D cenſis ſubſcripſerunt.

XXIX. Mend. *Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, Duces, Principes, Abbates, Præpoſitos, Comites, Barones, Nobiles & civitates liberas per Galliam; Auguſtanam Confeſſionem amplecti.*

XXX. Mend. *Item per Helvetiam.*

XXXI. *Et per Belgium.* Si qui in his regionibus à Catholica fide defecerunt; ij non Lutheranam, ſed Calviniſticam Confeſſionem ſectantur, ùt omnibus notum. Neque ullum Archi-Epiſcopum aut Epiſcopum, aut Abbatem in his regionibus non Catholicum nobis Calviniſta demonſtrabit.

XXXII. *Confeſſionem Auguſtanam ſequi in Gallico Regno* PARES.

XXXIII. *Mareſcalcos.*

XXXIV. *Duces.*

XXXV. *Marchiones.* E

XXXVI. *Comites.*

XXXVII. *Barones.*

XXXVIII. *Nobiles.*

XXXIX. *Et civitates liberas.* Quot verba Calviniſtæ, tot mendacia Calviniſtæ; ne uno quidem pauciora. Nam qui in Gallia Catholici non ſunt; Calviniſtæ ſunt: qui Auguſtanam Confeſſionem tanti faciunt, quanti eorum Anteſignani Calvinus & Beza. Quale verò mendacium, in Gallicano Regno ſtatuere liberas civitates. An non omnes ſubſunt Regi?

XL. Mend. *Navarræ quondam Regem Confeſſionem Auguſtanam amplexum eſſe.*

XLI. *Eandem nunc amplecti proceres in Francica Navarra & Bearnia.* F

XLII. *Et Nobiles.*

XLIII. *Et Civitates.* Nil niſi mendacia Apollo ſeu potiùs Apollyon iſte fundit. Nam ſi qui horum locorum à patrita deſciverunt, ij ad Calvini Confeſſionem tranſierunt.

XLIV. *Confeſſionis Auguſtanæ ſectatorem eſſe Angliæ Regem.*

XLV. *Ejúsque Archiepiſcopos.*

XLVI. *Epiſcopos.*

XLVII. *Abbates.*

XLVIII. *Duces.*

XLIX. *Comites.*

L. *Nobiles.* Nobile mendacium, quia quinquageſimum. G

LI. *Et Communitates.* Ubique apud iſtos Calviniſmus partim purus & Genevenſis, partim impurus viget. Nihil illis cum Auguſtana Confeſſione. Qua de re ipſos Lutheranos Prædicantes Calviniano huic teſtes & judices fero.

LII. *Eundem Regem ſequi Confeſſionem Auguſtanam cum Archiepiſcopis Hyberniæ.*

LIII. *Cum Epiſcopis.*

LIV. *Et pleriſque Optimatibus Regni.* Calviniſta ab ingenio ſuo non diſcedit. Si qui in Hibernia Catholici non ſunt, ij Calviniani ſunt. Ex indigenis Regni, hæreſeos peſte non multi laborant; quia gens illa Catholicæ Fidei addictiſſima, omníque hæreſi, ex H naturali quodammodo inſtinctu inimiciſſima eſt.

LV. Mend. *Confeſſionem Auguſtanam ſequi Scotiæ Regem.*

LVI. *Cum Archiepiſcopis.*

LVII. *Cum Epiſcopis.*

LVIII. *Cum Abbatibus.*

LIX. *Cum Proceribus.*

LX. *Cum Regni Communitatibus.* Mendaciorum Calviniſticorum indeſinens nimbus; quia Scoti Calviniſtæ ſunt; & quidem PURITANI impuriſſimi.

Non poſſum autem committere, quò minùs

LXI.

A LXI. Mendacium numerem, quòd ſcribit, *Regem Sueciæ Confeſſionem Auguſtanam profiteri:* nam legitimus & nativus Rex Sueciæ Sigismundus Chriſtianiſſimus & Catholicæ Fidei deditiſſimus, tam favet Confeſſioni Auguſtanæ, quàm ipſe Papa.

LXII. *Confeſſionem Auguſtanam ſequi Poloniæ Palatinos.*

LXIII. *Duces.*

LXIV. *Principes.*

LXV. *Comites.*

LXVI. *Barones.*

LXVII. *Nobiles.*

LXVIII. *Communitates.*

LXIX. *Per Lituaniam.*

LXX. *Et Ruſſiam.* Mirum, ni tandem B mentiendo, in laſſitudinem Calviniſta datus ſit. Nam qui in his locis à vera Religione avij erant, ij aut Calviniſtæ ſunt, aut Trinitarij, aut Anabaptiſtæ. Lutherani perquam pauci: & ex Regni Palatinis aliiſque proceribus, plerique ſunt Catholici, ut proinde impudenter mentiatur Calviniſta, cùm usque adeò generaliter loquitur, quaſi nullus ex Polonis Palatinis & Proceribus inveniatur, qui Catholicam Fidem colat.

LXXI. *Confeſſionem Auguſtanam ſecutum eſſe defunctum Hungariæ Regem Boskaium.* Dic, Calviniſta. Quis creavit Boskaium Hungariæ Regem. Tu, opinor, qui eodem jure nobis novos Imperatores creas. An ſacratiſſimus Imperator Rudolphus, Rex legitimus Hungariæ, demptam de capite ſuo co- C ronam, Calviniano Boskaio impoſuerat, ut tu Regis ſui rebellem, tam intrepidè Regem nominare audeas? Si mihi tuus mos eſſet, jam cœlum terrámque non immeritò, ſed meritiſſimò, ad tantæ indignitatis ſpectaculum convocarem, & te læſæ Majeſtatis reum proclamarem. Quid contra hiſceres? Nam ſi Boskaius Rex fuit Hungariæ, ùt à te indigitatur; Imperator ergo vel ampliùs Rex Hungariæ non erat; vel ad latus ſuum CORREGEM, ut ita loquar, te procurante, admittere debuit.

LXXII. *Palatinum Hungariæ etiam hodie ſequi Confeſſionem Auguſtanam.*

LXXIII. *Comites.*

D LXXIV. *Barones.*

LXXV. *Nobiles.*

LXXVI. *Communitates.* Falſum, tum quia generale; tum quia plerique illarum Regionum heterodoxi non ſunt Lutherani, ſed Calviniſtæ & Trinitarij. Mirum, Calviniſtam non migrâſſe in Tranſylvaniam, ut & inde ſubſcriptores & adſtipulatores Auguſtanæ Confeſſionis ſibi arceſſeret.

LXXVII. Mendacium ampliſſimum. *Has ampliſſimas Eccleſias Auguſtanæ Confeſſioni adſtipulari.*

LXXVIII. *Eámque pro Catholica & Apoſtolica agnoſcere.*

LXXIX. *Neminem hujus Confeſſionis meliorem eſſe Interpretem, quàm ipſum Auctorem;* E quia quæ priùs aſſeruerat, poſtea per contradictionem evertit ac peſſumdedit. Et reſervato ſibi hoc jure, poſt traditam Carolo V. Imper. primam Confeſſionem, ut quoties ſpiritus vertiginis aliter ſpiraret, ipſe aliam Confeſſionem liberè procudere poſſet.

LXXX. *Confeſſioni Auguſtanæ ſubſcripſiſſe Paulum Fagium.*

LXXXI. *Capitonem.* LXXXII. *Petrum Martyrem.* LXXXIII. *Ambroſium Blarerum.* LXXXIV. *Calvinum.* LXXXV. *Joannem Zvvickium.* LXXXVI. *Joachiaum Vadianum.* Cur non adjecit Bezam, Bullingerum, Lavatherum, Hoſpinianum, & alios. Poterat certè eos eodem jure, quo alios, in F ſubſcriptorum Catalogo enumerare. Quos omnes Zvvinglij & Calvini ſpiritu ebrios, & à Confeſſione Auguſtana alienos fuiſſe conſtat; neque aliter ſubſcripſiſſe, ſi quis horum unquam ſubſcripſit, quàm eo modo, quem ſibi Hieronymus Zanchius obſervandum cenſuit, cùm Scholaſticam functionem Argentinæ incœpturus, juberetur chirographo ſuo ſuum de Auguſtana Confeſſione judicium teſtari, ſubſcripſit enim, ſed cum hac exceptione: *Modò orthodoxè*, id eſt, Zvvinglianè & Calviniſticè, *intelligatur*, ùt ſcribit Calviniſta Hoſpinianus in altera parte Sacramentariæ hiſtoriæ anno M. D. LXII. Quo pacto, cuicunque Confeſſioni, etiam Turcico Alcorano, Zanchius ſubſcribere poterat. Deinde, ſi ſupradicti duces & Anteſignani Scholæ Zvvinglianæ & Calvinianæ chirographo ſuo Confeſſionem Auguſtanam G muniêrunt & receperunt; cur Bullingerus apud Hoſpinianum in hiſtoria Sacramentaria, anno M. D. LX. publico libello omnibus teſtatum fecit, quibus in articulis Helvetij Zvvingliani à Confeſſione Auguſtana diſſentiant: à quibus nominatim ait, non recipi art. 10. *Etſi enim quidam hujus duriciem commoda interpretatione lenire voluerunt, alios tamen nolle admittere hanc interpretationem, ſed ex Apologia Confeſſionis velle judicium de ſenſu fieri. Ibi autem ſic ſcribitur.* Decimus articulus à Cæſarea Majeſtate approbatus eſt: Nos defendimus receptam in tota Eccleſia, etiam Romana, ſententiam. *Unde apparet,* H *in eo contineri Papiſticam opinionem*, inquit Calviniſta, *eum Scripturis ſanctis & fide pugnantem. Cùm autem hujuſmodi Papiſticam doctrinam, annis aliquot, priuſquam ederetur Auguſtana Confeſſio, per Dei gratiam, abjecerimus, non poſſe nos ipſam iterum recipere, ideóque ſtudio puræ religionis & ſinceræ confeſſionis coram Deo & ſancta ejus Eccleſia, nullo privato odio aut affectu ſiniſtro, decimum articulum hactenus non agnoſci à nobis, quatenus ex adverſariorum interpretatione Papiſticam doctrinam de Euchariſtia continet.*

A Secundò, *cùm Miſſa per omnes Evangelicas*
Eccleſias Helveticas abrogata ſit, ita ut nullum
ejus veſtigium uſque appareat, non poſſumus,
inquit, *ſubſcribere verbis Confeſſionis de Miſſa,*
quæ ita habent: Falsò accuſantur noſtræ Eccleſiæ,
quòd Miſſam aboleant: retinetur enim Miſſa
apud nos, & ſumma reverentia celebratur, ſer-
vantur & uſitatæ ceremoniæ ferè omnes, præter-
quàm quòd Latinis cantionibus admiſcentur ali-
cubi Germanica. Ubi hoc quoque approbare non
poſſumus, retineri in ſacris publicis linguam plebi
non intellectam. Notum enim eſt, quid de ea re
judicet Apoſtolus 1. Corinth. 14.

Tertiò, *Non poſſumus agnoſcere in Confeſſio-*
ne verba iſta: Confeſſio apud nos non eſt
abolita. *Confeſſio enim auricularis cum privata*
ſacerdotali abſolutione, juſtiſſimas ob cauſas à no-
B *bis rejecta eſt, neque ulla neceſſitas, aut manda-*
tum Dei urget nos ad ejus reſtitutionem.

Quarto loco, *poteſtas,* inquiunt, *in Ec-*
cleſias & miniſtros Eccleſiaſticos apud nos erepta
eſt Epiſcopis Papiſticis: ſed ſub finem Auguſtanæ
Confeſſionis hujus rei aliquid adhuc Epiſcopis con-
cedi videtur. Quare, hac etiam in re illa de-
clinare cogimur. Hæc & plura hujus generis
Bullingerus. Ex quibus liquidò eluceſcit,
mentiri Calviniſtam noſtrum, cùm tam in-
verecundè aſſerit, Confeſſionem Auguſta-
nam à ſuis recipi, & olim primariorum Sa-
cramentariorum ſuffragio comprobatam
fuiſſe; qui quòd Carolſtadij opinionem de
Sacramento fanaticam nominat, rectè fecit;
Rectiùs, imò rectiſſimè facturus, ſi Zvvin-
C glij quoque & Calvini perſuaſiones eodem
elogio cohoneſtaret; quia quod ad rem, &
quaſi ſubſtantiam attinet, nihil penitus à Ca-
rolſtadij amentia diſcrepant. Tota diverſi-
tas eſt in diverſo explicationis modo.

LXXXVII. Mend. *Confeſſioniſtas in artic. 24.*
vocabulo Miſſæ, non intellexiſſe id, quod Calvi-
niſtæ peſſimis modis oderunt: *ſed neſcio quos*
cœnæ ritus. Nam quid voculâ illâ MISSÆ in-
dicare voluerint, meliùs, quàm iſte, novit
Bullingerus, cujus verba paulò antè recita-
vimus; & Hoſpinianus, cujus verba in A-
pologia Baroniana Calviniano appoſuimus.

LXXXVIII. *Eccleſiam Francofordianam eſſe*
ſuam. Hæc noſtra Eccleſia Francofordiana, in-
D quit. Eccleſia Francofordiana eſt Luthera-
na. Tu Calvinianus ſeu Zvvinglianus. Num
Lutherani couruntur Calvinianis? In cœna
certè non magis, quàm Iudæi Samaritanis.
Prode apud Miniſtrum Francofordienſem,
qui ſis, & qua mente. Videamus an te cœ-
nare volentem ex triclinio Lutherano non
ſit confeſtim exturbaturus. Nam hodie æ-
què parùm loci Calvinianæ ſectæ exercitiis
publicis Francoforti conceditur, ac annis ſu-
perioribus; cùm enim Laſcus fraudulenter
eam in urbem irrepſiſſet, & ſuis Sacramen-
tariis ſynagogam conſtituiſſet & aperuiſſet,
Senatus tanti mali initiis tempeſtivè occur-
rere volens, omnes, occluſa ſynagoga, aliò E
migrare juſſit; nec adduci ullorum, quam-
vis Principum, precibus unquam potuit,
ut Sacramentariis publicam Eccleſiam am-
pliùs concederet, ùt ſcribit Hoſpinianus al-
tera parte hiſtoriæ Sacramentariæ anno M.
D. LIII. Ex quo apparet, quàm verè Calvinia-
nus iſte Francofordienſem Eccleſiam nomi-
net ſuam: idémque liquet ex Hamburgenſis
Luthero addictæ Reipublicæ facto; quæ Cal-
vinianos ex Anglia ejectos nullo pacto tole-
rare, ſed quamprimùm ex ſua ditione exce-
dere juſſit: quam benignitatem priùs Lube-
cæ & Wiſmariæ experti fuerant; ùt & antea
in Dania, præſertim Hafniæ, de qua re fle-
biliter admodum quiritatur Calviniſta Hoſ-
pinianus loco citato Farraginis ſuæ Sacra-
mentariæ; qui non minùs lamentabiliter F
anno M. D. LXXXI. deſcribit Lamberti Da-
næi caſum, quando in clariſſima quadam
civitate ad Rhenum ſita; (Argentinam, niſi
fallor, innuit) tanquam Calviniſta parùm
comiter & hoſpitaliter cum ſua turma excep-
tus fuit. Quæ omnia ſatis oſtendunt, quàm
verè Calvinianus iſte jactet; Eccleſiam Lu-
theranam eſſe ſuam.

LXXXIX. *Miſſas in Eccleſiis Calvinianis alibi*
frequentiùs, alibi rariùs celebrari. Falſum. Nam
in Calvinianis ſynagogis, ne illa quidem Miſ-
ſa uſitata eſt, quæ adhuc Norimbergæ, & in
aliquibus Saxoniæ & Marchiæ locis retine-
tur. Quidquid Miſſam vel tenuiter olet, id G
omne ſublatum & exterminatum eſt; niſi
MISSAM appellare velimus profanam illam
Sacramentariorum accubationem, epulari
in cauponis non abſimilem, quam mihi gra-
phicè ſatis, depinxiſſe videtur, oculatus te-
ſtis, Lutheranus Schlüſſelburgius lib. 3. Cal-
viniſticæ Theologiæ art. 8. *In Belgio præſertim*
Antverpiæ (cùm in hæreticorum ditione eſſet)
hoc modo, ſicut ipſemet coram meis oculis, aliquo-
ties vidi, inquit Schlüſſelburgius, *cœnam Do-*
mini adminiſtrant. Miniſter verbi ſuggeſtum
conſcendens recitat longam admonitionem, in qua
plerumque textum Pauli 1. Cor. 11. aut 1. Cor.
10. de ſacra cœna Calviniſtico more, explicat.
Finita admonitione, deſcendit Miniſter de ſugge-
ſto, & ad longiorem convivii menſam, cum com-
munione uſuris aſtans, annunciat toti Eccleſiæ H
lætum & ſalutare nuncium de Paſchate JEſu Chri-
ſti 1. Cor. 5. &c. Pro concione autem perſuadet
ſuis auditoribus, ſe tantùm ſumere panem nudum,
& vinum nudum, in memoriam paſſionis Dominis
nequaquam verò corpus & ſanguinem Chriſti.
Illa enim ultra aliquot millia milliaria, extra om-
nes cœlos abeſſe: quò jubet eos mentem & fidem
ſurſum elevare, id eſt, volitare cogitationibus in
cœlum illud aſpectabile, atque ibi Chriſtum parti-
cipare in cœna. Poſt hæc, accumbit miniſter in
medio, accumbunt cum eo Presbyteri & Diaconi
ad utrumque latus menſæ, unà cum aliis fratri-
bus ex populo, donec plena ſit menſa. Interea duo,
vel etiam quatuor vitra per certos miniſtros vino
im-

Digitized by Google

implentur, & duæ ſeu etiam quatuor parvæ patel-
A *læ, in quatuor partibus menſæ collocantur. De-
inde miniſter, ſumpto in manus pane communi,
non, quas vocant hoſtias, frangit panem, cla-
mans; Panis quem frangimus, nónne eſt com-
munio corporis Chriſti? Deinde, Sacramentarius
iſte comminiſter, primus omnium, bonum fru-
ſtum panis à ſe fracti deglutit: fruſtáque aſſiden-
tibus ſibi proximo loco, diſtribuit: illi deinde or-
dine, inter reliquos convivas panem partiuntur.
Quando miniſter ſibi proximè accumbenti fractum
panem donat, (quem ille non ore, ſed manu acci-
pit) mox in hæc verba erumpit; Accipite & co-
medite, ac cogitate & credite, quòd corpus Chri-
ſti pro vobis crucifixum ſit. Similem ritum in
dando vino Calviniſta ibidem obſervant. Mini-*
B *ſter ipſorum manu craterem apprehendens, largi-
ùs bibit, quàm alioqui in Eccleſia uſitatum eſt.
Antequam hauſtum ſumat, alta voce clamat; Ca-
lix gratiarum actionis, cum quo gratias agimus,
nónne eſt communio ſanguinis Chriſti? Ubi inter
aſſidentes diſtribuit; hoc modo eos compellat; Ac-
cipite & bibite, ac cogitate & credite, quòd ſan-
guis Chriſti pro vobis effuſus ſit. Dum illi ita cœ-
nam, profano ſympoſio non abſimilem, peragunt,
propè ſuggeſtum adſtat quidam ex Diaconis, præ-
legens cap. 53. Eſaiæ, vel 6. caput Ioannis, aut
hiſtoriam paſſionis Chriſti. Ille verò tam procul
abeſt à menſa convivali Sacramentariæ ipſorum
concœnationis, ut præ ſtrepitu communicantium
non poſſit audiri, vel, quid dicatur, intelligi.*
Hæc Lutheranus ille Superintendens de cœna
in Calvini Cœnaculo apponi ſolita.

C XC. Mendacium Calviniſticum. *Poſterio-
rem editionem Confeſſionis Auguſtanæ in conventu
Naumburgenſi ab omnibus Imperii proteſtantibus
Ordinibus, à Rege etiam Daniæ, collaudatam,
comprobatam, & ſubſcriptam fuiſſe.* Immane
mendacium, ſi velit Calviniſta, ùt revera
vult, ab Ordinibus Imperii & Rege Daniæ po-
ſteriores editiones Confeſſionis approbatas
eſſe in eo ſenſu, quem Calviniſtæ nunc ur-
gent, & ex confeſſionis verbis, per vim, om-
nibus Lutheranis Prædicantibus reclamanti-
bus & obluctantibus, extundere nituntur;
ipſis quoque Principibus Imperii & Ordini-
bus invitis, qui Præfatione libro Concordiæ
præfixa, palàm teſtantur, ſe non aliam Con-
feſſionem, niſi primam Carolo V. exhibitam
D amplecti: *Solam primam illam Auguſtanam Con-
feſſionem Imperatori Carolo V. anno M. D. XXX.
in celebribus illis comitiis Auguſtanis exhibitam,
ſolam (dicimus) nec ullam aliam amplecti nos vel-
le luculenter teſtamur: cujus exempla in archivis
anteceſſorum noſtrorum excellentis memoriæ, qui
ipſi Carolo V. in Comitiis illis eam exhibuerunt, re-
poſita, per fide dignos homines, ne quid ad accur-
atiſſimas rationes diligentia in nobis deſideraretur,
tur, cum eo, quod Imperatori ipſi exhibitum eſt,
& in ſacri Romani Imperii archivo aſſervatur,
conferri voluimus: & certi ſumus noſtra & La-
tina &* Germanica *exempla per omnia ſibi confor-
mi ſententia invicem reſpondere. Quæ etiam de
cauſa Confeſſionem illam tum exhibitam, noſtræ,* E
*quæ his ſubjicietur, declarationi, ſive libro Con-
cordiæ, inſerere voluimus: ut omnes intelligant,
quòd in noſtris ditionibus, Eccleſiis & Scholis nul-
lam aliam doctrinam ferre conſtituerimus, quàm,
quæ Auguſtæ anno M. D. XXX. à commemoratis
ſuprà Electoribus, Principibus & Imperii Ordini-
bus ſolenni confeſſione approbata fuit.*

Infrà. *Quod ad alteram Auguſtanæ Confeſſio-
nis editionem, cujus etiam in Naumburgicis actis
fit mentio, attinet, animadvertimus, (quod &
notum univerſis eſt) quoſdam ſub prætextu ver-
borum poſterioris illius editionis corruptelas in ne-
gotio Cœnæ, & alios errores contegere & occulta-
re voluiſſe: & ſcriptis publicè excuſis imperitæ
plebeculæ obtrudere conatos: nec motos eſſe Augu-
ſtanæ Confeſſionis (quæ prima exhibita eſt) diſer-
tis verbis; quibus errores illi palàm reiiciuntur:
ex quibus etiam longè alia, quàm ipſi volunt ſen-
tentia evinci poteſt.*

Viſum igitur eſt nobis, hiſce literis publicè te- F
*ſtari, & certiores facere univerſos, quòd nec tum,
ac ne nunc quidem, ullo modo voluerimus falſa &
impia dogmata & opiniones (quæ ſub integumen-
tis aliquibus verborum latere poſſent) defendere,
excuſare, aut veluti cum doctrina Evangelica con-
ſentientes, approbare.*

*Nos ſanè nunquam poſteriorem editionem in ea
ſententia accepimus, quæ à priori illa, quæ exhi-
bita fuit, ulla ex parte diſſideret.*

XCI. mendacium. *In poſterioribus Auguſtanæ
Confeſſionis editionibus nihil novi dogmatis ſtatui,
ſed tantùm quædam in iis enucleatiùs explicari &
exponi.* Hoc omnes Prædicantes Lutherani
tanquam horribile mendacium, averſantur G
& deteſtantur: quia Philippus poſterioribus
annis Sacramentario ſpiritu afflatus; eun-
dem quoque ſpiritum ſuum poſterioribus
Confeſſionis editionibus afflavit & inſpiravit.

XCII. *Idem, quod in Auguſtana Confeſſione,
factum in Symbolo* Nicæno. O frontem. Quis
unquam primo Symbolo Nicæno adverſam
ſententiam adjecit, ùt non una, ſed plures
adjectæ ſunt primæ Confeſſioni Auguſtanæ
per poſteriores Confeſſionis editiones? ita
ut ipſi Principes & Proteſtantes Ordines Im-
perii ad primigeniam Confeſſionem redire
coacti fuerint.

XCIII. *Ferdinandum Imperatorem Confeſſioni* H
Auguſtanæ faviſſe. Certè non magis, quàm
Carolus V. frater Ferdinandi: quorum uter-
que Hiſpanica propagine ſatus, tam in hanc
Pandoram benevolus fuit, quàm poſtea Phi-
lippus, filius Caroli, & hodie alter Philippus
ejuſdem Nepos. Recitat deinde Calviniſta
Buceri verba de conciliatis inter Catholicos
& Sectarios articulis; in quibus verborum
numerus à mendaciis propemodum ſupera-
tur. Quæ autem Calviniſta de Articulis à
Paulo IV. Imperatori Ferdinando propoſitis
blaterat, ea Calvinianis mendaciis ſecurè ad-
das, atque adeò pro

XCIV. mendacio numeres, licet.

XCV.

A XCV. Mend. *Quid de Auguſtana Confeſſione ſentiendum ſit, non ex Papiſtarum, ſed Calviniſtarum Eccleſiæ percipiendum & perſpiciendum eſſe.* At omnes Lutherani hoc negant & negabunt, & latronis fratrem tanquam impoſtorem, palàm execrabuntur: nam ex ſuis & ſuorum ſymmyſtarum commentariis legitimum Confeſſionis Auguſtanæ ſenſum, deſumendum eſſe dicent, prout etiam facit Hunnius in verboſa illa ſua Epiſtola, quam Tractatui ſuo de Sacramentis præpoſuit.

XCVI. *Simonem Goulartium, Miniſtrum & Logodulum Genevenſem in Appendice ad Catalogum teſtium veritatis expoſuiſſe Eccleſiæ nomine ſententiam Eccleſiæ de Confeſſione Auguſtana, & aliis.* Cedò, quæ Eccleſia Goulartium iſtum conduxerat, ut communi nomine ſenſum
B Eccleſiæ de Confeſſionibus iſtis explicaret? Quidquid fecit, hoc ſuo, non publico nomine fecit: nec niſi hiſtoricam narrationem Confeſſionum, ſeu potiùs Confuſionum variarum inſtituit.

XCVII. *Conſentire inter ſe undecim illas Confeſſiones à Goulartio percenſitas.* Non magis conveniunt, quàm Luther & Zvvinglius; quàm Lutherani & Calviniani: & quàm Lutheraniſmus & Calviniſmus. Qui quomodo concinant, pro teſtimonio ſunt integra voluminum plauſtra, quibus ſeſe in dies ſingulos inſectantur & lacerant. Si Confeſſiones iſtæ inter ſe concordant; cur quatuor Imperii civitates Argentina, Conſtantia, Memminga, & Lindavium Carolo V. Imperatori Propriam Confeſſionem in Comitiis Auguſtanis anno M. D. XXX. obtulerunt? Cur in illa
C Melanchthonica non conquieverunt? At cur à Goulartio omiſſa Confeſſio Zvvinglii Auguſtæ itidem eodem anno Cæſari oblata? An indignam cenſuit, quæ in cætu aliarum compareret? Si Zvvinglio eadem erat mens & ſententia, quæ Confeſſionis Auguſtanæ fabricatoribus & ſubſcriptoribus, poterat ſuperſedere labore Confeſſionis novæ ſcribendæ, & ad Cæſarem deſtinandæ: neque ulla etiam fuiſſet controverſia aut difficultas de Sacramentariis ſeu Zvvinglianis in Lutheranam fraternitatem cooptandis; quod ſummo quidem conatu, ſed vano, tentabatur. Neque ad hunc uſque diem *fraternitas* inter Lutheranos & Sacramentarios conſtitui potuit. De qua re copioſè Calviniſta Hoſpinianus in Farragine Sacramentaria anno M. D. XXX.

Dixeram in Apologia Baroniana, Confeſſionem Auguſtanam à latronis Zvvingliano
D fratre ideo fortaſſe in Centonem Conſtitutionum Imperialium conjectam, non autem Confeſſionem Zvvinglii; quòd illa in Imperio; hæc extra Imperium nata fuerit, utpote Turegi, ſeu, ùt nunc appellant, Tiguri in Helvetia. Hic horribiliter tonat & fulminat Calviniſta, quòd Helvetios extra Imperium collocem. Mentitúrque mendacium

. XCVIII. *Hoc fieri odio Majeſtatis Cæſareæ.* E
XCIX. *Livore amplitudinis Imperialis.*

C. Mend. *Et invidia unitatis Germanicæ; qua laborent Jeſuitæ, ut velint omnes Ordines inter ſe diſtrahi atque ab Imperio dimembrari, quò faciliùs ſeparati ſtatus obrui, & ſub jugum Papale redigi poſſint.* Et mox inſulſiſſimis gerris & lyris, undecim paginas conſpurcat; & non modò Helvetios, ſed & Genevenſes, Allobrogas, alióſque exteros Romano Imperio adjicit, adeò, ut periculum ſit, ne titulus *SEMPER AUGUSTI*, allzeit mehrer deß Reichs, relictis Imperatoribus ad hunc Calviniſtam migret, qui Pomeria Imperii tam longè latéque profert, ſine ullis armis, ſolo calamo, & fanatico ſuo cerebro

Quod ad me attinet, nihil tam honorificum Helvetiis tribui poterit, quod, me volente & libente, iiſdem non tribuatur. Amo F
Helvetios, & multa eorum benevolentiæ argumenta in me conſtant, quæ expertus eo biennio, quo inter illos cùm juvenis eſſem, degi. Sed tamen Calviniſta pro ſua humanitate pluſquam Scythica, ignoſcere mihi debet, ſi erravi, exiſtimans, illos, ſub Imperio non eſſe, qui ad Comitia Imperialia nec vocantur, nec veniunt; nec onera communium contributionum ſubeunt; neque etiam Imperij & Imperatoris juſſis & decretis ſeſe obligari credunt; quique ipſimet ore ſuo palàm profitentur, ſe ſub Imperio non eſſe, ùt quidem publicè faſſi ſunt Helvetij Zvvinglio & Calvino addicti, teſte Calviniſta Hoſpiniano Turegienſi ſeu Tigurino,
qui in altera parte ſylloges Sacramentariæ G
anno M. D. LXXVI. ita ſcribit. *Celebrata ſunt hoc anno & inchoata 1. Maij Comitia Ratiſponenſia. Et quoniam animi multorum Principum Proteſtantium vehementer à Theologis erant exacerbati adverſus Sacramentarios, Zvvinglianos & Calviniſtas, periculum erat, ne in his Comitiis publicè, ſolennitérque damnarentur, & proſcriberentur. Scribit igitur hac de re Elector Palatinus Fridericus Tigurinorum ſenatui, eúmque hortatur, ut legationem Helveticarum Eccleſiarum nomine Ratiſponam ad Comitia mitti curet; quæ, ſi quid ejuſmodi fortè tentaretur, peteret, ne inauditi damnarentur, & ad generalem, vel provincialem Synodum provocaret. Grata fuerunt hæ literæ Electoris Palatini Helvetiis: ſed tamen conſultum eis, hoc tempore legationem ad comitia mittere, viſum non fuit; tum, quòd ad ea non eſſent vocati; tum etiam, quòd ipſi ſub Imperio non eſſent.*

I nunc, & quære ex tuo Hoſpiniano, H
num Helvetij ſint ſub Imperio. Illud Calviniſticis pſeudologiis accenſeas, licet. *Senatum Tigurinum anno M. D. XXX. per Carolum V. ad Comitia Auguſtana, ùt Statum Imperij vocatum eſſe, juſſúmque Confeſſionem ſuorum Miniſtrorum ſecum deferre, ut in conſilio Imperij publico ſuper ea cognoſceretur. Itaque Zvvinglium Confeſſionem ſuam & juſſu Senatus compoſuiſſe,*

A *ſe, & mandato Cæſaris in Comitiis obtuliſſe.* Mendacium hoc redarguitur ab ipſo Zvvinglio in præſatione, quam Confeſſioni ſuæ præfixit: ubi Carolum V. Imp. alloquens, dicit, *ſe, & alios Prædicantes, diu exſpectâſſe, donec à Cæſare vocarentur; & interea rumorem increbuiſſe, multos jam fidei ſuæ tenorem ac ſummam adornâſſe, ut eam offerant Imperatori. Et ſe poſtquam nonnullorum Confeſſionem, & Apologiam viderit, diutiùs cunctari noluiſſe; ſed quamprimùm ad Confeſſionem fidei ſuæ conſcribendam animum appuliſſe, ne tranſmiſſo per oſcitantiam negotio, aut in periculum ſuſpecti ſilentij, aut arrogantis negligentiæ incideret.*

Itaque tantum abeſt, ut Cæſar à Zvvinglio, vel Tigurinis poſtulârit, ut fidei ſuæ ratio- B nem in Comitiis Auguſtanis redderent; ut Zvvinglius miratus fuerit, cur abs ſe tali ac tanto ſcilicet Evangeliſta, Imperator fidei Confeſſionem non peteret. Itaque nec rogatus, nec juſſus, nec advocatus ad Conſilium Auguſtanum, per Confeſſionis ſuæ libellum acceſſit; ne ſoli Lutherani triumpharent, ipſe autem, velut talpa in ſua ſubterranea cavea deliteſcere videretur. Nec tamen auſus fuit communem Tigurinorum, vel ſaltem ſuorum ſymmyſtarum Confeſſionem Auguſtam mittere; quia exploratum non habebat, num illam Confeſſionem gratam ratámque habituri eſſent. Itaque Cæſari ſuam ſolius fidem denarravit; quaſi potentiſſimus Monarcha multum curaret, quid vilis & flagitioſus Apoſtata in Turicenſi Agro C crederet. Quam quidem Zvvinglij Confeſſionem Philippus Melanchthon in Epiſtola ad Lutherum ex ipſis Auguſtanis Comitiis ſcripta hòc ſempiterno elogio inſignivit. *Zvvinglius miſit huc Confeſſionem impreſſam typis. Diceres, ſimpliciter mente captum eſſe*, hoc eſt, inſanire. Quod encomium ita Hoſpiniano arriſit, ut illud etiam in Sacramentarium ſuum Centonem inferre voluerit.

CAPUT VII.

Fraudes, ſutelæ, impoſturæ & calumniæ commiſſæ & effuſæ à Calviniſta in altera Replicationis ſuæ parte.

IN alteram Replicationis ſuæ partem conjecit Calviniſta, quidquid maledicarum chartarum quondam furioſi ſchiſmatici in Gregorium VII. evomuerant. Et quidem D in Epiſtola, qua calumnioſum Centonem dedicat Abbati Hirsfeldenſi, cujus ſimilem ſacratiſſimus S. Benedicti Ordo Hirsfeldiæ hactenus non vidit, parùm abeſt, quin plura ſint mendacia, quàm verba: Certè ſi pſeudologias cum lœdoriis, ſeu calumniis jungere velis, difficile judicatu & indicatu erit; num Præfationis voculæ pſeudologias & lœdorias; an iſtæ illas numero exſuperent: quibus quid reponam, niſi quatuor Gregorij VII. Hyperaſpiſtas nuper demum in lucem editos, S. Anſelmum Lucenſem contra Guibertum, Paulum Bernriedenſem, Gerochum Reicherſpergenſem, & Bernaldum Conſtantienſem omnes Gregorio VII. ævo vel pares vel ſuppares; ut prætercam plurimos alios in Apologia pro Gregorio VII. prolatos; & iſtos ipſos, quos in altera hujus operis parte nunc primùm ex variis Bibliothecis erutos, publico donamus: quorum omnium tanta eſt auctoritas, tanta claritas, tanta partim ſanctitatis, partim eruditionis exiſtimatio, ut quisquis vel contra murit, is ſatis apertè indicet, ſe ad ea gurguſtia pertinere, quæ incolunt illi, quibus à tenebris & nebula nomen venit. E

Primas in Schiſmatico Calviniani Catalogo tenet Benno PSEUDOCARDINALIS. Quem vocat ILLUSTRISSIMUM. Quæris F cauſam? Niſi me conjectura fallit, quia illuſtriſſimè mentitus & calumniatus eſt: nam tempore Gregorij VII. ILLUSTRISSIMI titulus Cardinalibus non dabatur: nec titulum hunc reperit Calviniſta in ullo antiquo & manuſcripto codice: quippe qui nullum viderit. Nec priores Bennonis editores Reineccius, Flaccius, Wolphius hoc titulo Bennonem inſigniêrant, quo utitur Calviniſta; ut obſcuriſſimo Bennoni ſuo lucem accendat, & auctoritatem concilict. Nec quomodocunque nominat Illuſtriſſimum Cardinalem Presbyterum; ſed S. ROMANÆ ECCLESIÆ. Erat igitur illa Romana Eccleſia, quæ Gregorio VII. ſeſe opponebat, SANCTA, Calviniſtæ hujus judicio. At cedò per tuam Replicationem, pérque tres tuarum Conſtitutionum, fictionum & factionum, Tomos, te rogn; erátne Eccleſia illa, quæ Gregorio VII. legitimo paſtori adverſabatur Calviniana? Adeò Calviniana non erat, ſanctè hoc tibi affirmo, ut, ſi tu in ipſius Guiberti Antipapæ, aut in Henrici IV. manus incidiſſes; ſine mora te vivo comburio in cineres vertiſſent; & pertinacem per flammas deſituras ad æternas flammas amandâſſent.

Altera Calviniſtæ, ſed Critica, fraus eſt, G quòd Invectivam Bennonis dividit in duos libros, miratúrque; hoc non factum à Reineccio, Wolphio, Illyrico. At cauſa in promptu eſt; quia licèt maximi NASONES eſſent; naſo tamen tuo carebant; quia æquè odoratur ea, quæ non ſunt, ac ea, quæ ſunt. Quid vis? Canibus odora vis eſt. At tibi longè major. Quare prædicti Bennonis editores, cauſæ nihil habent dicere, cur naſos ſuos tuo naſo non ſubmittant ac ſubſternant.

Tertia, & quidem eximia fraus eſt, quòd H Chronicon Abbatis Urſpergenſis, ſeu, ùt Calviniſta criticatur an cornicatur? Abbatis Svvarzahenſis allegat, ut Bennoni aliquam auctoritatis umbram allinat; cùm quæ in Chronico illo poſt annum M. LXXIX. non

A autem M. LXXV. ùt Calviniſta fingit, ponuntur, non ſint Urſpergenſis; ſed Interpolatoris cujusdam hæretici; qui ſibi tantum permiſit, ut alienis laboribus de ſuo addere auderet. Quia enim Urſpergenſis ſtylum nimis modicè & parcè in Gregorium VII. ſtrinxiſſe videbatur, non potuit ſe hoſtilis in Gregorium animus continere, quò minùs ex Bennone aliquid conviciorum & criminationum in Chronicon Urſpergenſis tranſcriberet, ubi tamen BENNONEM in BRUNONEM transformat: quod erratum ſagax Calviniſtæ criſis ſanè perquam ingenioſè emendavit & caſtigavit. Quamvis ſincerior eſt iſte Interpolator, quàm latronis frater; quia verbis Bennonis vel excerptis diverſum characterem nuper adhibuit; ut primo ſtatim aſpectu lectores intelligerent, ea non eſſe ab auctore Chronici, ſed ab Interpolatore hæreti- B co, quod videre licet in poſtrema editione Argentoratenſi anno M. DC. IX. publicata. Et ſanè ſectarius iſte, quisquis fuit, ſatis tempeſtivè ſui in Gregorium VII. odii ſigna dedit: Nam cùm auctor Chronici ad Henricum IV. perveniſſet, iſte lectorem præmunire & præmonere, ſcholio adjuncto, voluit, ut vitam & epiſtolas Henrici, & alia nonnulla diligenter evolvat; ne ex lectione Urſpergenſis aliquid ſiniſtri de Henrico, & aliquid boni de Gregorio VII. in pectore ejus naſceretur. Si de Bennone plura cupis, conſule Apologiam meam pro Gregorio VII. ſuprà Pag. 6.

Secundum locum obtinet Otho Friſingenſis Epiſcopus. Ubi rurſus occurrit titulus C ILLUSTRISSIMI, ſine ullo ævi illius aut codicis exemplo. Quamquam hac appellatione longè dignior Otho, quàm perſonatus ille Benno. Deinde Calviniſta alapam impegit editionibus Bennonianis Illyrico, Reineccio, Wolſfio, qui arbitrati ſunt; id, quod ex Othone refertur, eſſe tantummodò fragmentum, cùm ſit integrum caput libri primi de geſtis Friderici Imperatoris. En ſapientiam Criticam. Integrum caput integri Operis excerptum & ſeorſim editum, non eſt fragmentum? Quid ergo erit? Num particula operis non eſt fragmentum operis? At D quomodo arridet Calviniano palato, quod in hoc ipſo grandioris operis ſegmento Otho dicit, Henricum iſtum fuiſſe Quartum hoc nomine inter Reges, & Tertium inter Imperatores? An non eo ipſo indicat Henricum Aucupem, primum hujus nominis Regem, Imperatoris titulo non fuiſſe affectum, quòd Pontificia inauguratione & inunctione caruiſſet; alioqui Otho Henricum iſtum æquè Quartum Imperatorem ac Quartum Regem appellâſſet. Quomodo itidem Calviniſticis faucibus ſapit, quod idem Otho ait; *Brixinenſis conciliabuli aſſeſſores, communi conſilio Pontifici* (Gregorio VII.) *ſcriptum conviciis & detractionibus plenum dirigere præſumpſiſſe.* En quales iſti judicio Othonis: *convíciatores, detractores, præſumptores.* E Quod verò ad ipſam verborum Othonis ſententiam attinet, conſulatur Bellarminus libro contra Barclaium cap. 9. & 10. Vide quoque Apologiam meam pro Gregorio VII. ubi invenies ipſius Othonis luculenta teſtimonia de ſanctitate & innocentia Gregorii VII.

Tertium locum obtinent libri tres de bello Saxonico per Henricum IV. geſto, quos antea Juſtus Reuberus evulgaverat, ſine auctoris nomine. Audaciſſimus Calviniſta, *more ſuo ſolens*, impudenter eos Anonymo Epiſcopo ſive Abbati adſcripſit; quaſi temporibus Henrici IV. nullus, præter Epiſcopos & Abbates, vixerit, qui mala carmina conderet. Ne autem parùm effrons fuiſſe videretur; mox nominatim nobis Auctorem nominat, nempe Rupertum priùs Præpoſitum Goslarienſem, mox Epiſcopum Bambergen- F ſem; ídque ſine ullo fundo aut fundamento ex ſola Critica, vel potiùs Acritica temeritate & acriſia. At bene habet. Ipſemet Calviniſta in Notis ſeu Diſſertatione de Auctoribus ſuis hanc ſuam inſcitiam caſtigavit, dictitans, ſibi in memoria fuiſſe, *Rulandum quendam neſcio quid pro Henrico IV. panxiſſe; hinc nominis ſimilitudine deceptum, in Rupertum deflexiſſe.* Egregium ſanè criticæ pruriginis & ſcabiei, ne dicam, lepræ, ſpecimen. Et tamen poëma hoc inconditum, neque Rulando tribuere audet; & ſi tribueret; *more ſuo ſolens:* impudentiæ ſuæ frena laxaret.

Quartus Auctor eſt Alboinus Presbyter, G cujus duas Epiſtolas contra cœlibatum ſacerdotum publicavi cum Bernaldi Conſtantienſis opuſculis & reſponſis quoque ad Epiſtolas Alboini. Calviniſta Epiſtolas Bernaldi fraudulenter prætermittit, & ſolas Alboini quiſquilias lectori ſycophanticè repræſentat; diſſimulans etiam illud; quòd Alboinus tandem manus dedit, & ad Bernaldi partes tranſiit. De qua revide Apologiam meam pro Gregorio VII.

Quinto loco nefaria fraus & impoſtura graviſſimo ſupplicio digna ſeſe nobis ingerit: nam Invectivam Aventini, quam ſcholaſtico; vel potiùs canino ſuo more, in Gre- H gorium VII. ſub perſona quorundam Clericorum libro 5. ſuorum Annalium eructaverat; hac inſcriptione Calviniſta inſignit. *Cleri & ordinis Eccleſiaſtici in S. Romano Imperio, Apologetica, pro Henrico IV. Imperatore adverſus Hildebrandi Papæ excommunicationem.* Nihil candidum, nihil ſincerum. Omnia fraudulentiſſimis fraudibus ſcatent. Tota hæc Satyrica declamatio ab Aventini ſtylo & calamo, & hæretico pectore eſt; qui quæ in Pontifices olim dicta eſſe optabat, ea jam olim dicta fuiſſe comminiſcebatur. Neque ullum veterem codicem laudat, ex quo hanc maledicam Satyram exſcripſerit; nec nominare,

A minare potuit; nec poterit Calviniſta, non, ſi omnes omnium Bibliothecarum forulos excutiat. Citat Calviniſta Crancium lib. 8. Metropoleos c. 18. ubi ſcribit ſub Friderico II. & Conrado ejus filio extitiſſe, qui Romani Pontificis poteſtatem inceſſerent, palámque traducerent. Si omnes tui ſunt, vel ad tua caſtra ſpectant, qui Pontificem Romanum vel olim oppugnârunt, vel nunc quoque oppugnant & inſectantur; tum in ſodalitium tuum non modò Arianos veteres & novos, ſed & Turcas coopteș licet: nam & iſti æquè, & longè plus, omnia illa dogmata aſpernantur & averſantur; quæ à B fanaticis quibuſdam Crancius maledictis proſciſſa & confixa ſcribit: quos Crancius infami nomine *Circumcelliones* appellat, quorum ſtudio *mirabiles & miſerabiles hæreſes pullulaverint: ridicula inſuper capita, & Hippocratis vinculis alliganda:* Item *monſtra*, quorum *res futilis* facilè evanuerit. Hos & ſimiles Albigenſium ſtolones Calviniano nequaqam invidemus.

Sexto loco iterum apponit nobis Calviniſta Declamationem Scholaſticam vel potiùs *ἀκόλαςον*, Aventini, ex lib. 5. Annalium ſub nomine Conradi Epiſcopi Trajectenſis, qui quando in conventu Gerſtungenſi perorabat, Aventinus poſt ſiparium abditus latebat, totámque Conradi orationem ſuos in pugillares ſtylo plumbeo referebat. O vanitatem Calviniſticam. An arbitran- C. tur nos adeò omnibus ſenſibus orbatos, ut Aventini ſtylum genúſque & genium dicendi nec videamus, nec audiamus, nec odoremur, nec guſtemus, nec denique tangamus? Ipſa Apologia pro Henrico IV. quam iſte Waltramo tribuit, nihil ſimile vaniloquentiæ Aventinianæ nobis offert; ubi perquam pauca verba ab hoc Conrado pronunciata, recitantur; quæ poſtea Aventinus pro copia fandi & fingendi egregiè dilatavit, & maledictis inſerſit pro perpetuo ſuo more, quoties in Pontifices linguæ vibrandæ occaſionem habuit. Tu, mi lector, conſule Illuſtriſſimum Baronium Tomo XI. Anno Redemptoris M. LXXXV. ubi hac de re invenies, quæ Schiſmaticorum calumniis diſſipandis inveniſſe juvabit. Interim obſerva, etiam hunc Conradum Trajectenſem fieri & audire ILLUSTRISSIMUM & COMITEM OST- D FRISIÆ, qui titulus ea ætate tam parùm tribuebatur Epiſcopis, quàm parùm ætate S. Auguſtini & S. Hieronymi. At ſpecioſus fucus adhibendus eſt, alioqui Calviniſta non poſſet lectoribus fucum facere.

Septimo loco prodit Epiſtola Waltrami ad Ludovicum Landgravium Thuringiæ, & poſt hanc Apologia pro Henrico Quarto, quam olim Aventinus, Huttenus, Illyricus; & tandem quoque Freherus primo ſcriptorum Germanicorum Tomo ediderunt. Et quamvis iſti de Auctore dubitent, nec exploratum habeant, ſua ipſorum Confeſſione, E num Waltramus Naumburgenſis, an Venericus Vercellenſis, an alius ſcripti hujus architectus fuerit; noſtro tamen Calviniſtæ, cui etiam obſcura liquent, tam liquet, Apologetici hujus fabrum eſſe Waltramum Naumburgenſem, quàm fratrem ſuum Argentorati ob latrocinium in rota computruiſſe. Et hoc beneficio ſuæ Critices, quæ Waltramum non alium, hujus ſcriptionis conditorem eſſe Calviniano cerebro dictat. Quocirca ut vinum vendibilius fiat, ILLUSTRISSIMI titulus appenditur. Quid ni? Illuſtris Criſis, illuſtri eget elogio. Apologiam quoque quam Aventinus, Huttenus, Illyricus, Freherus continua & perpetua oratione evulgaverant; iſte non modò in capita, ſed & in tres libros ſecat; ſine F ullius priſci codicis adminiculo; ſolius naſi ſui beneficio, quo ſagaciſſimè odoratur & indagat, quot ſub uno frutice lepores deliteſcant.

Vide autem, quàm acutè probet, Apologiæ hujus Auctorem eſſe Walramum. *Quia ſcriptor hujus libri fuit Aulicus. Ergo VValramus; quia VValramus fuit Aulicus.* Subtilitas digna, quæ in libros ſubtilitatum Cardani referatur: quaſi nullus in Henrici IV. Aula Aulicus fuerit, qui pro ſuo Hero Defenſionem contexere poſſet.

II. Conditor hujus Apologiæ fuit Monachus Hirsfeldenſis: ergo VValramus, quia iſte in hoc Monaſterio Monachum egit. Simile priori acumen. Num ſolus Walramus (faciamus enim hunc initiò fuiſſe Monachum Hirsfeldenſem) illius Monaſterii indigena? Num G aliorum nemo erat idoneus, qui Henrici Apologeten ageret?

III. Auctor hujus Apologetici peſſimis modis odit, & maledictis quoque proſcidit Hartvvicum, Archiepiſcopum Magdeburgenſem, qui Regi Herimanno contra Henricum adhærebat; alternm autem Hartvvicum, quem ex Abbate Hirsfeldenſi Henricus in ſedem Magdeburgenſem intruſerat; magnis laudibus afficit & evehit; dubitari ergo non debet VValramum eſſe hujus ſcripti conditorem; & Calviniſtam noſtrum nugarum & gerrarum inſtitorem; qui tam inanibus nugamentis nixus, adeò audacter commentarium hunc ad Walramum, tanquam ad genitorem, refert, ac ſi Walrami ſcribentis & commentantis amanuenſis fuiſſet. Similî prorſus fronte, hoc eſt, penitus H detrita & proſtituta affirmat, Monachum illum, Hirſaugienſem, contra quem in poſteriore Apologetici ſui parte Anonymus iſte pugnat; *eſſe Bernardum Conſtantienſium Scholarum olim Magiſtrum;* nam Bernardus iſte Monaſticam vitam non Hirſaugiæ, ſed Corbeiæ in Saxonia amplexus fuerat, ùt teſtantur Trithemius, & alii. Et tamen Calvinicola pluſquam Critica temeritate librum ſecundum hac epigraphe inſignit. *Apologiæ lib. 2.*

Digitized by Google

A *lib. 2. pro Henrico IV. Imp. & Clemente III. Papa contra Bernardi Corbeienſis Monachi ex Hirſaugia epiſtolam, &c.* Quæ inſcriptio, tota, quanta, quanta, eſt ex anili Calviniſtæ hujus cerebro, nullius vel codicis, vel ſcriptoris teſtimonio fulta; nemo enim unquam ſcripſit, Bernardum hunc priùs vitam Religioſam in Hirſaugienſi Monaſterio profeſſum eſſe; nam Conſtantia Hildeshemium venit, Magiſter Scholarum ejus loci conſtitutus; poſtea Corbeiam, Monaſterium non procul inde diſſitum, ſe contulit, Deo illic ſub Regula S. Benedicti ſerviturus.

Similis vanitas elucet in tertii libri epigraphe; niſi quòd hic Hirſaugiæ nomen omiſſum eſt. Sed reperit vulpecula elabendi ri-
B mulam: Ait enim, *Monachos Hirſaugienſes non habere hoc nomen à loco; ſed ab ordine ſive inſtituto & novo vitæ genere per Wilhelmum Abbatem Hirſaugienſem in Germania dilatato.* At quis vel ex Chronico Hirſaugienſi Trithemii neſcit, Hirſaugiam eſſe, vel potiùs fuiſſe, Monaſterium certo loco, ſolo, & fundo conditum, in Diœceſi Spirenſi: Ex quo, licèt auſpiciis Wilhelmi Abbatis, viri Sanctiſſimi, Reformatio ad plurima Monaſteria promanaverit; nemo tamen alterius Monaſterii profeſſor, ob id Monachus Hirſaugienſis vel ex Hirſaugia appellatus eſt; ſed ſi quod nomen ab hac inſtaurata diſciplina, ſibi vel indere, vel ab aliis accipere voluiſſet; *Mona-*
C *chum Hirſaugienſis Reformationis vel Congregationis* ſeſe indigitâſſet: quemadmodum tempore Trithemii, Monaſteria, quæ Burſfeldenſem Reformationem ſequebantur; proprio loci & Monaſterii nomini adjiciebant nomen *Burſfeldenſis Reformationis*, & hodie, Monachi Caſſinenſis Congregationis nominantur Monachi eorum Monaſteriorum, quibuſcum primario Monaſterio Caſſinenſi arctior familiaritatis & fraternitatis nexus intercedit, ùt Calviniſta in Petri Damiani nova editione à Conſtantino Caëtano procurata, videre poterit in ipſo ſtatim veſtibulo. At ut propter Reformationem Burſfeldenſem, vel Congregationem Caſſinenſem aliorum locorum Monachi appellentur, Monachi Burſfeldenſes,
D Caſſinenſes, vel ex Burſfeldia, vel de Monte Caſſino, id inuſitatum eſt. Eadem ratio eſt de Hirſaugienſi Monaſterio: Cujus Abbas Wilhelmus non modò multa cœnobia meliore diſciplina informavit; ſed & multa à fundamentis condidit, ùt conſtat ex Bertholdi Conſtantienſis Chronico; inter quæ duo *in Nigra ſylva*, ùt loquitur Bertholdus, *unum ſancti Georgii, alterum ſancti Gregorii, item aliud ad duplicem Aquam prope Danubium, item aliud in Wirceburgenſi Epiſcopatu, in loco, qui Camberg dicitur.* Nec tamen iſti ab Hirſaugia Hirſaugienſes; ſed à ſuo quique loco appellationem ſortiti ſunt.

Conſidera autem, quantum auctoritatis Apologetico pro Henrico Quarto concilie-
tur, ſi ejus Auctor Walramus ſtatuatur. Id E
intelliges, ſi intelligas, quis & quantus Walramus. Quantus verò iſte? Tantus certè, ut Anſelmus Cantuarienſis Archi-Epiſcopus, ſanctitate & eruditione, ſuo ſæculo decantatiſſimus, Walramum ne ſalute quidem ſemper in Epiſtolis præmitti conſueta, dignari voluerit. Ita enim ſanctus iſte Præſul in Epiſtola de Fermentato & Azymo. *Anſelmus Servus Eccleſiæ Cantuarienſis, Walrammo Nuvenburgenſi Epiſcopo. Scienti breviter loquor. Si certus eſſem prudentiam veſtram non favere ſucceſſori Julii Cæſaris, & Neronis, & Juliani Apoſtatæ contra Succeſſorem & Vicarium Petri Apoſtoli, libentiſſimè vos & amiciſſimum & reverendum Epiſcopum ſalutarem.*

Hic flammeos conviciorum globos vomit ex antro ſuo Calvinianus Cacus. Vo- F
ciferatur enim, *Henricum Quartum nefariè componi cum iſtis à Papano Anſelmo.* Fuit ergo Anſelmus PAPISTA, pro qua confeſſione gratias meretur Calviniſta. At comparationem iſtam non eſſe nefariam, ſatis docent ſcriptores Bruno, Gerochus, Bernriedenſis, Anſelmus Lucenſis, Bertboldus Conſtantienſis, & alii quàm plurimi. Sed nec Walramus, neque ullus ex Epiſcopis, qui Henrici partes tuebantur, Lutheriſta aut Calviniſta fuit. Imò ſi quod hujus generis monſtrum in eorum manus incidiſſet, ad Sauromatas illud deportandum curâſſent. Iſte ipſe tamen Waltramus (pluribus enim modis ſcribitur hoc nomen) poſtea ad pacem & unitatem Catholicam rediit; quod G
manifeſtum evadit ex epiſtola ejuſdem Anſelmi Cantuarienſis ad eundem Walramum de diverſitate Sacramentorum, ubi Anſelmus iſthæc. *Domino & amico Walerammo, gratia Dei Nuvenburgenſi venerabili Epiſcopo, Anſelmus ſervus Eccleſiæ Cantuarienſis Archi-Epiſcopus ſalutem, ſervitium, orationes, dilectionis affectum. Gaudeo & gratias ago Deo, quia, ſicut ſcribitis, glorificat eum in vobis Catholica Eccleſia, quoniam in veſtra mutatione, divinæ voluntatis apparet gratia, & Domini Papæ Paſchalis amicitiam habetis & familiaritatem, ut jam mihi liceat veſtram amicabiliter ſalutare ſanctitatem.* Hæc vera eſſe ut Calviniſta credat, induci nequit, idque ob has cauſas. *I. Quia Anſelmus fuit deceptus.* At quomodo deceptus fuiſſet, cùm id ex ipſius Walrami literis H
& teſtificatione intellexerit? An dicere vis, Calviniſta, Walramum mentitum fuiſſe, & mendacio ſuo S. Anſelmum in fraudem induxiſſe? Hæc ſi tua mens, tum tu videris, quali Auctori tu Apologiam pro Henrico IV. aſſignes. Nam ſi Walramus religioni non habuit talem ac tantum virum, mendaciis ſuis circumvenire, quis ei fidem habebit in iis, quæ in illa Apologia ſcribit? Sed abſit, ut Walramus S. Anſelmo impoſuerit. Ut ad meliora regreſſionem S. Anſelmus ei ſeriò gratulatus eſt; ſic & Walramus ſeriò ſe

vela

A vela retrorſum dediſſe S. Anſelmo ſignificavit; neque ullam impoſturam hîc ſuſpicatur, niſi qui de ſuis ſycophanticis præcordiis aliena pectora æſtimare ſolet. *II. Non eſt credibile, Walramum poſt Apologiam tam efficacem & validam pro Henrico IV. publicatam tranſiiſſe ad partes Paſchalis Papæ.* Reſpondeo primò. Calviniſtam ſupponere, vel aſſumere, quod necdum probavit, nempe Walramum eſſe Apologiæ hujus Auctorem. II. An inuſitatum eſt, ut quis ex Saulo fiat Paulus, ex inimico, amicus; ex oppugnatore propugnator? Satis de Waltramo, cujus Tractatui de Inveſtitura Epiſcoporum & Abbatum dat Calviniſta locum duodecimum in ſuo Schiſmatico Centone. Quem primus evulgavit Illyricus Walrami nomine prænotatum. B Qua fide, viderit ipſe, quanquam id omnes vident, quibus Illyrici perfidia nota eſt.

In Apologia pro Gregorio Septimo circa finem vocaveram hunc Tractatum *commentationem ineptam, & plenam ignorantiæ veræ hiſtoriæ.* Calviniſta ingenti clamore flagitat, ut vel unam falſitatem proferam. Obtempero. Ecce tibi primis ſtatim verbis non unam, ſed plures. Ait enim; *Carolum Magnum electum & coronatum Imperatorem, quòd mulier excæcato filio ſuo Conſtantino, Græcis imperaret.* Nam hæc non fuit cauſa, ſed ſumma Caroli Magni in Romam & Romanam Eccleſiam merita; & in debellandis Tyrannis, qui Eccleſiam Romanam infeſtabant, exoptatiſſima felicitas. Ait, *Romanos jam antea à Græcis animo defeciſſe.* Imò non ſolùm animo; ſed & re ipſâ; ùt manifeſtum C eſt ex Hiſtoria de Imperio Leonis Iſauri, & ejus, quem infauſto ſidere progenuit, Conſtantini Copronymi. Ait, *Carolum Magnum primum imperâſſe Romanis annos XIV. Et tamen infrà dicit, Zachariam, aſſenſu Romanorum, & Francorum, in Regem & Imperatorem unxiſſe Pipinum.* Si Pipinus, Pater Caroli Magni, erat Imperator; quomodo Carolus Magnus Imperator primus? Ait, *ab eodem Zacharia Carolum & Carolomannum fratres, Pipini filios, unctos, & in Regia ac Imperatoria dignitate confirmatos.* Si hoc ita, quomodo igitur verum eſt, Carolum Magnum à Leone Papa in Imperatorem inauguratum eſſe, ùt in limine ſui Tractatus Walramus ſcribit, D cùm jam antea à Zacharia Imperator inunctus fuerit? Ait, *Carolo Magno ejúſque ſucceſſoribus, futuris Imperatoribus, ab Adriano Pontifice conceſſum eſſe Patriarchatum Romanum, & poteſtatem inveſtiendi Epiſcopos & Abbates.* Et tamen tempore Adriani needum Carolo Imperiale Diadema collatum erat; Itaque neque de ſucceſſoribus ejus tanquam de Imperatoribus, aliquid ſtatuere poterat. Falſa ſunt, quæcunque Auctor ille de Inveſtituris Carolo Magno ab Adriano conceſſis ſcribit; quod cùm alibi jam oſtenſum; tum in ſecundo hujus operis libro fuſiùs demonſtrabitur. E Omitto falſitates alias, quarum numerus fermè orationis periodos æquat, ſi non excedit. Dictio certè inconcinna prorſus & invenuſta ſatis apertè prodit, Apologiæ pro Henrico IV. & hujus ſcripti Auctores adverſos fuiſſe. Nam ſtylus Apologiæ aliquid eruditionis reſipit; iſte nihil niſi merum rus. Et cùm Tractatus de Inveſtituris compoſitus & abſolutus dicatur anno M. C. IX. non poteſt ad Waltramum referri; quia hoc anno jam Walramus cum Eccleſia ejúſque ſupremo præſule in gratiam redierat, ùt planum fit ex ſupradicta S. Anſelmi ad Walramum Epiſtola; quam hoc ipſo anno Redemptoris M. CIX. vel aliquo F ex præcedentibus ſcriptam oportuit, cùm S. Anſelmus anno M. CIX. XXI. die Aprilis obierit. Nec par eſt, ut ſuſpicemur, Walramum, vertumni inſtar, mox denuò fuiſſe verſum; & contra Paſchalem Papam converſum. Quanquam quod Calviniſta in Tractatus Inſcriptione adjungit: *Contra Paſchalem Papam*, id Tenebrionis hujus apertiſſima fraus eſt, deprompta ex fœcundo fallaciarum Calviniſticarum promptuario: ſine ullius antiqui exemplaris fide; etiam abſque Illyrici exemplo, qui licèt impudentiſſimus eſſet; longè tamen hoc Calviniſequa veterum monumenta prudentiùs tractavit.

G Epiſtolæ Waltrami ad Ludovicum Thuringiæ Landgravium, nihil oppono niſi Epiſtolam ANTIRRHETICAM præclariſſimam Stephani Herrandi Epiſcopi Halberſtadenſis, quam ipſe Novator totam in ſuum Centonem ex Dodechino tranſcripſit.

Nonum locum conceſſit Calviniſta Ivoni Carnotenſi Epiſcopo. Ex quo recitat Epiſtolam, quæ inter Epiſtolas Ivonis ſexageſima quinta numeratur; *De inveſtitura Epiſcoporum & Abbatum pro Henrico IV. & Philippo I. Rege Francorum contra Urbani II. Papæ novationes in Imperio & Regno.* Sed titulum hunc *more ſuo ſolens*, Calviniſta fraudulenter confinxit, & Ivonem quoque in ILLUSTRISSIMUM PRINCIPEM transformavit, qui ſanè titulus Ivonis ætate, tam uſitatus erat, H quàm uſitatum nunc eſt, ILLUSTRISSIMI appellatione inferioris ordinis Clericos afficere. Tu, mi lector, de hac Epiſtola lege Illuſtriſſimum Baronium anno Redemptoris M. XCIX. Et oppone, tanquam clypeum, alias ejuſdem Ivonis Epiſtolas ab Ivone, cùm pacatiore animo eſſet, conſcriptas, inter quas eſt 238. & 235. ubi Ivo diſertiſſimè. *De Inveſtituris Eccleſiarum, quas laici faciunt, ſententiam præcedentium Gregorij & Urbani, quantum in me eſt, laudo atque confirmo. Quocunque autem nomine talis pervaſio propriè vocetur, eorum ſententiam, qui Inveſtituras Laicorum defendere volunt, ſchiſmaticam judico.* Mirum, vel propter hanc unicam ſententiam, Ivonem ex cœtu Henricianorum ſcriptorum ejectum, non fuiſſe inter HILDEBRANDI-

NOS à Calviniſta collocatum cum Stephano Herrando & Goffrido Abbate Vindocinenſi.

Decimo loco in ſcenam procedit Sigebertus cum ſua Epiſtola contra Paſchalem Papam. Iſte, ut plus auctoritatis in orcheſtram ſecum apportet; hoc titulo à Calviniano chorago inſignitur. *Reverendi Domini Sigeberti Abbatis Gemblacenſis Epiſtola.* Et tamen nunquam Abbas Gemblacenſis fuit. Sed indigebat in hac ſua cavea Calvinianus Abbate. Itaque ſe operam non luſurum exiſtimabat, ſi è veſtigio Sigebertum Infula Abbatica condecoratum in conſpectum theatri ſui produceret. Qui nunc eſt *Reverendus Dominus.* Si pro Papa ſcripſiſſet, fungus & inutile pondus terræ apud latronis fratrem audiret. Nunc eſt *Reverendus Dominus* & *Abbas*, imò & *ſanctus* Sigebertus: ut videas, quanta ſit hujus Calviniſtæ potentia, qui etiam homines *Canonizare*, & in cœleſtium Album & Chorum referre poteſt. Ut rem in pauca conferam, ſcriptiunculis ſuis adversùs Romanos Pontifices nulli magis nocuit Sigebertus, quàm ſibi & ſuæ exiſtimationi, & apud poſteros famæ, qui ſi hodie reviviſceret, alio, quàm *tenebrionis* & *nebulonis* loco hunc ſuum Encomiaſten non haberet.

Undecimo loco occurſat nobis *Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps Otbertus, Epiſcopus Leodicenſis*, ab Henrico IV. creatore procreatus, & à Calviniſta *Illuſtriſſimatu* donatus; nam ſi Priſcis licuit *Perfectiſſimatum* & *Clariſſimatum*, & alia, ad eandem formam dignitatis vocabula fingere & diſpertiri, mirum ſanè eſſet, ſi Calviniſta *Illuſtriſſimatu*, quos honeſtatos & illuſtratos cupit, honeſtare & illuſtrare non poſſet. Huic Otberto tanquam Auctori, tribuit Calvinicola vitam Henrici IV. jam ſæpiùs, etiam à Reubero, Urſtiſio & Reineccio publicatam; cujus principium eſt: *Quis dabit capiti meo aquam, & fontem lacrymarum oculis meis, &c.* Quæ hactenus anonyma & adeſpota circumlata eſt. Affert autem Calvinicola rationes prorſus apodicticas ſeu demonſtrativas, cur hanc commentationem Otberto adſcribat.

Prima: *Quia ſcriptor iſte fatetur ſe Henrico IV. familiarem fuiſſe; ergo non eſt alius, quàm Otbertus.* Probatur: Quia huic Imperatori nemo familiaris fuit, præter Otbertum: Quid acutius fingi poteſt?

Secunda: *Scriptor hujus vitæ fuit Henrico à Conſiliis.* At nemo ei fuit à Conſiliis niſi Otbertus. Sequitur ergo & conficitur id, quod demonſtrandum erat.

Tertia: *Scriptor iſte adhæſit Henrico & Guiberto, ſeu Clementi Antipapæ, contra Gregorium, Urbanum, & Paſchalem;* Sequitur ergo irrefragabiliter non eſſe alium, quàm Otbertum. Nemo enim alius adhæſit Henrico præter iſtum.

Quarta: *Quia ſcriptor iſte dicit, ſe ea literis mandâſſe, quæ contra in moribundo Cæſare; & in Exequiis atque Iuſtis contingere viderit.* At morienti Henrico nemo adfuit, ejúsque funeri nemo interfuit, præter Otbertum: Ex quo ineluctabili conſecutione conſit, Hiſtoriam illam ab alia manu & opera non eſſe, quàm Otberti.

Quinta: *Scriptor hujus vitæ corpus defuncti Imperatoris Imperiali pompa extulit, & in loco ſacro contra Papale interdictum condidit:* Sed hoc alius non fecit, niſi Otbertus. Rem ergo factam Calviniſta habet. Quàm autem à vero aliena ſint, quæ Anonymus vitæ illius Auctor de funere Henrici IV. ſcribit, docebit te lectio Urſpergenſis in Chronico Anno M. C. VI. Et Baronij eodem Anno, Tom. 12.

Sexta: *Quia Auctor in Præliminari Epiſtola vocat Henricum IV. ſpem & unicum ſolatium, & gaudium ſuum.* Ergo ſcriptor iſte alius cenſeri non debet, præter Otbertum. Et dubitamus adhuc Calvini *de grege Bardo, Ex Paſti biferis imponere ſerta roſetis?* qui tam catus eſt, ut non modò ſciat, quem neſcit, Auctorem; ſed & eum, odora naſi ſui vi indagârit, ad quem Anonymus iſte Hiſtoriam ſuam ſcripſit; quémque & in exordio, & in commentarii clauſula affetur. Quis verò iſte? Eſt Gualcherus Cameracenſis Epiſcopus. O Oedipe, ò Sphinx, ô quidquid eſt conjectorum & divinorum; ite, tripodas veſtros relinquite, & in tenebras vos illatebrate. Nil præ iſto ars divinatoria veſtra: Sed omiſſo nunc Otberto; videamus, quem tertio decimo loco Calviniſta dignetur: nam duodecimum tribuit Tractatui Waltrami *de Inveſtitura Epiſcoporum*, de quo jam ſuprà.

Decima tertia ergo Scena prodit in proſcenium non unus aut alter, ſed *Reverendorum, Illuſtrium, Generoſorum ac Nobiliſſimorum Decani, & Conventualium Principalis Abbatiæ Laurichamenſis Libellus Supplex, ad Henricum V. Imp. contra Hildebrandinos Monachos de Hirſaugia, Eccleſiæ & Imperii perturbatores, & pacis publicæ hoſtes.* Quæ tota inſcriptio nec eſt à Laurisheimenſibus Annalibus, nec à vetuſtis membranis; nec ab ullius antiqui ſcriptoris teſtimonio; ſed ab inaniſſimo & putidiſſimo Calviniano conficta eſt. Qui *Reverendos, Illuſtres, Generoſos* & *Nobiliſſimos* crepat, non aliam ob cauſam, quàm quia Satyra illa carminibus peſſimè tornatis conſtans, Monachos Hirſaugienſes lacerat & lancinat: à Pontifice enim contra Schiſmaticos conſtanter ſtabant; etſi non hæc odii origo erat, ſed quia Hirſaugienſes ſolutam diſciplinam adſtringere, & id quod deformatum fuerat, reformare tentabant. Hinc illæ lacrymæ. Nec Chronicon Laurisheimenſe, *Reverendos, Illuſtres, Generoſos* & *Nobiliſſimos* intonat; ſed uno & ſimplici verbo dicit; *A fratribus epiſtolam plenam lacrymarum ad Henricum V. Regem, necdum Imperatorem, directam eſſe.* Si autem fratres iſti hujusmodi coloribus depinxerunt, quamvis injuſtè & ca-

Digitized by Google

A & calumnioſè, Hirſaugienſes Monachos, quæ verborum ſpicula non vibrarent, ſi hodie S. Nazarii Monaſterium à Calviniſequis occupatum cernerent, qui, ùt iſti loquuntur, *verrunt barbis pavimentum.*

Decimo quarto loco progreditur in medium Aventinus, ſed ſub perſona & habitu Eberhardi Archi-Epiſcopi Salisburgenſis: nam libro 7. Annalium Bojorum affingit Aventinus Eberhardo, ſcholaſticum & declamatorium in morem, orationem, quam ipſe habuiſſet, ſi perſonam Eberhardi ſuſtinuiſſet. Aventinus nimirum, ùt alibi, ſic & hoc loco, ſolenne ſuum tenuit, & ſua ſenſa, odiíque in Pontificem argumenta aliis, etiam viris ſanctis inverecundè, & contra omnes Hi-
B ſtoriæ leges affinxit. Quàm enim Eberhardus iſte Sedi Apoſtolicæ devotus & addictus fuerit, teſtatur vita ejus, Tomo 2. & 6. Antiquæ lectionis. Et clarè id etiam omnibus teſtatum facient, vetera monumenta, quæ in altera hujus operis parte proferentur. Quàm enim, etiam capitis dimicationem pro Alexandro III. Pontifice non ſuſcepit?

Fabulam tandem claudit *Via Regia*, de *Clerogamia*, ſeu conjugio Sacerdotibus permittendo, à Georgio Wicelio conſcripta, qui ſanè naturam mulieroſam, quam in Lutheri & Lutheranorum contubernio induerat, nunquam ampliùs exuere potuit, vel, ut rectiùs loquar, exuere non voluit. Ideo totus in eo fuit, ut ad ſuum exemplum Clericis poteſtas ducendi uxores fieret. Latet
C autem horribile in Titulo, quem Calviniſta præfixit, mendacium. Ita enim Epigraphen concepit. *DD. NN. Impp. Ferdinandi & Maximiliani II. Augg. ſacris Reſcriptis confirmata ſententia de Clerogamia per Hildebrandum Papam damnata.* Quo quid impudentius fingi valuit? Síccine Ferdinandus ejúsque Filius Reſcriptis ſuis comprobârunt ſententiam Wicelij, de Conjugio Cleri? Ubi illa Reſcripta? Ubi confirmationis Diplomata? Ubi, niſi in Calviniano tuo occipite? Nam petere, ut quis ſuam ſententiam de re controverſa explicet; non eſt reſponſa, quæ dantur, approbare: alioqui Imperatores, Reges & Principes approbarent reſponſa non modò diverſa & adverſa, ſed & contradictoria, cùm circa eaſdem quæſtiones alter affirmet, alter neget:
D alter annuat, alter abnuat. Petitum eſt à Wicelio, ut ſuum de Clericorum cœlibatu ſententiam diceret. Dixit: ſed eam, quam nullus unquam Catholicus ſuffragio ſuo comprobabit, nedum Imperatores.

Hactenus Calviniſta de ſuis ſchiſmaticarum Chartarum collectaneis, quæ ſupereſſe mirum in modum ſibi plaudit ac gaudet: quia etiam frugibus inventis, mavult veſci glandibus; cujus ſui deſiderii apertam dat ſignificationem, cùm illos etiam Auctores ſchiſmaticos percenſet, quorum in Pontificem legitimum monumenta aut adhuc latent, E
aut interiêrunt. Ex quibus familiam ducit *Hugo Candidus* ſeu *Blancus* ter damnatus & perjurus Cardinalis, qui neſcio quam ſyllogen conviciorum adversùs Gregorium VII. Conciliabulo Wormacienſi obtulerat. Ardet Calviniſta cupidine tantum theſaurum adipiſcendi, quia pabulum ſuis faucibus opportunum inde ſibi pollicetur. Sed, ô bone, aut Cento ille calumniarum, ipſe Bennonis nomine præſcriptus commentarius eſt, aut non abſimilis. Paſce te Bennonianis lœdoriis & pſeudologiis, nec periculum erit, fore, ut præ inedia macreſcas, & Calvinianum aqualiculum perdas. Furit, quòd in Apologia Hugonem iſtum nominavi ignotum. Ait, *fuiſſe celeberrimum. At ſuo tempore*; &
addo: flagitiis & perjuriis. Quis candidus F
hunc Candidum jam novit? cujus omnibus bonis, nulla unquam ſine deteſtatione mentio eſt.

Secundo loco profert Calviniſta, Wecilonem Archi-Epiſcopum Moguntinum, quem dicit, ſcripſiſſe Tractatum, cui Titulum fecerit; *Quòd ſæcularis ſpoliatus rebus ſuis non poſſit ab Eccleſiaſtico judice vocari, judicari, ſive condemnari.* At Calviniſta *more ſuo ſolens* mentitur. Nullus enim Veterum ſcribit Commentarium de hoc argumento à Wecilone conſcriptum; ſed aiunt omnes, Wezilonem in Synodo, iſtud perpetuò pro Henrico ſuo urſiſſe; *illum non potuiſſe judicari & damnari à Gregorio VII. quòd rebus ſuis*, hoc eſt, *Saxonia exutus jam exſpoliatus eſſet*; quod poſt-
modum pro hæreſi reputatum, indito à We- G
zilone vocabulo, ita ut WEZELINA hæreſis appellaretur. Qua de re legatur Baronius Tom. XI. Anno M. LXXXV. & Serarius lib. 5. Rerum Moguntiacarum, qui etiam oſtendit, Wezilonem poſtea meliorem mentem recepiſſe, & relicto Imperatore ſchiſmatico, ad Catholicorum caſtra commigrâſſe.

Tertius, cujus ſcripta deperdita Calvinianus lamentatur, eſt Engilbertus Trevirenſis Archi-Epiſcopus; cujus ait, aliquot extare epiſtolas ad Henricum IV. contra Hildebrandum. *Quas me bona ſpes fovet fore*, inquit, *ut brevi impetratas alicunde auferam.* Apage verò hunc *Ablativum*, ſeu ex Comœdia *Harpacem.* Non placet, qui libros aufert: & fama eſt, huic harpagoni jam alibi non ſa-
tis proſperè conatum auferendi ceſſiſſe. Vi- H
deo tamen Calviniſtam neſcire quàm opulentus ſit. nam Tom. 1. ſuarum Conſtitutionum p. 46. recitat quamdam epiſtolam ſub nomine N. deſignati Trevirenſis, qui eſt ipſiſſimus Engilbertus, ùt diſertè ſcriptum eſt in Viennenſi membraneo codice.

Quartus eſt Hartvvicus intruſus Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis contra Hartvvicum Catholicum. *Cujus*, inquit Latronis frater, *feruntur alicubi exſtare propoſitiones de pace inter*

utram-

A *utramque partem facienda: quas tamen fruſtra uſque fui, dum ſollicito.* Fortè quia nunquam fuerunt in rerum natura. Si tamen unquam exôterunt, credibile eſt, iſtum talem fuiſſe mediatorem, qualis inter Catholicos & Sectarios fuit Caſſander; intérque Sacramentarios & Martiniſtas Bucerus.

Quintus eſt Venericus Vercellenſis, qui ſub perſona Theodorici Virdunenſis Epiſcopi contra Gregorium VII. ſcripſit.

Sextus eſt ipſe Theodoricus Virdunenſis: qui duos libros adversùs Gregorium VII. publicâſſe fertur. Ejus Epiſtolam quandam ejusdem fecis & ſordis recitat Calviniſta Tom. 1. ſuarum Conſtitutionum p. 46. Quam nos etiam in codice Viennenſi membranaceo reperimus.

B Septimus eſt Wilhelmus Trajectenſis Epiſcopus, quem tamen aliquid contra Gregorium VII. in literas retuliſſe, neque Lambertus Schaffnaburg. neque Bertoldus Conſtantienſis teſtantur. Itaque non video, cur illum inter Henricianos ineditos ſcriptores Calviniſta reponere voluerit. Idem dico de Meginhardo, cui octavum locum aſſignat. Cunibertus Canonicus Bambergenſis videtur Calviniano aliquid libri compoſuiſſe contra Primatum Papæ: Sed videtur tantùm; & quidem fatuè; quia Bertoldus Conſtantienſis nihil de ullo ejus libro ſcribit; ſed tantùm hoc, cum Primatui Papæ in media Synodo obtrectâſſe. An hoc ſine ſcriptione & lucubratione fieri nequivit?

Hi ſunt Scriptores, inquit Calviniſta, *qui cauſam non modò Heinrici IV. Imp. ſed & omnium ejus ſucceſſorum, atque adeò ipſius ſacratiſ-* C *ſimi Domini noſtri, & totius Imperii Theutonici, &c. viriliter tutati ſunt, &c.* Quod ſanè tam effrons eſt mendacium, ut illud omnes orthodoxi, & inprimis Catholicæ pacis & unitatis ſtudioſi Imperatores ac Reges, verbo & exemplo ſuo ſint deteſtaturi; prout jam reipſa deteſtati ſunt; quia omnes, pauciſſimis demptis, uſque ad Lutherum, & ſi de Imperatoribus ſermo ſit; etiam poſt Lutherum, ſalutem & ſuam & Imperii, in eo verti cenſuerunt, ut cum Sede Apoſtolica, nexu arctiſſimo copularentur, & quaſi conglutinarentur; non ignari illos ipſos, etiam Anteceſſores ſuos, qui Romanæ Eccleſiæ ejúsque D Præſuli contumaciter ſeſe oppoſuiſſent, tandem ſalutis ſuæ cura tactos, & quaſi coactos, cum Sede S. Petri in gratiam rediiſſe, & prioris vitæ errata benefactis eluere ſtuduiſſe. Id in Henrico V. Friderico I. & II. aliiſque nonnullis luculenter apparet.

Porrò ſi claritatem Auctorum, qui pro Gregorio VII. & eorum, qui contra illum ſcripſerunt, conſiderare, & inter ſe contendere velimus; perſpicuè videbimus, pleróſque ex adverſariis ſcriptoribus eſſe quaſi Nycticoracas, hoc eſt, obſcuros, ignotos, ignobiles, nec eruditione, nec vitæ ſanctimonia ſpectatos. E contra Propugnatores Gregorii E VII. & Catholicæ unitatis, meritò filios lucis vocari poſſe, ob nominis celebritatem, & ſanctitatis, qua floruerunt, opinionem. Qua de re Lectorem ad Apologiam meam pro Gregorio VII. & ad alteram hujus operis partem ablego. Mirum autem à Calviniſta omiſſum Henricum Spirenſem Epiſcopum, cujus in Gregorium VII. virulentam epiſtolam in Viennenſi Codice reperi. Quam ſi latronis frater nactus fuiſſet, ea, tanquam pretioſa gemma, aut Tomos Conſtitutionum, aut Centonem ſuum Schiſmaticorum Auctorum exornâſſet.

CAPUT VIII.

Diluuntur querelæ nonnullæ Calviniſticæ de ætate & criſi Goldaſti.

VOcaveram in Apologia Goldaſtum *juvenculum Calvinianum*, cujus in Baronium, virum & ætate & eruditione tantum, non ſit ferenda impotentia & impudentia. F Verboſè probat, quod certè probatione admodum eget, ſe jam poſt ſeptennium, quo ipſum apud S. Gallum vidi, ſeptem annis ſeniorem eſſe, atque adeò jam trigeſimum tertium annum explêſſe. *Cap. 4.* Herbam tibi porrigam, & palmam concedam, ſi cætera tua aſſerta tam dilucidè & perſpicuè probaveris: nam poſt ſeptennium aliquem, ſi ſit ſuperſtes, ſeptem annis adultiorem effici, tam eſt clarum, ut id neminem tuorum popularium Turgavicorum, etiam ex eorum numero, qui in textrinis ſeſſitant, inficiaturum exiſtimem. Sed num ideo non es, G etiam hoc tempore, juvenculus, ſi tua ætas, tua prudentia, tua doctrina, tua auctoritas, & tua exiſtimatio, cum ætate, prudentia, doctrina, auctoritate & exiſtimatione Baronii componantur?

Audi Calviniſta: licèt centum annorum eſſes, & barbæ opacitate Æſculapium, vel Menippum ſuperares, attamen pro *puero* te reputarem, & cum Iſaia, *puerum centum annorum* moriturum aſſeverarem, hoc ipſo, quòd Calvinianus es. Quod, Platone teſte, in Timæo, Ægyptius quidam Soloni dixit; H hoc & ego tibi admodularer. *O Solon, Solon*, O Calviniſta, Calviniſta. *Vos Græci*, vos Calviniſtæ, *ſemper pueri eſtis, neque quiſquam eſt Græcus*, Calviniſta vel Lutheriſta, quà talis, *Senex. Juvenculi animo eſtis omnes: nullam enim in eo per auditionem veterem, habetis ſententiam priſcam, neque aliquam propter diuturnitatem temporis canis obſitam doctrinam.*

Vide autem, vel potiùs ride Juvenculi hujus jactantiam. *Vin tu, ut ego Davidulus ſim*, (ſalve *Davidule* Calviniſtice) *& te Goliathum fundâ mea proſternam? Exſpecta dum gnaviter id à me ſtrenuéque præſtabitur.* Ubi es, ô glo-

rioſe

A rioſe ex Comœdia, miles? Adeſto, & hunc tuum fratrem, gloriarum pleniſſimum amplectere; & ei accine, quod tibi olim Artotrogus: *Vel Elephanto in India, quo pacto pugno perfregiſti brachium. Pol, ſi quidem connixus eſſes, per corium, per viſcera, pérque os Elephanto brachium transmitteres.* Et ubi Heroica ejus facta percenſueris, tum demum ei tribue illa elogia, quibus te Palæſtrio cohoneſtavit. *Idem eſt miles meus herus, Qui hinc ad forum abiit, glorioſus, impudens, ſtercoreus, plenus perjurii atque adulterii.*

De caſtitate ſile, ô Priapiſta, ſile; alioqui id à me extrudes, ut caſtimoniam tuam prædicem. Cujus eximius teſtis tuus in PRIAPEJA commentarius cum appendice fœdiſſimorum, & vel Tartareis flammis uſtulandorum libellorum. Nec placet ALOPECIA ſeu B defluvium capillorum tuorum, de quo hîc ultrò confiteris, etiam hoc verſu adjuncto. *Quod ſolùm formæ decus eſt, cecidêre capilli.* Apage cum hoc caſu; nam ut eum à *Priapiſmo* profectum arbitrer, facit tua ſecta, quæ à duobus egregiis *Priapiſtis* Calvino & Beza prodiit; tuúmque in impuris ſcriptoribus pervolutandis & publicandis ſtudium. Nec invideo tibi feſtivum illud Epigramma, quo te, ùt ais, ad memoriam mortis excitas:

Ut mortem citiùs venire credas,
Scito jam capitis periſſe partem.

Tu amiſſionem capillorum intelligis ac defles: Ego tui cerebri, partis longè nobilioris, quàm ſint capilli. Ac proinde, ſi me audis, ita poſterius carmen reformabis,

C *Scito jam cerebrum periſſe totum.*

Eſt hoc, fuitque cunctis ætatibus, hæreticis in more poſitum, ut libidinis cœno orthodoxos collutulare, & ſua eis flagitia affricare ſtuderent; ùt in alijs Apologiis ſæpe monſtravimus. Quod niſi Calvinianus iſte feciſſet; periculum fore credidit, ne fortè parùm in Priapeis verſatus videretur. Cùm, ùt in Lexico ſuo ſcribit Suidas, Neſtorius & Neſtoriani, Pulcheriæ, ſanctiſſimæ & caſtiſſimæ Virgini aliter ægrè facere non poſſent; rumorem ſparſerunt, eam cum fratre ſuo Theodoſio Imperatore, turpem conſuetudinem habere; alij, cum Paulino Magiſtro. At Virginis integritas, & innocentia hære- D ticam hanc criminationem nullo negotio diſſipavit.

Euſeb. lib 6. Hiſt. Eccleſ. cap. 8.

Memorabile eſt, quod Euſebius memoriæ mandavit de Narciſſo Hieroſolymorum Epiſcopo his verbis: *Cùm quidam perditi homunciones gravem & ſeveram eam rationem, qua per univerſam vitam tum in hominibus acriter admonendis, tum in eorum vitiis corrigendis uti conſuevit, neutiquam ferre poſſent, præ metu, ne ipſi propter infinita ſcelera, quorum ſibi ipſis conſcij erant, judicati ab eo, pœnas luerent; cœperunt contra illum conſutis dolis conſpirare, & turpem quandam criminationis calumniam in eum conjicere: deinde, quò magis criminationis falsò objectæ fidem facerent; eam jurejurando con-* E *firmare; atque unus ſic dejerare: Si non verè dixerim; opto, ut ignis incendio miſerè diſpeream: Alter verò ſic: ſi non verè dixerim, opto, ut fœdo ac ſævo morbo corpus abſumatur. Tertius autem hoc modo: opto, ſi non verè dixerim, ut luminibus penitus orbatus ſim, &c. Verùm ſublimis ille divinæ juſtitiæ ultionisque obtutus, his ſceleribus patratis, minimè acquievit: ſed quàm celerrimè impios illos, & nequam homines, qui inter jurandum tam diris execrationibus ſe contra ſeipſos obligâſſent, gravibus calamitatibus oppreſſit.*

Primus igitur illorum, ſcintilla perexigua, noctu in ædes, quibus inhabitabat, ex nulla cauſa antegreſſa, ſubitò ruente, miſerè cum tota familia, & ſtirpe ſua, rapido flammarum ardore, F *omnino conflagravit. Alterius corpus, eodem morbo, quem ſibi tanquam mulctam fore imprecatus eſſet, ab extremis pedum digitis, ad caput uſque infectum contabuit. Tertius ærumnoſos priorum eventus aſpiciens, & Dei, qui oculis omnia intuetur, inevitabilem ultionem admodum reformidans, palàm inter omnes maleficia communiter à ſe ſuiſque ſociis per fraudem contra Narciſſum admiſſa confeſſus eſt. Sed tamen dum pro delicto graviſſimè condoleſcebat, tantis & tam acerbis lamentis ſe afflictavit, & uſque eò lacrymas effundere non deſtitit, quoad utrunque oculum ſibi penitus extinxiſſet. Atque hi pro ea criminatione falsò contra Narciſſum conficta, tales pœnas perſolverunt.* Hæc Euſebius; quæ Lutheranis & Calvinianis *Priapiſtis* pro ſpe- G culo proponere volui, ut linguas refrænent, & à calumniis Venereis in inſontes jaciendis ſibi temperent.

De conditionibus & pactis tecum Anno M. DC. III. apud S. Gallum initis, mentiris ſanè ſplendidè. Monui te, ipſo Schobingero audiente & approbante; ut in poſterum abſtineres ab illa ſtyli petulantia, qua in Notis ad Cimelenſem Epiſcopum uſus fueras; alioqui fore, ut quam ex ſcriptionibus ſperes & quæras gloriam, nunquam aſſequaris, cùm Catholici tales libros vel exurant, vel lacerent, vel exſecent, vel obliteratis iis, quæ offenſionem pariunt, commaculent; Promiſiſti te facturum: Et feciſti in altera Cimelenſis editione, ùt tu ipſe teſtaris in præfatione ad Schobingerum. H *Manum, ſicuti à me contendiſti, & ſtyli ferociam, in qua cum doctoribus habui inſanientibus* (hoc eſt, cum Lutheranis & Calviniſtis) *furere, quàm potui, ſedulus temperavi: nec enim à me (non fugit) ingenio meo profectam accepiſti: noſti tu illud ab ætate, & quàm alienus harum rerum ſim, ad æquè noſtri, &c. Tandem ego meliora domi doctus, revidi, mutavi, ſecui, &c. probaturos puto bonos ac eruditos, & priora errata humanæ adſcripturos juvenilitati.* Libenter tibi omnes boni & eruditi ignoviſſent; niſi poſtea ad ingenium tuum, & ad maledicentiæ genium in Tomis Scriptorum Alamannicorum, & in Notis

ad tuas Conſtitutiones, & in libro tuo Iconoclaſtico de cultu imaginum revertiſſes. Neque unquam ego tibi pollicitus ſum, me nihil contra te evulgaturum: Etſi nihil evulgâſſem, ſi tu dictis manſiſſes, & intra modeſtiæ ac veritatis limites te continuiſſes. At poſtquam omnia honeſtatis & ingenuitatis repagula perrupiſti, & in Illuſtriſſimum præſtantiſſimúmque Baronium, tanquam in mancipium de lapide emptum, debacchatus es, calamum nec volui, nec debui continere; non ignarus me crabrones Calvinianos irritaturum: quorum tamen aculeos ſusque deque habeo, nec pluris facio, quàm luna allatrantis Moloſſi clamores. Illud tibi ſpoponderam, me operam daturum, ne Doctor Henricus Caniſius in Tomis Antiquæ lectionis eos auctores ederet, quos te jam exſcripſiſſe, & propediem evulgaturum ajebas. Nec, opinor, fidem fefelli.

Capite quinto declamitat Calviniſta de *utilitate Critices:* quaſi verò ego unquam veram & germanam Criticen reprehenderim. Te, & tui ſimiles Criticos Burdones & Subburdones deteſtor, & fugiendos, tanquam librorum peſtes admoneo; qui audaciſſimè, quidquid libido vobis dictat, ſcribitis & reſcribitis, & auctoribus veſtra ſomnia ingenti confidentia affingitis.

Cauſa expurgandi, caſtigandi, prohibendi, imò & abolendi libros ſeu fidei, ſeu moribus noxios, jam in proprio de hac materia opere, à nobis perorata & terminata eſt; ùt & in ſupplemento ad idem opus. Neque ullus hactenus extitit Prædicans, qui confutationem hujus operis ſuſcipere auderet; adeò argumentis ex tota antiquitate petitis munitum, & undique circumvallatum eſt. Itaque nihil moror tuas vociferationes, quas hìc eructas, ut plures chartas conſpurces: qui mox denuo ad Criticos revolveris. Iterum dico, me veros Criticos, quales Lipſius, Muretus, Victorius, Turnebus, & ex Theologis Pamelius, Feuardentius, & ſimiles, amare, ſuſpicere, colere, prædicare; te verò & tibi pares, ne *titivillitio* quidem *empſitem:* qui ſi ex me quæratis, quid ergo vobis faciendum ſit: poſſem tibi tuis verbis reſpondere: *Reſtes emite, & ſuſpendite vos:* Sed abſit à me, tam immitis & inhumana juſſio; illud potiùs juſſero, ut priùs ſapere diſcatis, quàm Critici officio fungi aggrediamini. Qualis tu Criticus, qui cùm, ut ita loquar, *Criticari* incepiſti, nec nomen tuum tenebas. Nam tunc vocabaris MELIOR: ùt videre eſt in prima editione Cimelenſis: Nunc *Melchior*: Rectiùs, PEIOR. Olim eras *Hamenvelto;* nunc factus es *Haiminsfeldius*. Ex *Guldinaſto* evaſiſti *Goldaſtus*. Conſtitue priùs certum quid de tuo nomine; & tunc minùs te dedecebit cenſoria virgula.

Extat Tomo XIII.

CAPUT IX.

Quid credat Calviniſta Goldaſtus.

CErtus mihi videor, Goldaſtum non credere illum ex Pindaro articulum. ἄριςον μὲν ὕδωρ, *Optimum, aqua.* Sed illum, ἄριςον μὲν οἶνος, *optimum, vinum.* Et fortè, aſſumptâ parabolâ criticâ, ſic à Pindaro ſcriptum, & à nobis reſcribi debere contendet. Vocaverat ſe in ſuo *Irrationali*, Catholicum. Dixeram, *ſi* Catholicus es, oſtende fidem tuam toto orbe diffuſam. Hoc cùm præſtare nequeat, regerit, *ſuam Eccleſiam eſſe in novo & antiquo fœdere comprehenſam, per ſpiritum ſanctum ope Prophetarum & Apoſtolorum inſtitutam, ſymbolo Apoſtolico compendiatam; quatuor Conciliis Oecumenicis comprobatam, & Auguſtana denique confeſſione confirmatam; & hanc toto terrarum orbe diffuſam fuiſſe, hodiéque diffundi.* Ubi quot verba, tot propemodum commenta: Ex quibus unum, eam fidem, quæ in utroque Teſtamento & Symbolo Apoſtolico, & in quatuor Oecumenicis Conciliis continetur ac traditur, eſſe illam, quam Confeſſio Auguſtana profitetur, & hanc Confeſſionis Auguſtanæ fidem, eſſe ſuam fidem; cùm ipſe ſit Calviniſta, & quidem Genevenſis *Puritanus;* & hanc Confeſſionis Auguſtanæ fidem, toto terrarum orbe, ab Apoſtolicis temporibus, ad hanc uſque ætatem fuiſſe diffuſam: & tamen juſſus nominare, vel unam villulam, vel unam domunculam; in qua fides Confeſſionis Auguſtanæ, aut Genevenſis, aut Tigurinæ quoad omnia, quæ fides iſta credit, immediatè ante Lutherum & Calvinum, viguerit, obmuteſcit, & ad hoc deſperatum aſylum confugere compellitur. *Fides mea, non eſt humana,* (num Diabolica, quia Calviniana?) *non pagana, non villana, non domeſtica.* Atqui ſi toto orbe diffuſa eſt, ùt ais, oportet, ut ſit ubi homines ſunt, hoc eſt, in urbibus, oppidis, pagis, villis, domiciliis: nam inter feras non eſt; nec extra homines. Si ergo fides tua eſt in hominibus; homines autem alicubi degere neceſſe ſit; monſtra mihi vel unum hominem, ſive is demum in urbe, ſive in pago, ſive in ſolitudine ſolus habitaverit, qui immediatè ante Lutherum & Calvinum integrè & adæquatè, & quoad omnia capita, eam doctrinam tenuerit, eámque fidem profeſſus fuerit, quam poſtea Calvinus & Lutherus introduxerunt. Quid, quod hodie etiam Confeſſio Auguſtana anguſtiſſimis terminis circumſcribitur: Non enim eſt in Italia, non in Hiſpania, non in novo orbe: Non eſt in Gallia, Anglia, Scotia, Hybernia. Nam Sectarii horum regnorum Calvinum ſequuntur: Non eſt in Græcia, non in aliis orientis partibus; ſed modicis finibus coarctata indies exſpectat exitium, quod ei à voraciſſimo Calviniſmo impendet.

Preſſus pondere hujus argumenti Calviniſta

A ſta in cœlum ſubſilit; & illic ſuam fidem, & Eccleſiam quærendam dicit. Et tamen paulò antea dixerat; fidem & Eccleſiam ſuam, *toto terrarum orbe diffundi.* Si hoc ita eſt; eſt ergo fides & Eccleſia tua etiam in terris; alioqui per totum terrarum orbem diffundi non poſſet. Eſt quidem in cœlo Eccleſia, ſed triumphans; non militans; Deum facie ad faciem contemplans, non per ſpeculum in ænigmate, hoc eſt, per fidem obſcuram. Num tu nullam Eccleſiam militantem agnoſcis? Cedò, ad quam Eccleſiam ſcribebant olim Apoſtoli Epiſtolas? Num ad illam, quæ in terris; an ad illam, quæ in cœlis? Quam Eccleſiam cohortabantur ad patientiam, ad conſtantiam in adverſis, ad B mortem pro Chriſto fortiter oppetendam? Num illam, quæ regnat in cœlis? an hanc, quæ adhuc in hujus mundi procellis fluctuat?

Mentitur, *fidem noſtram eſſe oculatam*, hoc eſt, nihil credere, niſi quod videt; cujus calumniæ occaſionem arripuit iſte ex eo, quod docemus, Eccleſiam eſſe viſibilem. Nam ita fatuatur cum Brentio. Articulus fidei eſt; *Credo Eccleſiam Catholicam. Creditur ergo Eccleſia; non ergo videtur; non ergo eſt viſibilis; quia quod videtur; non creditur.* Reſpondere poſſem, idem diverſo modo & medio credi & videri, hoc eſt, evidenter ſciri poſſe; nam Deum eſſe & unum eſſe, credimus; & tamen hoc evidenter à Metaphyſico & Theologo demonſtratur: ſed ab- C ſtinebo ab hoc reſponſo; quia ſuperat hujus Calviniſtæ captum. Illud dico: poſſe omni ſæculo conſpici, & internoſci, & quaſi digito demonſtrari aliquam congregationem hominum, de qua unuſquiſque firma fide, tametſi obſcura, poſſit ac debeat credere, quòd ſit vera Eccleſia, hoc eſt, cœtus rectè Chriſtum colentium, quòd vera fide copuletur, quòd à Spiritu ſancto regatur, quòd aliis muneribus atque prærogativis ſit prædita, & hoc propter notas veræ Eccleſiæ, quæ in tali cœtu evidenter eluceſcunt. Ratione prioris, Eccleſia eſt viſibilis; Ratione poſterioris, inviſibilis. Quam diſtinctionem jam pridem ſua in Analyſi dedit Optimus Magiſter meus Gregorius de Valentia. Si ergo Eccleſia Confeſſionis Au- D guſtanæ, vel Lemannicæ eſt vera Eccleſia, neceſſe eſt, ut mihi oſtendas aliquem cœtum hominum, viſibilem, qui ante Lutherum & Calvinum, eadem per omnia dogmata crediderit & tenuerit, quæ poſtea crediderunt & tenuerunt Lutherus & Calvinus, de quo cœtu firma fide credere debeam, eum eſſe veram & à Spiritu ſancto gubernatam Eccleſiam.

Sed hac mea petitione bilem moveo Calviniſtæ. Vociferatur enim: *I nunc, parricida, & perge ex nobis quærere, ubi Synagoga noſtra immediatè ante Calvinum fuerit?* Ego verò quærere non deſiſtam, donec expeditum reſponſum ſuper hoc quæſito aut abs te, aut E ab alio impetravero; quod in æternum nunquam dabitis; quanquam convicia, clamores & furores ubertim dabitis; & extra oleas egregiè ſaltabitis, ut quæſtionis moleſtiam nonnihil declinetis. Ego autem vos cum Paulino Aquileienſi lib. 1. contra Felicem Urgelitanum perpetuò inſequar. *Oſtendite nobis vel unam gentem, vel unam urbem, vel ſanctam Romanam Eccleſiam (quæ eſt caput Eccleſiarum) vel Conſtantinopolitanam, vel Hieroſolymitanam ipſius Domini præſentia dedicatam, aut Antiochenam, in qua primùm ſanctum Chriſtianitatis nomen* (natum) *eſſe legitur, aut Alexandrinam, aut aliam Eccleſiam in tota Italia* F *vel Germania, vel etiam Gallia, aut Aquitania, &c. quæ vobis conſentiat in hac veſtra aſſertione, ut verum probetis, aliquos vos habere ſocios ſententiæ veſtræ. Et ſi non poteſtis hoc facere; credite vos ſanctæ DEI Eccleſiæ contraria ſentire, & cavete vobis, Apoſtolicæ auctoritatis gladium, & ſanctæ univerſalis Eccleſiæ anathema formidate, niſi corrigatis ſententiam veſtram, & ad unitatem Apoſtolicæ doctrinæ convertamini.*

Oggrunnit Calviniſta; *Perinde eſſe, ubi fidelium cœtus congregetur ſive in civitate, pago, villa, campo, domo, crypta, antro, caverna.* Sit ita. Interim tamen, tu nondum demonſtráſti nobis ullam civitatem, aut pagum, aut villam, aut campum, aut domum, aut G cryptam, aut antrum, aut cavernam, in qua immediatè ante Lutherum & Calvinum collecti fuerint, qui eandem prorſus per omnia cum Luthero & Calvino fidem tenerent. Dic tandem aliquid *de tribus capellis.* Dic, aliquid, quod propoſitæ quæſtioni ſatisfaciat. Nam quòd mentiris, *te à me amandari ad civitatem, pagum, villam, domum, ut ibi Chriſtum quæras:* id nihil ad rem pertinet; non enim te eò ablegavi; Sed te obteſtatus ſum, ut mihi civitatem, oppidum, pagum, villam vel domum monſtrares, in qua ante Lutherum & Calvinum, vel unus fidei tuæ conſors habitaverit. H

Simile mendacium eſt, me Catholicam Eccleſiam *circumſcribere civitate aliqua, aut pago, aut villa, aut domo.* Non circumſcribo his anguſtiis: quia ſcio Eccleſiam Catholicam per totum terrarum orbem diffundi & extendi: ſed à te peto, ut mihi vel unam domunculam monſtres, in qua tua fides immediatè ante Lutherum vel Calvinum fuerit. Quid tergiverſaris? Si profiteris fidem, quæ toto terrarum orbe diffunditur; quid facilius, quàm monſtrare pagum, villam, domum, cujus incolæ immediatè ante Lutherum & Calvinum, hanc tuam fidem amplexi ſectatique fuerint. Cui bono, ex libro, quem appellant, *Interim*, ex edicto neſcio quo Gallico, ex Confeſſione Auguſtana, ex Concilio Baſileenſi, ex Hedione, ex Zanckio, ex Wicelio, ex Bernardo Lub-

A linenſi Huſſita, ex epiſtola Monitoria Regis Britanniæ, prolixas ſententias coacervas, & in Voluſianas tuas chartas transfers, neglecto eo, quod ante omnia, imò quod ſolum & unicum agendum erat? Nimirum liber & Papyro, & inſcicia ſpiſſus conficiendus erat.

Pag. 30. Ais: *Tuæ fidei conſortes à Papanis ex Eccleſia ejectos fuiſſe, tanquam anathemata;* Et hoc
Joan. 16. Chriſtum prædixiſſe. *Abſque Synagogis facient vos, &c.* Si ergo Papa & Papiſtæ ante Lutheri & Calvini ortum, ex Eccleſia ſua expulerunt aliquos, qui idem per omnia crediderunt, quod credidit Lutherus & Calvinus; cupio, ut eorum nomina mihi edas; quod tibi proclive factu erit. Quo præſtito moleſtus tibi eſſe deſinam. Si autem non nôſti, quinam iſti ſint, & ubi vixerint, & quando, tanquam καθάρματα quædam, extra Pa-
B pæ Eccleſiam ejecti fuerint, eo ipſo apertè indicas, te ſomnia & phantaſmata tua nobis obtrudere, neque vel unum producere poſſe, qui immediatè ante Lutherum & Calvinum integram Lutheri & Calvini fidem ſecutus ſit. Tu quidem aliquos fuiſſe autumas. Sed ubi? Cùm in orbe cognito nullos reperire poſſes, prudenter migrâſti in novum orbem; *In hoc enim jam olim fidem Chriſtianam prædicatam fuiſſe.* At num in omnibus novi orbis partibus? In India S. Thomam, S. Bartholomæum, & S. Matthæum religionem Chriſtianam ſeviſſe & propagâſſe, Patrum & veterum hiſtoricorum monumentis conſtat. At prædicâſſe illis perfidiam Calvinia-
C nam aut Lutheranam, nemo prodidit. Nec hoc quæſtionem, qua te urgeo, ſolvit. Poſtulatur enim, ut producas aliquem, qui immediatè ante Lutherum & Calvinum, Lutheranus vel Calvinianus fuerit? Nullum certè, in toto novo Orbe, quantus quantus eſt, reperies; quam enim diverſam à Luthero & Calvino religionem, ſequantur illi Indi, qui Chriſtianis myſteriis à S. Thoma Apoſtolo initiati ſunt, ex Hiſtoriis Indicis ſatis exploratum eſt. Forſan Calviniſta eò tandem adigetur, ut producat nobis aliquem ex Cannibalum, aut Anthropophagorum grege, tanquam fidei Lutheranæ & Calvinianæ domeſticum, cùm utraque harum ſectarum, præſertim Calviniana, ſit admodum *Cannibalica & Anthropophaga*, hoc eſt, hominum devoratrix.

D Oggannit Calviniſta: *Tres facere Collegium. Ergo ubicunque duo vel tres in nomine Chriſti congregati fuerunt, Chriſtus in medio eorum erit;* Et per conſequens, *tres iſti Eccleſiam conſtituent.* Si tres congregati conficiunt Eccleſiam; congregentur ergo tres Judæi in nomine ſui JEHOVÆ. Num ideo congregatio eorum vocabitur Eccleſia? Congregentur tres Anabaptiſtæ; vel Trinitarii. Certè ſe non minùs in nomine Domini congregari jactabunt ac Calviniſtas. Num tu ideo Eccleſiam Chriſti in his Anabaptiſtis vel Tri- E
nitariis veneraberis ac revereberis? Sed omitto iſthæc. Tu oſtende mihi duos vel tres, qui immediatè ante Lutherum & Calvinum omnia placita crediderint, quæ poſtea Lutherus & Calvinus ſuis tradiderunt; & adquieſcam; hócque Collegium Lutheranum vel Calviniſticum debito cultu afficiam, tametſi non proſtratus in terram.

Sed vide ſis acumen Lemannicum. *Eccleſia Romana eſt particularis; ergo non eſt Catholica.* Dicam ego. Synagoga Genevenſis eſt particularis: ergo non Catholica. Ut tibi arridet hæc conſequentia? Si tibi diſplicet, crede etiam mihi diſplicere tuam. Eccleſia Romana eſt Catholica; quia Catholicæ & univerſalis totóque orbe diffuſæ Eccleſiæ F
membrum eſt; item, quia Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, non tantùm eſt Epiſcopus Romanæ Eccleſiæ particularis, quæ Romanis finibus terminatur, ſed & Catholicæ Eccleſiæ per totum orbem diſperſæ, quoad omnes ſuas partes ad idem Corpus Chriſti myſticum pertinentes.

CAPUT X.

De poteſtate Romani Pontificis in ſpiritualibus.

DE hoc argumento non diſputat Calviniſta, ſed penitus delirat: Et delirationi, ut jucundior ſit, mendacia Pag. 57.
admiſcet; nempe ſe Jacobi Regis Britanniæ Pag. 58.
ſententiam approbare, quæ eſt, Epiſcopos jure divino ſuperiores eſſe Presbyteris, & G
hos Diaconis; cùm Sectarius iſte ſit *Puritanus*, Genevæ apud ſuum *Reverendiſſimum Patrem Bezam* inſtructus, (ſic enim Bezam indigitat in quadam præfatione ſua) & Helvetius, qui Lemannicæ non Confeſſioni, ſed *Confuſioni* ſubſcripſerunt, Anglóſque Calvino-papiſtas ob hos Eccleſiaſtici miniſterii diſparatos ordines graviter inſectantur, ùt oſtendi in Apologia contra Regem Angliæ, & in Summula Caſuum ConſcientiæLutheranæ de Sacramentis in Quæſtionibus de ordine. Et tamen Calviniſtam non pudet mentiri, pleraſque ſuas, hoc eſt, Calvinianas Eccleſias H
hanc Eccleſiaſtici Miniſterii diſtinctionem ſequi; cùm in ſola Anglia ſit uſitata; In ipſa autem Anglia, plurimi, in Scotia, & extra Britanniam, omnes ſint Puritani, ùt in Belgio, Germania, & Gallia: qui ſimpliciter omnes miniſtros Eccleſiaſticos pares faciunt, ùt planum ſit ex libro Bezæ contra Saraviam; & ex hujus operibus contra Bezam.

Illud feſtivum eſt, cùm Calviniſta nobis Pag. 59.
hoc loco ſuum ad palatum, Papam architectatur ex Melanchthone, Bucero, Hedione, quorum nugamentis alii quoque Prædicantes adſtipulati ſunt; Item ex libro *Interim*; ex Articulis Proteſtantium ſuper libro

A bro *Interim* Cæſari oblatis: Ex Epiſtola Monitoria Regis Britanniæ, & ex Antichoppino. Sed Catholici exiſtimant, Chriſtum ſatis fuiſſe peritum Pontificis inſtituendi architectum; ac proinde opus non eſſe, ut poſt tot annos novi iſti fabri cum ſuis aſciis & ſecuribus, Pontificis ad ſuum arbitrium efformandi gratiâ, procedant.

Illud mendacium eſt, *novum hoc minimèque Catholicum dogma eſſe; omnes Chriſti fideles de neceſſitate ſalutis ſubeſſe Romano Pontifici:* non enim novum dogma eſt illud Petro à Chriſto ad perpetuam cuſtodiam commiſſum: *Paſce oves meas*; Si omnes Chriſtiani, ſunt oves Chriſti; omnes ergo ſunt ſub cura ſummi paſtoris à Chriſto conſtituti; at is eſt **B** Petrus & Succeſſores ejus. Itaque quiſquis ſive in Oriente, ſive in Occidente, ſive ad Meridiem, ſive ad Septentrionem in hujus paſtoris grege & tutela cenſeri noluit, is à cœleſti beatitudine aberravit, nec in noviſſimo illo judicio cum ovibus ad dexteram, ſed cum hœdis ad ſiniſtram ſupremi judicis ſtabit.

Maximum autem mendacium eſt, cùm dicit Calviniſta, Covartuviam Relect. in cap. *Peccatum*, p. 2. §. 11. n. 7. *idem ſecum ſentire, & à Bellarmino diſſentire.* Huic tam effronti & infrunito aſſerto nihil aliud oppono, quàm ipſum Covarruviam. Inſpiciatur, legatur loco jam nominato, & vanitas Calviniſtica in nebulas reſolvetur. Siccine Covarruvias docuerit, non eſſe de ſalutis neceſ- **C** ſitate ſubeſſe Romano Pontifici? Seriò tibi dico Calviniſta, ſi Covarruvias hoc aſſeruiſſet, Inquiſitionis tribunal non effugiſſet; ſed abſit hoc à doctiſſimo & præſtantiſſimo Præſule. Nunquam hoc ſummo viro in mentem venit: per ſummum ſcelus hoc ei à perfido iſto Novatore imponitur. Nec diſcrepat Covarruvias à Bellarmino in poteſtate temporali ſummi Pontificis; quam in omnes Chriſtianos, indirectam, agnoſcit, prædicat, tuetur.

Quanta autem & quàm ſtolida ſtultitia eſt, dicere, Pontificem Romanum accipere ſpiritualem ſuam poteſtatem ab Imperatore, tanquam à Pontifice Maximo, quod nobis Calvinicola inſulſiſſima ſua loquacitate, vel **D** invitis, perſuadere conatur. Quo quid ſtultius? Quid à ratione alienius? Ubi dictum eſt Imperatori? *Tibi dabo claves Regni cœlorum. Quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis: & quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.* Ubi dictum eſt Imperatori? *Paſce oves meas.* Ubi dictum? *Confirma fratres tuos.* Ubi dictum eſt Imperatoribus? *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Num & Primi illi Pontifices Romani, Clemens, Linus, Cletus, Anacletus, Alexander, Teleſphorus, Eleutherius, & ſimiles poteſtatem ſpiritalem ab Ethnicis Imperatoribus, ſub quibus ævum **E** agitabant, acceperè? *Bone Deus*, exclamat Lutherus in libro de Miſſà privata, *quàm variis quæſitis & adſcititiis patrociniis opus habent cauſæ malæ, & ut Germani proverbio dicunt; unum mendacium ſemper ſeptem aliis mendaciis callidè conveſtiendum, & ſarciendum eſt, ut veritatis aliqua ſpecie utcunque coloretur. Sed quid profuerit ſarcire & reſarcire pellem arroſam, quæ non cohæret?*

Inſipientiſſimè & hic & alibi, præſertim Tomo tertio Conſtitutionum contendit Calviniſta, Imperatores eſſe Summos Pontifices. Quam fatuitatem & extremam inſcientiam pronuper caſtigavimus in Indiculo fraudum & impoſturarum, quas in Tomo tertio flagitioſiſſimè commiſit: quam inſaniam hauſit iſte ab Eutychianis, conſanguineis ſuis; **F** in quorum amentiam hæc S. Gelaſius Pontifex Maximus, & eruditiſſimus in Tomo de Anathematis vinculo. *Fuerint hæc ante adventum Chriſti, ut quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actionibus conſtituti, pariter Reges exiſterent & Sacerdotes. Quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſacra prodit hiſtoria.* (Gen. 14.) *Quod in ſuis quoque Diabolus imitatus eſt; utpote, qui ſemper quæ divino cultui conveniunt, ſibimet tyrannico ſpiritu vendicare contendit, ut pagani Imperatores, iidem & Maximi Pontifices dicerentur. Sed cùm ad verum ventum eſt eundem Regem atque Pontificem, ultra ſibi nec Imperator Pontificis nomen impoſuit, nec Pontifex Regale faſtigium vendicavit. Quamvis enim membra ipſius, id eſt, veri Regis atque Pontificis, ſecundùm participationem naturæ, magnifi-* **G** *cè utrumque in ſacra generoſitate ſumpſiſſe dicantur, ut ſimul regale genus & ſacerdotale ſubſiſtant: attamen Chriſtus memor fragilitatis humanæ, quod ſaluti congrueret, diſpenſatione magnifica temperans, ſic actionibus propriis, dignitatibúſque diſtinctis officia poteſtatis utriuſque diſcrevit, ſuos volens medicinali humilitate ſalvari, non humana ſuperbia rurſus intercipi, ut & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium curſu rerum Imperialibus diſpoſitionibus uterentur, quatenus ſpiritalis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, & ideò militans Deo, minimè ſe negociis ſecularibus implicaret; ac viciſſim non il-* **H** *le rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet negociis ſecularibus implicatus; ut & modeſtia utriuſque ordinis curaretur, ne extolleretur utroque ſuffultus, & competens qualitatibus actionum ſpecialiter profeſſio aptaretur. Quibus omnibus ritè collectis, ſatis evidenter oſtenditur, à ſeculari poteſtate nec ligari prorſus, nec ſolvi poſſe, Pontificem.* Hæc egregiè S. Gelaſius; Ex quibus ſuam ſtultitiam Calviniſta recognoſcere poſſet, niſi ſtultitia cæca eſſet.

Verùm ſupra dicta ſua pluſquam Stoica paradoxa videtur Calvinicola ex ſuo tripode in gratiam Regis Britannici deblaterare; ſperans, opinor, ab illo, ſi non Epiſcopatum,

ſalrem DECANATUM, fortè in Sarisburien-
A ſi Eccleſia, ubi Joannes ille Gordonius ANTI-
TORTOR BELLARMINIANUS, in cœlum
ſuum deſcenderit. Nec tonſura pro CALVINI-
ANO CLERICATU egebis, quandoquidem
jam te totonderunt VENUS & PRIAPUS.
Interea, velis nolis, audire debes ſuprà di-
ctum Pontificem S. Gelaſium, ſic Anaſtaſio
Eutychiano Imperatori concionantem: *Duo
ſunt, Imperator Auguſte, quibus principaliter
mundus hic regitur; auctoritas ſacra Pontificum,
& regalis poteſtas. In quibus tantò gravius eſt
pondus Sacerdotum, quantò etiam pro ipſis Regi-
bus hominum in divino reddituri ſunt examine
rationem. Nôſti etenim, fili clementiſſime, quòd
B licèt præſideas humano generi dignitate, rerum
tamen Præſulibus divinarum devotus colla ſub-
mittis, atque ab eis cauſas tuæ ſalutis expetis,
inque ſumendis cœleſtibus Sacramentis, eiſque, ùt
competit, diſponendis ſubdi te debere cognoſcis re-
ligionis ordine potiùs, quàm præeſſe, nôſti. Ita-
que inter hæc, ex illorum te pendere judicio, non
illos ad tuam velle redigi voluntatem. Si enim,
quantum ad ordinem pertinet publicæ diſciplinæ,
cognoſcentes Imperium tibi ſuperna diſpoſitione
collatum, legibus tuis ipſi quoque parent religio-
nis antiſtites, ne vel in rebus mundanis excluſæ
videantur obviare ſententiæ, quo, (rogo) te de-
cet affectu eis obedire, qui prærogandis venerabi-
libus ſunt attributi myſteriis? Proinde, ſicut non
C leve diſcrimen incumbit Pontificibus, ſiluiſſe pro
divinitatis cultu, quod congruit; ita his (quod
abſit) non mediocre periculum eſt, qui, cùm pa-
rere debeant, deſpiciunt. Et, ſi cunctis genera-
liter ſacerdotibus rectè divina tractantibus, fide-
lium convenit corda ſubmitti; quantò potiùs Se-
dis illius Præſuli conſenſus eſt adhibendus, quem
cunctis ſacerdotibus & divinitas ſumma voluit
præeminere, & ſubſequens Eccleſiæ generalis jugi-
ter pietas celebravit?* Hæc S. Gelaſius Ponti-
fex.

Profert Calviniſta quædam eorum exem-
pla, qui Pontificem Romanum tes ſuas ſibi
habere juſſerunt; & primò quidem epiſto-
lam nonnullorum Epiſcoporum Germaniæ
D & Galliæ, ad Anaſtaſium II. Papam, ùt in
Rationali ſuo ſcribit Novator circa Annum
Pag. 48. 497. Quo tamen tempore non Anaſtaſius
hoc nomine ſecundus, ſed Primus Cathe-
dram Petri tenuit; nam ſecundus diu pòſt
extitit, nempe ſub Anaſtaſio Eutychiano
Imperatore, ad quem etiam Anaſtaſii Secun-
di Papæ extat Epiſtola. Et jam in Baronia-
na Apologia dixi, quo loco hæc epiſtola ſit
habenda, quippe à mendaciſſimo Illyrico in
Teſtium Catalogo prolata, ex Schedis Aven-
tini, ùt perhibet, quò minus dubitemus de
ſinceritate; quando non modò Illyrici, ſed
& Aventini nomen audimus.

Secundò profert Calviniſta ſynopſin nu-
perrimi hominis, qui Agobardum, Epiſco-
pum Lugdunenſem edidit; in libellum Ago-
bardi *de Comparatione utriuſque Regiminis*:
quam parùm candidè confectam eſſe, promp- E
tum eſſet demonſtrare; ſed omitto, & Le-
ctorem ad geminum Agobardi opuſculum
remitto; ubi turbulentorum objectiunculas
accuratè diſpellit; & quantum poteſtas Pon-
tificia ſupra Regiam emineat, perſpicuè oſten-
dit: ubi etiam commemorabilem hanc ſen-
tentiam invenies. *Nullo modo fieri poteſt, ut
ſi is, qui locum B. Petri tenet, exhonoratur ſine
crimine, dum taxatur, Cathedra ejus honorata
remaneat. In tantum autem honoranda eſt Ca-
thedra Pontificalis, & propter Cathedram ſedens in
illa, ut etiam de Caipha, crudelitate & incre-
dulitate impio dicat Evangeliſta:* Hoc autem à
ſemetipſo non dixit; ſed cùm eſſet Pontifex Joan. xi.
anni illius prophetavit, quia JEſus moritu-
rus erat pro gente; *Unde conſtat etiam impium
Caipham propter cathedram honoratum eſſe prophe-
tia. Vos autem fidelem & cultorem pietatis Pon-
tificem dehoneſtandum prædicatis abſque injuria
Sedis; quod omnino falſum eſt.*

Adde, quòd quidquid tunc actum eſt con- F
tra Gregorium IV. id rebus turbaris, & ſtu-
dio partium Ludovico Pio Imp. adhæren-
tium actum eſt: quibus poſtea longè alia
mens in eundem Pontificem fuit, quando
veritate comperta, animadverterunt Greg.
IV. non veniſſe in Gallias, ut conjuratio-
nem adversùs Ludovicum foveret vel adju-
varet; ſed ut diſpelleret, & pace reddita, om-
nes in concordiam redigeret.

Archi-Epiſcopi Guntharius Colonienſis, &
Theutgaudus Trevirenſis longè rectiùs famæ
ſuæ apud poſteros, & ſaluti apud Deum
conſuluiſſent, ſi Nicolai Primi Pontificis pa-
ternis monitis locum dediſſent. Quod cùm G
non fecerint, jure ſententiam damnationis
& anathematis ſubiêrunt; qua exulcerari &
in rabiem propemodum verſi; adversùs Ni-
colaum eam procuderunt epiſtolam, quam
nemo niſi furioſus & Tiſiphones aura affla-
tus laudare poteſt. Adeatur Baronius Tom.
X. Anno DCCC. LXIII. & nebulæ Calvinia-
næ in nebulas è veſtigio ibunt.

Nec video, quomodo hæc & ſimilia Cal-
viniſta, ad aſſertionis propoſitæ probatio-
nem & confirmationem adaptare queat: Quæ
enim hæ conſecutiones? *Quidam Epiſcopi Gal-
licani ex errore perperam in Gregorium IV. affe-
cti erant. Guntharius & Theutgaudus Archi-* H
*Epiſcopi ob depoſitionem ſuam, déque throno deje-
ctionem conviciis plenam epiſtolam contra Nico-
laum Papam evulgârunt; ergo Papa ſpiritualem
ſuam poteſtatem ab Imperatore accepit:* nam hæc
theſis Calviniſtæ in hoc capite probanda eſt,
ùt ipſum capitis *lemma* ſeu *ſummarium* polli-
cetur.

Tantundem probat epiſtola Conſtantino-
politanæ Eccleſiæ ad Bohemos; quam Illy-
ricus & alii publicârunt; quæ pluris à nobis
non æſtimatur, quàm epiſtolæ & libri, quos
noſtra ætate Hieremias Patriarcha Conſtan-
tinopolitanus ad Wirtebergenſes Lutheranos
miſit.

miſit. Nec epiſtola illa ad Bohemos plus
A officit Pontificiæ poteſtati, quàm epiſtolæ
Hieremiæ ad Cruſium, Smidelinum, Ger-
lachium & alios. Nec Græci cum Huſſitis
in articulis fidei prorſus concinunt, licèt ab
his minùs abeant, quàm à Lutheranis. Et
ſi Huſſitæ, ùt Lutheriſtæ, Confeſſionis ſuæ
dogmata ſcriptis comprehenſa ad Græcos
miſiſſent, idem fortaſſis reſponſum, quod
Auguſtanæ Confeſſionis ſectatores, accepiſ-
ſent. Sed en mirabile Dei conſilium & ju-
dicium; Dum Græci pomeria ſui ſchiſma-
tis, adſcitis in ſocietatem Huſſitis, proferre
ac dilatare tentant; biennio pòſt in Turcicam
captivitatem devenerunt, Byzantino Impe-
rio funditus everſo: cùm interea Sedes Petri
immota ſtet, floreat, & vigeat.

Caſſandrum paulò pluris æſtimamus, quàm
B te: parem tibi ducimus fæneum illum NI-
CODEMUM TURLUPINUM; paulò ſupe-
riorem Wicelium; quorum prolixis dictis,
dum centonem tuum farcis, grandiorem
quidem librum efficis, ſed quod tibi pro-
bandum erat; nempe ſpiritualem Pontificis
poteſtatem eſſe ab Imperatore: intactum, &
ut ita loquar, improbatum relinquis. Etiam
ad REVELATIONES confugis, tanquam ho-
mo Exſtaticus, qui aliquando uſque ad con-
cavum lunæ, hoc eſt, uſque ad Icaromenip-
pi domicilium eveharis. Et tamen neque
ex S. Brigithæ, neque ex neſcio cujus Gama-
leonis, neque ex Capiſtrani, neque ex Me-
C thodii, neque ex Theophili Eremitæ, neque
ex Hildegardis Abbatiſſæ, neque demum ex
Cyrilli REVELATIONIBUS quidquam pro-
ferre vales, quo Thema tuum demonſtres,
Pontificem ſcilicet Romanum, ſpiritualem
ſuam poteſtatem ab Imperatore accepiſſe.
Oportet igitur, ut aliam hujus rei Apoca-
lypſin exſpectes, quam conſequêris fortaſſe
beneficio alicujus ex Kepplerianis Lunæ in-
digenis, qui nuper per tubum opticum ſeu
viſorium longè feliciùs inventi ſunt, quàm
novus orbis à Luſitanis & Hiſpanis.

CAPUT XI.

De poteſtate Romani Pontificis in Temporalibus.

CAlviniſtæ Thema eſt: *Pontificem Roma-
num carere poteſtate in Temporalibus.*
Hoc probare incipit mentiendo. In
D Extravagante; *Unam ſanctam* de Majorit. &
obed. poſuerat Bonifacius VIII. hanc defini-
tionem. *Subeſſe Romano Pontifici, omni humanæ
creaturæ* (omnem humanam creaturam) *de-
claramus, dicimus, definimus & pronunciamus
omnino eſſe de neceſſitate ſalutis.* Hane Bonifa-
cii definitionem mentitur Calviniſta recan-
tatam & abrogatam eſſe à Clemente V. in
cap. *Meruit* in Extravag. Comm. de privile-
giis. Sed Clemens V. nihil aliud *extrava-
gante* ſua declaravit, quàm per Conſtitutio-
nem Bonifacii VIII. Regibus & Regno Galliæ E
nullum præjudicium creari. Erant enim,
qui Bonifacii ſanctionem ita intelligerent;
Regem Galliæ, alióſque Principes eſſe qua-
ſi VASALLOS Romani Pontificis, ad cujus
arbitrium & poni & deponi poſſent; quibus
nihil juris eſſet, niſi quantum Pontifex con-
cederet. Ut ergo Clemens V. hanc falſam
perſuaſionem ex omnium animis eximeret,
meritò declaravit, ex illa Bonifacii defini-
tione Regno Gallicano nullum præjudicium
generari. *Nec quòd per illam Rex, Regnum, &
Regnicolæ ampliùs Eccleſiæ ſint ſubjecti Romanæ,
quàm antea exiſtebant: ſed omnia intelligantur
in eodem eſſe ſtatu, quo erant ante definitionem
præfatam; tam quantum ad Eccleſiam, quàm F
etiam ad Regem, Regnum & Regnicolas ſuperiùs
nominatos.* Antea autem ſummo Pontifici
ſubjecti erant quoad poteſtatem ſpiritualem;
neque hoc vel ipſe Philippus Rex, vel ullus
orthodoxus Gallicani Regni incola unquam
abnuit. *Dicente Domino ipſi Petro,* ait Bonifa-
cius, *paſce oves meas; Meas,* inquit, *& gene-
raliter, non ſingulariter; has vel illas: per quod
commiſiſſe ſibi intelligitur univerſas. Sive ergo
Græci, ſive alii ſe dicant, Petro ejúſque ſucceſſo-
ribus non eſſe commiſſos: fateantur neceſſe eſt, ſe
de ovibus Chriſti non eſſe.*

Nec Philippus aliíque tunc Galliæ cives in-
ficiati ſunt, Pontifici Maximo eſſe in Reges
ac Principes, inque Regna & Principatus
poteſtatem temporalem indirectè, eo mo- G
do, quo id cùm ab aliis orthodoxis Theo-
logis, tum ab Illuſtriſſimo Cardinali Bellar-
mino lib. 5. de Pontifice, & fuſiùs in Apo-
logia contra Wilhelmum Barclaium decla-
ratur; neque enim ſpiritus ille Barclaianus,
ne dicam Machiavellicus, temporibus Phi-
lippi Regis innotuerat, aut aliquorum cor-
da obſederat.

Exſcribit & in ſuum Centonem intrudit
Calviniſta Decretum Parlamenti Turonenſis Pag. 77.
contra *Monitoriales literas* Gregorii XIV. & Pag. 79.
aliud non diſſimilis argumenti Curiæ Cata-
launenſis. At quorſum iſta? An ideo Pon-
tifex caret omni poteſtate temporali, quòd
Calviniſta probandum propoſuerat? Decre-
ta illa edita ſunt, belli tempore, quando fu-
ror & arma animos præcipitant, & in di-
verſas partes trahunt; quando omnia ſuſpe-
cta ſunt; & etiam tutiſſima quæque timen-
tur. Quid probes ex his, quæ calor Mar-
tius magis effudit, quàm ratio dictavit? Poſt- H
quam enim magnanimus ille Rex, cujus
cauſa in illis Decretis agebatur, nonnihil ex
bellicis tumultibus quievit, jámque totum
prope Regnum ſua in manu teneret, quid
de Pontificis Maximi poteſtate ſentiret, ad
faſtidium uſque ſectariorum, toti mundo
patefecit: aſſiduiſſimis flagitationibus apud
Pontificem inſtans, ut eum Eccleſia in gra-
tiam redire liceret; nexibúſque contracti
anathematis ſolveretur, ratus ſibi ſceptra
non

A non fore proſpera, niſi, more Anteceſſorum ſuorum, communionem cum Apoſtolica Sede obtineret.

Pag. 81. Etiam edictum Curiæ Pariſienſis contra librum Bellarmini de poteſtate Summi Pontificis in temporalibus, adversùs Barclaium, nugamentis ſuis Calviniſta inſerit. Undique nimirum emendicanda & comportanda ſunt; quæ librum craſſiorem efficiant, ne exiguæ prolis progenitor tam fœcundus PRIAPISTA cenſeatur. At dic, Novator, cur diſſimulas, quomodo poſtea hujus Senatusconſulti promulgatio & executio inhibita ſit, per Decretum Regium, quod ultimo die Novembris, anno M. DC. X. itidem excuſum, & per omnes Provincias miſſum eſt? Nimirum hæc non faciunt ad Genevenſem tuum ſtomachum; ideo præteris.

B At quid vetat ipſius inhibitionis ex Gallico ſermone translatæ tabulas lectoribus hic exhibere; quandoquidem Calviniſta è re ſua fore cenſuit, ſi ſuum Centonem Edicto Parlamenti farciret. Arrige ergo auriculas tuas, ô Calviniſta.

SUpra querelis & declarationibus factis ab Epiſcopo Montis Politiani, Nuncio S. D. N. Papæ, ratione cujuſdam arreſti dati in Parlamento die Veneris 26. die præſentis menſis contra librum inſcriptum; Tractatus de poteſtate Summi Pontificis in temporalibus adC verſus Guill. Barclaium auctore Roberto S. R. E. Card. Bellarmino, *Romæ impreſſum à Bartholomæo Zanneti eodem anno M. DC. X. Rex in ſuo Conſilio, aſſiſtentibus Regina matre Regente, Dominis Principibus, Condæo & Comite de Soiſſons regii ſanguinis, Duce de Mayenne, Cancellario, Duce de Spernon, de Lavardin & Boiſdaulphin Mareſcalcis Galliæ, Admirali & magno Scutifero Galliæ; ordinavit & ordinat ob bonas cauſas & conſiderationes, ut publicatio & executio prædicti arreſti non habeat vim & vigorem, donec à ſua Majeſtate fuerit aliud ſtatutum: Et hoc arreſtum tradetur ſuæ Majeſtatis generali Procuratori. Et injungimus ac mandamus omnibus Ballivis, Seneſcalcis & aliis Judicibus à Prædicto* D *Parlamento dependentibus, uti differant publicationem & executionem prædicti arreſti ſecundùm voluntatem & intentionem ſuæ Majeſtatis. Statutum in dicto Conſilio habito Pariſiis ultimo die Novemb. M. DC. X.*

Signatum De Lomeni.

Mandatum ad executionem dicti arreſti.

LUDOVICUS DEI GRATIA REX GALLIÆ & Navarræ, omnibus Ballivis Seneſchalcis, Præfectis & Judicibus, vel eorum locum tenentibus, & aliis juſtitiæ adminiſtris & officiariis, ad quos pertinebit, ſalutem. Nos mandamus & ordinamus, & expreſſiſſimè injungimus hiſce E *literis, ut arreſtum annexum ſub ſigillo noſtræ Cancellariæ hodie datum in noſtro ſtatuum Conſilio, Regina Regente, noſtra honoratiſſima Domina & matre præſente, curetis publicari, & in acta referri in locis & juriſdictionibus veſtris, & ea, quæ continentur, teneri & obſervari curetis, non patiendo, ut ei quacunque ratione contradicatur. Et ad hæc exequenda & complenda dedimus & damus plenam poteſtatem, auctoritatem commiſſionem, & ſpeciale mandatum. Hæc eſt enim voluntas noſtra. Datum Pariſiis ultimo die Novembr. Anno ſalutis M. DC. X. & noſtri regni primo.*

A rege in ſuo Conſilio.

Signatum de Lomeni.

Hactenus Diplomata. Nunc cum bona omnium venia, unum verbum adjiciam; Non abs re miretur quis, quî factum, ut F hoc demum tempore tanta procella in Illuſtriſſimum Cardinalem Bellarminum concitaretur, cùm illa ipſa doctrina, quam in libro contra Barclajum tradit; in ejus primo Tomo lib. 5. de Pontifice jam ab anno Domini M. D. LXXXVI. per totum Chriſtianum orbem, ſine ullius offenſione, lecta fuerit, cúmque Bellarmini opera hiſce tot annis non modò aliunde in Gallias illata; ſed & Pariſiis & Lugduni typis excuſa ſint: cùm inſuper hæc ipſa doctrina non ex ſolius Bellarmini & Jeſuitarum officina prodierit, ſed clariſſimos omnium nationum Theologos adſtipulatores habeat; ùt oſtendit Bellarminus in primo ſtatim libri ſui limine: G cùm denique communis Canoniſtarum ſchola longè ulteriùs progrediatur, & Pontifici directum quoque dominium in totum terrarum orbem concedat. Quis autem Oſtienſem, Panormitanum, alióſque Canonici Juris Interpretes propterea proſcripſit, aut proſcribendos, éxque Bibliothecis & Academiis exterminandos cenſuit? Satis de hoc.

Nunc vide & execrare horribile hoc Novatoris mendacium: Baronium in Annalibus, *ſummis opibus imperito vulgo perſuadere* Pag. 82. *velle, Reges Franciæ Romano Pontifici ita obno-* H *xios eſſe, ut ab eo poni & deponi poſſint pro Eccleſiæ Romanæ commodo.* Quod nec Bellarmino, nec Baronio, nec ulli alij ſanæ mentis, unquam in mentem venit. Plaſma hoc eſt inſanientis Calviniſtæ; qui theatro ſuo ſe accommodans, ea comminiſcitur, quæ ad quorundam animos irritandos idonea novit, quorum aures à veritate averſæ; ad fabulas autem converſæ ſunt. Nec ideo, ùt Mythologus iſte nugatur, Hæreticus eſt, quiſquis ob res temporales cum Pontifice aliquas controverſias habet; aut conſiliis ejus, in iis, quæ extra dogmata fidei verſantur, non ſemper paret; aut eidem etiam irato animo, aut ex ſiniſtro affectu inclementiùs dicit: quia plura ad hæreticum conſtituendum requiruntur, ùt notum omnibus.

A nibus. Itaque licèt verum eſſet, quod tu commemoras, Philippum II. Regem Hiſpaniæ, noluiſſe permittere, ut Legatus Pontificius in Luſitaniam proficiſceretur, tunc, quando Rex de Luſitania ſubjuganda cogitabat; & licèt etiam Philippus III. Tom. XI. Baronij prohibuiſſet ob diſputationem de Monarchia Sicula; attamen neque hic, neque ille, quidquam in fidei ſanctitatem deliquiſſet; quia nihil ad fidem hæc facta; quorum ipſi ſuas cauſas habuerunt; quas nec meum, nec tuum eſt examinare, nemo enim nobis, quod ſciam, arbitrium harum rerum detulit.

In oratione Ottonis Comitis Palatini & Ducis Bavariæ, quam ex lib. 7. Aventini tranſcripſiſti, agnoſco, & quilibet non limis oculis agnoſcet; tam copiam, quàm B genium Aventini, cui hoc ſolenne, ſuos affectus tribuere aliis; & ſuam hæreticam ſcabiem affricare orthodoxis, quos loquentes introducit. Nec Waldemari Regis Daniæ, nec Guſtavi Regis Sueciæ factum (ſi tamen factum, & non fictum; nam Calviniſta nullos Auctores affert) probat, quod Calviniſta probare promiſerat; nempe, Romanum Pontificem nulla temporali poteſtate præditum eſſe. Quid enim? An ideo Pontifex ſua poteſtate excidit; quia hodie Proteſtantes Pontificiam poteſtatem tam ſpiritualem, quàm temporalem abnegant? Mirum, iſtos ſemper tam attentos & oculatos eſſe ad pauciſſima exempla in partem C deteriorem: támque inconſideratos & cœcos ad innumerabilia in partem meliorem; quaſi unius, vel alterius, vel paucorum, qui Pontifici reſtiterunt, potior ſit habenda ratio, quàm totius Chriſtiani orbis.

Dixeram in Apologia, S. R. Imperium non indigere ejusmodi defenſoribus, qualis eſt Goldaſtus Calviniſta. Hic ſuas ſibi decantat laudes; quia videbat, non facilè alium encomiaſten facinorum ſuorum ſe reperturum. Ait, ſe eſſe *hominem politicum*. Addere debebat, & quidem *ſatis impolitum*; cui exaſciando & poliendo vix Vulcania ſecuris ſufficiat. *Se Republicæ natum* perdendæ ſcilicet; ita enim intelligendum. Sicut frater tuus natus fuit perdendæ vitæ hominum. *Se Imperatori, Imperioque devotum, doctum & eductum.* O malè factum, quòd Juno Lucina non citiùs te in lucem extruſit. Quàm jam omnia in Imperio florerent. D Quàm fortunato loco eſſent. Salve DEVOTUM non Imperio, ſed DIRIS, caput. Salve caput doctum & eductum, ſed in Calvini luſtris, ubi diſcitur, quidquid Regnis ac Rebuspublicis evertendis utile eſt.

Pag. 86. & ſeq. Diſſertationem, vel potiùs delirationem de unione & fraternitate Germanorum & Gallorum, quam Calviniſta, opportunè ſcilicet, ſubjungit, aliis diſcutiendam relinquo; in his enim immorari non lubet; quia non vacat; nec luberet, licèt vacaret; quia E ab inſtituto meo aliena ſunt; & ab iſto intruſa, ut grandem codicem adversùs Gretſerum conſcripſiſſe videretur. Qui poſt vaniſſimam inaniloquentiam quaſi domum reverſus, *ſed nimis longos logos cado*, inquit. *Pag. 91.* Non tantùm *longos*, ſed & inſulſos ac inficetos; ne dicam, inſulſiſſimos ac inficetiſſimos.

CAPUT XII.

Num Papa cum Jeſuitis Romanum Imperium imminuat.

CApitis decimi titulus promittit demonſtrationem hujus thematis: *Papam cum Jeſuitis eſſe Imperialis Majeſtatis & amplitudinis imminutorem.* Cùm tamen ad rem ventum, probationis loco nihil affertur præter mendacia, ſpiſſiſſimo filo contexta, calumnias, & convicia, quæ jam in F Centuriis Pſeudologiarum Calviniſticarum ex parte enumeravimus. Ne tamen injuriam Calviniſtæ faciam, quaſi nihil ſolidæ probationis adducat, en tibi firmamenta adamantina, quibus evidenter demonſtrat, Proteſtantes ſeu Calviniſtas eſſe ſuo Imperatori fideliſſimos, próque ſalute ejus dies noctésque excubare. *I. Quia proteſtantes indignantur, & ægerrimè moleſtiſſimeque ferunt, Imperatorem Pontifici Romano ſubjici. II. ad ejus pedes turpiter provolvi. III. Soleas cum ſummo dedecore deoſculari.* *Pag. 96.* Judicio igitur iſtorum, tam inconſpectus & imprudens eſt Imperator, ut factum cum ſummo dedecore conjunctum non refugiat. PHY, PHY, clamat Calviniſta, bruta imitatus, cùm odor G nares percutit. Quanquam mendacio non caret, quod iſte de ſoleis blaterat; nam Pontificis calceum cruce inſignitum exoſculari mos ùt vetus, ita & pius habet. *IV. Sacramentum fidelitatis ſerviliter jurare.* Ergo ex ſententia iſtorum Imperator eſt animi ſervilis, quippe qui ſe ad ſervile juramentum adigi ferat. Sequitur ergo id, quod Goldaſtus Calviniſequa probandum ſuſceperat, nempe, Calviniſtas eſſe Imperatori fideliſſimos; Imperiíque propagatores ac conſervatores ſtrenuiſſimos ac vigilantiſſimos.

Quam fidelitatem PROTESTANTICAM, præſertim Calvinianam, teſtatur inprimis ipſa Hæreſeos indoles, quæ ſi ſibi liberæ habenæ non permittantur, ferrum capit & rapit: H Pro teſte ſunt tot bella & fœdera adversùs Imperatoriam majeſtatem, etiam cum externis Principibus inita. Teſtis bellum & fœdus Schmalcaldicum. Bellum Mauricianum: Bellum Colonienſe: Bellum Argentoratenſe, tam quod nuper, quàm quod ante aliquot annos geſtum. Teſtis vaſtatio illa, quæ Duce Alberto Brandeburgico in multas Germaniæ partes truculentiſſimè debacchata-

A bacchata eſt. Teſtis ipſe genius Hæreticus; qui quàm obſervans ſit Regum & legitimorum magiſtratuum, docet nos Gallia, Anglia, Scotia, Belgium; & in Imperio, ſeditiones, in multis civitatibus ab iſta Evangelica turba concitatæ. Idem teſtantur tot chartæ, picturæ & ſculpturæ famoſæ, in Imperatores, præſertim Carolum V.; Tot PASQUILLI, ùt vocant; Tot conviciorum plauſtra à Luthero & Lutheranis in Carolum V. & alios Imperatores Imperiíque Ordines jacta; quotquot Luthero & ejus ſectæ, non è veſtigio faſces ſubmittebant, caput inclinabant, & genua curvabant.

B Quod ſimiliter in Gallia, Anglia, Scotia, Belgio, Calvinus itidem & Calviniſtæ erga ſuos Reges ac Principes impigrè & induſtriè præſtiterunt.

Obſervantiam quoque Lutheri & Lutheranorum, doctrinam Lutheri exoſculantium ſatis oſtendit illa Diſputatio Lutheri, in illud: *Vade, vende & relinque omnia, &c.* Tom. I. Lat. Witeb. in qua Theſi LI. & ſequentibus probare conatur, Papam non eſſe magiſtratum, *neque Eccleſiaſticum, neque Politicum, neque Oeconomicum.* Quid ergo eſt Papa? Judice Luthero: *Eſt illud monſtrum, de quo Daniel dicit; quod adverſatur omni Deo; etiam Deo Deorum. Noſtri Germani vocant* Berwolff, *quod Græci, ſi fortè notum illis fuiſſet, dixiſſent* C ἀρκτόλυκον. *Hoc animal lupus eſt quidem; ſed à dæmone arreptus lacerat omnia, & elabitur omnibus venabulis & armis.* Nunc audi oracula ex Lutheri cortina. *Ad quod* (monſtrum, nempe Papam) *opprimendum, neceſſarius eſt concurſus omnium pagorum & oppidorum, ſingulorum & omnium virorum, &c.* Ergo omnes ad opprimendum Papam advolare debent. *Nec eſt hic exſpectanda judicis ſententia, aut concilii auctoritas, ſed expendenda præſens calamitas & neceſſitas.* Occupet extremum ſcabies. *Quòd ſi læſus aliquis fuerit per hoc monſtrum, dum occidendum perſequitur, nulla conſcientia perſecutionis tenetur, ſed pœnitentia de non occiſo.* Ergo ſi quis fortè. PAPAM vel PAPISTAM occidere volens, conatu ſuo excidat; dolendum D non eſt, quòd occidere voluerit, ſed quòd volentem eventus fruſtratus fuerit. *Nec eſt hic curandum, ſi judex aut ruſticus in pago hoc animal jubeat liberum dimitti; vel etiam defendat:* hoc eſt, nihili fieri debet, licèt ſint, qui moneant PAPAM & PAPISTAS relinquendos in pace; quia *ſi judex & ruſtici* (hoc eſt, Catholici, Pontificis defenſores) *à perſecutoribus hujus monſtri* (id eſt, à Calviniſtis & Lutheriſtis, Papæ perſecutoribus) *occidantur in tanto tumultu, nihil injuriæ eis illatum eſt:* quin adhuc Lutheranæ & Calvinianæ clementiæ gratias agere debent, quòd tam manſuetè egerint.

Hactenus quidem Lutherus ſub perſona IUDICIS & RUSTICI; quaſi ſub ænigmate, ſeu potiùs Sipario, luſit & illuſit aliis; ſic tamen ut vel Corydon, vel ſaltem Corydonis filius ſit, qui quorſum collineet, non intelligat: at jam, remoto velo, apertiùs, quam perſonam in hac tragica ſcena ſuſtineat, aperit. E

Ita ſi Papa bellum moverit; reſiſtendum eſt ei ſicut monſtro furioſo & obſeſſo, ſeu verè ἀρκτολύκῳ. Quando autem cenſetur Papa movere bellum? Quando Reges ac Principes coërcere volunt effrænatam hæreſeos licentiam. Tunc quidquid Imperatores, Reges ac Principes, ex officio & conſcientia faciunt; id Papa facit; quemadmodum etiam bellum Schmalcaldicum, non Imperator Carolus, ſed Papa Paulus III. geſſit, ùt ipſi quidem Sectarii dictitant.

Nec curandum, inquit Lutherus, *ſi habet militantes ſibi Principes, Reges, vel ipſos etiam Cæſares, titulo Eccleſiæ incantatos.* Id eſt, licèt Imperator, vel quicunque alii Principes pro Catholica religione adversùs hæreſin pugnent, illis tamen, ùt ARCTOLYCI ſeu URSOLUPI patronis reſiſtendum eſt. *Nam qui ſub latrone militat, quiſquis fuerit* (licèt ſit Imperator, Rex, Princeps) *militia ſua periculum cum æterna damnatione exſpectet. Nec ſalvat Reges, Principes, ſed nec Cæſares, quòd jactantur Eccleſiæ defenſores, cùm ſcire teneantur, quid ſit Eccleſia.* Si igitur Imperator, Rex, Princeps pro orthodoxa fide arma ſumat, tunc, judice Luthero, ſub latrone militat, tunc tempus eſt in eos inſurgendi, & tanquam ARCTOLYCI defenſores opprimendi; tunc cives & ruſtici; judices & nobiles, & quidquid bello gerendo aptum eſt, ad perimendum hoc monſtrum advolitare debent. En Lutheranam & Calvinianam in ſummos Principes, Imperatorem, alióſque obſervantiam. Quamprimùm Imperator pro avitæ fidei tutela defenſionem ſuſcipit, omnes accurrere jubentur; non exſpectato ullius judicis mandato; totíſque viribus allaborare, ut tam ARCTOLYCUM, hoc eſt, ipſum Papam, quàm patronos ejus trucidare ſtudeant. Sed hæc de Hæreticorum erga Imperatorem, Reges ac Principes nativos ſuos reverentia proprium opus deſiderant, nec in has anguſtias cogi poſſunt.

Ut autem intelligamus, utrum Calviniſtæ ſint Romani Imperii propagatores & conſervatores, quorum ſtudio augeatur, floreat, vigeat; videndum eſt, quales tandem Zvvingliani & Calviniani ſint: ídque ex Lutheri & Lutheranorum ſententia; & quales itidem Lutherus & Lutherani; ídque ex Calviniſtarum aſſertione; ut auditis utrinque utriuſque partis elogiis, judicium facere poſſimus, quidnam opis Romanum Imperium ſibi de his polliceri queat. Quid igitur Lutheranis ſunt Calviniſtæ, ſeu generaliùs Sacramentarii, ex quorum numero etiam iſte Latronis in rotam acti frater Goldaſtus. Cedò,

in-

A inquam, quales Calviniſtæ? *Da Tityre nobis.*

In Dialogo, qui inſcribitur Calviniſmus Heidelberg. 1593.

Indigni quos terra ferat, aër afflet, aqua vehat, ſol aſpiciat. Parricidis & maleficis longè deteriores. Non inſani, ſed furioſi. Non mendaces, ſed perjuri. Adoleſcentum pernicies. Fraus populi, ſeditioſi, perfidi, crudeles. Nihil humani, præter ſpeciem, habentes. Hypocritæ. Ceremoniarum piarum hoſtes. Turbulenti. Proditores. Leves. Inſolentes. Arrogantes. Superbi. Impii. Profani, cum quibus in foro nemo frugi conſiſtere audeat. Aperti veritatis hoſtes. Rabioſi canes. Rapaciſſimi & nocentiſſimi lupi. Lucifugæ veſpertiliones. Spiritu tenebrarum occupati. Svvermeri, porci, bruti, aſini. Sues, Idololatræ, corruptores divini verbi. Calumniatores, Mendaces. Loquaculi, Clamoſi, Irrationales aſini. Tenebriones. Larvæ diaboli. Cæcorum duces. B *Hæretici. Seductores. Immundi. Craſſi. excæcati. Fanatici moriones. Progenies viperina. Voratores animarum. Animicidæ. Capitales hoſtes filii Dei. Homines impii, qui blaſphemiis in Deum, inauditis mendaciis atque calumniis referti ſunt. Diabolorum capita. Deceptores hominum. Damnati. Verſipelles. Teterrimi atque impii convitiatores. Vaferrimi deceptores & corruptores. Duplices fures, qui Chriſto non modò animas, ſed & honorem ſuum furantur. Bene ſaginati mendaciorum architecti. Duplices latrones corporis nimirum & animæ. Canes ſanguinarii. Infernales moloſſi. Trunci Germanici Turcæ. Ipſis Turcis deteriores. Calvi Calviniſtæ. Diabolici, impudentes & infernales lupi. Doctores à Sathana miſſi. Quos ipſe Sathan obſeſſos tenet, & per eos loquitur. Quorum corda plena ſunt abomina-* C *tionibus, atque odio in venerabilem Euchariſtiam. Crabrones, incantatores, Sodomæ & Gomorræ filii. Non Chriſtiani, ſed Judæi & Mahometani baptizati. Sathanæ veneno pleni. Perdiabolati, transdiabolati, ſuperdiabolati. Zvvinglius tanquam latro mortuus eſt,* inquit Lutherus Tom. II. Lat. colloq. p. 36. b. der Zwingliſch Geiſt, inquit Lutherus præfatione in Syngramma Suevicum, iſt ein Teuffeliſch Geiſt, vil Köpffecht Geiſt, Lugen Geiſt, widerſpenſtig, zwiſpaltigkeit Geiſt, flüchtiger oder ſchwebender Geiſt, der auf keinem Stuck bleibt, & alia infinita hujus generis, quæ Lutherus de Sacramentario ſpiritu affirmavit, cùm alibi, tum in libris de verbis Cœnæ.

Præf. Ref. conſen. Calviniſt. Luth. apud Ambroſium VVolfſium fol. 45.

D Spiritus Calviniſticus, inquit Smidelinus contra Grynæum, *mendax eſt, homicida, ater, peſſimus, fugitivus, lubricus, Diabolicus, falſus, furioſus, verboſus, craſſus, cæcus: Calviniſmus, Arianiſmus & Mahometiſmus fratres ſunt & ſorores, tres caligæ ejuſdem panni. Camerina, in qua multæ hæreſes confluxerunt, ultima Sathanæ ira.*

Quid moror? Liber non exiguus confici poſſet ex ſolis Encomiis, quibus Lutherus & Lutherani Sacramentarios, hoc eſt, Zvvinglium & Zvvinglianos, Calvinúmque & Calviniſtas cohoneſtant.

Nec Sacramentarii in retributione vices E ſuas deſiderari patiuntur; nam ùt Wittenbergenſes præfat. in Refutationem Conſenſus Calviniſtici diligenter ſanè & enucleatè annotârunt, Calviniſtæ nominant Lutheranos; *homines ſtolidiſſimos, fanaticos,* φιλαύτους, *Theologaſtros, Matæologos, Sophiſtas nequiſſimos, ſycophantas, Theoſophiſtas, Corporaliſtas, Moroſos, Ambitioſos, Proſcriptores Pontificiorum inauditorum, homines Principum animos ſuis calumniis in ignorantia detinentes, genitores Pandoræ, percitos furore, oblitos omnis modeſtiæ, & pudoris, ſuperbos, feroces, flagitioſos dominatores fidei, Neſtorianos, Eutychianos, Patronos Mahumetiſmi, contumaces, invectores paradoxorum & ſcandalorum, inhumanos, odio & ambitione faſcinatos, pendentibus in cruce acetum felle miſtum porrigentes, patres ubiquitatis, novos Dog-* F *matiſtas, Dipnoſophiſtas, Logodædalos, homines præter omnem modum contentioſos & pertinaces, recentes Capernaitas, malignos Veteratores, flagitioſos & impiiſſimè leves, Ubiquiſtas conjuratos, malevolos & conjuratos veritatis hoſtes, impudentiſſimos cavillatores, ¦Acephalorum & Eutychianæ hæreſis renovatores, phantaſmaticos veræ incarnationis Chriſti irriſores, conſpiratam Schiſmaticorum factionem, Artolatriæ inſtauratores, deliros Sacramentarios, inſtar piratarum per Eccleſiam navigantium ſuper ambitione & opinionibus veritatem cum pace deprædantes, homines odio & invidia excæcatos, Sophiſtas nequiſſimos, novæ fidei magiſtros, præſtigiatores, veritatis & pacis hoſtes, conjuratam factionem Ubiquiſtarum,* G *hoſtes conjuratos in oppreſſionem veritatis, impudentiſſimos cavillatores, rerum flagitioſè ignaros, manifeſtos hoſtes & inficiatores omnipotentiæ Dei, Pſeudolutheranos, & Flaccianam factionem,* ἀνθρωποφάγους, κρεοφάγους, σαρκοφάγους, *carnivoros.*

Doctrinam Lutheranam vocant *flagitioſiſſimum errorem, fœtum infelicem, Pandoram, phantaſma & ſpectrum, larvam ſcenicam, abſurdiſſimam impietatem, putidiſſimam & Sophiſticam vanitatem, hæreſin miſtam ex Eutychiana & Neſtoriana, imaginationes phantaſticas, inſaniſſimam ſententiam, execrandam blaſphemiam, ludibrioſum commentum, ſacrilegam impanatio-* H *nem, corporalis præſentiæ idolum & commentum, Doctrinam impoſtoribus, non Theologis dignam, nugatorium commentum, execrandam Theologiam, Neſtorianiſmum, Antichriſtianum cultum, idololatricum cultum, idololatricum dogma, & ſimilia.*

Extat Epiſt. Hieronymi cujuſdam Lutheriſtæ adversùs Calvinum anno 1558. excuſa, qui quæ encomia Calvinus Magdeburgicis Prædicantibus tribuerit, non tantùm exſertè, ſed & prolixè nobis exponit. Magdeburgenſes, inquit, *ſuavi huic Martyri* (Calvino) *qui in ſuo nido ſecurus inexplebili mentiendi & calumniandi libidine æſtuat, ſunt coaxatores, qui cu-*

A *mulum fatuitatis ſaunt, protervi homines, ſuperbi cenſores, ſecurè in ſuis nidis garrientes, dura & præfracta capita, calumniatores, novi doctores, petulantes, putidorum ſcommatum ructatores, putreſcentes in ſuo ſterquilinio, probroſi mentitores, aſſueti ad effrænem laceranda ſcripturæ licentiam, turpiter incurij, mendaciis nullum ſtatuentes modum, quibus ſolenne eſt ſcripturam inconſideratè citando corrumpere, deliratores Servetici, fœdè ignorantes, ſuperbo contemptu Chriſti gratiam reſpuentes, pueriles luſores, garruli, literales magiſtri, magica incantatione captivantes Chriſti corpus cum pane, atroci contumelia Deum afficientes, inſipidi, intolerabiles blaſphematores, veterani Theologi, ſuo errore faſcinati, non tenentes, quod pueris in Catechiſmo traditur, quos tenet palati, gutturis & ventris ſolicitudo, obſtupefacientes ſuos fatuos diſcipulos, contextores argumentorum vel ex* B *malitia, vel ignorantia, blateratores, venditores fumorum, Tropologiſtæ & Tenebriſtæ, improbi fictores, putidæ dicacitatis, virulentis mendaciis referti, bruti homines, qui nunquam guſtârunt, quid valeat cœna, & quorſum ſpectet, quibus nullus è verbis Chriſti fructus provenit, fulminatores, & vani crepatores, maligni, crudeles calumniatores, qui ſpiritalem vitam ferè pili non æſtimant, qui Chriſtum non credunt eſſe veracem niſi ſit præſtigiator, quibus non eſt gutta ingenui pudoris, nullius judicij & rationis, foventes profanam ambitionem, ſtulti, importuni, præpoſteri, mali Dialectici, peſſimi Theologi, virulenti, loquaces, ſua ſcurrilitate ebrij, ſacrilegi obſequij delatores, quorum maledica ſcripta filij Dei imperio derogant, nugatoriæ levitatis, affirmantes panem eſſe adorandum, truculenti, vertiginoſi homines, inſulſi, tempeſtuoſi, præfracti, contumelioſi; fratrum contemptores, diabolicæ malevolentiæ.*

C Hæc Lutherani de Sacramentariis, & Sacramentarij de Lutheranis Prædicantibus. Si quæres, quibus fidem habeam? Reſpondeo, utriſque, hac quidem in parte: quia & Luthericolæ Calvinicolas, & iſti, illos vivis, nativis, propriíſque coloribus depingunt. Et iſti videlicet ſunt Sacri Romani Imperij vindices, & tantùm non Divi Tutelares, quorum ope & opera, ùt Goldaſtus affirmat, Imperium Germanicum viget ac floret; quorum patrocinio ſacratiſſimus Imperator ab omnium hoſtium impetu ſecurus degit. Doleo ſanè hoc tam copioſum argumentum à me hoc loco tam breviter attingi: ſed cogit tam materiæ amplitudo & ubertas, ex qua non niſi pauciſſima capita libare licuit; quàm brevitatis ſtudium, quod me diffundi, quantum neceſſe eſſet, non permittit.

D Sed ecce tibi, Calviniſta, Jeſuitis inequitat; quaſi in Imperio Romano nullius Imperatoris, aut Ordinis Imperialis conceſſu vivant. *Dic ſodes*, inquit Calvinicola, *quis*

Pag. 98. *Imperator aut Cæſar Societatem veſtram in defenſionem & Mundiburdium publicè recepit? Quorum Imperii Ordinum ſolenni decreto veſter ordo juxta leges introductus eſt?* Difficiles, non mihi, ſed tibi, Calviniſta, quæſtiones ponis: nam quod ad nos attinet, aio, invictiſſimos & ſacratiſſimos Imperatores Ferdinandum, Maximilianum, & hodiernum, Rudolphum Societatem in defenſionem & MUNDIBURDIUM recepiſſe: quia Ferdinandus Imp. noſtris & Viennæ & Pragæ, & Oeniponti Collegia erexit: quam erectionem filius Maximilianus, & nepos Rudolphus gratam ratámque habuére, & ab omnium adverſariorum impreſſionibus, Cæſarea & regia ſua auctoritate vindicârunt: ut omittam Collegia, quæ Rudolpho Imperante, & approbante, & Cæſareis privilegiis muniente, in Bohemia, Ungaria, & Auſtria exædificata ſunt. F Imò ipſemet Auguſtiſſimus Imperator Rudolphus tria Collegia, Glacenſe in Bohemia; Sellienſe in Hungaria, & Brinnenſe in Moravia fundavit, perpetuíſque redditibus liberaliter ſtabilivit. Quocirca nuper tanquam pro trium Collegiorum Fundatore defuncto, ſolennes & conſuetæ preces per univerſam Societatem indictæ ſunt; ita ut quilibet Sacerdos ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium novies offerre: quilibet autem non Sacerdos Roſarium B. Virginis toties pro anima Cæſaris mortui recitare debuerit.

Jam quod ad Ordines Imperii attinet, habitamus in Imperio conſenſu & approbatione trium Electorum Principum, Moguntini, Colonienſis, & Trevirenſis, qui Societati ſuis in provinciis certas ſedes attribuerunt: G itémque plurimorum Epiſcoporum & cathedralium Collegiorum, ùt Leodienſis, Monaſterienſis, Hildeſienſis, Padebornenſis, Spirenſis, Argentoratenſis, Baſileenſis, Conſtantienſis, Herbipolenſis, Bambergenſis, Auguſtani, Ratisbonenſis, & Abbatis Fuldenſis. Habitamus in Imperii liberis civitatibus, Auguſta, Colonia, Hagenoia, volentibus & lubentibus, imò & jubentibus, harum urbium Senatoribus. Sereniſſimi Archiduces Auſtriæ & Duces Bavariæ variis ditionum ſuarum oppidis domicilia Societati condiderunt, & condita annuis proventibus munificè inſtruxerunt: Horum omnium nutu & aſſenſu in Imperio degimus, & religioſis conſentanea munia privatim & publicè, in ſcholis & in Eccleſiis obimus: ſub quorum aucto- H ritate, & ut ita loquar, protectionis clypeo, ſatis nos à Calviniſticis miſſilibus ſecuros fore confidimus. Nec opus totius Imperii generali, eóque novo decreto; nam hoc ipſo, quòd in Romano Imperio omnibus Catholica religio libera & liberè permittitur; omnibus etiam Catholicæ religionis profeſſoribus & defenſoribus libera in Imperio vivendi poteſtas conceditur; neque unquam auditum eſt, Ordinem aliquem, qui avitæ fidei, & orthodoxæ religioni addictus eſſet,

ab

ab habitatione in Imperio arceri, niſi priùs
A omnium Ordinum communi & generali
ſanctione approbaretur.

Verumenimverò cùm in Imperio nemi-
ni morandi poteſtas fiat, niſi aut priſcæ fi-
dei profeſſori; aut Confeſſionis Auguſtanæ
CONSECRANEO, hoc eſt, Lutherano,
propriis quæſtionibus Calviniſtam urgere
non ceſſabo. Dic, ſodes, quis Imperator
aut Cæſar Calviniſmum in defenſionem &
MUNDIBURDIUM publicè recepit? Quo-
rum Imperii Ordinum ſolenni decreto Calvi-
niſmus juxta leges introductus eſt? In quibus
Comitiis generalibus, aut quo conventu DE-
PUTATORUM confirmatus, & ſubſcriptio-
nibus, more majorum, ratificatus? Quod
B privilegium habetis, ô Calviniſtæ, Imperia-
le, aut Regium? *Cùm nihil horum edocere poſ-
ſitis, ſed tolerantia quadam nonnullorum Ordi-
num privatorum quaſi proſerpentes beſtiæ irrepſe-
ritis, patet, vos Imperii noſtri privilegiis, cui
nec addicti, nec adſcripti eſtis, ſive in petitorio,
ſive in poſſeſſorio niti non poſſe, neque pacis publi-
cæ conſtitutionibus ullo modo gaudere. Quin con-
tra vos libelli publicè oblati extant, quibus accu-
ſamini*, vos Calviniſtæ, ab ipſis Lutheriſtis,
quòd ſitis manifeſtarii Reipublicæ *explorato-
res & emiſſarii.*

Conati quidem eſtis, idque non ſemel,
ut in publicas tabulas Imperij Calviniſmus
referretur, & communi cum Orthodoxis,
& CONFESSIONISTIS pace & quiete poti-
retur; inani huc uſque exitu; ſpero & in po-
C ſterum inanem fore; ipſis Lutheranis egre-
giè annitentibus, ne voti veſtri participes
efficiamini. Jam pridem enim pœnituit
eos conniventiæ illius, qua erga Calviniſtas
anno M. D. LXVI. in Comitiis Auguſtanis
uſi fuerant, rati, tolerandos Calviniſtas,
tanquam *infirmos fratres*, donec meliora ex
verbo Dei edocerentur. Sed iſti *infirmi fra-
tres* tantum firmitudinis nacti ſunt, ut Lu-
theraniſmus vix ampliùs coram illis ſubſiſte-
re poſſit. Quapropter manibus pedibúſ-
que laborare cogitur; ut iſti olim *infirmi*,
nunc firmiſſimi *Fratres*, coërceantur, ne
latiùs ſe diffundant, néve communi Ordi-
num decreto ad publicam religionis pacifi-
cationem aggregentur, cujus rei en tibi lu-
D culentum teſtimonium, hanc Ægidij Hun-
nij, Lutherani Prædicantis Epiſtolam, quam
in Comitiis Ratisbonenſibus anno M. D.
XCIV. 24. Julij dedit ad Illuſtriſſimum Sa-
xoniæ Adminiſtratorem.

Durchleuchtigiſter / Hochgebohrner,
gnedigiſter Fürſt vnnd Herr, E. F.
G. ſein unſere andechtige Gebett,
neben gehorſamen pflicht-ſchuldigen Dien-
ſten vnderthenigiſt bereit zuvor. Gnedigi-
ſter Herr, demnach heut Tags ein Conven-
tus Augſpurgiſcher Confeſſions Verwand-
ten in der Churfürſtlichen Pfaltzgräfiſchen
Abgeſandten Herberg angeſtellt ſein ſolle, E
die Gravamina, ſo Keyſ. Maieſt. in Namen
der Ständen Augſpurgiſchen Confeſſion ſol-
len fürgetragen werden, mit vorbedachten
Pfaltzgräfiſchen abgeordneten Legaten zu be-
rathſchlagen, und in ein commune ſcriptum
zufaſſen, doch daß daneben ihnen ein Pro-
teſtation werde zugeſtellt: daß hiemit ihre
Calviniſche Lehr nicht approbiert, bewilligt,
oder gut geheiſſen werde, ſo haben wir un-
ſers tragenden Ambts, und Gewiſſens hal-
ben nit umbgehen können, E. F. G. nach
wellicher Exempel ſich andere mit diſer ſchwe-
ren Sachen gewißlichen regulieren werden,
dißfals unſer Chriſtlich Bedencken zueröff-
nen, underthenigiſt umb Gottes willen bit-
tende, ein ſollichs anderſt nit, als Chriſt-
lich vnd gut von uns gemeint, in gnaden
zuvermercken. Vnd halten wir es darfür,
haben auch gewiſſe Nachrichtung, daß E.
F. G. Herr Schweher und Vetter, der auch F
Durchleuchtige Hochgeborne Fürſt vnnd
Herr, Herr Philips Ludwig, Pfaltzgraffe
bey Rhein, vnſer auch gnedigiſter Fürſt
und Herr, durchauß diſer Meinung ſey, die-
weilen einmalen Reichskündig, was für Irr-
thumb und Greuel hinder der Calviniſchen
Lehr ſtecke, und wie dieſelbige dem allein ſee-
ligmachenden Wort Gottes, auch der Chriſt-
lichen Augſpurgiſchen Confeſſion handgreif-
flich zuwider, daß man demnach vil mehr
ipſo facto, als nuda proteſtatione von ihnen
in diſem Werck ſich zu ſeparieren ſchuldig,
allermeiſt aus folgenden Gründen und Ur-
ſachen.

Dann erſtlich iſt Mänigklich unverbor- G
gen, wie Gott in ſeinem Wort befilcht, fal-
ſche Lehr, und derſelben offentliche Verthä-
diger facto zuſliehen, und in Glaubens-Sa-
chen, auch ab omni ſpe conſociationis ſich
zu hüten, wie dißfals des H. Geiſts Zeug-
nuß, Pſalm. 26. & 139. Rom. 16. 2. und an-
derſtwo mehr zu finden, vnnd dem König in
Juda Joſaphat, vnd Joſie hoch verwiſen
worden, daß ſie mit denen, ſo ihrer Religion
nit zugethon, ſo vil Correſpondentz gehabt,
vnd ſie in Bündtnuß auff und angenommen
haben. Wie köndte man auch mit rechtem
Gewiſſen ſagen, daß ſich die Calviniſche ſub
ejusdem ſcripti titulo, für Ständt der Aug- H
ſpurgiſchen Confeſſion dargeben, ſo doch ſie
derſelben nit nur in einem, ſonder per accu-
mulationem errorum, nun mehr in 6. oder
7. Articulis, offentlich zuwider, welliches wir
im Fahl der Not, mit unwiderſprechlichen
Gründen zu erweiſen urbittig. Dieweilen
auch Keyſ. Mayeſt. vnd den Bäbſtiſchen
Ständen vnverborgen, mit was Vngrund
ſich die Calviniſche Augſpurger Confeſſion
biß anjetzo gerümbt, wurde fürwar unſers
Theils Ständen bey den Bäbſtiſchen faſt
vnweißlich fallen, daß man die Calviniſchen

 in ſo-

in ſocietatem Auguſtanæ Confeſſionis admit- A tiren, und zulaſſen wolte. Dergeſtalt auch ein ſolliches ſcriptum bey der Kayſ. Mayeſt. gewißlich deſto weniger außrichten, vnd in andern fürfallenden Caſibus vil guts hindern, vnd zu ruck treiben möchten. Dann ſie, die Bäbſtiſche, deſtoweniger den Religions Friden zu halten ſich ſchuldig werden erkennen, dieweil man andere verworffne Secten in die Gemeinſchafft Augſpurgiſchen Confeſſion, vnnd deſſen darauff fundierten Religion Friden ziehen wolte. Neben dem, daß durch ſolche Conſociation die Calviniſche den Concordibus fürgeſetzt, vnd von unſerer Confeſſion Chur vnnd Fürſten eingewilligte ſubſcribierende Præfation im werck auffgehebt. Dann ſich höchſtwolermelte Chriſl. Chur- vnnd Fürſten in derſelben Præfation B einig vnnd allein zu der erſten vnverenderten Confeſſion bekennen, vnd ſich dardurch von allen andern abſöndern, welche derſelben erſten vnverenderten Confeſſion zuwider, vnnd ſich allein zu der geenderten referieren vnd ziehen, wie heutigs Tags die Calviniſche thun: werden auch durch diſen Actum die Sacramentierer in ihrer Gottloſen Lehr treffentlich geſtärckt, ſich diſer Handlung jeßt vnd zu allen Zeiten ſo hoch berühmen, als ſie ſich des Franckfortiſchen Abſchids, vnd Namburgiſchen Convents, vnnd dero daſelb gepflogener Handlung zu mercklichem Fürſchub ihrer vermeinten Lehr bißhero (wiewol fälſchlich) in offentlichen Schrifften gerühmbt, vnd dardurch unwiderbring- C lichen Schaden in der Kirchen Gottes geſtifft haben, vil frommer Hertzen, welche manifeſtam ſeparationem von diſer ſchändlichen Secten wünſchen und hoffen, wurden durch diſe unverhoffte Conſociation höchlich betrübt, die Schwachglaubige aber nit wenig geärgert, vnnd dargegen der Bäbſtiſchen Geſchrey confirmiert vnd beſtettigt, als gehn wir Lutheriſche ſo wunderbarlich mit der Augſpurgiſchen Confeſſion umb, daß wir derſelben beynahen kein Gewißheit haben, vnnd bald ſelber nit wiſſen, wer derſelben zugethon, oder nit. Vnd nachdem bißhero die Calviniſchen vnſer Kirchen Lehr, und Bekandtnuß auffs greulichiſt außgemacht, auch noch an vilen fürnemen Perſonen an- D feinden und verfolgen, können wir nit ſehen, mit was Gewiſſen man nur mit und neben ihnen eintretten, und in Religions Sachen übereinſtimmen müſſen können.

Derohalben, gnedigiſter Herr, wir in Underthenigkeit nit zweiflen E. F. G. werden die Gottſelige Betrachtung in diſen wolgegründten Motiven, beſonders auch weil anderer Religions verwandter Ständt dißfals auff E. F. G. am meiſten ſtehn, ihr Chriſtlich Gewiſſen wohl wiſſen am beſten zuverwahren, vnd bey diſem hochwichtigem Werck, ihren bißhero gehabten ruhmwir- E digen Eifer, gegen der reinen unverfälſchten Lehr Göttliches Wort, wider alle Corruptelen vnnd Verfälſchungen derſelben, nach dem hochberümbten Exempel der Chriſtlichen Vorfahrer, zubezeugen und zuerweiſen.

Hiemit vil und höchſtermelte E. F. G. dem Allerhöchſten, zu aller zeitlicher und ewiger Wolfart, und deren zu gnaden vns vnderthenig befelchend. Datum Regenſpurg den 24. Julij, anno M. D. XCIV.

E. F. G.

Vnderthenigiſte Diener,

Ægidius Hunnius Doctor.

David Solius Paſtor.

Hactenus Hunnij Epiſtola, quæ anno Chri- F ſti M. DC. X. typis excuſa prodiit. Ex qua manifeſtum fit, an Calviniana ſecta ſub decreto pacis communis inter Catholicos & Lutheranos anno M. D. LII. & M. D. LV, initæ comprehendatur. Nam quòd Calviniſtæ Lutbericolis de poſſeſſione Auguſtanæ Confeſſionis litem intendunt, quaſi ipſi ſint hujus Confeſſionis ſectatores; Lutheranis quidem ſtomachum movent ob impudentiam: nobis riſum, quòd *infirmi iſti fratres* adeò invaluerint, ut Lutheriſtæ jam periclitentur, ne de Auguſtanæ Confeſſionis poſſeſſione deturbentur.

CAPUT XIII.

De Inſcriptione Tomorum, in quos Goldaſtus Conſtitutiones, ùt vocat Imperiales, conjecit; déque nonnullis Calviniſticis querimoniis.

VIdeo non mihi tantùm, ſed & multis aliis ſuboluiſſe fraudes ac impoſturas, G quibus Calviniſta Tomos ſuarum con- Pag. 99. ſtitutionum replevit. Propterea cap. 11. ſuæ REPLICATIONIS verboſiſſimam Apologiam inſtituit; & modò *doctiſſimo cuidam* Pag. 401. *viro*, ùt appellat, culpanti technas & ſutelas, reſpondet; ſed ita, ut inſcitiam inſcitia cumulet: modò, *Legulejos* quoſdam refellit, *qui dicunt, has, quas inſcripſit Conſtitutiones, non eſſe conſtitutiones, ſed antiquitates tantùm Germanicas, & fragmenta quædam politica.* Sed me his non immiſceo. Illud tantùm aſſero, Calviniſtam hunc ſui exagitandi uberrimam H materiam cuivis vel mediocriter docto, præbere; & iſtos Goldaſti ſeu reprehenſores ſeu monitores, non de nihilo aut reprehendiſſe; aut monuiſſe; qui dum ſe purgat, magis ſe collutulat, & cœnum cœno eluit: quod demonſtrare proclive foret, ſi id ad rem faceret.

Illud perquam ridiculum mihi videtur; quòd ſe Gratiani, Ivonis & Burchardi exemplis

A plis tuetur, & quodammodo ominatur, at vanus augur, Tomos ſuos tales vel eſſe vel fore, quales trium prædictorum libri. Sed ubi? in Utopia opinor, vel in nova Zembla; nam de hoc noſtro orbe eum planiſſimè deſperare jubeo, qui hos Centones potiùs vocabit ad rogum, quàm ad pulpitum: potiùs ad Pyram, quàm ad cathedram; vel ſi quis clementiùs agere inſtituat, ſellas Patroclianas, aut tabernas aromaticas, ubi thus & piper venditur, his chartis mactabit.

Ad me quod attinet, dixeram, Goldaſtum, pro Imperatoriis Conſtitutionibus & Reſcriptis, malè feriatorum Schiſmaticorum
Pag. 113. & Hæreticorum Pſeudoſynodica decreta no-
B bis appoſuiſſe. *Sic honoris cauſa*, inquit Calviniſta, *nominat parricida Imperatorum, Regum, Electorum, Patriarcharum, Archi-Epiſcoporum, &c. conſtituta publica.* Non omnia, abſit, ſed Schiſmaticorum & Hæreticorum, quorum decreta tanti facio, quanti ſchiſma & hæreſin, ex quo gemino fonte profluxe-
Ibid. runt. Hiſtoriolam, quam de Lectio Calviniſta recitas, tibi ſeu legendam ſeu lingendam relinquo. Nam quid tibi aut fidendum aut credendum ſit; ſatis indicat, quod mox ùt confidentiſſimè, ſic mendaciſſimè affirmas;
Pag. 114. *Me edidiſſe Tomum V. Antiquæ Lectionis bipertitum*; quia quis Tomi illius editor ſit, veſtibulum ipſum oſtendit, clariſſimi Doctoris HENRICI CANISII I. C. nomen præferens: licèt fatear, me in Tomis illis colligendis, digerendis & edendis, D. Caniſio opera & auxilio meo adfuiſſe; & undequaque Codices manuſcriptos nondum publicatos con-
C quiſiviſſe; D. Caniſio non modò operam, ſed & impenſas liberaliter librariis & exſcriptoribus ſubminiſtrante. De quo Tomo V. ſplendidiſſimè mentiris, non inveniſſe emptorem: nam pauciſſima exemplaria Typographo ſuperfuerunt; nec ſuperfuiſſent, ſi quatuor priorum Tomorum exemplaria ſuppetiviſſent; quæ cùm jam diſtracta eſſent; fuerunt, qui ſolum illum Tomum ſine antecedentibus ſibi emendum non putarent. In hoc autem Tomo contineri tantùm *meras fabulas, nugas, affanias, & gerras Siculis ineptiores*, immaniſſimum eſt Calviniſtæ hujus mendacium; cui oppono Pariſienſium judicium, qui in auctario ad Bibliothecam SS. Patrum totam fermè primam partem
D Tomi illius Quinti recuderunt. Nec mirum, cùm contineat ſelectiſſima Græcorum Patrum monimenta, ùt Serapionis Epiſcopi Thumeos contra Manichæos, Didymi Alexandrini contra eoſdem. Titi Boſtrenſis libros tres contra eoſdem; & alia hujus generis, quibus injuriam ingentem fecero, ſi vel eum DYNAMIO GRAMMATICO, TYROL REGE SCOTORUM vel UTOPIORUM potiùs, WINSBECKIO, Equite Germano, ſed in arundine longa, WINSBECKIA, nobili Germana, & cum Suevicis ſcriptoribus, quos iſte thraſonico prorſus hiatu protulit, com- E
parare contendam.

Grandius adhuc mendacium eſt, me hunc eundem Caniſii Tomum, inſigni dolo & furti crimine, alio titulo veſtiviſſe, & lectori obtruſiſſe: nam D. Caniſius, cùm pauca, ùt dixi, exemplaria reſtarent, quæ Typographus diſtracta cupiebat; adjectis aliis nonnullis veterum reliquiis titulum mutaverat; ſine ullo vel *doli vel furti crimine*. Qui ſi furem quærit, manum in ſinum ſuum immittat & fortè furem extrahet. Arbitror te intelligere, quò alludam: aut oculos verte ad tuum fratrem, qui non modò latro, ſed & fur fuit; quippe omnes res mulieris illius, quam, ùt lanio bovem, mactârat, ad induſium uſque furatus.

Iterum inſigniter mentiris, quando ais, F
Jeſuitas titulo Tomorum antiquæ lectionis ad Bibliothecas aditum ſibi pateſeciſſe, ad eos libros ſupprimendos, quibus Romanæ impoſturæ convelli poſſent. Dic Calvinicola, quos libros ſuppreſſerunt? Mentiris denuò. Ejus rei te eſſe *αὐτόπτην, & oculatum teſtem, qui Gretſerum id agentem in Bibliotheca S. Galli conveneris.* Cedò Impoſtor, quosnam libros, apud S. Gallum Gretſerus ſuppreſſum ivit? Teſtor omnes Monaſterii illius vetuſtiſſimi & celeberrimi indigenas, qui ſi opus ſit, etiam teſtimonium publicum mihi impertirent, me nullum illius Bibliothecæ auctorem, inde opprimendi gratiâ, abſtuliſſe; quorum tanta in me fuit æquitas & benignitas, ut dolium bene magnum manu exaratis voluminibus refertum ad me Ingolſtadium tranſmiſerint. Et eſt, quod Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Principi
& Monaſterii illius Antiſtiti BERNARDO, G
tum etiam admodum Reverendo & doctiſſimo Patri JODOCO MEZLERO, gratias agam habeámque; quandoquidem referendi ſpes præciſa eſt.

Miratur Calviniſta, mihi nunc longè aliud judicium de te eſſe, quàm olim. Sed fruſtra miratur; quia olim ſpem aliquam bonæ & ingenuæ frugis dabat. Poſtea ubi frontem perfricuit, & omnem pudorem ex animo & corpore extrivit, inque optimos quoſque furioſiſſimè debacchari inſtitit, in mea H
de hoc Calviniſta perſuaſione perſiſtere non potui; ſed ficum jam cognitam ficum, ſcaphámque ſcapham nominare coactus fui. Potiùs ego ex te ſciſciter, qui factum ſit, ut cùm ego tibi anno Redemptoris M.DC.III. parricida non eſſem, ſed REVERENDUS &
DOCTISSIMUS PATER, ùt tu ipſe comme- Pag. 115.
moras, jam in parricidam transformatus fuerim, quaſi eo ipſo anno tui fratris in truculentiſſimo homicidio perpetrando ſocius & adjutor fuerim. Nam ineunte Auguſto ego ad S. Gallum veni; tuus verò frater Junio proximè antegreſſo in vincula ſimul & in Ro-

A ROTAM Argentorati datus & actus eſt: & fortaſſe tunc hanc ob cauſam, pro luctus indicio, ſunebri pallio utebaris. Et erat certè cur lugeres.

Libros apud S. Gallum nullos à te accepi. Accepit me ſuis in ædibus admodum humaniter Doctor Schobinger, te præſente, non Domino Ædium, ſed inquilino. Libros monſtravit tuos an ſuos? id tum non quærebam, ſed, opinor, ſuos. Nam quæ Tomo V. à te accepta extant, poſtea ſubmiſiſti ad me Ingolſtadium cum literis, quas utinam cum cura aſſervâſſem. Nunc quia incuria mea non comparent, ecce tibi, quid & de Caniſio, & de me ad Caniſium ſcripſeris; mihíque apud S. Gallum in manus tradideris; quas literas à Doctore Caniſio ſem-
B piternæ memoriæ viro mihi traditas, tuáque manu exaratas, adhuc retineo. Ita ergo tu ad D. Caniſium. NOBILISSIMO ET EXCELLENTISSIMO I. C. D. HEINRICO CANISIO ANTICESSORI CANONICO S. P. D.

Ne uſque ad te quidquam perſcriberem, nobiliſſime, ſimul & eruditiſſime Caniſi, plurima vetuère. Penuria inprimis materiei, tum tui Claritudo nominis. Nam, qui fuit infantiæ meæ ſtupor, nec, quod ſcriberem, habebam: aut, quà, accederem, reperiebam; ita tuæ fulgor eruditionis meorum aciem oculorum præſtrinxerat. Nunc fax abs temet accenſa, & ſingularis erga ſtudioſos benevolentiæ tuæ recordatio, jubent, ut ſcribam, atque adeò trahunt. Adde, quòd me dubitantem, ac renitentem viri doctiſſimi, tuóque freti amore, ſecuriter inſtigârunt. Tandem inſuper, quæ mea in clariſſimorum virorum memo-
C *ria eſt diligentia, meminens etiam ſum, quum his paucis antè annis Ingolſtadii ad te adoleſcentulus interviſerem, literarium iſthoc munus gratum acceptúmque oſtendiſſe. Quod utinam nunc humanitas tua boni conſulat, & mei erga te animi ingens teſtimonium lubenter agnoſcat. Quod confidam, fore, ubi precibus meis locum videro relictum, ut ſi paucillum minùs occupati temporis ſuperſit, id quibuſdam meis perquirendis in auctores tuos conjecturis ſeponas. Abſit enim, alterius mihi arbitrium eligam, aut tuis ab judiciis quoquam provocem.*

Sub finem prolixiſſimæ Epiſtolæ. *Sunt alia milleſima, quæ in utroque tuorum ſcriptorum Tomo animadverti; quæ, ſi memorem omnia,*
D *nimis longus ſermo foret, qui ſic ſatis prolixus fui. Et profectò vel me, vel alio monitore nullus indiges. De vitiis, quæ in hujus agrum à bipedum illo inſcitiſſimo Fredegario ſata ſunt, runcandis atque exſtirpandis, conjecturas domi facis, ne quæras, foras. Et quas in cæteris Auctoribus exſinceratas nobis lectiones illi à manu, qui omnes ad unum miſeros habuère miſeris modis, fecerunt, non minori ſagacitate ſinceritudini redonabis. Unum quæſiturus venio, ut, ſi quid erravi, moneas. Id, ſi impetro, dabitur & ſecundis precibus locus, ut, quoniam in Einhardo emendando, ſupplendo, illuſtrando ſum, quæ ex tuo MS. digna indigna* E
obſervâſti, eorum me participem uti facias. Memorem dices beneficii, vel annotationibus, ſi placent, vel ipſis Auctoribus miſſiculandis. Nam de Fredegario jam promiſſum abnuo, ne audiam illud; γαλλες τί τέμνεις. Vale vir Excellentiſſime, audaci compellationi indulge, & me tui obſervantiſſimum fove. Ex ante d. 4. Eid. Jul. A. N. D. M. DC. II. Lugduni Sequanorum.

Tandem de me: *Harum literarum exemplar anno Francoſurtum ad te perferendum, ut procuraretur, miſi. Sed opportunè me hic offendit Reverendiſſ. & Doctiſſ. Pater, Jacobus Gretſerus, Societatis Jeſu Theologus facilè princeps, meúſque olim apud vos Doctor, qui mihi negavit, te quidquam literarum à me accepiſſe. Itaque alterum mitto exemplar, idque auctoritate ejus, atque adeò ſuaſu, quòd gratum fore multis verbis* F
confirmâſſet. Iterum vale, & me, ſi quid opus, utere. S. Galli a. d. v. Eid. Sextil. ſtylo Gregoriano.

Ecquis eſt iſte *Reverendiſſimus*, quis iſte *Doctiſſimus* Pater, quis iſte *Theologus facilè Princeps*, quis iſte tuus Doctor? Sed jam ſileo. Quanquam ſi tuus Doctor fui (nam in libera Academia, qualis Ingolſtadium, multi ingrediuntur Auditorium, quos nec novi, nec ut noſcam laboro) certè Minerval, ſi quod mihi dediſſes, reſtituere deberem; quia nihil in ſchola mea, tuo vitio, profeciſti: Artem enim calumniandi & mentiendi, quam nunc factitas, ego tibi non tradidi, cui arti annumeretur etiam hoc, quod ais, te mihi tradidiſſe vetuſta numiſmata *cruce ſignata*, quorum tamen datorem mali- G
tioſè in ſcriptis meis diſſimulaverim. Unum mihi, quod ſciam, numiſma ultrò donâſti, & vel renuenti obtruſiſti; quo ego in Tertio Tomo de S. Cruce uſus, quia triviale erat, nec comparandum cum illis, quæ aliorum liberalitas ſuppeditaverat.

CAPUT XIV.

Utrum Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius ſit conviciator, ut Calviniſta contendit.

IN Apologia pro Baronio, in primo ſtatim limine, collegi, & quaſi unum in faſcem comportavi pleraque convicia, H
quibus calvus iſte Calviniſta Illuſtriſſimum Cardinalem Baronium inſectatus fuerat. Nunc, ut ſe nihil præter vel contra modeſtiæ leges commiſiſſe probet, dicit, *ſe, quidquid egerit, egiſſe ſtudio tuendi Imperatorem & Electores Imperij.* At, niſi fallor, nec Imperator, nec Electores conviciatorem & calumniatorem pro patrono & advocato habere cupiunt; nec ij ſunt, qui laceratione alieni nominis ſuam majeſtatem & auctoritatem ſtabiliri velint; nôrunt enim, quàm hoc fundamentum ſit labile ac ruinoſum.

Cap. 7.

Nec

A Nec ſcio, quando Novator iſte vel ab Imperatore, vel ab Electoribus conductus ſit, & quo ſalario, ut Imperij cauſam adverſus Baronium ſuſciperet, agendam & tranſigendam non rationum momentis, ſed effrænatiſſimæ linguæ ſpiculis.

Deinde, ut Calviniſta nobis perſuadeat, non injuria vipereum calamum ſuum in Baronium ſe ſtrinxiſſe, verboſiſſimum Catalogum contexit, *maledictorum*, ùt ait, *quæ Baronius in Imperatores, Reges, Principes, Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, aliósque Imperij Ordines conjecerit;* ubi tamen candoris nihil, fraudis plurimum in hoc PRIAPISTA reperias: Nam I. multi ex Regibus & Principibus,
B quos inclementer à Baronio tractari dicit; fuêre ſchiſmatici, & Eccleſiæ Catholicæ infeſtiſſimi perſecutores; & tam hæc, quàm alia graviora audire digni. Ad hanc claſſem pertinent Henricus IV. & V. pater, & filius patri non impar. Uterque Fridericus. Nam
Pag. 44. quòd Calviniſta ait, Henricum VI. Imperatorem vocari à Baronio Tomo XI. anno M. XCVII. Num. 37. *ferociſſimum Eccleſiæ perſecutorem;* id planiſſimum mendacium eſt cum imperitia conjunctum; non enim eo loci de Henrico VI. ſed de Henrico IV. diſſerit Baronius, quia agit de Urbano II. Pontifice, ſub cujus Pontificatu Henricus IV. vixit, non autem Sextus; affirmans incredibile videri, tot & tanta privilegia Rogerio Comiti conceſſa, ab Urbano, cùm ſi vel partem aliquam eorum Henrico conceſ-
C ſiſſet; pacem Eccleſiæ redimere potuerit.

Conradum Friderici II. Imperatoris filium creat Calviniſta pro ſuo jure Imperatorem, cùm non fuerit Imperator. Carolum V. Imp. appellari à Baronio *Magnum ſuperbiæ montem* Tomo XI. anno M. XCVII. N. 142. ingens eſt mendacium; nam *Monarchiam*, prout Baronius nominat, *Siculam*, hoc nomine afficit. Simile mendacium eſt à Baronio dici, *Carolum V. malè uſurpâſſe Monarchiæ infauſtum nomen:* Non enim dicit Carolum V. hoc nomen uſurpâſſe, ſed ſub Carolo V. Monarchiam denuo emerſiſſe.

Ex Archi-Epiſcopis Electoribus, quos Calviniſta profert, Wecilo & Arnoldus fuêre ſchiſmatum teterrimi ſatores & fautores. Vide Baronium Tom. XI. anno M. LXXXV.
D & Tom. XII. anno M. C. LX. Ex quibus locis perſpicuè intelliges, quales Wecilo & Arnoldus fuerint.

In Theutgando Trevirenſi & Guntbario Schiſmaticis turbulentiſſimis, Calviniſta inſignem committit impoſturam. Vocat enim *per Galliam & Italiam Archicancellarios;* cùm iſti anno DCCC. LXIII. floruerint, dignitas autem Electoralis ſeu Septemviralis, & per conſequens, etiam iſte *Archicancellariatus*, multis pòſt annis extiterit, ùt omnibus notum eſt. Nec Hincmaro Rhemenſi ulla injuria à Baronio facta eſt, ùt fatebitur E
quiſquis contumaciam Hincmari erga Sedem Apoſtolicam perpenderit, lectis iis, quæ ex antiquis monumentis affert Baronius Tomo X. anno DCCC. LXIII. & ſeqq.

Liemarus Bremenſis, Thedaldus Mediolanenſis & Guibertus Ravennas Archi-Epiſcopi, tot malorum auctores & anteſignani extiterunt, ut quidquid de illis dicitur, ſit infra eorum merita; quod licèt de duobus prioribus ſit ſatis manifeſtum, de tertio tamen eſt apertiſſimum.

Similes iſtis ſunt Epiſcopi illi Hermannus Auguſtanus, Wilhelmus Trajectenſis, & Lambertus Tervanenſis. Item Epiſcopi Synedrij Papienſis ſub Friderico I. Brixinenſis, ſub Henrico IV. Moguntinenſis ſub eodem Henrico & alterius Papienſis itidem ſub Henrico; quos commeritis Encomiis à Baronio coboneſtari, ægerrimè fert Calviniſta;
qui eò impudentiæ proceſſerant, ut ſummum Pontificem in judicium vocarent; quibus occini poterat illud B. Gelaſij Pontificis in epiſtola ad Fauſtum: *Qua traditione majorum Apoſtolicam Sedem in judicium vocant? Viderint ergo, ſi alios habeant Canones, quibus ſuas ineptias exequantur. Cæterùm iſti, qui Sacri, qui Eccleſiaſtici, qui legitimi celebrantur, Sedem Apoſtolicam ad judicium vocare non poſſunt.* F

Eadem fermè eſt ratio eorum, qui conciliabulum Pariſienſe contra imaginum venerationem conflârunt ſub Ludovico Pio Imp. cujus Synedrij ſi non pudebat editorem, cur nomen ſubticuit? quod poſtea à te in tuis ſtramentitijs adverſùs imagines Edictis, proditum, neſcio ſanè, quàm ipſi gratum acciderit: quem ſcilicet Baronius Orthodoxæ G
fidei defenſionem in Annalibus ſuis profeſſus, ne verbulo quidem tangere debebat, ne EXCAPILLATI iſtius Calviniſtæ ſannas irritaret.

Ex Sigeberto Chronologo, Monacho, ſed Schiſmatico, facit Calviniſta ABBATEM GEMBLACENSEM non modò hic, ſed in altera itidem REPLICATIONIS ſuæ parte, in quam ſchiſmatica Sigeberti ſcripta cum aliorum quiſquilijs conjecit. Et quis unquam veterum ſcripſit aut dixit, Sigebertum fuiſſe ABBATEM GEMBLACENSEM? Audi H
Novator & Veterator. Sigebertus fuit Monachus Gemblacenſis, non Abbas. Num omnis Monachus eſt Abbas? Studium in Schiſmaticos Urſpergenſem aliquoties in præceps rapuit.

Jam verò, quis tam commodus & patiens ſit, qui non frendeat, quando Baronius refutat, & quidem aſperioribus verbis, mendacia & convicia atrociſſima Bennonis, Hugonis Blanci Schiſmatici Cardinalis, Aventini, Illyrici, Reineccij. O indignum facinus hos tantos Heroas vel urbanatim tangi. Et

A *Et quis tam ferreus, ut teneat ſe?* exclamat Calviniſta. Certè ille ſe tenere non potuit, ſed mox totus in lœdorias reſolutus, maledicentiæ ſuæ omnes habenas in Baronium liberrimè laxavit. *Et hoc ob fidem*, inquit, *quâ Imperatori & cæteris Imperij ordinibus obligatus ſit.* Ubi iterum quæro, ut nobis expnnat, quandónam ab Imperatore Imperiíque ordinibus conſtitutus fuerit, ut mendaciorum & conviciorum integras ſtruices in Baronium eructaret.

Sic quidquid Baronius in alios inſuper dixit, haud in immerentes dixit, quia vel alienas Provincias violenter invaſerant &
B occuparânt, vel aliis ſceleribus & flagitiis ſe obſtrinxetant: & vix ullum Epithetum à Baronio in quemquam illorum jactum reperies, quod non ſit aut ex verere ſcriptore diſertim petitum, aut ſaltem teſtimoniis veterum ſcriptorum conſentaneum: ubi præteriri non debet eximia hujus Sectarij impoſtura, qui non rarò titulos huic vel illi ab antiquis ſcriptoribus tributos, à Baronio tribui ſcribit. Exemplum do Eboracenſem Archi-Epiſcopum, qui Regi Angliæ Henrico Suaſor & Auctor fuit, ut S. Thomam Cantuarienſem interficeret. Hunc ait à Baronio appellari *Archidiabolum*, *novum Caipham ſui temporis*, *verè carnificem S. Thomæ.* Cùm his elogiis affectus fuerit à Joanne Sariſbetienſi in Epiſtola ad Sennonenſem Epiſcopum, quam recitat Baronius Tomo III. Anno
C Chriſti M. C. LXX. N. 44.

Similes technas & inficetas fabricas in eodem Syllabo invenies, ſi ſcturati velis. Ego nunc abjungo, & clauſulæ loco Novatori huic aliquid ex Theodoreti Dialogo, qui *Immutabilis* inſcribitur, appono; cùm enim Eraniſtes dixiſſet: *Eos, qui maledicto utuntur, Apoſtolus è regno expellit.* Reſpondit Orthodoxus. *Si temerè maledicant: nam divinus etiam Apoſtolus opportunè nonnunquam inſectatione uſus eſt, & Galatas quidem* ſtultos *nominat. De aliis autem dicit:* homines corrupti mente, reprobi circa fidem. *Et rurſus de aliis; quorum Deus venter eſt & gloria, ignominia ipſorum, &c.* At quærebat Eraniſtes. *Ecquam tibi maledicti occaſionem præbui?* Reſpondet Orthodoxus. *Quòd apertiſſimos ve-*
D *ritatis hoſtes alacriter & vehementer defendis. An non tibi videtur hæc eſſe piis juſtiſſima cauſa, ut indignentur?* Si tu itidem perconteris; Quare Baronius talia encomia in iſtos congeſſerit? Reſpondebimus; partim quia Schiſmatici erant, & Schiſmaticos tuebantur; partim quia hæretici, partim quia tyranni, & rerum alienarum invaſores, partim quia aliis flagitiis fœdè inquinati· & Baronius jure optimo ſectariis reponere poteſt illud Orthodoxi ad Eraniſten apud Theodoretum: *Non maledicimus, ſed pro veritate pugnamus.* Num & tu pro tuis in Baronium indigniſſimis conviciis emiſſis hoc reſpondere verè poteris? Nequaquam: quando- E
quidem non pro veritate, ſed pro falſitate & pro iis, quos nemo bonus laudat, jam antè dimicâſti, & nunc iterum dimicas, licèt plumbeis puginnibus, nempe pro Schiſmaticis, Hæteticis, alienatum regionum invaſoribus, aliiſque, quos millenæ flagitiorum maculæ dehoneſtant ac deturpant.

Ferè excidiſſet monere Calviniſtam, ut quandoquidem cauſam Catholici Hiſpaniarum & Indiatum Regis tam viriliter & ſtrenuè contra Baronium in Germania agit; actionem hanc in ipſis Hiſpaniis Madriti, aut Toleti, aut Hiſpali, aut Valliſoleti, aut in alia quapiam ejusdem Regni celebri urbe inſtituat, delatis ſecum tribus ſuarum Conſtitutionum Tomis & hac inſuper REPLICA-
TIONE; ſic enim longè efficacior & validi- F
or, & Hiſpanis ipſis etiam gratior hæc defenſio accidet: nec patientur, ut pedes incedat; equitem facient, ſed in aſello mentis non iniquæ, ſed æquæ, qui relaxandi animi cauſa ſpatiatum te ducet; non ſine inſigni & ſplendido comitatu.

CAPUT XV.

De Libris Carolinis.

NEcdum abit Calviniſta à præfatione mea, quæ iſtum fermè in rabiem vertit: ſingulis propemodum verbis ſingula reponit capita; adeò ſœcundum caput habet; ſed mendaciis & fraudibus, quibus & hoc accenſeas; *Me dixiſſe, in Tomis à Cal-*
viniano editis, ne umbram quidem ſanctionis, ſeu G
conſtitutionis Imperatoriæ ineſſe: Non dixi hoc univerſim de omnibus abs te publicatis conſtitutionibus, quia tam cæcus non eram, quin aliquas germanas, prnbas & ſinceras Imperatorum ſanctiones in duplici tua Farragine viderem; ſed dixi, lectorem pro Imperatoriis Conſtitutionibus & Reſcriptis, (quæ tanto hiatu in Tomorum tuorum inſcriptione venditas) ſæpiſſimè inventurum malè feriatorum Schiſmaticorum & Hæreticorum, pſeudoſynodica decreta, & in Pontificem Romanum calumniarum ſtruices ex Catalogo Illyrici, &c. Quod num verè aſſeruerim, veritatis & orthodoxiæ amantem lectorem arbitrati volo.

Ægerrimè fert, dictum à me, quòd præ- H
fationem in libros Pſeudocarolinos tranſmutârit in *Sanctionem Carolinam.* Vociferatur, non vocatam à ſe *Sanctionem*, ſed *Reſcriptum:* Et mox inſcitiſſimè de *Sanctionis* & *Reſcripti* diſcrimine nugari incipit. Fatetur tamen ſe non refragaturum magnopere, ſi quis improprie Sanctionem nominare velit. Atqui ut ab hac phlyatiæ & inſcitiæ abyſſo paucis expediate; dicam me *Sanctionis* nomen impropriè pro *Reſcripto* accepiſſe. At ſtatim quæram, quis tibi fecetit poteſtatem, ut ex præfatione in libros, de quorum Auctore adhuc

Digitized by Google

A hue ſub judice lis eſt, facias *Reſcriptum*; & quidem definitè ſub Caroli Magni nomine; hoc exordio? *In nomine Domini & Salvatoris noſtri JESU CHRISTI; Karolus nutu Dei Rex Francorum, Gallias, Germaniam, Italiámque, ſive harum finitimas provincias, Domino opitulante, regens, &c.* In quo exemplari librorum Pſeudocarolinorum hoc exordium reperiſti? In quo legiſti? Effare Calviniſta. Num exemplar ullum monſtrare potes ſeu typis excuſum, ſeu manu exaratum, quo te tuearis, fraudémque tuam capitalem excuſes? Provoco ad omnes editiones, quæ unanimi voce te, tanquam impoſtorem, redarguunt: nam ex Titulo, quem editiones, etiam tua, præferunt; perfidè concinnâſti hoc tui ſtramentitii *Reſcripti* exordium; & reliquam partem Tituli, pro inſcriptione fictitii tui *Reſcripti* uſurpâſti: Etſi ne hic quidem à fraudibus tiB bi uſitatiſſimis abſtinere potuiſti: Addidiſti enim: *De non adorandis imaginibus*: & alia, quæ in editionibus non comparent; ipſam etiam præfationem truncâſti; quia finis ſatis declarabat, proœmium eſſe, cujuſcunque tandem Auctoris; non Reſcriptum Imperatoris.

Sed de Impoſturis ab iſto circa libros Pſeudocarolinos commiſſos, conſulat lector, Hortum meum S. Crucis; ubi fusè oſtenſum, quàm bona fide frater iſte latronis edicta Imperialia procudat.

C Mentitur; me ita argumentari. *Libri Carolini ſcripti ſunt ante Concilium Francofordienſe: ergo non ſunt à Carolo Magno conſcripti.* At hæc conſequentia mihi ne dormienti quidem in mentem venit: hoc in tertia Apologia contra Miſenum demonſtravi: Hos libros ſcriptos eſſe aliquot annis ante Concilium Francofordienſe; igitur non eſſe compoſitos & promulgatos in Concilio Francofordienſi, ùt audaciſſimè & mendaciſſimè aſſerit Calviniſequa iſte in ſuo opere Iconoclaſtico contra imagines: multóque minùs continere Acta Concilii Francofordienſis; quod nonnullis viſum. Neque Gretſerus unquam negavit, D à quamplurimis veterum tradi, ſecundam Synodum Nicænam in Concilio Francofordienſi damnatam eſſe; quia de hoc in præfatione Apologiæ Baronianæ nullum verbum fecit; ſed hoc negavit, tametſi non in illa præfatione, ſed in aliis ſcriptis ſuis; ullum veterum extare, qui libros, ſub Caroli Magni nomine hactenus circumlatos, Caroli Magni eſſe aſſerat: & hoc etiamnum negabit Gretſerus, donec vetus quiſpiam Auctor proferatur, qui hoc disertè aſſeveret. Quid porrò de hac ipſa re ſentiat Gretſerus; num verum ſit, Nicænam Synodum à Francofordienſi fuiſſe damnatam; explicatum habes in tertia Apologia adversùs Miſenum, licèt in ſecunda contra eundem Apologia in alia opinione fuerit.

Ut verò Calviniſtæ hujus frontem penitiùs intueri queas, ecce tibi non unum, ſed plura eáque luculentiſſima, & impudentiæ Calvinianæ; & Criticæ levitatis ac temeritatis ſpecimina. E Affirmat pro certo, librorum Carolinorum Auctorem eſſe Albinum ſeu Alcuinum Flaccum, cujus aliquot extant monumenta; quædam itidem beneficiò celeberrimi viri Doct. Henrici Caniſii in Antiquis Lectionibus: Et iſtud ita affirmat; ut ne ampliùs quidem dubitari velit. Et unde hoc probat? ex Floribus Matthæi Weſtmonaſterienſis, qui iſta. *Eodem anno*, (nempe DCC. XCIII.) *Carolus Rex Francorum miſit librum ſynodalem ad Britanniam, in quo vera fidei multa reperta ſunt obviantia, & eò maximè, quòd penè omnium orientalium Doctorum unanimi aſſertione eſt definitum, imagines adorari debere; quod omnino Catholica Eccleſia execratur. Contra quod Albinus ſcripſit Epiſtolam ex auctoritate divinarum ſcripturarum mirabiliter dictatam; illámque cum eodem ſynodali libro in perſona Epiſ-* F *coporum ac Principum idem Albinus ad Regem attulit Gallicanum.* Hæc Weſtmonaſterienſis.

Nunc audi flagitia ab Guldinaſto patrata. I. Dicit, *hunc Albinum eſſe, Albinum ſeu Alcuinum Flaccum.* At ſi quis hoc inficietur; unde hoc planum faciet Calviniſta? An unus tantùm Alboinus eo tempore erat in Anglia? Quanquam Alcuinus dudum antea ex Anglia in Galliam, ad Carolum Magnum migraverat; ùt notum eſt ex Annalibus. II. dicit, *horum librorum primarii concinnatoris, S. Albini ſcilicet Abbatis, neminem clariorem mentionem feciſſe, ac Matthæum Monaſterienſem.* G Ubi vel titulum SANCTI Albino tribuit; quo tamen minimè affici ſolet, vel vult Auctorem hujus operis fuiſſe S. Albini Abbatem; & tum quærendum eſt, ubi ſit hoc Monaſterium S. Albini; nam S. Albani in Anglia celeberrimum Monaſterium nôrunt, quotquot in Anglicanis hiſtoriis non plenè ſunt hoſpites. Nec Alcuinus Flaccus fuit Abbas S. Albini, ſed S. Martini Turonis in Gallia: Nec Weſtmonaſterienſis Auctori huic Abbatis titulum tribuit.

III. Imperitiſſimè Calviniſta *per librum ſynodalem*, H quem Weſtmonaſterienſis à Rege Francorum in Britanniam tranſmiſſum ſcribit: intelligit librum ſynodalem in Synodo Francofordiana factum, cùm Synodus Francofordiana anno demum ſequenti nempe DCC. XCIV. celebrata fuerit; ùt ipſemet Calviniſta in ſuo Centone Iconoclaſtico contra imagines aſſerit, & res clara eſt omnium hiſtoricorum teſtimonio. Deinde nemo non videt, per ſynodalem illum librum miſſum in Angliam, intelligi Synodum ſecundam Nicænam; quippe *in quo multa fuerint vera fidei obviantia reperta*, ùt loquitur Weſtmonaſterienſis, & prout illi mentem ſynodi non aſſecuti, ſibi perſuadebant. Nam de libro facto in Synodo Francofordienſi, iſti utique nunquam affirmâſſent, multos in eo errores contineri.

IV. Ut Calviniſta imperitiſſimum ſuum gloſ-

A gloſſema fuco aliquo contegat, ex critica
ſua colorem petit: nimirum pro vocabulo;
Reperta: Subſtituendum; *Etexta*: hoc eſt,
refutata. Ubi clarum paradigma habes,
quàm præceps & temerarius ſit iſte Leman-
nicus Criticus. Nam, ut de vocabulo *etexta*
ſileam, ſi jam, quæ in Oriente Patres pro
imaginibus colendis ſtatuerant, refutata fue-
rant; quid opus erat ea mittere in Angliam
ad Albinum refellendi cauſa? Num ea docti-
ùs refutaturus erat, quàm Patres tanti Conci-
lij?

V. Calviniſta ipſemet dicit opus librorum
Pſeudocarolinorum compoſitum fuiſſe in
Concilio Francofordienſi; non ergo com-
poſitum eſt in Anglia ab Albino.

VI. In præfatione horum librorum indi-
catur, libros iſtos ſcriptos triennio à Conci-
B lio Nicæno II. Si hoc ita, fieri non poteſt, ut
Epiſtola, de qua Weſtmonaſterienſis, ſit o-
pus iſtud Pſeudocarolinum; quia Epiſtola
iſta, de qua Weſtmonaſterienſis, ſcripta eſt
anno DCC. XCIII. hoc eſt, uno anno ante
Francofordienſe Concilium; vel ipſo anno
Francofordienſis Synodi; qui erat DCC.
XCIV.

VII. Quod iſte Albinus ſcripſit, Epiſtola
duntaxat fuit, teſte Weſtmonaſterienſi. At
quis libros illos quatuor, qui ſub Caroli Ma-
gni titulo circumferuntur, vocet Epiſtolam,
cùm ſint adeò grandes, ut juſtum volumen
conſtituant?

VIII. Nam quod Calviniſta oggannit; E-
piſtolam hic accipi pro *Reſcripto*, id vanis
commentis deputa. Quis enim unquam vi-
C dit ullum Imperatoris *Reſcriptum* in quatuor
libros diviſum; libriſque ſingulis in certa ca-
pita, eáque plurima diſpertitis? Scilicet ef-
frons iſte Calvini ſectator, ex libris facit Epi-
ſtolas, & ex Epiſtolis libros, & ex utriſque
Reſcripta, ſeu ſanctiones, ſeu conſtitutiones,
quoties lubet, & quando lubet. Neque in totis
quaternis libris unquam Imperator loquitur,
ùt in Imperatoriis Reſcriptis fieri ſolet.

IX. Calviniana prorſus eſt hæc conſe-
quentia. *Albinus quidam, de quo Weſtmona-
ſterienſis, ſcripſit Epiſtolam contra ſynodalem quen-
dam librum à Rege Galliæ in Angliam miſſum:
ergo Albinus eſt Auctor quatuor illorum librorum,*
D *qui hodie Caroli Magni nomine circumferun-
tur, neque horum librorum alius Auctor eſt, quàm
Albinus, de quo Weſtmonaſterienſis.* Magiſtra-
lis ſanè conſequentia.

X. Ad illa Weſtmonaſterienſis verba. *Illám-
que* (epiſtolam) *in perſona Epiſcoporum ac Prin-
cipum idem Albinus ad Regem attulit Gallicanum:*
annotat Calviniſta. *Ergo generalis fuit conven-
tus tunc Francofordiæ habitus omnium Ordinum
Imperii.* At Weſtmonaſterienſis vult Albi-
num ad Regem Gallicanum attuliſſe ſuam
Epiſtolam cum accepto libro ſynodali, non
ad Synodum Francofordienſem; & nomine
Epiſcoporum ac Principum Anglicanorum;
non eorum, qui in Concilio Francofordienſi E
erant.

XI. Et hic iterum præbet Calviniſta Cri-
ticæ ſuæ ſpecimen. Nam pro illo, GAL-
LICANUM, reſcribit; WALLICANUM,
ſeu, WALLIS in BRITANNIA. Acutiſſimè.
Nam ſine dubio librum ſynodalem cum ſua
Epiſtola remiſit ad eum, à quo librum ac-
ceperat: hoc enim jus & æquum poſtula-
bant. At is fuit Carolus Rex Francorum.
Ergo ad hunc remiſit ſynodalem librum unà
cum ſua Epiſtola. Nam quis fuit iſte Rex
Wallicanus? Et cujus codicis fide tuetur Cal-
viniſticus iſte Criticus ſuam mutandi teme-
ritatem, præcipitémque audaciam?

XII. Luculentum mendacium deteſtare:
*Hos libros eſſe illam ipſam Epiſtolam, quam Al-
cuinus, juſſu Caroli Magni, compoſuerit: Impera-* F
*tor ſuo nomine promulgârit: Epiſcopi atque Prin-
cipes comprobârint, & ſubſcriptionibus confirmâ-
rint.* Ubi verò hæc Imperatoris promul-
gatio? nuſpiam apparet, niſi in Tomo II.
pbantaſticorum Reſcriptorum hujus Calvi-
niſtæ. Ubi itidem comprobationes & ſub-
ſcriptiones Epiſcoporum ac Principum? Nu-
ſpiam extant, niſi in malè ſano Novatoris
hujus occipite.

XIII. Libros Pſeudocarolinos rebaptizat,
& novo more CAPITULARE appellitat.
Quo jure omnes libros Legum Francicarum
unius Capitularis finibus concludat; quia
omnes illi libri à Pithœo publicati, vix li-
brorum Pſeudocarolinorum magnitudinem
ſuperant; aut ſi ſuperant, certè non mul- G
tum exſuperant; quantum ex typorum exili-
tate, quæ eſt in Pſeudocarolinis, & ex gran-
ditate eorundem, quæ eſt in Legibus Franci-
cis à Pithœo evulgatis, colligere licet.

Hic autem Calvinianus thraſo, iterum co-
ronam & tantùm non triumphum, & ad
omnia Calviniſtica pulvinaria ſupplicationes
ſibi decerni poſtulat, ob repertum librorum
Pſeudocarolinorum auctorem ac condito-
rem. Sed fruſtra gloriatur. Nam ſi quæ
hæc laus eſſet, ea potiùs Balæo, quàm huic
Sectario tribuenda eſſet, qui Centuria ſecun-
da ſcriptorum Anglicanorum; in Albino,
ſeu Alcuino annotat; Alcuinum etiam con-
tra imaginum venerationem ſcripſiſſe; idém-
que ex Balæo monet Epitome Bibliothecæ
Geſnerianæ: Et mihi, cùm legiſſem Weſt- H
monaſterienſis locum, jam pridem hæc ſu-
ſpicio de Alcuino incidit: eáque de re, ſi
ritè recordor, ad Marcum Velſerum IIvirum
Auguſtanum ſcripſi. At ſtatim animadver-
ti, hanc ſuſpicionem fundo carere, & nil niſi
Chimæram eſſe.

Deinde, quia thraſoniſmus iſte falſo fun-
damento nititur; nam liber Albini, de quo
Weſtmonaſterienſis, ſcriptus eſt anno DCC.
XCIII. hoc eſt, ſexennio poſt Concilium Ni-
cænum, aut certè anno DCC. XCIV. hoc eſt,
ſeptennio poſt dictam Synodum Nicænam.
At

A At libri Pſeudocarolini conſcripti ſunt triennio fermè poſt Nicænam Synodum, ùt apertiſſimè aſſeritur in præfatione librorum Carolinorum, fieri ergo non poteſt, ut opus librorum Carolinorum, ſit illa Albini Epiſtola, de qua Weſtmonaſterienſis: Nam quòd hîc denuò Calviniſta per Criticam ſuam virgulam *triennium* in *ſeptennium*, transmutare contendit, id ad impudentiæ ſcholam, unde profectum eſt, relegetur: de quo ſatis in prima parte Horti S. Crucis.

Pag. 78. & 79.

Libros Pſeudocarolinos ad Papam Adrianum miſſos fuiſſe ab ipſo Carolo Magno, non erat, cur Illuſtriſſimi Baronii teſtimonio confirmares, quia nunquam à me negatum eſt. Sed abſonum reputat Calviniſta, quod Baronius affirmat, *ultimum duntaxat operis hujus capitulum eſſe Caroli Magni.* At hoc affirmat Baronius locupletiſſimo teſte nixus, B nempe ipſo Adriano Pontifice; qui de ultimo hoc capitulo ita loquitur. *Hoc ſacrum & venerandum capitulum multum diſtat à totis ſupradictis capitulis. Et idcirco eum agnovimus veſtra à Deo ſervata, orthodoxaq́; Regalis excellentiæ eſſe proprium in eo, ubi recta fidei plena, penitus confeſſa eſt, ſenſum ſanctiſſimi Gregorii ſequi.* Nec mirum videri debet, ſi ipſe Carolus hoc teſtimonium ſuæ fidei libro non bono adſcripſit, palàm profitens, ſe ea de imaginibus ſentire, quæ S. Gregorius Papa ſenſerat, & docuerat; At iſte ſanctus ſenſit & docuit imagines non modò, memoriæ, hiſtoriæ & ornatûs causâ habendas & retinendas; ſed inſuper etiam colendas & venerandas, ùt copiosè Adrianus Pontifex demonſtrat.

Vide Hortum S. Crucis loc. cit.

C Dixeram, præfationem in libros Carolinos ignoti tenebrionis, perperam Carolo Magno adſcribi. Ubi Calviniſta. *Num tibi Albinus Alcuinus ignotus tenebrio?* Minimè, mi homo: ſed nego præfationem, vel opùs illud Pſeudocarolinum eſſe Alcuini; cauſas negationis antea percenſui. Horribile autem mendacium eſt, *Auctorem hujus operis habuiſſe ſuffragatores, cunctos Imperij Eccleſiaſticos Principes, Patriarchas, Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Germanos, Gallos, Italos, Aquitanos, Hiſpanos, Pannones.* Mirum omiſſos Polonos, Bohemos, Moravos, Qua- D dos, Marcommannos, & eos, qui Inſulas FERRICREPINAS & FUSTITUDINAS incolunt. Sed craſſitiem hujus pſeudologiæ evidenter coarguit, vel unica præfatio Anaſtaſii Bibliothecarii in ſeptimam Synodum abs ſe latinè verſam, ad Ioannem VIII. Pont. Max. ubi diſertiſſimè dicit, univerſalem Eccleſiam ſemper imagines veneratam eſſe, & etiamnum venerari, *quibuſdam duntaxat Gallorum exceptis, quibus utique nondum eſt harum utilitas revelata.* E *En, quidam duntaxat Galli* in hoc errore verſabantur: non omnes; ſed *quidam tantùm Galli.* Et tamen effrons hoc caput, *quod quorundam tantùm Gallorum erat; ad omnes Germanos, ad omnes Italos, ad omnes Hiſpanos, ad omnes Pannones derivat*, immenſa temeritate, & quidvis fingendi libidine.

Non minus mendacium eſt, Synodum ſecundam Nicænam damnatam quoque fuiſſe à Balduino Imp. Conſtantinopolitano Latino, anno Chriſti M. CCIV. his verbis. *Hæc* (Conſtantinopolitana civitas) *eſt, quæ Chriſtum didicerat ſolis honorare picturis; & inter ritus nefandos, quos ſibi ſpreta ſcripturarum auctoritate confinxerat, etiam lavacri ſalutaris plerumque facere præſumebat iterando jacturam.* Ubi nota technas Calviniſticas, qui I. Ex Epiſto- F la Balduini Imper. cudit Edictum: Et quidem Edictum de Reſtauratione Imperii Orientalis: Tomo III. Conſtitutionum additur: *& redunitione cum accidentali;* quæ omnia non ſunt à Balduino, ſed ab iſto Calviniano.

II. Mentitur, Græcos à Balduino reprehenſos, quòd imagines coluiſſent; cùm hoc in Græcis minimè reprehenderit; ſed abuſus quoſdam venerationi imaginum in Græcia admiſtos.; quorum aliquos etiam recenſet Michaël Balbus, in Epiſtola ad Ludovicum Pium Imp. & fusè enumerantur in Catalogo conſuetudinum malarum, quæ apud Græcos in uſu, quem Catalogum reperies inter Notationes ad quatuor libros Manuelis Calecæ contra Græcos ante paucos annos hîc G Ingolſtadii excuſos. Has ergo pravas conſuetudines tangit Balduinus; ùt & hoc, quòd Græci in imaginum cultu, totam quaſi Chriſtianæ religionis ſummam conſtitutam exiſtimârent: rati omnia ſalva fore, ſi imagines colerent; quidquid demum ſcelerum perpetrarent, & quocunque animo in proximos ſuos, præſertim in Latinos eſſent.

Tertia, eáq̀ue eximia fraus eſt; quòd verba illa; *& inter ritus nefandos, quos ſibi, ſpreta ſcripturarum auctoritate, confinxerat, &c.* abſcidit; omiſſis poſterioribus, ùt lector ſuſpicetur ipſam rationem imaginum à Balduino inter nefandos, & ſpreta ſcripturarum auctoritate confictos cultus numeratam fuiſ- H ſe, cùm tamen ſequentia verba, quæ ſuprà retulimus, perſpicuè indicent, de quonam nefando ritu Balduinus loquatur, nempe de REBAPTIZATIONE, quia Latinos ſacrilegè denuo baptiſmatis unda potiùs polluebant quàm abluebant; ùt planum fit ex Catalogo, cujus jam ſuprà meminimus.

LIBER SECUNDUS.

PRÆFATIUNCULA.

PRimis duobus capitibus hujus ſecundi libri diſputabimus de privilegio, quod Adrianus Pontifex hoc nomine primus Carolo Magno conceſſiſſe dicitur. Id claritatis cauſâ adſcribemus iiſdem verbis, quibus extat apud Gratianum diſt. 63. *Adrianus Papa Romam venire Carolum Regem ad defendendas res Eccleſiæ poſtulavit. Carolus verò Romam veniens Papiam obſedit; ibique relicto exercitu in ſancta Reſurrectione ab Adriano Papa Romæ honorificè ſuſceptus eſt. Poſt ſanctam verò Reſurrectionem reverſus Papiam cepit Deſiderium regem: deinde Romam reverſus conſtituit ibi Synodum cum Adriano Papa in Patriarchio Lateranenſi; in Eccleſia ſancti Salvatoris: quæ Synodus celebrata eſt, à 153. Epiſcopis, Religioſis & Abbatibus. Adrianus autem Papa, cum univerſa Synodo tradiderunt Carolo jus, & poteſtatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem. Dignitatem quoque patriciatus ei conceſſerunt. Inſuper Archiepiſcopos, & Epiſcopos per ſingulas provincias ab eo inveſtituram accipere diffinivit: &, ut niſi à Rege laudetur, & inveſtiatur, Epiſcopus à nemine conſecretur: & quicunque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodavit; &, niſi reſipiſceret, bona ejus publicari præcepit.*

CAPUT I.

De fictitio decreto, quod Carolo Magno ab Adriano Papa conceſſum dicitur.

A TAndem emerſit Calviniſta ex præfatione mea, & diſputaturus de commentitio Decreto Adriani I. rem orditur ab ovo, póſtque longam phlyariam, docet me ſyllogiſmos & enthymemata condere, conviciis immanibus ubique perſtrepens, ita ut vix tria verba abſque lœdoriis fari poſſit; quibus hoc loco omiſſis, rem ipſam videamus, & quàm validis argumentis ſtramentitium hoc decretum aſſerat, conſideremus.

B I. *Carolus Magnus fuit à Romanis creatus Patricius; ergo Adrianus Pontifex dedit Carolo Magno jus eligendi Pontificem & ordinandi Apoſtolicam Sedem; & inveſtiendi Archiepiſcopos & Epiſcopos per ſingulas provincias. Acutè me Hercules*, inquit Calviniſta, *& ex Apollinis tripode.* Si hoc jus PATRICIATUS dignitati annexum erat, non ergò ſolus Carolus & ſucceſſores ejus hoc jure gaudebant, ſed quotquot Romani Patricii erant. Certum eſt autem plurimos fuiſſe; & miror hoc tantum privilegium à Caſſiodoro, vel Rege Theodorico, non fuiſſe poſitum in Formula PATRICIATUS.

II. Nec Calviniſta Carolum Magnum primum eſſe patitur, qui hoc privilegio ornatus fuerit. nam Carolum Martellum & Pipinum anteponit; tanquam PATRITIOS; eodem ergo jure pollebant. Addam ego. Etiam Caſſiodorus, etiam Boëthius Romani Patricii erant; habebant ergo poteſtatem eligendi Romanum Pontificem, & ordinandi Sedem Apoſtolicam, & inveſtiendi Epiſcopos per annulum & baculum; & poterant Romanæ Eccleſiæ donare, quidquid Pipinus & Carolus donârant; nam Pipinus & Carolus *non alio jure tam immenſas Ducatuum & terrarum donationes Romana Eccleſia fecerunt, quàm Patriciano*, ſi noſtri Calviniſtæ acumen non delirat. C

III. *Eccleſia Romana approbavit Decretum Gratiani; ergo etiam Privilegium Carolo Magno conceſſum, quia exſtat in Decreto Gratiani.* Argutè. Audi Calvinicola, Eccleſia approbavit Decretum Gratiani, ut in Scholis prælegatur, & in foro uſurpetur; omnia, quæ in illud Decretum Gratianus congeſſit, vera eſſe; nunquam & nuſpiam Eccleſia Romana dixit; neque unquam dicet, niſi fallor; me autem non falli, credibile faciunt, tot partim Hiſtorici, partim alij errores, quos Gratianus, ùt homo commiſit. Neque unquam dixi, *Pontifices Romanos non approbáſſe Decretum Gratiani;* ùt iſte mihi mendaciter impo- D

A imponit; ſed dixi; Pontifices fictitio privilegio, Adriani Papæ auctoritate fucato, viriliter reſtitiſſe.

IV. *Paſchalis II. Papa conceſſit Henrico V. Imp. Inveſtituras Epiſcoporum: ergo Carolus Magnus eas conferendi, jam antea ab Adriano Papa poteſtatem acceperat.* Pulchra ſanè conſequentia; & digna ſuo fabro. Quis autem neſcit, quod ad Antecedens attinet, hanc conceſſionem fuiſſe Paſchali Papæ ab Henrico tyrannicè prorſus extortam, & ſtatim poſtea ab eodem Paſchale, cùm libertati redditus ex
B captivitate rediiſſet, revocatam, & ſalubertimè reſciſſam, jubente id integra Lateranenſi Synodo. Qua de re copioſè Illuſtriſſimus Baronius Tom. XII. Anno M. C. XI. & M. C. XII. Nónne poſtea ipſemet Henricus meliorem mentem induens præſumptum hoc jus à ſe in perpetuum abdicavit, ùt videre eſt apud eundem Baronium Tom. XII. Anno ſalutis M. C. XXII.

V. In pactis, quæ Henricus Imp. & Paſchalis Papa iniêrunt, etiam hoc unum erat ex parte Pontificis implendum; *Ut Papa juberet Epiſcopis aſtantibus in die Coronationis ſuæ, ut Regalia Imperatori dimitterent, quæ à temporibus Caroli, Ludovici, Henrici, aliorúmque prædeceſſorum ad regnum pertinebant; & ne quis eorum vel præſentium vel abſentium, vel*
C *ſucceſſores eorum Regni ſe intromitterent juribus, neque invaderent civitates, Ducatus, Comitatus, monetas, vectigalia, mercata, advocationes Imperij, &c.* Hæc quidem memoriæ prodidit Petrus Diaconus lib. 4. Chronici Caſſinenſis, cap. 37. Et ex illo Baronius Anno M. C. X. At quid inde concludis? Num hanc tuam formoſam Amaryllidem? *Ergo Hadrianus Papa conceſſit Carolo Magno Privilegium illud, quod tu adſtruis;* Ego deſtruo. Doctè profectò & catè. Num hanc inde conſecutionem exſculpes? Ergo Paſchalis Papa faſſus eſt Privilegium *Inveſtituræ* Carolo ab Hadriano conceſſum eſſe? Mirus es Dialecticus; & perquam aptus, qui Gretſerum, *Magiſtrum*, ùt ais, tuum argumentari doceas. Nam quorſum hæc pars conventionis ſpectaverit; Explicatum no-
D bis dedit Urſpergenſis, & ex hoc Baronius loco citato. *Ibi* (Sutrij) *Legati Apoſtolici cum Miſſis Regiis advenientes reſponderunt, promptum eſſe Papam ad conſecrationem, & omnem Regis honorem ac voluntatem, ſi tamen ipſe ſibimet annueret libertatem Eccleſiarum, laicam ab illis prohibens inveſtituram; recipiendo nihilominus ab Eccleſiis Ducatus, Marchias, Comitatus, advocatias, monetas, telonia, cæterorúmque regalium, quæ poſſident, ſummam.* Vides igitur in prædicto conventionis capite non fuiſſe comprehenſam *Inveſtituram;* Sed expreſsè excluſam; Etiam ab ipſo Henrico, quia petitioni Pontificis *præbuit aſſenſum*, ùt ait Urſpergenſis; *ſed eo pacto, quatenus hæc transmutatio firma & authentica ratione, conſi-*
lio quoque & concordia totius Eccleſiæ ac Regni E
Principum aſſenſu ſtabiliretur. Neque ergo Henricus, neque Paſchalis affirmârunt, temporibus Caroli, Ludovici, Henrici, & aliorum inveſtituras ad Imperatores pertinuiſſe.

VI. In priore Decreto de Inveſtituris leguntur iſta verba, ùt Calviniſta ait: *Tibi, fili chariſſime, Henrice Rex, &c. & Regno regalia illa dimittenda præcepimus, quæ ad Regnum manifeſtè pertinebant, tempore Caroli, Ludovici, Othonis, & cæterorum prædeceſſorum tuorum.* Ex his iterum ſuam illam concluſionem colligere molitur, nempe ab Adriano Privilegium inveſtiendi Epiſcopos Carolo fuiſſe conceſſum. Sed nugas agit Calviniſta: nam quid per Regalia Pontifex intelligat, paulò antè ex Urſpergenſi, ipsiſque adeò pactorum capitibus oſtenſum eſt: neque petiit Henricus in pactis initis antequam ad Urbem veniret, jus Inveſtituræ, ùt fatebitur, quisquis illa pacta legerit; imò hoc disertè Pon- F
tifex poſtulârat, ut Henricus Inveſtituras Eccleſiæ dimitteret; & aſſenſerat Henricus, ùt jam ante ex Urſpergenſi audivimus; Et in Decreto, prout recitatur à Dodechino, Paſchalis Papa expreſsè jus inveſtiendi Epiſcopos ſibi & Eccleſiæ reſervat, quamvis ea Regalia, de quibus antea, Henrico concedat, nimirum, ut Henricus ab Eccleſiis Regni ſui civitates, Ducatus, Marchionatus, monetas, & id genus alia recipiat, quæ ad Regnum manifeſtè pertinebant tempore Caroli, Ludovici, Othonis, & cæterorum prædeceſſorum Henrici. Miror Calviniſtequam non urſiſſe illa verba Henrici apud Dodechinum. *Regno quidem jam à Carolo*
quadringentis & amplius annis, & ſub ſexaginta tribus Apoſtolicis inveſtituras Epiſcopatuum eorundem auctoritate & privilegiorum firmitate tenenti, abſque omni audientia auferre volebat. G
Sed nemo non videt hæc redolere Sigeberti ſtylum, qui princeps hujus commenti Auctor, Henricianum ſchiſma calamo ſuo fovebat & propagabat, juratus Pontificis Paſchalis inimicus, ùt apparet ex fine Chronici, & ex ſcripto, quod contra Paſchalis epiſtolam evulgavit. Conferat Lector prædicta Henrici verba cum verbis Sigeberti; & non modò ſimilia, ſed & fermè eadem comperiet.

H
VII. Producit Calviniſta Gregorium VI. apud Malmesburienſem lib. 2. de rebus geſtis Regum Anglorum. Sed de hoc jam fusè egi in *Baſilico Doro* cap. 5. Quo brevitatis cauſa Latronis fratrem ablego. Extat apud Baronium Tom. XI. Anno M. LXII. diſceptatio Regij Advocati, & Defenſoris Romanæ Eccleſiæ ſcripta à Petro Damiano, ùt Baronius conjectat, ubi Advocatus Regius, cùm in omnes partes ſeſe vertiſſet, antiquius Privilegium proferre non potuit, quàm duo illa, quorum unum Henrico Nigro Imperatori à Romanis conceſſum fertur;

Digitized by Google

tur; alterum à Nicolao II. Anno M.L.IX. A non utique taciturus, ſi Imperatores à temporibus Caroli Magni jus Pontificem Romanum eligendi, & Epiſcopos inveſtiendi habuiſſent; nec Defenſor Eccleſiæ Romanæ ſiluiſſet, ſi bujus tanti Privilegij pondere cauſam ſuam premi intellexiſſet. Vide Baronium loe. cit. N. 30. & ſeqq.

Dixeram, neminem Imperatorum ante Henricum IV. hoc jus eligendi ſummum Pontificem, & inveſtiendi Epiſcopos vebementiùs urſiſſe. Occlamat Calviniſta. *Ergo urſerunt, at non vehementiùs.* Reſpondeo, fuiſſe Imperatores, qui etiam ante Henricum IV. ſibi jus Pontificis eligendi vel confirmandi arrogarent: at non tanta cum impoten- B tia, quanta duo Henrici Quartus & Quintus. At nullum Imperatorem ante Sigebertum extitiſſe aio, qui hoc jus urgeret tanquam ſibi competens ex Privilegio Carolino per Adrianum Papam conceſſo: nullus, inquam, boc jus ſibi ex illo privilegio vendicavit, ne ipſe quidem Henricus IV. cujus Advocatus apud Damianum tuetur duntaxat ſuum Dominum Privilegio, quod Nicolaus II. Henrico IV. adhuc puero; quódque Romani, ùt ajunt, parenti ejus, Henrico Nigro impertiêrant.

Poſt hæc, ut Calviniſta librum ſuum inſpiſſet, tres fermè pagellas complet verbis Onuphrii ex vita Gregorii VII. deſumptis: ſed more ſuo ſycophanticè, truncata Onuphrii oratione; quaſi Onupbrius ex ſua men- C te ſcribat, quæ non niſi ex adverſariorum de Gregorio VII. ſententia ſcribit. At tu Lector conſule totam illam vitam à me editam, cum notatiunculis meis, tanquam antipharmacis eorum, quæ Onupbrius ex malè ſanis auctoribus, præſertim ex Sigeberto, hauſerat.

Suprà pag. 97.

VIII. Nunc denuò incipit Calviniſta argumentari; *mentiri*, volebam dicere: & quidem admodum ſtrenuè. Ex quibus primo aſpectu occurrit iſtud ſanè perquam pingue mendacium. *Jam inde à principio Theutonici Imperii, Electionem Papæ & Epiſcoporum fuiſſe in manu & poteſtate non modò Regum Odoacri, Theodorici, Athalarici, ſed & Patritiorum, Pipini, Caroli & Carolomanni.* Addit aliud mendacium: *hoc fuiſſe vel maximum Regale Imperii, cujus titulo Imperatores dicti ſint Pontifices Maximi.* Addit D & boc ejuſdem farinæ. *Hoc indicare Anaſtaſium in vita Stephani III. Et Bernardum Monachum Corbeienſem in epiſtola ad Adalbertum.* Adjicit & hoc: *Pontificum Romanorum controverſias ſemper cognoviſſe Imperatores per Epiſcopos ſuos, usque ad Henricum IV.* Sed hæc omnia, fumi inſtar, diſſipabuntur, ſi lector legere velit, quæ in Controverſia de Pontifice lib. 4. cap. 13. ſcripſi. Nec repeto. Quanquam quid boc ad Theſin probandam? Ad banc, inquam, Theſin: *Adrianum Papam conceſſiſſe Carolo Magno Privilegium eligendi Pontificem, & Inveſtiendi Epiſcopos.*

Nec aſſerit hoc Wilhelmus Tyrius, quem E Calviniſta citat; ſed ait, inoleviſſe in Imperio conſuetudinem, ut, mortuo Epiſcopo, annulus & baculus Epiſcopalis ad Imperatorem dirigerentur. Unde hæc conſuetudo inoleverit, ſilet. Weſtmonaſterienſis Sigeberti veſtigia ſequitur; ùt & Abbas Schvvarzahenſis, prout iſte appellat. Magno loco erat Sigebertus apud Henricum V. Hinc libenter in ejus ſignis ſuos pedes ponunt, qui Pontificibus minùs favent. Fridericum I. Fridericum II. & alios, quos iſte commemorat, varia contra Sedem Apoſtolicam machinatos fuiſſe, priùs etiam novimus, quàm hac de re chartas ſuas Calviniſta infarciret. Ad quid iſtorum machinæ ad Carolinum privilegium? Num ideo ſequitur, Adrianum Papam conceſſiſſe Carolo Magno tam commemorabile privilegium, ſi Henricus VI. Henricus VII. Ludovicus IV. Otho IV. Conradinus, & alii nonnulli cum Pontificibus Romanis ſimul- F tates exercuerunt; aut ſi Sigismundus Imperator beneficia Eccleſiaſtica in Regno Hungariæ per ſe, quibus lubebat, contulit; aut ſi Guntherus Anticæſar effutiit ea, quæ ipſi frater Latronis attribuit Tom. 3. ſuarum Conſtitutionum; Ex quibus ſunt iſta: *Cùm ipſe Pontifex ſecundùm omnia jura divina & humana, debeat ſubeſſe Imperio.* Hæc nimirum vindicandi cupiditas expreſſerat; quia Guntherus iſte à Sede Apoſtolica confirmationem impetrare non poterat; confirmato Carolo Rege Bohemiæ.

Libro 4. Chronici Caſſinenſis cap. 99. ita ſcribit non Leo Oſtienſis, ùt ballucinatur Calviniſta, ſed Petrus Diaconus. *Innocentius* G (Papa II.) *Germaniam ingreſſus, à Lothario Rege juxta Leodium excipitur, virgam ei & annulum antiquo ex more confirmans, & terram Comitiſſa Mathildæ condonans.*

At falſum ſcribere bunc Auctorem, docet Baronius, Anno M.C.XXXI. Ex vita S. Bernardi, nam S. Bernardus Lothario reſtitit, & ut à petitione Inveſtiturarum deſiſteret, effecit.

IX. Profert Calviniſta multos Canoniſtas, qui bujus privilegii vel meminerint, vel Decretum Gratiani commentariis illuſtrârint. At omnes iſti Gratiano poſteriores ſunt; a- H pud quem quod invenerant, aliis tradiderunt, absque accuratiore diſquiſitione, num res ita ſe habeat. Deinde, non eſt bona conſequentia. *Iſte Auctor hunc vel illum ſcriptorem commentariis illuſtravit; ergo pro vero reputat, quidquid Auctor ille tradit:* nam Lutherani nonnulli & Calviniani Metamorphoſes Ovidii, Comœdias Plauti ac Terentii, & Aſinum plumbeum Apuleii ſcholiis & notationibus elucidârunt, nec tamen, opinor, quæ in his libris inſunt, vera eſſe credunt.

Ingens autem & execrandum mendacium eſt, cùm ſcribere audet, me negare, quòd *Canoniſtæ Gratiani Decretum commentariis illuſtra-*

A *luſtrârint :* hoc negare mibi in mentem nunquam venit : & quî negâſſem, cùm fermè quotidie in oculis meis verſentur ingentia volumina Archidiaconi, Turrecrematæ, & aliorum in Gratiani Decretum? Quanquam iſte nonnullos recenſet, qui in Gratianum oullos Commer tarios ediderunt, ùt Joannem de Imola, Dominicum de S. Geminiano, Lotharium, qui & Innocentius. Nam per iſtum Innocentium, aut intelligit Tertium, aut Quartum. Si Quartum, is ante Pontificatum non vocabatur Lotharius, ſed Sinibaldus, nec in Decretum Gratiani ſcripſit; ſed in Decretales. Si oomioe Innocentii intelligat Innocentium III. nihil efficiet; quia Innocentius III. nihil in Gratianum commentatus eſt, quippe ſuo tempore necdum tam pervulgatum & celebratum.

Quia verò dixeram, Caoonitas Pootifi-
B cis poteſtatem, latiſſimè extendere, & non tantùm ad Eccleſiaſtica, ſed & ad temporalia directè, vel ſaltem indirectè proferre (tantum abeſt, ut, quod iſte contendit, Pontificem Imperatori ſubjiciant) vociſeratur Calviniſta; *Hoc crimen in libertatem Reipublicæ veſtræ, ſacratiſſime Imperator, vóſque Illuſtriſſimi Ordines peccat, quod ut reum læſæ majeſtatis in auctore vindicandum jam olim Imperialibus Conſtitutionibus Henricus IV. Henricus V. &c. ſanciverunt.* Mirum, ni ob inſulſiſſimos ipſius clamores Oſtienſis, Panormitanus, & omnes Canonum Interpretes, & Theologorum plurimi ac præſtantiſſimi cum fratre hujus Calviniſtæ in rotam tollantur; quia omnes uno ore docuerunt, Papam eſſe ſupra Im-
C peratores & Reges; & plerique quidem ex Canoniſtis Pontifici directum quoque dominium temporale tribuerunt; reſtrictius alii, indirectum ſolummodo: quorum libri excuduntur, venduntur, leguntur, teruntur, io ſcholis citantur, laudantur, explicantur; nec quiſquam crimen læſæ Majeſtatis factum hoc interpretatus eſt, donec iſte latronis frater prorepſit: & ut Pontificem Imperatori ac Regibus, hoc eſt, Paſtorem ſummum gregi ſuo ſubjiciat, nihil non tentat, confictis etiam ad id per ſummam impoſturam oovis *Reſcriptis*; quale eſt, quod protulit in Farraginis ſuæ Tom. 3. pagina 371. his verborum ampullis conceptum.

Balduinus Dei gratiâ fideliſſimus Imperator Conſtantinopolitanus à Deo coronatus, Romano-
D *rum Moderator, & ſemper Auguſtus Innocentio III. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici & Univerſali Papæ.*

Miratur noſtra Imperialis ſublimitas, quòd nos tua ſanctitas auſa fuit in ſuis litteris increpare, cùm meminiſſe debueris, quòd non Dominus Imperatoris, ſed ſubditus ſis, & Imperium ſacerdotio dignitate ac poteſtate præferendum eſſe, juxta id, quod Beatus Petrus Apoſtolorum Princeps ſcripſit, præcipiens: Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi tanquam præcellenti, ſive Ducibus, tanquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. E
Ex qua auctoritate Apoſtolica triplex patet argumentum. Primum ex eo, quod legitur; Subditi eſtote: *Secundum ex eo, quod ſequitur;* Regi tanquam præcellenti: *Tertium ex eo, quod eſt ſubſequenter adjunctum;* ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. *Per primum probatur atque conſtat; ſubeſſe ſacerdotium. Per ſecundum; Imperium præminere: Per tertium, Imperatorem tam in Sacerdotes, quàm in Laicos juriſdictionem, imò etiam gladii poteſtatem accepiſſe. Cùm enim & boni quidam ſint Sacerdotes, & quidam eorum malefactores exiſtant; is, qui ſecundùm Apoſtolum, gladium portat ad vindictam malefactorum; laudem verò bonorum, imò malefacientes Presbyteros, & eorum exceſſus præſumptos poteſt ultore gladio vindicare, cùm inter Presbyteros & alios Apoſtolus non diſtinguat.*

Hactenus commentitium Reſcriptum, à F
Conſarcinatoribus Catalogi Teſtium Feritatis ex cap. *Solitæ.* Extra de *Major. & Obed.* fraudulentiſſimè concinnatum; & ab iſto repetitum; qua una capitali fraude commeruit iſte quidquid pœnæ falſariis ex Lege Cornelia *de Falſis* infligi ſolet: quia notum eſt, Balduinum fuiſſe Apoſtolicæ Sedi devotiſſimum, & epiſtolam Innocentii, ex qua Capitulum *Solitæ* confectum eſt; non eſſe ſcriptam ad Balduinum, ſed ad Alexium Græcorum Imperatorem.

Quot autem Calviniſta Imperatores & Reges oominat, qui decretis ſuis crimen læſæ Majeſtatis eſſe declarârint; ſi quid Pontifici G
aliquid temporalis poteſtatis in Imperatores ac Reges tribuatur, tot effundit mendacia; *Pag. 142.*
nominat autem Imperatores & Reges duodenos: non pauciora igitur, quàm undecim mendacia uno quaſi halitu Calvinianus iſte exhalat. Mox bacchatur in Pontifices.

Sed ſinamus Baccham bacchari, hoc unum nimirum didicit. Recitat multa more ſuo ex Malmesburienſi, Jureto, Wicelio, de avaritia Pontificum. Dolemus, noo omnes fuiſſe anteceſſori ſuo Petro, ſimiles. Sed num ideo ſimoniæ crimen ab Henricis IV. & V. depuliſti, quia ejusdem ſceleris Romanos Pontifices inſimulâſti?

Multos tum juris Cæſarei Interpretes, tum alios ſcriptores agglomerat, qui citârint cap. H
illud; *Adrianus Papa.* Scilicet Gretſerus ignorabat poſteriores ſecutos Gratianum, & hunc, Sigebertum, errorémque initiò modicum, poſtea non modicis incrementis adauctum eſſe. Tu aſſerueras; *Adriani Privilegium à multis peritiſſimis Juris civilis conſultis recto calculo acceptum.* Hoc negavi, & adhuc nego; quia recto calculo id, quod commentitium eſt, accipere non potuerunt; deinde quia nullus id accepit tuo ſenſu & modo; qui eſt, ex ipſo Imperatoris officio, Imperatori, tan-

quam ſummo Pontifici jus eligendi, confir- A mandi, &, ſi uſus poſcat, deponendi ſummum Pontificem, omnéſque alios Epiſcopos Inveſtiendi competere. An non eſt hic tuus ſenſus? An non eſt hic, tuo judicio, rectus ille calculus, quo privilegium Adriani à legum civilium Doctoribus acceptum ais? At dic, quis Catholicus, Juris Canonici, aut Cæſarei Doctor, Privilegium Adriani ita accepit, & explicavit? An non ipſi Canoniſtæ, & in his Turrecremata, & Gloſſa ad Capitulum ADRIANUS diſertè fatentur, hoc jus Imperatori ex ſuo officio minimè convenire, ſed tantùm ex Pontificis indulgentia, & tum quidem hanc conceſſionem non inconvenienter factam, temporum neceſſitate, id ut fieret, efflagitante; poſtea tamen alia exti- B tiſſe tempora, alióſque homines, ob quorum conditionem privilegium hoc jure ſit revocatum. *Cum hæc privilegia fuerint omnibus ſucceſſoribus data*, inquit *Gloſſa* ad cap. *In Synodo*, Diſt. 63. *quare non utuntur eis? Reſpondetur; quia Imperatores eis renunciaverunt*, ùt inf. ead. Tibi. *Item, quia per abuſum ea perdiderunt*: ùt inf. ead. §. *Verum. Item, quia ex cauſa eis fuerunt conceſſa. Unde ceſſante cauſa, ipſa ceſſaverunt*, ùt 1. q. 7. Quod pro remedio. *Nec obſtat, quod dicitur; de ſucceſſoribus, quia hoc intelligendum eſt de illis ſucceſſoribus, qui hoc impetrare poſſunt*, ùt 23. Diſt. In nomine. Hæc Gloſſa. Et rectè allegat Gloſſa hoc Capitulum; quia in eo expreſsè habetur, *Salvo debito honore & reverentia dilecti filii noſtri Henrici, ſicut jam ſibi conceſſimus, &* C *ſucceſſoribus illius, qui ab Apoſtolica Sede perſonaliter hoc jus impetraverint*. Ubi Gloſſa. *Ex his verbis apparet perſonale privilegium hoc fuiſſe, & ideo ad alios non prorogari.*

Mentitur deinde me inficiari, *inde ſtatim ab initio Gratiani Decretum in Academiis & Scholis lectum*. Non negavi hoc; ſed iſtud, quod tu aſſerebas; Privilegium Adriani jam ab initio ſtatim ab omnibus Academiis, Scholis & Collegiis approbatum fuiſſe: quod longè aliter tinnit ac commentum Calvinianum.

Dixeram nullos Hyperaſpiſtas Henrici IV. ante Sigebertum hoc Privilegium Carolinum protuliſſe: (ùt nec Leonis quem vocant VIII.) quod ſine incredibili oſcitantia fieri non poterat, ſi Privilegium hoc tunc in re- D rum natura extabat. Quomodo enim Gregorium VII. Victorem & Urbanum II. tanti privilegii pondere Adverſarii premere potuiſſent? At in omnibus eorum Apologiis nullum ejus veſtigium apparet.

Oggerit Calviniſta. *Etiam apud Scriptores Hildebrandinos nihil reperiri de donationibus Caroli Magni, Ludovici Pii, Othonis, & aliorum; neque tamen nos ob hoc ſilentium paſſuros, ut diplomata illarum donationum fabulis accenſeantur.*

Reſpondeo I. objectionem novi argumenti, non cenſeri argumenti priùs objecti ſolutionem.

II. Reſpondeo, licèt, qui contra Schiſma- E ticos Henricianos ex inſtituto ſcripſerunt, non facerent harum donationum mentionem, at alii probatæ & ſpectatæ notæ faciunt; ùt Anaſtaſius Bibliothecarius. Leo Oſtienſis. Chronicon Reicherſpergenſe, & alii, & Diplomatis Othoniani ipſum Autographum Romæ adhuc in Arce S. Angeli aſſervatur, teſte Baronio.

Reſpondeo III. falſum eſſe, nullum ex ſcriptoribus Hildebrandinis, ùt frater latronis cum Aventino nominitat, feciſſe mentionem horum Privilegiorum; nam Gerohus ſeu Gerochus Reicherſpergenſis, cujus ſyntagma pro Gregorio VII. nuper evulgavimus, Hildebrandinus ſcriptor fuit. Is autem lib. 1. de Inveſtigatione Antichriſti non modò Privilegiorum, quæ Carolus & Ludovicus Impp. Romanæ Eccleſiæ conceſſerunt, F meminit, ſed & partem eorum in ſuum opus tranſcripſit. Imò Catholici jus Eccleſiæ Romanæ, etiam donatione Conſtantini Magni tuebantur, ùt apparet ex eodem Auctore, & ex Othone Friſingenſi lib. 3. Chronici cap. 3. Et S. Anſelmus Lucenſis lib. 2. contra Guibertum recitat Caroli Magni, & Ludovici conſtitutionem, qua Epiſcoporum electiones jubent eſſe clero & populo loci illius liberas; hoc cùm S. Anſelmus variis teſtimoniorum generibus comprobâſſet; tandem ſubjecit. *Patet itaque ſanctorum Romanorum Præſulum auctoritate, & Patrum, ſanctarum univerſalium Synodorum ſeptimæ atque octa-* G *væ, Pontificum electionem Cleri & populi cujuſque eſſe debere: patet quoque, Chriſtianiſſimos Imperatores, Conſtantinum, Conſtantem, Valentinianum, Theodoſium, Arcadium, Honorium, Carolum, Ludovicum, cæteróſque fide & religione præſtantes eandem conſuetudinem ab Apoſtolorum temporibus obſervatam minimè violâſſe. Patet etiam, Chriſtianiſſimos Imperatores Conſtantinum Magnum, & item Conſtantinum & Eirenen, & Baſilium, Carolum quoque & Ludovicum præfatam electionem ſæculari poteſtati legibus abſtuliſſe, &c.* Et non longè ab exordio libri ſecundi idem S. Anſelmus. *Hanc itaque, quam prædixi conſuetudinem*, (ut Principes ſe Electionibus Epiſcoporum non H immiſceant) *ab Apoſtolis traditam nullatenus violare præſumpſerunt Chriſtianiſſimi Imperatores Conſtantinus, Conſtans, Valentinianus, Theodoſius, Arcadius, Honorius, Carolus, Ludovicus, & his imperio & religione conſimiles; qui vel à ſe vel ab aliis ædificatas Eccleſias ampliſſimis donis ditaverunt; & in Clero & rebus Eccleſiarum nullum ſibi dominium, vel judicium vendicare voluerunt; imò nequis ſibi vendicaret, quidam eorum legibus vetuerunt.*

Quæſo, qua mente hæc & id genus alia S. Anſelmus, tempore Gregorii VII. de Carolo Magno & Ludovico ſcribere auſus fuiſſet, ſi tunc privilegium, quod Adriano Papæ affingitur, in rerum natura extitiſſet? Utinam verò extaret Tertius Liber S. Anſelmi,

in

A in quo, ùt apparet ex clauſula lib. 2. de bonis Eccleſiaſticis, eorúmque à ſæculari poteſtate exemptione diſputabat: nam hunc librum conſiſtere in illis collectaneis, quæ clariſſimus vir Doctor Henricus Caniſius in Codice antiquo cum duobus S. Anſelmi libris repererat, difficile creditu eſt.

Miratur autem Calviniſta, quid Gretſerus ſibi voluerit, quando dixit, neutrum ex Hyperaſpiſtis Henrici IV. qui ejus vitam literis mandârunt, Privilegium hoc Carolinum vel verbulo attigiſſe, cùm vix quidquam cauſæ ſuæ accommodatius adducere potuerint. Sed Calviniſta hic ignorantiam affectat, ne ad objectionem meam reſpondere cogatur. Cedò, Novator, ſi extabat
B tunc hoc privilegium Carolinum; cur ſchiſmaticus ille ſcriptor, qui edidit Apologiam, cujus initium; *Nemo aſcendit in cælum;* olim ab Hutteno, & poſtea à Frehero evulgatam; itémque alius, qui Henrici vitam literis mandavit, cujus principium: *Quis dabit capiti meo aquam, &c.* nullam prorſus hujus privilegii mentionem fecerunt, cùm nulla re meliùs Henrici facta quàm hac Adriani conceſſione, excuſare licuerit? Et quomodo hoc privilegium eos latere potuit? qui omnia jura Imperii in ſcrinio pectoris ſui ſe continere arbitrabantur? An ideo ſiluerunt, quia vel nondum extiterat; vel ſi extitit,
C pro vano & fabuloſo ducebant?

Dixi cum Baronio; neminem Sigeberto antiquiorem hujus privilegii meminiſſe. Objicit iſte Anaſtaſium Bibliothecarium in ſua Hiſtoria, ídque Auctore Onuphrio in vita Gregorii VII. Reſpondeo, Onuphrium deceptum eſſe; vel lapſum memoria; quia in Anaſtaſii Hiſtoria nullum verbum hac de re extat. Vidi & legi Anaſtaſianam Hiſtoriam Manuſcriptam, beneficio ampliſſimi Domini MARCI VELSERI. Nihil de hoc in tota Hiſtoria: ſicut neque in Theophane Græco, quem itidem manuſcriptum Græcè legi, ex quo Anaſtaſius verbatim fer-
D mè hiſtoriam ſuam expreſſit. Nec tale quid comparet in Miſcella Hiſtoria, quæ & ipſa bonam partem ex Anaſtaſio eſt collecta. An tanti eſt Onuphrii error, ut ei omnes aſſurgere, vel etiam de ſtatione ſua cedere oporteat? Nam quòd mihi inequitat, quaſi libenter hoc occulerem, mentitur, cùm ego Onuphrium ex Bibliotheca Bavarica ediderim: Quis edere me coëgiſſet, ſi noluiſſem?

Mentitur autem Calviniſta, cùm dicit: *Onuphrium aſſerere, ſe verba ſui Capituli ex Anaſtaſio exſcripſiſſe.* Nuſpiam dicit hoc Onuphrius. Sed en eximiam probationem pro Onuphrio. Inſcriptio ſeu titulus Capituli, *Adrianus Papa*, apud Gratianum eſt. *Item in Hiſtoria Eccleſiaſtica.* (Meus liber; *Ex Hiſtoria*) *ergo ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Anaſtaſii; non ex Chronico Sigeberti, quod non appellatur Hiſtoria Eccleſiaſtica.* Acutiſſimè. E
An una tantùm eſt in mundo, *Hiſtoria Eccleſiaſtica Anaſtaſii*, ut ubicunque nomen *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* reperitur, Anaſtaſii Hiſtoriam Eccleſiaſticam intelligere neceſſe ſit? Secundò, tam criticè religioſus in Appellationibus non erat Gratianus, ut Chronicum, quod præcipuè res Eccleſiaſticas explicaret, Hiſtoriam Eccleſiaſticam nominare, religioni ſibi duceret. Nam quòd præterea ſtulteſcit Calviniſta, Chronicon Sigeberti non potuiſſe pervenire ad notitiam Gratiani, id inane diverticulum eſt: nam Sigebertus obiit Anno M. CXII. ùt in fine Chronici annotatur; Et Gratianus Decretum collegit, Anno M. CLI. quo temporis ſpatio, an Chronicum Sigeberti ad Gratianum pervenire non F
potuit? Sigeberti, inquam, qui non obſcuri, ùt iſte fingit, ſed clariſſimi ubique nominis erat; ipſis etiam ſchiſmaticis Imperatoribus cognitus.

Alter teſtis Sigeberto antiquior profertur Gregorius VI. Pontifex, apud Malmesburienſem lib. 2. de rebus geſtis Regum Anglorum, quem teſtem libenter recipiam, ſi Calviniſta probaverit orationem illam verè eſſe Gregorii VI. neque ei à Malmesburienſi appictam & affictam, eo modo, quo Rhetores aliis orationem attribuere ſolent. Nimirum Malmesburienſis, quæ ex Sigeberto hauſerat, ea Gregorium VI. proloquentem introducit; fabulæ, quàm rei geſtæ convenientiùs, ùt dixi in BASILICO DORO. Si tempore Gregorii VI. hoc Carolinum privilegium jam G
ventilabatur, & Eccleſiaſticæ libertati obtrudebatur, qui fit, S. Anſelmum Lucenſem, qui tam diligenter omnia adverſariorum argumenta diſſolvit; hoc, in quo cardo rei vertebatur, ſilentio tranſmiſiſſe? Et quomodo ſine cauſæ prævaricatione illud præterire potuiſſet, ſi tunc uſurpatum fuiſſet?

At vide nunc Calviniſtæ hujus ſtupiditatem. Profert Petrum Damianum, ut demonſtret, eſſe auctorem, Sigeberto antiquiorem, qui privilegii Carolini mentionem faciat. Et tamen apud Damianum in Diſceptatione inter Advocatum Regium, & Defenſorem Eccleſiæ Romanæ nullum penitus verbum de hoc privilegio comparet. Imò H
Regius Advocatus ita diſertè loquitur. *Eſto, quod nunc regia Celſitudo ex antiquorum conſuetudine Principum hoc ſibimet allegare non poſſit:* (hoc eſt, ſit ita, Regem Romanum ſibi jus eligendi & confirmandi Pontificem ex antiquorum exemplo & conſuetudine vendicare non poſſe) *veruntamen tu hoc negare non potes, quòd pater Domini mei Regis, piæ memoriæ Henricus Imperator, factus eſt patricius Romanorum, à quibus accepit in Electione ſuper ordinando Pontifice principatum.* Subdit poſtea, Idem Privilegium Henrico IV. Regi à Nicolao II. Pontifice, decreto Synodali confirmatum eſſe. Ubi vides tantum abeſſe, ut

Digitized by Google

A Advocatus iſte ad Privilegium Carolinum
provocet, ur antiquius reperire non poruerit,
rit, quàm unum Henrico Nigro à Romanis;
& alterum Henrico IV. filio conceſſum à Ni-
colao II. Cur non protulit Privilegium A-
driani conceſſum Carolo Magno? Tu locum
ita profers, quaſi protulerit. Sed dormitâ-
ſti, vel ebrius fuiſti, ſi non Baccho, ùt vi-
num eſt; ar certè Baccho, ùt furor eſt. Nam
quòd Defenſor Eccleſiæ Romanæ ſubjungit:
Privilegium invictiſſimo Regi noſtro ipſi quoque
defendimus, & ut ſemper plenum illibatúmque
poſſideat, optamus. Quodnam privilegium?
Num illud, dc quo Sigchertus? At in tota
illa Diſceptatione nullum de hoc eſt verhu-
lum. Quod ergo? Illud, de quo immedia-
tè dixerat Advocatus Regius; quod ſcilicer
Henrico patri à Romanis, & Henrico filio à
Nicolao II. conceſſum fuerat. De hoc Pri-
vilegio loquitur Defenſor Romanæ Eccleſiæ:
B &, ut iſtud Regi ſalvum mancat, precatur. Sed
mox cur ſalvum manere nequeat, cauſas ibi-
dem exponit; Er inter cæteras etiam hanc,
quòd Rex & Regii conrra expreſſa privilegii
verba delinquerent, & idco digni eſſent, qui
privilegium amitterent; ut omittam alia, quæ
de hoc privilegio diſſerit S. Anſelmus Lu-
cenſis contra Guibertum; & ego in Apolo-
gia contra Regem Angliæ cap. 5. & in extre-
ma Apologia pro Gtegorio VII.

Nunc re ex ſententia confecta vociferatur
Latronis frater. *I nunc Baroni, I nunc Bellar-*
mine, I Gretſere, & pergite privilegium hoc in
Sigeberti demum officina cudere & plaſmare. Cer-
C tè, quò minùs id faciamus, tui clamores
non obſtanr. Quòd enim dicis: *Henricum*
IV. injuſtæ Alexandri II. electioni ſe opponentem,
illud allegâſſe, & Cadaloum elegiſſe; id purum
putum eſt tuum mendacium. Nam Henri-
cus IV. in hoc negotio Privilegium Caroli
Magni nunquam allcgavit. Henricus V. in
Decreto apud Dodechinum illud citavit;
ſed jam plcnus Sigeherto, ùt & Walramus,
in libello de Inveſtituris, ſi tamen mala Il-
lyrici manus nihil vitij intulit. De Grego-
rio VI. jam diximus. Nicolaum II. Ale-
xandrum II. & totam Romanam Eccleſiam
Privilegium Carolinum agnoviſſe, & hoc
teſtari Defenſorem Romanæ Eccleſiæ, ſunt,
ùt minimum, quatuor mendacia Calvinia-
D na. Pontifices Romani Imperatoribus &
Principibus aliquando ſubfuerunt, de facto,
non de jure: quemadmodum olim ſuberant
Neroni, Diocletiano & aliis hujus notæ;
nam pii Imperatores nihil unquam Juris in
Romanum Pontificem, ejúsque electionem
ſibi arrogârunt, ùt ſuprà ex S. Anſelmo Lu-
cenſi audivimus. Si qui aliquid hujus ge-
neris tentârunt; ij ab Anteceſſorum ſuorum
pietate deſciſcentes, maluerunt ſe cum Re-
gibus Arianis, & cum Odoacre, Theodo-
rico, &c. conformare, quàm cum Impe-
ratoribus Orthodoxis; quod ſanè illis pa-
rùm honorificum erar.

Poſtea Calvinianus inſulsè nugari ingredi- E
tur de neſcio quo ſynallagmate inter Caro- *Pag. 155. 156.*
lum Martellum, & Gregorium II. & inter
Pipinum ac Zachariam. Nugando delaſſa-
tus, mentem ſuam mentiendo & ſycophan-
tando reficit nonnihil. Nam ex prima epi-
ſtola Barlaami Epiſcopi Gyracenſis quædam
de ſubjectione quarundam Eccleſiarum ita
commemorat, quaſi ea Barlaamus prohet;
cùm ea vehementer improhet. Commen-
dans enim in Romana Eccleſia unum prin-
cipium, ſeu unitatem capitis; ait hanc in
Eccleſiis ſchiſmaticis cum præſentiſſimo dam-
no non repetiri: nam Bulgaricam Eccleſiam
dependere à principe illius gentis; & Tri-
ballenſem ſimiliter à ſuo Principe; Antio-
chenam à Rege Armeniorum. Hieroſoly-
mitanam & Alexandrinam à Sultano Ægyp-
tio, neque quenquam apud iſtos Pontificem
eligi, niſi eum, quem vult Princeps. *Itaque* F
cùm ſit impoſſibile, inquit Barlaamus, *longi*
temporis progreſſu, prava conſuetudine paulatim
multa protrahente, non multa contingere, quæ
deſiderent generalem correctionem: generalitérque
aliquid corrigi ſine generali Concilio difficillimum
ſit: hæc quidem pars (Bulgarica, Triballenſis,
&c.) *poſſe communem aggregare Synodum, prin-*
cipalioribus ejus partibus ad unum convenienti-
bus, penitus amiſit, cùm non ſit videlicet in ea
caput tale, quod poſſet alios neceſſitate compellere.
Convenire Latinis verò neque hoc difficile eſt.
Hæc Barlaamus.

Valde arridet Calviniſtæ, quòd Triballica
Eccleſia ſuo Principi ſubjecta fuerit; & Hie-
roſolymitana cum Alexandrina Sultano Æ-
gyptio, neque ullum Paſtorem ſeu Præſulem,
ſine horum Principum conſenſu ſibi eligere
ac præficere potuerit: hoc, inquam, valdè
arridet Calviniano noſtro; qui ſimilem Hie- G
rarchiam in noſtris etiam Provinciis inſtitui
diſcupit; ita ut ſingulæ Eccleſiæ ſuis ſubdan-
tur Principibus & Magiſtratibus: cujus regi-
minis auſim dicere ne ipſos quidem Calvi-
niſtas Genevenſes patientes fore. Conſti-
tuat enim Magiſtratus ille aliquem Superat-
tendentem, vel, (quandoquidem æquali-
tas Lemannica Superintendentiam, more
Lutheranorum non admittit) alium quem-
cunque Miniſtrum ſine Miniſtrorum, ſeu
Conſiſtorij nutu, videamus, quomodo re- H
liqui Miniſtri cum plebe hunc novum Mi-
niſtrum excepturi ſint. Nec injuriâ poſſet
quis mirari, cur hæc Mahometica & Tri-
ballica Eccleſiæ adminiſtrandæ ratio magis
placeat palaro hæretico, quàm noſtra; niſi
Lutherus jam pridem in libro ad Nobilita-
tem Germanicam ſcripſiſſer; *apud Turcas eſſe*
longè melius & pulchrius Regimen, quàm apud
nos Chriſtianos.

A
CAPUT II.

Plura de commentitio Privilegio Adriani Papæ.

Pag. 157. ADeò Calviniſta circa primum Apologiæ meæ caput diffluit, ut in ejus oppugnatione ultra novem Papyri quaterniones, (quos Germani BOGIOS vocant) inſumat. Dixerat Calviniſta contra Baronium, Carolum Magnum, *poſt Ticinum in poteſtatem redactum, denuo Romam abiviſſe.* Docui hoc falſum eſſe, & reſpondi ad teſtimonia, quæ frater Latronis adduxerat. Nunc profert duos alios teſtes ſanè perquam nobiles. Unus eſt Radulphus de Columna Canonicus Carnotenſis, in libro de Translatione Imperij; qui tam clarus eſt,
B ut pauci natum nôrint. Alter eſt Nuſſienſis Monachus in Magno Chronico Belgico, quod Clariſſimus Vir Doctor Joannes Piſtorius publicavit. Et quamvis nomen Monachi Nuſſienſis eo loco non ſit adſcriptum, Calviniſta tamen Critico ſuo naſo Monachum Nuſſienſem odoratur, niſi Martinum Polonum intelligat: ex hoc enim iſta Chronici Magni petita ſunt. Sed Reſpondeo, hos duos jure aliis celebrioribus cedere; quia ex Eginhardo, & aliis vetuſtis ſcriptoribus conſtat, Carolum non niſi quater Romam veniſſe; nam primus ejus adventus fuit, quando adversùs Longobardos in Italiam venit, Anno DCC.LXXIII. & inde Romam DCC.LXXIV. Secundus fuit voti ſolvendi cauſa, Anno DCC.LXXXI. Tertius adversùs Ducem Beneventanum, Anno DCC.LXXXVII. Quartus ad reſtituen-
C dum Leonem Papam, Anno DCCC. Georgius Merula recentior eſt, quàm ut in hac cauſa ſententiam dicere debeat; Pejor autem Machiavellus, quàm ut audiri mereatur: Sigonium merito ſuo magni pendo, ſed ita ſi vetuſtis adverſa non ſcribat. Calviniſta preſſus auctoritate Eginhardi, expreſſè aſſerentis, Carolum quater tantùm Romam veniſſe; oggannit; Eginhardum ſui ipſius eſſe interpretem; addere enim: *quater tantùm illò votorum ſolvendorum ac ſupplicandi cauſa profectum eſſe.* Scilicet, quando poſt captum Ticinum Romam venit, ùt Calviniſta contendit, Deo Romæ non ſupplicavit, nec
D quidquam precum ſudit; ſed fortè Antiquitates Urbis & popinas luſtravit, more Sectariorum noſtri ævi Romam petentium. Scilicet, quando Romam venit illis vicibus, quas Eginhardus recenſet; nihil negotiorum Romæ geſſit. *Audi Eginhardum. Ultimi adventus ſui non ſolùm hæ fuêre cauſa* (vota ſolvere & ſupplicare) *verùm etiam quòd Romani Leonem multis affectum injuriis, erutis videlicet oculis, linguáque amputata fidem Regis implorare compulerunt. Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Eccleſiæ ſtatum, ibi totum hyemis tempus protraxit.* Ergo & cum cauſa ſupplicandi & vota ſolvendi negotiorum tranſactio conjungebatur; ſaltem hoc ultimo Caroli adventu; ut E proinde vanum ſit effugium, Eginardum loqui ſolummodo de illis adventibus, qui votorum & ſupplicationis causâ ſuſcepti fuerant; alii autem reſtent, negotiorum tantùm causâ inſtituti. Scilicet, ſi Carolus aliis temporibus Romam veniſſet; Eccleſiam beati Petri, quam præ cæteris ſacris & venerabilibus locis, teſte Eginardo, colebat, nunquam adiiſſet, ne quaſi propoſiti ſui immemor, non negotiorum cauſa, veniſſe videretur.

Admodum mihi inſultat latronis frater, quòd non viderim, fragmentum Pauli Diaconi de Epiſcopis Metenſibus editum à Pithœo. Licèt autem ſincerè fatear, me plurimos libros nec legiſſe nec vidiſſe; quod enim tempus omnibus evolvendis ſufficiat? F Utrum tamen viderim & legerim volumen duodecim coætaneorum ſcriptorum publicatum à Pithœo, arbitrari jubeo meorum librorum, præſertim Tomorum de S. Cruce, lectores. Nec verbum ampliùs huic calumniæ repono.

Ut nobis oſtendat Calviniſta, in fictitia illa, ſub Adriano I. Papa, Synodo conveniſſe centum quadraginta tres Epiſcopos, commemorat nobis, & quidem memoriter, ùt ait, nonaginta quatuor Epiſcopos, & quadraginta novem Abbates, qui, ſi calculus non errat, faciunt Prælatos CXLIII. Et quamvis apud Gratianum, & alios non indicetur, quot fuerint Epiſcopi, & quot Abbates; iſte tamen in concavo lunæ cum Icaromenippo Luciani, vel cum lunæ Kepplerianis indige- G nis diſtinctè, ídque per tubum novum Opticum Galilæianum, vidit, fuiſſe Epiſcopos XCIV. & XLIX. Abbates, ne uno quidem plures vel pauciores. Vidit etiam, quo ordine ſederint. Nam Abbas Aſculanus obtinuit ultimum locum, nempe C. XLIII. Epiſcopus Terviſanus locum XCIV. hoc eſt, poſtremum inter Epiſcopos: Primum; Epiſcopus ſanctæ Suſannæ, nam eo tempore in urbe Romana erant ſeptemdecim Epiſcopi: *Quos*, inquit Calviniſta, *nunc Cardinales vocant.* Et quamvis ſeptemdecim tantùm Epiſcopos Romanæ Urbi præficiat; poſtea tamen liberalitatis ſuæ non oblitus, in ipſo Catalogo tres ſuperadjicit, & viginti Urbis Romanæ Epiſcopos munificè nobis admeti- H tur. Et quamvis Gratianus, & alii de hac fictitia Synodo ſcribentes nominent Epiſcopos C. LIII. iſte tamen numero contracto, per canalem ſuum viſorium vidit tantummodò C. XLIII. quia decem alii minutiores erant, quàm ut ex tanta ſpacii intercapedine conſpici poſſent.

Et quis non admiretur memoriam hujus Calviniſtæ? *Quos quidem*, inquit, *memoriter recordari poſſim.* Si habuiſſet librum, multò plures recordatus fuiſſet, quandoquidem

Digitized by Google

A *memoriter* tam multos recordatus eſt. Jam longè ſuperat Hippiam. Si pergat, quo pede cœpit, Senecam quoque & Cyrum longo poſt ſe intervallo relinquet. Forſan & adoleſcentem illum Corſicum, de quo Muretus libro tertio, variarum lectionum capite pri-
Pag. 163. mo. Illud mirabile eſt, *ſyllogiſmum meum conſtare quatuor terminis, quando ſyllogiſmum nullum aut facio aut feci.* Tam acuti ſunt huic oculi, ut etiam *Terminos quatuor* in ſyllogiſmo cernat, ubi nullus prorſus eſt ſyllogiſmus. Nam quòd dicit, me proceres Caroli Magni appellâſſe κάκιστα ζῶα, *peſſima animalia*, id ejuſmodi mendacium eſt, quod ſatis indicat, Calviniſtam Goldaſtum non eſſe indignum, qui ſit latronis frater. Lector videat Apologiam meam, & quid de
Suprà pag. 184. c. hoc mendaciſſimo capite ſtatuendum ſit diſpiciat.

B Fatetur Calviniſta, *Carolum Magnum reliquiſſe Clero & populo liberam Epiſcoporum electionem*: Et extat ſuper hac re iſtud Caroli Magni decretum lib. 1. Legum Francicarum, cap. 84. Et apud Gratianum Diſt. 63. *Sacrorum Canonum non ignari, ut in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberius potiretur honore, aſſenſum Ordini Eccleſiaſtico præbuimus, ut ſcilicet Epiſcopi per electionem Clericorum, & populi ſecundùm ſtatuta Canonum de propria Diœceſi, remota perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & ſapientiæ donum, eligantur, ut exemplo & verbo ſibi ſubjectis uſquequaque prodeſſe poſſint.* Simile decretum de Abbatibus eligendis invenies in eodem lib. cap. 86.

C Occlamat Calviniſta: *Harum legum mentem non eſſe illam, quam Carolus velit, ſed quam ipſe*; nempe, *Clerum & populum cujuſque Diœceſis poſſe quidem eligere Epiſcopos, aliόſque Prælatos, ſic tamen, ut nullum eligant, niſi quem ipſe illis eligendum obtulerit; & hoc ſecundùm ſtatuta Canonum.* Hæc verò inſignis eſt libertas, & commemorabilis prærogativa. Do tibi facultatem, ut liberè eligas, quemcunque voles, ſed ea lege, ut nullum eligas, niſi quem ego volo.

Cæterùm hoc ſuo decreto adeò omne jus
D electionis abs ſe Carolus Magnus removit; ut ipſemet Gratianus ad cap. *Sacrorum* Diſtinct. 63. hæc liberè pronunciârit. *Ex Conſtitutionibus his*, nempe ex illis, quas ibidem recitaverat, *& pacto Ludovici* (de quo ibidem cap. 30.) *deprehenditur, Imperatores illis renunciâſſe privilegiis, quæ de electione ſummi Pontificis Hadrianus Papa Carolo Imperatori, & ad imitationem ejus Leo Papa Othoni primo Regi Theutonicorum fecerat.*

P. 164. 165. Capitulum, *Cùm Hadrianus*, apud Gratianum Diſt. 63. Calviniſtam hunc tantùm non ad inſaniam redigit; tam clarum eſt; Imperatoribus & Regibus nihil juris in Electione Pontificis competere. Furit itaque, fremit, & frendet, inſtar Dæmoniaci, & unam alterámve pagellam ſputamentorum ſuorum fœdiſſimo olenticeto conſpurcat. Ex qua amen- E
tis Calviniſtæ cloaca fruſtra fueris, ſi vel micam rationis ſperes. Inſania & furor eſt, quidquid in chartas exſpuit. Nec quidquam addo: quia in Apologia Baroniana ulcus hoc aperui. Hinc illæ lacrymæ. Illud non immeritò ſcire aveas, quis ſit ille Sixtus V. *Qui* Pag. 168.
Antonium Regem Navarræ banno excommunicationis abſolverit: de quo Philippus II. Hiſpaniæ Rex conqueſtus fuerit, & à ſententia Papæ ad Concilium in partibus Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Belgii celebrandum appellaverit; qua appellatione audita, Sixtus propoſuerit edictum: *De ſuperioritate Papæ ſupra Concilium.* Hæc omnia nihil aliud ſunt, quàm furioſi hominis ſomnia.

Sed en iterum Gretſero & Jeſuitis periculum impendet, ne cum fratre Calviniani hu- F
jus, immaniſſimo latrone, tollantur in rotam. Dicit enim Gretſerus; Ludovicum Adriani II. *Electionem approbâſſe, ſed nullum ei jus in ipſam electionem competiſſe.* Hîc Calviniſta vociferando ramices propemodum rumpit; &, ut Gretſerus pœnas det clamoſiſſimè expoſcit. *Audin, ſacratiſſime Imperator*, ait Goldaſtus Calviniſta, *& impunem dimittes hunc parricidam? Auditin' & vos Reverendiſſimi, Sereniſſimi & Superilluſtriſſimi.* Cur non & *Superreverendiſſimi*, & *Superſereniſſimi? Archiprincipes Electores, nec commovemini tanto contemptu?* O indigniſſimum facinus. Gretſerus id affirmavit, quod nemo, præter ſchiſmaticos & hæreticos, abnuit. Quis ergo dubitet, quin meruerit, quidquid frater hujus Calviniſtæ meruit, & pro meritis quoque G
accepit.

De Patricii dignitate ſeu Patriciatu mirabi- Pag. 179.
liter fatuatur: *Aliquando Imperatoriæ Majeſtati inſeparabiliter annexum, & perpetui Privilegii, & legis æternæ beneficium* eſſe clamat. Aliquando *Imperatoribus à Romano Senatu & populo collatum* ait, *nominatim Pipino, Carolo Magno, Henrico Nigro, & Henrico IV. hujus perpetui privilegii, & legis æternæ beneficio, etiam Henricum V. Imperatorem, Patricium Romanorum ſe ſcripſiſſe.* Si Patriciatus iſte erat Imperatoriæ Majeſtatis perpetuum privilegium, quid opus erat hanc dignitatem à Romanis accipere? Quid opus erat, ut Romani Imperatoribus, eam, tanquam peculiare quoddam H
decus offerrent? Mendacium autem eſt, Lotharium Imperatorem tentâſſe reſtitutionem hujus *Patriciatus* prout ab iſto depingitur. Nihil ſcriptores de tali Patriciatu, quia in hujus Novatoris cerebro natus eſt.

Inveſtituras ab Innocentio II. Pontifice denuo impetrare ſtudebat; ſed fruſtra, S. Bernardo obſtante, & graviſſima ſua auctoritate Regem ab his poſtulatis abſterrente, ut videre licet apud Baronium Tomo XII. Anno ſalutis M.C.XXXI. licèt Petrus Diaconus, de quo jam ſuprà, erga Innocentium non bene affectus, quippe Antipapæ ſectator, contrarium ſcribat; at non ex fide.

Sed

A Sed en ūnum tandem reperit Calviniſta Patricium Romanum in epiſtola Lucii II. ad Conradum Regem data Anno M. C. XL IV. qui nonnihil ad palatum ſuum faciat. Nam populus Romanus Pontifici rebellabat, & ut rebellionem ſuam firmaret, non modò proprios Senatores elegerat, ſed & inſuper Patricium Jordanem, Petri Leonis filium, adjecerat, cui tanquam Principi omnia ſua ſponte ſubmittebat. Deinde Pontifici omnia ſua Regalia tam intra, quàm extra urbem adimere, & inde Patricium ſuum locupletare volebat. Hic nimirum Patricius, à populo Romano, nullas veſaniæ ſuæ moras ponente, ùt Lucius Pontifex dicit, creatus, mirificiſſimè Calviniano huic placet. Et tales Patricios optat eſſe hodiernos Imperatores
B ac Reges: taléſque mendaciſſimè veteres illos Romanos Patricios Pipinum & Carolum fuiſſe deblaterat.

Dixeram, *Patriciatus dignitatem fuiſſe proximam à Conſulatu. Quæ hæc ſtoliditas*, vociferatur Calviniſta: *Patriciatus dignitatem conſulatu facere inferiorem?* Si *parricida legiſſet*, L. 3. C. *ubi Senatores*, & Novellam 81. in proœmio, & L. 17. C. Theod. *de pœnis*, & Sozomenum libro octavo, hiſtor. capite ſeptimo, & ipſum Caſſiodorum libro tertio, epiſt. 2. *num tam impudenter ſcripturus erat?* Reſpondeo, me legiſſe formulam Patriciatus libro quinto, Variarum Caſſiodori, ubi diſertè iſta. *Præfectorios & aliarum dignitatum viros præcedit* (Patriciatus ſeu Patricia dignitas) *uni tantùm*, (ſic enim rectè emendat Fornerius, pro, *unitatum*) *cedens fulgori*. (hoc
C eſt, conſulatui) *quem* (conſulatum) *interdum etiam à nobis conſtat aſſumi.* Ubi expreſsè Caſſiodorus, ſeu Rex Theodoricus affirmat, Patriciatum eſſe infra Conſulatum; ſeu quod idem; Conſulatum eſſe ſupra Patriciatum. Sed huic nodo reperit Calviniſta cuneum, at valdè craſſum, nec nodum findere idoneum: nam *Conſulatum Principis*, dicit eſſe *ſupra Patriciatum; at non Conſulatum privati.* Verùm Theodoricus Rex ſine ulla diſtinctione perſonæ aſſeverat, Patriciatum *uni fulgori*, hoc eſt, uni Conſulatui cedere; Non dicit, Patriciatum tunc cedere, quando conſulatus eſt in Principe; non cedere, quando eſt in privato; ſed abſolutè, Patriciatum uno conſulatu minorem eſſe; Hinc etiam Caſſiodo-
D rus Formulam Conſulatûs formulæ Patriciatus præpoſuit. Huc faciunt & illa Theodorici Regis ibidem verba. *Viciſtis felicitate Principes* (loquitur de conſulibus) *qui & honores ſummos geritis, & dominationis tædia non habetis.*

Jam ut ad ſingula loca à Calviniano nominata veniam. Reſpondeo I. Caſſiodorum lib. 3. epiſt. non dicere, Patriciatum eſſe ſuperiorem conſulatu; ſed, ſe *Importuno poſt faſces Conſulares emeritos, Patriciatus inſignia conferre.* Ex quo non extundes Patriciam dignitatem eſſe majorem conſulari, ſed hoc E
ſolummodo, eſſe diuturniorem, cùm tota vita duraverit; conſularis autem, cum Anno finito finita fuerit. Quapropter ſæpe accidit, ut qui priùs fuerat Conſul, poſtea demùm Patricius fieret.

In Sozomeno nihil aliud reperio, quàm Patricium vocari Patrem Imperatoris. Num ideo dignitas ejus major conſulari? Minùs adhuc juvat Calviniſtam Lex 17. lib. 9. Codicis Theodoſiani Tit. 40. imò ex hac lege ſatis evidenter apparet, Conſulatum eſſe potiorem & præſtantiorem Patriciatu; nam Imperatores jubent, ut Eutropii, qui Conſul & Patricius fuerat, omnia monumenta Conſularia, & Patriciana tollantur, (fuerat enim Eutropius Conſul & Patricius) ubi Conſula- F
tus Patriciatui anteponitur, & quidem graviſſima hac oratione; *Omnes res Eutropii, &c. ærarii noſtri calculis adjunximus, erepto ſplendore ejus, & conſulatu à tetra illuvie, & à commemoratione nominis ejus, & cœnoſis ſordibus vindicato, ut ejuſdem univerſis actibus antiquatis, omnia muteſcant tempora, &c. quòd divinum præmium Conſulatus lutulentum prodigium contagione fœdavit, &c. Patriciatus etiam dignitate atque omnibus inferioribus ſpoliatum ſe eſſe cognoſcat, &c.*

Novella LXXXI. nihil aliud dicit Juſtinianus, quàm Patriciatum patria poteſtate ſolvere, ùt & Conſulatum; nam Conſules *poſt Majeſtatem Imperatoriam nomen ſuum addunt* G
tempori, ùt ait Imperator: quæ ſanè magna Conſulum prærogativa erat.

Nec L. 3. Cod. *Ubi Senatores*, quidquam habet, ex quo Patriciatum conſulatui anteponi jure colligas. Nominat quidem Patricios primo loco. At poſtea nil dicit de Conſulibus, ſed de conſularibus. Aliud eſt autem conſularis; aliud, conſul. Imò ex hac ipſa lege ſatis perſpicuè apparet, Conſulatum fuiſſe ſuperiorem; nam cùm Lex definiat, ubi Patricii ſeu civiliter ſeu criminaliter conveniri debeant; ubi itidem alii in dignitate conſtituti; nihil de conſulibus, tanquam omni tribunali ſuperioribus, præſcribit. Miror verò Calvinicolam non protuliſſe Legem Zenonis, quæ eſt Tertia, Tit. *de Conſulibus* H
lib. 12. Cod. Ubi expreſsè imperator: *Nemini ad ſublimem Patriciatus honorem, qui cæteris omnibus anteponitur, aſcendere liceat, &c.* At ſi Calvinianus hanc Legem protuliſſet, ſtatim occinuiſſet Hotomannus, *Patriciatum non magiſtratus, ſed Ordinis nomen fuiſſe;* A Zenone autem anteponi non Conſulatui, qui Magiſtratus nomen eſt; ſed cæteris in ſolo ordine ſeu dignitate poſitis.

Mentitur poſtea Calvinianus, *tales hodie* Pag. 181.
eſſe in Imperio ſeptem Electores; & duodecim Patres in Gallia, quales olim Patricii à principibus adoptati. Si vociferator eſſem, qualis eſt Goldaſtus, contentiſſima voce advocarem Sep-

temvi-

A temviros Electores, (quos iſte *Archiprincipes* & *Superilluſtriſſimos* alioqui vocitat) & *Pares Franciæ*, ut hanc injuriam ſibi illatam vindicatum properarent, quandoquidem iſte tantos Principes celſioris loci non eſſe ſtatuit, quàm fuerit, v. g. Eutropius Eunuchus, Severinus Boëthius, Caſſiodorus, & alii, ad quos tanquam ad Patricios Imperatorum & Regum, epiſtolæ extant.

Simile mendacium eſt; *Imperatores* (loquitur de Chriſtianis) *paulatim Pontificatum Maximum ſibi adſcripſiſſe*; de quo multa dixi in Indiculo Impoſturarum Goldaſti, quas commiſit Tomo tertio ſuarum Conſtitutionum; nam religio fuerit dicere, *Imperialium*, cùm ipſe non paucas confinxerit.

B Simili fide affirmat, Imperatores *tandem ad ſe rapuiſſe Patriciam dignitatem, & iis, quibus lubebat, contuliſſe. Et horum reſpectu, ipſum Imperatorem ſeu Regem*, primum Patricium *appellatum eſſe*. Quæ omnia iſte ex ſuo deliro ſincipite procudit: Nam nullus hoc nomine affectus eſt, niſi qui id à ſuperiore quopiam accepiſſe videretur; quo pacto Theodoricus Rex à Zenone Imp. creatus eſt Patricius & Conſul; cùm ipſe tamen Rex Theodoricus, & Succeſſores, utpote Romanam Rempublicam tenentes, in qua Patricia dignitas extiterat, Patricios jure ſuo crearent.

C Mendacium eſt & illud, *Clodoveum Regem Francorum, per acceptos Codicillos de Conſulatu, quaſi collegam Imperii renunciatum fuiſſe*. Mendacium eſt & illud: *Conſulis nomine apud Turonenſem lib. 2. cap. 38. accipiendum eſſe patricium.* Adde & hanc Pſeudologiam: *Narſen ſeu Narſetem regnâſſe in Italia Patricio nomine, ſed poteſtate Regia, eadémque libera, exempta & abſoluta.* Fuit quidem Narſes Patricius; ſed quòd vi Patriciatus Italiam poſſederit, & in eam liberam, abſolutam, & ab Imperatoris Juſtiniani auctoritate exemptam poteſtatem acquiſiverit; id nemo niſi emotæ mentis affirmaverit.

D His mendaciis accenſe & illud: *Carolum Magnum, nomine Patriciatus ſui Romani, ſignificare Regnum Italiæ.* Scilicet, quidquid Calviniſta delirat, hoc pro oraculo nobis propinat. Nec diſſimile eſt mendacium; *tres Henricos, III. IV. V. indifferenter nunc Patricios, nunc Conſules indigitari; à Lamberto, & Adamo Bremenſi, quaſi Conſulatum & Patriciatum eodem ſignificatu accipiant.* Quod iſte nullo unquam exemplo monſtrabit.

Quia verò ſtigmatici magiſtri diſcipulus non ſemel B. Ivonem adducit, tanquam laicæ Inveſtituræ patronum, audiat, quid Ivo epiſt. 235. ad Henricum Abbatem Angliacenſem ſcribat. *De inveſtituris Eccleſiarum, quas Laici faciunt, ſententiam præcedentium Gregorii & Urbani, quantum in me eſt, laudo atque confirmo.* (En S. Ivo laudat id, quod Gregorius VII. & Urbanus II. contra Henricum IV. egerant) *Quocunque autem nomine talis perſuaſio propriè vocetur, eorum ſententiam, qui inveſtituras laicorum defendere volunt, ſchiſmaticam judico.* Et in epiſt. 238. ad Ioannem Archi-Epiſcopum Lugdunenſem. *Si verò congrua volumus rebus nomina dare: poſſumus dicere; quòd manualis illa inveſtitura per laicos facta, alieni juris eſt perſuaſio, ſacrilega præſumptio, quæ pro libertate Eccleſiæ & honeſtate, ſalvo pacis vinculo, ſi fieri poteſt, funditus abſcindenda eſt. Ubi ergo ſine ſchiſmate auferri non poteſt, cum diſcreta reclamatione differatur.* Et Archi-Epiſcopus Lugdunenſis ad Ivonem epiſt. 239. inter epiſtolas Ivonis. *Licèt exteriores inveſtituras per laicos factas non ſatis propriè hæreſis nomine cenſeamus: ſentire tamen ac defendere, fieri debere; indubitata hæreſis eſt.* E

Tandem Calvinicola ſibi epinicium canit, F
& arrogantiſſimis ſimul ac mendaciſſimis Pag. 191.
thraſoniſmis inflatus; *atque ita*, inquit, *Senatusconſultum legis Patriciæ ſive Regiæ aut Imperatoriæ*, (Imò tuæ ſtultitiæ & mendaciloquentiæ) *quod de imperio Caroli Magni latum eſt, indubitatis rerum & teſtimoniorum certiſſimisque argumentis verificavimus.* Quid tu, mendaciſſime Thraſo verificares? Si jam primùm verificâſti, antea ergo verum non erat) *& omnia in contrarium allata tantopere diluimus* (ſi quid conviciis & mendaciis dilui poteſt) *ut contra ſi quis ſentit, nihil ſentiat.* Adſtipulor, quisquis non ſentit tuam impudentiam & inſcitiam, eámque ad quidvis longè projectiſſimam, is nihil ſentit.

G Mox inſolentiſſimis thraſoniſmis adjungit Lemannici Evangelii ſectator; cohortationem ad Imperatorem & Imperii Ordines, *ut quæ ipſe mentitus & calumniatus eſt, ipſi in uſum revocent.* Et quis eſt, qui hoc ab Auguſtiſſimo Imperatore petit? Latronis frater, Calviniſta: Diobolaris pædagogus nobilium ab Alto Saxo; nunc fortè Francofurti aut Hanoviæ corrector Typographicus; qui tam mendax eſt, ut ne in hac quidem cohortatione ſibi à mentiendo temperare potuerit. Nam pactum Henrici V. cum Calixto II. de Inveſtituris Eccleſiæ reſignandis & relinquendis, mentitur fuiſſe HEMERINUM, unius diei, & vix natum periiſſe. Jus enim hoc poſtea integrum manſit Eccleſiæ, & quamvis Lotharius id libenter ad ſe retraxiſſet, nihil tamen efficere potuit, S. Bernardo interveniente; ùt ipſemet Goldaſtus fatetur; qui ſibi non conſtans ſuprà dixerat ex Petro Diacono, *Innocentium II. Inveſtituras Lothario reſtituiſſe.*

H Illud inſuper mendaciis deputa, *Lotharium ſequenti tempore in Italia Jus Epiſcopos inveſtiendi à Pontifice recuperâſſe*: quod nullo unquam probabili teſtimonio Calviniſta planum faciet. Item *hoc jus ſeu pactum Henrici V. cum Paſchali II. fuiſſe à Friderico I. exinanitum. Et abolitum ab Henrico VI. filio ejus. Et à Philippo; & ab Othone IV. à Friderico II. Henrico*

rico

A *rico VII. & ab aliis.* Ubi quot Imperatores nominat, tot mendacia effutit, quia pleriſque ex dictis alias ob cauſas controverſiæ cum Pontificibus interceſſerunt: & jus inveſtiendi per annulum & baculum adeò non eſt exinanitum aut abolitum, ut etiamnum Eccleſiæ ſalvum & integrum maneat. Nam quòd Calviniſta iterum clamitat; *tyrannica Hildebrandina Decreta, & Calixtinum Pſeudo-* Pag. 191. *privilegium* (ſic enim calumniator nominat ſanctiones Gregorii VII. & pactum Calixti cum Henrico V.) *fuiſſe profligata ex univerſa Hungaria, Bulgaria, Sclavonia, & conjunctis Regnis;* id meo periculo referas licèt in ſyllabum cæterorum commentorum, quorum ſanè innumerabilem copiam Calvinianus iſte B nobis ſuppeditat.

Ingens eſt & hoc mendacium; *Etiam hodie decreta horum Pontificum exulare à Regno Siciliæ, ab Imperatoribus primùm Henrico, Friderico & Conradis, Manfredóque Rege eliminata, & ab Alphonſo Aragonum Rege novis Reſcriptis fugata, quæ Carolus V. Imp. & Philippus II. Rex ra a habuerint.* Sed hæc omnia nihil aliud ſunt, quàm Calviniani capitis febrilia ſomnia & inſitæ mendaciloquentiæ luculentiſſima argumenta; nam in diplomate, quod ab Urbano II. Rogerio Comiti Calabriæ & Siciliæ conceſſum dicitur, nullum penitus reperitur verbulum de jure Inveſtituræ, ùt videre eſt in ipſo Diplomatis contextu apud Baronium Tomo XI. anno ſalutis M.C.XVII. C Neque ullus Siciliæ Rex prætextu Diplomatis illius Inveſtituras Epiſcoporum ſibi vendicavit, eo modo, quo id factum ab Henricis IV. & V. Et ſumma injuria afficit calumniator Invictiſſimos Principes Carolum V. & Philippum II. dum de illis ita ſcribit, quaſi ipſi in Regno Siciliæ *per annulum & baculum Epiſcopos inveſtiverint:* quod licèt longè vaniſſimum ſit; à vaniſſimo tamen Calviniſta pro ipſa veritate lectori incauto obtruditur. Et ne in Imperatores, ac Reges ſolummodo caninos dentes ſuos ſtringat, mox Eulalium, Epiſcopum Syracuſanum (Calviniſta imperitè Papam facit) aggreditur; D quem ſomniare ait ipſe ſomniatorum primipilus, ob hoc decretum apud Gratianum 16. q. 7. *Laicis, quamvis religioſis, nulla de Eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur attributa facultas.* Ubi Gloſſa; *Hoc verum eſſe de jure communi. Secùs, ex ſpeciali privilegio.* Quod dictum Gloſſæ Calviniano valde arridet. At quid inde pro ſe exſculpit? Num ideo non eſſe commentitium & apocryphum privilegium de Inveſtituris, quod Carolo Magno conceſſum dicitur? Quis negat jus diſponendi de Eccleſiaſticis facultatibus ex ſpeciali ſummi Pontificis privilegio competere poſſe laicis? Quid hoc ad tua phantaſmata, qui Imperatoribus & Regibus omne jus in bona temporalia Eccleſiarum ſtultè tranſcribis, reſpectu ADVOCATIÆ; & in alia, atque adeò etiam E in ipſum Papam ratione ſummi Pontificatûs, ſed à te conficti, qui non tantùm Imperatores novos & inauditos creas, ſed eoſdem etiam pro poteſtate tibi à teipſo conceſſa, ad ſummum Pontificatum evehis.

Adverte & hoc obſervantiæ Calvinianæ erga Auguſtiſſimum Imperatorem indicium: cujus prædeceſſores arguit viliſſimus iſte pædagogulus *ſupinæ & diuturnæ tolerantiæ vel conniventiæ.* Nimirum, quia in jus Eccleſiaſticum involare, & uncas manus bonis Eccleſiaſticis inferre noluerunt; ideo coguntur Calviniano huic crura ſecanda præbere. Ut autem Imperatorem ad audendum exſuſcitet, proponit latronis frater Machiavellum, hominem Atheum omniúmque Regnorum & Imperiorum certiſſi- F mam peſtem: & Aventinum hæreticum. Sed Imperator Catholicus tam hos, quàm iſtum res ſuas ſibi habere; nec gaudere, ſed plorare, & ùt Calviniſta loquitur, *in malam peſſimam crucem cum maligniſſima & perpetua maledicentia,* & mendaciloquentia abire jubebit. Pag. 207.

CAPUT III.

De Synodo Francofordienſi, & Hæreſi Feliciana.

TRia facit in hoc capite Calviniſta. Primùm *more ſuo ſolens*, impigrè mentitur: ex quibus mendaciis excerpſi G nonnulla (quis enim omnia poſſet, niſi integrum Novatoris librum tranſcribere vellet?) in ſecunda Pſeudologiarum Goldaſticarum Centuria. Itaque hic nihil addo, & ad alia propero. Cap. 14. Pag. 198.

Secundò, affirmat Carolum Magnum non modò Synodum Francofordienſem convocaſſe, ſed & eidem præſediſſe: interim obmuteſcit ad ea, quibus in Baroniana Apologia hanc vanitatem redargui. Quanquam convocaverit Carolus hanc Synodum; at id non ſua, ſed Adriani Pontificis, vel aliorum Epiſcoporum auctoritate fecit; qui convocationem Conciliorum ſæpè Imperatoribus & Regibus demandare ſolebant, ut eò eſſet efficacior, & quia compluribus tenuioris alioqui fortunæ Epiſcopis non modò viæ impenſas ſuppeditare poterant, ſed & reipſa ſuppeditabant. Contuliſſe autem H Carolum Magnum cum Adriano Papa de Hæreſi Feliciana extirpanda teſtis eſt ipſemet Carolus in Epiſtola ad Elipandum Epiſcopum Toletanum his verbis. *Idcirco vobis per ſingulos libellos dirigere curavimus, ut quid prædictorum patrum pia unanimitas & pacifica perſcrutatio invenire ſtatuiſſet, confirmaret. Primò, quid Dominus Apoſtolicus cum ſancta Romana Eccleſia & Epiſcopis in illis partibus, quaquà verſum commorantibus, & Catholicis Doctoribus ſentiret, ſub unius libelli tenore ſtatuimus.* Cap. 2. Pag. 188. 189.

A Ibid. *Imò & ad beatiſſimum Apoſtolicæ Sedis Pontificem de hac nova inventione noſtra devotionis ter quatèrque direximus Miſſos, ſcire cupientem quid ſancta Romana Eccleſia, Apoſtolicis edocta rationibus, in hac reſpondere voluiſſet inquiſitione.*

Adde ipſummet Adrianum Pontificem in Epiſtola ad Epiſcopos Galliciæ & Hiſpaniarum. *Dilectiſſimus filius noſter & ſpiritalis compater, Dominus Carolus, Magnus & venerabilis Princeps, &c. ſæpe nos ſtyli ferculo, Catholicæ fidei epulas offerendo, multa refectionis dulcedine ſatiare conſuevit. Sed quoniam ferventi ſuccenſus fidei zelo, ea, quæ contraria orthodoxæ fidei Spaniarum de confiniis allata ſibi* B *perſenſit, noſtris curavit ſumma pernicitate obtutibus præſentari, B. Petri amore feliciter obſtrictus, non renuit illi honorem debitum exhibere, & ſedis ejus præſulem dignum duxit ſacris ſyllabis conſulendum, Regiam ſcilicet vel Canonicam placuit ei conſuetudinem renovare, &c.* Quod ad præſidentiam attinet, Carolum Concilio non præſediſſe, planum fit etiam ex ipſius propria confeſſione in Epiſtola ad Elipandum, ubi ipſe non dicit primo vel ſecundo vel terrio loco, quid de dogmate Elipandi & ſectatorum ſentiendum ſit, ſed primum locum tribuit *Domino Apoſtolico cum ſancta Romana Eccleſia*, & Epiſcopis in illis partibus. Secundum & tertium locum aliis aſſignat. Et rum demum, *quarto loco*, inquit Carolus, *meæ propriæ unanimitatis cum his ſanctiſſimis prædictorum Patrum decretis & Ca-* C *tholicis ſtatutis conſenſum ſubnexui, ſicut vosmetipſi in veſtra Epiſtola, quam meo ſpecialiter deſignâſtis nomini, rogare curâſtis, id èſt; ne ſubdolis paucorum aſſertionibus conſentirem, ſed plurimorum teſtimoniis roboratam fidem tenerem. Facio certiſſimè Deo Domino meo JEſu Chriſto donante, horum me ſanctiſſimæ multitudini & probatiſſimæ auctoritati aſſocians, nec veſtræ me paucitati in conſenſione hujus novæ aſſertionis ſocium admitto, ſed Apoſtolicæ Sedi, & antiquis ab initio naſcentis Eccleſiæ, & Catholicis traditionibus, tota mentis intentione, tota cordis alacritate conjungo.* Hæc Carolus.

Ex quibus liquet, Carolum nec in Concilio, neque extra in cognoſcendis & indicandis Eccleſiaſticis controverſiis, Epiſcopis ſeſe antepoſuiſſe; alioqui ſenſum animi ſui primo, non poſtremo loco aperuiſſet; nec D ſe Epiſcopis poſtpoſuiſſet; ſed antetuliſſet; nec filium & defenſorem Eccleſiæ, ſed judicem & præſidem ſe nominâſſet, & ab aliis nominari voluiſſet. In Annalibus Francorum à Pithoeo editis dicitur Synodus Francofordienſis celebrata *præſente Magno Principe Carlo, & Miſſis Adriani Apoſtolici Theophylacto & Stephano Epiſcopis.*

Sed en geminum arietem, quo latronis frater Imperatoribus præſidentiam in Conciliis aſſerit. Primus eſt ex Concilio Erphordienſi apud Jvonem p. 14. cap. 125. in quo E dicitur. *Decrevit ſancta Synodus cum conſilio Sereniſſimi Principis.* Alter aries eſt; *Henricus IV. teſte Lamberto, anno M. LXIX. Moguntiam properabat, cupiens ipſe in diſcuſſione tanti negotii cum Archiepiſcopo cognitor aſſidere. Ergo Imperatoris eſt præſidere Conciliis: quidquid tota antiquitas contra dicat.* At quis ex verbis illis Concilii Erphordienſis hanc conſecutionem extundat, niſi amens Calviniſta? *Decrevit ſancta Synodus cum conſilio Sereniſſimi Principis*, (qui fuit Henricus II. ſi non hallucinatur Calviniſta) *ut ſi deinceps aliquis Epiſcopus ſui miniſterii oblitus, &c. Sciens cum excommunicato communicaverit, excommunicatus habeatur, &c. ergo Princeps fuit præſes Concilii.* Perinde ac ſi quis diceret: Concilium Tridentinum damnavit Lutheri & Calvini errores cum conſilio Caroli V. & Ferdinandi Impp. ergo Carolus V. & Ferdinandus fuerunt Concilii Tridentini præſides. E

Nec altera conſequentia proba eſt. *Henricus IV. adfuit Concilio Moguntino ob Carolum Epiſcopum Conſtantienſem Simoniacum celebrato;* adfuit, inquam, *ùt cognitor, ergo ùt præſes.* Argutè. Quotquot aſſeſſores in Comitiis Imperialibus adſunt, tot utique cognitores ſunt; quia omnes cognoſcunt cauſam propoſitam: an ideo omnes ſunt præſides? Ut omittam dicere; in Actis Concilii illius, quæ in altera parte hujus operis reperies, diſertè affirmari, ſtatim ipſo in veſtibulo, Sigefridum Archi-Epiſcopum Moguntinum huic Synodo præſediſſe.

Dixeram, Felicem Urgelitanum non tantùm errore de adoprione Chriſti; ſed & alio G de cultu Imaginum infectum, atque adeò etiam Iconomachum fuiſſe: citaveram cùm alios, tum Dungalum in libro de imagiuibus contra Claudium Taurinenſem, oggannit frater latronis, *Etiam Cruſium, Stumphium & Joannem Marium id tradere.* Eò minùs falſitatis arguere debebas, quod aſſerui, quandoquidem ipſi Iconomachi Stumphius & Cruſius, Felici Iconomachiæ dicam ſcribunt. Ait Calviniſta; *ſe neſcire, num Dungalus ater an albus fuerit.* Candidus eſt, ne dubites. Teſtatur id apertè candidiſſimum ejus opus, quod ſub Ludovico Pio adversùs ater- H rimum Claudium Taurinenſem elucubravit, quod nuper in Secundum Tomum Auctarii ad Bibliothecam SS. Patrum illatum eſt. Conatur Calviniſta Dungali verba aliò rapere, ne Felix Urgelitanus videatur hoc in capite Calvini Sectatoribus ſimilis. Sed fruſtrà eſt. Dungali verba ſatis perſpicua ſunt, nec Calvinianæ ſepiæ atramento obſcurari, multóque minùs obliterari poſſunt.

***

CAPUT

A
CAPUT IV.

De Præfatione Caroli Magni in ſua Capitularia.

MAgnum Privilegium eſt noſtri Calviniſtæ, ex præfationibus facit *Conſtitutiones* & *Edicta*; & rurſus ex *Edictis*, *Capitularia*, nam hæc præfatio in Primo Tomo Conſtitutionum erat *Edictum*; in Irrationali, *Conſtitutio*. In Tertio Tomo fit *Capitulare*: Antea erat: *De diſciplina Eccleſiaſtica, & officio Epiſcoporum*: Nunc in Tertio Tomo aliud ſchema & lemma videmus: *De Reformatione Eccleſiæ & diſciplinæ Chriſtianæ.* Ita pro vertigine malè feriati ſui ſincipitis & occipitis nunc hac, nunc illa appellatione ſcripta
B Imperatorum & Regum frater latronis afficit. Qui quòd ait, *ſe*, *cùm Conſtitutionum ſuarum Centones moliretur*, *non vidiſſe Capitularia à Pithœo edita*, *in eo certè nullam veniam meretur*: cùm Petrus Pithœus leges Francicas Pariſiis publicârit anno M. D. LXXXVIII. Iſte verò Calvinianus primum ſuum *Tomentum* ſuarum Conſtitutionum evulgârit anno M. DC. VII. hoc eſt, undeviginti annis poſteriùs. Nec Capitularia ab Amerbachio edita viderat; ipſomet teſte, ne quis locupletiorem deſideret: quæ quòd à Buſæo & Gretſero, Carolo Magno imperitè attribui aſſerit, neglecto Lothario, mentitur, & mendacium hoc refellit ipſe titulus editionis Amerbachianæ & Buſæanæ, qui eſt iſte. *Caroli Magni*
C *Conſtitutiones præcipuæ tam Eccleſiaſticæ, quàm politicæ. A HLOTHARIO Imp. ejus Nepote in Epitomen redactæ.* Fuerunt ergo Conſtitutiones iſtæ Caroli Magni tanquam auctoris: Lotharii tanquam Abbreviatoris. An non Caroli Magni nomen in ipſo ſtatim Capitularis ingreſſu, velut Conditoris apparet? Dolendum autem, latronis fratri tam ſerò obtigiſſe Leges Francicas à Pithœo editas; jam enim in Tomum ſuum primum plus quàm mediam partem libri primi legum Francicarum transtuliſſet. Sed fortuna hæc Tertio Tomo debebatur; nimirum ut legum Francicarum acceſſione ſpiſſeſceret; ſub alio tamen habitu.

Mentitur Calviniſta, quando ſcribit, me dixiſſe Carolum Magnum leges (ſeu, ùt Calviniſta vocat, *Capitulare*) ad Eccleſiaſticos
D ſpectantes, feciſſe, *ex ſolo nutu & permiſſu Epiſcoporum.* Certè particulam iſtam excluſivam *ex Solo*, nunquam Calviniſta in meo libro oſtendet. Multò minùs monſtrabit hanc, quam mihi affingit, illationem: *Ergo Imperator nihil fecit; nihil facere potuit, niſi quod ab Epiſcopis juſſus eſt: nec ullam habuit Eccleſiaſticam juriſdictionem.* Quanquam hoc poſtremum verum eſt: nam nec Imperator, nec Rex, quà talis, ullam Eccleſiaſticam juriſdictionem habet; Petro enim & ſucceſſoribus, non Tiberio & ſucceſſoribus dictum eſt; *Tibi dabo claves regni cælorum.* Quàm enim Carolus Magnus nihil juris in rebus vel E
perſonis Eccleſiaſticis ſibi vendicârit, ſatis teſtatum faciunt hæc ejus teſtimonia, quæ Calviniſta in ſuum Tertium Tomum intulit. *Carolus gratia Dei Rex, &c. & devotus ſanctæ*
Eccleſiæ defenſor, atque adjutor in omnibus; Apo- Pag. 137.
ſtolicæ Sedis hortatu, omniúmque fidelium noſtrorum & maximè Epiſcoporum, ac reliquorum Sacerdotum conſultu, ſervis Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, &c. prohibemus, &c. Et in Decreto: *De purgatione Sacerdotum*, ùt Calviniſta indigitat.

Iſta verò omnia, quia vires noſtras excedunt, Pag. 134.
in judicio Epiſcoporum juxta Canonicam ſanctionem, definienda relinquimus &c. Et in Edicto F
(ſic vocat Calviniſta) *de armis prohibitis ſacer-* Pag. 142.
dotibus. Secunda vice propter ampliorem obſervantiam Apoſtolica auctoritate (hoc eſt, ſummi Pontificis) *& multorum ſanctorum Epiſcoporum admonitione inſtructi, ſanctorúmque Canonum regulis edocti, &c. volumus, ut nullus ſacerdos in hoſtem pergat.*

Quòd verò poteſtatem concilia convo- Pag. 133.
candi ſibi non arrogârit, vel ex hoc ejus Capitulari liquet. *Auctoritas Eccleſiaſtica atque Canonica docet, non debere abſque ſententia Romani Pontificis concilia celebrari.* Hæc & ſimilia cùm latronis frater legit, imò etiam in ſuas
Farragines tranſcribit; tunc cæcus eſt, ocu- Pag. 148.
líſque apertis nihil videt, ùt & tunc cùm in ſuo libro iſtæc de immunitate Eccleſiaſticarum perſonarum lectitat. *Volumus, ut neque* G
Abbates & Presbyteri, neque Diaconi & Subdiaconi, neque quilibet de clero de perſonis ſuis ad publica vel ſecularia iudicia trahantur, vel diſtringantur, ſed à ſuis Epiſcopis adjudicati juſtitias faciant. Si autem de poſſeſſionibus ſuis ſeu Eccleſiaſticis ſeu propriis, ſuper eos clamor ad judicem venerit, mittat Iudex clamantem cum Miſſo ſuo ad Epiſcopum, ut faciat eum per Advocatum juſtitiam recipere.

Nec vidit Calviniſta hanc Caroli legem, Pag. 134.
quam tamen in ſuum quoque Tertium Centonem importavit, ſed clauſis oculis. *Si quæ cauſæ vel contentiones inter Clericos & Laicos tam majoris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ, placuit, ut ſecundum Synodum Nicænam congregatis omnibus, ejudem provinciæ Epiſcopis jurgium terminetur, nec cui liceat (ſine præjudicio tamen Eccleſiæ Romanæ, cui in omnibus cauſis debetur reverentia cuſtodiri) relictis his ſa-* H
cerdotibus, qui in eadem provincia Dei Eccleſias, nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, &c.

De deſcenſu Chriſti ad inferos mentitur. I. quòd ingenuè fatear, articulum hunc ſub articulo; *Sepultus eſt*, comprehendi. Nam primùm, non tantùm nominavi hunc articulum, ſed & illum: *Mortuus eſt.* Deinde non abſolutè dixi, Articulum de Deſcenſu ad Inferos, comprehendi ſub his articulis; ſed à nonnullis veteribus, qui hunc Articulum disertè & expreſsè in ſymbolo non com-

A memoraverant, ſub prædictis Articulis comprehenſos eſſe. Mentitur ſecundò *no! fruſtra hactenus Proteſtantium interpretationem oppugnâſſe, ſi Articulus de deſcenſu contineatur ſub illo: Sepultus eſt.* At non dixi contineri ſub illo, niſi ex quorundam ſententia, qui *Deſcenſus* expreſſam mentionem non fecerunt. Deinde, Calviniſtæ, & his affines Deſcenſum Chriſti ad inferos ſimpliciter, quod ad rem ipſam attinet, negant: ùt ex propriis ipſorum ſcriptis oſtendit Bellarminus lib. 4. de Chriſto, & ego itidem in Defenſione ejuſdem libri.

B Inſaniæ tuæ muſcerdas, quibus librum meum, quem inſcripſi, *Murices Catholicæ & Germanicæ antiquitatis*, inquinare ſtuduiſti, tantum moror, quantum teipſum, hoc eſt, penitus nihil; ſcio enim librum illum plurimis & placuiſſe, & etiamnum placere. Illud potiùs moror, quòd tertiò mentiris; in ſymbolis antiquis Germanorum, non reperiri *Deſcenſum Chriſti ad inferos.* Citaveram enim duo, quorum alterum ſatis vetuſtum; alterum vetuſtiſſimum; ex Bibliotheca S. Galli deſcriptum: cujus Apographum ad Ampliſſimum Dominum MARCUM VELSERUM miſeram; ille, ad Freherum, qui cum notationibus publicavit. In utroque Articulus de Chriſti ad inferos deſcenſu comparet; ùt & in ſymbolo vetuſto Saxonico, quod idem Freherus cum Scholiis evulgavit anno M. C. X.

C Occlamat Calviniſta: *Symbolum hoc non fuiſſe à Germanis compoſitum, nec in Germania factum, ſed eſſe Romanum, ex latina lingua traductum.* Hactenus arbitrabar ſymbolum Apoſtolicum eſſe apud omnes Chriſtianas nationes, re unum; etſi ſono verborum diverſum; inſuper ſymbolum tam Germanorum, quàm Polonorum, Italorum, Gallorum, Hiſpanorum, non aliunde, quàm ex primogenio Apoſtolorum ſymbolo manâſſe, ſive hoc primitus Hebræo, ſive Græco ſermone conceptum fuerit. Nunquam inaudieram, Germanos proprium, & quidem in Germania ſymbolum condidiſſe, quod ex archetypo non profluxerit. At
D nunc, ùt alia multa, ſic & hoc demum condiſcere cogor, Germanis proprium eſſe ſymbolum, & in Germania natum; non modò quoad linguam; ſed & quoad rem: cujus videndi, fateor, me perquam cupidum eſſe.

Quòd verſionem Germanicam hujus præfationis acceperis ex veteri codice manuſcripto, id tum tibi aſſentiar, ubi codicem illum mihi contemplandum obtuleris. Nam oculis meis fidem habebo, non tibi. Nec potuit Carolus *Palatium Aquenſe* vocare *Palatium Cæſareum*; ùt vocavit impoſtor Interpres; cùm eo tempore necdum Imperator eſſet; neque etiam ſe Imperatorem futurum ſciret. Et quamvis ſcriptor aliquis *Cæſaream* vel *Imperialem* per anticipationem appellare queat illam domum, quæ poſtea demùm Cæſarea, E
aut Imperialis facta eſt; ùt ſi quis palatium Regis Ferdinandi nominet Cæſareum, etiam antequam Cæſar ſeu Imperator eligeretur, reſpectu nimirum ad id, quod poſtea contigit, habito; inauditum tamen eſt, ut Princeps ipſe ſuum Palatium priùs vocet Cæſareum, aut Imperiale (ein Kayſerlichen Palaſt) quàm ipſe ſit Cæſar aut Imperator; id quod fit in Germanica verſione hujus præfationis Carolinæ; contra fidem Latini textus, ubi non Cæſareum vel Imperiale; ſed *Palatium publicum* legitur.

CAPUT V.

Utrum Romanum Imperium ſit hæreditarium?

CAlviniſta caput ſuum XVIII. inſcripſerat, *de Teſtamento Caroli Magni.* Sed F
à Teſtamento hoc pauciſſimis verbis ſeſe expedit, diſſimulans omnia, quibus inſcitiam & calumnias ſuas repercuſſas vidit. Et ut lectorem aliò traducat, ne animadvertat, quid & quantum ſilentio tranſmittere cogatur, non habens, quo ſe tueatur, opus ſanè perquam grande aggreditur; *Et Imperii ſeptemviros electores res ſuas ſibi habere, & de ſtatione ſua decedere jubet.* Quid ita verò? *Quia Imperium Romanum hæreditarium eſſe, & jure hæreditario acquiri & poſſideri affirmat.* Quo poſito, non magis opus eſt Electoribus, quos iſte adulatoriè *Archi-Principes* nominitat, quàm iis opus ſit in Gallia aut Hiſpania, ubi omnis ſucceſſio eſt à ſanguine.

G Ite nunc Reverendiſſimi, Sereniſſimi & Illuſtriſſimi Electores, & Calviniſtæ huic debita præmia reddite, eò quòd ſupremum, quo fulgeſcitis honorem, vobis adimere geſtiat; & quidem non ſine atrociſſimis conviciis: qui jus liberæ Electionis pro ſucceſſione generis, ab *Hildebrando Tyranno* fluxiſſe dicit. Cùm ergo Electores inſtituti ſint, quòd Imperatorum non eſſet hæreditaria ſucceſſio, ſed libera electio, oportet, ut ſi quis Calviniſtæ hujus veſtigia ſecutus originem Electorum in ipſis quaſi incunabulis, rimari velit; eam in tyranno & tyrannide Hildebrandina reperiat: quandoquidem, ùt Calviniſta impudenter mentitur, *Gregorius VII. primus fuit, qui ſucceſſionem hæreditariam in liberam electionem commutavit.* Hic ni- H
mirum eſt honor, quem iſte frater latronis ſeptemviris Electoribus, &, ùt ipſe loqui amat, *Archiprincipibus* habet: qui, quòd Imperium Romanum hæreditarium non ſit, id refert *ad Antichriſtum, pacis hoſtem, diſcordia-* Pag. 221.
rum auctorem, ſeditionum fomitem, rebellionum ſeminatorem, unitatis inimicum, fœderum violatorem, religionis peſtem, perfidiæ fautorem, malorum ſcaturiginem, miſeriarum originem, denique omnium calamitatum in Imperio fontem perennem.

A *nem.* En, Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Principes Electores, ad quæ incunabula dignitatem veſtram, ab Imperatoria proximam, Calvinianus iſte reducat: qui tamen prædictis verbis non Pontificis ullius, ſed Calvini & Calviniſmi Encomia percenſuiſſe mihi videtur.

Adjungit latronis frater, Henricum VI. *voluiſſe antiquam de ſucceſſione generis legem ſtabilire:* quod nihil aliud eſt, quàm Henricum VI. dignitatem ſeptemviralem abrogare voluiſſe, jam enim inſtituta fuerat, ùt alibi probatum. Quid enim loci ſeptemviris ſupereſt, ſi nullus locus liberæ electioni, omnibus ad ſucceſſionem ex una ſtirpe revocatis?

Henricum VI. laboraſſe, ut filius ſuus Fridericus ſibi in Imperio ſuccederet, laborémque ejus irritum non fuiſſe, notum eſt ex Hiſtoriis. At Henricum talem conſtitutio-
B nem edidiſſe, qua libera electio in hæreditariam ſucceſſionem verteretur; id ab Hiſtoricis notæ & famæ alicujus non traditur; nam is, quem Calviniſta ex Magno Chronico Belgico producit, obſcurior eſt, quàm ut adversùs cæteros audiri mereatur. Et qualénam illud ſtatutum? *Ordinavit etiam, ut mulieres, maſculis deficientibus, ſuccederent in hæreditatem.* Ubi unquam auditum eſt, mulieri, ratione hæreditatis, vel ullius alterius tituli, patuiſſe aditum ad Romanum Imperium? Et tamen bellus iſte Gloſſographus hanc gloſſulam adjicit? *Eſt interpretatio Legis Salicæ, quam plerique Doctores contra mentem legiſlatoris hactenus torſerunt.* Quo-
C modo Interpretatio Legis Salicæ, cùm hæc fœminas disertè à ſucceſſione excludat; neque alia cauſa ſit, niſi lex Salica, cur in Galliarum Regno mulieres non ſuccedant? Et tamen iſte tam egregius Imperialis Majeſtatis aſſertor, etiam ſequiorem ſexum ad Imperatorium thronum evehit, & quidem jure hæreditario; & ex lege Salica. Quid lex Salica ad *Imperium Teutonicum;* ùt iſte ſæpius appellat; Forſan ex afflatu ſpiritus Zvvingliani, qui nomenclaturam Imperii Romani, odio Romæ funditus exterminatam cupiebat.

Recitat Illuſtriſſimus Baronius Tom. XII. anno ſalutis M. CXCVII. Num. 9. Teſtamen-
D tum Henrici VI. Imp. Quod ipſe etiam Calviniſta in tertium ſuum Centonem inſerſit: ſed quia Teſtamentum hoc naſo Calviniano non placet; ideo tanquam fabuloſum & fictitium traducitur. Et quibuſnam argumentis? Teſtamento Friderici II. Imp. ut hac ratione clavus quaſi clavo trudatur. Quid ergo Fridericus in ſuo Teſtamento? *Relinquo totam terram Eccleſiæ liberam, & volo, quòd jura Eccleſiæ reſtituantur.* Hoc ſcilicet valdè repugnat verbis Teſtamenti ab Henrico conditi, quæ ſunt iſta. *Imperatrix conſors noſtra, & filius noſter Fridericus Domino Papæ & Eccleſiæ Romanæ exhibeant omnia jura, quæ à Regibus Siciliæ conſueverunt habere; & Domino Papæ ſecuritatem faciant, ſicuti Reges Siciliæ Summo Pontifici, & Romanæ Eccleſiæ facere conſueverunt.* E

Sed en aliud caput ex eodem Teſtamento Friderici. *Meum hæredem relinquo Conradum in Imperio Romano, & Regno Siciliæ.* Jam ergo proſtratum jacet Teſtamentum Henrici VI. à Baronio prolatum: quia in illo legimus: *Si filius noſter* (Fridericus II.) *ſine hærede deceſſerit, Regnum Siciliæ ad Romanam Eccleſiam deveniat.* At Fridericus II. non deceſſit ſine hærede: non eſt ergo mirum, ſi Regnum Siciliæ reliquit Conrado filio ſuo; id enim conſentaneè Teſtamento Henrici VI. fecit.

Sed nunc tempus exigit, ut ſigillatim conſideremus argumenta, quibus probare nititur, Imperium Romanum eſſe hæreditarium. Primum. Carolus Magnus ſuo in Teſtamento ita loquitur. *Hujus à Deo conſervandi Regni vel Imperii hæredes relinquere.* Item: *Diviſiones à Deo conſervati & conſervandi Imperii vel Regni noſtri tales facere placuit.* Et ſub finem: *Poteſtas noſtra ſit ſuper à Deo conſervatum Regnum atque Imperium iſtud, &c.* Sed facilis eſt ſolutio. Imperium in illo ſuo Teſtamento accipit Carolus eo modo, quo id hodie accipimus, quando Hiſpaniæ Regnum nominamus *Imperium;* & quando Regem Hiſpaniarum imperare dicimus. An hic *Imperium* & *imperare* ea notione uſurpamus, qua uſurpatur cùm *Imperium Romanum* vel *Imperatorem* noſtrum Imperare audis? G Itaque Carolus diviſit regnum ſeu imperium ſuum in tres partes. Num & Imperium Romanum in tres partes diviſit, ita ut nullus ex tribus filiis eſſet integer Imperator, ſed quilibet aliquid de Imperatore, ſeu imperio haberet?

Neque dicas: Unum tantùm ex filiis à Carolo relictum hæredem Imperii; obſtant enim expreſſa hæc verba Caroli. *Ita & hoc vobis notum fieri volumus, quòd eoſdem per Dei gratiam filios noſtros regni à Deo nobis conceſſi, donec in corpore ſumus, & poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum, hujus à Deo conſervandi regni vel imperii noſtri hæredes relinquere optamus.* En non filium, ſed filios hæredes *Regni* vel *Imperii* ſui deſignat. Quod Regnum ſeu Imperium dividit poſtea pro nume- H ro filiorum in tres partes, ſequitur enim: *Diviſiones verò à Deo conſervati & conſervandi Imperii vel Regni noſtri tales facere placuit.* Diviſit ergo Imperium, hoc eſt, Regnum, inter tres filios; non diviſit autem ipſum Imperium Romanum, hoc eſt, ipſam Cæſaream & imperialem dignitatem, quia nec Carolo, natu maximo, nec Ludovico, nec Pipino, eam reliquit in illo Teſtamento: nec ullum verbum in toto Teſtamento reperitur, ex quo evinci poſſet, ulli ex tribus filiis Imperialem Majeſtatem & dignitatem, ſive offi-

A officium Imperatoris relictum eſſe. Et ta-
men incredibile eſt, Carolum Magnum hanc
dignitatem nulli filiorum legaturum fuiſſe;
ſi ea hæreditaria fuiſſet.

II. Citat Calvinicola aliquot Auctores,
qui de nonnullis Imperatoribus loquentes,
eos vocant *Imperij hæredes:* vel *jure hæredita-
rio* imperium accepiſſe. Reſpondeo, id
fieri, non quòd imperium propriè hæredi-
tarium eſſet; ſed quia plerumque in eadem
familia hæc dignitas diu durabat, à majori-
bus ad poſteros hæredes tranſiens, perinde
ac ſi hæreditaria eſſet. Sic à Carolo Magno
venit ad Ludovicum filium; & ad alios ex
eadem ſtirpe progenitos. Ab Othone I. ad
Othonem II. & III. Ab Henrico Nigro, ad
Henricum IV. & V. à Friderico I. ad Hen-
ricum VI. & ab hoc ſaltem mediatè ad Fride-
B ricum II. filium: nam filij Imperatorum
præ cæteris ad hanc dignitatem eveheban-
tur, ſi digni eſſent; non quòd jure hæredi-
tario propriè illis deberetur; ſed quia de-
cens erat, ut Imperatorum filiis præ aliis
aditus pateret; ùt & hodie fieri ſolet. Quan-
quam olim nonnulli hac familiæ ſuæ præro-
gativa freti, liberum & electitium Impe-
rium, ad ſe quodammodo rapere conaban-
tur; quod maximè factum ab Henricis IV.
& V. Quocirca Principes, libertatis amato-
res non ſemel reclamârunt, ùt videre eſt in
Paulo Bernriedenſi, & Brunone de bello
Saxonico: qui dicit, communi Principum
conſenſu decretum fuiſſe, ut Regia poteſtas
nulli per hæreditatem, *Sicut antè fuit conſue-
tudo, cederet.* Quibus verbis alludit ad eo-
rum morem, qui Imperium titulo quaſi
hæreditario ſibi vendicare nitebantur. Ex
qua obſervatione concidunt, quæcunque
Calviniſta verboſè de hæreditaria in Impe-
rio ſucceſſione deblaterat: qui quoties op-
tat, ut hæc ſucceſſio inſtauretur vel intro-
ducatur, toties optat, ut Septemviralis
dignitas aboleatur. Quorſum enim Electo-
res, ſi hæreditario jure imperium capeſſi-
tur?

Jam quod Fridericus II. in ſuo Teſtamen-
C to dicit; ſe filium ſuum Conradum relin-
quere hæredem in Imperio, & Regno Sici-
liæ: id non obſtat: quia reliquit hæredem
in Imperio, ſed ſalvo jure Pontificis, & Ele-
ctorum, qui diu ante Friderici tempora inſti-
tuti fuerant. Sic Carolus Magnus dicitur à
Leopoldo Bambergenſi Epiſcopo conſtituiſſe
Ludovicum Imperialis nominis hæredem;
ſed ita, ſi id ratum haberet Summus Ponti-
fex per inaugurationem & coronationem.

D
Pag. 224. Horrificè bacchatur Calvinianus Bacchus
ob iſta mea verba. *Illud placet, quod fatetur,*
Pag. 193. a. *Ludovicum, à Carolo, Regem ſolummodo Ro-
manum, quem veteres Cæſarem appellârint, crea-
tum eſſe.* Hic totus in furias reſolvitur; &
nihil à ſe hujus generis ſcriptum non ſolùm
contenta, ſed & calumnioſa voce clamitat.

Audiamus ergo verba *Irrationalis* tui pag. 18. E
Carolus Ludovicum *conſortem pariter hære-
dèmque Imperij conſtituit, Regèmque Romanum,
quem priſci illi Cæſarem dixêre, eadem poteſtate
ordinavit.* Agnoſcis, opinor, tua verba,
ſi tamen mania ſinit, ut aliquid tuorum ag-
noſcas. Si igitur Carolus nihil aliud fecit,
quàm quòd tu prædictis verbis innuis, uti-
que Ludovicum Imperatorem non fecit;
quia facere tantummodo hæredem Imperij,
Regèmque Romanum, id non eſt facere
Imperatorem; quia hæres Imperij, & Rex
Romanus, præciſè, quà talis, non eſt Im-
perator. Quanquam in Teſtamento Caroli
nullum verbum extat, quod Ludovicum
Romani Imperij hæredem relinquat, ùt jam
antea monui. Nec extra hoc Teſtamentum F
aliter reliquit, quàm dependenter ab aucto-
ritate & conſenſione ejus, à quo ipſe Caro-
lus primitus hanc dignitatem coronámque
Imperialem acceperat. Nec ob id neceſſe
eſt, Ludovicum tribus annis, nempe ab an-
no DCCC. XIII. uſque ad DCCC. XVI.
quo coronatus eſt; Imperio caruiſſe, ùt
Calviniſtâ objectat, quia ante inunctionem
& coronationem pontificiam imperavit, ùt
deſignatus & electus Imperator; quo ritu
hodiéque Imperatores noſtri in Diplomati-
bus ſuis *Electos Imperatores* ante coronatio-
nem ſeſe indigitant, ùt videre eſt in innu-
meris Diplomatis & Decretis. Neque mihi
unquam in mentem venit, affirmare, Im-
peratorem noſtrum Rudolphum, non eſſe
abſolutum Imperatorem, ùt Calviniſta calum-
niatur, Abſolutus eſt, quia neminem in
Imperio, & in negotiis civilibus ſupra ſe
habet, & æquè omnia liberè in Imperio
adminiſtrat & decernit, ac ſi coronam à
Summo Pontifice accepiſſet; quod & ab
aliis anteceſſoribus illius factum eſt.

Quod autem in quibuſdam diplomatis an-
ni Imperii Ludovici numerantur ab anno G
DCCC. XIII. quo à Carolo coronatus eſt; id
non refert; quia anni Regni, ſeu, quibus ùt
electus Imperator imperavit, ſub uno Im-
perii vocabulo comprehenduntur, cujus rei
alibi etiam exempla extant; ſed rariſſima:
nam ſolennis, imò ſolenniſſimus poſteriore
ævo mos introductus fuit, ut anni Regni,
ab annis Imperii diſtinguerentur; annique
Imperii non niſi à coronatione Pontificia
putarentur.

Quid quod in ipſa charta, quam iſte ex H
Antiquitatibus Fuldenſibus à D. Piſtorio edi-
tis, profert; Ludovicus non Imperator, ſed
Rex dicitur: hæc enim ſunt Diplomatis ver-
ba. *Anno primo Imperii Ludoviciglorioſiſſimi
Regis Francorum.* Cur Regem duntaxat no-
minat? Cur non & Imperatorem? ſic in alia
charta ejuſdem Ludovici eodem anno; in-
que alia itidem anno ſecundo, Rex vocatur,
non Imperator. Sed latronis frater urget
vocabulum *Imperii*? Quaſi verò hoc latè uſur-
pari

A pari nequeat. Si hodie Rex Hiſpaniæ aut Poloniæ annos Regni ſui; appellet annos *Imperii*; an ideo Calvinicola iſte ex Regibus illis *Imperatores* nobis procudet? qui ſanè in novis Imperatoribus creandis non modò perquam dapſilis eſt, ſed & ſupra modum prodigus; ex qua nimia liberalitate profluxit etiam hoc, quod ſcriptitat: *Illud ex hære-* Pag. 223. *ditaria ſucceſſione in Imperio ſupereſſe, ut quicunque Regnum Germaniæ obtinet, idem eadem opera Rex fiat etiam Gallorum & Arelatenſium, nec non Italorum & Longobardorum: & Imperator Romanorum:* De hac nimia Calviniſtæ munificentia mihi ſilendum cenſeo: Galli pro me dicent; commentitiam eſſe, cùm alias ob cauſas, tum quia jam Galli æquè proprium Regem habent ac Angli: tum etiam; quia ipſi Reges Germaniæ, non utuntur titulo Regni Gallicani aut Arelatenſis: jam enim B ab aliquot centenis annis nullus Rex Germaniæ aut Imperator, hujus tituli honorem ſibi vendicavit.

Mentitur Calviniſta: *Leonem Papam in ſubſcriptione Teſtamenti Carolini non plus præſtitiſſe, quàm quemlibet alium Archiepiſcopum, aut Epiſcopum.* Sed rem ſecus habere, docebunt te Annales Francorum, quos evulgavit Pithœus, quorum hæc accipe verba. *De hac partitione Teſtamentum conſcriptum, & ab optimatibus Francorum confirmatum, & Leonis Apoſtolici ſubſcriptione roboratum eſt.* Cur ad Leonem miſit, ſi non hujus chirographo inviolabile robur Teſtamento ſuo acceſſurum vi- C dit? An non ſat optimatum tam politicorum, quàm Eccleſiaſticorum in Gallia habebat, quorum teſtimoniis Teſtamentum hoc authenticum efficeretur? Quid opus erat, ut omnium aliorum confirmationi, confirmatio Leonis Pontificis ſuperadderetur; ſi in hac confirmatione nihil præ aliis eminens?

CAPUT VI.

Solvuntur nugamenta Calviniſtica contra donationem Ludovici Pii Eccleſiæ Romanæ factam.

HOc Ludovici Imp. Diploma integrum recitavi in Commentariolo de Imperatorum ac Regum in Sedem Apoſto- D licam munificentia cap. 4. Id commentitium eſſe latronis frater probare nititur ſequentibus nugamentis.

I. *Scriptor natus nemo unus Hildebrando antiquior, hujus donationis meminit: ergo aut ab ipſo Hildebrando, aut aliquo ejus ſupparaſitaſtro conficta fuerit neceſſe eſt.*

Reſpondeo I. antea in ſuo *Irrationali* aſſeruerat Calviniſta, neminem Antonino antiquiorem hujus donationis meminiſſe. Quod mendacium; quia apertæ falſitatis conviceram, jam ad tempora Gregorii VII. tanquam ad paulò remotiora aſcendit.

Reſpondeo II. Si hoc Diploma Pontifici E Romano tantum auferret, quantum tribuit; jam non modò authenticum, ſed etiam, ut ita loquar, *authenticiſſimum* eſſet, licèt Aventinus, aut Illyricus quiſpiam ante paucos annos illud confinxiſſet.

Reſpondeo III. Argumentum ab auctoritate *negativè* parùm roboris habere, niſi aliunde & ex circumſtantiis firmamenti aliquid acquirat. At Calviniſtæ argumentum eſt ab auctoritate *negativè*, nec adjuvatur aliquibus veriſimilibus circumſtantiis: ùt ex iis, quæ paulò pòſt dicentur, perſpicuè apparebit: nullus enim, ne ex pertinaciſſimis quidem Schiſmaticis, unquam negavit, Reges Francorum, Pipinum, Carolum & Ludovicum Eccleſiam Romanam plurimis & am- F pliſſimis provinciis locupletâſſe; & patrimonium S. Petri ingentibus incrementis adauxiſſe. Hoc enim ex antiquorum monumentis ita cognitum eſt, ut nullis Calvinianis nebulis inobſcurari poſſit; quibus diſpellendis vel ſola illa ſummaria Epiſtolarum Adriani Pontificis ad Carolum Magnum ſufficiant, quæ apud Illuſtriſſimum Baronium Tom. IX. Annalium anno Chriſti DCC. XCV. leguntur.

Reſpondeo IV. Falſum eſſe, quod in argumento aſſeritur: nam quæ Leo Oſtienſis de Donatione iſta ſcribit, ea ex Anaſtaſio Bibliothecario deſumpta eſſe nonnulli tradunt, teſte ipſomet Calvinicola: at Anaſtaſius Gregorio VII. longè eſt vetuſtior. Diploma etiam Henrici ſancti Imp. quo Reges G Francorum imitatus, itidem munificentiam ſuam erga B. Petrum teſtatam fecit, meminit Donationis Ludovici. Eſt autem hoc Diploma Gregorio VII. antiquius. Hîc incinet Calviniſequa. *Eſſe ſuppoſititium.* Si ſancto Petro ſuum Patrimonium abſtuliſſet, jam eo nihil ſincerius, nihil germanius eſſet. Nam cur Leonis VIII. Antipapæ decretum tam eſt genuinum huic Calviniſtæ; niſi quia S. Petrum omni propemodum ditione ſpoliat? Si ſecus ageret; è veſtigio ad ſpuria dicta & edicta, Scripta & Reſcripta amandaretur. Scilicet genuinam ſimilium decretorum rationem petemus à phantaſtico hujus ſectarii cerebro, ita ut authenticum ſit, quod ipſi H authenticum, & ſpurium, quod ipſi ſpurium videtur. Omitto Othonis I. Diploma; ex quo Ludovici Decreto duplex firmamentum accedit; quia & iiſdem fermè verbis conſtat; & Otho expreſsè donationes à Pipino & Carolo Magno factas confirmat. Ratas ergo & illas habet, quas Ludovicus fecerat, cùm Donatio Ludovici non tam ſit nova Donatio, quàm confirmatio & ratihabitio earum, quæ jam à Pipino & Carolo Magno factæ fuerant, ùt patet ex ipſo diplomatis contextu.

II. Argumentum Calviniſtæ. *Baronius & Parricida* (& tamen nec ſocius, nec adjutor

ſui

A ſui fratris tui latronis) *affirmant hanc donationem factam fuiſſe anno* DCCC. *XVII. in publico conventu Aquisgranenſi. Atqui ex Hiſtoriis conſtat, nullum eo anno publicum conventum Aquisgrani celebratum fuiſſe.* Audiamus ergo Hiſtoriæ fidem. Leo Oſtienſis, lib. 1. Chronici cap. 18. *Ultimo hujus Abbatis* (Theodomari) anno (nempe DCCC. XVII.) *Ludovicus Imperator, quarto Imperii anno, Aquisgrani in palatio, cum plurimis totius Franciæ Abbatibus religioſisque Monachis, concilium faciens, utiliſſima noſtri Ordinis obſervationi LXII.* (nunc ſunt LXXX.) *generalia capitula conſtituit. Hic pactum conſtitutionis & confirmationis fecit B. Petro Apoſtolo, ejúsque Vicario Domino Paſchali, parentes ſuos Pipinum & Carolum imitatus, &c.* In qua Leonis oratione; vocabulum *hic* vel **B** pro *adverbio*; ut ſit *hîc*, id eſt, in hoc loco, nempe Aquisgrani; vel pro *pronomine* accipi poteſt, ut ipſum Ludovicum denotet. Et ſive hoc, ſive illo modo accipias, id parùm intereſt; quia Diploma hoc anno DCCC. XVII. conceſſum eſſe, indicat etiam Anonymus Auctor, qui res geſtas Ludovici literis conſignavit: agens enim de legatione Paſchalis dicto anno ad Sedem Apoſtolicam evecti; ait: *Hujus bajulus fuit Theodorus Nomenclator, qui peracto negotio, & petitis impetratis ſuper confirmatione ſcilicet pacti, & amicitiæ more prædeceſſorum ſuorum, reverſus eſt.* Conſtat quoque ex Leone Oſtienſi, & ex ipſius Diplomatis clauſula; Diploma Confirmationis à Ludovico Romam miſſum eſſe per Romanæ Eccleſiæ Nomenclatorem Theodorum.

C Oggerit Calviniſta: *Conventum hunc fuiſſe tantummodo Capitulum Monaſticum.* Poſſem hic uti auctoritate Anonymi ſcriptoris, qui vitam Ludovici conſcripſit; qui hoc anno DCCC. XVII. ait generalem conventum ex Epiſcopis & nobiliſſimo Eccleſiæ Clero Aquisgrani à Ludovico habitum. Demus ſcriptorem hunc in computo à rect[illegible]linea excidiſſe; & conventum anno DCCC. XVI. celebratum ad ſequentem annum tranſpoſuiſſe: an ideo conventus Abbatum & Monachorum publicus conventus non fuit, quia Abbatum & Monachorum fuit? An non **D** conventum hunc vocat Leo *Concilium, & quidem ex plurimis totius Franciæ Abbatibus, religioſisque Monachis conſtans?* Sed demus in gratiam capitalis Calviniſtæ, fuiſſe *Capitulum.* An ideo non publicum? An ideo tempore hujus capituli non potuit Ludovicus legato Romano dare hoc confirmationis diploma? Illud feſtivum eſt; cùm quaſi divinans de reſponſo meo, dicit; me reſponſurum; fieri *potuiſſe, ut conventus publicus hoc anno DCCC. XVII. Aquisgrani habitus fuerit, etiamſi in litteras relatus non ſit.* Reſpondeo, inquit Calviniſta: *A fieri ad eſſe non valere conſequentiam.* Volebat opinor; latronis frater dicere; *à poſſe ad eſſe non valere conſequentiam; nam à fieri ad eſſe in inſtantaneis;* optima eſt conſequentia: & aliquo modo etiam in ſucceſſivis. **E** At non eſt, quòd conjectes, quid ego reſponſurus ſim; quia ex Leone Oſtienſi clarum apertúmque eſt, quid reſponſurus ſim; nempe anno DCCC. XVII. Concilium ex plurimis totius Galliæ Abbatibus & Religioſis Monachis Aquisgrani eſſe habitum; & hoc conventu ſeu Concilio durante, Diploma hoc à Ludovico conceſſum fuiſſe.

Sed quia video, non quieturum Calviniſtam, niſi generalem conventum Aquisgrani habitum anno DCCC. XVII. exhibeam, en tibi illum ex Annalibus de rebus geſtis Ludovici Imp. quos edidit Reuberus. *Unde* (Noviomago) *reverſus generalem populi ſui conventum, Aquisgrani, more ſolito, habuit, in quo filium ſuum primogenitum Lotharium coronavit.* Habes ergo non modò capitulum Monaſticum; ſed & Conventum generalem, quem tantopere expetebas. Nec ad illum antecedentis anni conventum hæc Annalium verba aptare potes.

III. Argumentum. *Nihil de hoc Diplomate memorat ſcriptor vitæ Ludovici.* **F** Reſpondeo, iterum iſte fatuatur ab auctoritate *negativè.* An nihil geſſit Ludovicus, niſi quod auctor ille ſcripſit? Deinde verbis antea recitatis (*ſuper confirmatione ſcilicet pacti, & amicitiæ, more prædeceſſorum ſuorum*) intelligenti ſatis indicat ſcriptor ille; hoc de quo agimus, diploma ſeu pactum: inſipienti, qualis Calvinianus iſte, ne ſole quidem lucidiora verba ſufficerent; nam aut diceret, eſſe falſa; aut à malo calamo aſſuta: aut certè aliud diverticulum quæreret.

G IV. Argumentum. *Subſcriptio eſt incongrua & inconcinna; à Ludovici more aliena: non conſentanea cæteris Ludovici diplomatis.* Gerræ Calviniſticæ. O quàm congrua & concinna, & quàm non aliena à more Ludovici, judicio Calviniſtarum, eſſet, ſi contra Pontificem, non pro Pontifice eſſet. Non tantùm argentea, ſed & aurea Bulla foret, ſi ad Leonis VIII. vel Othonis III. plumbea Diplomata nonnihil conformata & concinnata eſſet.

H V. Argumentum. Ludovicus in Diplomate dicit; *Se venerabilium Epiſcoporum jurejurando & ſubſcriptionibus pactum iſtud roboráſſe. Quinam, quæſo te, ſunt illi Epiſcopi?* inquit Calviniſta. *Epiſcopi decem, & octo Abbates,* teſte Leone Oſtienſi. Occlamat Calviniſequa. *Itáne decem tantùm Epiſcopi & octo Abbates in conventu generali præſentes fuerunt?* Jam diximus tibi, qualis hic conventus fuerit. Deinde non opus erat, ut omnes vel Epiſcopi vel Abbates ſubſcriberent, ſed ut ij, quos ad hoc ſpeciatim elegerat Ludovicus; qui etiam abſque ullius Epiſcopi vel Abbatis conſenſu ac ſubſcriptione Avi ac Patris ſui Donationes confirmare, ratáſque habere poterat. *Cur non ſubſcripſit Patriarcha Aquileien-*

A *lejenſis?* Clamat Calviniſta. Tu quære: Cur non ſubſcripſit Patriarcha Conſtantinopolitanus? Nimirum, quia non aderat; aut ſi aderat, Ludovicus Imp. ſubſcriptionem ejus non expetiit. *Cur non ſubſcripſit Moguntinus?* Cur non Patriarcha Antiochenus? *Cur non Remenſis?* Cur non Alexandrinus? Cupit Calviniſta ſcire; num illi Epiſcopi, qui ſubſcripſerunt, fuerint *Itali, an Germani, an Galli, an Hiſpani, an Hungari, an Sclavi?* Si dicerem, fuiſſe Germanos vel Gallos, vel partim Germanos partim Gallos, num propterea Inſtrumento Ludovici fidem haberes? Diplomatis Othonis I. & Henrici ſancti Impp. ſubjecta ſunt ſpeciatim nomina Epiſcoporum & procerum, qui donationes illas B ſuo chirographo confirmârunt; an idcirco latronis frater adduci poteſt, ut ea credat eſſe genuina? Ex quo etiam eliditur inanitas illius Calviniſticæ Quæſtionis, quænam ſint nomina horum Epiſcoporum; nam licèt Diplomati, ùt hodie extat, nomina adſcripta eſſent, tu veſano tuo cerebro plus quàm omnibus ſubſcriptionibus crederes.

VI. Argumentum. Dicitur in Diplomate: *Optimates Diploma hoc jurejurando & ſubſcriptionibus confirmâſſe.* Et poſtea, qui fuerint iſti optimates, explicatur; nempe *XV. Comites. Siccine in Conventu generali non plures quàm XV. Comites? Ubi ergo Duces? An nulli Duces in Comitiis Generalibus?* Qui fue- C rint illi optimates; num Comites an Duces, non explicatur in ipſo Diplomate. Leo Oſtienſis ait fuiſſe XV. Comites. Idem aſſeritur in Annotatione ſubjuncta huic Diplomati, prout à Volaterrano libro 3. Geographiæ refertur. At non inde ſequitur; Duces in generali conventu non fuiſſe; ſed Ludovicum Imperatorem ad confirmationem & ſubſcriptionem hujus diplomatis arbitratu ſuo Comites, non Duces delegiſſe; nam id ei liberum erat, & hoc diploma, etiam absque ullius proceris aſſenſu, S. Petro concedere poterat.

VII. Huic diplomati ſubſcripſiſſe fingitur *Bibliothecarius, Manſionarius, & Oſtiarius. Quis hæc officia in palatio Imperatoris unquam cluiſſe* (ſic loquitur liliati Magiſtri diſcipulus) *audivit?* Ego & alij id audivimus, & quidem ex Hincmaro Archi-Epiſcopo Rhe- D menſi: qui in epiſtola tertia ad Epiſcopos quoſdam Franciæ ex libello Adalhardi officia palatij Imperialis percenſens cap. 16. ita ſcribit. *Poſt eos verò* (hoc eſt, poſt *Apocriſiarium* & ſummum Cancellarium) *ſacrum Palatium per hos Miniſtros diſponebatur, per Camerarium videlicet, & Comitem Palatij, Seneſchalcum, Buticularium, Comitem Stabuli,* MANSIONARIUM, *&c. Et quamvis ſub ipſis aut ex latere eorum alij miniſteriales fuiſſent, &* OSTIARIUS, *Sacellarius.* Capite autem 23. docet Hincmarus, quodnam fuerit *Manſionarij officium. Inter quos etiam & manſionarius intererat, ſuper cujus miniſterium* E *incumbebat, ſicut & nomen ejus indicat, ut in hoc maximè ſollicitudo ejus intenta eſſet, ut tam ſupradicti Actores, quámque & ſuſceptores, quo tempore ad eos illo vel illo in loco Rex venturus eſſet, propter manſionum præparationem, ut opportuno tempore præſcire potuiſſent: ne aut inde tardè ſcientes propter afflictionem familiæ importuno tempore peccatum; aut ſi propter non condignam ſuſceptionem, ac ſi bene noluiſſent, cùm certè non volendo, ſed non valendo offenſionem incurrerent.* Hæc Hincmarus ex Adalhardo.

An non tu Calviniſta, hæc ipſa ex Hincmaro verbatim exſcripſiſti; & Tertio Voluſianæ tuæ Farraginis Tomo prolegomenorum loco præmiſiſti? An non ad marginem hoc ſcholium adjeciſti. *Manſionarius; Me-* F *tatarius*, Furier. Ubi tua memoria; quando hæc effutiviſti verba? *Quis hæc officia unquam in Palatio Imperatoris cluiſſe audivit?* An Francoforto vel Hanovia peregrinatum iveras Genevam? I nunc, & vociferare, amens Calviniſta. *Ex quo vel ſolo figmento tota fraus* Pag. 134. *& impoſtura Hildebrandini* (Calviniani) *hujus nebulonis pateſcit, qui Aulam Imperatoriam ex more & ingenio Curiæ Papalis ſibi imaginatus eſt.*

VIII. Argumentum. *Variant inter ſe hujus Diplomatis exemplaria. Aliud enim à Gratiano refertur; aliud à Volaterrano, aliud à Sigonio; aliud à Baronio. Et tamen omnes ſeſe fidem Codicis Vaticani ſequi profitentur.* Reſpondeo, iſtum adeò à veritate averſum eſſe, ut vix quidquam ſine mendaciorum admixtione proferre poſſit: Nam nec Gratianus, nec Sigonius fidem Vaticani Codicis laudat: ùt nec Ivo p. 5. cap. 51. Nec aliter differunt G hujus Diplomatis exemplaria, niſi quòd Gratianus & Ivo, pro more, & inſtituto ſuo, nonnulla duntaxat inde excerpſerunt, ùt & ille fecit, quiſquis fuit; qui hujus Diplomatis Epitomen à Volaterrano exſcriptam confecit. Nec magis diſcrepant, quàm breve compendium alicujus libri, ipſéque totus, plenus ac integer liber.

Valdè indignatur latronis frater, quòd dixi, ſi quæ differentia eſſet, Baronio potiùs, quàm Volaterrano fidem haberi debere. Hic conviciis in Baronium ejúſque Annales boat & tonat Calviniſta. Sed bacchetur furioſus veterator, Baronius cum excellentiſſimis H Annalium Tomis *vivet extento* celebrandus *ævo, Illum aget penna metuente ſolvi, fama ſuperſtes.* Semper honos noménque tuum, laudéſque manebunt, ô præſtantiſſime Eccleſiaſticæ antiquitatis reparator & inſtaurator. Circumfremant Corybantes iſti; tuam gloriam non magìs obnubilabunt, quàm fumus ſolem. Ille diſſipabitur, hic radios ſuos perennes circumquaque diffundet.

Oggerit Calviniſta. Volaterranum, *Diploma quod recitat, etiam ex Vaticana Bibliotheca accepiſſe.* At non integrum; ſed com-

A pendium, ſeu, ut ita loquar, *compendiatum.* Ubi nota Calvinianam Impoſturam, Volaterranus dicit, ſe hoc exemplum ſumpſiſſe *ex vetuſti libri Antigrapho*; & ita refert Volaterrani verba ipſemet latronis frater pagina 235. Mox pagina 236. ex *Antigrapho* facit Calviniſequa *Autographum.* Eſtne *Antigraphum* idem quod *Autographum?* Et ut aliquando eſſet, attamen apud Volaterranum non eſſet, quia dicit ſe hoc Inſtrumentum accepiſſe ex *Antigrapho* vetuſti libri: hoc eſt: ex vetuſti codicis exemplari; in quo hoc inſtrumentum, ſed breviatum deſcriptum erat; ſubjunctáque ſumma Donationis Othonianæ; in hunc modum, eodem Volaterrano teſte: *Ego Otho Imperator pro animæ noſtræ filiique ac parentum noſtrorum ſalute, hæc omnia ſupradicta tibi beate Petre ſucceſſoribúſque tuis libenter concedo, &c.* B Mentio item addita Donationis Henricianæ; & eorum, qui eandem ſubſcriptione ſua confirmârunt. Quod non ita accipiendum, quaſi in eo libro fuerit ipſum primogenium Imperatorum & teſtium iſtorum Chirographum; ſed quia ex Diplomatis prototypis deſumpta in hunc librum, ùt fieri ſolet, translata fuerint.

Vide Comment. de Munificentia Impp. Regum ac Principum in Sedem Apoſtolicam. Append. 2. Donatio Ludovici &c.

Mentitur autem Calviniſta cùm dicit; *Ex teſtimonio Volaterrani liquidò conſtare, ſolum Volaterrani Diploma à Cardinalibus fuiſſe comprobatum, & ſuperiori ſæculo pro authentico venditatum.* Nec integrum Diploma nec compendium ejus à quoquam venditatum eſt; C quia venditare thraſonum eſt; ſed utrumque pro vero & genuino habitum, aliíſque propoſitum fuit: alterum ùt integrum: alterum, ùt integri breviarium.

Suo ſe indicio prodit ſorex, inquit Soricinus Hæreticus, *id eſt, fraus & impoſtura Baronianæ*; Quæ de cauſa? Quia Baronius dicit, *ſe hoc diploma Ludovici cum quatuor exemplaribus Bibliotheca Vaticana contuliſſe.* Si hoc indicium eſt impoſturæ, maximi ergo impoſtores ſunt Critici; qui quò pluribus manuſcriptis codicibus abundant, cum quibus Auctorem, quem illuſtrare cogitant, conferre poſſunt, eò fortunatiores, & lectoribus acceptiores ſeſe fore arbitrantur: & eò etiam minùs ſuſpecti ſunt, tanquam qui nihil ex ſuo ingenio, ſed omnia veterum codicum D adminiculo agant. Num etiam Plauti Ciceronis & Livii correctores, ideo pro impoſtoribus traduces, quòd prædictos ſcriptores cum pluribus manuſcriptis codicibus comparârint?

IX. Argumentum. *Gratianum erràſſe.* Et hoc confirmat auctoritate Vallæ; quem paulò pluris æſtimo, quàm hunc Novatorem. Ad Gratianum quod attinet, licèt interdum à vero abièrit, ùt homo; hac tamen in re ab omni deceptione meritò immunis habetur.

X. Argumentum. *Hildebrandus non protulit, ſui defendendi cauſà, hoc diploma; neque ullus Hildebrandinus; ergo fictitium eſt.* Reſpondeo, mentitur ergo Calviniſta, quando E initio hujus capitis aſſeverat, Diploma hoc aut ab Hildebrando ſeu Gregorio Septimo, aut ab aliquo Hildebrandino confictum fuiſſe; nam ſi aut ille aut iſti confinxiſſent, utique id eo conſilio feciſſent, ut illud, tanquam clypeum invictum, adverſariis opponerent; nam dicis ſolummodo cauſa illud fictum eſſe, nemo ſibi perſuadebit, niſi fatuus.

XI. Argumentum. *Ipſa urbs Roma, omnes Ducatus, Principatus, Comitatus, Territoria, ac Dominia in hoc Diplomate connumerata, non modò in hujus ipſius Ludovici, ſed etiam filiorum ac ſucceſſorum ejus partim directo dominio, partim uſu, mancupióque fuerunt.*

Reſpondeo, hæc eadem facilitate negari, qua ab iſto aſſeruntur. Quia verò latronis frater ſe hac de re proprio libro ſcripſiſſe ait, F neceſſe eſt, ut partum illum expectemus, qui ſine dubio cæteris ab eodem progenitore profectis non erit diſſimilis; ſed, ut originem & genus agnoſcere poſſis, calumniis, mendaciis, ſutelis, technis, inſcitia, & criminibus falſi eximiè inſignitus. Non ignoro, fuiſſe, qui Pontificias ditiones libenter demùm ſancto Petro eripuiſſent; ſed major fuit conatus, quàm ſucceſſus; Deo impiorum molimina diſſiciente, & ad nihilum redigente.

Sub finem capitis canit ſibi Calviniſta Epinicion. *Hinc ſole meridiano clariùs eluceſcit* G *Diplomatis hujus* (tu reſcribe; Calviniſtæ hujus) *impoſtura; vanitas, & thraſonica impudentia;* qui ſperat Auguſtiſſimum Imperatorem jam veriora edoctum, in Pontificis provincias invaſurum, & ſancto Petro, quidquid poſſidet, erepturum. Hoc tu velles, quia ſub ſtigmatico & in humeris liliato duce meres; At non Catholicus Imperator, Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ filius, & gregis Chriſti, ſub ſancto Petro, ejúſque ſucceſſore, ovis. Abi tu hirce ad hircile tuum. Túne ille, qui Imperatorem jura Imperii doceas? Noli majores nido pennas extendere; ne & tu quando & ubi minimè reris, extendaris.

Quivis Catholicus Imperator faciet; quod Invictiſſimus Imperator Carolus V. immortali ſui nominis gloria fecit, quantumvis H frementibus & frendentibus ſectariis; cujus exercitus, cùm Romam occupâſſet, jámque victor per Pontificias ditiones liberè volitare poſſet, præſertim ſi ex vicinis Regnis Imperator nova auxilia ſubmittere voluiſſet; tantum tamen abeſt, ut iſtud fecerit; ut hoc exercitus ſui facinus graviter deteſtatus fuerit, & Romam quamprimùm Pontifici reſtitui juſſerit. Nec mirum, Carolum, tanta pietate Imperatorem, hoc egiſſe, cùm ipſe Henricus Quintus, quando Paſchalem II. Papam, & unà complures Cardinales ac Epiſco-

A piſcopos per ſummam fraudem circumventos in ſuam poteſtatem redegit, non auſus fuerit à Paſchali Romam, & jam olim Romanæ Eccleſiæ donatas provincias exigere; ſed ad hoc duntaxat eum adegit, ut ſibi & ſucceſſoribus Imperatoribus Inveſtituras Eccleſiaſticas per baculum & annulum concederet. Cur Henricus bonorum Eccleſiaſticorum alioqui perquam avidus, tunc in id non incubuit, ut omnia recuperaret, quæ tunc Pontifex poſſidebat? Imò inter articulos, in quos juraverat Henricus, hic etiam unus erat: *Patrimonia, poſſeſſionéſque beati Petri reſtitueret, ſicuti à Carolo, Ludovico, Henrico, aliiſque Imperatoribus conceſſa ſunt libera, ſervarétque ea beato Petro pro viribus.* Si Hildebrandus, aut aliquis Hildebrandinus, donationem Ludovici tam recenti memoria con- B finxerat, quomodo Paſchalis Ludovici mentionem facere auſus fuiſſet? An non timere poterat, ne Henricus, & qui à partibus Henrici ſtabant, continuò fraudem & impoſturam adulterinæ donationis detegerent, atque adeò palàm exprobrarent?

CAPUT VII.

De exauctoratione Ludovici Pii Imperatoris.

GRegorium IV. Pontificem Maximum conjurationis in Ludovicum Imp. participem fuiſſe Calviniſta conten- C dit, ídque probat I. auctoritate Nithardi, Ludovici ex ſorore Bertha Nepotis. II. Teſtimonio Auctoris Anonymi, qui vitam Ludovici à Pithœo evulgatam conſcripſit. III. Addit Hugonem Floriacenſem ex Magno Chronico Belgico. IV. Joannem Marium libro de Schiſmat. & Concil. cap. 4. Quibus demum jungit triarios illos Papyrium Maſſonum in ſynopſi operum Agobardi, Boccheldum in Decretis Eccleſiæ Gallicanæ, & Leſchaſſerium Tract. de libertate Eccleſia Gallicanæ.

At inprimis Nithardus lib. 1. nihil aliud dicit, *quàm Papam Gregorium cum omni comitatu Romano in Alſatiam veniſſe:* Participem fuiſſe conjurationis adversùs Ludovicum, non di- D cit. Auctor vitæ Ludovici tantùm ſcribit, Ludovicum fuiſſe miratum, cur, ſi Gregorius more prædeceſſorum ſuorum in Galliam veniſſet, non quantocyus ad Imperiale Palatium properaret. Adjungit; Rumorem de filiis tunc ſparſum, fuiſſe verum; is autem rumor ſparſus fuerat, filios id unum conari, ut patrem de ſolio deturbatum, in ordinem cogerent. Rumorem verò de Gregorio Papa ſparſum, non ait verum fuiſſe: fuerat autem iſte rumor; *Papam ideo veniſſe, ut tam Imperatorem quàm Epiſcopos excommunicationis vinculis irretiret, ſi qui inobedientes eſſent ſuæ filiorúmque Imperatoris voluntati.* Qui rumor à vero alienus fuit; teſti- E monio etiam hujus ipſius Auctoris, qui mox de Gregorio Papa in caſtra Ludovici profecto ſubjungit.

Ductus autem Papa in habitationem Caſtrenſem multis aſſertionibus perdocuit, non ſe tantum iter ob aliud ſuſcepiſſe, niſi quia dicebatur, quòd inexorabili diſcordia contra filios laboraret: adeóque pacem in utramque partem nectere vellet. Nec Ludovicus redarguit Pontificem, quaſi pro ſua innocentia non ſat firma argumenta attuliſſet: non omiſſurus utique hujusmodi redargutionem, ſi Gregorius omnem culpæ ſuſpicionem abundè abs ſe non depuliſſet.

Deinde ſi conjurationis ſocius fuiſſet; capto Ludovico & omnibus ad voluntatem filiorum fluentibus, non triſtari, ſed potiùs effusè exultare debebat Gregorius. At ali- F ter evenit. *Nam Papa Gregorius talia cernens cum maximo mœrore Romam regreditur.* Certè cauſa mœrendi nulla ſuppetebat, ſi à parte filiorum contra Ludovicum ſteterat. Deinde, quis credat, Ludovicum Imperatorem, recuperato Imperio, illuſtrem ac honorificam legationem ad Gregorium Papam miſſurum fuiſſe, ſi ejus opera & ſtudio tam Regiam, quàm Imperialem dignitatem amiſiſſet? De qua legatione ille idem Anonymus ſcriptor, qui res geſtas Ludovici in litteras retulit. *Ad quorum* (Nordmannorum) *inſolentiam comprimendam pergens, miſit Miſſos ad Lotharium, Fulconem ſcilicet Abbatem, & Richardum Comitem, nec non Adrebaldum Abbatem. Quorum Fulco & Richardus reſponſum ſibi à Lo-* G *thario referrent. Adrebaldus porrò Romam pergeret; Gregorium Papam de neceſſariis conſulturus, & voluntatem Imperatoris, cateráque ſibi injuncta perlaturus, &c. Adrebaldus Romam ùt juſſum ſibi fuerat, pervenit, Dominum Gregorium Papam ægrotantem reperit, & maximè fluxu ſanguinis, &c. Sed tanta alacritate & gaudio ad verba Imperatoris, & compaſſiones ejus recreatus eſt, ut profiteretur, ſe penè incommoditatis propriæ oblitum. Itaque & Miſſum ad ſe opulentiſſimè curavit apud ſe conſiſtentem, & ditiſſimè muneravit recedentem, mittens cum eo duos Epiſcopos, &c.* I

Scilicet Ludovicus legatum maximis de rebus cum Gregorio Papa acturum, Romam miſiſſet, ſi ulla culpa amiſſi Imperii in eo reſediſſet; quique Epiſcopos factionem filiorum ſecutos recepto diademate, ad cauſam H dicendam præſtò adeſſe juſſit; de Gregorio tali ac tanto adverſario ne mutiviſſet quidem. Nimis diſpulſis mendaciorum & calumniarum nebulis, Imperator veram cauſam adventus Gregorii Papæ ad filios intellexerat; & animum meliorem erga illum acceperat, quàm primùm Pontificem in caſtris perorantem coràm audivit. Quare, ùt ait ſæpe jam citatus ſcriptor, (& eadem leguntur in Annalibus Francicis à Reubero editis, & lib. 5. de geſtis Francorum apud Aimoinum)

A *remiſſus eſt* Gregorius *ad filios, ut pacem necteret*; etſi poſtea non eſt permiſſus ad Ludovicum redire, prout Ludovicus poſtulaverat.

His adjungamus Agobardi teſtimooium, qui qua de cauſa Gregorius in Galliam veniſſet, optimè perſpectum habebat; ita igitur ille in epiſtola ſeu libello *de comparatione utriusque Regiminis Eccleſiaſtici & Politici* ad Ludovicum Imp. *Si nunc Gregorius Papa irrationabiliter & ad pugnandum venit, meritò & pugnatus & repulſus recedet: ſi autem pro quiete & pace populi & veſtra laborare nititur; bene & rationabiliter obtemperandum eſt; illi non repugnandum, &c. Perlatæ ſunt ad me literæ iſtius Apoſtolici, præcipientes, ut iejunia & orationes cum* B *abſtinentia faceremus, ſi fortè omnipotens Dominus effectum conatui ejus præſtare dignetur, quatenus apud vos obtineri poſſit, ut pax & concordia priſtina domui & Regno veſtro reſtituatur.*

En luculentum ipſius Agobardi, (qui filiis Ludovici adversùs patrem adhærebat) teſtimonium de adventu Gregorii Papæ; cui nihil aliud propoſitum fuiſſe ſcribit, quàm ut inter diſcordes concordiam reſarciret, ac redintegraret.

Eat nunc Calviniſta & conviciorum nimbum depluat, ob citatum à me Agobardum, quem ait, *in caſtris filiorum militâſſe*: hoc ſcilicet priùs ignorabam. Adhæſerit fi- C liis contra Ludovicum. Quid tum? An ideo veram cauſam adventus Gregorii nobis pandere non potuit? nec eſt, quòd indignetur Calviniſta, ſi recentioribus à ſe productis teſtibus nos veteres, & ex veteribus petitas rationes anteferamus; & quod Paulus Æmilius à Baronio laudatus aſſerit, Ludovicum opera Gregorii Pontificis Romani in priſtinam dignitatem reſtitutum eſſe, ea ſanè aſſeveratio pluris fit à quovis prudente, quàm decem millium Calviniſtarum id inficiantium temeritas.

CAPUT VIII.

De Synodo apud Theodonis Villam.

D OBjeceram Calviniſtæ: quòd cùm alibi, tum in hac Synodo, titulos & inſcriptiones arbitratu ſuo mutaret, inverteret ac perverteret. Reſponſat liliati Doctoris diſcipulus. *Idem factum à Surio, Binio, Baronio, ac proinde ſibi id non eſſe crimini dandum, aut non ſe ſolum, ſed & alios in eandem culpam trahendos eſſe.* Audi Calviniſta. Aliud eſt menda, ſi quæ irrepſerunt, ex titulis & inſcriptionibus tollere; quod fecit Baronius iis locis, quæ tu profers, ùt Tomo X. anno DCCCC. LXIV. n. 29. Tom. II. anno. M. LXIV. eodem Tom. anno M. LXXIX. n. 30. aliud verò, novos titulos comminiſci, ùt tu ſumma cum perfidia facis in Tomis tuarum Conſtitutioonum; & in Farragine ſeu Centone de cultu imaginum, ùt jam ſæpius à me demooſtratum eſt præcipuè in Horto S. Crucis, & in Indiculo corruptelarum, impoſturarum, & ſalſimoniarum, quibus te in Tertio tuarum phantaſiarum Tomo obſtrinxiſti; ubi difficile eſt invenire pagellam, quæ fraudibus ac ſycophantiis vacet. E Tu nimirum ille vir es, cui religio nulla eſſet, Concilium Nicænum hoc titulo inſignire. *Receſſus Comitiorum Nicænorum ſub Conſtantino Imperatore.* Vel; *Decreta comitiorum Nicænorum.* Vel, ùt tu varietatis gratia in Tertio Tomo: *Decretiones comitiorum Nicænorum.* Vel, *Statuta in conventu generali Nicæno, præſidente Magno Conſtantino Imp.* Tales oimirum tu titulos architectari ſoles, non modò falſos, ſed & planè ridicularios.

Mendacium autem pluſquam Calvinianum F eſt, cùm vaniſſimus *Replicator* ſcribit, *me Capitulum, ſeu Capitula, quæ in Tomis Conciliorum Synodo ad Theodonis villam ſubjunguntur, referre ad Arnulphum Imperatorem.* Mentiris Calviniſta; non hæc Capitula, ſed Syoodum Triburienſem ad Arnulphum refero; Capitula autem hac Synodo poſteriora eſſe, inde liquet; quòd Synodus Triburienſis in his Capitulis citetur. Nec placet Calviniano palato, quòd dixi, ſub SACERDOTIS nomine Epiſcopos, etiam in Synodo Triburienſi comprehendi. Et tamen Presbyteri ſeu Sacerdotis nomine EPISCOPUM deſignare, & vice verſa, antiquitati adeò ſolenne fuit, ut inde Aërius ejúſque aſſeclæ occaſionem ſumpſerint, aſſerendi, Epiſcopum Presbytero ſeu Sacerdote eminentiorem gradum in Eccleſia non tenere.

Cæterùm nunc Calviniſta ex mutua inter G ſe Capitulorum collatione rem ſanè perquam fortiter gerit; ſuóſque adverſarios Baronium & Gretſerum funditus evertit. Nam in primo Capitulo prioris partis, quod ſine ulla controverſia in Theodonis Villa conditum eſt, decernunt Patres, *ut ſupplicarent auribus Principis, ſi ſuæ pietati complaceret, ut calumnia in Chriſti Sacerdotes peracta juxta Synodalia determinaretur pleniter ſtatuta, &c.* At in Capitulo primo ex aliis, quæ Synodo apud Theodonis Villam annectuntur, ita ſciſcitur: *Placuit nobis & fidelibus noſtris ut ſicut ab Epiſcopis & reliquis* Sacerdotibus ac H Dei *ſervis alio anno* TRIBURIÆ *admoniti fuimus, & rogati, ut Epiſcopi, eorum miniſtri, &c.* Quis igitur tam profundè cœcus eſt, qui cum Calviniſta non videat, iſta ipſa Capitula, de quibus litigamus, ſancita eſſe apud Theodonis villam? quia Principes, qui loquuntur, ajunt ſe alio anno rogatos apud TRIBURIAM, ut immunitati Epiſcoporum providerent. At Theodonis Villa, & Triburia idem ſunt; Si credere fas eſt; ſi igitur Principibus ſupplicatum eſt apud Theodonis Villam, ſequitur inevitabiliter, Primum ex ſubjunctis Capitulis ad Synodum Theo-

A Theodonovillanam pertinere, & nibil aliud eſſe, quàm poſtulati exauditionem, &, ut ita loquar, annutum: quia petitio facta eſt *apud Theodonis Villam*, & Principes dicunt; ſibi preces oblatas *Triburiæ;* ergo uno eodémque loco. Quia, ùt antea dictum, (dummodo ſit, qui animum inducat credere) *Theodonis Villa* & *Triburia*, unus idémque locus ſunt, ſicut Athenæ & Thebæ: & ſicut Cyprus & Creta.

Æquè validum argumentum ſumere licet ex Articulo quinto capitulorum adjunctorum, ubi iſta. *Si quis per induſtriam Epiſcopum occiderit, juxta id, quod apud Triburiam à viginti duobus Epiſcopis decretum eſt, &c.* Et quamvis Concilium Triburienſe, non B niſi multis annis poſt Theodonovillanum celebratum fuerit; id tamen non refert; quia Patres illi, Calviniſtæ judicio, præſentire atque adeò præſagire potuerunt, quid labentibus annis Synodus Triburienſis decretura eſſet. Occlamabit grandi voce Calvinianus: *Hoc eſſe ludere.* At ridentem dicere verum, quid vetat? Quid ergo vis, ô Calviniſta, ut faciam? Num vocas me ad tuam Circen; criticen inquam, & jubes, ut *Triburiam* commutem in *Theodonis Villam?* Non abnuo; ſi Tigurum vel Turegum mutetur in Bernam; & Auguſta in Ratisbonam; jam Berna erit Tigurum, & Ratisbona, Auguſta. Sic nullius artis erit, quidvis ex quovis procudere, & quodlibet in quodlibet transformare.

C Sed vide inſignitam Calviniſtæ hujus vertiginem. Ex Annalibus Fuldenſibus probare contendit, quamvis fatuè, Ludovicum Imp. Anno DCCC.XXI. in Theodonis villa comitia celebrâſſe: & in eo conventu capitula, de quibus loquimur, ſancita eſſe. Et tamen in ſecundo ſuorum nugamentorum Tomo, & in Scholiis ſeu ſcoriis ad eundem, & hic, ſibi planè adverſus non jam *Triburiam in Villam Theodonis*, ſed *Theodonis Villam in Triburiam* transmutandam arbitratur; & oculis prorſus lynceis videt, verba illa; quæ in ipſo exordio colloeantur: *In Concilio apud Theodonis Villam;* ex falſo titulo in textum irrepſiſſe: & miratur, alios eſſe tam bardos & ſtipites, ut hoc non videant; juxta illud D Eccleſiaſtæ eap. 10. *In via ſtultus ambulans, cùm ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos aſtimat.* Ex qua ſtultitia, vel potiùs mania, fluxit quoque iſta exclamatio ſeu vociferatio. *O Cæſar, Cæſar, quoties mihi inclamandus es adversùs Majeſtatis tua læſores?* Quæ te Eumenides ſtimulant, quibus colubris exagitaris, ô Calvinicola? Quæ te ex Averno peſtilens aura afflavit, ut tu, bomo, neſcio ex qua hara; certè vix obolaris Calviniſta; ſacratiſſimo Imperatori ſuſcitabulum eſſe velis? Et quò illum ſuſcitando vocas? Eò, ut Lutherizet & Calvinizet, & ſupra paſtores animarum, etiam ſupremum, ſeſe efferat. Apage, ô Calviniſta; Ne ſi Angelus quidem de cœlo E tale conſilium daret; Catholicus Imperator morem gereret: quantò minùs viliſſimo & abjectiſſimo Literioni talia ſuggerenti obtemperabit.

CAPUT IX.

Falſidicinæ Calviniſticæ & Agyrticæ circa Conſtitutionem Lotharij I. Imp. de Electione Romani Pontificis.

Applaudamus tandem hiſtrioni huic in Calviniana orcbeſtra ſaltitanti. Fatetur, ſe antea Conſtitutionem Lotharij mancam & mutilam propoſuiſſe, Nunc ſe meliora edoctum, integram protuliſſe ex legibus Longobardicis, & in Tertium ſuum Tomum intuliſſe. Cedò, cur antea integram perfectámque non adduxiſti? An Leges F Longobardicas non videras? At videras, ùt clarè apparet ex tuo IRRATIONALI, ubi pro hac ipſa Conſlitutione Leges Longobardicas citas. An in integra hac ſanctione nonnulla erant, quæ Calvinianus tuus ſtomacbus concoquere non poterat? Quanquam meritò dubitari poteſt, utra ſit integrior & ſincerior; illáne in primo Tomo? an illa in Tertio? Pro bonore autem tuo facis, quòd mendacia, fraudes & impoſturas circa Lotharij decretum admiſſas, aliqua ſaltem ex parte diſſimulas, & ſilentio transvolitas. At famæ tuæ alioqui non ſatis ſecundæ, nequaquam probè conſulis, dum priora tua G mendacia novis tueri, vel potiùs cumulare inſiſtis; ùt cùm abnuis te per verba iſta: *Exceptis illis;* intellexiſſe *Conſtitutiones*, adversùs manifeſtiſſima Lotharij verba & ſenſa. Qua de re nihil addo. Extat tuum *Irrationale*. Legatur p. 21. & conferatur cum tua *Replica* 253. déque fronte & mente tua, quin judicium ex æquo fiat; non impedio.

Dixerat Illuſtriſſimus Baronius, illis Lotharii verbis: *Ex Conſtitutione Pontificis & noſtra, ſubjacebunt, &c.* Satis indicari, Pontifici, etiam in Politico ſtatu Romanæ Urbis conſtituendo primas tributas eſſe, quandoquidem in Conſtitutione Imperatori ab ipſo H Imperatore præponitur.

Ad quæ Calviniſta duo oggerit: Primum, non ſequi, *nomen hujus vel illius, buic vel illi præponitur; ergo hic vel ille eſt illo, vel illo major.* Secundum; *Hinc confici, Lotharium majorem fuiſſe Pontifice; quia ſe & ſuam voluntatem Pontifici anteponit: Sanctionem ſuam ſic exordiens.* Volumus, ut ad Electionem Pontificis, &c. *Quis eſt iſte* VOLUMUS? Clamat Calviniſta. Profectò *Volumus* iſte non eſt Calvinianus, ſed Catbolicus Princeps Lotharius. Sed ad rem.

Argumentum Illuſtriſſimi Baronii viribus non carere, vel inde manifeſtum evadit; quòd inſuetum ſit, ut cùm ipſe ſummus

A Princeps ex ſua & inferiorum voluntate ali-
quid decernit; ipſe ſibi in orationis contex-
tu inferiores anteſerat: Neque enim unquam
ita loqui ſolet Imperator: *Electores Imperij & Nos.* Seu, *Ordines Imperii & Nos*: at vice
verſa: *Nos & Electores. Nos & Ordines Imperij.* Cùm igitur Lotharius in Conſtitutione
tam ad Eccleſiaſtica, quàm ad civilia nego-
tia ſpectante, hac verborum formula utatur:
Ex conſtitutione Pontificis & noſtra: Planum
ſit, Lotharium Pontificis auctoritatem in u-
triuſque generis cauſis, auctoritati ſuæ ante-
poſuiſſe.

Ad ſecundum reſpondeo; ſive verba, qui-
bus quis aliquid in gratiam vel cultum & bo-
norem alicujus ſancit, ponantur initio, ſive
in fine orationis vel ſanctionis, nihil inde
B concludi poſſe de eminentia alicujus ſupra
alterum. Sive enim aliquis Imperator aut
Princeps dicat: *Volumus, ut Deus ab omnibus noſtris ſubditis religioſè colatur;* ſive; *ut Deus
ab omnibus religioſè colatur, volumus:* ſem-
per minor eſt Deo: Pari modo; ſive quis
Regum aut Principum ita legem formet.
Volumus, ut ſummo Pontifici, tanquam Vicario Chriſti, debitus honos habeatur; ſive bune
in modum. *Ut ſummo Pontifici*, tanquam
Vicario Cbriſti, *debitus honos habeatur, volumus;* non ideo major aut minor ſit Pon-
tifice, ſed manet ille idem, qui priùs erat,
quàm hanc orationem proferret. At in caſu
prioris exempli longè eſt alia ratio, ubi duo,
quaſi inter ſe comparantur, eámque ob
cauſam major minori anteponitur.

C Mirum eſt autem, Calviniſtam iiſdem
oculis, quibus verbum *Volumus* vidit in ini-
tio conſtitutionis Lotbarianæ; non vidiſſe
paulò pòſt in paragrapho tertio idem ver-
bum non initio orationis, ſed propemodum
in fine, ùt quidem Lotharii ſanctionem Cal-
viniſta Tomo primo recitat.

Paulò pòſt edit nobis Calviniſta luculen-
tum ſapientiæ ſuæ ſpecimen: nam ea fun-
damenta jacit, ex quibus apertè conficitur,
Pilatum ſuiſſe majorem Chriſto: Feſtum,
Paulo; Neronem, Petro & Paulo. Nam ita
ſtulteſcit. *Major eſt qui judicat, quàm qui judicatur.* Subſumo ego. *Pilatus judicavit Chriſtum, & Chriſtus à Pilato judicatus eſt.* Quid
ſequitur? *Ergo Pilatus major eſt Chriſto. Fe-*
D *ſtus, & poſtea Nero Paulum judicârunt: Herodes & Nero Petrum; ergo Tyranni iſti majores
fuêre Petro & Paulo.* Quaſi verò conſideran-
dum ſit, quid de facto fiat; non potiùs quid
de jure faciendum ſit.

Sed en aliam ex Calviniano capite ſtultiti-
am. *Papa ab Imperatore juriſdictionem in Urbe
Romana accepit; ergo Imperator major eſt quàm
Papa.* Perinde ac ſi quis diceret; Comitem
aut Baronem ſuas diciones cum omni juris-
dictione Imperatori donare conſpicans: *Ab
hoc Comite aut Barone habet Imperator politicam
Iuriſdictionem in iſto loco. Ergo Comes aut Baro* E
major eſt, quàm Imperator. Argutiſſimè. Qua-
ſi verò ùt major à minore civitatem unam
vel plures, ſine ulla magnitudinis ſuæ ja-
ctura, dono accipere poteſt; ita ab eodem
Iuriſdictionem locis illis annexam, abſque
ulla magnitudinis, &, ut ita loquar, *majoritatis* ſuæ imminutione accipere nequeat.

Sed jam enthea vis Megæræ ſubit Calvini-
ſtæ medullas. Proniſſimè mendacia ſundit,
& crimina ſalſi committit. Pòſt, ubi Pſeu-
dologiæ & ſalſariæ ſuæ artis commonetur,
furere incipit: quod & hic factum. Corru- Pag. 255.
perat Lotbarianæ Conſtitutionis partem,
prout in Notationibus Gregorianis ad Decre-
tum Gratiani D. 10. cap. *Veſtram*, recitatur.
Objeci corruptelam. Nunc bacchatur, &
poſtquam tumor nonnihil reſedit; ait, ita, F
ùt ipſe retulerat, ſcriptum in editione Lug-
dunenſi, Anno M. DC. V. At ego aſſirmo
in editione Pariſienſi, Anno M. D. LXXXV.
evulgata, qua uti ſoleo, ſic legi & diſtingui
verba ſanctionis: Eidem legi, *qua profitentur
vivere per diſpenſationem Pontificis, & noſtram,
ſubjacebunt:* Eadem ſcriptura extat in editio-
ne Veneta, Anno M. D. XCV. Eadem apud
Baronium Tom. X. Anno DCCCXLVII. N.
11. Eadem in ipſis Longobardicis legibus e-
ditionis Boherianæ. Eandem ſcripturam
ſenſus ipſe expoſcit: nam Lotbarius juſſit,
ut univerſus populus Romanus interrogetur,
qua lege vivere velit; num ſcilicet Romana,
an Longobardica. Addit; Facta legis ele- G
ctione, neceſſarium fore, ut eidem legi, ſe-
cundùm quam vivere profitentur, per diſ-
penſationem Pontificis & noſtram, hoc eſt,
Lotharii, ſubjaceant. At ſi cum Calviniſta
legas, NOSTRÆ, tum ſenſus erit; Legi,
quam elegerint, ſubjecti erunt; per diſpen-
ſationem Pontificis, & ſimiliter *noſtræ legi*
ſubjacebunt; cùm Lotharius eis optionem
offerat, ut unam duntaxat legem eligant, &
ex ejus præſcripto actiones ſuas conforment:
ùt etiam liquet ex Lege, quæ paululùm ante-
cedit; cujus lemma: *Qualiter diverſarum legum homines res ſuas definire debeant.*

Mox iterum ſui acuminis exemplum no-
bis ſpectandum offert. Apud Aimoinum
lib. 4. cap. 112. dicitur, Lotharium à Ludo- H
vico Romam ablegatum, *ut qua rerum neceſſitas flagitare videbatur cum novo Pontifice, Populóque Romano ſtatueret atque firmaret.* Quæ
verba, ſubdit Latronis frater; *Baronius &
parricida ſic interpretantur, quaſi Aimoinus dicat; Imperatorem res Romanas cum Pontifice ſtatuiſſe.* Ex quo ſequitur, *Populum Romanum
æquatam cum Pontifice poteſtatem habuiſſe, cùm
ambo in eodem prædicamento collocentur.* Rurſus
Calviniſta ſubtilitati ſuæ conformiter deſipit;
quam, ut dilucidiùs intueatur, eam in ex-
emplo, tanquam in ſpeculo, contemplan-
dam proponere placet. Rex Hiſpaniæ miſit
ad Comitia Imperialia Legatum, ut ea, quæ
rerum

rerum neceſſitas poſtulare videbatur, cum
A Imperatore & Electoribus, vel aliis Imperii
Principibus tractaret. Ergo Electores vel
alii Principes Imperii parem habent cum Im-
peratore poteſtatem. Quantum valet hoc
argumentum, tantum momenti habet tuum
quoque nugamentum.

Ultima Lotharianæ ſanctionis verba ſunt
iſthæc. *Noviſſimè admonemus, ut omnes ho-
mines, ſicut Dei gratiam, & noſtram habere de-
ſiderant, ita præſtent in omnibus obedientiam ac
reverentiam huic Pontifici.* Ubi Calviniſta per
illud: *Omnes homines;* intelligit *Quoſdam ho-
mines;* id eſt, Romanos duntaxat: Non Lon-
gobardos, Francos, & alios Regibus Fran-
corum ſubjectos; ita ut ſubvereri incipiam,
ne ſi iſte aliquando Dialecticam explicare in-
greſſus fuerit, enunciationes: *Omnis homo eſt
animal: Omne animal eſt ſubſtantia* in hunc
B ſenſum interpretetur: *Quidam homo eſt ani-
mal. Quoddam animal eſt ſubſtantia.*

CAPUT X.

De Epiſtola Caroli Calvi ad Hadrianum II. Pontificem.

CApita 12. & 13. Apologiæ meæ vix
primoribus digitis Calviniſta attin-
git. Vomit tamen convicia, idque
eo fine, ut inſcitiam ſuam à me patefactam
maledictorum quaſi velamento nonnihil ob-
tegat. Illud lepidum eſt, quod blatit, me,
quæ *de Chelandiis* ad Criticam ejus temerita-
C tem caſtigandam attuleram, accepiſſe ex Le-
xico Meurſij, qui Lexicon hoc cùm pro Il-
luſtriſſimo Baronio ſcriberem, tam non vi-
deram, quàm non vidi amiſſas Livii Deca-
das, aut libros ex Bibliotheca Diodori Sicu-
li deperditos.

Ingreſſurus nugari & conviciari ob Caroli
Calvi plenam impotentiæ & iracundiæ ad
Hadrianum Pontificem epiſtolam, oratio-
nem admodum ſcilicet patheticè & empha-
ticè convertit ad Chriſtianiſſimum Galliæ Re-
gem Ludovicum XIII. Et ad lilia Gallicana.
At quid tibi, ô Calviniſta, cum Gallicanis
liliis? Calviniana, hoc eſt, Calvini humeris
impreſſa lilia & ſtigmata, tua ſunt. Hæc af-
fare, hæc ſaluta, hæc exoſculare, tanquam
D tuo quoque dorſo, aut fronti potiùs, aut
maxillis competentia, vel propter hoc tuum,
ex innumeris abs te effuſis, mendacium:
cùm ais: *Gretſerum compoſuiſſe lixivium pro ab-
luendo parricidio in fortiſſimum Regem Henricum
IV. commiſſo.* Non enim lixivium meum pro
hoc abluendo parricidio (quod nullus un-
quam Oceanus in omnem æternitatem ab-
luet aut eluet) ſed pro malè ſano cujuſdam
fabulatoris, tuíque ſimillimi criminatoris ca-
pite, comparatum eſt, ùt lectio ſcripti il-
lius Apologetici, quod *Lixivium* inſcripſi,
apertè docet. Id, ùt video, veſanum hujus
Calviniſtæ caput momordit; quem morſum
eò graviùs ſenſit, quòd animum ſimul do- E
lore exulceratiſſimum gereret, ob Ieſuitas
poſt obitum Chriſtianiſſimi Regis Henrici IV.
ex Gallia non expulſos, & ob omnes machi-
nas, quas ſumma contentione Adverſarii
noſtri adhibebant, tot famoſis & maledicis
libellis Gallicè & Germanicè in vulgus ex-
truſis, in nihilum redactas.

Diem illuſtriſſimo Baronio, & mihi Cal-
viniſta dicit, ob epitheta nonnulla, quæ non
in Carolum Calvum Imperatorem, ſed in
Carolum ſibi non præſentem, utpote ab ira
& furore extra recti ſemitas excuſſum, vel
potiùs in epiſtolam à furibunda mente dicta-
tam, meritiſſimò congeſſimus. Claſſico Chri-
ſtianiſſimum Regem ad vindictam excitat,
& ut anteceſſoris ſui injurias non ſinat eſſe F
inultas clamore pluſquam Tragico efflagitat.
At vide, quid agas, ô Calviniſta. An obli-
tus es, quot millia maledictorum plauſtra
tui in ſacris Lemannicis conſecranei Hugo-
notæ, in æquiſſimos Galliæ Reges Franci-
ſcum II. & Carolum IX. eorundémque Ma-
trem deonerârint?

*Ratio, qua inter alias, me magis ad iſtam
cauſam* (ſeditioſorum & nil niſi arma fremen-
tium Calviniſtarum) *deteſtandam & opprimen-
dam; incendebant;* inquit in epiſtola ad Fran-
ciſcum Portum Calviniſequam, Petrus Car-
pentarius, ipſe itidem quamvis mitior, Cal-
vini diſcipulus; *Erat hæc una maximè, quòd
eos, qui Cingulum illius perditæ cauſæ acceptâſ- G
ſent, continuò ita immutatos videbam, ut eos
nunquam Gallos fuiſſe exiſtimares: ita de Rege
& Principibus malè loqui, malè ſentire incipie-
bant, & ita exoſam habebant gentem Valeſiam,
ut illam ſolùm nominari præ horrore, iniquo ani-
mo paterentur. Ego cùm tantam, & tam à Gal-
lorum animis, atque majoribus alienam mutatio-
nem viderem, ſuſpicatus ſum ſacrificulos illius
nefariæ cauſæ nullum in album cauſæ recipere, ni-
ſi eos, qui priùs cor (in quo omnibus Gallis Lilia,
& amor ſui Regis altè inſculptus eſt) ſibi extrahi
paterentur, uti Nabas, qui nullis aliis conditio-
nibus Iabenſes recipere voluit, niſi paterentur dex-
tros ſibi exſculpi oculos. Et ſanè (ut fictiones
miſſas faciamus) iſti omnes cauſæ initiati, ex quo
in numerum iſtum relati erant, quaſi dextro ocu-
lo eruto, ſiniſtro protervo & invido oculo, Regis H
& regni ſui felicitatem inſpectare incipiebant.
Odium verò & hanc labem animis noſtrorum ho-
minum maximè infundebat, & inculcabat impu-
rus ille* (Beza) *qui apud vos præſidet, & qui tan-
quam ex Aſamonæa gente Pontificatum & regnum
apud vos obtinet. Ille inquam, ubi ſemel atque
iterum Galliam ſibi ex faucibus ereptam videt,
quam incendiis atque rapinis vaſtare cupiebat; in
Reginam, quæ minoris Regis gubernacula tenens,
omnes conatus ſuos, & prudenter & viriliter per-
fregerat, ita incanduit & exaſperatus eſt, ut ni-
hil nunc agat & moliatur aliud, quàm interne-
cionem Valeſiæ nominis & ſtatus Gallici mutatio-
nem.*

Digitized by Google

A *nem. Et publicè decantat & denunciat, Reginam cum catulis ſuis (ùt ipſe loquitur) tollendam eſſe, id docet, id imprimit voce, & ſcriptis in omnium Cauſariorum animis atque pectoribus. Hic eſt hujus cauſæ proprius ſcopus; eò ſpectant, eò tendunt omnes Cauſariorum conatus, ejus rei exitum ſibi pollicentur, auctoritate vatis illius impuriſſimi* (Bezæ) *cujus orationem, uti oracula, cujus ſcripta ùt libros Sibyllinos excæcati homines recipiunt.*

Hæc & plurima alia in eadem epiſtola Carpentarius de veſtra in Reges Franciæ benedicentia; inter cætera etiam hoc: *Miniſtrorum verò, quò major erat petulantia, eò etiam major licentia erat in conviciis in Regem & Regium ſan-* B *guinem evomendis.*

Nunquam legiſti, Calviniſta, præfationem ad duos Anglos in Commentarium Innocentii Gentiletti I. C. (ſic enim fictitiè forſan nominatur) *de Regno aut quovis Principatu rectè adminiſtrando adversùs Macchiavellum?* Non attendiſti, qualem collationem inter Catharinam Medicæam, Galliæ Reginam, trium Chriſtianiſſimorum Regum Matrem, & Eliſabetham Angliæ Reginam inſtituat? An non nominat Reginam illam *peridoneum Satanæ inſtrumentum, quæ Macchiavelli civis ſui ſcripta in tantum honorem & dignitatem adduxerit, ut nemo hodie in Aula Gallica iſti Medeæ acceptus ſit, quin Macchiavellum Italicè, Gallicè legat, terat, ediſcat.* En Chriſtianiſſimam C Reginam, *Medeam* & paulò pòſt *furioſam Excetram*, furioſiſſimus Calviniſta nominitat. Et mox Angliæ Reginam Eliſabetham laudibus ſuper aſtra tollit. At Reginam Galliæ lœdoriis ſuis infra inferos deprimere allaborat. Veſtra Regina, hoc eſt Anglicacana, *tanto eſt omnium optima, quantò iſthæc noſtra*, (hoc eſt Gallicana) *eſt omnium deterrima. Noſtra pro ludicro ſpectaculo habet, innoxii ſanguinis rivis, inſepultorum cadaverum acervis, urbium captarum flammis ac ruinis, crudeles oculos paſcere. Noſtra, cùm potentiam perfidia & ſcelere quæſitam, bonis artibus exercere non poſſet, quid aliud hactenus egit, quàm ut plebem tributis; Nobilitatem bellis, veram Eccleſiam proſcriptionibus attereret; Noſtram igitur, ùt facem bellorum, dedecus temporum, hu-* D *mani generis peſtem ac Furiam æqui & iniqui execrantur. Denique in contrariis artibus illa Regnum: hæc Tyrannidem exercet, ut facilè credas has duas Reginas, ſtudiis ac moribus tantum inter ſe diſpares, fato quodam ad ſingulare Clementiæ & Sævitiæ certamen in eandem ætatem comparatas; alterum, omnium vitiorum, alterum omnium virtutum exemplar.*

An Calviniſtarum bilem contines, & necdum, quanta maxima voce potes vociferaris. Audi, *quibus verbis in Chriſtianiſſimam Reginam impuri* Calvinicolæ os *invehatur, ac Legis Juliæ vindictam cogita.* Quo igitur in te, *ò dulce Lilium hæc hominum natio affecta ſit, ex verbis eorum pateſcit;* Et ex hoc etiam programmate, quod idem Calviniſta commen- E titii Gentiletti commentario præfixit; Optat enim, ut Machiavellus reviviſcat. Quare? *Quippe hinc lilia Galliámque noſtram veſtris Conſiliis regi videres. Hinc alto Furiam throno ſedentem, Dantem jura viris & Aulicorum Turmas ſanguine plebis ebriantem. Quæ pluris faciens tuos furores, Quàm veſanus amans ſuos amores. Mores hic Lupa fingit & refingit. O quot millia baſiationum, ſi te, non tua, non libros haberet? Quàm te plus oculis ſuis amaret? Nec mirum, maculæ pares utriusque Impreſſæ reſident, nec eluentur. Imò plurima ſunt gemella vobis: Ambo fœdifragi, profani & ambo infeſtis ſata diræ monſtra cœlis terræ in perniciem, ſuique ſæculi: Et tu pangere ſcis libros tyrannis, Iſthæc fingere liberos tyrannos. Quàm nobis benè convenit duobus.*

Adhuc te Calvinigena tenes, & necdum F contentiſſimo clamore, ùt valentiſſimus præco intonas: *Ite nunc Francorum proceres, exemplo diſcite ab uno, quid de cæteris* Calvinicrepæ *hujus ſymmiſtis ſperandum ſit.*

De more & jure appellandi ad Romanam Sedem, quod jus ſua in epiſtola Carolus Calvus, vel potiùs Hincmarus ſub Caroli Calvi tegmine, oppugnabat; nihil addo, quia de eo fuſiſſimè diſputatum eſt à Bellarmino lib. 2. de Pontif. cap. 21. & ſeqq. Et à me in Defenſione Controverſiæ Bellarminianæ de ſummo Pontifice. Hîc tantùm Calviniſtæ aliquid ex epiſtola Felicis II. Papæ ad Epiſcopos Ægyptios deguſtandum apponere placet. Ita ergo Felix. *Quoties Epiſ-* G *copi ſe à ſuis comprovincialibus, vel à Metropolitano putaverint prægravari, aut eos ſuſpectos habuerint, mox Romanam appellent Sedem, ad quam eos abſque ulla defenſione, aut ſuarum rerum ablatione, liberè ire liceat. Et dum prædictam Romanam Matrem appellârint Eccleſiam, aut ab ea ſe audiri expoſcerint, nullus eos, aut excommunicare, aut eorum ſedes ſubripere; aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præſumat, antequam eorum cauſa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quòd ſi aliter à quoquam præſumptum fuerit, nihil erit, ſed viribus carebit.*

Et poſt allata hujus rei exempla, ſubjun- H git Pontifex. *His & aliis quàm plurimis documentis manifeſtum eſt, nullum damnari, aut ſuis expoliari rebus debere Epiſcopum, qui hanc ſanctam Sedem interpellaverit, aut ſibi defenſatricem adſciverit, donec judicium de eo noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis, hoc eſt, Principis Apoſtolorum Petri agnoſcat. Quia ſolummodò Chriſtus JEſus huic ſanctæ Sedi, id eſt Apoſtolicæ, hoc facere commiſit, utpotè quoniam ſolus, atque præ omnibus præfatus Princeps Apoſtolorum creditus eſt, atque percipere meruit à Rege Regum Chriſto Deo claves regni cœlorum.* Hæc Pontifex.

Mirum ſanè foret, ſi omnes totius Chriſtiani orbis Epiſcopi hoc privilegio fruerentur; ſoli autem Epiſcopi Gallicani inde exclu-

Digitized by Google

A cluderentur. Magìs etiam mirandum foret, ſi
cùm Chriſtus Petro & Succeſſoribus quod-
cunque ligandi & ſolvendi in terris poteſta-
tem dedit, excepiſſet Epiſcopos Gallicanos,
ut ligatum ab illis nec ſolvere, nec utrum
juſtè ligatus eſſet, cognoſcere, nec ipſos
ligatores, ſi ita mererentur, ligare poſſet.
Non neſciebat iſta Hincmarus, ſed ambitio
& ira mentem præcipitant, nec meliora ſe-
qui ſinunt.

Quia verò Carolus Calvus dixerat, Had-
rianum Papam, contra morem *Deceſſorum
ac prædeceſſorum ſuorum*, ſibi mandâſſe, ut
Hincmarus Laudunenſem Epiſcopum, qui
ad Sedem Apoſtolicam appellaverat, Romam
abire permitteret; objecit Baronius idem
B eidem Carolo à Nicolao I. Pontifice manda-
tum fuiſſe in cauſâ Rothaldi Epiſcopi Sueſſio-
nis. Hic cùm aliud effugium non pateret,
reſpondit Calviniſta; epiſtolam Calvi ad
Adrianum, fuiſſe itidem ſcriptam contra
Nicolaum Papam. At jam alibi diximus nul-
lum verbulum de Nicolao in epiſtola Calvi
extare. Secundò reſpondit Calviniſta: Ca-
rolum per illud: *Deceſſorum & prædeceſſorum
veſtrorum, non intelligere proximè antegreſſum
Nicolaum;* ſed perinde eſſe ac ſi Calvus dixiſ-
ſet: *Majorum veſtrorum; & hoc non uſurpari
de heri & hodie antecedente, ſed de illis, qui
longè præceſſerunt:* atque adeò aliud eſſe *An-
teceſſorem*; aliud *deceſſorem*; & *prædeceſſorem.*
Nicolaum fuiſſe Caroli *anteceſſorem*, non *De-*
C *ceſſorem* aut *prædeceſſorem.* Quam ſtultitiam
vel potiùs amentiam jam in Apologia Baro-
niana refutavimus. Sed ſingula nunc accu-
ratiùs inſpiciamus.

Nam quod primò attinet ad *Deceſſorem*, hoc
nomine etiam immediatum *Anteceſſorem* ſigni-
ficari patet ex epiſtola prima Felicis III. ad
Acacium Conſtantinopolitanum Epiſco-
pum, ubi Pontifex. *Poſtquam ſanctæ memo-
riæ deceſſore meo Papa Simplicio*, &c. Idem
epiſtola ſecunda ad Zenonem Imp. *Decebat
profectò poſt ſanctæ memoriæ Deceſſoris mei tran-
ſitum*, &c. At Felix Tertius *immediatè* Sim-
plicio ſucceſſerat; & tamen vocat illum, *De-*
D *ceſſorem* ſuum. Symmachus Papa epiſt. ad
Eonium Arelatenſem Epiſcopum. *Deceſſor
noſter ſanctæ recordationis Anaſtaſius*, &c. Idem
epiſt. 2. ad eundem. *Præſidente prædeceſſore
noſtro.* Ita quem antea *Deceſſorem*; nunc
Prædeceſſorem nominat Anaſtaſium, cui Sym-
machus immediatè ſucceſſerat. Flodoardus
lib. 4. Remenſis Hiſtoriæ cap. 1. loquens de
epiſtola Fulconis Archi-Epiſcopi Remenſis ad
Stephanum VI. Papam. *Annectens etiam de
Privilegiis ſibi in cunctis, quæ petiit, ab hujus
Prædeceſſoribus Marino & Adriano conceſſis.* At
Stephanus VI. proximè Marino & Adriano
III. ſucceſſerat. Et tamen vocantur *Præde-
ceſſores.* Idem Stephanus ad Baſilium Imp.
Conſtantinop. *Literas Serenitatis veſtræ ad
Hadrianum Prædeceſſorem noſtrum miſſas accepi-
mus.* Et tamen proximè poſt hunc Adria- E
num Cathedram Petri obtinuerat. Omitto
alia hujus generis innumera exempla; ne
ſoli lucernam accendere velle videar; nam
tenebris Calvinianis illuminandis, quæ tan-
dem lux ſatis erit? Quod enim nomine
MAJORUM proximos parentes compre-
hendi negat, id helleboro, non oratione
expiandum erit. Scilicet parentes non ſunt in-
ter MAJORES. Scilicet, cùm quis de majoribus
ſuis loquitur, parentes excludit. Et Para-
ſitus ille apud Comicum omnes ſuos Majo-
res in cruce ſepultos dicit; an non inter hos
ſuos Majores, Patrem quoque nominat?

At vide nunc Calviniſtæ ſtoliditatem. Cùm
antea dixiſſet vocem *Deceſſoris & Prædeceſſoris*
æquè latè fundi, nunc ex Notis Jureti, ùt ait,
ad Ivonem, nobis perſuadere cupit, nomen
Prædeceſſoris latiùs extendi, quàm *Deceſſoris.* F
Dicat ergo nobis, quouſque extendatur no-
men Deceſſoris, & in quo tandem ſucceſſio-
nis gradu nomen *Prædeceſſoris* uſurpare liceat?
Et cùm ipſum etiam *Deceſſoris* nomen non
competat in proximum anteceſſorem, in
quem tandem competet? Sed mittamus iſt-
hæc; quia nihil aliud ſunt; quàm gerræ Cal-
viniſticæ vero obfuſcando excogitatæ. Certè
Leo IX. Pontifex, quem multorum annorum
intervalla à S. Leone Magno ſejungebant, e-
undem Leonem *Deceſſorem* ſuum appellat in
epiſtola ad Michaëlem Patriarcham Conſtan-
tinopolitanum.

Bacchatur denuò Calviniſta in Capitulum
illud Caroli Magni, quod extat apud Gra-
tianum Diſtinct. 19. cap. 3. & apud Ivonem
p. 5. cap. 50. Nec video, quid tanto furo- G
ri nonnihil mitigando aptius facere poſſim,
quàm ſi ipſum Capitulum, prout Gratianus
in ſuum Volumen retulit, recitem. Arrige
ergo aures Calviniſta. *In memoriam beati Pe-
tri Apoſtoli honoremus ſanctam, Romanam & Apo-
ſtolicam Sedem; ut quæ nobis ſacerdotalis mater
eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſticæ magiſtra
rationis. Quare ſervanda eſt cum manſuetudi-
ne humilitas: ut, licèt vix ferendum ab illa ſan-
cta ſede imponatur jugum, tamen feramus, &
pia devotione toleremus. Si verò (quod non de-
cet) quilibet, ſive ſit Presbyter, ſive Diaconus, a-
liquam perturbationem machinando, & noſtro mi-
niſterio inſidiando, redarguatur, falſam ab Apo-* H
*ſtolica Sede detuliſſe epiſtolam, vel aliud quid,
quod inde non venerit, ſalva fide, & integra cir-
ca Apoſtolicum humilitate, penes Epiſcopum ſit po-
teſtas, utrum eum in carcerem, aut aliam detru-
dat cuſtodiam, uſquequo per epiſtolam, aut per
idoneos ſuæ partis legatos Apoſtolicam interpellet
ſublimitatem, ut potiſſimùm ſua ſancta legatione
dignetur decernere, quid de talibus juſto ordine
Lex Romana ſtatuat definire, ut & is corrigatur,
& cæteris modus imponatur.*

O Calvinianis auribus durum Capitulum.
Quod Calviniſta fatetur in Concilio Tribu-
rienſi reperiri; ſed à Carolo Magno profe-

A ctum eſſe, id verò abnuit: quia nimis apertè Pontificiam dignitatem & Majeſtatem extollit. Si ſenſus bujus Capituli eſſet negativus, hoc eſt, ſi Sedi Apoſtolicæ tantum detraberetur, quantum conceditur, Calviniſta dubitare, num à Carolo Magno proceſſiſſet, ſummum nefas duceret.

CAPUT XI.

De Actis Synodi Romanæ ſuper Electione Caroli Calvi Imperatoris.

IN boc capite ſolito furioſiùs furit Mænas Calviniana. Multas fundit Pſeudologias etiam dum alios pſeudologiæ poſtulat: B nam Baronium *inter Conventum Ticinenſem, & Romanum, qui bunc ſecutus eſt, ut Imperium Carolo Calvo confirmaretur, diſcrimen ſtatuiſſe*, nunquam dixi: ſtatuiſſe autem diſcrimen inter Conventum Ticinenſem, & illum, qui Anno Domini DCCC. LXXV. cùm Imperii corona Carolo conferretur, habitus eſt; id aſſerui, & etiamnum aſſero. Qui fidem non habet, is Illuſtriſſimum Baronium nominato Anno & ſequenti conſular. Itaque non eſt, quòd Calviniſta mendaciis ſuis quidquam ſubſidii à me ſperet, aut etiam, ùt temerè facit, ultrò ſumat. Baronii ſententiam in eo non approbo, quòd cum Ticinenſi conventu copulet Synodum Romanam, quæ C pro confirmando Caroli Imperio, Anno DCCC. LXXVII. collecta eſt.

Multa nugatur, ut excuſet ſuam in Titulis & Inſcriptionibus confingendis ſalſiloquentiam & perfidiam pluſquam Calvinianam. Sed nullo unquam flumine, quin nullo unquam mari, crimina ſalſi abluet commiſſa cùm alibi, tum in trium Tomorum inſcriptionibus.

Imperium Romanum hæreditarium eſſe, quod & bic & alibi contendit Calviniſequa, id nibil aliud eſt, quàm Imperii Electoribus accinere noviſſima verba. *Ilicet.* Quid enim opus eſt Electoribus, ubi omnia jure hæreditario decernuntur? Deteſtare autem os Calviniani bujus, qui negat, ſe ſcripſiſſe: D *Carolum Calvum ſolummodò à Pontifice Ioanne in-unctum.* Cujus igitur, oro, ſunt iſta verba, quibus Baronius compellatur & inceſſitur? *Quod tu infers & electum pariter & unctum atque coronatum à Pontifice fuiſſe, id verò manifeſti mendacii arguunt illi, quos appoſui, ſcriptores, qui à Romanis electum, à Pontifice aſſerunt ſolummodo unctum & coronatum.* An non ſunt hæc tua verba, & quidem ipſiſſima? Cur ergo baccharis, cùm te id, quod ſcripſiſti, ſcripſiſſe affirmo?

De cauſa fugæ Carolomanni à facie Caroli Calvi, tu tuis Hiſtoricis credis; Ego & Baronius Aimoino lib. 5. cap. 35. Tu *Aimoinum mentiri* dicis. Hoc nos optimo jure affirmamus non de tuis, quos citas, ſed de te, qui tam petulanter antiquis ſcriptoribus inſultas & inequitas.

Ludovicum Regem Germaniæ, Caroli E Calvi fratrem, Carolomanni parentem, & hunc ipſum Carolomannum Imperatores fuiſſe, & in Imperatorum Catalogum referendos eſſe, contendis; & ob boc tam præclarum facinus non obſcurè præmium tibi decerni petis non ſine hoc thraſoniſmo. *Atque ita mea Comitate atque magiſterio factum, ut Reipublica Germanæ duo Germani Imperatores, Pater & Filius, iterum redonentur.* En Comem Magiſtrum, cui ob bos duos in ſyllabo Imperatorum collocatos Principes, paulò diverſius & diſſimilius honorarium dabitur, quàm ſit illud, quod promeruit, quando Tomo tertio ſuorum Nugamentorum, diademate Imperatorio exornavit Reges Gothorum & Vandalorum, quos Imperatores fuiſſe, nemo mortalium ante hunc ſomniatorem ſomniavit. Grandis tua potentia ô F Calvini aſſecla: & longè major, quàm Pontificia; Nam tu, arbitratu tuo, Imperatores creas & recreas; quam tamen poteſtatem, ut comitas tua Romano Antiſtiti concedat, nullis aut precibus aut argumentis adduci aut emolliri poterit.

Quàm verò fragile & infirmum eſt fulcrum, quo Ludovici & Carolomanni Imperatoriam dignitatem fulcit. Quodnam illud? Auctoritas cujuſdam Diplomatis, conceſſi olim à Ludovico, Boſſonis filio, Rege & Imperatore, quod citat Sigonius, lib 6. de Regno Italiæ, Anno XC. I. ubi diſertiſſimus ille Hiſtoriograpbus. G *Legitur Nonantulæ diploma, in quo auctoritate ſua rata eſſe omnia jubet, quæ Monaſterio Nonantulano à Regibus donata fuerant, Aiſtulpho, Deſiderio, Adalgiſo, Carolo Majore, Ludovico Majore, Lothario, Ludovico Piiſſimo, Carlomanno, Carolo Juniore, Arnulpho, Vidone & Lamberto Imperatoribus.* Ergo Ludovicus Rex Germaniæ, & Carolomannus filius ejus fuère Imperatores.

Reſpondeo I. Titulos ſecundùm ſubjectam materiam aptè aptandos & diſpertiendos eſſe: Itaque licèt prædictis verbis *Ludovici Piiſſimi, & Carolomanni* Ludovicus Rex Germaniæ, & filius ejus Carolomannus de- H notarentur, ùt tu tibi perſuades, non tamen magis inde conficeretur, iſtos eſſe vel fuiſſe Imperatores, quàm ſi dicerem: Fridericus III. Maximilianus Primus, Philippus ejus filius. Carolus V, & Philippus Secundus, filius ejus Ferdinandus, Maximilianus II. & Rudolphus II. Imperatores præclarè de Germania, potiſſimùm autem de Familia Auſtriaca meriti fuerunt, ejúſque privilegia & immunitates auxerunt ac confirmârunt. Quæſo, num ideo ſequeretur, Philippum, Maximiliani I. filium, & Pbilippum Caroli V. filium fuiſſe Imperatores? An neſcis *Imperatoris* vocabulum *reſpectivè*, ùt nunc loquuntur, in tali locutione accipiendum eſſe?

A eſſe? Deinde nego per *Ludovicum Piiſſimum*, intelligi Ludovicum Germaniæ Regem: ſed ajo, hoc nomine nullum alium denotari, quàm Ludovicum II. Imp. Lotharii Imperatoris filium, & ſucceſſorem; de quo Regino. *Fuit iſte Princeps pius & miſericors, juſtitiæ deditus, ſimplicitate purus, Eccleſiarum defenſor, orphanorum & pupillorum pater, Eleemoſynarum largus largitor, ſervorum Dei humilis ſervitor, ut juſtitia ejus maneret in ſæculum ſæculi, & cornu ejus exaltaretur in gloria.* Per Carolomannum quoque & Carolum Juniorem; duos Carolos Calvum & Craſſum deſignari pluſquàm probabile eſt; nam ùt Calviniſta nomine *Caroli* aliquando Carolomannum ſignificari dicit; (P. 274. 272.) ſic mirum videri B non debet, ſi nomen Carolomanni aliquando pro Caroli nomine uſurpatum reperiatur; cùm alioqui ſit unum & idem nomen, quemadmodum apud Helvetiorum nonnullos, *Petrus & Petromannus*; ſeu ùt ipſi loqui ſolent, *Peter & Petermann:* Quapropter ſubtilis admodum hæc eſt Calviniſtæ annotatio; illud *Manni* idem eſſe, quod *Magni*, ut Carolomannus idem ſit, quod *Carolus Magnus.* O acumen ſupra omne ſtannum & plumbum. Cui ſimile; hinc factum, ut ſæpe Caroli *Groſſi* ſeu *Craſſi* nomen pro nomine Carolomanni poſitum fuerit; annique Caroli *Groſſi* cum Annis Carolomanni confuſi. Ubi imperitiſſimè Calviniſta, verba iſta Chronici Belgici à clariſſimo Doctore Joanne Piſtorio, cujus memoria bonis & lite- C ratis nunquam excidet, publicati: *Anno Caroli iſtius primo, Joannes Papa à Romanis injuriosè vexatus, & in cuſtodiam traditus eſt, pro eo, quòd Carolo non faveret, qui in Franciam veniens, cum Rege Ludovico Balbo fermè per annum moratus eſt;* interpretatur de Carolo *Groſſo* ſeu *Craſſo*: Qui error ſanè perquam *Groſſus* eſt & *Craſſus*; Nam ea de Carolo Calvo accipi debere, libenter confitebitur, quiſquis Hiſtoriam illius temporis vel à limine ſalutavit.

Quod autem Calviniſta cap. 27. ſuæ Replicationis epiſtolam Guntharij & Theutgaudi Schiſmaticorum Archi - Epiſcoporum, & Advocatorum adulterii commiſſi à Lothario Rege: totam exſcribit ac recitat, D opus ſuo Evangelio & ſeipſo, & Catalogo teſtium veritatis dignum facit. Nam Evangelium Calvinianum & Lutheranum, & Catalogus Illyrici his Teſtibus crevit; & forſan ipſe *Calvaſter* jam & depilatus Calviniſta hujuſmodi Patronis aut eget, aut propediem egebit.

CAPUT XII.

De Conciliabulo Romano contra Joannem XII. Pontificem ſub Othone Primo Imp.

UT Calviniſta librum ſuum ſpiſſiorem reddat, octo propemodum folia tranſcribendis & commemorandis conviciis ex Theodorico à Niem, & ex neſcio E quibus Germanis *Verſificibus* ſeu *Rhythmologis* implet, vel potiùs inficit & contaminat, quos Rhythmorum inconcinnorum conditores mentitur à me viſos, & diligenter conſideratos apud S. Gallum; eóſque abs ſe petiiſſe *Reverendum & Illuſtrem Principem Bernardum, Abbatem S. Galli.* Quid Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps BERNARDUS S. Galli abs te petiérit, neſcio; hoc ſcio, eum hos Germanicorum verſuum architectos à te non poſtulâſſe, ut mihi oſtenderet; quia nunquam oſtendit; neque ullum unquam verbulum de his mecum communicavit. Itaque non eſt, quòd tibi blandiaris, quaſi tanti & tanti ſis, cui etiam ipſi Principes preces offerre ſoleant.

Porrò maledictis tuis in Pontifices, quid F reponam? Ubi tu duos vel tres Pontificum vituperatores protuleris, nobis proclive eſt centum laudatores & encomiaſtas in medium producere; quorum omnium vice fungatur, hac quidem vice, Theodorus Studita, Auctor non modò doctus, ſed & Sanctus, & Calviniſtæ huic ob ſacrarum imaginum defenſionem perquam charus. Is ergo epiſtolam ad Paſchalem Papam ita auſpicatur. *In omnibus ſumma virtute prædito, lumini magno, Principi Sacerdotum primo, Domino noſtro Apoſtolico.* (Apud Bar. Tom. 9. Anno 817. N. 21.) Et in contextu epiſtolæ. *Audi Apoſtolicum caput, à Deo Præpoſite Paſtor ovium Chriſti, ianitor Regni cælorum, Petra fidei, ſuper quam ædificata eſt Catholica Eccleſia; Petrus enim tu, Petri ſedem exornans & gubernans, &c. Huc igitur ab occidente, ô Chriſti imitator, reſurge, &c. Tibi dixit Chriſtus Deus noſter: Et tu aliquando converſus, confirma fratres tuos.* G *Ecce tempus, ecce locus, opitulare nobis, qui es à Deo ad hoc ordinatus, &c. Habes poteſtatem à Deo, eò quòd omnium Princeps es, in quo poſitus es.* Hæc S. Theodorus Studita.

Verbosè oſtendit Calviniſta, Pontificis nomen tribui aliquando Epiſcopis. Quis abnuit? Nil opus probare, quod per ſe liquet, nec in controverſiam vocatur. Addit; Epiſcopos, dici interdum, *ſummos Pontifices.* Neque hoc diffiteor. Quid hoc ad rem? Quæſtio eſt; num Epiſcopi, qui Romani Pontificis ſuffraganei ſunt, rectè appellentur *Romani Pontifices*, prout in Pſeudoſynodo H contra Joannem Papam nominantur. Inauditum enim eſt, ut nomine Romanorum Pontificum alii intelligantur, quàm Succeſſores S. Petri Chriſtique in terris Vicarii. Nec Suffraganei Romani Pontificis; neque ſeptem Cardinales Epiſcopi, Eccleſiæ Lateranenſi attributi, & *Collaterales* Romani Pontificis, ac *Hebdomadarii* vocitati, de quibus ex vetuſto libro Rituali Baronius Tomo 11. Anno M. LVII. n. 19. unquam *Romani Pontificis* nomine affecti aut deſignati ſunt.

Mentitur autem Calviniſta cùm dicit, nullum exemplum poſſe produci, quo demon-

A ſtretur, Epiſcopos *Suffraganeos*, aut *Collaterales*, aut *Hebdomadarios* Papæ, appellari *Pontifices*. Nuſpiam hoc aſſerui; ſed iſtud: non poſſe produci exemplum, quo probetur, iſtos *Romanorum Pontificum* nomenclatura inſigniri. Periculum porrò eſt, ne latronis frater cum Calviniſta *Donatiſtam* copulet, ut habeamus novum Creſconium Grammaticum. Ex cujus fatuitate conficitur, aut Iudam non fuiſſe Apoſtolum; aut Apoſtolatum non fuiſſe ſanctum officium; aut ſi Iudas, quem ipſa Veritas *Diabolum* nominat, potuit eſſe Apoſtolus, non obſtante perverſiſſima ejus improbitate, mirum ſanè foret, ſi Joannes XII. ob flagitioſos & improbos B mores Pontifex eſſe non potuiſſet, cúmque ſanctitate perſonæ ſanctitatem etiam officii, quo fungebatur, amiſiſſet. An non Iudas uſque ad ipſum ſacrilegum & millies execrandum venditi & proditi Chriſti facinus, unus ex duodecim, hoc eſt, Apoſtolus appellatur? Quid, quod ipſemet Otho Magnus Imperator, & Epiſcopi illius Conciliabuli nequaquam inficiati ſunt, Joannem legitimum eſſe Pontificem, licèt, quæ ſcelera conſciviſſet, minimè ignorarent; imò licèt per hyperbolen forſan nimiùm grandem, de ſceleribus Joannis palàm in Synedrio dictitarent: *Miramur ſanctiſſimam prudentiam veſtram nos hoc velle percontari, quod nec Ibericos, nec Babylonicos, nec Indicos incolas latet.* His tamen non abſterriti, literis ad Joannem datis, hanc inſcriptionem fecerunt. *Summo Ponti-* C *fici & univerſali Papæ, Domino Joanni Otho Imperator cum Archiepiſcopis, &c.*

Stolidè Calviniſta in literis Joannis ad Synodum, voculam *Ullum* mutat in *Nullum*, hoc modo: *Nos audivimus dicere, quòd vos vultis alium Papam facere. Si hoc feceritis, Excommunico vos de Deo omnipotente, ut non habeatis licentiam nullum ordinare & Miſſam celebrare.* Quæ prorſus menti Joannis adverſantur. Minabatur enim Epiſcopis, ſe eis interdicturum, ne ullum ordinare, ullámve Miſſam celebrare poſſent: Quod cum Calviniſta non intelligeret, ſenſum planè contrarium Joanni affinxit; *Ut non habeatis licentiam nullum ordinare & Miſſam celebrare;* hoc eſt, efficiam, ut non ſit vobis poteſtas nullum ordinandi, D nullámque Miſſam celebrandi. Quæ ſanè magna fuiſſet pœna, & ſevera à munere Epiſcopali & Sacerdotali ſuſpenſio.

Imperatores vocari aliquando *ſanctos* & *ſanctiſſimos*, præcipuè apud Græcos; monuit ipſemet in Apologia: nec Baronius negat. Tantùm perſtringit *Conciliabuli* illius Aſſeſſores, quòd titulos, qui ex vulgatiore tunc conſuetudine Pontificis erant, ad Imperatorem; & titulos, qui Imperatoris erant, ad Pontificem tranſtulerint.

P. 298. Obſerva autem hæc verba Calviniſtæ. *Juxta Doctorum noſtrorum opinionem* (immiſcet ſe Grammatiſta Jureconſultis, ùt anſer olori-bus) *Imperator eſt & dicitur totius* mundi Dominus & *Deus*. *Quam opinionem Bartolus dicit eſſe communem, & eum, qui contrarium audeat dicere, eſſe hæreticum. Et corporalem mundi Deum Imperatorem eſſe ex Baldi conſilio annotant Jurèconſulti:* Hæc Calviniſta, qui cum ſui ſimilibus Furippis, ſi quando apud Canonum Interpretes legit, Papam, Vicarium Chriſti, eſſe DEUM, mox cum Judæis illis in domo Caiphæ, ſonora voce intonat. *Blaſphemavit: Reus eſt mortis. Quid adhuc egemus teſtibus?* E

De peremptoria citatione niſi hoc loco Calviniſta intempeſtivè & inſcitè verba feciſſet, neſciviſſemus illum eſſe *Juriſperditum*, ùt Lutherus loquitur.

CAPUT XIII. F

De prima, eáque fictitia Bulla Leonis VIII. Antipapæ.

EST, quòd huic Bullæ gratulemur: nam cùm in primo Conſtitutionum Tomo tantummodo bulla eſſet; nunc, beneficio Calviniſtæ, Bullarum venditoris, nova inſcriptione, & quidem adeò magnifica, inſignitur. Audi. *De Senatuſconſulto Romano, quo à Papa Leone VIII. Senatu, Populóque omnis poteſtas in Othonem Primum Imp. confertur.* Sic Bulla in Senatuſconſultum migravit; migratura denuò in Bullam, ubi Calviniano huic Metamorphitæ viſum fuerit. G

Hujus Leonini ſeu, ùt Calviniſta appellat, Othoniani Privilegij Paſchalem II. Pontificem exſertim meminiſſe, mendacium eſt. Verba Paſchalis hæc ſunt apud Baronium Tom. 12. Anno M.C.X. *Tibi itaque, Filì chariſſime, Henrice Rex, & nunc per officium noſtrum Deì gratia, Romanorum Imperatori & Regno regalia illa dimittenda præcepimus, quæ ad Regnum manifeſtè pertinebant, tempore Caroli, Ludovicè, Othonis, & cæterorum prædeceſſorum tuorum, &c.* Sed hæc verba non extant apud Baronium loco à Calviniſta citato; ſed iſta: Num. 4. *Quæ omnia poſtquam impleverèt Rex, Papa juberet, Epiſcopis adſtantibus, in die coronationis ejus, ut Regalia Imperatori dimitterent, quæ à temporibus Caroli,* H *Ludovicè, Henrici, aliorúmque prædeceſſorum ad Regnum pertinebant.* Hæc apud Baronium loco citato. Et quomodo Anno M.C.X. Paſchalis Pontifex dicere poterat, *Tibi, Henrice, nunc per officium noſtrum Imperatori*, &c. Cùm Henricus eo anno necdum eſſet Imperator, quippe qui poſtero demum anno, Imperialem coronam acceperit. Sed Calviniſtam fefellit memoria; (humanius enim videtur hoc ſentire; quàm fraudem & imposturam à Calviniſta commiſſam eſſe) Nam prædicta verba ſumpta ſunt ex Dodechino, Continuatore Mariani Scoti, quæ Baronius neutro loco allegat. Nec intelliguntur de

Ele-

A Electione, Conſtitutione, & Inveſtitura Romani Pontificis, & aliorum Epiſcoporum Prælatorúmque Eccleſiaſticorum, de quibus hoc loco duntaxat, occaſione Bullæ Leoninæ, altercamur, cùm & ipſa Bulla Leonis tantummodo de iſtis agat; ſed de Provinciis, ditionibus, & civitatibus, quas Epiſcopi, beneficio & liberalitate priorum Imperatorum ac Regum poſſidebant: his enim inſidiabatur Henricus, eáſque libenter de manibus Eccleſiaſticorum extorſiſſet, quaſi parùm convenientes ſtatui & officio eorum: Quod planum apertúmque fit ex formula conceſſionis, prout quidem à Dodechino recitatur; nam alii aliter referunt, ùt videre eſt apud Baronium Anno M. CXI.

B Verba Paſchalis apud Dodechinum ſunt iſta. *Divinæ Legis inſtitutionibus ſancitum eſt, &c. ne Sacerdotes curis ſæcularibus occupentur, &c. In veſtri autem Regni partibus Epiſcopi vel Abbates adeò curis ſæcularibus occupantur, ut comitatum aſſiduè frequentare, & militiam exercere cogantur, quæ nimirum aut vix, aut nullo modo ſine rapinis, ſacrilegiis, incendiis, aut homicidiis exhibetur. Miniſtri verò altaris, miniſtri curiæ facti ſunt, quia civitates, ducatus, marchionatus, monetas, curtes, & cætera ad Regni ſervitium pertinentia à Regibus acceperunt. Unde etiam mos Eccleſiæ intolerabilis inolevit, ut electi Epiſcopi nullo modo conſecrationem acciperent, niſi priùs per manum regiam* C *inveſtirentur. Aliquando etiam vivis Epiſcopis inveſtiti ſunt. His & aliis plurimis malis, quæ per inveſtituram plerumque contigerant, prædeceſſores noſtri Greg. VII. & Urbanus II. felicis memoriæ Pontifices excitati, collectis frequenter Epiſcopalibus Conciliis, inveſtituras illas manus Laicæ damnaverunt; & ſi qui Clericorum per eam tenuiſſent Eccleſias, deponendos; datores quoque communione privandos perenſuerunt, juxta illud Apoſtolicorum Canonum Capitulum, quod ſe ita habet: ſi quis Epiſcopus ſeculi poteſtatibus uſus Eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregetur, omnéſque, qui illi communicant.*

D Ecce Inveſtituras manifeſtè Imperatori, aliíſque Laicis adimit; confirmat enim decreta Gregorij VII. & Urbani II. ſuper hac re promulgata. Quid ergo largitur Paſchalis Henrico? *Tibi itaque, fili chariſſime,* HENRICE REX, *& nunc per officium noſtrum, Dei gratia, Romanorum Imperatori, & Regno regalia illa dimittenda præcepimus, quæ ad Regnum manifeſtè pertinebant tempore Caroli, Ludovici, Ottonis, & cæterorum prædeceſſorum tuorum.*

Et quænam ſunt iſta Regalia? Ea nimirum, quæ ſuperioribus verbis jam Paſchalis enumeraverat, & quæ his etiam ſequentibus percenſet: *Interdicimus etiam, & ſub anathematis diſtrictione prohibemus, ne quis Epiſcoporum, ſeu Abbatum præſentium, vel futurorum eadem regalia invadant, id eſt, civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatias, jura centurionum & curtes, quæ regni erant, cum pertinentiis ſuis, militiam & caſtra; & ne ſe deinceps, niſi per gratiam Regis de ipſis regalibus intromittant. Sed, nec poſteris noſtris liceat, qui poſt nos in Apoſtolica Sede ſucceſſuri erunt, aut te, aut regnum ſuper hoc inquietare negotio.* E

Apud Petrum Diaconum, cujus verba recitat Baronius Anno M. C. X. inter poſtulata, quæ Henricus à Paſchali petiit, & inter capita futuræ pactionis hoc etiam unum erat; ut *juberet Papa, Epiſcopis adſtantibus, in die coronationis ejus, ut Regalia Imperatori dimitterent, quæ à temporibus, Caroli, Ludovici, Henrici, aliorúmque prædeceſſorum ad Regnum pertinebant: Scripto firmaret ſub anathematis pœna, auctoritate ſua, ne quis eorum, vel præſentium, vel abſentium, vel ſucceſſores eorum regni ſe intromitterent juribus, neque invaderent civitates, ducatus, comitatus, monetas, vectigalia, mercata, advocationes Imperij, Centurionum jura, Curtéſque eſſent Imperij, cum pertinentiis ſuis.* F

Similia Urſpergenſis in Chronico: qui inter cætera: *Præbuit Rex aſſenſum*, ut ſcilicet, relictis Inveſtituris, *ab Eccleſiis reciperet Ducatus, Marchias, Comitatus, Advocatias, Monetas, Telonia, cæterorúmque Regalium, quæ poſſident ſummam: ſed eo pacto præbuit aſſenſum, quatenus hæc transmutatio firma & authentica ratione, conſilio quoque vel concordia totius Eccleſiæ ac Regni Principum ſtabiliretur; quod etiam vix, aut nullo modo fieri poſſe credebatur:* Id poſtea G exitus docuit; nam cùm hoc ad aures Principum manâſſet, tumultuatum eſt *in infinitum*, inquit Urſpergenſis, *præ Eccleſiarum ſpoliatione, ac per hoc beneficiorum ſuorum ablatione.* Quocirca ipſe etiam Imperator ſibi deſiſtendum eſſe vidit: neque enim poſtea, cùm Paſchalem in ſuam poteſtatem redegiſſet, & ad ſcribendum Diploma ex voto ſuo coëgiſſet, Regalia, hoc eſt, provincias, civitates, oppida, prædia, ampliùs à Prælatis ſui Regni petiit, ſed ſolas Inveſtituras ſibi dari, & ſubſidium, neceſſitate id exigente, ab Epiſcopis & Abbatibus Regni decerni voluit; prout videre eſt in coacto & extorto illo Paſchalis diplomate apud Baronium Tomo XII. anno M. C. XI. Num. 23.

Ex quo quidnam pro Leonino ſuo *Senatusconſulto* exſculpit Calviniſta? Nam primò, H nullum in eo verbum extat de Electione & Inveſtitura ſummi Pontificis: ſed ſolummodo de Inveſtitura Epiſcoporum & Prælatorum Regni, hoc eſt, *Tranſalpini* ſeu *Germanici*, vel ſi placet, Lombardici quoque. Neque verò iſtos etiam Prælatos eligendi & conſtituendi, ſed tantùm inveſtiendi jus Henrico Paſchalis tribuit; quod indicant illa verba: *Ut Regni tui Epiſcopis & Abbatibus liberè, præter violentiam & Simoniam, electis, inveſtituram virga & annuli conferas: poſt inſtitutionem verò canonicè factam, conſecrationem*

A *accipiant ab Epiſcopo, ad quem pertinuerit. Si quis verò à clero & à populo, præter tuum aſſenſum, electus fuerit, niſi à te inveſtiatur, à nemine conſecretur.*

Deinde Henriciani ipſimet ad arbitrium ſuum, hoc privilegium conceperunt, efformàrunt, & captivo Paſchali, ut illud ratum haberet faceretque, importunè obtruſerunt. Quapropter mirandum non eſt, ſi tantopere Henrico & Henricianis faveat: ſimplices profectò, ſi non prorſus fatui, à ſuis in ſchiſmate ſodalibus, cenſeri potuiſſent, ſi tanta oblata opportunitate egregiè uſi non fuiſſent.

Tertiò, an non ſtatim anno ſubſequenti hoc violenter extortum privilegium, vel potiùs, *pravilegium*, à Concilio Romano, variiſque Chriſtiani orbis Antiſtitibus funditus B ſublatum, antiquatum & abrogatum eſt, ùt fusè oſtendit Illuſtr. Baronius anno Redemptoris M. C. XII.? An non ad extremum Henricus meliora edoctus, Inveſtiturarum jus penitus à ſe abdicavit ſub Calixto Pontifice anno M. C. XXII.? An non in Baronio anno iſto legiſti iſthæc, ex Urſpergenſi? *Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imp. Auguſtus, pro amore Dei & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini Papæ Calliſti, & remedio animæ meæ, dimitto Deo & ſanctis ejus Apoſtolis Petro & Paulo, & ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ omnem inveſtituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Eccleſiis fieri electionem, & liberam conſecrationem:* Hæc de Inveſtituris.

C Quid verò de Patrimonio S. Petri? *Poſſeſſiones & Regalia B. Petri, quæ à principio hujus diſcordiæ, uſque ad hodiernam diem, ſive tempore patris mei, ſive etiam meo, ablata ſunt, quæ habeo, eidem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituo; quæ autem non habeo, ut reſtituantur, fideliter juvabo.*

At, quid de bonis aliarum Eccleſiarum, quibus Henricus antea tam avidè inhiabat? *Poſſeſſiones etiam omnium aliarum Eccleſiarum, & Principum, & aliorum tam Clericorum, quàm Laicorum, quæ in Guerra iſta ſunt commiſſa; conſilio Principum, & juſtitia, quæ habeo, reddam; quæ non habeo, ut reddantur, fideliter juvabo.* D Hæc Henrici longè aliter tinniunt, quàm illa, cùm omnes civitates & ditiones, quas Teutonici Regni proceres Eccleſiaſtici tenebant, ſibi reſtitui flagitaret. Quid verò Calliſtus viciſſim Henrico largitus eſt? Ut electio Epiſcoporum & Abbatum Teutonici Regni, in præſentia Henrici fiat *abſque Simonia & aliqua violentia:* ut ſi qua contentio aut diſſenſio oriatur, eam auctoritate ſua componat: *Electus autem Regalia per ſceptrum à te recipiat,* inquit Pontifex, ratione ſcilicet eorum bonorum, quæ olim ad Regnum pertinebant; *(exceptis omnibus, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere noſcuntur) & quæ* (electus) *ex his,* (Regalibus ſeu ditionibus) *jure tibi debet, faciat. Ex aliis verò partibus Imperii conſecratus, infra ſex menſes Regalia per ſceptrum à te recipiat.* Hæc Calliſti conceſſio. E

Quòd autem in Privilegio extorto hæc leguntur: *Illam igitur dignitatis prærogativam, quam prædeceſſores noſtri veſtris prædeceſſoribus, Catholicis Imperatoribus conceſſerunt, nos quoque tuæ dilectioni concedimus, & præſentis privilegii pagina confirmamus;* id, cùm generale ſit, non magis ad fictitiam Leonis VIII. Bullam, de qua nobis diſputatio eſt, trahi poteſt, quàm ad quodlibet aliud Schiſmaticorum & Hæreticorum figmentum. Et quis tam hebes eſt, qui non videat, hujus privilegii fabros, quod ratum habere Paſchalis in vinculis, volens nolens, compulſus eſt, nominatim quoque Privilegia Adriani & Leonis VIII. expreſſuros, & litteris inſerturos fuiſſe, ſi ea illis vel cognita fuiſſent, vel aliquid ſubſidii pro cauſa ſua in eis ineſſe exiſtimàſſent? F Nunc cùm generali oratione utantur, neque quenquam Romanorum Pontificum, qui Anteceſſoribus Henrici ſimile privilegium de faciendis *Inveſtituris* conceſſerit, nominent, ſatis liquet, quo loco, quæ ſuper hac re feruntur, haberi debeant.

In Panormia ſeu *Pannomia*, Canonum Eccleſiaſticorum libro, extat diploma Leonis VIII. de quo controverſamur, ùt & illud alterum Adriani I. quod ajunt conceſſum Carolo Magno, idque libro 8. cap. 35. & 36. probat autem Bellarminus in opuſculo, quod operum ſuorum *Recognitionem* inſcripſit: *Pannomiæ* hujus Auctorem, non eſſe Ivonem; ſed alium quendam Ivone poſteriorem, qui Decretum Ivonis in compendium G redegerit: idémque affirmat Joannes Molinæus, qui primus integrum Decretum Ivonis publicavit, in Præfatione, quam decreto Ivonis præfixit.

Clamat Calviniſta: *Se divinare non poſſe, quibus argumentis Bellarminus evincere conetur, ejus Auctorem eſſe Gratiano recentiorem.* Non *Gratiano*, ô Calviniſta, ſed Ivone Auctorem Pannomiæ recentiorem eſſe, Bellarminus opinatur; nec opinatur tantùm, ſed & probat. An nemo erat Francoforti vel Hanoviæ, qui tibi Bellarmini libellum utendum daret, ſi ab ære tam imparatus eras, ut paucorum nummulorum, quibus eum mercareris, copia non ſuppeteret? Quòd Auctor Pannomiæ fuerit Ivone poſterior, inquit Illuſtriſſimus Bellarminus, colligitur ex lib. H 8. cap. 141. 142. 143. 149. 152. &c. ubi ponuntur multa Decreta Innocentii II. qui ſedit poſt obitum Ivonis. Nam Ivo ex Baronii Chronologia obiit anno M. C. XIV. vel certè anno ſequenti: At Innocentius Pontificatum iniit anno M. C. XXX. Calviniſta fatuè contendit, *Panormiam eſſe Hugonis Cardinalis, ejus, qui ab Alexandro II. Pontifice anno M. LXIV. legatus in Hiſpanias miſſus eſt, & abrogatis legibus Gothicis, Catalaunis novas leges præſcripſit, quibus hodieque utuntur.* Has novas

A novas leges, ait Novator, *contineri in Panormia ſeu Pannomia; neque Ivonem ab Hugone, ſed Hugonem ab Ivone expilatum & compilatum eſſe; & Hugonem cum ſua Pannomia centum ipſis annis Gratianum antecedere.* Quæ omnia ſtolida ſunt, & plena inſipientiæ. Quomodo enim Innocentii II. Pontificis ſaoctiones in Panormia extant, ſi Auctor Pannomiæ fuit Hugo, quem *Candidum*, ſeu *Album*, ſeu *Blancum* appellabant, quique poſtea à Gregorio VII. ad ſchiſmaticos tranſiens, Eccleſiæ multa mala intulit?

Deinde ſi Ivo Hugooem, hoc eſt, Pannomiam abbreviâſſet, & in epitomen redegiſſet, non Auctor Pannomiæ Ivonem; breviarium ſeu compendium grandius eſſet, quàm id, cujus eſt compendium. Utrum B enim opus majus eſt, Decretúmne Ivonis; an Pannomia? Præterea ſtultum eſt dicere, Catalaunos hodie uti legibus, quæ in Pannomia comprebenduntur; cùm ſaoctiones Pannomiæ non ſint civiles, ſed Eccleſiaſticæ; leges autem, quas Hugo Catalaunis præſcripſit, abrogatis Gothicis, fuerint civiles ſeu politicæ, unde jura populis ad noſtram ætatem dantur, inquit Joannes Mariana lib. 9. de rebus Hiſpaniæ cap. 5. Id ſi noo credit Calviniſta, Barcinooem vel terra vel mari petat, & de veritate vel ab ipſis fidei Inquiſitoribus inquirat; ſed ea cautione, ne quis ſit, patefaciat; alioqui præmium indicinæ noo ſatis acceptum reportaret.

Adhæc, Auctores, qui ſcribunt Hugooem Catalaunum fuiſſe *Abbreviatorem Ivonis*, atque adeò Auctorem *Pannomiæ*, id non intel- C ligunt de Hugone illo Candido, qui tempore Alexandri II. in Hiſpanias legatus venit; ſed de Hugone Carenſi, Ordinis Prædicatorum, cujus extant Commentaria in totam ſacram Scripturam; Hunc enim vulgo Catalaunum ſeu Barcinonenſem vocitant, licèt non deſint, qui inficientur, eum natione ſeu origine Catalaunum fuiſſe. Quis enim unquam Hugonem illum Candidum ſub Cadaloo & Guiberto ſchiſmaticum, & natione Catalaunum fuiſſe tradidit? Neque verò teſtes, quos Calviniſta producit, ſtultitiæ Calviniſticæ patrocinantur. Nam Dominicus à ſancto Geminiano ait, ſecundam Decreti collectionem factam ab Ivone Carnotenſi. Tertiam ab Hugone Catalauno, *qui abbrevia-* D *vit per compendium ſumma, &c.* Si Hugo Catalaunus poſt Ivonem Decreta collegit, & Ivonis Decretum in ſummam ſeu Epitomen digeſſit; non igitur Hugo Ivone prior fuit; nec Ivo Hugonem, ùt deſipit Calviniſta, ſed Hugo Ivonem in Epitomen redegit. Antonius Auguſtinus lib. 2. de Emendat. Gratiani, Dialogo IX. nihil aliud ſcribit; quàm Ivonis nomine duos libros ouncupari, *quos te video Panormiam & Excerptiones nuncupare. Et dubitare, utrum ejuſdem ſint ſcriptoris. Panormia uſus fortaſſe eſt Gratianus, Excerptiones non vidiſſe exiſtimo.* Quid hæc Antonii Auguſtini dicta ad inſipientiam Calvinianam de Hugone Candido? Tametſi credibilius eſt, E Gratianum vidiſſe Excerptiones ſeu Exceptiones, hoc eſt, ipſum integrum Decretum Ivonis; non autem Pannormiam ſeu Pannomiam, quippe poſterioris Auctoris ſeu Abbreviatoris. Quod certum eſt, ſi Hugo Barcinonenſis Pannomiæ parens eſt: licèt Joannes Molinæus præfat. in decretum Ivonis cum Antonio Auguſtino ſentiat, Pannomiam ſeu Epitomen Ivonis à Gratiano lectam & uſurpatam, non autem ipſum integrum volumen Ivonis, non quòd Gratiani ætate non extaret, quippe qui diu poſt Ivonem Canooum collectionem inſtituerit & abſolverit, aono ſcilicet Redemptoris M. C. LI. ſed quòd rariſſima Ivonis exemplaria reperirentur; nam, ùt Molinæus ait, *compendiolo* Pannomiæ ſeu Pannormiæ, cùm ſtu- F dioſi plurimùm uterentur, facilè accidit, *ut Ivonis labores in oblivionem venerint, & tantùm non interciderint, adeò, ut in hanc horam, omnibus creditum ſit, exiguum illum libellum, qui titulo Pannormiæ Ivonis paſſim circumfertur, eſſe ipſum Autographum.*

Nec Juretus in Notis ad Epiſtolas Jvonis Calviniano huic fert ſuppetias: Expreſsè enim dicit, *Panormiam* eſſe quaſi quandam Epitomen alterius majoris, quod abſolutè Decretum inſcribitur; & hoc probat ex Vincentio lib. 26. ſpeculi cap. 84. ubi dicit, Hugonem Catalaunenſem ex eodem volumine Decretorum (Ivonis) abbreviato compoſuiſſe *libellum portatilem*, qui Summa Decretorum G Ivonis appellatur. Hæc Juretus ex Vincentio, quæ Calvinianus perquam aptè profectò pro ſe adduxit: & adeò quidem aptè, ut coactus fuerit, Vincentium ad ferulam vocare, ita clamitans: *Mihi Vincentius falli videtur, qui putavit Pannomiam ex Decreto Ivonis fuiſſe abbreviatam* (non ſolus Vincentius hujus eſt opinionis, ſed & alii plerique) *cùm ex Archi-Epiſcopi Tarraconenſis indicio, conſtet Ivonis Decretum eſſe ex Pannomia excerptum, quod ipſiſſimum eſt, quem Vincentius librum portatilem appellat.* Egregius verò, *liber Portatilis*, hoc eſt, Enchiridion ſeu *Manuale* fuerit, integrum Decretum Ivonis; quod magnitudine ſua omnes aliorum collectiones, etiam ipſius Gratiani, per ſe & ſine Gloſſis notationibúsque ſpectati, exſuperat, ùt rectè dicit Moli- H næus. Et qui ooſſe cupit, quàm Codex Decretorum Ivonis ſit *exiguum Manuale* ſeu Enchiridioo, hoc eſt, liber portatilis, qui manibus commodè circumferri queat; is editionem Lovanienſem, quam Molinæus curavit, inſpiciat, videbítque Decretum illud integrum eſſe ejuſmodi *librum portatilem*, qui dorſo, non qui manibus opportunè ferri queat.

Addo, mentiri Calviniſtam, cùm ait, *Antonium Auguſtinum aſſerere, Ivonis Decretum eſſe ex Pannomia, non Pannomiam ex Decreto Ivonis.* Nihil hujus affirmat celeberrimus ille & doctiſſimus Antiſtes. Qua in re provoco ad

A ad ipſius verba; etiam ùt à Calviniſta reci-
tantur. Hactenus de Pannormia, ſeu Pan-
nomia.

CAPUT XIV.

De ſecunda Bulla Leonis VIII. Antipapæ.

ITerum nobis gaudeamus, & Calviniano
verbis melioribus gratulemur. Bulla Leo-
nis VIII. quæ in Primo Conſtitutionum
Tomo, nil niſi Bulla erat, jam quoque in
Senatuſconſultum Romanum migravit: *quo Otho-
ni I. Imperatori omnia temporalia Imperii bona
reſtituuntur.* Quis neget, Calviniſtam hunc
præclariſſimè de Imperio Romano mereri,
qui unico propè momento, & velut in ictu
B oculi, tot provinciis illud opulentat: ſed
imaginariè; qualis locupletatio à ſomniatio-
ne & illuſione parùm diſtat. Nec quidquam
affert Calviniſta, quo commentitio huic
Diplomati vel fidem adſtruat, vel aliquam
veriſimilitudinem allinat. Neque Illuſtriſ-
ſimi Baronii, & mea argumenta ac reſpon-
ſa labefactat, aut enervat, cùm, præter per-
petua maledicta, ex perpetuo, quo agitur,
furoris œſtro profecta, nihil penitus pro-
ducat.

Ridicula autem prorſus eſt Calviniani ca-
pitis clauſula: qua Lemannicus Dictator ju-
bet, *ut Gretſerus ſubjaceat pœna legis Juliæ, tan-
quam Reus læſæ Majeſtatis & Reipublicæ, ut qui
contra Rempublicam, vel contra Imperatoriam*
C *Majeſtatem molitus fuerit, animæ amiſſionem ſu-
ſtineat, & bona Jeſuitarum publicentur.* Cre-
do equidem, vobis Calviniſtis & Lutheri-
ſtis, illis præſertim; non deeſſe voluntatem
inſerendi reipſa Jeſuitis omnia mala, quæ
hic vel minitaris vel imprecaris. Cæterùm
non ſine divino nutu accidit, ut plerumque
ſceleratis plus ſit perverſæ voluntatis, quàm
facultatis id, quod optant, ad rem confe-
rendi. Fortè tam ardenter Calvinianus iſte
Irus bonorum noſtrorum publicationem
concupiſcit, ut & ipſe portiuncula aliqua in-
de aſperſus, egeſtatem ſuam aliquantulum
ſublevet.

D Verumenimverò præter illa, quæ ad re-
darguendam Leonis Bullam priùs allata ſunt,
ineluctabile hoc argumentum accedit: cùm
enim Henricus V. bonis & prædiis Eccleſia-
ſticis avidiſſimè inhiaret, adeò, ut omnes
provincias & civitates Teutonici Regni ad
Eccleſiaſticos prælatos devolutas ſibi reſtitui
palàm poſtulaverit, & quidem Summi Pon-
tificis Paſchalis II. interventu, ùt ſuperiore
capite vidimus, nunquam tamen auſus fuit
petere, quæ ad S. Petrum, & ad Romanam
Eccleſiam ſpectabant, imò cùm de pactis &
conditionibus inter Pontificem & Henricum
ineundis utrinque à legatis ageretur; in re-
liquis pactis hoc itidem ſemper disertè ad-
junctum eſt, *ut patrimonia poſſeſſionèſque B.* E
*Petri reſtitueret, ſicuti à Carolo, Ludovico, Hen-
rico, aliiſque Imperatoribus conceſſa ſunt libera,
ſervarètque ea B. Petro pro juribus.*

Rurſus. *Ut Pontifex Imperatorem adveniſſe
agnovit, miſſis nunciis ſecuritatem ab eo, obſi-
dèſque expetebat. Cæſar, obſidibus datis, vi-
ciſſimque receptis, jurejurando firmavit de Apoſto-
lici ipſius vita, de honore, de membris, de mala
captione, de Regalibus & Patrimoniis B. Petri,
& nominatim de Apulia, Calabria & Sicilia,
Capuanóque principatu, tactis Sacramentis, quod
omne jus Eccleſiarum, omnèſque illarum res quie-
tas omnino dimitteret;* ùt ex Petro Diacono
oſtendit Baronius Tom. XII. anno Chriſti
M. C. X & M. C. XI.

Si Leo VIII. Anteceſſor Paſchalis, Othoni
Magno, omnia, quæcunque Carolus Magnus,
Pipinus pater ejus, Aripertus Rex Longobar-
dorum, & alii S. Petro & Romanæ Eccleſiæ li-
beraliter donaverant, tranſcripſit, & denuo, F
omni jure abs ſe & à ſucceſſoribus ſuis abdi-
cato, redonavit; cur Henricus V. hanc tam
munificam donationem Leonis adversùs Pa-
ſcbalem non urſit? Cur de patrimonio S. Pe-
tri ne mutire quidem auſus fuit? Cur poſt-
quam Paſcbalem in poteſtatem ſuam rede-
gerat, non petiit à Paſcbali, ut Bullam & re-
donationem Leonis VIII. ratam haberet; ſi-
bíque omnes S. Petro donatas provincias
tranſcriberet? Nullum verbulum de hac Bul-
la; nullum, prorſus nullum. Imò in literis,
quibus ſe Henricus Imp. Paſcbali captivo ob-
ligavit, hæc leguntur. *Patrimonia & poſſeſ-
ſiones ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ abſtuli, re-
ſtituam; & cuncta, quæ habere debet, more an-
teceſſorum meorum, recuperare, & tenere adju-* G
vabo bona fide. Et in tranſactione cum Cal-
liſto Papa anno M. C. XXII. *Poſſeſſiones &
Regalia B. Petri, quæ à Principio hujus diſcor-
diæ, uſque ad hodiernam diem, ſive tempore pa-
tris mei, ſive etiam meo ablata ſunt, quæ habeo,
eidem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituo; quæ autem
non habeo, ut reſtituantur, fideliter juvabo. Poſ-
ſeſſiones etiam omnium aliarum Eccleſiarum &
Principum, & aliorum tam Clericorum, quàm
Laicorum conſilio principum & juſtitia, quæ ha-
beo, ut reddantur, fideliter juvabo.*

Quæſo, cur nulla vel tenuiſſima mentio
hujus Bullæ Leoninæ, tanti & tam opimi H
boli, eſcæ tam lautæ & opiparæ, cujus de-
ſiderio tot olim contabuerunt, & etiamnum
contabeſcunt amatores? Cur ipſe Otho Mag-
nus hæreditatis tam locupletis ſibi delatam
poſſeſſionem non adiit? Aut ſi adiit, quis
illum inde ejecit? Quis tam propitia ſortu-
na ſpoliavit? Cur poſtea Otho III. aliam de-
mum Conſtitutionem evulgare debuit, qua
Pontificem ſuis ditionibus, pauculis excep-
tis, exueret, ùt iſti quidem jactitant, ſi jam
avo, Othoni Magno, Leo VIII. omnia uſ-
que ad noviſſimum quadrantem reddiderat?
Cur Henricus IV. Gregorio VII. & aliis Pon-
tifi-

A tificibus, acerrimis patrimonii S. Petri Defenſoribus, hanc Leonis VIII. Bullam non objectavit? Cujus unico oppoſitu poterat à ſe vel validiſſimos ictus depellere. Nulla uſpiam hujus fanaticæ Bullæ in tantis controverſiis memoria: nulla objectio, nulla oppoſitio. Quod mihi evidens argumentum eſt, fabulis annumerari debere, quidquid recentiores de hac Leonina redonatione fabulati ſunt; vel certè Leonem Antipapam ea Othoni Promotori ſuo donâſſe, quæ in ſua poteſtate non erant, & feciſſe, quod Germani dicere ſolent; *Dono tibi leporem, ſed ea lege, ut eum capias.* Poſito tamen, ſed minimè conceſſo, hujusmodi Bullam & donationem à Leone VIII. factam eſſe, inanis tamen & irrita cenſeri deberet, B tum alias ob cauſas, tum quia Leo iſte in cathedram S. Petri viâ legitimâ non aſcendit.

CAPUT XV.

Depulſio nugamentorum Calviniſticorum in Diploma Donationis factæ ab Othone Magno Imperatore.

MAlè habet Calviniſtam; quòd cùm ipſe totum patrimonium S. Petri à Leone VIII. donatum ſcribat; Baronius Diploma aliud proferat, quo Otho Magnus donata olim à Pipino, Carolo Magno, Ludovico, aliisque confirmat & ratificat.

C Vide autem, quàm validis baliſtis Calviniſta baliſtarius in hanc Othonianam ſanctionem arietet. *I. Baronius affirmat, Romæ in Caſtello S. Angeli aſſervari primigenium & autographum hujus Diplomatis exemplum: At credat hoc Iudæus Apella*, inquit Calviniſta, *non ego, cujus oculi ſunt oculati; credunt, quod vident. Falſum eſt ergo, quod Baronius ſcribit.* An non cernis adamantinum, & ſi quid adamante durius eſt, argumentum? *Non vidi*, inquit Calviniſta; *ergo non credo.* Si nihil credis, niſi quod vides, cur ergo tam multa in hac tua Replicatione aſſeris, quæ nec vides, nec vidiſti, niſi forſan in ſomno & ſomnio? Si nihil credis, niſi quod vides, vel vidiſti, non ergo credis, Chriſtum fuiſſe incarnatum, natum, crucifixum, mortuum, ſepultum, ad vitam excitatum, & in cœlos elevatum? Si non credis, ito Romam, & explora fidem D Baronii, cui plus veracitatis uno in pilo erat, quàm tibi in toto corpore & anima, cum omnibus ſuis potentiis ſeu facultatibus.

II. Argumentum. *Diploma Othonis nullam habet appenſam Bullam, ergo fictitium eſt.* Unde hoc conſtat Calviniſtæ? Cur credit Bullâ appensâ carere, cùm non viderit, neque quidquam, quod non viderit, aut videat, credat, præſertim cùm de hoc Baronius ſileat, & textus ipſe Conſtitutionis ita habeat. *Bullæ noſtræ impreſſione obſignari juſſimus?*

III. Argumentum. *Bulla iſta eſt aureis literis ſcripta; ergo vana.* Probatur. *Quia etiam Donatio Conſtantini aureis litteris olim exarabatur, & tamen commentitia erat.* E Si falſum, quidquid aureis literis ſcribitur; ſcribantur ergo Evangelia aureis literis, prout olim non ſemel ſcripta fuerunt; & extat ejusmodi codex Ratisbonæ ad S. Emmeranum, num & hue Calviniſticum & phantaſticum tuum ſomnium applicabis? Væ aureæ Bullæ, ſi aureis characteribus exarata fuit.

IV. *Theodoricus Niemius non vidit hoc diploma Othonis, qui tamen ſcrinia Eccleſiæ Romanæ diligenter pervolutavit.* Reſpondeo, miror te credere, Theodoricum non vidiſſe; quandoquidem eum non vidiſſe, neutiquam vidiſti; nihil autem credas, niſi quod videris, ùt antea teſtatus es. Deinde, etiam diligentem perſcrutatorem aliqua fugere poſſunt, quæ poſtea in aliorum manus incurrant; vel quia omnia omnibus non patent; F vel quia ita naturâ comparatum eſt, ut priorum induſtria, etiam poſterorum induſtriæ aliquid relinquat. Adhæc, Niemius oculos habebat, ùt noſtro tempore Illyricus. Tu, & veſtri ſimiles, quibus videbat ea, quæ vel verè vel in ſpeciem erant contra Pontifices Romanos; quæ verò pro illis faciebant, ea nequaquam videbant, quin ad iſta pervidenda talpis cæciores erant. Talibus oculis præditum fuiſſe Niemum, omnes ejus libri loquuntur.

V. *Otho Magnus donavit ſingularias nonnullas poſſeſſiones Eccleſiæ Romanæ, non tam multas, quàm à Papanis fingitur. Ergo Othonis diploma eſt commentitium.* Reſpondeo, nos fidem habere diplomati; ac proinde ne caſſa quidem nuce dignam hanc Calviniſtæ hujus delirationem exiſtimare.

VI. *Si tam multa Otho Magnus Eccleſiæ Romanæ donâſſet, nihil reliquum manſiſſet, quod ab Othone II. & III. Filio & Nepote donaretur; at hoc dicere non licet.* G Reſpondeo, plurima adhuc tam in Italia, quàm extra ſuperfuiſſe, quæ ſi voluiſſent, S. Petro donare potuiſſent: nominatim Lombardiam.

VII. *Niemius ſcribit, Othonem Magnum civitatem Leoninam donâſſe Leoni Pontifici; ergo diploma à Baronio recitatum, pro fictitio habendum eſt.* Quantò rectiùs colligemus? Ergo Calvinianus iſte, ùt pilis (ait enim *ſibi pilos defluxiſſe*) ſic & cerebro in capite caret.

VIII. *Volaterranus non vidit Diploma Othonis in Vaticana Bibliotheca; ſed aliud Ludovici;* H *nec illud quidem tam amplum, quàm eſt illud, quod à Baronio profertur: ergo Diploma Othonis eſt fictitium:* Probatur conſequentia. *Quia ſi fictitium non eſſet; Volaterranus illud vidiſſet.* Pulchrè profectò, & argutè: quaſi neceſſe ſit fictionibus annumerare, quidquid Volaterrani oculos fugit: qui nihil de Caſtro Angeli, in quo authenticum Diploma Othonis aureis characteribus exaratum aſſervatur, memorat; ſed de ſola Vaticana Bibliotheca agic.

A git. At in ea extant duo hujus Diplomatis Othoniani apographa, teſte Baronio, qui fit, quòd in ea Volaterranus non incidit? Fortè hæc cauſa eſt, quia nec diligenter quæſivit; nec diligenter quærendi tempus & otium habuit. Quid mirum, ſi in ampliſſima & locupletiſſima Bibliotheca aliquem nonnulla fugiant; quæ poſtea ab accuratioribus inveſtigatoribus inveniantur? Illuſtriſſimus Baronius Bibliothecarius Apoſtolicus erat; dies noctéſque in Vaticana Bibliotheca verſari, omnéſque ejus forulos & loculamenta excutere poterat; quid mirum ergo ſi Diplomatum Ludovici & Othonis apographa reperit, quæ Volaterranus non vidit, aut ſi vidit, ſe vidiſſe non prodidit?

B IX. *Otho Magnus, teſte Volaterrano, ſubſcripſit Diplomati Ludovici, prout à Volaterrano recitatur;* Verba ſubſcriptionis ſunt iſta. *Ego Otho Imp. pro anima noſtræ, filiique ac parentum noſtrorum ſalute hæc omnia ſupradicta, tibi B. Petre, ſucceſſoribúſque tuis libenter concedo. Ergo Diploma ſub Othonis nomine prolatum pro commentitio haberi debet.* Reſpondeo, vanam eſſe hanc delirationem. Cur enim Otho & Ludovici Donationi ſubſcribere, & Diploma propriæ donationis conficere non potuiſſet, ſive uno, ſive diverſis temporibus? Deinde jam ſuprà, cùm de Diplomate Ludovici diſceptaremus, oſtendi, à Volaterrano exemplar donationis Ludovici non nominari *Autographum*, ſed *Antigraphum* vetuſti C libri, ſeu in vetuſto libro extans, in quem ſcilicet Ludovici Diploma in epitomen redactum, conjectum fuerat, addita ex Othuniano & Henriciano Diplomatibus ſubſcriptione Othonis, deſumpta, vel potiùs formata, ex eorundem Imperatorum Diplomatis, de donationibus S. Petro factis: non autem, quòd ſubſcriptio illa, quam vidit Volaterranus, chirographa, propriáque Othonis manu exarata fuerit; de qua re jam actum eſt in capite de Ludovici Pii Diplomate.

X. *Exemplar Diplomatis Ludovici, quemadmodum à Volaterrano refertur, à Conſiſtorio Cardinalium pro authentico comprobatum eſt; ergo Diploma Othonianum eſt fictitium.* Reſpondeo, Calviniſtam hic iterum cerebri ſui nau- D fragium facere, nam licèt Cardinales exemplar, quod à Volaterrano commemoratur, pro authentico habuiſſent; an ideo Othonis Diploma ſuppoſititium eſſet? An non & illud, & hoc, tanquam verum, legitimum & genuinum comprobare potuerunt? An ita ſibi duo hæc Diplomata repugnant, ut inter ſe conciliari nequeant? Nam quod Volaterranus addit: *Quo nullum hodie teſtimonium potius habemus*: is Volaterrani, qui nihil aliud viderat, aut legerat, non Cardinalium ſenſus fuit.

XI. Argumentum eſt omnium fortiſſimum, & verè Achilleum. *Ipſimet Papæ hanc Donationem non referunt ad Othonem Magnum, ſed ad Othonem IV. Imp. ùt Clemens V.* in cap. E *Romani*, de Jurejurando, inquiens: *Ipſáque omnia, & ſpecialiter ac præcipuè præclaræ memoriæ Conſtantinum, Karolum, Henricum, Othonem, Fredericum. Expreſſiùs Eugenius IV. in Juramento, quod Sigiſmundo Imp. præſcripſit: ubi Othonem IV. expreſſè nominat.* Reſpondeo, etiam Clemens Othonem IV. expreſſè exprimit; ne quid hic aut myſterii, aut difficultatis latere cenſeas. Non diffitemur, ſermonem eſſe de Othone IV. Negamus tamen ſtultam tuam conſecutionem; quæ eſt; *Ergo Othonis primi Diploma eſt commentitium.* Deteſtamur inſuper tuum mendacium, cùm ais; Clementem & Eugenium, donationem, quam Baronius Othoni Magnu adſcribit, adſcribere Othoni IV. Nihil minus; ô vaniſſime Calviniſta. Tantùm hoc dicit Clemens, Henricum VII. Imp. juráſſe, ſe conſervaturum Eccleſiæ Romanæ cùm omnia F alia jura, tum ſpecialiter ac præcipuè illa, *quæ per claræ memoriæ Conſtantinum, Carolum, Henricum, Othonem IV. Fridericum II. atque Rudolphum, prædeceſſores ſuos conceſſa fuerint.* An ideo excludit hæc jurisjurandi formula Othonem Magnum, & alios, ùt Pipinum Regem, Caroli Magni patrem, & hujus filium Ludovicum Pium, quia eorum non fit ſpecialis mentio? An omnes nominatim exprimere voluit? Minimè verò. Generatim omnes complecti, & poſtea nonnullorum nomina ſpeciatim addere ſatis habuit; ùt docent hæc Clementis verba: *Eidem etiam adjiciens juramento, quòd manu teneret ſemper at-* G *que ſervaret privilegia omnia per prædeceſſores ſuos Reges ac Imperatores Romanos præfatæ Romanæ, & aliis quibuslibet Eccleſiis, quocunque tempore conceſſa, & continentiæ cujuſcunque. Ipſáque omnia, & ſpecialiter ac præcipuè per claræ memoriæ Conſtantinum, Carolum, &c.* ergo non omnes donationes ſpeciatim, ſed aliquas duntaxat Pontifex denotare voluit.

Horribiliter bacchatur, parricidáſque intonat latronis frater, quòd dixi, reſervationem Dominii directi, ſeu, ùt iſte appellat, alti, de qua Othonis Diploma, pertinere ſolummodo ad Ducatum Tuſcanum & Spoletanum, non autem ad omnes urbes H & provincias, quarum fit mentio in illo Diplomate. Nec quidquam vel tenuis argumentuli ex tota Calviniana debacchatione emicat. Niſi fortè pro argumento reputari debet, inſignis illa impoſtura, qua Imperatoris verba nobis & veritati manifeſtiſſimè ſuffragantia decurtat, ne lector animadvertat, Calviniſtam non diſſerere, ſed furere. En tibi integra Othonis verba. *Cæterum, ſicut diximus, omnia ſuperiùs nominata, ita ad veſtram partem per hoc noſtræ confirmationis pactum roboramus.* (Hic orationis filum præcidit Calviniſta, quia ſequentia ad forum ſuum parùm apta eſſe vidit) *ut in veſtro permaneant jure, principatu atque ditione.* (Quid, quæ-

A quæſo, eſt, eſſe in *jure*, *principatu* atque *di-
tione* alicujus, quàm habere Dominium non
modò utile & indirectum, ſed etiam dire-
ctum illius?) *& neque à nobis, neque à ſucceſ-
ſoribus noſtris per quodlibet argumentum ſive ma-
chinationem in quacunque parte poteſtas veſtra
imminuatur, aut à vobis aliquid ſubtrahatur de
ſupra ſcriptis videlicet provinciis* (hic jam de-
nuo Othonianorum verborum recitationem
Calviniſta orditur) *urbibus, civitatibus, oppidis,
caſtris, viculis, inſulis, territoriis atque pa-
trimoniis, nec non & penſionibus atque cenſibus*
(ſequentia omittit Calviniſta) *ita ut neque
nos ea facturi ſimus, neque quibuslibet ea facere
volentibus conſentiamus:* (Hic iterum fari in-
cipit Calviniſta) *ſed potiùs omnium, quæ ſupe-
B riùs leguntur, id eſt, provinciæ, civitates, urbes,
oppida, caſtella, territoria & patrimonia atque
inſulæ censúſque & penſiones ad partem Eccleſiæ
B. Petri Apoſtoli atque Pontificum in ſacratiſſi-
ma illius ſede reſidentium, nos, in quantum poſ-
ſimus, defenſores eſſe teſtamur; ad hoc, ut ea in
illius ditione, ad utendum & fruendum atque di-
ſponendum firmiter valeant obtineri, ſalva in
omnibus poteſtate noſtra*, (hic iterum Calvini-
ſta filum abrumpit, nec addit ſequentia,
quò probabilior ſit calumniandi materia;
nam quæ hæc ſit poteſtas, quam ſibi & filio, &
ſucceſſoribus Otho reſervavit, ſatis ſupérque
ex his, quæ proximè ſubduntur, eluceſcit)
*& filii noſtri poſterorúmque noſtrorum, ſecun-
C dùm quod in pacto & Conſtitutione ac promiſſionis
firmitate Eugenii Pontificis, ſucceſſorúmque illius
continetur, id eſt, ut omnis Clerus & univer-
ſa populi Romani nobilitas, &c.*

Ergo poteſtas, quam Otho ſibi & ſuc-
ceſſoribus reſervavit, eſt illa, quam proxi-
mis verbis indicat, additis voculis; ID EST,
quæ nihil aliud ſunt, quàm præcedentium
declaratio: exponunt enim, in quo conſiſtat
poteſtas illa, quam Otho ſibi reſervavit, in
hoc nimirum; *Ut omnis Clerus & univerſa
populi Romani nobilitas propter diverſas neceſſi-
tates, & Pontificum irrationabiles erga populum
ſibi ſubjectum aſperitates retundendas, Sacramen-
to ſe obligent, quatenus futura Pontificum electio
(quantum uniuscujuſque intellectus fuerit) Cano-
nicè & juſtè fiat: & ut ille, qui ad hoc ſanctum,
atque Apoſtolicum regimen eligitur; nemine con-
ſentiente, conſecratus fiat Pontifex, priuſquam
D talem in præſentia Miſſorum noſtrorum, vel filii
noſtri, ſeu univerſæ generalitatis faciat promiſſio-
nem pro omnium ſatisfactione, atque futura con-
ſervatione, qualem Dominus & venerandus ſpi-
ritalis pater noſter Leo ſponte feciſſe dignoſcitur.*

Hæc videlicet poteſtas illa eſt, quam ſibi
& ſucceſſoribus ſuis Otho reſervavit; non
autem directum, ſeu, ùt iſte *Altiſta* vocat,
Altum Dominium; hoc enim à ſe Othonem
abdicâſſe, excepto Ducatu Tuſcano & Spo-
letano, cùm ex dictis, tum ex hac perſpi-
cua Othonis teſtificatione liquidò claret.
Hæc (territoria, caſtella, urbes, &c.) *Eccle-
ſiæ tuæ, B. Petre Apoſtole, & per te Vicario tuo
ſpiritali patri noſtro Domno Joanni Summo Ponti-* E
*fici, & univerſali Papæ, ejúſque ſucceſſoribus;
uſque ad finem ſeculi, eo modo confirmamus, ut
in ſuo detineat jure, principatu atque ditione.*
Quid eſt alicui directum Dominium largiri,
ſi hoc non eſt?

Cæterum promiſſio Leonis IV. cujus Otho
meminit, extat apud Gratianum diſt. 10.
cap. 9. & apud Ivonem p. 4. cap. 170. &
apud Panormiam lib. 2. cap. 149. & eſt iſta.
*De capitulis vel præceptis Imperialibus veſtris, no-
ſtrorúmque Pontificum, & prædeceſſorum irrefra-
gabiliter cuſtodiendis & conſervandis, quantum
valuimus & valemus, Chriſto propitio, & nunc
& in ævum nos conſervaturos modis omnibus pro-
fitemur. Et ſi fortaſſe quilibet aliter vobis dixe-
rit, vel dicturus fuerit; ſciatis eum pro certo
mendacem.*

Quid autem Leo IV. his verbis voluerit, F
intelliges ex Illuſtriſſimi Baronii lectione To-
mo X. anno Redemptoris DCCC.XLVII. n.
11. & ſeqq. Cujus Leonis Decretum ad Lo-
tharium Imp. & Ludovicum inſertum quo-
que eſt volumini Gratianeo diſt. 63. his
verbis: *Leo IV. Lothario & Ludovico Augu-
ſtis. Inter nos & vos pacti ſerie ſtatutum eſt &
confirmatum, quòd electio & conſecratio futuri
Romani Pontificis non niſi juſtè & canonicè fieri
debeat.*

Porrò verba Othonis, de quibus diſcep-
tamus, non ad ſuperiora, ſed ad inferiora
referri debere, evidentiſſimè etiam liquet ex
Diplomate S. Henrici Imperatoris apud Ba-
ronium Tomo XI. anno M. XIV. n. 7. ubi
hæc legimus. *Salva in omnibus poteſtate noſtra
poſterorúmque noſtrorum, ſecundùm quod in pa-* G
*cto & conſtitutione ac promiſſionis firmitate Euge-
nii Pontificis, ſucceſſorúmque illius continetur, ut
omnis Clerus, & univerſi populi Romani nobilitas
propter diverſas neceſſitates, & Pontificum irra-
tionabiles erga populum ſibi ſubjectum aſperitates
retundendas Sacramento ſe obliget, &c.* Expreſ-
sè ergo conſtat, hanc poteſtatis reſervatio-
nem pertinere duntaxat ad ea, quæ in eodem
Diplomate ſubjiciuntur. Conſtat & illud,
reſervationem Dominii ad ſolos Ducatus
Tuſcanum & Spoletanum pertinuiſſe, unde
penſio & annuus reditus S. Petro perſolve-
batur. Illud non expectâſſem à Calviniſta,
Papam eſſe Principem S. R. Imperii. Ergó-
ne qui ex MARTINISTARUM & CALVI- H
NISTARUM ſententia Antichriſtus eſt; is
Romani Imperii Princeps eſt?

Probaveram contra infrunitam hujus Cal-
viniſtæ frontem, Imperatores hoc nomine
olim non uſos, niſi poſt inaugurationem
& coronationem Pontificiam: & ad hoc
attuleram tam hîc, quàm alibi plurima Im-
peratorum Diplomata, & recentiorum iti-
dem exempla, qui ante coronationem *Ele-
ctos Imperatores*, erwöhlte Römiſche Kåyſer,
ſeſe indigitare ſolent. Calviniſta tot Diplo-

 matis

matis & ipſorum Imperatorum exemplis, & hodierno etiam mori, (nam Rudolphus Cæſar in omnibus ſuis Conſtitutiotubus, nunquam alio titulo utitur, niſi iſto. *Electus Romanorum Imperator*) nihil aliud opponit, quàm obſcura quædam Hiſtoricorum & Chronologorum dicta, qui Imperatores appellitârunt, quibus à Summo Pontifice corona Imperialis non obvenerat.

Ad quæ nugamenta ut reſpondeam, priùs amoliar objectiunculam de Maximiliano I. quem dicit Calviniſta, *publicè profeſſum, coronam Imperialem à Pontifice imponendam ſibi minimè neceſſariam videri*; & hujus dicti teſtem laudat Bodinum, hominem, cui qui credat, eum nimis credulum eſſe oporteat. Sed eſto, dixerit hoc Maximilianus. Interim nullas literas Maximiliani ſinceras, inquam, & non falſatas, proferet Calviniſta, in quibus alius titulus, quàm *Electi Imperatoris* appareat. Dico ſinceras; nam quas Calviniſta ſub nomine Imperatoris abſolutè Tomo altero ſuarum quiſquiliarum producit, eis calculum meum tanquam genuinis, non addam, donec ipſum autographum videro: mille enim jam exemplis edoctus ſum, qua fide literas Imperatorum Calvinianus iſte tractare ſoleat: nam in titulo, quem ipſe finxit, Tomo II. p. 110. & 112. & 114. ponit nomen Imperatoris, cùm ipſe Maximilianus illis in conſtitutionibus ſeſe Regem Romanorum nominet. In alio edicto contra Venetos, *electum Romanorum Imperatorem* ſeſe indigitat.

Jam ut ad rem propiùs accedamus, Petrus Diaconus libro 4. Chronici Caſſinenſis cap. 113. 112. & 109. nominat nonnullos Imperatores, quos tamen certum eſt, nunquam à Pontifice corona Cæſarea exornatos fuiſſe, cujuſmodi ſunt Theodoricus Rex Gothorum. Carolus Martellus, ejúſque duo filii Pipinus & Carolomannus, & Pipinus filius Caroli Magni. Florentius quoque Wigornienſis & Marianus Scotus in ſuis Chronicis Pipinum, filium Martelli, vocant *Imperatorem*. Et in Legibus Longobardicis Pipinus, Caroli Magni filius, paſſim nomine Imperatoris cohoneſtatur. Idem liquet de Carolomanno, Caroli Magni filio, natu maximo; & de Carolomanno, Ludovici Regis Germaniæ filio. Et de Lothario, Lotharii Imperatoris filio, de Ludovico IV. Arnulphi filio, Conrado I. Henrico I. Et Gloſſa Decreti, inquit Calviniſta, *unúmque ad omnes veteres Canoniſtæ Lotharium, Lotharii Imp. filium, Imperatorem appellant*. Quibus adde, Othonem, Imperii gubernatorem ſub Ludovico Arnulphi filio, cujus reſpectu Otho Magnus dictus eſt ſecundus à Dietmaro in Chronico. Hæc & plura hujus claſſis Calviniſta.

Ad quæ reſpondeo I. par non eſſe, ut privatorum hominum dicta & ſcripta præferantur ipſorum Regum ac Imperatorum publicis literis ac Diplomatis, in quibus ante coronationem Pontificiam ſeipſos olim nominabant Reges; & annos Regiminis ſui non annos Imperii, ſed annos Regni vocitabant; nec imperare, ſed regnare ferebantur; & coronam Imperialem adepti annos Regni, & annos Imperii ſeorſim numerabant. Qua in re provoco ad omnia veterum Regum & Imperatorum, Diplomata; ut & ad Pontificum Romanorum literas; in cujus moris locum ſubiit poſterioribus ſæculis iſte mos, ut Cæſares, nondum à Pontifice coronati, ſuis in Diplomatis ſeſe electos Imperatores appellent; quo titulo ab ipſis etiam Romanis Pontificibus afficiuntur.

II. Si quos Latronis frater in Imperatorum claſſe collocat, Romanorum Imperatores verè habentur & appellantur, quî fit, quòd in Imperatorum Catalogo non comparent? Indices Imperatorum texuerunt tam Catholici quàm Hæretici, tam Germani, quàm aliarum nationum ſcriptores, tam priſci, quàm novi, hodiéque non tantùm ſcribuntur in libris, ſed & pinguntur in tabulis, & inciduntur in ære, quis Theodoricum Gothorum Regem in hoc Imperatorio ſyllabo vidit? Quis Carolum Martellum? Quis filios ejus Pipinum, & Carolomannum? Quis Carolomannum Caroli Magni filium? Quis pleróſque alios, quos iſte nunc poſt tot ſecula creat; aut ab aliis creatos oggerit: qui odio Romani Pontificis, obſcura ſectatur, ut clara obnubilet: non attendens quædam teſtimonia abs ſe prolata ſic eſſe conſtituta, ut ſe mutuò evertant: citat enim Wigornienſem & Marianum Scotum hæc ſcribentes: *Romanorum 77. Pipinus filius Caroli, primus Francorum Imperator, regnavit annis viginti.* Si Pipinus primus Francorum Imperator fuit; non ergo Carolus Martellus, Pipini pater; non Carolomannus Pipini frater, Imperator fuit; aliàs falſum foret, Pipinum fuiſſe primum Imperatorem Francorum; quem, non niſi per inunctionem & conſecrationem ſacerdotalem Imperatorem factum eſſe, an non expreſſè ſcribit Florentius Wigornienſis? *Pipinus, decreto Zachariæ Papæ, à Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo, ungitur in Imperatorem.*

Quædam teſtimonia, quæ Calvinianus produxit, nihil penitus ad rem faciunt, ut eſt illud Florentii de Carolomanno. *Carolomannus Rex, frater Imperatoris, ſecundùm conſultum fratris, Regnum dimittens, Romam venit.* Num Regno ſe abdicare nemo poteſt, niſi Imperator? Tantundem valet & hoc ex eodem Florentio depromptum. *Carolus filius Pipini, qui & Major Domus, dictus, Rex Francorum obiit.* Quæ verba Calvinianus ſtultè accipit de Carolo Martello, cùm accipienda ſint de Carolomanno Pipini filio. Ex quibus Calviniſta tam aptè nobis Imperatorem procudit, quàm aptè ex ſilice aquam extunderet. Ejuſ-

A Eiuſdem ſortis ſunt hæc ex Mariano & Florentio teſtimonia. *Carolus Magnus regnavit annis XLVI. Menſibus quatuor.* Quid tum? An ideo toto hoc tempore *Imperator* & *Imperare* dictus eſt? *Regnavit*, inquiunt iſti. Quod verbum olim ab *Imperandi* vocabulo ſollicitè diſtinguebatur, ùt non ſemel jam dictum & probatum eſt.

At nunc victas manus dare, & herbam porrigere cogimur, etiam inviti: nam extat apud Baronium Tomo IX. anno DCC. XCIX. ſub finem, epiſtolium Leonis III. ad Carolum Magnum, in quo Carolus ab ipſo Pontifice nominatur Romanorum Imperator; & tamen certum eſt, necdum à Pontifice B fuiſſe coronatum & inunctum. Quò nos vertemus, obſecro, ut hunc tam validum ictum declinemus? Verùm jam viam planam evadendi Illuſtriſſimus Baronius nobis patefecit; qui monet; erratum librarij eſſe, & reſcribendum; *Francorum Regi*; cùm enim hæc epiſtola extet in Regeſto Innocentij IV. Pontificis, qui tanto poſt Carolum Magnum temporis intervallo extitit; is, qui deſcripſit, reſpectu habito, ad id, quod poſtea Carolus factus eſt; non ad id, quod in præſenti erat; Romanorum Imperatorem indigitavit. Quod & alibi accidit, ùt in Apologia Baroniana monui.

Habeo epiſtolas manuſcriptas Adriani C Pontificis ad Carolum Magnum, quarum periochas Tomo IX. anno DCC. XCV. percenſet Baronius, & alias aliorum Pontificum ad Pipinum, & ad ipſum Carolum Martellum; in nulla penitus vox *Imperatoris* apparet, ubique tam Pipinus, quàm Carolus Magnus, Regis titulo ornantur.

Addo denique, Auctores veteres, qui veteribus nonnullis *Imperatoris* vel *Imperandi* titulum & vocabulum tribuunt, hæc vocabula latiore ſignificatu accepiſſe, prout generatim idem ſignificant, quod regere, gubernare, præeſſe populis: quo pacto ipſe etiam, Moſchorum Princeps, & Æthiopum Abaſſynorum Rex, & quidam Arabum Principes, & Hiſpanorum aliqui Reges; D *Imperatores* quondam dicti ſunt, & partim etiam hac ætate dicuntur; ſed longè alio ſenſu, quàm qui alioqui *Imperatoris* vocabulo ſubſternitur. Nec hoc omittendum, quoſdam nomen Imperatoris tuliſſe, vel quia filij, vel Nepotes, vel fratres Imperatorum erant; vel quia de Imperio cum aliis contenderant. Sic quòd Matthæus Weſtmonaſterienſis dicit de Conrado Duce Saxoniæ, & Henrico Aucupe, Regibus Romanorum, eos *imperâſſe* annis ſeptem; hoc Marianus, Florentius, & allj, verbo *Regnandi* indicant; ùt, *Romanorum 87. Conradus regnavit annis ſeptem.* Nec Ditmarus nominavit Othonem Magnum, ſecundum, habito reſpectu ad Imperium & Imperialem dignitatem; ſed ad ejus Avum patrem Friderici, Othonem pariter nominatum, ùt annotâſſe Illuſtriſſimum Baronium Anno E DCCCC. LXIV. N. 3. Calviniſta dicit: quanquam Baronius hoc loco ne verbulum quidem habet: nec Otho ille, de quo Baronius, Dux Saxoniæ, pater Friderici, ſed Henrici Aucupis fuit.

Horribile autem mendacium eſt, quòd Calviniſta dicit, *omnes, quotquot unquam commentati ſunt Hiſtoricos, auſpicari Imperium Othonis Magni ab electione ſive ſucceſſione, & non demum à conſecratione Romana.* At Pſeudologiam hanc tam immanem diſpellunt ac diſſipant tres ex præcipuis Annalium ſcriptoribus, Marianus Scotus, Lambertus & Sigebertus; quorum prior ita ſcribit. *Otto Rex Romam veniens Imperator efficitur à Joanne* F *Papa.* Ergo, judicio Mariani, antea non erat Imperator, ſed Rex tantùm: quandoquidem à Joanne Papa demum Imperator effectus eſt, ùt inquit Marianus. Ut ergo Auctor iſte Regnum Othonis ab Imperio diſtinxit, ita & annos Regni ab Imperij annis ſejunxit; nam anni Regni ſunt illi uſque ad XXV. Eouſque enim Otho Regis titulo Rempublicam adminiſtravit; Reliqui uſque ad XXXVII. fuêre anni Imperij.

Lambertus in Chronico anno XXVI. Othonis. *Otho Rex ab Octaviano Joanne Papa Imperator ordinatur.* Ergo, judicio Lamberti, antea Imperator non erat, ſicut, qui ordinatur Epiſcopus aut Sacerdos, is utique antea Epiſcopus aut Sacerdos non erat. Quocirca ipſe etiam Lambertus Othoni ante hanc ſuam ordinationem non niſi titulum G Regis tribuit: poſtea ſemper Imperatorem nominat.

Sigebertus. *Otho Romæ à Joanne Papa in Imperatorem benedicitur.* Et quamvis Sigebertus etiam ante hanc benedictionem vocabulum Imperatoris Othoni adſcribat, id tamen fit, ùt ſæpè alibi, per prolepſin ſeu anticipationem: nam Imperatorem vocat, non quòd tunc Imperator abſolutè appellaretur, ſed quia poſtea Imperator factus eſt.

Rudolphus Glaber lib. 1. Hiſtor. cap. 4. ſub finem. *Suſcepit poſt Othonem III. Regnum Saxonum illius conſanguineus Henricus, qui etiam nono* (anno) *Regni ſui Imperator factus eſt Romanorum.* An non clariſſimè hic annos H Regni ab annis Imperij, & vice verſa, diſcriminatos vides?

Pergit mentiri Calviniſta. *Et quamvis anni Imperij quandoque ab annis regni diſcriminari ſoleant*; (& tamen paulò antè dixeras, à nullo Hiſtoricorum, quotquot extant, diſcriminatos eſſe) *tamen eosdem indifferenter in vetuſtis chartis, inſtrumentis, tabulis & diplomatibus, ut plurimum poni videmus, neglecta nimirum unde ſolennitatis acceſſione.* At tu, ut plurimum nihil aliud facis, quàm mendacia ſpargere. Nam quòd ad Diplomata ipſorum

A Regum & Imperatorum attinet, ubi lo-
quendi partes ipſi ſuſtinent; ex centum, imò
ex mille Diplomatis, vix dabis mihi unum,
in quo anni Regni non exſertè diſtinguan-
tur ab annis Imperij. Nec ex totidem Di-
plomatis vel unum reperies, in quo Rex à
Pontifice nondum inauguratus & coronatus,
Imperatoris nomen ſibi vendicet. Imò nec
hodie Cæſares non coronati aliter ſe appel-
lant, quàm *electos Imperatores*. Germanicè.
Erwählte Römiſche Känſer. Oſtende mihi
ullum ſincerum & genuinum exemplar Di-
plomatis à Maximiliano I. Ferdinando, Ma-
ximiliano II. & hodierno Rudolpho evul-
gati, in quo titulus aliter habeat: nam iſte
eſt ſolennis ſtylus *Cæſareæ Curiæ*, ut ita lo-
quar.

B Jam quòd nonnunquam in antiquis mo-
numentis, ùt in Traditionibus Fuldenſibus,
anni Regni & Imperii ſub unico numero, &
ſub unico regnandi vocabulo comprehen-
duntur; quo pacto etiam Marianus Scotus
loquens de Regibus & Imperatoribus *Reg-
nandi* verbum uſurpare conſuevit; id non
refert; tum quia eadem monumenta, ipſo
Calviniſta teſte, annos Regni & Imperii in-
terdum expreſsè diſcriminant, tum quia ſi
non ſejungunt, tunc *Regnandi* vocculam la-
tiore ſignificatu accipiunt; tum denique,
quia licèt Carolus, Ludovicus & ſimiles Ro-
manorum Imperatores eſſent, erant tamen
& manebant ſimul Reges Francorum: & an-
ni Imperii, erant quoque anni Regni Fran-
C corum; propterea literas ſuas ſignabant &
inſigniebant annis Regni Franciei; non facta
ulla annorum Imperii mentione; aliquando
annos Imperii ſeorſim exprimebant, hócque
vel illud facere in cujusvis arbitrio erat; non
ignari interim annos Imperii abſolutè lo-
quendo ab annis Regni ſecernendos eſſe.
Rem ita ſe habere, planum fit ex lib. 1. Tra-
ditionum Fuldenſium, prout ab ipſo etiam
Calviniſta allegatur: nam fol. 455. Traditio
quædam hæc ſubnotata habet. *Scripta hæc
chartula traditionis in Monaſterio Fulda, anno
XLIV. Regni Domini Caroli glorioſiſſimi Regis
Francorum*, &c. Similes clauſulas invenies
pag. 454. 453. & alibi. In Donationibus
D quoque, quas Calviniſta Tomo II. Rerum
Alemannicarum publicavit, ſæpe anni ſoli-
us Regni ſignantur, licèt Imperatores fuerint,
quorum annis chartæ illi inſigniuntur; etſi
enim erant Imperatores; verè tamen ſimul
Reges, præſertim Francorum, erant; cujus
Regni annos annotare, potiùs ſtudio habue-
runt; quàm annos Imperii: quanquam &
hos non omnino neglexerunt; imò inter-
dum non modò expreſsè poſuerunt, ſed &
diſertè ab annis Regni diſcreverunt, ùt in
Traditionibus Fuldenſibus pagina 455. *Anno
XXXVI. regnante Domino Carolo glorioſiſſimo Re-
ge Francorum, & tertio quo Cæſar ordinatus eſt.*
Ita etiam pagina 457. ſed de his hactenus.

CAPUT XVI. E

De Stramentitio Diplomate, quod Othoni III. affingitur.

UT Calviniſta librum ſuum & chartis &
mendaciis ſpiſſiorem efficiat, totum,
quantum, quantum extat Tomo XII.
Baronij, Othonis commentitium Diploma
in ſuam Farraginem tranſcribit; longè majus
operæ pretium facturus, ſi Diploma hoc va-
lidis argumentis muniiſſet; & quæ tam ego,
quàm Illuſtriſſimus Baronius contra objece-
ramus, fortiter propulsâſſet. Sed nihil ho-
rum præſtat: nam teſtem & aſſertorem hu-
jus edicti adducit unicum TheodoricumNie-
mum, qui & junior eſt, & Pontificibus Ro-
manis infenſior, quàm ut hac tanta in re fi- F
dem mereatur. Cuſanus figmentum hoc
tantum juvat, quantum Ovidius in Metam-
orphoſi, quem æquè aptè Calviniſta produ-
xiſſet ac Cuſanum. Sed nimirum exſcriptio-
ne alienarum ſententiarum ad rem nihil fa-
cientium, liber inſpiſſandus erat, alioqui
multi credidiſſent, hunc Calviniſtam non
poſſe craſſum librum componere.

Ex cæteris argumentis, quibus hoc com-
mentum oppugnavi, primum erat ineptia
inſcriptionis, quæ eſt *Otho ſervus Apoſtolorum*.
Quis unquam talem ab Imperatore inſcrip-
tionem audivit? Oggannit Calvinicola. Im-
peratores etiam *ſervos Dei* appellari teſte Bal-
do. Scilicet hoc agitur, num titulus, qui
omnibus Chriſtianis competit, aut certè ex
profeſſione ſua competere debet; tribui poſ-
ſit Imperatori; & non illud: Num illi Im- G
peratori unquam conſuetum fuerit, ut in
Diplomatum Prooemio titulum iſtum; *ſer-
vus Apoſtolorum*, præfigeret: & ſanè Otho
inſignis fuiſſet *Apoſtolorum ſervus*; ſi Apoſto-
lorum Principem B. Petrum, toto ſuo pat-
rimonio, uſque ad pauculas quaſdam diti-
unculas exuiſſet; illúdque in ſua granaria
convexiſſet; quod fictitius iſte *Apoſtolorum
ſervus* in illo ſuo Diplomate facere fingitur.
Nec, opinor, tam citò proferet Calviniſta
Imperatorium Diploma, cujus exordium ſit.
Otho ſervus Dei, &c. Henricus ſervus Dei.

II. Objeceram, non poſſe oſtendi, quis ſit
ille Carolus, qui talem donationem feciſſe
fertur, à meliore Carolo fugatus Regnóque
ac omnibus fortunis exutus. Oggerit nunc
denuò Calviniſta; *eſſe Carolum Calvum à Ca-
rolomanno ingenti prælio victum, regnóque Italiæ
ejectum*. At quot verba, tot ſimul Calvini- H
ſtica plaſmata audis; ùt fusè demonſtravi in
Apologia Baroniana cap. 15. & 21. & in Ap-
pendice ſecunda ad librum *De Munificentia
Imperatorum, Regum ac Principum in Sedem A-
poſtolicam*, contra Freherum, Calvini ſecta-
torem, qui proprio commentariolo, vel
potiùs commento, nutantem undique &
vacillantem Othoniani Diplomatis fidem
ful-

A fulcire conatus eſt. Neque Carolomannus Carolum Calvum in Italia vicit; cùm nunquam ſigna contulerint. Fugit quidem Carolus Calvus, audito Carolomanni adventu: at ex altera parte fugam quoque iniit, quaſi è cœlo territus Carolomannus, & æquè celeriter versùs Germaniam ac Calvus versùs Galliam properavit. Quæ omnia comperta ſunt ex lib. 5. Aimoini cap. 35. cui ſecurè fidem habebis, quandoquidem Carolo Calvo & Carolomanno ſynchronus fuit.

Quomodo autem perſonatus iſte Otho in ſua Bulla ampullatur, *ſe donare S. Petro non aliena, ſed ſua*; cùm ex octo comitatibus, qui in hoc ſpurio Diplomare nominantur, ſeptem expreſsè in Donationibus Pipini, Caroli Magni, & Othonis Magni pridem ante Othonem III. S. Petro oblati, & in perpetuum dedica-
B ti fuerint? Eutropius quoque Longobardus (prout ab iſto Calviniſta indigitatur, &, ut ita loquar, *baptizatur*; patrino ſeu ſuſceptore Illyrico, in Catalogo teſtium; quanquam Illyricus non appellat Eutropium Longobardum; ſed *Appendicem ad Eutropium*, cujus auctorem fatetur non admodum fuiſſe literatum, quod res ipſa loquitur, licèt tacente Illyrico) in illo ſuo rerum ſancto Petro donatarum Catalogo, totus ineptus eſt: tum quia Monaſterium bona, quæ à Carolo Calvo Romanis donata ſcribit, vocat *Fiſcalia patrimonia*. Quis unquam audivit eo ſæculo bona Monaſteriorum fuiſſe vel appellata eſſe *bona Fiſci*; cùm fuerint bona Chriſti, tum quia quæcunque Romanis à Carolo Calvo conceſſa ait; ea jam pridem à Pipino, Carolo Magno, & Ludovico Pio conceſſa fuerant, ùt ex eorum Diplomatis lectori manifeſtum fiet.

C Nec primus liberam Pontificis electionem Romanis reliquit. Factum id ſimiliter à prædictis Imperatoribus & Regibus. Quare nihil erat cauſæ, cur vel Anonymus Eutropianæ Appendicis Auctor, vel ipſe Calviniſta donationem Caroli Calvi, tanquam nimis effuſam, & omnes moderationis leges ſupergreſſam uſque adeò deteſtarentur, cùm ſeu vera ſeu falſa ſit; (licèt ſi falſam arbitreris, à vero forſan non ſis longè aberraturus) longè minor ſit iis, quibus majores Caroli Calvi S. Petrum honorârunt. Quod autem Illyricus edidit *ad decorem*, hoc Criticus Calviniſta per ſuam criſin mutavit in *dedecorem*.

D III. Objeceram phraſin illam eſſe inauditam, *Sereniſſimum ordinavimus & creavimus*, id eſt, fecimus ſeu conſtituimus Pontificem Romanum. Quis unquam Imperator ita locutus eſt; ut titulum *Sereniſſimi* Pontifici largiretur? Nec exempla, quæ latronis frater producit, ad rem faciunt: non enim probant ullum Imperatorem ita locutum, ut vocem *Sereniſſimi* per Excellentiam & Antonomaſiam pro Pontifice Romano uſurparet. Datum fuerit aliquando nomen *Serenitatis*, imò & Majeſtatis, Pontificibus Romanis: E Imperatorem extitiſſe, qui dixerit: *ordinavimus Sereniſſimum*: pro hac locutione: ordinavimus ſeu conſtituimus Pontificem Romanum; tunc credere in animum inducam, quando Calviniſta genuinum exemplum produxerit.

IV. Objeceram per Diploma Othoni III. affictum everti Diploma Leonis VIII. Antipapæ, quo totum patrimonium S. Petri perquam munificè & dapſiliter Othoni redonat: nam ſi Leo iſte jam omnia Imperatoribus & Imperio reddiderat, quid opus erat, ut Magni Othonis Nepos, Otho III. omnia, præter octo Comitatus, S. Petro adimeret? Oggrunnit Calvini de grege ſuccula. *Othonem Magnum revocâſſe donationes Juſtiniani*, F *Ariperti, Pipini & Caroli Magni, Othonem verò Tertium revocâſſe prætenſam donationem Conſtantini Magni, & Caroli Calvi, & illam quidem Conſtantini, temporibus Caroli Calvi nondum fuiſſe auditam: & hoc teſtari Baronium Tomo X. anno DCCC. XC. VII. n. 138.* licèt hoc anno nihil hac de re Baronius dicat, & annus ille non niſi in XIII. Numeros dividatur. At hæc fatua ſunt. Nam ſi vera eſt Leonis VIII. Bulla, nihil Othoni III. revocandum reliquit, quia Leo VIII. omnia ſimpliciter, etiam quæ à Carolo Calvo donata feruntur, revocaverat. Et oſcitantes ſanè fuiſſe oportuiſſet Leonem illum & Othonem Magnum, ſi Caroli Calvi liberalitatem intactam prætériiſſent. G Et quomodo Othonem III. donatio Conſtantiniana ad hoc diploma edendum permovere poterat, ſi jam avus Otho totum patrimonium ſancti Petri à Leone VIII. receperat? nam ſi fictitium erat, & demum ætate Joannis VIII. excogitatum, non magis Othonem III. ſollicitum reddere poterat, quàm ſi hodie exiſteret impoſtor, qui evulgato pſeudodiplomate, affirmaret, Fridericum III. aut Carolum V. totam Auſtriam Pontifici Romano donâſſe.

Reliqua argumenta, quibus Othoni affictum Diploma vanitatis redargui, Calviniſta ſilentio transmittit, videns, opinor, firmiora & valentiora eſſe, quàm ut ſtramineis & gramineis ſuis ſpiculis ea ſuccidere & enervare poſſit.

CAPUT XVII.

Defenditur Diploma S. Henrici Bavari Imperatoris de Regalibus S. Petro conceſſis.

QUod Calviniſtæ huic infauſtum improſperúmque eveniat, oppugnationem hujus Diplomatis ab immanibus & pluſquam horrificis pſeudologiis auſpicatur. H Ait, *in Diplomate Henrici & Othonis tradi, & à Gretſero defendi, quaſi Leo quidam Pontifex illis juramentum præſtiterit; cùm tem-*

A *tempore Henrici Bavari nullus Leo ſedem Romanam tenuerit; & Othoni Magno Leo VIII. potiùs, quàm Leo Othoni juramento ſeſe adſtrinxerit.* At ô frontem Calvinianam. Nec Diploma, nec Gretſerus hoc dicit; quod Calviniſta mendaciſſimè deblaterat; ſed utrumque diploma remittit ſe ad illam promiſſionem, *qualem Donnus* (ſeu Domnus) *& venerandus ſpiritualis pater noſter Leo ſpontè feciſſe dignoſcitur.* Nec Henricus, nec Otho hanc promiſſionem ſibi à Leone factam ajunt, ſed talem promiſſionem ſibi ab electo Pontifice præſtari volunt, qualem præſtitit Leo IV. (de hoc enim ſermo eſt) Lotbario Imperatori: cujus promiſſi formulam ſuprà c. 15. jam recitavimus, & extat apud Gratianum. Ex quibus omnis maledicentia & mendaciloquentia Calviniſtæ hujus in fumum diſſolvitur; quamquam & antea nil niſi fumus erat.

De Leonis III. juramento ne ſollicitus eſto.
B Extat non modò apud Burckhardum, lib. 1. epiſtol. 198. ſed & apud alios: quod ſanctus ille Pontifex *à nemine judicatus, neque coactus, ſed ſpontanea ſua voluntate fecit*, ut ſe ab objectis criminibus purgaret: *non quaſi in Canonibus inventum ſit*; hoc eſt, quaſi ex Canonum præſcripto Pontifex Romanus à malevolis traductus & accuſatus, tale juramentum ſuſcipere debeat; *aut quaſi ego*, inquit, *hanc conſuetudinem aut decretum in ſancta Eccleſia ſucceſſoribus meis, nec non & fratribus, & coëpiſcopis noſtris imponam; ſed ut meliùs à vobis reſcindatis rebelles cogitationes.*

Quæ verò intemperiæ Calvinianum iſtum agitant, cùm ex ſubſcriptionibus Epiſcoporum evincere contendit, Henrici Diploma
C ſpurium eſſe, quòd tunc Argentinæ ſeu Argentorati non WICFLIUS, ſed WERNERIUS Epiſcopus fuerit, cùm nullus Argentoratenſis Epiſcopus ſubſcripſerit: nam tres alios, quos Calviniſta nominat, Conſtantienſem, Wirzeburgenſem & Trevirenſem dictas ſedes ſub Henrico Bavaro Imp. non tenuiſſe, undénam nobis Calviniſta demonſtratum tandem dabit?

Oggrunnit Calviniſta. *Diploma Henrici carere notatione loci & temporis:* eſſe ergo ſuppoſititium. Reſpondeo, etiam Diploma Othoni adſcriptum, prout Tomo I. ab iſto ſectatio publicatum eſt; loco & tempore caret; & tamen, judicio ejus, & gregalium, non modò eſt authenticum, ſed propemo-
D dum ipſa etiam αὐθεντία. *Credemus inſtrumento*, inquit latronis frater, *ſine die & conſule?* Idem ego dicam, de tuo Othoniano figmento; quod nec diem, nec conſulem adſcriptum habet. Quamquam Calviniſta jam factus doctior nomen *Romæ* adjecit; ſed deſunt, quæ ipſe requirit, *dies & conſul.* Sed ait; *utrumque omiſſum negligentia exſcriptoris.* Si dicam idem de Diplomate Henriciano, qun argumento me refelles?

Dicis: *Othonianum Diploma publica auctoritate receptum & comprobatum eſſe; non autem Henricianum:* At ego te mentiri aio; Quis enim ante hæc tempora quidquam de hoc fictitio Diplomate audivit? niſi fortè tua & Freheri auctoritas tanta & tanti ſit, ut quod voa comprobatis; publica auctoritate comprobatum exiſtimari debeat. Num Cæſares, num Pontifices, num Chriſtianus & orthodoxus orbis Othonianum Diploma calculo ſuo comprobavit? E

Sed ut impuro huic Calviniſtæ propriis ipſius verbis os dedolem, en tibi, quid cap. 25. pag. 353. de epiſtola, quæ loco & die carebat, ſcribat. *Eſt ſine die & conſule*, inquit parricida, (hæc enim mihi verba affingit, quæ alioqui non ſunt mea) *id eſt, nec locum, nec tempus aſſignatum habet. Quid hoc veritati officere poteſt, ſi apographum ſcriptum dato ſuo careat?* (Mi Calvaſter, accommoda hæc ad F
Diploma Henricianum, & nugæ tuæ evaneſcent.) *Quaſi verò epiſtola Guntharii & Theutgaudi, quam Baronius, & tu ipſe, pro genuina agnoſcitis, & ipſa careat die & loco. Legiſtine capitula incerta Synodi ſub Pipino Rege habitæ, quæ Franciſcus Pithœus Capitularibus Caroli Magni adjecit? Atqui ea Baronius probavit, quamvis die & loco deſtituantur. Legiſtine duodecim Capitula ſynodalia* ἄκαιρα & ἄτοπα *apud eundem Baronium Annalium Tomo X. anno DCCCC. IV. Vade nunc & exclama: Quo igitur anno ſcriptum hoc* ἄκαιρον, *ubi locorum datum eſt hoc* ἄτοπον *privilegium?* Hæc tua tibi cane; & Henriciano privilegio propter omiſſum tempus & locum moleſtus eſſe deſines.

Stultiſſimè conatur Diplomati huic falſitatem impingere ex *concambio*, ùt ait, *inter Benedictum Papam, & Henricum Imp. de rebus* G
Epiſcopatus Bambergenſis in Germania ſitis, cum Narnia, Interamni, Spoleto, &c. commutatis, cùm hæc commutatio ſub Leone IX. & Henrico Nigro Imp. demum acciderit. Sed calumniandi vertigo & impetus Calviniſtam in præceps egit, ne videret, quid Diploma Henricianum ſibi velit, & in quo transactio ſub Leone IX. facta conſiſtit. Verba Henriciani Diplomatis ſunt iſta. *Super hoc confirmamus vobis Fuldenſe Monaſterium, & Abbatis ejus conſecrationem, atque omnia Monaſteria, Curtes & Villas, quas in Ultramontanis partibus S. Petrus habere dignoſcitur: abſque Aterna, Vumiteringa, ſive Wilmbach, quæ à S. Petri Eccleſia per conventionis paginam Epiſcopo noſtro Bam-* H
bergenſi collata ſunt; pro quibus ſæpe dicta Eccleſia S. Petri tranſcribimus, concedimus, & confirmamus omnem illam terram, quam inter Narniam, Interamnem, vel Spoletum, ex Regni noſtri parte habuimus. Henricus ergo in hoc Diplomate Pontifici Romano, & S. Petro donat & offert multa, quæ in ultramontanis Provinciis; atque adeò in Germanico Regno ſita erant; ùt Monaſterium Fuldenſe, & alia hujus generis; excipit tamen nonnulla loca, quæ jam Eccleſiæ Bambergenſi attri-

A attributa & conceſſa fuerant: quorum loco obtulit Henricus terram, quam habebat in Italia inter Narniam, Interamnem & Spoletum.

At verò ſub Leone IX. & Henrico Nigro contrarium prorſus accidit; nam loco eorum, quæ S. Petrus in Germania poſſidebat, data ſunt Pontifici per *concambium*, hoc eſt, per commutationem, alia quæ erant in Italia; quod Auctores à Calviniſta citati disertè teſtantur. Hermannus in Chronico anno M.LIII. *Imperator cum Domino Papa, multiſque Epiſcopis & Principibus Natalem Domini Wormatiæ egit. Ubi, cùm Papa, ſicut dudum cæperat, Fuldenſem Abbatiam, aliáque*
B *nonnulla loca & cœnobia, quæ S. Petro antiquitus donata feruntur, ab Imperatore repoſcens exegiſſet; demum Imperator pleráque in Ultramontanis partibus ad ſuum jus pertinentia pro Ciſalpinis illi, quaſi per concambium tradidit.* Leo Oſtienſis in Chronico Caſſin. lib. 2. cap. 47. *Poſtmodum Leo IX. Papa vicariatus gratia Beneventum ab Henrico Conradi filio accipiens, prædictum Babenbergenſe Epiſcopium ſub ejus ditione remiſit.* Idem eod. lib. c. 48. *Tunc inter ipſum Apoſtolicum & Imperatorem facta commutatio eſt de Benevento & Bambergenſi Epiſcopio.* Tenemus ergo, qualem ſperaveramus, imposturam hujus Calviniſtæ, & fraudem in aperto.

Ridet latronis frater, quòd dixi; id quod uno titulo meum eſt, ùt titulo hæreditatis, poſſe e-
C tiam meum fieri alio titulo, qualis eſt donatio v. g. vel occupatio jure belli, vel emptio. Contrà objicit Goffridum Vindocinenſem Abbatem, & Leopoldum Bambergenſem Epiſcopum. At prior nihil aliud aſſerit, quàm id, quod meum eſt uno titulo, ſub eodem non poſſe iterum fieri meum. Quod verum eſt. Leopoldus ſi plus dicat, manifeſtè errat: ùt docet experientia. Quotidie enim videmus, donationes & privilegia olim impetrata & nobis conceſſa, ita ut verè ſint noſtra; denuò tamen confirmari; ut & per novam confirmationem arctiùs efficiantur noſtra: Nam qui prioris donationis, vel emptionis corroborationem poſtulat, is certè nihil aliud poſtulat, quàm ut id, quod
D jam ſuum eſt, titulo novæ confirmationis denuo ſuum fiat.

Diploma Henricianum ab aliquo *Hildebrandino* confictum eſſe, mendacium eſt Calvinianum, ante hunc rabulam inauditum. Nec latuiſſet hoc Henricum V. ejúſque aſſeclas, ſi ſub Gregorij VII. Pontificatu cuſum fuiſſet: qui tamen contra donationes ab Henrico Imp. factas, quarum in publicis actis non ſemel mentio facta fuerat, ne mutiverunt quidem.

Orationem Othonis IV. quòd ex lib. 10. Philippidos Guilelmi de Nangis Calviniſta tam ſedulò exſcripſit, duplici de cauſa non miror, tum quia librum craſſum conſcribe- E
re voluit; minùs autem craſſus fuiſſet, niſi & hunc centonem inferſiſſet; tum quia ſpiritum Calvinianum egregiè olet. Quapropter faucibus hujus Calviniſtæ ſuper mel & favum dulcis accidit. Quid enim magis Calviniſticum, quàm illud ſchiſmatici Imperatoris Othonis:

--- *Hic* (Papa) *ſolus primò occidatur oportet,*
Qui ſolus noſtros provectus impedit, & ſe
Opponit nobis;

Quid magis Calviniſticum, quàm partiri inter ſe provincias, præſertim Eccleſiaſticorum, & in his, Papæ; & juxta Germanicum proverbium, pellem urſi priùs quàm urſus ſit captus, vendere; ùt fecit in illa ſua ſomniatione Otho? Quid magis Calviniſticum, quàm iſtud? F

Clerum autem & Monachos, quos ſic exaltat amatus,
Aut occidamus, aut deportemus oportet.

Factum hoc ſedulò à Calvinicolis & Martiniſequis, ubicunque rerum plenè potiuntur: non tamen illud, quod ibidem Otho ſubjungit.

Sic tamen, ut pauci maneant, quibus arcta facultas.
Sit ſatis, oblata tantummodo qui ſtipe vivant.

Nam Genevæ, Heidelbergæ, Tiguri, Bernæ, tot ego Cappucinorum Monaſteria novi; quot Jeſuitarum Collegia. Illi verò verſiculi, quò minùs Calviniano palato ſeſe apprimè probent, fieri non poteſt.

Villas & decimas majores miles habeto,
Et quibus eſt cura Reſpublica, qui populos, qui
Pugnando faciunt in pace quieſcere Clerum.

At dic, Calviniſta, num Otho IV. propter ſuam contra Apoſtolicam ſedem rebellionem, non enim dixerim, perfidiam, eò G
fortunatior fuit? An non in ſummas calamitates incidit? & quæ harum cauſa, niſi quia fidem Deo, & S. Petro datam, avaritia excæcatus ſefellit? Audi Rigordum de geſtis Philippi Francorum Regis. *Exegit tamen Papa* (Innocentius III.) *ab eo in ipſa coronatione jusjurandum de patrimonio & jure B. Petri indemniter ei & Eccleſiæ Romanæ in pace dimittendo, & contra quoslibet defendendo. Recepto itaque jurejurando, & inſtrumentis publicis ſuper hoc confectis, & imperiali charactere confirmatis, eodem die, quo coronam ſuſcepit, contra juramentum temerè veniens, ſignificavit Papæ, ſe non poſſe dimittere caſtra, quæ ab Anteceſſoribus ſuis, aliquibus temporibus fuerant poſſeſſa,* H
&c.

CAPUT XVIII.

De Juramento, quod Henricus IV. Gregorio VII. præſtitit.

HIc vehementiſſimè furit Calviniſta; quòd Henricum IV. *Regem Germaniæ* nominavi: *Fuiſſe enim multorum aliorum Regnorum Regem.* Cur baccharis, ô

A Calviniſta? An ideo negavi, Henrici potentiam ultra Germaniæ fines ſeſe extendiſſe? Si Philippum III. nominem *Regem Hiſpaniarum*, an bac appellarione mea illum de utriuſque Indiæ, Siciliæ, Neapolis, & tot aliorum Regnorum poſſeſſione deturbo? An injuriam ei facio, ſi à notiſſimo & primario Regno ei nomen indam?

Ægrè fert Calviniſta, quòd Imperatores Romani, ſe *Reges Germaniæ* indigitant, aitque Maximilianum I. *primum fuiſſe, qui hunc titulum uſurpârit: & hoc accidiſſe ex imprudentia conſiliariorum.* Sed, niſi fallor, optimum factum facerer Calviniſta, ſi Pragam ſe conferret, ipſúmque ſacratiſſimum Imperatorem, ejúſque conſiliarios doceret, qui titulus uſurpandus ſit. Intelligerent enim hunc uſurpandum eſſe. *Rudolphus Romanorum Imperator, &c. Rex Francorum, Longobardorum,* B *Hungarorum.* Et dubitamus adhuc, hunc latronis fratrem, totius Imperii, ipſius itidem Imperatoris, & Conſiliariorum ejus Reformatorem, coronare roſis ex Calvini fimeto decerptis, præſertim cùm cap. 26. Tartareæ ſuæ Replicationis pag. 267. in hæc verba erumpere non erubuerit. *Quin ſcito, Galliam & Germaniam non eſſe Romani Imperii regna, ſed libera & immediata, & ſuo jure utentia, Imperatorique Romanorum, quatenus eſt Imperator, non magis obſtricta, quàm Perſiam, Æthiopiam, Japponiam.* De Gallia non laboro. De Germania tum tibi fidem babebo, cùm mihi teſtimonio ipſius Cæſaris, & Cæſareæ Curiæ probaveris, Imperatorem alio titulo ſe Regem Germaniæ ſcribere, quàm titulo Imperatoris, hoc eſt, quia Imperator eſt.

C

CAPUT XIX.

De Conciliabulo Wormacienſi.

INter Epiſtolas Henrici IV. circumfertur una ad Annonem Archi-Epiſcopum Colonienſem; quam ſpuriam eſſe evidenter demonſtravit Illuſtriſſimus Baronius, & nos cum illo in Apologia Baroniana cap. 24. Calviniſta reſpoodit, & nunc quoque inſulſum ſuum reſponſum oggerit, *Epiſtolam non eſſe datam ad Annonem*, ſed ad ſucceſſorem ejus *Hildolphum*. Id ut evincat, novas nunc copias ſanè perquam validas in aciem educit. Ex quibus eo tibi ſpecimen. *Moris olim* D *erat propria nomina tota non exprimere, ſed ſola initialis litera denotabatur, ùt videre licet in Manuſcriptis membranis.* En recooditam ſapientiam. Quis mortalium ante hujus Calviniſtæ admonitiooem hoc obſervavit? Nemo, prorſus nemo; quia nemo ante iſtum ullos calamo exaratos codices evolvit, aut ſaltem ſiniſtro oculo aſpexit, ſoli latronis fratri felicitas hæc obtigit. Solus omnium manuſcriptorum librorum poſſeſſione gaudet, Quid amplius? *In veteri exemplari hujus Epiſtolæ ſcriptum erat.* H. *Quod ab Imperitis mutatum eſt in Anno* qui & *Hanno*; cùm illud H. E *Hildolphum* denotaret. En temeritatem criticam. Ita proounciat, quaſi aſſediſſet, quando in autographo illius Epiſtolæ litera H. picta fuit. Vidiſtine ullum exemplar chirographum, in quo litera H. extaret? Dic, ſodes, Calviniſta. Vidiſtine tale exemplar? Scio, non vidiſſe. Interim quaſi vidiſſet, intrepidè, hoc eſt, pluſquam Cynicè affirmat. Quis ille, qui primus illud H in Annonem mutavit? Loquere, os exos; ut te videamus & audiamus.

Deinde ſi Epiſtola illa prætuliſſet literam H, *Hanno* autem æquè ſcribitur ac *Anno*, æquè licuit ex illo H *Hannonem* ac *Hildolphum* F extundere. Neque verò tu, quidquid coneris, nobis unquam perſuadebis, te in iſtis pervidendis acutiorem eſſe antegreſſis editoribus hujus Epiſtolæ Reineccio, Urſtiſio, Reubero. Habeo manuſcriptum exemplar membranaceum, in quo, præter alia, extat quoque hæc epiſtola, ubi expreſsè A, non H, viſitur. Et eſt illud exordium. H. Dei gratia Rex A. *gratiam, ſalutem & dilectionem.*

Similli impudentia mutat effrons Calviniſta Pentecoſten in *Heptacoſten.* Verùm no id ſine argumento ab illo factum cenſeas, en tibi Achilleum. *Marianus Epiſcopus Reatinus in ſcholiis ad ſeptimam Epiſtolam S. Hieronymi, quæ eſt ad Lætam, mutat Pentateuchum in Heptateuchum; ergo mihi itidem in Epiſtola Henrici mutare licuit Pentecoſten* io *Heptacoſten.* Reſpoodeo, quod Marianus fecit, id eum feciſſe G veterum librorum auctoritate, ſic enim ſcriptum reperit in Codice Medicæo, & altero exemplari Florentino. At ubi tu ullum codicem vidiſti, in quo eſſet *Heptacoſte*, non *Pentecoſte*. Deinde vox *Heptateuchi* trita & uſitata eſt, ipſi etiam D. Hieronymo, ùt videre eſt epiſt. 38. ad Lucinum. Quo nomine intelliguntur quinque libri Moyſis, liber Ioſue, & liber Iudicum. At *Heptacoſte* pro Septuageſima vox latinis auribus inſueta & inaudita eſt; qua ſi Henricus io convocatiooe Epiſcoporum uſus fuiſſet, nemo quid diceret, intellexiſſet.

Adhæe manifeſta ratio tuetur emendationem Reatini Epiſcopi; Cùm enim S. Hiero- H nymus Lætæ præſcriberet, quos filiola libros veteris Teſtamenti nocturna diurnáque manu verſare deberet, non eſt credibile, omiſſos ab illo utiliſſimos Ioſue & Iudicum libros: At omiſiſſet; ſi *Pentateuchum* non *Heptateuchum* ſcripſiſſet.

At ne Calviniſtam unico argumento deprompto ſtatim exarmatum credas, ecce tibi alterum, & quidem longè robuſtius. Gregorius XIII. vel Doctores ejus Delegati in cap. *Sancta* diſt. 15. mutârunt *Pentateuchum* in *Heptateuchum*; ergo & mihi licuit *Pentecoſten* in *Heptacoſten* mutare.

Reſ-

A Reſpondeo, antecedens nil aliud eſſe, quàm Calvinianum mendacium. Nihil enim in rextu Gratiani mutatum eſt, tantùm adjecta hæc admonitiuncula. *Apud Ivonem legitur*, Heptateuchum, *ut ultra quinque libros comprehendat librum Ioſue & Iudicum, qua voce ac librorum conjunctione B. Hieronymus ad Lucinium ſcribens utitur. Alii verò* Heptaticum *appellant, ut S. Gregorius lib. 7. Indict. 2. epiſt. 48. & lib. 10. epiſt. 22. & alibi, & Rabanus in præfat. in Hieremiam, & ordo Romanus cap. de Septuageſima.* Adde ad extremum, in manuſcripto exemplari, de quo ſuperiùs mentio facta; diſertè ſcribi: *Ut in Pentecoſten.*

Sed jam de ſumma rei cernendum erit: & B herba porrigenda Calviniſtæ, tanquam victori: Illuſtriſſimus enim Baronius dixerat, à nullo proditum, legatos Henrici, tot ac tantis Romæ contumeliis ac injuriis affectos eſſe, quot & quantæ enumerantur in epiſtola ad Annonem. Protulerat Calviniſta Aventinum. Objeceram ego; hunc recentiorem eſſe, quàm ut idoneus teſtis videri debeat. Nunc Calviniſta doctior factus, profert ex Cruſianis, Voluſianis inquam, Annalibus, Suevicis, Martini Cruſij Annam Comnenam, Alexii Comneni Imp. Conſtantinopolitani filiam, quæ in ſua Alexiade ſcribit, Legatos non modò malè à Gregorio habi- C tos, raſis capitibus & barbis, ſed & in Eunuchorum ordinem redactos: quod pudibunda ſcilicet virgo, non auſa proloqui; innuiſſe ſatis habuit: ne nimio rubore tinctæ malæ, purpuriſſo infectæ crederentur. Fateor *cæcum porcum*, ùt eſt Germanorum proverbium, *hic non malam glandem reperiſſe.* Interim perpetim manet iſte ſcrupulus, quomodo nullus veterum Latinorum rei tam memorabilis meminerit; Annam enim paulò pluris æſtimamus, quàm Aventinum aut Illyricum, cui quanta fuerit mentiendi facultas, docet ejus Alexias nuper Græcè publicata, de cujus dubia & ſuſpecta fide editor ipſe, ſtatim in limine, luculentum teſtimonium dedit. Et lectio ipſa docet, quot falſis narrationibus & Pſeudologiis liber ille re- D fertus ſit, præſertim ubi de Latinorum rebus, & Gregorii VII. Robertíque Guiſcardi ſermo; quod oſtendimus etiam in brevicula Apologia pro Gregorio VII. contra Annæ hujus alogiam. Nec ullus mortalium unquam extitit, qui quæ Anna à Gregorio in Legatos perpetrata ſcribit, memoriæ prodiderit. Nimirum quæ Latini interdum, ludibrii gratiâ in Græcos, bello capros per licentiam militarem patrabant; de quo extat memorabile ſimul & ridiculum exemplum: apud Luitprandum lib. 4. cap. 4. quòd Græci hujuſmodi Eunuchos, & ùt vocitabant, *Carſamatia* (de quibus lege eundem Luitprandum lib. 6. cap. 3.) in deliciis haberent, eóſque Græcis venderent, ideo Anna hoc contumeliæ genus legatis Henrici illatum finxit: ſine ullo ullius præterea Hiſtorici te- E ſtimonio, fabula ex ſolis trivialibus ſchiſmaticorum circulis hauſta. Quanquam Alexiadis Editor aliam itidem figmenti hujus originem non improbabiliter indicat, de qua dixi jam in Apologia pro Gregorio Septimo contra Annam.

Cùm autem Legatos, de quibus commentitia ad Annonem epiſtola, injuriâ tantâ ante Wormacienſe ſynedrion anno M. LXXVI. initum, affectos oporteat; quandoquidem in illa epiſtola conciliabulum illud demum indicitur, quæro, quo anno hæc tanta contumelia Henricianis Legatis irrogata fuerit? Num anno M. LXXV. At hoc dici nequit: quia illo anno Henricus ſummam adhuc benevolentiam erga Gregorium VII. præ ſe fe- F rebat, utpote nondum cura Saxonici belli ſolutus; Legatóſque miſerat, ſed occultè, quibus aliquid probri vel dedecoris illatum eſſe, nemo Hiſtoricorum unquam prodidit: per quos & hoc epiſtolium Henricus ad Gregorium VII. miſit, quod inſertum eſt cuidam epiſtolæ ipſius Gregorii lib. 3. Regeſti epiſt. 5. *Noverit veſtra ſanctitas Pater, quoniam dum ego penè omnes Principes mei Regni de noſtra magis diſcordia, quàm de mutua pace gaudere percipio: ad vos iſtos Nuncios latenter dirigo, quos ſatis nobiles ac religioſos eſſe cognoſco; & pacis bonum inter nos optare conjungi, nequaquam dubito. Hoc autem, quod modò, neminem ſcire volo, præter vos, Dominam matrémque meam, atque amitam Beatricem, & filiam ejus Mathildam. Me verò, adjuvante Domino, de expeditione Saxonica redeunte, alios legatos dirigam, quos familiares ac fideliores habebo, per quos omnem vobis meam voluntatem & reverentiam, quam B. Petro & vobis debeo, ſignificabo.*

Aliis itidem literis eodem anno datis, G idem Henricus teſte ipſo Gregorio lib. 3. epiſt. 10. ſe filium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ipſi Gregorio ſubjectum, dilectione unicum, atque devotione præcipuum profeſſus eſt, commendans ſeſe Gregorio omni affectu amoris & benevolentiæ, ad quem ipſe etiam Gregorius humaniſſimas literas dedit, quæ extant eodem lib. Regeſti epiſt. 7. neque vel tenuiſſimum veſtigium uſpiam contumeliæ legatis illatæ apparet.

In volumine membranaceo Viennenſi chi- H rographo, probæ & perquam antiquæ notæ reperi aliam epiſtolam, Henrici nomine inſignitam, ad Clerum populúmque Romanum, ubi eadem querimonia de legatis malè acceptis perſonat; & additur: *anno præterito*, id eſt, anno ante conciliabulum Wormacienſe hoc accidiſſe: qui erat annus Domini M. LXXV. & cùm omnia attentiùs conſidero, in eam ſententiam venio, Auctorem utriusque epiſtolæ, & ipſam quoque Annam Comnenam, occaſionem fabulæ de Legatis malè habitis excogitandæ & procudendæ ac-

A cepiſſe, ex iis, quæ contra illos ſub finem hujus anni M. LXXV. à Romanis Gregorii VII. ſtudioſis, actitata ſunt, qui Pontificem ſacris operantem ab ipſa ara abſtractum, in vincula conjecerant, ùt narrat Lambertus in Cbronico, & Paulus Bernriedenſis in Vita Gregorii VII. Iſti enim erant Henriciani; ſuóſque conatus ad rem, ſuperſtite Gregorio, conferri oon poſſe videbant. Quocirca ſedulò in id incubuerunt, ut eum de medio tollerent: tametſi nefaria conſilia & incœpta, in capita Auctorum reciderunt; quibus pars illa Romanorum, qui à Gregorio VII. ſtabant, ea, quam impii merebantur, menſurâ remenſi ſunt.

Porro tentatam depoſitionem Gregorii VII. in conciliabulo Wormacienſi, rectiſſi- B mè jam olim hodiéque nominari *facinus à ſeculis inauditum*, haud gravatè fatebitur, quisquis omnes circumſtantias ſacrilegii hujus accuratiùs inſpexerit. Nec abnuimus quod Calvinianus Balatbro, fruſtra probare nititur, olim quoque noonullos ſimile ſcelus patrâſſe, & de Pontificibus throno deturbandis conſilia & concilia agitâſſe; ſed negamus, unquam tantum piaculi & flagitii ſuſceptum fuiſſe, quantum ab aſſeſſoribus Synedrii Wormacienſis admiſſum eſt.

Laudes, quibus Aventinum tam prodigè Calviniſta cumulat, mirarer, niſi vetus verbum: *Mulus, mulum:* Hæreticus, hæreticum: oſor & hoſtis Pontificum; oſorem & hoſtem Pontificum: mihi jam pridem cognitum eſſet. Si Aventinus tam liberalis fuiſſet in Pontificum laudibus celebrandis, quàm C promptus & expeditus fuit in iiſdem deterendis ac decerpendis, vix tibi plumbeus ſcriptor eſſet; nunc aureus eſt; quia plumbeus, hoc eſt, tibi ſimilis Hæreticus. Nam in borum caſtris Aventinum militâſſe, docent cùm alia innumera, tum Epiſtola Melanchtbonis ad eundem Aventinum, quam ex ipſo Autographo, Philippi manu exarato, attexere viſum; ut ſi quis fortè Aventinum cum Catholicis ſenſiſſe arbitratur, his literis lectis ſententiam mutet. Accipe Melancbthonicam Epiſtolam:

S. D. Dabis mihi veniam tam ſerò reſpondenti ad tuas literas amantiſſimè ſcriptas. Non enim babui hactenus certos homines, qui iter ad te tenerent. Tuis honeſtis conatibus de illuſtranda D *Germania, maximè faveo; nec graver adjuvare hoc inſtitutum cum jactura mea rei familiaris. Quod autem exiſtimas, reditus monaſteriorum in his regionibus poſſe conferri ad tales uſus, longè aliter ſe res habet. Nam Princeps abdicavit, quidquid habuit juris, in vacuis Monaſteriis, totum illud conceſſit, propter iniquos ſermones, certis ac delectis ex omnibus ordinibus nomine totius ditionis. Hoc conſilium excogitavit quidam ex equeſtri ordine, ne hæc præda ipſis interverteretur. Quare, tibi conſulo, ſi Salzburgenſis, ùt eſt vir & doctus, & horum ſtudiorum admirator, invitat te ad ſe, ne aſperneris tanti tàmque ſapientis* E *Principis beneficium. Ego te, ſi quis alius, profectò vehementer propter virtutem tuam & doctrinam amo. Sed hoc conſilii ſi meus frater [eſſes] tibi daturus ſim, præſertim viro ætate tali, qui vix harum regionum aërem ferre queat. Nam ego experior, quàm ſit noſtris corporibus, qui alibi nati ſumus, inimicus. Jam ſenui hîc perpetua febri, cùm nondum ingreſſus ſim annum tertium ſupra trigeſimum. Bene vale. Menſe Septembri.*

PHILIPPUS MELANCHTHON.

Inſcriptio eſt. *Viro optimo & doctiſſimo D. Joanni Aventino, amico ſuo.*

Ubi vides Aventinum ex Bavaria in Saxoniam migrare voluiſſe; titulo quidem illuſtrandi res Germanicas, revera autem, ut Lutherum, quem pectore concluſum gerebat; liberè promere; palámque aſſectari poſſet. Diſcis quoque, mi lector, ex hac ipſa epiſtola, in F quas fauces, vel potiùs voragines, proventus monaſteriorum, quæ Lutheri Evangelium occupârat, inciderint.

CAPUT XX.

De Epiſtola Principum Imperii ad Innocentium III. de Electione Othonis IV. in Imperatorem.

CApur hoc, ùt verboſiſſimum & loquaciſſimum, ſic & mendaciſſimum, &, ut ita loquar, impertinentiſſimum eſt; cùm mea oec petat, nec tangat, nec feriat; ſed nil niſi Calviniſtica phaſmata & plaſmata perſequatur: cujus exordium & finis, & quidquid inter hæc duo interjacet, G nihil aliud ſunt, quàm aut pſeudologia, aut lœdoria, aut atopia, aut inaniſſima phlyaria. Pſeudologiam vel in hoc unico exemplo vide.

Mentitur hanc conſecutionem eſſe meam, vel ex mente mea. *Papa Romanus habet jus inungendi, conſecrandi, & coronandi electum Imperatorem Romanorum; ergo ſine Papa Romani confirmatione nullus poteſt eſſe legitimus Imperator Romanorum. Et conſequenter, quem nolit Papa confirmare, is nec debeat, nec poſſit eſſe vel nominari Imperator.* Hæc latroois frater ex ſuo cerebro mihi affingit & admetitur. Nam ex ſola inunctione & conſecratione ouoquam hujusmodi argumentum duxi, certus, H ſummo Pontifici in Imperium Romanum plus poteſtatis eſſe, quàm ſit ſola & mera conſecratio & inunctio Electi Imperatoris; ídque ex ipſorum Regum ac Imperatorum teſtificationibus; ex Hiſtoriis tam ſacris, quàm profanis, ex vetuſtis literis & diplomatibus, & ex communi omnium ſenſu comprobaveram. Quocirca ruunt, quæcunque ſtolidus Calviniſta per undecim fermè folia ſatuatur, ne dicam bacchatur. Neque in æternum ullum Diploma vetus, à priſcis Imperatoribus, aut literas ab ipſis Impera-

rato-

A ratoribus poſteriori ævo ſcriptas proferet ;
in quibus ipſi ſeſe aliter, quàm Reges , vel
Imperatores Electos nominent : licèt uſus
hodiernus; & quidem optimus , ita ferat;
ut qui de illis loquuntur, aut etiam illos ſeu
coràm , ſeu per literas alloquuntur , *Impera-
tores* vocent , ſine ulla adjunctione , quod ju-
re optimo fit ; interim ipſis Imperatoribus
non eſt ignotum , quis majorum & ante-
ceſſorum ſuorum fuerit de poteſtate Summi
Pontificis in Romanum Imperium ſenſus.
Ut enim folia in ſylvis, ſic temporis progreſ-
ſione tituli cadunt , aliiſque alii ſuccedunt ,
ſalvo interim uniuſcuiuſque jure. Et ſi qui
Hiſtoricorum quondam nomen Imperatoris
Regibus non coronatis tribuerunt; id aut la-
ta quadam notione , fecerunt , aut nomen
Imperatoris pro deſignato & electo Impera-
tore uſurpârunt ; ùt jam ſæpè dictum eſt.
Neque in alio numero poni debent , inſaniſ-
ſimi & furioſiſſimi Calviniſtæ hujus logi
(Germanicè Lugen) quàm in teterrimarum
B criminationum Catalogo, quando vocifera-
tur , nos negare , *Imperatorem ; hoc ipſo , quòd
electus eſt , plena poteſtate res Imperii admini-
ſtrandi potiri , nec Imperatorem , nec Auguſtum
eſſe , aut nominari debere.* Quæ omnia de-
putes hujus Calviniſtæ Magiſtro, à quo om-
nis calumnia & ſycophantia , tanquam pri-
ma ab origine manat : cujus ſpiritu & halitu,
ſpirat & halat rabula iſte , quidquid ſpirat
& halat, qui vix potis tria verba proferre, quin
quatuor aut quinque mendacia contineant.

CAPUT XXI.

De conſtitutione Friderici II. pro Ec-cleſiaſtica libertate.

CAlviniſta Tomo primo ſuarum Con-
C ſtitutionum recitat tria Diplomata
Friderici Secundi pro libertate Eccle-
ſiaſtica. At duo objicit , vel potiùs antea
objecta jam otioſè repetit. Primum eſt, *Fri-
dericum hæc Diplomata & Privilegia Clericis,
nominatim Eccleſiæ Romanæ conceſſa , poſtea re-
vocâſſe.* Secundò, *non fuiſſe recepta;* & hic
longos logos texit latronis frater de Rebus-
publicis , Civitatibus , Principibus & Regi-
bus , qui leges tulerint , Privilegiis Friderici
de immunitate Clericorum planè adverſas ;
quarum bonam partem ſublegiſſe videtur
illis Scriptoribus, qui ante pauculos annos
quorundam Venetorum Decretorum patro-
cinium contra Paulum V. Pontificem ſuſce-
perant.

Verumenimverò hæc facillimè expediun-
D tur, prout jam à me in Baroniano Apolo-
getico expedita ſunt. Nam primò , non
negamus Fridericum in transverſum fuiſſe
actum, dictiſque minimè manſiſſe; ſed ad-
dimus , tandem cum Deo & Eccleſia in gra-
tiam rediiſſe, & quæ initio Imperij ſui lau-
dabiliter & liberaliter promiſerat, conceſſe-
rat , donaverat , denuo conceſſiſſe & do- E
nâſſe, ùt teſtatur in vita Friderici Calvinia-
nus Schardius , idémque liquet ex Teſta-
mento ejuſdem Imperatoris , quod præfat.
in Hortum S. Crucis integrum recitavi ex
Matthæo Pariſienſi pag. 786. Adde ejuſdem
Matthæi teſtimonium pag. 777. *Obiit circa
eadem tempora principum mundi Maximus Fri-
dericus , ſtupor quoque mundi , & mirabilis im-
mutator , abſolutus à ſententia , qua innodabatur,
aſſumpto , ùt dicitur , habitu Ciſtercienſium , &
mirificè compunctus & humiliatus.* An tu cen-
ſes abſolutionis beneficium ab ullo Catholi-
co impetraturum fuiſſe, ſi quæ in exordio
ſui Imperij ſpoponderat; non implêſſet, ſan-
ctíque Petri Patrimonium , & Clericorum
Privilegia non reliquiſſet tandem intacta,
renovatis primis Imperij ſui pactis ac con-
ventionibus ?

Sanè mirificus Friderici tutor & Apolo-
getes eſt Calviniſta ; qui ejus honori ſatis
conſultum haud arbitratur, niſi Fridericum
in priore pertinacia , ne dicam , perjurio , F
conſtantem & perſeverantem fuiſſe, & in
ſceleribus , quæ Synodus Lugdunenſis ei
objecit, animam exhalâſſe evincat; vel, ut
rectiùs loquar, evincere conetur, licèt vano
ſucceſſu. Nam quòd nobis perſuadere ve-
lit, falſa eſſe, quorum Fridericus in publico
Concilio, in conſpectu totius Galliæ, accu-
ſatus fuit ; nugas longè maximas egerit ;
cujus accuſationis exiguam particulam ex
ſententia damnationis ab Innocentio IV.
Pontifice prolata hìc recitare libet; ut om-
nes intelligant , num honorificentius fuerit
Friderico vela retrorſum dare; an in contu-
macia adversùs Sedem Apoſtolicam , &
Clericalem immunitatem vita fungi cum
certiſſimo ſalutis propriæ exitio. Ita ergo
Pontifex apud Matthæum Pariſienſem.

*Plura eum commiſiſſe perjuria ſatis conſtat ;
nam olim cùm in Sicilia partibus commorabatur,* G
*priusquam eſſet ad Imperij dignitatem electus,
coram bonæ memoriæ, G. ſancti Theodori Diaco-
no Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, felicis re-
cordationis Innocentio Papæ, prædeceſſori noſtro,
& ſucceſſoribus ejus , Eccleſiæque Romanæ, pro
conceſſione Regni Siciliæ , ab eadem Eccleſia ſibi
facta, fidelitatis præſtitit juramentum. Et, ſi-
cut dicitur, illud idem poſtquam ad eandem
dignitatem electus extitit , & venit ad Urbem ,
coram eodem Innocentio, ſuiſque fratribus Car-
dinalibus, & aliis multis præſentibus , ligium
homagium in ejus faciens manibus innovavit.
Deinde, cùm in Alemannia eſſet , eidem Inno-*
centio Papæ , & ipſo defuncto, bonæ memoriæ H
*Honorio Papæ , prædeceſſori noſtro , & ejus ſuc-
ceſſoribus , ac ipſi Eccleſiæ Romanæ , præſentibus
Imperij Principibus ac Nobilibus, juravit, hono-
res, jura, & poſſeſſiones Romanæ Eccleſiæ, pro
poſſe ſuo , ſervare ac protegere bona fide. Et quòd,
quæcunque ad manus ſuas devenirent, ſine diffi-
cultate reſtituere procuraret , nominatis expreſsè*

A *dictis poſſeſſionibus in hujuſmodi juramento, quod
poſtmodum confirmavit, coronam Imperij jam
adeptus. Sed horum trium juramentorum teme-
rarius exſtitit violator & transgreſſor, non ſine
proditionis nota, & læſæ criminæ majeſtatis. Nam
contra præfatum prædeceſſorem noſtrum Grego-
rium, & fratres ſuos Cardinales, comminatorias
literas eiſdem fratribus deſtinare, ac dictum
Gregorium apud fratres ipſos, ſicut apparet per
literas ab eodem tunc directas, eiſdem etiam, pro-
ut fertur, per univerſum ferè orbem terrarum
multipliciter diffamare præſumpſit.*

Prætereo cætera, quæ ſubjungit Pontifex
de injuriis Clero illatis, & graviſſimis oneri-
bus, quibus eundem indeſinenter gravavit,
quæ quivis in Hiſtoria Matthæi legere pote-
rit, & partim quoque apud Gulielmum de
Nangis in libro de Rebus Geſtis S. Ludovici
Regis Francorum: & in Capitulo *Ad Apoſto-
lica*, *De ſententia & re judicata* in VI. Hoc
B tantùm doleo, Calviniſtam ex oſcitantia ju-
dicialem ſententiam Innocentij contra Fri-
dericum in ſuam Farraginem non retuliſſe;
cùm alioqui Pontificum Conſtitutiones, &
Bullas non penitus à ſuis Tomis an Tomen-
tis? rejecerit: Etiam Martini V. datam in
Concilio Conſtantienſi; quam Calviniſta
pag. 104. & ſeqq. Tom. 2. totam exſcripſit,
qua non tantùm Conſtitutio Caroli IV. De
Immunitatibus & Privilegiis Clericorum; ſed
& ejuſdem argumenti ſtatuta Friderici II.
Imp. confirmantur, & omnia ſtatuta parti-
cularium locorum, quæ Friderici II. & Ca-
roli IV. Impp. ſanctionibus contraria ſunt;
in nihilum rediguntur, & irrita eſſe juben-
tur.

Nec tamen timuit Pontifex, ne ſibi obji-
C ceretur, quod nunc frater Latronis oggerit;
Fridericum ſuas literas revocâſſe; & irritas
eſſe juſſiſſe; nunquam hoc Martino V. in
mentem venit; ùt nec Sigiſmundo Impera-
tori, qui ſimiliter in Conſtitutione ſua de
Privilegiis & Immunitatibus Clericorum,
quam tu totam in alterum tuum volumen
p. 107. intuliſti, Friderici II. Imperatoris,
Prædeceſſoris ſui, auctoritate & exemplo
nititur: ſeque ejus veſtigiis, ùt & Caroli IV.
in talium Privilegiorum conceſſione inſiſte-
re, palàm profitetur. Neque hoc tantùm;
ſed & ab utroque Imperatore conceſſa pri-
vilegia compendioſè recenſet. Neque ullus
D extitit, qui Sigiſmundo Imperatori obſtre-
peret; Fridericum II. calculum retraxiſſe,
& id, quod largitus fuerat, retractâſſe. Ne-
que haoc cantilenam quiſquam occinuit
Concilio Conſtantienſi, cujus Decretum
Calviniſta hoc lemmate, ſeu epigraphe in-
ſignivit, pag. 97. *Concilij Conſtantienſis con-
firmatio Conſtitutionum Friderici II. & Caroli
IV. Imperatorum Auguſtorum ſuper libertate Ec-
cleſiaſtica.* Neque fuit, qui Carolo IV. ſua-
deret, ne Conſtitutionem illam de Privile-
giis Clericorum, quæ extat tuo Tom. 2. p.
92. vulgaret, & promulgaret; fore enim E
periculum, ne pœnitudine ducatur, & ad
palinodiam cogatur, prout olim Friderico
II. acciderit.

Quid, quòd etiam Baſileenſis Synodus
Friderici II. & Caroli IV. Impp. de libertate
Eccleſiaſtica ſanctiones confirmavit; ùt vi-
dere eſt in propriis de hac re literis Tom. 3.
Conſtitut. hujus Calviniſtæ p. 433. Quan-
quam ipſe, ùt homo admodum occupatus,
titulum ita formavit. *Synodi Conſtantienſis
Confirmatio Carolina*, *de libertate Eccleſiaſti-
ca.* Quorum alterum, memoriæ tribuatur
oportet; nam ſtatim ſequitur: *Sacroſancta &* F
generalis Synodus Baſileenſis: alterum odio in
Privilegia Clericorum, quæ nollet & doleret
à Friderico II. conceſſa; cujus conceſſionem
æquè confirmat Baſileenſis Synodus ac Ca-
roli IV.

Sed quia Tomi hujus Calviniſtæ, & li-
bellus Privilegiorum, Anno M. D.VI. Au-
guſtæ excuſus, ex quo Calviniſta ſuprà di-
ctas conſtitutiones de Privilegiis Clericorum
exſcripſit, non ſunt omnibus in promptu,
placet referre partem Bullæ Martini V. in
qua, ídque convenienter & conſentaneè
conſtitutionibus Friderici II. & Karoli IV. G
Impp. enervantur & ſucciduntur, omnia
illa particularium locorum, Regum, &
Principum decreta, quæ quoquo modo
Eccleſiaſticam libertatem & immunitatem
labefactant: *Ad compeſcendos conatus nefarios
perverſorum, qui perſonas & loca Eccleſiaſtica
ſuper bonis & juribus ſuis offendere, ac multipli-
cibus perturbare moleſtiis non verentur, tantò
magis per Romanum Pontificem decet de opportu-
no remedio providere, quantò peramplius turba-
tiones hujuſmodi moleſtiæ, & in divinæ majeſta-
tis offenſam, nec non Eccleſiaſticæ libertatis re-
dundare diſpendium dignoſcuntur.*

*Dudum ſiquidem cùm in diverſis mundi par-
tibus Conſules civitatum & Rectores, nec non
alij, qui poteſtatem habere videbantur, tot one-
ra frequenter imponerent Eccleſiis, ut deterioris
conditionis factum ſub eis ſacerdotium videretur,
quàm ſub Pharaone fuiſſet, qui Legis divinæ no-
titiam non habebat, quique omnibus aliis ſervi-
tuti ſubactis, ſacerdotes & poſſeſſiones eorum in
pristina libertate dimiſit, & de publico eis ali- H
moniam miniſtravit, in Concilio Lateranenſi
Eccleſiæ immunitati providendo ſub anathe-
matis diſtrictione prohibitum extitit, ne Con-
ſules, Rectores, aut alij prædicti Eccleſias &
viros Eccleſiaſticos talliis, ſeu collectis, vel exa-
ctionibus aliis aggravare præſumerent, trans-
greſſores & fautores eorum præcipiendo anathema-
tis ſententiæ ſubjacere, donec ſatisfactionem im-
penderent competentem: & etiam deinde in ge-
nerali Concilio editum fuerit; Quòd ſi Epiſcopi
fortè ſimul cum Clericis, etiam ſi tantam neceſſi-
tatem vel utilitatem inſpicerent, ut abſque ul-
la coactione ad relevandas communes utilitates
vel neceſſitates, ubi Laicorum non ſuppeterent fa-
culta-*

A *cultates; ſubſidia per Eccleſias Laicis ducerent concedenda, minimè ſuper hoc conſulto Romano Pontifice, conceſſiones & ſententiæ, quæ à talibus, vel de ipſorum mandato forent promulgatæ, eſſent irritæ & inanes, nullo unquam tempore valituræ. Ac etiam in ipſo generali Concilio decretum extitit; illum, qui infra tempus ſui regiminis propter fractionem conſtitutionum vel ſanctionum hujuſmodi ſuſtineret anathema, tanquam poſt illud non eſſet ad ſatiſfactionis debitum compellendus, nec non ipſius ſucceſſorem, qui non ſatiſfaceret infra menſem, manere Eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfaceret competenter, cùm ſuccederet in onere, qui ſubſtitueretur in honore.*

Poſtmodum verò felicis recordationis Honorius Papa Tertius, prædeceſſor noſter, attentè conſiderans, quòd quondam Fridericus Secundus
B *olim Romanorum Imperator, tunc ſub obedientia & devotione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ perſiſtens, ad laudem ejuſdem Eccleſiæ & ſacri decus Romani Imperii, cupiens, ut expurgatis quorundam erroribus & iniquis ſtatutis deſtitutis, de cætero Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ plena vigerent quiete, & ſecura libertate gauderent; ac piè & juſtè attendens, quòd quorundam perverſorum iniquitas adeò abundaverat, ut non dubitarent, contra Eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros Canones, ſtatuta ſua confringere adversùs Eccleſiaſticas perſonas, & Eccleſiaſticam libertatem, edictali lege hujuſmodi ſtatuta iniqua irritaverat, & præceperat irrita nunciare, & omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ civitates & loca, Poteſtates vel Conſules, aut quæ-*
C *cunque aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiæ, vel perſonas Eccleſiaſticas hujuſmodi edere, aut ſervare tentarent contra Canonicas vel Imperiales ſanctiones, de ipſorum Capitularibus, infra duos menſes, poſt ipſius legis publicationem, penitus abolere facerent: &, ſi de cætero talia attentarent, illa ipſo jure decrevit eſſe nulla, & eos ſua juriſdictione privatos; nec non locum, ubi talia deinceps præſumpta fuiſſent, banno mille marcharum auri fiſco Imperiali præceperat ſubjacere. Poteſtates verò, Conſules, Statutarii & Scriptores ſtatutorum prædictorum, nec non Conſiliarii locorum ipſorum, qui ſecundùm ſtatuta & conſuetudines memorata judicarent, ex tunc eſſent ipſo Iure infames, quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliqualiter non tenere, quódque ſi per an-*
D *num præfatarum conſtitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum ſuum Imperium mandavit impunè ab omnibus occupari, ſalvis nihilominus aliis pœnis contra tales in eiſdem generalibus Conciliis promulgatis. Et inſuper voluit idem tunc Imperator, quòd nulla communitas, vel perſona, publica ſeu privata, collectas ſeu exactiones, angarias vel parangarias Eccleſiis vel aliis locis, aut Eccleſiaſticis perſonis hujuſmodi imponere, ſeu invadere Eccleſiaſtica bona, præſumeret. Quòd ſi ſecùs faceret, & requiſita ab Eccleſia, vel Imperio hujuſmodi emendare contemneret, tripliciter refunderet, & nihilominus banno Imperiali ſubjaceret, quod ſine ſatisfactione debita nullatenus remitteretur.*

Statuerat inſuper, quòd quæcunque Communitas, vel perſona, per annum in excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ violatam perſiſteret, ipſo jure ſimiliter dicto banno Imperiali ſubjaceret, à quo nullatenus extraheretur, niſi priùs ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Et inſuper ordinaverat, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione, vel civili ad judicium ſeculare trahere præſumat contra eaſdem Canonicas ſanctiones, & Conſtitutiones Imperiales. Quòd ſi ſecùs faceret, actor à ſuo jure caderet, & judicatum non teneret, & judex foret ex tunc judicandi auctoritate privatus. quódque Judices temporales, qui Clericis & perſonis Eccleſiaſticis juſtitiam denegare præſumerent, tertiò requiſiti ſuam juriſdictionem amitterent. Conſtitutionem ipſam de conſilio etiam fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui tunc erant, auctoritate Apoſtolica approbans & confirmans, ipſam mandavit inviolabiliter obſervari: nec non ſtatutarios & ſcriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem auctoritate nunciari. E F

Et deinde ad audientiam divæ memoriæ CAROLI QUARTI *etiam Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti deducto, quòd nonnullæ ſingulares perſonæ in poteſtatibus, & officiis publicis conſtitutæ, videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alii Domini temporales, nec non Conſules civitatum, oppidorum, villarum, & locorum Rectores, in diverſis provinciis ejuſdem Imperii, Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia, & iniquas ordinationes, motu proprio & de facto contra ipſas perſonas Eccleſiaſticas, & Eccleſiarum libertates ac earum privilegia condiderant, illiſque de facto & publicè utebantur contra Canonicas & legitimas ſanctiones; utpote quòd nulla* G *bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferrentur; Et, ne Clerici in ſacris Ordinibus conſtituti, ad agendum & teſtificandum in civilibus, & maximè in piis cauſis aliquatenus admitterentur; quódque excommunicati Laici & publicè denunciati in civili foro minimè repellerentur: Et inſuper prædicti Domini temporales, Conſules & Rectores per ſæcularem poteſtatem res & bona Clericorum occuparent, areſtarent: & oblationes Chriſti fidelium minuerent atque reſtringerent; exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent: poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtarent incendiis & rapinis; con-* H *tractus inter Clericos & Laicos factos legitimè recuſarent; donatáque & Legata ad fabricas, & Eccleſiarum ſtructuras contra Prælatorum voluntatem & aliorum, quorum intererat, temerè uſurpare præſumerent; ac in fraudem, & odium Clericorum de bonis etiam, & rebus eorundem Clericorum, quæ non cauſa negotiationum, ſed pro eorum propriis uſibus per eorum terras ducebant ſeu duci faciebant, telonium exigere & recipere non verebantur; & confugientes ad Eccleſias, & earum cœmeteria inde extrahere contra Canonicas & Imperiales ſanctiones hujuſmodi præſumpſerant & præſumebant.*

Idem

A *Idem Carolus Imperator, tanquam Chriſtianiſſimus Princeps, volens in præmiſſis providere de remedio ſalutari etiam de quorundam Principum, Ducum, Comitum, Baronum, Fideliúmque aliorum ſacri Imperii ſæpe dicti conſilio & auctoritate Imperiali, quæcunque ſtatuta & conſuetudines prædictas, tanquam per Canonicas & civiles ſanctiones expreſsè reprobata, caſſavit, irritavit, & annullavit, ac caſſa & irrita nulliúsque eſſe voluit roboris vel momenti; præcipiens ſub Imperialis banni pœnâ univerſis & ſingulis Principibus & Dominis temporalibus, Conſulibus, Poteſtatibus, ac aliis in officiis publicis in eodem Imperio conſtitutis, quatenus ex tunc ipſorum ſtatuta & ordinationes, ſicut in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis edita fuerant, omnino revocarent, &* B *de luce tollerent, quódque ſecundùm ea non judicarent, aut eisdem in judicio, vel extra judicium quomodolibet pro ſe & contra eandem Eccleſiaſticam libertatem potirentur.*

Pronunciavit inſuper, & eâdem decrevit auctoritate, quòd quicunque Laicus cujuſcunque ſtatus aut conditionis exiſteret, auſu ſacrilegio & propria temeritatis audacia ſacerdotem vel religioſum diſſidaret, proſcriberet, captivaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, vel hujuſmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret, vel eis favorem præſtaret, præter pœnas à ſacris Canonibus & legalibus ſanctionibus in tales inflictas, eo ipſo redderetur infamis: ac omni honore privatus, nec ad placita vel conſilia Nobilium admitteretur quovis modo. C *Hortans inſuper in Domino & requirens Eccleſiaſticos Prælatos in illis partibus, in quibus committerentur talia, conſtitutos, ut legem Imperialem hujuſmodi per eorum Eccleſias & Synodos publicarent; ne tranſgreſſores hujuſmodi, per ſimulatam ignorantiam ſuam valerent in hac parte malitiam excuſare, prout in Conſtitutionibus & ſanctionibus Conciliorum, & Honorii prædictorum ac Imperialibus præfatis pleniùs continetur, &c.*

I nunc Calviniſta, & ſanctiones quorundam locorum Eccleſiaſticæ libertati inimicas & infeſtas, ingemina, accumula, & in Centonem tuum coacerva: ſed ita, ne fraudium & impoſturarum ſis immemor: ve- D rùm eas ubique admiſceas, alioqui tuis pranſoribus prandium nimis inſipidum apponeres: nam multa ex ſtatutis, quæ commemoras, aut conficta ſunt, aut cum tacito, vel expreſſo ſummi Pontificis conſenſu condita; & ſic juſta. Quo de ſtatutorum genere legatur Adamus Tannerus noſter lib. 2. de Eccleſiaſtica Immunitate, contra Paulum Venetum cap. 18. Ex qua lectione cùm alia, tum hoc quoque diſcet prudens lector, qua nota, & quaſi Symbolo, juſtitia hujuſmodi legum internoſcenda ſit, nec tam quorundam Clericis parùm propitiorum iniquitate, ne dicam rapacitate, quàm ſtudio & ardore majores noſtros præſertim Germanos & Alamannos, imitandi movebitur: quibus Eccleſiaſticam libertatem vel in minimo violare, maxima religio fuit; quod E liquet ex Legibus Alamannicis à Potentiſſimis & Chriſtianiſſimis Francorum Regibus olim rogatis, inter quas, etiam prout à te Tom. 2. Scriptorum Alamannicorum vulgatæ ſunt, nónne primum locum obtinet iſta?

Si quis liber res ſuas, vel ſemetipſum ad Eccleſiam tradere voluerit, nullus habeat licentiam contradicere ei, non Dux, non Comes, nec ulla perſona, ſed ſpontanea voluntate liceat Chriſtiano homini Deo ſervire, & de propriis rebus ſuis ſemetipſum redimere. Et qui voluerit hoc facere, per certam de rebus ſuis ad Eccleſiam, ubi dare voluerit, firmitatem faciat, & teſtes VI. & VII. adhibeat, & nomina eorum ipſa charta contineat, & coram ſacerdote, qui ad Eccleſiam deſervit, ſuper altare ponat, & proprietas de ipſis rebus ad ipſam Eccleſiam in perpetuum permaneat. Etſi aliqua perſona, F *aut ipſe, qui dedit, vel aliquis de heredibus ejus, ipſas res de illa Eccleſia abſtrahere voluerit, vel aliquis homo, qualiſcunque perſona hoc præſumpſerit facere, & effectum, quem inchoavit, non obtineat, & Dei judicium incurrat, & excommunicationem ſanctæ Eccleſiæ, & mulctam, quam charta continet, perſolvat, & res illas ex integro reddat, & fredum in publico ſolvat, ſicut lex habet.*

Quanta autem fuerit olim facultas Fidelibus, præſertim Germanis, res ſuas liberè, & abſque ullius interpellatione Eccleſiis & Monaſteriis donandi, teſtantur tres libri Traditionum Fuldenſium, quos clariſſimus Doctor Joannes Piſtorius publicavit, & chartæ Traditionum, quas Calvinianus iſte in alterum Tomum ſcriptorum Alamannicorum G conjecit, ut taceam tot opulentiſſima Monaſteria, tot ditiſſima Sacerdotum Collegia; tot locupletiſſimos Epiſcopatus: quæ omnia luculentiſſima teſtimonia ſunt; id, quod à Friderico II. ejúſque Anteceſſoribus Regibus & Imperatoribus; clero, aliiſque divino cultui dicatis, conceſſum fuerat, ſemper uſu ac more receptum fuiſſe; quidquid aliquando nonnulli obmurmurárint, clamantes cum illo ſuo atavo: *Ut quid perditio hæc?*

Quòd ſi, ùt Calviniſta contendit, Privilegia abs ſe Clericis, & Eccleſiæ Romanæ conceſſa Fridericus II. antiquavit & abrogavit, ídque conſtanter, abſque ulla abrogationis H ſuæ recantatione, qui fit, quòd Henricus VII. inter cætera ſua juramenta etiam hoc præſtitit, quòd omnia Jura Eccleſiæ Romanæ ſarta tecta conſervare velit; præcipuè ac ſpecialiter, quæ olim conceſſa fuerant per claræ memoriæ Conſtantinum, Karolum, Henricum, Othonem IV. Fridericum II. atque Rudolphum, Prædeceſſores ſuos; ùt habetur in Clementina ROMANI, De jurejurando. Cur Imperator cæteris Fridericum II. admiſcet, ſi omnia ſua dona, omnéſque donationes ita revocavit, ut nunquam reſtituerit? Certè cauſæ nihil erat, cur Pontifices in tali juramento mentionem Friderici II. fieri vel-

vellent; ſi latronis frater vera canit. Et quomodo epitome Privilegiorum Friderici II. in Corpus Juris Civilis relatum eſt, ſi Privilegia illa non revaluerunt, poſtquam Friderici impotens animus deferbuit; & ſalubriores cogitationes ſuſcepit?

Vociferatur Calviniſta. *Etiam legem Henrici VII. eſſe in Corpus Juris cooptatam, ſub Titulo: Quomodo in læſæ Majeſtatis crimine procedatur: Et tamen hanc contumelioſè abrogatam & reſciſſam eſſe à Clemente V. in Clement. Paſtoralis*, De Judic. Reſpondeo, aliud eſſe, ſi lex quæpiam revocetur à Potttifice; aliud ſi ab Imperatore. Revocatio à Pontifice, non videtur obſtare, quò minùs lex aliqua in Corpore Juris Civilis reponatur vel repoſita maneat; quot enim ſunt leges Civiles, præcipuè in Novellis, quæ per ſacros Canones vel emendatæ vel abrogatæ ſunt? At ut Lex ab Imperatore primùm condita, poſtea ab eodem Imperatore expuncta, & in ſpongiam incumbere juſſa, penitúsque antiquata, utpote per obreptionem impetrata, doliſque extorta, nihilominus in Corpus Juris Civilis allegatur, id dico meritò mirum cenſeri; nam hanc Friderici Legem nullus Pontificum Voluminibus Juris Civilis adjecit; & quidem hoc tam ſplendido titulo. *Conſtitutiones Friderici* Secundi Imperatoris incipiunt. *De ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatem Eccleſiæ editis; immunitate locorum Religioſorum ubique morantium, & fori privilegio, & Gazaris, & Patarenis, & aliis hæreticis, eorúmque ſucceſſoribus, &c.*

Miror autem, cur crura & lumbos Calviniſta non tentârit itidem frangere huic Decreto Friderici de Hæreticis, cùm tam manifeſtè Calvioianos atro carbone notet: & damnationis ſententia percutiat; cúmque ùt Novatores paſſim clamitant, fides ſit libera; ad quam nemo cogi debeat. Si ad fidem Catholicam Lutheriſtæ cogendi non ſunt, cur coguntur tam ſevero edicto *Speroniſtæ, Leoniſtæ, Arnaldiſtæ, Gazari, Patareni*, alii? Num iſti deteriores fuêre *Martinicolis* & *Calviniſequis*?

Deinde mendacium eſt, à Clemente V. in cap. *Paſtorali*, revocatam eſſe legem Henrici VII. *de Reis læſæ Majeſtatis*, prout extat in Corpore Juris Civilis, ſtatim poſt Conſtitutiones Friderici II. non hanc, quæ generalis eſt, revocavit, & irritam reddidit Clemens, ſed illam, quæ ſpeciatim & nominatim in Robertum Regem Siciliæ, tanquam Majeſtatis reum, dirigebatur, quam tu integram deſcripſiſti, Tom. 1. tuarum Conſtitutionum, pag. 95. Hanc enim, ùt, multas ob cauſas, (quas Clemens V. enumerat,) ab Henrico VII. illegitimè latam, reprobat & abrogat Pontifex.

Quis autem te de Friderico II. Imp. præclarè meritum abnuat, cùm omnes epiſtolas ejus à Petro de Vineis ſcriptas, & à Schardio, non niſi ſub nomine epiſtolarum Petri de Vineis publicatas, nunc in Conſtitutiones Imperiales transformas, & grandioribus tibiis reſonare doces, indole & arte tibi conſueta & ſolenni, hoc eſt, ubique fraudibus & impoſturis interſperſis. Quæ tuæ technæ inſigniter elucent in ſtramentitio illo Edicto, quod Friderico perfidè affingis Tom. 3. p. 659. hoc præfixo lemmate: *Friderici I. Auguſti Edictum adversùs Papa, & Concilii Lugdunenſis Decretum de ſua depoſitione.* Subditur textus. *Pontifex in Concilio meam mihi coronam detraxit, &c.* Quod edictum architectatus eſt iſte Calvini de grege Pædagogus ex verbis Matthæi Pariſienſis p. 658. ubi Fridericus, intellecta Innoceotii in Concilio Lugdunenſi condemnatoria ſententia ita loquens, quaſi in ſcena, introducitur, torvo vultu omnes circumſtantes intuens: *Abjecit me Papa iſte in Synodo ſua privans me corona mea. Unde tanta audacia? unde talis temeraria præſumptio? Ubinam ſunt clitellæ meæ theſaurum meum portatilem continentes? Et cùm allatæ fuiſſent, & coram eo ejus juſſu reſeratæ eſſent, ait: Vide ſi jam ſunt amiſſæ coronæ meæ. Repertam igitur unam impoſuit capiti ſuo. Et coronatus erexit ſe, & minacibus oculis, voce terribili, & inſatiabili corde, dixit in propatulo: non adhuc coronam meam perdidi, vel Papali impugnatione, vel Synodali Concilio, ſine cruento perdam certamine?* Ex hac igitur concitati iráque inflammati Friderici oratione natum eſt hoc Calviniſticum Edictum, ùt & multa alia ex ſimili origine; quia in Tomis Guldinaſticis hujuſmodi furelarum nec finis, nec modus ullus eſt, ùt jam ſæpè demonſtravimus.

CAPUT XXII.

De Electorum Imperii litteris, quibus fatentur, Electoralem dignitatem à Sede Apoſtolica ad ſe veniſſe.

HIc nihil à Calviniſta afferri video, præter inſana convicia in Innocentium III. Innocentium IV. & Clementem V. Quidquid iſti in cap. *Venerabilem*. In cap. *Ad Apoſtolicæ*, & in cap. *Romani*, verè affirmant, id falſo; quidquid autem Calviniſta mentitur, id vero deputandum eſt; qua metamorphoſi, niſi obſiſtimus, lux in tenebras, & tenebræ in lucem facillimè commutabuntur. Nec quæſtio eſt, quando Electores Septemviri ſint inſtituti; ſed de hoc contenditur, num vero conſonet, quod prædicti Pontifices aſſerunt, Electoralem dignitatem à Sede Apoſtolica ad Germanos veniſſe. Huc, huc, dirige tua, ſi quæ, præter lœdorias & inaniſſimas matæologias ſpicula tibi ſuppetunt. Nam ut fidem tuam, & aſſeverationem tribus Pontificibus Romanis anteponamus; fruſtra exſpectas, ſi exſpectas, præſertim cùm ipſimet Imperii Electores, Palatinus, Saxo & Brandeburgicus publicis lite-

ris datis Anno M. CC. LXXIX. jam olim faſ- A ſi fuerint, hanc dignitatem Germanos à Sede Apoſtolica accepiſſe; quorum verba ex parte, prout à te Tom. 1. ſunt publicata, iterum, velis nolis, audire debes.

Ludovicus, Dei gratia, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ; Ioannes & Adelbertus Duces Saxoniæ; Otto Marchio Brandeburgenſis, univerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem in Auctore ſalutis. Complectens ab olim ſibi Romana mater Eccleſia, quadam quaſi germana charitate Germaniam, illam eo terrenæ dignitatis nomine decoravit, quod eſt ſuper omne nomen temporaliter tantùm præſidentium ſuper terram, plantans in ea Principes tanquam arbores praelectas & rigans illas gratia ſingulari, illud eis dedit incrementum tam mirandæ potentiæ, ut ipſius Eccleſiæ auctoritate ſuffulti, velut germen electum per ipſorum electionem illum, qui fræna Romani Impe- B *rii teneret, germinarent. Hic eſt illud luminare minus in firmamento militantis Eccleſiæ per luminare majus Chriſti Vicarium illuſtratum. Hic eſt, qui materialem gladium ad ipſius nutum excutit & convertit, ut ejus præſidio Paſtorum paſtor adjutus, oves ſibi creditas ſpirituali gladio protegendo communiat, temporali refrænet & corrigat ad vindictam malefactorum, laudem verò credentium & bonorum.*

Hæc Principes Electores, quorum teſtificatio pluris æſtimari debet, quàm centum millium contrà latrantium Calviniſtarum clamoſa amentia: nam quod latronis Frater perpetim vociferatur, *Principes iſtos fuiſſe deceptos, & in fraudem inductos, & quidem ex ſimplicitate & ignorantia;* id quomodo ad ho- C rum Principum poſteros excuſare velit, ipſe viderit. Grandem certè eis alapam impingit; & interim *Archiprincipes*, honoris ſcilicet cauſa, novo vocabulo indigitat: ut periculum videatur, ne paulò pòſt *Archiduces* nominet; quandoquidem tres Politici Septemviri, ſimul ſunt *Duces*.

Conſtitutionem de Electoribus, quam Tom. 3. p. 371. Othoni IV. Imp. tribuis, eodem loco habemus, quo alias ex tuo malè tornato cerebro procuſas. Et Baptiſta Egnatius junior teſtis eſt, quàm ut ipſe ſola ſua teſtificatione rem tantam nobis tranſactam dare poſſit. Nec vel bilum valent, quæ eo- D dem Tomo 3. pag, 405. ex Matthæo Pariſienſi deblateras; quæ blateramenta in inſulſiſſima tua Replicatione Battologicè prorſus recinis; eo conſilio, ut occaſionem nanciſcaris inſiliendi in Illuſtriſſimum Cardinalem Baronium; qui perſuaſus relatione & narratione Matthæi Pariſienſis in Hiſtoria Anglorum pag.655. arbitratur Tom. 10. Annalium Anno DCCCC.XCVI.N. 64. & ſeqq. Electores in Concilio Lugdunenſi ſub Innocentio IV. inſtitutos eſſe; quam Baronii opinionem refelli in Defenſione librorum Bellarmini de Translatione Imperii, ubi manifeſtè demonſtravi, hanc ſententiam neque cum veritate, neque cum mente Matthæi congruere.

Quæ cùm in libro meo Calviniſta legiſſet, E longè aliter Baronium excipiendum cenſuit. Itaque grandinoſo clamore *inſignem impoſturam, fraudem Corneliâ Lege plectendam, & mendacium horrendum* Baronio impingit, vel, ut rectiùs loquar, ſceleratè affingit. Habet hoc in more Latronis frater, ut cùm atrociſſimè calumniari, & flagitioſiſſimè mentiri ingreditur, buccas inflet; & non tantùm ſeſquipedalia, ſed & tripedalia verba funditet. Sed hæc tanta crimina Baronio objecta jam propiùs intueamur & conſideremus, quæ, ùt video, in hoc uno ſita ſunt; quòd Baronius prætermiſit iſthæc Matthæi verba: *His* (Electoribus) *à Domino Papa directa eſt diligentiſſima admonitio cum ſupplicatione, ut ſibi alium Imperatorem eligerent; promiſitque eis ſui & totius Eccleſiæ conſilium & auxilium: & in prin-* F *cipio, ſub ſpe potioris ſucceſſus, quindecim millia librarum argenti. Prævenit autem, & invaluit Frederici diſſuaſio: qui eis & maximè Duci Auſtriæ, vinculo affinitatis eſt confœderatus: unde monitis aut precibus Papalibus Electores minimè paruerunt.*

Hæc nimirum eſt inſignis illa impoſtura; fraus Corneliâ Lege plectenda, & mendacium horrendum; at non Baronij, ſed Calviniſtæ, qui vociferatur, *iſta à Baronio omiſſa, ut imperitis eò faciliùs imponere poſſet, & perſuadere, quaſi hæc Innocentij ſanctio à Principibus Imperii fuerit comprobata.* Atqui ne uno quidem verbulo indicat Matthæus, hanc Innocentij ſanctionem (loquor ex hypotheſi, ipſius etiam Calviniſtæ, qui non intelligens Matthæum, exiſtimat Matthæum aſſere- G re, Electores ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunenſi eſſe inſtitutos) non fuiſſe à Principibus receptam & comprobatam: quia tantùm ait: *Electores monitis & precibus Papalibus non paruiſſe:* Eſt autem longè aliud obtemperare Decreto de Inſtitutione Electorum; & obtemperare monitis & precibus, ut (quod tunc Pontifex petebat) Friderico II. abdicato, alius in locum ejus ſubſtitueretur. In priore Principes Pontifici non obtemperâſſe, non ſcribit Matthæus; in poſteriore non paruiſſe; id verò ſcribit Matthæus, quia timebant nimiam potentiam & ſævitiam Friderici: Et tamen monitis & precibus Pontificis, ſaltem aliqui, poſtea obſecuti ſunt; Electo in Romanorum Regem Turingiæ Landtgravio, H & poſt hunc Wilhelmo Hollando. At Calviniſta Matthæum perperam & præpoſterè interpretans, putat, eum dicere; ipſum Decretum de Inſtitutione Electorum fuiſſe à Principibus rejectum. Quomodo *rejectum?* quando ipſemet Matthæus, illos, quos monitis & precibus Pontificis de novo Imperatore eligendo non paruiſſe ſcribit, *Electores* nominat; & ab aliis ſejungit atque diſcriminat? Quanquam, ùt fusè probavi in Apologia libri tertij de Translatione Imperij, Matthæus nequaquam aſſerit, Electores in Concilio Lugdunenſi ab Innocentio IV. fu-

iſſe

Digitized by Google

A iſſe inſtitutos, ùt fatebitur, quiſquis Mat-
thæum attentiùs legerit, quàm ab iſto Cal-
viniſta lectus eſt. Ubi nunc impoſtura illa
inſignis Baronij? Ubi fraus Lege Cornelia
plectenda? Ubi horrendum mendacium?
Omnia iſta, non in Baronio, ſed in hoc
Calviniano latronis fratre invenies. Qui ite-
rum criminatur pariter & mentitur; à Ba-
ronio *non minorem impoſturam committi in fal-
ſificandis & mutilandis Alberti Stadenſis verbis;*
qui in ſuo Chronico, Anno Domini M.
CC.XL. *Ex prætaxatione Principum & con-
ſenſu eligunt Imperatorem, Trevirenſis, Mogun-
tinus & Colonienſis.* Subjicit Calviniſta, Ex
prætaxatione, *Baronius exponit; ipſis expoſ-
centibus, Principibus ſimul conſentientibus, vel
ab ipſo Innocentio IV. vel ejus ſucceſſore, Alexan-
dro IV. Quid eſt fallere, ſi hoc non eſt?* Rectè
loqueris, ſi de te loqueris. Nam niſi falle-
B re ſit, quod tu agis, non video, quid ſit
fallere; Baronius enim Anno DCCCC. XCVI.
N. 67. hanc quæſtionem tractat; *Cur ſi Dux
Bavariæ, Dux Auſtriæ, Dux Brabantiæ, &
Archiepiſcopus Salisburgenſis, ſint Electores, ùt
ſcribit Matthæus Pariſienſis, poſtea, retento ſep-
tenario numero, alij ſubſtituti fuerint, ùt Ar-
chiepiſcopus Trevirenſis, Marchio Brandeburgi-
cus, Palatinus Rheni, & Rex Bohemiæ:* hu-
júsque quæſtionis ſolutionem à ſe ignorari,
Baronius ingenuè confitetur. Subjungit ta-
men conjecturam, nimirum hoc accidiſſe
ex conſenſu Principum Germaniæ; eámque
in rem citat ſupradicta Alberti verba: *Ex
prætaxatione Principum & conſenſu eligunt Im-
peratorem, Trevirenſis, Moguntinus, &c.* Ex
Ordinatione ergo & conſenſu Principum in
locum Salisburgenſis, & in locum aliorum
Principum politicorum ſubſtituti ſunt illi,
quos Albertus enumerat; ſive id factum ſit
C ab & ſub ipſo Innocentio IV. ſive ab & ſub
ſucceſſore ejus Alexandro IV. cujus ſecundus
Annus incidit in Annum Domini M.CC.LVI.
ad quem Albertus ſuum Chronicon perdu-
xit. Hæc Baronius, ſine ulla fraude fallen-
díve ſtudio, convenienter ſuæ opinioni, in
qua Matthæi, tanquam Ducis, veſtigia ſeſe
ſequi arbitrabatur.

Accuſat Calviniſta Baronium, quaſi mala
mente hæc antecedentia verba Alberti ſup-
preſſerit. *Papa Gregorius inſolentias Imperato-
ris contra Eccleſiam metuens, Principes ſuper
electione alterius ſolicitavit: ſed nihil profecit.
Quia, quidam Principum ei reſcripſerunt, non
D eſſe ſui juris, Imperatorem ſubſtituere, ſed tan-
tùm, electum à Principibus, coronare. Electio
enim ad iſtos dignoſcitur pertinere. Ex prætaxa-
tione*, &c. Quæ, obſecro, fraus in horum
verborum omiſſione? An non disertè indi-
cat Albertus, ad quos Electio Imperatoris
ſpectet? An non vidiſti iſta? *Electio enim
ad iſtos pertinere dignoſcitur.* An non mox,
quinam illi ſint, expreſſis ſingulorum no-
minibus, deſignat? Quapropter apertè fallit
& mentitur Calviniſta, quando ait: *Alber-
tum hoc tantùm dicere, Septemviros Imperij jus* E
*eligendique poteſtatem ita habuiſſe, ut tamen
cogerentur eum eligere, quem Principes commu-
nibus ſuffragiis prætaxáſſent, id eſt, prælegiſ-
ſent, prænomináſſent, deſignáſſent: nam ad Ele-
ctores iſtos ſolummodo diſcordantium votorum &
ſuffragiorum examinationem, & plenariam cog-
nitionem atque ſententiam pertinuiſſe.* Quæ
quàm aliena ſint à mente & ſenſu Alberti,
nemo non vider, niſi qui ſolem meridie
lucere non videt. Scilicet, eximia fuiſſet
Electorum, quos Albertus memorat, po-
teſtas; ſi eum ſolummodo, quem alij Prin-
cipes *prætaxáſſent*, hoc eſt, interprete Cal-
viniſta, priùs elegiſſent, ipſi eligere coacti
fuiſſent; nec quidquam ampliùs habuiſſent,
quàm quòd inter diſcordantium ſuffragia
arbitri ſediſſent. Quod Alberto nunquam
in mentem venit: de cujus ſententia hoc
loco duntaxat diſceptamus. Non ignora- F
mus, etiam poſt creatos Electores non unam
ſemper fuiſſe in Comitiis eligendi rationem;
ùt Bellarminus lib. 3. de Translatione Impe-
rij non ſemel palam monet; ſed jam his non
eſt locus; quia, tantùm quid ſibi Albertus
voluerit, inveſtigamus.

Etſi autem in Defenſione libri tertii de
Translatione Imperii, arbitrabar Matthæum
Pariſienſem, vel eum, cujus teſtificationem
ſecutus eſt, decepnim, quando Ducem Ba-
variæ inter Electores ponit, aut certè nomi-
ne Ducis Bavariæ, Palatinum Rheni deſig-
nâſſe; quandoquidem duæ iſtæ familiæ o-
lim in unam coaluerant: poſtea tamen com- G
peri, Matthæum, & quorum veſtigia preſ-
ſit, non de nihilo Ducem Bavariæ inter Ele-
ctores ſtatuiſſe. Extat enim in Bavarico Ar-
chivo Autographum & originale Diploma
Rudolphi I. Imperatoris datum Anno M. CC.
LXXV. cujus Apographum, ſeu ùt vocant,
copiam oſtendit mihi nobilis & clariſſimus Do-
minus Doctor CHRISTOPHORUS GE-
WOLDUS, Conſiliarius Bavaricus, in quo
apertè affirmatur, & à Rudolpho Cæſare
comprobatur & declaratur, Jus eligendi Im-
peratorem competere Ducibus Bavariæ ra-
tione DUCATUS BAVARIÆ, & quidem
EX ANTIQUO. Ex quo ſequitur non Pa- H
latinam familiam in Bavaricam, ſed vice ver-
ſa, Bavaricam in Palatinam Electorale mu-
nus & decus intuliſſe. Quam diſputatio-
nem aliis, qui in rebus agendis verſantur, diſ-
cutiendam relinquo. Mihi ſatis eſt hæc at-
tigiſſe, ne ex illis, quæ libro citato adversùs
Matthæum diſſerui; ulli præjudicium cre-
etur. De his ſatis.

Notaveram Calviniſtæ impoſturam, qui
epiſtolas Electorum in unam conflaverat,
præpoſitis ſingulorum Electorum nomini-
bus, cùm ſinguli ſingulas ſcripſerint. Hic
Calviniſta in rabiem verſus, vociferatur.
*Næ te oportet eſſe cruciferum extremè nequam,
qui nullum finem facis diabolicarum calumnia-
rum.*

rum. Pacatè, Bacchans, pacatè, impera furori, vel potiùs catenas injice, ne anguineo flagello Tiſiphone te inſequi videatur. Nec eſt, quòd te Bellarmini exemplo excuſes; nam duo cùm faciunt idem, non eſt idem. Occidit Judex, & occidit latro. Nec tamen idem opus eſt. Præfigit Catholicus, doctiſſimus, ſinceriſſimus communem titulum Diplomati: facit idem Calviniſta; & exprimit quoque ſingulorum nomina. Num idem faciunt? Non opinor; quia iſte ſub ſuo facto fraudem celat; quaſi non ſinguli ſigillatim, ſed univerſim unis literis ad Pontificem ſcripſerint, nec eum eo honore ſint dignati, ut ſinguli ſingulis epiſtolis eum compellârint. Quæ mens non eſt ulli ſcriptori B Catbolico; quia atra eſt & livida: Quapropter, ſi titulum generalem præfigant, compendii cauſa id agunt; præcipuè, cùm omnium literæ non in ſenſu, ſed in verbis conſpirent, licèt differant, die & menſe, quibus exaratæ ſunt, ùt monuit Illuſtriſſimus Baronius Tom. 10. Anno DCCCC. XCVI. num. 42. & ſeqq. Verùm, qui millenas & ampliùs luculentiſſimas fraudes in ſuis Centonibus commiſit, is ſcilicet in Electorum epiſtolis, candorem, quem non habet, præſtitit.

Sed ecce tibi, etiam Baronii exemplo Latronis frater ſeſe tuetur. Nam Tom. 12. Anno M. C. LXVI. N. 3. recitat literás Fri- C derici Imp. ad omnes ſubditos generatim ſcriptas, quas tamen ſpeciatim ad Henricum Trecarum Comitem datas eſſe, fidem facit editio ſcriptorum Germaniæ Freheri Tom. 1. Reſpondeo I. Baronius loco citato epiſtolam, quam lectori legendam offert, tribuit Friderico Barbaroſſæ; at Freherus eam, quam nobis Calviniſta oggerit, aſſignat Friderico II. nam titulus, quem epiſtolis illis præpoſuit, eſt iſte: *Friderici II. Imp. Romani, & Siciliæ Regis epiſtolæ quædam tempore ſchiſmatis ſcriptæ, nondum editæ.* Aut ergo Freherus ballucinatus eſt, tribuens epiſtolam Friderico II. quæ eſt Friderici I. aut Calvinianus iſte calipedat, cùm epiſtolam à Frehero publicatam, & à Baronio allatam unam eandémque eſſe affirmat. Deinde, cùm Baro- D nius Epiſtolam illam proferat ex Manuſcripto Codice Vaticanæ Bibliothecæ, ſimúlque indicet, quo libro Codicis illius hæc epiſtola extet, & quota ſit etiam numero, nempe lib. 1. epiſt. 20. nemo niſi Calviniſticè candidus, hoc eſt, ater, de fide integerrimi viri dubitabit, quin titulum generalem, prout eum in Codice antiquo reperit, lectoribus repræſentârit; & ſi alterutrum dicendum eſſet, potiùs de Freheri, quàm Baronii fide ambigerem; ſed nil opus; quia non eſt inſuetum, ut ejuſdem epiſtolæ exemplar univerſim ad omnes, & ſigillatim ad unum, vel plures nominatim deſignatos deſtinetur: Quanquam Freherus largiter peccavit, cùm hanc epiſtolam Friderico II. adſcribit; ùt & E in Indice Auctorum Tomi ſui, ubi iſthæc Inſcriptio. *Friderici II. Imp. & Siciliæ Regis epiſtolæ quædam tempore ſchiſmatis inter Papas Victorem, Paſchalémque & Rolandum ſcriptæ.* Siccine Antipapæ Victor & Paſchalis fuêre temporibus Friderici Secundi? Siccine Rolandus, hoc eſt, Alexander III. cui ante Pontificatum ROLANDI nomen erat, vixit temporibus Friderici II. Siccine Pſeudopapæ Victor & Paſchalis oppoſiti fuerunt Rolando, hoc eſt, Alexandro III. ſub Friderico Secundo Imperatore? O *ἀνισοφησίαν* exclamaret Latronis frater, ſi quid ſimile à Catholico ſcriptore peccatum eſſet, qui dum ſuam turpitudinem nonnihil tegere molitur; fœdam Freheri ſui ballucinationem egregiè detegit; Prædictam enim Epiſtolam non ad Fridericum II. ſed ad Fridericum I. pertine- F re, tam clarum eſt, quàm Victorem & Paſchalem, Antipapas, quorum in ea mentio babetur, ſub Friderico Primo vixiſſe, & Rolando ſeu Alexandro III. oppoſitos fuiſſe: imò nulla prorſus ex ſexdecim illis epiſtolis, quas Annalibus Godefridi Freherus ſubjunxit; aut à Friderico II. aut tempore Friderici II. ſcripta eſt; ſed omnes omninò ad Fridericum I. & ad ejus Imperium ſpectant, ùt fatebitur, quiſquis vel primis labris hiſtoriam Friderici Barbaroſſæ deguſtavit.

CAPUT XXIII.

G

De Inveſtituris Epiſcoporum & Abbatum, per baculum ſeu virgam, & annulum, factis à Laica manu.

HAs ſeverè prohibuit in duobus Conciliis Romanis Gregorius VII. Pontifex Maximus, Anno M. LXXVIII. & Anno M. LXXX. & ſucceſſor ejus Victor III. in Synodo Beneventana, Anno M. LXXXVII. apud Baron. N. 13. & Urbanus II. in Concilio Melphitano, Anno M. XC. & M. XCVII. apud Baron. N. 38. Poſtea inter eruditos diſputatio extitit, num hæretica cenſenda ſic eorum ſententia, qui arbitrantur, Laicos juſtè & licitè Eccleſiaſticis Prælatis Inveſtituras conferre. Nam bæreſeos notandam non H eſſe exiſtimavit Ivo Carnotenſis epiſt. 235. ad Henricum Abbatem Angeliacenſem ita ſcribens.

De Inveſtituris Eccleſiarum, quas Laici faciunt, ſententiam præcedentium Gregorii & Urbani, quantum in me eſt, laudo atque confirmo. Quocunque autem nomine talis pervaſio propriè vocetur, eorum ſententiam, qui Inveſtituras Laicorum defendere volunt, ſchiſmaticam judico. En ſchiſmaticam judicat; non hæreticam: aliud autem eſt propriè loquendo, ſchiſma: aliud, Hæreſis; Licèt enim omnis bæreſis ſit ſchiſma, non tamen omne ſchiſma eſt hæreſis.

Cla-

A Clariùs mentem ſuam expreſſit Ivo Epiſt. 238. ad Ioannem Archi-Epiſcopum Lugdunenſem. *Quòd quidam Inveſtituram hæreſin vocant, cùm hæreſis non ſit, niſi error in fide: ſicut enim fides cordis eſt ad juſtitiam, oris autem confeſſio ad ſalutem: ita hæreſis error eſt ad impietatem, profeſſio verò ejusdem erroris, eſt ad perniciem. Et fides & error ex corde procedunt. Inveſtitura verò illa, de qua tantus eſt motus, in ſolis eſt manibus dantis & accipientis, quæ bona & mala agere poſſunt, credere vel errare in fide non poſſunt. Ad hæc, ſi inveſtitura hæc hæreſis eſſet, et renuncians ſine vulnere ad eam redire non poſſet. Videmus autem in partibus Germaniarum & Galliarum, multas honeſtas perſonas purgato iſto nævo, per quamlibet ſatisfactionem* B *Paſtorales virgas reddidiſſe, & per manum Apoſtolicam refutatas inveſtituras recepiſſe. Quod ſummi Pontifices minimè feciſſent, ſi in tali inveſtitura hæreſim & peccatum in Spiritum ſanctum latere cognoviſſent.*

Cùm ergò ea, quæ æterna lege ſancita non ſunt, ſed pro honeſtate & utilitate Eccleſiæ inſtituta, vel prohibita, pro eadem occaſione ad tempus remittuntur, pro qua inventa ſunt, non eſt inſtitutorum damnoſa prævaricatio, ſed laudabilis & ſaluberrima diſpenſatio. Quod cùm multi minùs ſtudioſi minimè attendant, ante tempus judicant, ſpiritûs mobilis, & ſpiritûs immobilis non intelligentes differentiam.

C *Si quis verò laicus ad hanc prorumpit inſaniam, ut in datione & acceptione virgæ putet ſe tribuere poſſe Sacramentum, vel rem Sacramenti Eccleſiaſtici, illum prorſus judicamus hæreticum, non propter manualem inveſtituram, ſed propter præſumptionem diabolicam. Si verò congrua volumus rebus nomina dare, poſſumus dicere, quòd manualis illa inveſtitura per laicos facta alieni juris eſt pervaſio, ſacrilega præſumptio, quæ pro libertate Eccleſiæ & honeſtate, ſalvo pacis vinculo, ſi fieri poteſt, funditus abſcindenda eſt. Ubi ergò ſine ſchiſmate auferri non poteſt, cùm diſcreta reclamatione differatur. Nihil enim tali pervaſione demitur Sacramentis Eccleſiaſticis, quò minus ſancta ſint: quia apud quoscunque ſunt, ipſa ſunt ſive apud eos, qui intus, ſive apud eos, qui foris ſunt.* Hæc Ivo.

Cujus diſputationem refellens Joannes Archi-Epiſcopus Lugdunenſis in epiſtola propria, quæ Ivonianis inſerta Locum CC. D XXXIX. obtinet: *Quòd eos arguis*, inquit, *qui Inveſtituras Eccleſiaſticarum dignitatum per laicos factas inter hæreſes computant, non ſatis efficaciter facere videris. Quamvis enim ſicut Catholica fides in corde, ita & hæreticus error in corde maneat; tamen ſicut ex Catholicis operibus Catholicum ſentimus, ita ex hæreticis operibus hæreticum cognoſcimus. A fructibus eorum*, inquit Dominus, *cognoſcetis eos. Et unaquæque arbor ex fructu ſuo cognoſcitur. Et licèt exteriores inveſtituras per laicos factas non ſatis propriè hæreſis nomine cenſeamus, ſentire tamen ac defendere, fieri debere, indubitata hæreſis eſt.*

Ejusdem ſententiæ cum Joanne Archi-Epiſcopo fuit S. Bruno ſeu Brunus Abbas Caſſi- E nenſis in epiſtola ad Paſchalem II. Pontificem apud Baronium Anno Chriſti M. C. XI. ubi Paſchalem ita alloquitur. *Hanc hæreſin, quam tu ipſe hæreſin eſſe ſæpè dixiſti, Apoſtolica auctoritate damna, & mox videbis totam Eccleſiam tibi eſſe placatam, &c.*

Idem Bruno in epiſtola ad Portuenſem Epiſcopum. *Audivimus, quòd quidam de fratribus noſtris non ſolùm non damnant ea, quæ modò contra ſanctam Eccleſiam facta ſunt, verùm etiam ſatis impudenter defendere conantur. Omnis autem, qui hæreſim defendit, hæreticus eſt. Nemo autem hanc non eſſe hæreſim, dicere poteſt, quam ſancta, & Apoſtolica Eccleſia in multis Conciliis hæreſim nominavit. Et illæ quidem ſpecialiter dicuntur eſſe hæreſes, quæ in Conciliis judicatæ & damnatæ ſunt. Unde & Guibertus non immeritò hæreſiarcha dictus eſt, ſimúlque* F *cum ſuis ſequacibus damnatus, & excommunicatus. Quicunque igitur Catholicam Eccleſiam relinquentes ad partem Guiberti tranſierunt, & ejus impiam hæreſim defendunt, & tenent: eos hæreticos, excommunicatos, & Apoſtolicis vinculis ligatos eſſe, non dubium eſt. Qui verò excommunicati & ligati ſunt; neque ſeipſos, neque alios vel ſolvere, vel ligare poſſunt.*

Eadem ſententia fuit Patrum Concilii Viennenſis, in hoc Decreto apud Baron. M. C. XII. n. 13. *Inveſtituram Epiſcopatuum & Abbatiarum, & omnium Eccleſiaſticarum rerum de manu Laica, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ auctoritatem ſequentes, hæreſin eſſe judicamus.*

Acriùs cæteris hoc ipſum affirmat Goffridus Abbas Vindocinenſis, & S. R. E. Car- G dinalis in Opuſculo *de ordinatione Epiſcoporum, & de Inveſtitura Laicorum*; Ex quo nonnulla exſcribere, operæpretium erit. *De Inveſtitura Laicorum, ſi quis cognoſcere voluerit, quid Catholica & Apoſtolica Eccleſia ſenſerit, quid docuerit, quid judicaverit, & conſtituerit, legat in primo Capitulo illius Concilii, quod tempore Gregorii VII. Papæ factum eſt: & ibi omnes Clericos, qui de manu laici inveſtituram ſuſcipiunt, hæreticos vocatos, & ideo damnatos eſſe, & excommunicatos inveniet: licèt alia hæreſis de Inveſtitura dicatur, alia Simoniaca. Iſta, quæ de Inveſtitura dicitur, contra ſanctam Eccleſiam fortiùs jaculatur. Simoniaca enim pravitas multotiens fit latenter; hæreſis verò de Inveſtitura ſemper publicè agitur. Ibi etiam inprimis om-* H *nis Eccleſiaſticus Ordo confunditur, quando hoc, quod unicuique à ſolo ſuo conſecratore in Eccleſia cum orationibus, quæ ibi conveniunt, dari debet, à ſeculari poteſtate priùs accipitur. Quod ſancti Apoſtoli non ſolùm interdixerunt; verùm etiam omnes illos, qui per ſecularem poteſtatem Eccleſiam obtinent, à Chriſto ſibi tradita poteſtate damnaverunt.*

Et meritò Apoſtoli judicio Spiritûs ſancti hanc hæreſim in ipſo Eccleſiæ principio damnare decreverunt, quam longo poſt tempore ex patre diabo-

A *lo naſciturum eſſe præviderunt. Cùm igitur laico & inveſtitura, & omnis etiam diſponendarum Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticarum rerum facultas à Spiritu ſancto, qui in Apoſtolis loquebatur, negata ſit penitus, & interdicta; qui inveſtituram à Laico ſuſcipit, non jam contra Apoſtolos tantùm, imò contra Dominum Apoſtolorum, quod ſanctum eſt, canibus exponit. Inveſtitura enim, de qua loquimur, Sacramentum eſt, id eſt, ſacrum ſignum, quo Princeps Eccleſiæ, Epiſcopus ſcilicet, à cæteris hominibus ſecernitur pariter, atque dignoſcitur; & quo ſuper Chriſtianum gregem cura Paſtoralis ei tribuitur. Hanc Inveſtituram ab illo ſolo ſuſcipere deberet, à quo & conſecrationem habet. Illum ſiquidem priùs oportet conſecrari; deinde verò tanquam regem Eccleſiæ ſacris inſignibus decorari. Si quis autem cuilibet ſæculari*
B *poteſtati iſta licere putat, errat: quòd ſi defendere nititur, Apoſtolorum doctrinam, & Spiritûs ſancti ſenſum annullare deſiderat. Unde, hæreticum eſſe, nullatenus dubitatur. Inveſtitura itaque Laicorum, quæ fit per virgam & annulum, meritò hæreſis appellatur. Nam ſicut à Simone Simoniaca hæreſis dicitur; ita ab eo, qui inveſtit, & ab illo, qui inveſtitur; quoniam uterque in illa ſua actione, & agitare claves Eccleſiæ, & ejus unicum ac ſingulare oſtium violare conatur, rectè nomine hæreſis de Inveſtitura vocatur.*

Hæc & plura alia in bane ſententiam Goſfridus, cujus de Inveſtituris opuſculum intulit quoque frater Latronis Goldaſtus in ſuum ſchiſmaticorum ſcriptorum centonem; eo, opinor, conſilio, ut lector lilium vel ro-
C ſam inter ſpioas reperiret, qui ad illa Goffridi verba: *Ibi etiam inprimis omnis Eccleſiaſticus ordo confunditur, quando hoc, quod unicuique à ſolo ſuo conſecratore, in Eccleſia cum orationibus, quæ ibi conveniunt, dari debet, à ſæculari poteſtate priùs accipitur;* hoc in margine virus effudit: *Stultè & imperitè diſputat; non diſcernens manus impoſitionem, ſive conſecrationem ab Inveſtitura: Illa Eccleſiaſtica eſt; hæc politica: Illa ſpiritualis; hæc ſæcularis: illa ab Epiſcopo confertur, hæc à magiſtratu.* At Calviniſta *ſtultè* & *imperitè* calumniatur; & quod ipſe facit, hoc Goffrido affingit. Goffridus enim exſertè & diſertè manûs impoſitiooem ſeu coofecrationem ab Inveſtitura, & banc ab
D illa ſejungit, ùt docent bæc ejus verba: *Hanc Inveſtituram ab illo ſolo ſuſcipere deberet, à quo & conſecrationem habet: illum ſiquidem priùs oportet conſecrari, deinde verò, tanquam Regem Eccleſiæ, ſacris inſignibus decorari.*

An non vides hie, ô Calvinigena, manifeſtam conſecrationis, & Inveſtituræ diſtinctionem? Talpa eſſes, niſi videres; vel truncus, niſi adverteres. Nec quidquam aliud vult Auctor iſte, quàm ut Inveſtitura, per baculum & annulum, quæ eſt ſignum Epiſcopalis, vel alterius Eccleſiaſticæ dignitatis & poteſtatis, conferatur ab illo ipſo, à quo conſecratio confertur, nec ante, ſed poſt conſecrationem; nam quòd tu blateras, hanc
Inveſtituram per annulum eſſe politicam & E
ſæcularem, ſatis ſupérque prodis, quàm barum rerum ſis peritus: nam Inveſtitura, de qua Goffridus diſſerit, argumentum eſt ſpiritualis, & Eccleſiæ illius poteſtatis; quam per conſecratiooem quis accepit, aut accepturus eſt, ſi hæc Inveſtitio ante conſecrationem per ὕϛερον πρότερον fiat; quod perinde eſt; (ſi profana, vel ſaltem Academica, ſacris comparare velimus) ac ſi cui mox futuro Doctori, priùs tribuerentur omnia Doctoralia inſignia, *Pileus, epomis, annulus, cingulum, liber apertus & clauſus, oſculum,* ſeu *amplexus, ſeſſio in cathedra,* & tum demum poteſtas & prærogativa Doctoralis.

Porrò ſi tu Calviniſta diſcere cupis, quænam ſint Politicæ, ſeu Civiles Inveſtituræ, Goffridum in poſteriore ſuæ epiſtolæ parte paulò attentioribus, quàm antea, oculis perlegito; nec attentionis te pœnitebit.

Verùm, relicto Calviniſta, ad propoſitam F
controverſiam regrediamur, in qua forſan major de nomine, quàm de re diſſenſio fuit: id ut oſtendam; obſervari volo, nos hic præciſè de Inveſtituris, ſeu jure Inveſtiendi loqui: ſecluſa omni Simoniaca labe vel perſuaſione, quæ ſi accedat, proculdubio hæreſis naſcitur; nam hæreſis indubitata eſt, exiſtimare, ſacra & cæleſtia charismata, pretio temporali comparari vel compenſari poſſe; & licèt quis ſine hoc animo ſpiritualia emat vel vendat, actum tamen, externa ſaltem ſpecie, hæreticum exercet; quemadmodum & ille, qui ad Lutheranam vel Calvinianam cœnam accedit, cœnam illam pro re ludicra verè & ſeriò reputans.

Et certè, ſi vera fateri velimus, Simonia G
olim cum Inveſtituris plerumque jungebatur. *Hæc hæreſis de Inveſtitura,* inquit Goffridus, *ſi rectè perſpiciatur, etiam hæreſis Simoniaca eſſe viva & vera ratione probatur. Nam, quæ ſæcularis poteſtas ſibi vindicare nititur Inveſtituram, niſi ut per hoc aut pecuniam extorqueat, aut, quod eſt gravius, ſibi inordinatè ſubjectam efficiat Pontificis perſonam? Nullus eſt utique Laicorum, etiamſi ei liceret, qui tanta intentione annulum, vel virgam dare deſideret, niſi per hæc, quæ ſunt Sacramenta, Eccleſiæ temporalibus lucris inhiaret. Laicis quidem Sacramenta ab Eccleſia ſuſcipere licet, non, Eccleſiæ qualibet Sacramenta dare. Semper Laicus de Inveſtitura, ùt diximus, aut pecuniam ſibi vindicat, aut, quod eſt amplius, Epiſcopi, vel Abbatis perſonam. Hac non tam humana, quàm diabolica malignitate, Eccleſia Catholicam fidem, libertatem & caſtitatem amittit; ſine quibus nulla ratione ſubſiſtit.*

Secluſa igitur ab Inveſtituris Simoniaca H
peſte, dicimus, hæreſin eſſe, ſi quis affirmet, jus Inveſtiendi ad functiones & dignitates Eccleſiaſticas competere Imperatoribus, Regibus, Principibus, & aliis politicis magiſtratibus, ex ipſo officio, quo funguntur. Et hoc ſenſu accipiendi & explicandi ſunt omnes

A omnes illi, qui Inveſtituras bæreſeos notâ-
runt: quem ſenſum apertè indicavit Joan-
nesArchi-EpiſcopusLugdunenſis verbis illis:
*Licèt exteriores Inveſtituras per Laicos factas
non ſatis propriè hæreſeos nomine cenſeamus, ſen-
tire tamen, & defendere, fieri debere* (tales In-
veſtituras à Laicis) *indubitata hæreſis eſt.* Ad
quod Joannis aſſertum, addit Illuſtriſſimus
Baronius Tomo 12. Anno Chriſti M.CXI.
ſequentia. *In his reſolvitur omnis quæſtio, quan-
do in hoc peccâſſe, hæreſis ſit: cùm videlicet, In-
veſtituras à Laicis jure dari, ùt dogma defen-
ditur. In quo ſenſu reperiuntur eſſe locuti ſancti
Pontifices, & alij, qui eam opinionem, hæreſim
eſſe dixerunt, & hæreticos dici debere, qui eam
eſſent ſecuti ſententiam.*

B Neque boc negavit Ivo, ùt fatebitur, qui
argumenta ejus penitiùs introſpexerit: tan-
tùm enim probant, externam iſtam datio-
nem & acceptionem Inveſtituræ per bacu-
lum & annulum, non eſſe bæreſin; ſi ni-
mirum fiat ſine illa opinione, quaſi Jus In-
veſtiendi Laicis ex ipſo ſuo munere, quod
gerunt, & ex proprio nativóque, ut ſic lo-
quar, jure conveniat. Quanquam illud non
magni momenti eſt, quod Ivo ait: Eccle-
ſiam iis Inveſtituras nunquam reddituras
fuiſſe, qui eas à manu laica accepiſſent, ſi
hoc hæreſis eſſet; nam licèt aliqui prædicto
animo Inveſtituras dediſſent & accepiſſent,
poſſet tamen Eccleſia illis gratiam facere, &
quod malè admiſerant, clementer condo-
nare, retractato eo, & in melius reforma-
to, quod perperam geſtum fuerat. Hacte-
nus de primo bujus diſceptationis capite.

C Ad ſecundum quod attinet, dico, ſenten-
tiam, quæ aſſerit, Laicos etiam Eccleſiaſti-
cas Inveſtituras per annulum & baculum,
conferre poſſe, ſummi Pontificis permiſſu,
conceſſu, & privilegio; omni omnino hære-
ſeos nota carere; quia ſi boc modo Laici In-
veſtituras conferant, eas non ſua auctoritate,
ſed aliena, & à legitimo magiſtratu accepta,
non propria poteſtate conferunt. Hoc ſi
tantùm velint, qui Inveſtituras Laicas hæ-
reſeos non damnant; baud utique à vero ab-
errant: ſunt enim nonnulla ſic comparata,
ut licèt Eccleſiaſtici Magiſtratus propria ſint,
Laicis tamen ab eodem Magiſtratu concedi
queant, ſi ita bonum commune poſtulare
D videatur. Ex quibus unum eſſe Inveſtituram
ad Eccleſiaſticas dignitates & functiones, ſa-
tis liquet, cùm ejus datio ſit actus quidam
Juriſdictionis externæ, & talis, qui actum or-
dinis neceſſariò non ſupponat.

Quocirca Paſcbalis II. Pontifex Maximus,
neque in hæreſin incidit, neque etiam actum
ſpecie externa bæreticum commiſit, quan-
do in poteſtatem Henrici V. redactus, eidem
Inveſtituras, vi compulſus conceſſit. Nam
inprimis certum eſt, illum id non feciſſe ea
perſuaſione, quaſi jus Inveſtituræ Imperato-
ri ex officio congruat; hoc ipſo igitur nulla
ſeſe hæretica macula contaminavit. Deinde, E
Paſcbalis, tanquam ſummus Eccleſiæ Paſtor,
poterat, neceſſitate ita efflagitante, & juſta
cauſa urgente, Henrico Inveſtituras conce-
dere; quia Laicus conceſſionis bujus ſimpli-
citer non eſt incapax; dando igitur illam,
nihil fecit, quod externam in ſpeciem hære-
ſin præ ſe ferret. Utrum autem, cùm inſi-
diis Henrici circumventus Inveſtituras eidem
conceſſit, juſtam cauſam habuerit, an non;
meum baud eſt definire, cùm doctiſſimis &
celebratiſſimis illius ævi viris id non ſatis li-
quidum fuerit, aliis aientibus, aliis negan-
tibus, ex quorum numero fuit Goffridus
Vindocinenſis Abbas, libro primo epiſtola
ſeptima ad Paſchalem Pontificem, qui ta-
men longiùs æquo provectus inficiari vide-
tur, Pontificem ullo in caſu jus Inveſtitura-
rum Imperatoribus, aliíſque Laicis concede-
re poſſe: Quod nimium eſſe quis rem intel-
ligens, abnuat? Quamvis enim baculus & an- F
nulus ſint ſacræ rei, boc eſt, poteſtatis Eccle-
ſiaſticæ acceptæ vel accipiendæ ſigna; non
ſunt tamen talia, ut ſi à Laicis, conceſſu vel
privilegio legitimi ſuperioris, conferantur;
ſigni veri naturam exuant.

Ex quibus judicium facere licebit de di-
ſceptatione, quæ de facto Paſchalis Papæ in
Concilio Lateranenſi, Anno Redemptoris
MCXVI. enata eſt: *Brunus enim Signinus Epi-
ſcopus altiùs exorſus eſt: Gratias agamus omni-
potenti Deo, qui Dominum Papam Paſchalem, qui
præſenti Concilio præſidet, audivimus proprio ore
damnantem illud privilegium, quod pravitatem,
& hæreſim continebat. Ad hæc quidam cavilla-
toriè ſubjunxit; Si privilegium illud hæreſim con-* G
*tinebat; qui illud fecit, hæreticus fuit. Joan-
nes autem Cajetanus Epiſcopus ad hæc commotus,
Signino reſpondit: Tune hic, & in Concilio, no-
bis audientibus, Romanum Pontificem appellas hæ-
reticum? Scriptum, quod fecit Dominus Papa,
malum quidem fuit, ſed hæreſis non fuit. Et al-
ter quidam adjecit: imò nec malum dici debet:
quia, ſi liberare populum Dei bonum eſt; quod
Dominus Papa fecit, bonum fuit. Sed liberare* Joan. 15.
populum Dei, bonum eſt auctoritate Evangelii, 1. Joan. 3.
*qua præcipimur animas quoque pro fratribus po-
nere.*

Hæc tunc Patres in Concilio. Sed ſcriptum H
illud Henrico à captivo Paſchali datum reve-
ra bæreſin nullam continebat; quia nullum
in eo verbum extat, quod jus Inveſtiturarum
Imperatori ex proprio officio conveniat;
neque hac mente à Paſchali conditum eſt, ut-
pote, qui optimè noverat, Jus Inveſtitura-
rum, ſibi, tanquam ſummo Paſtori, ex mu-
nere ſuo competere; non autem Imperato-
ri; quia tamen minùs accuratè rem inſpici-
entibus atque perpendentibus Paſchalis ani-
mo ſecus affecto id feciſſe videri poterat,
ideo Brunus ille Signinus Præſul, & antea
quoque Caſſinenſis Abbas Privilegium ſeu
potiùs *Pravilegium* Paſchalis bæreſin com-

plecti

plecti aiebat: Joanne Cajetano mitiùs ſentiente, & adhuc longè mitiùs, alio quodam, qui non modò hæreſin, ſed & omnem aliam culpam à facto Paſchalis removere ſtudebat.

Porrò non ſemel apud Hiſtoricos occurrit *Hereſis Guibertina*, & *Henriciana* ab Henrico IV. Item *Guibertus Hæreſiarcha*. Quæres, quo ſenſu? Eo, ſi rectè conjecto. Quia Henricus, Guibertus, Henriciani & Guibertini non modò beneficia Eccleſiaſtica, Epiſcopatus, Abbatias, & alias huius generis dignitates vendebant & emebant; & hac ſua impietate in Simonis Magi ſectam incidebant; verùm etiam contumaciter & obſtinatè ſibi perſuadebant, Jus Inveſtituræ Eccleſiaſticæ Imperatoribus ex proprio officio competere; & Pontifices Romanos ab Imperatoribus ad arbitrium inſtitui ac deſtitui, poni, reponi, & deponi poſſe: Præterea Sacerdotibus uxores permitti debere; & contrarium, nec utile, nec Eccleſiæ conducibile, nec Sanctum, nec Apoſtolicum eſſe. Qui profectò craſſi errores erant, nec alio, quàm hæreſeos nomine inſigniendi, præſertim cùm à ſuis Sectatoribus non tantùm verbis, ſed & armis pervicaciſſimè, & cum innumerabilium hominum temporali, & æterno exitio defenderentur.

CAPUT XXIV.

De Immunitate Eccleſiaſtica plena & perfecta, num tempore Caroli Magni uſitata fuerit.

ILluſtriſſimus Cardinalis Baronius Tom. 9. Anno Redemptoris DCC. LXXIX. huiuſmodi Privilegium à Carolo Magno Abbati S. Vincentii, & S. Germani conceſſum profert ex Aimoino. *Karolus, gratia Dei, Rex Francorum & Longobardorum, atque Patricius Romanorum omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, ſive junioribus noſtris. Si opportuna beneficia ad loca ſanctarum Eccleſiarum, vel ſacerdotibus præſtare non deſinimus: hoc procul dubio ad æternam nobis beatitudinem retribuendam profuturum confidimus. Igitur cognoſcat magnitudo, ſeu utilitas veſtra, qualiter venerabilis vir Robertus Abbas, de Baſilica S. Vincentii, vel Domni Germani, ubi ipſe precioſus corpore requieſcit, clementiam Regni noſtri acceſſit; & præceptum Domini & genitoris noſtri, bonæ memoriæ, Pipini Regis nobis oſtendit relegendum: ubi reperimus inſertum; qualiter propter nomen Domini, beneficium præſtitiſſe cognoſcitur, ut annis ſingulis quocunque in Regno noſtro negotiantes ipſius ſancti loci pergere velint, (ſic ut ipſe Robertus Abbas mercari videtur) tam ad luminaria comparanda, quàm pro reliqua neceſſitate diſcurrentes, tam extra Ligerim, quàm citra, vel in Burgundia etiam, in Aquitania, vel in Provincia, ſeu in Francia, nec non & in Auſtria quocunque in Regno, Chriſto propitio, noſtro pergere voluerint, nullum teloneum, nec de * ſaumis, nec de † carrigine, neque de navigio, neque de qualibet redhibitione exinde ad partem fiſci noſtri, miſſi Abbatis diſcurrentes perſolvere quidquam debeant.*

* Saum / Soumroß. † carro, curru.

Propterea, præſenti præcepto decernimus (quod perpetualiter manſurum eſſe jubemus) ut per nullos portus, neque per civitates tam Virioduno, quàm Aurelianis, vel Ambianis, neque in Trajecto, neque in Dorſtade, vel Neomago, neque per omnes pontes, vel ad ſanctam Maſſentiam, ſive Pariſiis, ſive Ambianis, neque in Burgundia, vel in pago Trecaſſino, neque in Senonico, vel per omnes civitates ubicunque, in noſtro, propitio Chriſto, Regno, aut pagis, vel territoriis teloneus exigatur, nec de navali, nec de (a) *carrali, neque de ſaumis, ſive de trana evectione, nec* (b) *rotatico, nec* (c) *pontatico, nec* (d) *pulveratico, nec* (e) *ſalutatico, nec* (f) *ciſpitatico, nec ulla redhibitione, quod fiſcus noſter exinde poſſit ſperare, nec vos, aut juniores, vel ſucceſſores noſtri ab eiſdem requiratis, ſeu exigatis: ſed omnia hæc propter nomen Domini ipſe Abbas, vel ſucceſſores ejus, ſeu memorata Eccleſia S. Vincentii, vel Domni Germani habeant indultum, ut ad luminaria ipſius ſancti loci proficiat in augmentis.*

(a) curru. (b) veſtigal pro rotis. (c) veſtigal per pontem (d) veſtigal pro labore viarum, & pulvere in viam regiam comportato, inquit Calviniſta. (e) veſtigal pro ſale. (f) veſtigal pro via ceſpitibus munita.

Adjungimus etiam teloneum illum, quem Gerhardus Comes apud Villam novam in curte S. Germani viſus fuit recipere; quia in noſtrum rediit jus, ut deinceps ad partem S. Germani ipſe teloneus cum omni integritate in noſtra eleemoſyna ad luminaria ipſius ſancta Eccleſia recipiatur, abſque alicujus refragatione. Quam veſtra auctoritate, ſancti Pontifices, noſtri ac Proceres, perpetuis temporibus valituram manu propriâ ſignatione noſtri ſigilli ſtuduimus roborare. Data ſexto *Kal. Aprilis, Anno XI. Regni noſtri, & quinto Patriciatus noſtri. Actum Ariſtallio in Palatio: reintegratum verò Pariſiis.*

Hanc Caroli Magni ſanctionem tranſtulit quoque Calviniſta Goldaſtus in Tertium Tomum ſuarum Conſtitutionum; & ad marginem hoc diſcolum ſcholium appinxit, *Hinc patet, univerſalitatem Eccleſiaſticæ libertatis ac immunitatis hoc tempore fuiſſe adhuc inauditam; quam primus Innocentius III. Papa, tutor & educator Imperatoris Friderici II. nomine ſui pupilli promulgavit atque edixit, ut quanti ea facienda ſit, ab auctoris qualitate diſcas licet.* Hoc ſanè mendacium tam craſſum eſt, ut quivis, etiam Craſſus, craſſitiem ejus deprehendere poſſit, ſi vel paululùm mentem advertere velit. Nam Eccleſiaſtica libertas & immunitas; quantum ad præſens inſtitutum attinet, duplex ſtatui poteſt; altera, *perſonalis*; altera, *realis*. Prima ipſas perſonas Eccleſiaſticas tangit: altera Eccleſiaſticorum bona, ſeu res ac facultates. Utramque ante Innocentium III. atque adeò ſub Carolo Magno (de hoc enim ſolo diſputabo) plenè, integrè ac perfectè in Eccleſia Catholica viguiſſe, tam planum faciam, quàm quod planiſſimum, ex ipſis Carolinis legibus, quarum ple-

A pleraſque Calvinianus iſte miſerabiliter diſcerptas in Tertium ſuum Centonem tranſcripſit.

Ac inprimis bcoeficio perſonalis immunitatis Clerici, quoad perſonas ſuas, ſunt liberi & immunes à foro civili, ſeu ſeculari; tam in civilibus, quàm in criminalibus cauſis, ídque ex Caroli Magni Decretis ac Conſtitutionibus. Non credis hoc Calviniſta? Ecce tibi Caroli legem à te fol. 148. Farraginis tuæ recitatam. *Volumus primò, ut neque Abbates, neque Presbyteri, neque Diaconi & Subdiaconi, neque quilibet de Clero de perſonis ſuis ad publica vel ſæcularia judicia trahantur, vel diſtringantur, ſed à ſuis Epiſcopis adjudicati juſtitias faciant.* Vides Calvioiſta, quod-

B nam forum ex Caroli Magni ſtatuto Clericis competat?

Eódem pertinet hæc quoque ejuſdem Caroli Lex à te fol. 134. exſcripta, & extat libro ſexto, Leg. Francicarum capite 287.

Si quæ cauſa vel contentiones inter Clericos & Laicos tam majoris Ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ, placuit, ut ſecundùm Synodum Nicænam congregatis omnibus ejuſdem Provinciæ Epiſcopis jurgium terminetur, ne cui liceat ſine præjudicio tamen Eccleſiæ Romanæ, quæ in omnibus cauſis debetur reverentia cuſtodiri, relictis his Sacerdotibus, qui in eâdem Provinciâ Dei Eccleſias nutu divino gubernant, ad alias convolare Provincias, vel aliarum Provinciarum Epiſcoporum judicium expeti, vel pati, niſi fue-

C *rit provocatum. Quòd ſi quis præſumpſerit, & ab officio Cleri depoſitus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur. Si autem majores cauſæ in medio fuerint devolutæ ad Sedem Apoſtolicam, ut ſancta Synodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit, poſt judicium Epiſcopale referatur. Prudentiſſimè, juſtiſſiméque decreta Nicæni Concilii atque Africani decreverunt quæcunque negocia in ſuis locis, ubi orta ſunt, finienda maximè, quia unicuique conceſſum eſt, ſi judicio offenſus fuerit cognitorum, ad Concilia ſuæ Provinciæ, vel etiam Univerſale provocare.*

Lib. 1. Leg. Francicarum cap. 38. *Item in eodem Concilio* (Chalcedonenſi) *decernitur, ut*

D *ſi Clerici inter ſe negotium aliquod habuerint, à ſuo Epiſcopo dijudicetur, non à ſæcularibus.*

Quid verò idem Carolus Magnus de cauſis criminalibus Clericorum? Num harum notiooem & dijudicationem politicis judicibus detulit? Accipe Caroli Magni ſanctionem, quæ fol. 148. Tertij tui Tomi inſerta eſt. Sed priùs audi ex libro Quinto Capitularium, cap. 33. quâ ſollicitudine inquiſierit & ab aliis etiam inquiri mandaverit, ſi quando Clericus criminis alicujus poſtularetur; ipſe tamen factum inficias iret. Ita ergo Carolus ad Patres Concilij in Theodonis villa: *Et hoc vobiſcum magno ſtudio pertractandum eſt, quid de illis Presbyteris criminoſis, unde approbatio non eſt, & ſemper negant, faciendum ſit. Nam hoc ſæpiſſimè à nobis, & proge-*

nitoribus, atque anteceſſoribus noſtris ventilatum eſt, ſed non ad liquidum hactenus definitum. Unde ad conſultandum Patrem noſtrum Leonem Papam Sacerdotes noſtros mittimus, & quidquid ab eis, vel à ſuis perceperimus, vobis unà cum illis, quos mittimus, renunciare non tardabimus. Vos interim tractate attentiùs, quid ex his vobiſcum conſtituamus, unà cum prædicti ſancti Patris inſtitutionibus, ut murmur ceſſet populi, & nos his ſatisfacientes, illæſi, Domino auxiliante, ab utriſque maneamus. E

Quid opus erat tanta inquiſitione, ſi in criminalibus Clerici Carolo ſubjecti erant? An non ipſemet, quid facto opus eſſet, declarare ac decernere poterat? Nec quæſtio erat quid facere oporteret, quando crimen liquidum erat, ſed quaodo ob negationem F accuſati non liquebat; tametſi neque tali caſu dubitabatur, quin diſcuſſio ad judicem Eccleſiaſticum pertineret, tota difficultas verſabatur circa veritatis indagandæ & eruendæ modum. Sed en tibi reſponſum à Sede Apoſtolica acceptum, & à te ex libro 5. Capitularium Francicorum in inſulſam tuam Rhapſodiam relatum.

Omnibus vobis viſu, aut auditu notum eſſe non dubitamus, quod ſæpiſſimè, ſuadente antiquo hoſte, ſacerdotibus crimina diverſa objiciantur. Sed quoniam, qualiter ex eis ab his rationabilis examinatio & ſatisfactio fiat, licèt tempore, bonæ memoriæ, Domni genitoris noſtri Pipini, ſive priſcis temporibus à ſanctis Patribus, & reliquis bonæ devotionis hominibus ſæpiſſimè ventilatum fuerit, nos tamen pleniter, & ad liquidum definitum reperire minimè quivimus. Noſtris quippe temporibus id ipſum à ſanctis Epiſcopis, & reliquis Sacerdotibus, & cæteris Eccleſiaſticæ digni- G *tatis miniſtris, noſtris in regnis, ſeu in aliis Deo degentibus, nobiſque unà cum eis agentibus, ſæpiſſimè propter multas & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diverſis partibus venerunt, ventilatum eſt, ſed qualiter conſultu Domni & Patris noſtri Leonis Apoſtolici, cæterorúmque Romanæ Eccleſiæ Epiſcoporum, & reliquorum Sacerdotum, ſive Orientalium & Græcorum Patriarcharum, & multorum ſanctorum Epiſcoporum & Sacerdotum, nec non & noſtrorum Epiſcoporum poterit, tunc Canonicè dijudicetur. Et ſi culpabilis inventus fuerit, Canonicè damnetur. Si verò eum ſupraſcripto prætextu approbare ipſe accuſator minimè poterit, & hoc Canonicè definiatur. Ipſe ergò Sacerdos ſi ſuſpicioſus, aut incredibilis* H *ſuo Epiſcopo, aut reliquis ſuis conſacerdotibus, ſive bonis & juſtis de ſuo populo, vel de ſua plebe hominibus fuerit, ne in crimine, aut in prædicta ſuſpicione remaneat, cum tribus aut quinque, vel ſeptem bonis ac vicinis Sacerdotibus, exemplo Leonis Papæ, vel eò ampliùs, ſi ſuo Epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe propter tumultum populi ineſſe proſpexerit; & cum aliis bonis & juſtis hominibus ſe Sacramento coram populo ſuper quatuor Evangelia dato purgatum Eccleſiæ reddat. Si quis autem ſcire deſiderat, quales teſtes ad accuſatio-*

 nem

A *nem Sacerdotum recipi debeant, & quid de accuſatore faciendum ſit, pleniter in Canonibus reperire poterit.*

Huc pertinet Lex illa ejusdem Caroli, quam Calviniſta recitat fol. 134. *Omnibus vobis tam præſentibus quàm futuris ſcire cupimus; quia ideo conſultu Sedis Apoſtolicæ, & omnium noſtrorum Epiſcoporum, ac reliquorum Sacerdotum, atque maximè cunctorum fidelium noſtrorum, de purgatione criminatorum Sacerdotum tanta tractavimus, eámque cum teſtibus, ſicut in anteriori Capitulari noſtro continetur, fieri decrevimus: quoniam neſciebamus eandem cauſam à B. Gregorio Papa eſſe definitam. Nam cùm Wormatiæ generalem Conventum habuiſſemus, allata eſt nobis à Riculfo Moguntiacenſi Metropolitano Epiſtola B. Gregorii Papæ, in qua inter cætera, continebantur hæc:* De Presbytero verò, vel quolibet ſacerdote à populo accuſato, ſi certi non fuerint teſtes, qui crimini illato approbent B veritatem, jusjurandum erit in medio, & illum teſtem proferat, de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia, ſícque manet in proprio gradu. *Iſta verò omnia, quia vires noſtras excedunt, in judicio Epiſcoporum juxta Canonicam ſanctionem definienda reliquimus, ut hæc quando orta fuerint ita definire ſatagant, ut nec ſecundùm ſæculum juſtam reprehenſionem, nec penes Deum, quod abſit, damnationem, ſed æternæ beatitudinis, ipſo auxiliante, qui omnia inſucata præſtat, præmia conſequantur.*

Imò tantum abeſt, ut Carolus Magnus Clericos ſive in civilibus, ſive in criminalibus politicæ poteſtati ſubjecerit; ut potiùs vice verſa omnes Laicos tribunali Eccleſiaſtico ſubdere voluerit. Meminiſti, quam ſan- C ctionem ex Legibus Francicis inſuleris in tuum Tertium Tomum fol. 151.? *Volumus atque præcipimus*, inquit Carolus Magnus, *ut omnes ditioni noſtræ, Deo auxiliante, ſubjecti, tam Romani, quàm Franci, Alamanni, Baioarii, Saxones, Turingii, Friſones, Galli, Burgundiones, Brittones, Longobardi, Waſcones, Beneventani, Gothi, Hiſpani, cæterique nobis ſubjecti omnes, licèt quocunque videantur legis vinculo conſtricti, vel conſuetudinario more connexi, hanc ſententiam, quam ex ſexto decimo Theodoſii Imp. libro, capitulo videlicet XL. ad interrogata Ablavii Ducis, illi & omnibus reſcriptam ſumpſimus, & inter noſtra Capitula pro lege tenendam conſultu omnium fidelium noſtrorum, tam Clericorum, quàm & laicorum poſuimus, lege* D *cunctis perpetua tenendam, id eſt;* Quicunque litem habens, ſive poſſeſſor, ſive petitor fuerit, vel in initio litis, vel decurſis temporum curriculis, ſive cùm negotium peroratur, ſive cùm jam cœperit promi ſententia, ſi judicium legerit ſacroſanctæ Legis antiſtitis, illicò ſine aliqua dubitatione, etiamſi alia pars refragetur, ad Epiſcoporum judicium cum ſermone litigantium dirigatur. Multa enim, quæ in judicio captioſæ proſcriptionis vincula promi non patiuntur, E inveſtigat, & promit ſacroſanctæ religionis auctoritas. Omnes itaque cauſæ, quæ, vel Prætorio jure, vel civili tractantur, Epiſcoporum ſententiis terminatæ, perpetuo ſtabilitatis Iure firmentur. Nec liceat ulteriùs retractari negotium, quod Epiſcoporum ſententiis deciderit. Teſtimonium etiam ab uno licèt Epiſcopo perhibitum, omnes Iudices indubitanter accipiant. Nec alius audiatur, cùm teſtimonium Epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud eſt enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à ſacroſancto homine conſcientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto ſalubri aliquando cenſuimus: hoc perpetua lege firmamus, malitioſa litium ſemina comprimentes, ut miſeri homines longis, ac penè perpetuis actionum laqueis implicati ab improbis petitionibus vel à cu- F piditate perpera maturo fine diſcedant. Quidquid itaque de ſententiis Epiſcoporum clementia noſtra cenſuerat, etiam hac ſumus lege complexi, gravitatem tuam, & cæteros pro utilitate omnium in perpetuum obſervare convenier.

Ad perſonalem immunitatem ſpectat quoque vacatio à muneribus & oneribus ſæcularibus, cujusmodi inprimis ſunt expeditiones bellicæ: à quibus Clericos Carolus Magnus liberos pronunciavit hac ſua Conſtitutione, quam Calviniſta fol. 142. Tertii ſui Tomi recitat.

Secunda vice propter ampliorem obſervantiam Apoſtolica auctoritate, & multorum ſanctorum Epiſcoporum admonitione inſtructi, ſanctorúmque Canonum regulis edocti, conſultu videlicet G *omnium nobilium noſtrorum nosmetipſos corrigentes, poſteriſque noſtris exemplum dantes, volumus, ut nullus Sacerdos in hoſtem pergat, niſi duo vel tres tantùm Epiſcopi, electione cæterorum, propter benedictionem & prædicationem, populique reconciliationem; & cum illis electi Sacerdotes, qui benè ſciant populis pœnitentias dare, miſſas celebrare, de infirmis curam habere, ſacratique olei cum ſacris precibus unctionem impendere, & hoc maximè providere, ne ſine viatico quis de ſæculo recedat. Hi verò, nec arma ferant, nec ad pugnam pergant, nec effuſores ſanguinum, vel agitatores fiant, ſed tantùm ſanctorum pignora, & ſacra miniſteria ferant, & orationibus pro viribus inſiſtant, ut populus, qui pugnare debet, auxiliante Domino victor exiſtat,* H *& non ſit Sacerdos, ſicut populus. Reliqui verò, qui ad Eccleſias ſuas remanent, ſuos homines benè armatos nobiſcum, aut cum quibus juſſerimus, dirigant: & ipſi pro nobis, & cuncto exercitu noſtro Miſſas, Letanias, oblationes, eleemoſynas faciant, orantes Deum cæli, ut proficiamus in itinere, quo pergimus, victoréſque Deo adminiculante, exiſtamus.*

Gentes enim & reges earum, quæ Sacerdotes ſecum pugnare permiſerunt, nec prævalebant in bello,

A *bello, nec victores exſtiterunt; quia non erat differentia inter Laicos & Sacerdotes, quibus pugnare non eſt licitum. Hæc verò Galliarum, Spaniarum, Longobardorum, nonnullásque alias gentes, & reges earum feciſſe cognovimus: qui propter prædictum nefandiſſimum ſcelus, nec Victores extiterunt, nec patrias retinuerunt. Quam foveam caventes malumus cum paucis & licitis, Domino opem ferente, victores exiſtere, quàm cum multis & illicitis terga, quod abſit, vertere, & cum prædictis gentibus perire. Qualis enim victoria datur, ubi Sacerdotes una hora Dominicâ pertractant * miniſteria, & Chriſtianis Dominicum porrigunt corpus pro ſuarum animarum redemptione, & poſt Chriſtianos, quibus hoc miniſtrare debuerant, aut paganos, quibus Chriſtum* B *prædicare, propriis ſacrilegisque manibus necant, præcipuè dicente eis Domino; Vos eſtis ſal terræ: quòd ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur?* ad nihilum valet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. *Et cùm hæc ita ſe habeant, elegimus potiùs Domino adminiculante, nobiſque illis, & cunctis eorum Eccleſiis opem ferente, nec quidquam pro hoc, de honoribus, vel Eccleſiarum rebus minuente, ut gradus eorum, & ſanctorum Canonum decreta cuſtodiant, quàm illi aut nobis imperantibus, aut conſentientibus, contra hæc faciant, aut gradibus careant, aut pereant, & nos ſimul, quod abſit, cum eis & victoria careamus, vel pereamus. Quoniam peccatis exigentibus, timemus, ſi talia, & tam illicita aut imperemus, aut agere conſentiamus, ut unà cum eis pereamus; quia non ſolùm qui faciunt,* C *ſed & qui conſentiunt facientibus, æquo piaculo rei ſunt in conſpectu Dei, & Sanctorum ejus. Si verò iſta veraciter, ex utraque parte fuerint cuſtodita, credimus; quia corruent ante nos omnes paganæ gentes, & erimus victores, inſuper, & bene agentes, Domino auxiliante, vitam poſſidebimus ſempiternam.*

* myſteria, fortè.

Matth. 5.

Hoc ut Carolus Magnus ſtatueret, priùs ab eodem Franci poſtulaverant, in Concilio Wormacienſi anno DCC. LXX. quorum ſupplicatio Karolo oblata extat lib. 6. legum Francicarum cap. 285. & 286. quam in ſuam Rhapſodiam Tomo III. fol. 132. retulit Calviniſta, hoc præfixo lemmate ſeu Summario. D *De Epiſcoporum & univerſi ordinis ſacri vacatione à muniis militaribus.* Verba ſupplicationis ſic habent. *Flexis omnes precamur poplitibus majeſtatem veſtram, ut Epiſcopi deinceps, ſicut hactenus, non vexentur hoſtibus, ſed quando vos, nósque in hoſtem pergimus, ipſi propriis reſideant in parochiis, Deóque fideliter famulari ſtudeant, & earum ſacroſancta myſteria Canonicè, & Deo placitè peragere ſatagant, atque pro vobis, & cuncto exercitu veſtro, unà cum omnibus ſibi commiſſis orare viriliter, miſſáſque decantare, & letanias, atque eleemoſynas facere decertent. Quosdam enim ex eis in hoſtibus & prœliis vulneratos vidimus, & quosdam periiſſe cognovimus. Hæc verò valde periculoſa, & oppidò ſunt cavenda; quæ idcirco ſuggerimus, ne pro talibus vos & nos ſimul pereamus. Novit* E *Dominus, quando eos in talibus videmus, terror apprehendit nos; & quidam ex noſtris timore perterriti; propter hoc fugere, & inimicis terga vertere ſolent. Plures enim poteſtis habere præliatores, ſi illi propriis reſident in parochiis, quàm ſi vobiſcum pergunt. Quoniam illi, qui eos prævident, omnes tunc pugnabunt; quod modò nequaquam faciunt, ſed eos tantummodò cuſtodiunt. Nam ſine dubio potiùs vobis, nobisque proficere poſſunt, ſi remanſerint, quàm ſi in hoſtem, vel ad pugnam perrexerint. Quia tunc eorum precibus adjuvamur; & modò eorum preſſuris gravamur. Quando verò Moyſes expanſis ad cœlum manibus orabat, vincebat Iſraëls quando à precibus ceſſabat, & manus ejus gravabantur, priuſquam ſuſtentatæ fierent, & ipſe precibus inſiſteret, vincebatur, & terga vertebat.*

Talibus ergo & multis aliis exemplis fulti, F *quorum prolixitatem vitantes, modò non dicimus: quia ſapienti ſemel dicta ſufficiunt prædicta, obnixè omnes precamur, & ut concedantur, rogamus: quia nullatenus volumus adſentire, ut nobiſcum ad talia pergant: niſi duo, aut tres benè docti, electione videlicet cæterorum, ad benedictionem dandam, & ad periclitantium reconciliationem faciendam, ne vos, & nos ſimul cum pluribus pereamus, ſed eorum precibus, ùt jam memoratum eſt, fulciamur. Quam formam & de ſacerdotibus tenere optamus, id eſt, ut nec illi in hoſtem, niſi benedicti, & ipſi electione atque permiſſione propriorum Epiſcoporum; qui tamen tales ſint, de quorum ſcientia & vita, & converſatione omnes ſecuri eſſe poſſimus.*

Porrò cùm exemptio Epiſcoporum & Sacerdotum à functionibus bellicis à Carolo facta nonnullis admirationem moviſſet, hanc G aliam conſtitutionem (quæ extat lib. 7. leg. Francic. cap. 104.) ſui excuſandi gratia publicavit, qua Tertium ſuum Tomum Calviniſta carere noluit fol. 143. *Quia inſtigante antiquo hoſte audivimus, quosdam nos ſuſpectos habere, propterea quòd conceſſimus Epiſcopis & Sacerdotibus, ac reliquis Dei ſervis, ut in hoſtes niſi duo, aut tres à cæteris electi, & ſacerdotes ſimiliter perpauci ab eis electi non irent, ſicut in prioribus noſtris continetur capitularibus; nec ad pugnam properarent, nec arma ferrent, nec homines tam Chriſtianos, quàm paganos necarent, nec agitatores ſanguinum fierent, vel quidquam contra Canones facerent, quòd honores ſacerdotum, & res Eccle-* H *ſiarum auferre, vel minorare eis voluiſſemus, quod nullatenus facere velle, vel facere volentibus conſentire, omnes ſcire cupimus. Sed quantò quis eorum ampliùs ſuam normam ſervaverit, & Deo ſervierit, tantò eum plus honorare, & chariorem habere volumus.*

Novimus ergo multa regna & reges eorum propterea cecidiſſe, quia Eccleſias ſpoliaverunt, résque earum vaſtaverunt, abſtulerunt, alienaverunt, vel diripuerunt; Epiſcopisque & Sacerdotibus, atque quod magis eſt, Eccleſiis eorum

abſtu-

A *abſtulerunt, & pugnantibus dederunt. Quapropter nec fortes in bello, nec in fide ſtabiles fuerunt, nec victores exſtiterunt, ſed terga multi vulnerati, & plures interfecti verterunt, regnáque & regiones, & quod pejus eſt, regna cœleſtia perdiderunt, atque propriis hæreditatibus caruerunt, & hactenus carent. Quæ omnia vitantes, nec talia facere, nec conſentire, nec infantibus aut ſucceſſoribus noſtris exemplum dare volumus, ſed quantum valemus & poſſumus, adjuncto Leonis Papæ, & omnium Epiſcoporum, quorum conſilio uſi hoc egimus, ſpiritu noſtro ſpiritui eorum per Deum conteſtamur, pérque omnium Sanctorum merita prohibemus, ne talia faciant, vel facere volentibus conſentiant, ſed adjutores & defenſores atque ſublimatores Eccleſiarum, & cunctorum ſervorum* B *Dei, pro viribus exiſtant: ne in foveam, in quam prædicti reges & regna ceciderunt, cadant, aut in profundum, quod abſit, inferni demergantur. Et ut hæc devotius per futura tempora conſerventur, præcipientes jubemus, ut nullus, tam noſtris, quàm futuris temporibus à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, ullo unquam tempore, abſque conſenſu & voluntate Epiſcoporum, in quorum parochiis eſſe noſcuntur, res Eccleſiarum petere, aut invadere, vel vaſtare, aut quocunque ingenio alienare præſumat. Quòd ſi quis fecerit, tam noſtris, quàm & ſucceſſorum noſtrorum temporibus, pœnis ſacrilegij ſubjaceat, & à nobis, atque ſucceſſoribus noſtris, noſtriſque judicibus vel comitibus, ſicut ſacrilegus & ho-* C *micida, vel fur ſacrilegus legaliter puniatur, & ab Epiſcopis noſtris anathematizetur, ita ut mortuus etiam ſepulturâ, & cunctis Dei Eccleſiæ precibus careat, nec eleemoſynam ſuam quiſquam recipiat. Quòd autem maximum ſacrilegium ſit, res Eccleſiæ auferre, alienare, vaſtare, vel ſubripi, maximè omnes Scripturæ divinæ teſtantur. Et B. Symmachus Papa ſynodali ſententiâ cunctos feriendo dicit:* Iniquum eſt, inquit, & ſacrilegii inſtar, ut quæ vel pro ſalute, vel pro requie animarum unusquisque venerabili Eccleſiæ pauperum contulerit, aut certè reliquerit, ab his, quibus maximè ſer- D vari convenerat, auferri, aut in aliud transferri. *Et multa ſanctorum Canonum decreta, & ſanctorum Patrum edicta, hæc eadem teſtantur, quæ ſcrutari & ſcire cupientibus, perfacilè patent.* Hactenus de Immunitate perſonali Clericorum. De reali, habes ſequentia Caroli Magni ſcita & edicta. I. Diploma, initio hujus capitis recitatum, quo Abbati S. Vincentij & S. Germani immunitas ab omni vectigali ſeu telonio conceditur, cujuscunque ſit nominis aut generis. E II. Edictum iſtud, quod Calvinicola fol. 148. Tomi III. deſcripſit. *Si de poſſeſſionibus ſuis ſeu Eccleſiaſticis ſeu propriis ſuper eos* (Clericos) *clamor ad judicem venerit, mittat judex clamantem cum Miſſo ſuo ad Epiſcopum, ut faciat eum per Advocatum juſtitiam recipere. Si verò talis aliqua inter eos contentio orta fuerit, quam per ſe pacificare non velint, aut non poſſint, tum per Advocatum Epiſcopi, qualem juſſerit ipſe in cauſa ipſa ante Comitem, vel Judicem veniat, & ibi ſecundùm legem finiatur antepoſita, ut dictum eſt, perſona Clerici.* III. Epiſtola Caroli Magni ad Pipinum filium tranſcripta à Calviniano fol. 147. Tomo III. *Pervenit ad aures Clementiæ noſtræ, quòd aliqui Duces, & eorum juniores, Gaſtaldij, Vicarij, Centenarij, ſeu reliqui miniſteriales, falconarij, venatores, &* F *cæteri per ſingula territoria habitantes ac diſcurrentes, manſionaticos & paradas accipiant, non ſolùm ſuper liberos homines, ſed etiam in Eccleſia Dei, monaſteria videlicet virorum & puellarum, & Xenodochia, atque diverſas plebes, & ſuper reliquos ſervientes Eccleſiarum Dei in eorum opera, id eſt, in vineis & campis, ſeu pratis, nec non in eorum ædificiis eos faciant operari, & carnaticos, & vinum contra omnem juſtitiam ab eis exactare non ceſſant, ut multas oppreſſiones patiantur ipſæ Eccleſiæ Dei, vel ſervientes eorum. Idcóque, chariſſime fili, has literas ad tuam dilectionem direximus, ut hanc cauſam diligenter* G *ac prudenter inquirere facias: Et, ſi veritas eſt, quòd ita factum ſit, deinceps omnimodis emendare & corrigere ſtudeas: quatenus in diebus noſtris ac tuis pax Eccleſiarum Dei, ſive illarum ſervientium, in omnibus conſervetur; &, ut merces copioſa nobis ac tibi exinde jugiter accreſcat.* Habemus ergo ex Caroli Magni conſtitutionibus immunitatem clericorum perſonalem & realem, atque adeò plenam & perfectam: ut jam cuicunque judicium facere liceat, qua fronte Calviniſta ſcripſerit, ante Innocentium H III. inauditam fuiſſe univerſalem immunitatem Eccleſiaſticam. Quod mendacium multò magis agnoſces ac deteſtaberis, ſi quæ lib. 1. de Immunitate Eccleſiaſtica cap. 8. & aliquot ſequentibus Tannerus noſter ſcripſit, perlegere velis: ibi enim videbis ab ætate Apoſtolorum uſque ad hæc noſtra tempora, immunitatem Eccleſiaſticam perpetua ſerie fuiſſe continuatam.

F I N I S.

VETE-

VETERA MONUMENTA
CONTRA SCHISMATICOS
JAM OLIM
PRO GREGORIO VII.
ALIISQUE NONNULLIS PONTIFICIBUS
ROMANIS CONSCRIPTA, ET NUNC
PRIMUM IN LUCEM VINDICATA,

STUDIO
CLARISSIMI ET ERUDITISSIMI
VIRI, DOMINI SEBASTIANI TENGNAGEL
J. U. DOCTORIS ET CÆSAREI VIENNÆ
BIBLIOTHECARII.

AD NOBILEM ET
CLARISSIMUM VIRUM AC DOMINUM, D. SEBASTIANUM TENGNAGEL.

DUm veterum chartas denſa caligine merſas
Extrahis in lucem, ne pereántque caves:
Jure tibi applaudit Doctorum turba, rogátque,
Tales ut pergas promere ſemper opes.
Sint alii CONDI, ſint CLUSII & omnia claudant;
Tu PROMUS nobis eſto & APERTA ſimul.

RE-

REVERENDISSIMO

ET

ILLUSTRISSIMO PRÆSULI

AC

DOMINO DOMINO

MELCHIORI KLESL,

EPISCOPO VIENNENSI NOMINATO,

Epiſcopatus Neoſtadiani Adminiſtratori confirmato, Cathedralis Eccleſiæ Viennenſis Præpoſito, & Archigymnaſii ibidem celeberrimi Cancellario, Sacræ Cæſareæ, & Regiæ Majeſtati à Conſiliis, Domino ſuo clementiſſimo, &c.

QUantopere οἱ ἐξ ἐναντίας, *Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Præſul*, apertis machinis, teliſque, atque cuniculis pugnent, ut ſacroſanctam illam Pontificum Romanorum majeſtatem & auctoritatem violent, labefactent, ac denique funditus exciſum eant, teſtatum facit, luce meridiana clariùs, eorundem indefatigabile ſtudium, quo obſoletas Schiſmaticorum affanias, apinas, & purgamenta, horridis jam diu meritò damnata tenebris, ceu nare canina, inveſtigant, eruunt, & dias in luminis oras, confertim protrudunt: ac ſi quid in Venerandum illud ſacræ Hierarchiæ caput, quod Indi, Æthiopes, Arabes, Perſæ, Tartari, etiam religionis noſtræ non conſecranei, ut ſileam Europæos, ſupremam inter Chriſtianos auctoritatem obtinere agnoſcunt, ſi quid, inquam, petulans aliquod ingenium amori, odio, vel lucro obnoxium chartis malè ſanis illeverit, id ἀκανθολόγοι iſti & καλαμοσφάκται, veluti cœlo demiſſum & ἕρμαιον aliquid arripiunt, cudunt, recudunt, ac tantùm non cedro, & immortalitate dignum cenſent, atque hinc ſinuoſi illi Centuriarum & memorabilium reconditarúmque lectionum, aliíque ejusdem notæ malè ſuti centones, tanquam vomicæ & carcinomata ſinceræ veritatis, prodiêrunt, licèt illi ipſi, quos adeò amant, vulgant, proſtituúntque auctores, magnam partem ab horum profanis dogmatis ſectíſque variè diſſectis diſſideant, atque ita aſciam, quam nobis infligere magno conatu laborant, ſuis illidant cruribus.

Horum itaque exſuſcitatus ſtudio & induſtria, ùt & ego, quem in Eccleſia tenet (B. Auguſtini dictum uſurpo) ab ipſa Sede Petri Apoſtoli *D. Aug. Epiſt. 165.*

Digitized by Google

ſtoli, cui paſcendas oves ſuas commiſit Chriſtus, uſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum; tenuem ſymbolam aliquam, in auguſtum hoc & iisdem cum ſole limitibus circumſcriptum Catholicæ Eccleſiæ amphitheatrum conferrem, membranacea quædam opuſcula, cæteroquin ſitu ſqualoréque peritura, è tineis blattisque excuſſi, exſcripſi, & Pancratiaſtæ noſtrarum partium eximio, Reverendo P. JACOBO GRETSERO Societatis JESU, unà cum ſuis typis exprimenda dedi, quæ cujus commatis ſint, ut laciniosâ oratione explicem, ſuperſedeo, ne illud è trivio Lucillianum audiam:

--- Scruta quidem, ut vendat, ſcrutariu' laudat,
Præfractam ſtrigilem, ſoleam improbu' dimidiatam.

Illud interim elogii vice ſit, quod μακαρίτης ille Annalium Eccleſiaſticorum promus condus Illuſt. *Cardinalis Baronius*, hæc noſtra videre, & commentariis ſuis inſerere ſummis votis diſcupiit, quæ indeptus haud pœnitendum auctarium 11. & 12. Tomo junxiſſet, & calumniarum illas nebulas, quas veluti è plauſtro in Gregorium VII. Alexandrum III. & Hadrianum IV. κηκάδι σὺν γλώσσῃ (ut Callimachi verbis utar) profundunt, illuſtri hoc veritatis ſole clariùs diſpuliſſet. Sit itaque hæc noſtra opella, veluti tenue ſpicum poſt magnam Baronianam ſegetem, relictum.

Quam Tuo illuſtri nomine, *Illuſtriſſime Præſul*, ceu Palladis ægide, contra rupiconum & vitilitigatorum incondita roſtra, tectam, publici juris nunc facio, & *Tibi*, ut eandem laborum & periculorum aleam cum Pontificibus noſtris, quos ſcriptio tuetur, ſæpenumerò ſubeunti, jure optimo L. M. dedico. Tu enim, *Magne & invicte Athleta*, manu conſertâ cum adverſariis crebrò congreſſus, eorum ſtrophas, ſutelas, variéque contextas technas, veluti araneæ telam, unico ictu diſcidiſti, uſque adeò, ut grandiloquentia tua, quaſi Mercuriali quadam catena devincti, perculſi & proſtrati, veritati manus darent, & eieratis, quibus hactenus imbuti fuerant, profanis myſteriis, in fidei noſtræ orthodoxæ numeros tranſcripti, pro eadem velle uri, vinciri, virgis, ferróque necari, ſeſe Sacramentis alacres promptíque obligarent. In quorum animis porrò firmandis dum ſtrenuè adlaboras, caput hoc Tuum religioni propagandæ devotum, præſentaneo ſæpe pro Chriſto & Eccleſia ejus objeciſti periculo, & contemptis inimicorum hinc inde imminentium inſidiis, contemptâ vitæ præſentis curâ, æternæ vitæ viam regiam, totius venerandæ antiquitatis veſtigiis tritam, erronum diverticulis & præcipitiis flexuoſis inſuper habitis, Neophytos tuos ingredi, gratia duce, comite fide, conſtanter ſolidéque docuiſti.

Uſque adeò, ut religio Catholica, quæ collabaſcere hîc paulatim ac retrò in pejus ferri tum temporis viſa erat, omnem ſui cultum, ornatum, ac incrementum, quo nunc ſplendet & effloreſcit, Tibi uni, ùt incomparabili propugnatori, qui ſe murum ac vallum aheneum pro domo Domini confertis hoſtium telis vel millies objecit, gratiſſimo ſe debere animo profiteatur, quæ licèt nunc iterum temporum injuria nonnihil hîc delibari, & adverſaria cervicem erigere, pedémque noſtrum premere videatur, ſpes eſt tamen confore, ut nova & ignobilis hæc Titanum ſoboles, cœlum cœlitésque nefariè oppugnans, ſupremi moderatoris ductu auſpiciisque, cujus decreta figit & refigit, ex alto dejecta, ſua aggeſtorum montium mole obruta oppreſsáque demum jaceat. Conferant itaque pedem, irruant & impugnent Andabatarum in morem, terribilem hanc, & ùt caſtrorum aciem benè ordi-

Digitized by Google

ordinatam, Romanam verè ſtatu felicem Eccleſiam (ùt Tertullianus Afer ait) cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſuo ſanguine profude-runt, ubi Petrus Paſſioni Dominicæ adæquatur, ubi Paulus Joannis exitu coronatur, ubi Apoſtolus Joannes, poſtquam in oleum igneum demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur. Stabit nihilominus illa, ùt ἀδαμαντοπέδιλος κίων, ùt columna & firmamentum veritatis, adversùs quam ne inferorum quidem portæ prævalebunt. *Tert. c. 36. de Præſcript.*

Quo in omine abjungo, & ut tenue hoc chartaceum munuſculum meritorum in me tuorum mnemoſynon, lubenti manu & ſerena fronte, *Illuſtriſſime Mæcenas*, excipias, & editorem ſuum, cùm propè ſolus

----- triſtes hac tempeſtate Camenas reſpicis,

auctoritate & gratia tua complectaris & foveas, & ad majora publicanda exſtimules, rogo, & ſupremum Numen, ut conatus tuos Reipublicæ Chriſtianæ ſalutares annutu ſuo firmet proſperétque, ex animo voveo. Dat. Viennæ Auſtriorum, ex Muſæo Regio, XIII. die D. Hippolyto Auſtriæ tutelari ſacra. Anno ſalutis à Chriſto reſtitutæ, M. DC. XI.

SEBASTIANUS TENGNAGEL
IC.us & Cæſ. Reg. Biblioth.

INDEX AUCTORUM.

I. *Epiſtola S. Gebhardi Archi-Epiſcopi Saliſburgenſis ad Herimannum Epiſcopum Metenſem.*

II. *Vita S. Altmanni Epiſcopi Paſſavienſis.*

III. *Vita B. Tiemonis Archi-Epiſcopi Saliſburgenſis.*

IV. *Vita S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis.*

V. *Domnizonis Presbyteri de vita & rebus geſtis Mathildis Comitiſſæ Libri duo.*

VI. *Bernaldi Conſtantienſis Presbyteri Opuſculum de vitanda Excommunicatorum communione, &c.*

VII. *Synodus Moguntina cum Sigefridi Archi-Epiſcopi Moguntini, aliorúmque epiſtolis.*

VIII. *Epiſtola Stephani Epiſcopi Halberſtatenſis.*

IX. *Epiſtola S. Anſelmi Archi-Epiſcopi Cantuarienſis.*

X. *Heſſonis Scholaſtici commentariolus de rebus geſtis inter Caliſtum Papam, & Henricum V. Regem ac Imp.*

XI. *Variæ hactenus ineditæ Epiſtolæ.*

S. GEBHARDI
ARCHI-EPISCOPI SALISBURGENSIS
EPISTOLA
AD
HERMANNUM EPISCOPUM
METENSEM.
PRO
GREGORIO VII.
PONTIFICE MAXIMO.
Contra ejuſdem temporis Schiſmaticos.

Nunc primùm ex tenebris in lucem prolata.

LECTORI.

A Amice Lector, ſi nôſſe cupis, quis quantúsque Epiſtolæ hujus Auctor fuerit, lege vitam ejus editam à C. V. D. HENRICO CANISIO, Tom. II. Antiquæ Lectionis, & Tom. VI. ubi res ab eo geſtas longè copioſiùs explicatas invenies. Adi etiam Brunonem à Frehero editum Tom. I. ſcriptorum Germanicorum; ad calcem Commentarii de Bello Saxonico, ubi memorat, Gebhardo noſtro in Conventu quodam utriusque partis Epiſcoporum & Principum, partes perorandi demandatas eſſe. *Noſtri*, inquit Bruno, *rumpentes ſilentium, ut omnium faceret verbum, Gebehardum petierunt Salzburgenſem Archiepiſcopum. Qui ſurgens, ùt erat vir per omnia prudens, & honeſtus, & honori, quem gerebat, non minimum conferens honoris, vultu modeſto, voce mediocri, ſenſum profudit ſapientis & pii pectoris.*

B Quia verò Oratio S. Gebhardi ad calamitates illorum temporum meliùs perſpiciendas, & ad hujus Epiſtolæ, quam publicamus, clariorem intelligentiam plurimum facit, haud gravabor eam Lectoribus hoc loco repræſentare; cùm Brunonis de Bello Saxonico Hiſtoria paucis ſit nota. Ita ergo S. Gebhardus ad Epiſcopos & Principes, qui à ſchiſmaticorum partibus ſtabant.

Epiſcopi Venerabiles, cæterique, quos videtis adeſſe, Principes Saxonici, hanc operam mihi dignati ſunt imponere, quatenus animos omnium C *mei ſermonis officio debeam vobis exponere. Unde vos omnes Sacerdotes ſancti, cæterique primates eximii, rogatos eſſe volo, ut me dignemini patienter audire, & cauſæ communi, quam ſum juſſus agere, animum tranquillum, quo verum examinare poſſitis, adhibere; quòd non plus noſtra, quàm veſtra (ſi vultis) intereſt, quæ ſum dicturus agnoſcere. Veſtro ipſorum teſtimonio fidenter inde nitimur; quia vos, quamvis à noſtra ſocietate diſceſſiſtis, à veritatis amore non diſcedere confidimus: veſtro, inquam, teſtimonio probare volumus, quantis injuriis, quantis contumeliis ſimus affecti, dum toto animo, tota voluntate, ſicut decebat, Regis eramus ſervitio ſubjecti. Vos ipſi ſcitis, quoties ſigillatim, vel communiter* D *veſtrum petivimus auxilium, quo pro benevola ſervitute noſtra, vel hoc, ex interceſſione veſtra redderet nobis præmium, ut à multarum, quæ nos importabiles premebant, levaret faſce calamitatum. Hoc, quod ſæpe poſtulavimus, optimè ſcitis; & quid poſtulando profecimus, ſimiliter optimè ſcitis. Inde vos non incuſamus, quòd vos pro noſtra cauſa, quamvis parùm nobis prodeſſet, ſæpè laboráſſe cognovimus. Quale verò præmium noſtræ devotioni dederit ultimum, quid opus eſt dicere? cùm manifeſtum eſt oculis omnium, quòd hoc, quod habuit maximum, nobis expendit extremum. Sacerdotes namque non ſolùm de nullo*

crimi-

A *crimine convictos, ſed nec legaliter accuſatos, aut in vincula, ſicut latrones, conjecit; aut à ſedibus ſuis, quós capere non poterat, omnium rerum ſuarum nudos effugavit: Eccleſiarum bona, quibus Epiſcopi, vel ipſi vivere, vel pauperes Dei ſuſtentare deberent, ſcelerum ſuorum fautoribus diſſipanda conceſſit. Terram noſtram multis jam vicibus igni ferróque vaſtavit; cognatos, ſive milites noſtros in noſtris finibus innocentes occidit, cùm nulla ei fuiſſet cauſa bellorum; niſi quòd ſervos habere volebat filios hominum liberorum. Sæpe ipſum, ſæpe vos ſingulos & univerſos ſuppliciter oravimus, ut gladio depoſito, cauſam nobiscum judiciis ageret, & nos veſtrum per omnia judicium ſecuturos animo libenti ſpopondimus. Quid his omnibus profecerimus, vos ipſos in teſtimonium vocamus.*

Ergò nos, qui nunc adſumus, cum omnibus, quos tenet Saxonica tellus, vobis ô ſanctiſſimi Sacerdotes, & vobis, ô nobiliſſimi Principes, & fortiſſimi milites, humiliter ſupplicamus, ut memo- B *res omnipotentis Dei, veſtrique officii, vos, quòd eſtis animarum paſtores, non perditores vocati; Vos verò, quòd gladium ad defenſionem, non ad internecionem accepiſtis innocentum, cogitetis, & nos veſtros fratres in Chriſto, veſtros cognatos in carne, ferro & flammâ ampliùs perſequi ne velitis.* Quod hactenus moleſtiarum à vobis *perpeſſi ſumus, vobis donantes peccatis noſtris imputabimus, & correptionem divinæ pietatis appellabimus: dum poſthac injuriarum de vobis ſecuri eſſe poſſimus. Gladium & ignem deponite, &, (ſicut decet homines Chriſtianos cum Chriſtianis) cauſam rationibus, non cædibus agite, & quod ante cruoris effuſionem poſtulavimus, nunc ſaltem vel cruore noſtro ſatiati præſtate. Multas quidem nobis ærumnas Dominus veſter HENRICUS crudeliter intulit; multis calamitatibus nos ultra* C *modum fatigavit, & tamen ecce parati ſumus, eum nobis Regem, ſicut olim fuit, accipere: ecce parati ſumus ei fidelitatem & ſubjectionem jurare, & juratam fideliter & libenter ſervare. Tantùm vos, hoc veris aſſertionibus adſtruite, ut nos ſalvo noſtro ordine, & laici poſſint facere hoc ſine fidei ſacræ detrimento; nec nos ab iſto campo recedemus, donec omnia, quæ dixi, compleverimus.*

Si verò noſtras ſententias dignati fueritis attendere, veris & manifeſtis; & ex ſcripturarum teſtimonio firmis rationibus oſtendemus, quòd Dominum HENRICUM nec Clerici, nec Laici Regem habere poſſumus, cum animarum noſtrarum ſalute. Nunc ergò vel vos nobis, quòd juſtè poſſit regnare, probabiliter oſtendite, & nos ſub D *ejus regnum ſocios fideles accipite: Vel, nobis, quòd Rex eſſe ille non poſſit, veraciter probare permittite: & nos contra rationem, ut hoſtes perſequi deſinite. Quòd ſi objicitis, Sacramento, quod ei juràſtis, vos eſſe conſtrictos; ſimili modo confirmabimus, nullo Sacramento jure vos ad noſtram perſecutionem poſſe compelli. Hæc igitur eſt ſumma noſtræ petitionis, ut Dominum HENRICUM, vel vos poſſe jure regnare nobis probabiliter oſtendatis, vel nos vobis eum non poſſe, veraciter oſtendere ſinatis; & cùm res alterutra* E *fuerit demonſtrata, nos igni ferróque perſequi ceſſetis.* Hæc S. Gebhardus Anno M. LXXXI.

Cui Bertoldus Conſtantienſis ſuo in Chronico ejusmodi monumentum poſuit, anno M. LXXXVIII. *Gebehardus venerandæ memoriæ Iuvavienſis Archi-Epiſcopus, in cauſa S. Petri præcipuus, qui Schiſmaticos publicè dictis & ſcriptis confutare conſuevit de hac luce ſubtractus XVII. Kalend. . . . . magnum mœrorem Catholicis reliquit.* In vita Tom. 6. Antiquæ Lectionis obiiſſe dicitur *XVI. Kalend. Julij.* in Caſtro ſuo, quod *Werven dicitur.*

Porrò Hermannus Epiſcopus Metenſis, ad quem S. Gebhardus hanc epiſtolam dedit, hoc Elogio ab eodem Bertoldo cohoneſtatur, Anno M. XC. *Heremannus piæ memoriæ Metenſis Epiſcopus, & Bertoldus Dux Alemanniæ, filius Rudolphi Regis, in fidelitate S. Petri, Majo menſe, diem extremum clausère, magnúmque mœrorem Catholicis, & exultationem Schiſma-* F *ticis reliquêre.*

Sed jam ipſum S. Gebhardum loquentem audiamus, in quem Schiſmaticus Apologiſta in Apologia pro Henrico IV. quam Hæretici noſtri non ſemel excuderunt; acriter dentes ſtringit; quòd tanti viri auctoritate & auſpiciis plurimi à Schiſmaticorum caſtris abſtinerentur & revocarentur. At citiùs Anonymus iſte dentes ſuos fregit; quàm S. Gebhardi famam & exiſtimationem infringere potuerit. *Creſcet extento Gebehardus ævo, illum aget penna metuente ſolvi fama ſuperſtes.*

G

EPISTOLA S. GEBHARDI ARCHI-EPISCOPI SALISBURGENSIS AD HERMANNUM EPISCOPUM METENSEM.

VEnerando in Chriſto Patri & Domino, Herimanno ſanctæ Metenſis Eccleſiæ Epiſcopo. Gebhardus frater & Coëpiſcopus, quicquid poteſt in Chriſto melius.

Mandavit jam ſecundò, charitas tua mihi meíſque in perſecutione ſociis, indicare tuæ paternitati, quid in hac Eccleſiæ diſſenſione tenendum ſentiendúmque cenſeamus, ut reſpondere valeas his, qui contraria ſentiunt & loquuntur. H Nos autem moduli noſtri non ignari, ad inſtruendam prudentiam tuam nequaquam prorumpimus, quod non minùs ridiculum foret, quàm ſi quis ſolem facibus adjuvare vellet. Huc accedit, quòd ſicut facultas hoc non miniſtrat, ſic nec voluntas ſuggerit. Tædioſum namque & ſuperva-

A pervacaneum videtur, illos præparandis reſponſionibus operam dare, quos nemo dignatur audire. Rarum infortunij genus eſt, quod patimur, qui & in multis accuſamur, & tamen nullum excuſandi locum habere poſſumus. Seniores namque noſtri, ſcilicet contrariæ partis Epiſcopi, eam cum ſuis ſacerdotibus humanitatem in agendis cauſis exhibere dedignantur, quam nec propriis mancipiis quenquam oportet denegare, non utentes in nobis exemplo beati Job, dicentis; *Si contempſi ſubire judicium cum ſervo & ancilla mea.* *Job. 31.*

Ex quo enim hæc inter nos diſſenſionum ſcandala oriri cœperunt, nunquid illos, li-
B cèt frequenter & devotè orando, exorare potuimus, quatenus ad reformandam Eccleſiæ formam & nos illos audire, & audiri ab illis concederent, promittentes, ſi parti illorum juſtitiam favere conſtaret, nos ſine dubio ſententiam illorum ſecuturos.

Sed fortaſſe ignorantibus incredibile videtur, quod dicimus, tantæ dignitatis & reverentiæ viros afflictis fratribus non ſolùm compaſſionem non exhibere, ſed & juſtitiam denegare. Ad faciendam verbis noſtris fidem, propter legationes quibuſdam illorum privatim directas, ipſas perſonas exprimimus, cum quibus in publico colloquio vivis vocibus hæc tractata ſunt; Scilicet, Archiepiſcopum Colonienſem; Epiſcopos Babinbergenſem; Spirenſem, † electos Treverenſem, * electos Trajectenſem. (*† electum. * electum.*) Iſtis penè omnibus Saxoniæ & Turingiæ majores, ubi
C condictum eſt, obviam venerunt, & in ea, quam prædiximus, ſententia concordantes, ultrò ſe diſcutiendos obtulerunt, ea conditione, ut ſi cauſam ſuam juxta leges & conſuetudiues Eccleſiaſticas defendere non poſſent, ſanioribus illorum conſiliis acquieſcerent, non confuſionem hoc reputantes, ſi meliora & viciniora ſaluti ab illis diſcentes errorem ſuum relinquerent.

Hæc in auribus omnium, qui aderant, non contentioſè, ſed humiliter proponentes, nibil profecimus. Et nunc ſuper hæc omnia, fratres & domini noſtri; nihil fra-
D ternis calumniis & ſupplicationibus moti, ea, qua cœperunt, erga nos induratione perdurant, nobis quidem audientiam denegantes; aliis quibus valent, & quantum valent, ſiniſtra de nobis inſinuant, nos ſeductos & ſeductores, nos perfidos, nos imminentium malorum caput & cauſam eſſe, teſtantur. Quod ſicut inceſſanter, ita nec efficaciter docent. Adjuvat enim ſacerdotalem doctrinam regalis munificentia, quæ uno eodémque incitamenti genere & doctores facundos & auditores dociles reddit & capaces. Tantum perſuadendi ſtudium tanta plurimorum credulitas ſubſecuta eſt, ut etiam oves noſtræ vocem noſtram non audiant, ſed alienos ſequantur: In locis

ſiquidem de quibus, noſtræ partis Pontifi- E
ces expulſi ſunt, doctrinæ ſibi locum vendicant, ibíque in Eccleſiis non ſuis, oves ad ſe non pertinentes, uſurpatæ prædicationis pabulo ad hoc uſque informaverunt, ut paſtores pios non ſolùm deſpicere, ſed etiam perſequi dignum arbitrentur.

Ergo ſi eouſque prodit iniquitas noſtra, ut nullum de aberratione noſtra dubietas locum babeat, & magis plectendi ſimus, quàm audiendi, oportuit tamen viros, qui ejuſdem nobiſcum ſunt nominis & officij, convertendis fratribus potiùs quàm perdendis ſtudere, errantibus viam veritatis oſtendere, & ſalutaribus monitis diviſa membra ad unitatem lucrari. Hoc bonum eſſet &
acceptum coram Salvatore noſtro, ut qui F
de plenitudine ejus abundantiùs acceperunt, acceptam præ aliis gratiam in alterutrum *1. Pet. 4.* adminiſtrarent, ſicut ſcriptum eſt; qui audit, dicat, veni. Bonum quidem eſſet, & fraternitatis amatoribus competens, in tali, ùt ajunt, præcipitio poſitos, etiam nolentes retinere, quantò magis eos, qui ſummo id deſiderio expetunt, & rectiora docentibus obedire in promptu habent. Non grave, aut inhoneſtum arbitrantes, ſic ab aliis vinci, ut & ipſi ſuum errorem vincerent.

Poſtremò, ſi tantæ obſtinationis eſſemus, ut veritatis ſermo in nobis non caperet, ipſi *Joan. 8.* tamen impiis iniquitatem ſuam annuntiando,
animas ſuas liberarent. Nobis autem, quo- G
rum calamitatis adeò cupidi ſunt, carbones ignis congererent; quia tunc nobis major confuſionis cumulus accreſceret, quando, agnita veritate, ab eis de ignorantia excuſationem non haberemus.

Age nunc, cariſſime Pater & Domine, quandoquidem nos indigni judicamur, quos verbum veritatis erudiat, cùm *domus exaſperans* ſimus; *Ezech. 2.* tu tamen, cui pro commorandi vicinitate, colloquendi cum eis facilior
aditus patet; quem etiam tam pro vitæ, H
quàm dignitatis honeſtate repulſam pati non oportet. Tu, inquam, pro nobis verbum fac; tu tibi inter nos mediatoris vicem aſſume. Audi ab eis, quod audiamus; ex te diſce, quod doceas; inquire, quibus Eccleſiaſticis ſanctionibus cauſam ſuam probent, noſtram verò improbent; quatenus per te illos audiamus, quos per ſe ipſos audire non contingit, & quod proprii oris officio impetrare non potuimus, per allegantis reverentiam conſequamur.

Quòd ſi tuæ charitati acquieſcentes, banc à te viciſſitudinem exigunt, ut ſicut ſuam nobis; ita noſtram illis ſententiam inſinues; dic quod nôſti: dic, quòd nihil novum, nihil inuſitatum cudimus, nihil à nobis quaſi ex nobis, ſed quod audivimus & vidimus, quod patres noſtri narraverunt nobis, nihil de nobis præſumentes, ſed potiùs contenti ſtare & tenere traditiones, quas didicimus, *Pſal. 77.*

nihil

A nihil per contentionem, nihil per argumen-
tationum verſutiam, quæ inimica eſt fidei.
Quod nec propoſiti noſtri eſt, nec ætatis;
quin potiùs ea, quæ hujusmodi ſunt, ætati
decentiùs laſcivæ relinquimus; his quidem,
qui ad hoc exercitatos ſenſus habent, non,
Hebr. 5. juxta Apoſtolum, *ad diſcretionem boni & mali*,
ſed ut ingenii ſui ſubtilitate, & linguæ volu-
bilitate, id, quod juſtum eſt, quaſi rectè per-
vertant. Noſtri autem nec officii eſt, nec
ſtudii eſſe debet, ut dicamus, bonum, ma-
lum; & malum, bonum; ſed ut domini no-
ſtri æmulatores, quantum ipſe conceſſerit,
ſtudeamus reprobare malum, & eligere bo-
Iſa. 15. num.

B Hac itaque puritate contenti, eo, quod
in præſenti verſatur, negotio, hoc ſolum te-
nemus, quod Eccleſia Catholica ſemper te-
nuit, quod ab initio cœptæ Chriſtianitatis
uſque ad monſtruoſa hæc tempora, ſtabile
& inconvulſum perſtitit, ſcilicet, quòd ex-
communicatis non eſt communicandum.
Hæc namque diſſenſionum cauſa eſt, & ſedi-
tionum; quòd illi ab excommunicatis non
abſtinent, & non abſtinendum docent: Nos
verò, & abſtinemus, & abſtinendum perſua-
demus, præcipuè ab illis, qui à præcipua &
prima ſede excommunicantur. Quæ diver-
ſitas contraria docentium ſacerdotum, verè
facta eſt, ruina populi; verè multorum ra-
C dix malorum. Ex qua tot malè fæcundi ra-
mi pullulantes in universa Eccleſia varios
fructus protulerunt, & quotidie proferunt.
Quorum fructuum amaritudo amariſſima
non tam ramis, quàm radici adſcribenda eſt.
Quicquid enim ſtudia partium delirant, quic-
quid in hac rerum turbulentia à ſubditis per-
versè agitur, juſtè in capita perverſa docen-
* videtur deeſſe vocula *recidit*, *relabitur*; vel *ſimilis*. tium. * Verè nunc impletur, quod ſcriptum
eſt: *Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus judicibus*,
qui videbantur regere populum. Hi namque,
qui veritatis præcones dicuntur, quibus cre-
Dan. 13. dita ſunt eloquia Dei, ad Evangelizandum
populo Dei: ſi id ipſum dicerent omnes, &
non eſſent Schiſmata in eis, ſi more ſpecula-
torum providerent, quatenus contentio in-
ter eos, aut non oriretur, aut orta, collatis,
ex more, fraternitatis tractatibus, ſedaretur,
dubium non eſt, quin in illorum aſſertione
veri unitatem unitas etiam populi ſeque-
retur, & adhuc in ſuo ſtatu permanens anti-
quam pacem obtineret Eccleſia, quæ nunc,
D inimicorum ſuorum pedibus expoſita, inau-
dita contritione conteritur, & incomparabili
tam corporum quàm animarum ſtrage cru-
entatur. Cujus ſanguis non incongruè de
manibus illorum requiritur, qui eam in ſui
procuratione ſuſcipientes, contra eam dog-
matizando transgredi fecerunt populum
Dei.

Nos igitur & qui noſtræ partis ſunt, qui-
bus etiam Eccleſiæ diſciplina commiſſa eſt,
ipſi Eccleſiæ in hoc ſatisfacimus; quia nihil
docuimus vel docemus, præter id, quod E
didicimus. Si inquirimur, unde, à quibus
didicerimus; certè multos, & nequaquam
obſcuri nominis doctrinæ nnſtræ aſtipulato-
res habemus. Apoſtoli nos docuerunt, A-
poſtolorum ſucceſſores, Apoſtolicæ ſedis
Pontifices; præter illos, imò ſecundùm il-
los, aliorum Patrum copioſa multitudo, qui
notæ ſanctitatis & auctoritatis ſunt, quorum
doctrina ſulget Eccleſia, & qui cum Domino
regnant in cœlis; & in terris miraculis coru-
ſcant, quorum ſanctionibus non ignoran-
tiâ vel negligentiâ, ſed ſtudio reluctari, quid
aliud eſt, quàm ſpiritum, qui per eos locu-
tus eſt, blaſphemare. Iſtis ſine dubio, &
non nobis adverſantur, quicunque ab ex-
communicatis ante canonicam examinatio-
nem non abſtinent, & non abſtinendum do-
cent. Talia enim prædictos patres concor-
di & aſſidua prohibitione vetâſſe, non ſolùm F
hi ſciunt, qui ex ſcriptis illorum acceperunt,
verùm etiam rudes & inliterati, qui etſi le-
gem ignorent, tamen ea, quæ legis ſunt, ex
inveterata, & nunquam mutata conſuetu-
dine didicerunt. Hæc itaque, quæ legisla-
torum talium unanimitate ſtatuta, uſu anti-
quiſſimo huc uſque ſtabilita ſunt, quando-
quidem apertis oppoſitisque impulſionibus
quaſſari nequeunt, quaſi ex latere machina-
tiones parantur ad decipiendas illorum * opi- * *animas*, *fortè*.
niones, qui minoris intelligentiæ æſtimantur.

Et quia apud tales, etiam non leviter agi-
tur, ut in adeò triti latéque patentis itineris
ductu exorbitent, juxta iter ſcandalum po-
nitur, dum quædam vitia veritati ad ſub-
verſionem veritatis illis proponuntur. Au-
divimus enim quoſdam contrariæ partis cle-
ricos, de ſua ſcientia gloriantes, id ſtudij G
habere, ut de ſacris undique codicibus illas
ſententias colligant, quas ſancti patres ad co-
hibendam illorum ſacerdotum intemperan-
tiam condiderunt, qui in proferendis ſen-
tentiis præcipites ſunt indiſcretè ligando vel
ſolvendo. Verè in his, ùt in omnibus,
laudabiles atque amplectendæ illorum ſen-
tentiæ, qui omnium ſic curam gerebant,
ut & Prælatos à præcipitatione compeſce-
rent, & ſubjectorum innocentiæ deſenſio-
nem neceſſariam providerent.

Verùm illi, qui ad hoc, quod perſuaden- H
dum ſuſceperunt, iſta introducunt, bono,
at non benè utuntur. Nam quòd ſancti do-
ctores ad communem profectum tam eo-
rum, qui præſunt, quàm qui ſubjacent,
conſtituerunt; hoc iſti proculdubio ad con-
temptum Epiſcopalis miniſterij, & ad ſuſci-
tandam inter paſtores, & oves diſcordiam
aſſumunt. Quod in hoc profectò patet,
quia illas ſolummodo ſententias, quas ſuæ
perſuaſioni commodas exiſtimant, audito-
ribus ſuis inculcant; aliis prorſus ſilentio op-
preſſis, quas nihilominus Patres Catholici
de eadem re ſtatuerunt; quæque ad hanc li-

 tem

A tem dirimendam ita neceſſariæ ſunt, ut nullo modo ſine illis juſtè diffiniri valeat. Quæ verò illæ ſint, nequaquam à nobis docendi ſunt. Ipſi enim meliùs nobis ſciunt multos Eccleſiæ doctores * multi modis & verbis hoc inſtituiſſe, ut ſi quando de ſententia excommunicationis contradictio oboriretur, Canonicis diſcuſſionibus utriuſque partis diligens examinatio fieret, & ſic excommunicatoris ſententia aut probaretur aut emendaretur.

* *multis modis.*

Hæc & his ſimilia prædicti fratres quaſi incognita, nec aliquid ad rem pertinentia diſ-
B ſimulantes, ad hos ſuos ſequaces inſtruunt, ut temerè & abſque omni probatione legitima prolatam in ſe ſententiam contemnentes, jugum diſciplinæ penitus excutiant: Cúmque ignorent minimè, hoc etiam antiquitus ſcitum eſſe, quòd paſtoris ſententia, ſive juſta, ſive injuſta, timenda tamen ſit; illi homines ſub anathemate poſitos ſecuros, & de timenda illa à * noſtra diverſione, nihil ſollicitos reddunt: illa ſcripturarum teſtimonia frequenter replicando, in quibus hoc aſtruitur, quòd qui innocentem maledicit; ſibi plus nocet, quàm cui nocere appetit, aliáque in hunc modum. A quibus ſanctorum verbis nequaquam nos diſſentimus, quin potiùs cum amore & reverentia
C recipimus, ſtudentes, quantum divina largiente gratia poſſumus, de illo paſtoralis officij abuſione & nobis cavere, & aliis ut caveant, perſuadere: Illis autem, qui hæc ad ſuæ partis adjumentum plus æquo intorquent, cum tali moderamine aſſenſum præbemus, ut nequaquam ultra terminos conſtitutos, illorum veſtigia proſequamur: non adjicientes, ut hoc ex illorum documentis ſubintelligamus, quod jam ſuos auditores ſubaudire fecerunt, hoc ſcilicet; ut ſi quis excommunicatus, injuſtè ſe excommunicatum, nudis tantùm verbis, aſſerit; excommunicatoris ſententia protinus irrita judicetur. Si ſtabit hæc conſequentia, jam à nullo excommunicato abſtinet; quia nullus eorum ſe juſtè judicatum eſſe fatetur: ſed non eſt æqua partitio, ut ſubjecti ita audiantur, quatenus prælati inauditi præjudicium patiantur, ſicut dicitur; *Non eſſe juſtum mediatorem, qui ſic unam partem audit, ut nihil alteri reſervet.*

* *nobis diverſa.*

D Quòd ſi hæc noviter emergens doctrina in Eccleſia fructificare cœperit, antiqui patres in vanum laboraverunt, qui id modis omnibus ſatagebant, id conati ſunt, quatenus in uno Chriſti corpore, quod eſt Eccleſia, nec ab excellentioribus membris minora gravarentur, nec inferiora ſuperioribus reſultarent. Multæ illorum conſtitutiones; cauſæ, quæ inter nos ventilatur, congruentes, hoc novo dogmate fruſtrantur & in irritum cadunt. Quorum Synodicas & Decretales ſententias, ſi hic inſerimus, fortaſſè faſtidium legentibus ingerent, eò quòd tritæ ſunt, & tam uſu quàm auctoritate notiſſimæ. E Quandoquidem autem illi, qui contraria agunt, tam ſerenæ luci caliginem inſerre conantur, neceſſarium ducimus, contra ingruentes novitatis hujus obſcuritates, antiquam & notam Eccleſiæ lucernam ſuper candelabrum ponere, ut quod illi tanto conatu oblivioni tradere conantur, nos ad memoriam revocemus, ſatis æſtimantes ad defenſionem noſtram nota replicare, quàm ut nova introduxiſſe videamur.

Sancti patres in Nicæa congregati, cùm juxta inſtitutionem Apoſtolorum, & eorum Apoſtolicorum, qui ante Synodum Nicænam fuerunt, decernerent de his, qui communione privantur, ſeu ex clero ſeu ex F laico ordine, ab Epiſcopis, ut hi qui abjiciunt, & qui abjiciuntur, * ita ſubjunxerunt: *Requiratur autem, ne puſillanimitate, aut contentione, vel alio quolibet Epiſcopi vitio, videatur à congregatione ſecluſus.* Qualiter autem quibúſve modis inquirendum ſit, nihilo minus addiderunt his verbis. *Ut ergò decentius inquiratur, benè placuit, annis ſingulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrare,* & cætera quæ ſequuntur.

* videtur deeſſe vocula; *innoteſcerent*, vel ſimilis. Concil. Nicæn. cap. 5. Nicæn. Concil. loc. cit.

Igitur qui ad decentem rei hujus inquiſitionem concilia celebranda eſſe decreverunt, nequaquam, ùt nunc moris eſt, arbitrati ſunt, ad probandam eorum, qui abjecti ſunt, innocentiam, hoc poſſe ſufficere, ſi paſſim vagéque in ſuos excommunicatores abſentes convitia & obtrectationes eructent. Ergò, qui contra ſacros Canones Nicænos nullo condicta Synodo, nulla præcedente inquiſitione, canonica communione G privatos, in com̃unionem recipiunt; audiant, ſi ejuſdem concilii ſtatuta tam leviter violanda ſint, & contemnenda; audiant, quid ſanctus Gregorius de auctoritate quatuor conciliorum principalium, quorum iſtud præcipuum eſt, ſentiat. Siquidem in Epiſtola Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano Patriarchis directa, ſic ait. *Sicut ſancti Evangelii quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere, & venerari me fateor, quia in his, velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cujuslibet vitæ atque actionis norma conſiſtit. Quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiamſi lapis eſſe vi- H deatur, tamen extra ædificium jacet.*

S. Gregor. lib. 1. Epiſt. 24.

Item poſt pauca de iiſdem conciliis. *Quia dum univerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſolvere, quos ligant; aut ligare, quos ſolvunt. Quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit.*

Audiant etiam, qui tanto niſu ſancti ac magni Concilii Nicæni ſtatuta annullare ſatagunt, ſpecialem de illo beati Leonis ſententiam. *Leo Epiſcopus Anatholio Epiſcopo: Non trecentis,* inquit, *decem atque octo Epiſcopis, quantumlibet copioſior ſit numerus ſacerdotum, vel* com-

S. Leo Epiſt. 53.

Google

A *comparare ſe audeat, vel præferre; cùm tanto divinitus privilegio Nicæna Synodus ſit conſecratu, ut ſive per pauciores, ſive per plures, Eccleſiaſticu judiciu celebrentur, omni penitus auctoritate ſit vacuum, quidquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum.*

Item de eadem re; *Sancti & venerabiles patres in urbe Nicænu, ſacrilego Arrio cum ſua impietate damnato, manſuras uſque iu finem mundi leges Eccleſiaſticorum canonum condiderunt, & apud nos, in toto orbe terrarum, in ſuis conſtitutionibus vivunt, & ſi quid uſquam aliter, quàm illi ſtatuerent, præſumitur, ſine cunctatione caſſatur:* Ecce nos ſumus, in quos *fines ſæculorum devenerunt*, in quorum B temporibus illæ penitus leges deſtruuntur, quas ſancti doctores uſque in finem mundi manſuras prædixerunt.

S. Leo loc. cit.

1. Cor. 10.

Quandoquidem igitur Synodo, cujus hic teſtimonia inſerta ſunt, omnes Synodi, quæ authenticæ ſunt, quáſque Eccleſia recipit, principatum concedunt, ſingulas aliarum ſententias annectere non tam neceſſarium eſt, quàm prolixum. Unum tamen è pluribus de Sardicenſi concilio excerpere, non ab re ducimus. In hujus namque concilii præfatione, cùm de diverſis diverſorum conciliorum regulis tractaretur, ita tandem ſubjunctum eſt: *Sed in his omnibus illa ſequi debemus, quæcunque à Nicæno concilio, & à Sancta atque Apoſtolica Romana * non diſcrepare videmus.*

* Eccleſia.

C Quod autem in ejuſdem concilii capitulo XVII. invenitur; illos velimus attendere, qui tam facilè etiam quorumlibet Epiſcoporum, nedum Romani Pontificis ſententiam ſine legali examinatione reſcindunt; Quaſi diſcuſſione non indigeat, quicquid illorum verbis, ſive juſtum ſive injuſtum, aſſeritur. Continetur autem ſic in præfinito capitulo. *Si Epiſcopus quis fortè iracundus, quod eſſe non debet, citò & aſperè commoveatur adverſus presbyterum ſive Diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, providendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem.* Et paucis intermiſſis, ſic demum concluditur. *Tamen priuſquam omnia diligenter & fideliter examinentur, eum, qui fuerat à communione ſeparatus, ante cognitionem nullus debet præſumere, ut eum communioni ſociet.*

Ecce in hoc loco ſpecialiter de illo excommunicationis genere agitur, quod, iracundia graſſante, committitur, quod propero D & aſpero motu acceleratur; & tamen ſummoperè cavetur, ne vel ſic excommunicatum ante diligentem examinationem aliquis recipiat.

Hæc & his ſimilia in conciliis & in Romanorum præſulum decretis quaſi uſque ad faſtidium inculcantur. Nec hoc quidem intermittitur, qualis utroſque vindicta ſequatur, iſtos ſi excommunicatis ſcienter & ante utriuſque partis juſtam examinationem communicant; latebráſque defenſionum, quò minùs ad ſatisfactionem perducantur, prætendunt; Excommunicatos autem, ſi ante audientiam communicaret præſumpſerint, E ſi cauſæ ſuæ adeſſe neglexerint; ſi infra conſtitutum terminum coram ſuis excommunicatoribus cauſam ſuam non peregerint; ſi interdictum ſibi miniſterium uſurpaverint; quæ quia nulli incognita ſunt, latiùs hic enumerare nec neceſſitas exigit, nec brevitas Epiſtolaris admittit.

Sed quia adversùs iſta excuſatio locum non habet, ſortaſſe ex ipſis quiddam nobis objicitur, quod in prædicto capitulo ſtatutum eſt; quod nos quidem, ſicut alia quædam, compendii cauſa, reticuimus, illud videlicet, ubi dicitur: *Quia oportet ei, qui abjectus eſt, non negare audientiam roganti; & ille Epiſcopus, qui eum juſtè, vel injuſtè abjecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur.* Hinc, F ùt putamus ad excuſandas excuſationes, occaſiones ſumunt, quaſi propter hoc, examinatio, * ſicut debuit, fieri non debuiſſet, quod excommunicator, ad probandam vel improbandam ſententiam, eis patientiam non exhibuerit.

* Videtur locus corruptus & leg. *Sicut debuit fieri, facta non fuiſſet.*

Ad quod refutandum non ſcripturarum teſtimonia, non canonum auctoritas, ſed ipſe rerum geſtarum ordo reſpondeat. Notum enim omnibus circumquaque eſt, anathema illud, de quo agitur, in Synodo Romana, * quæ prima Quadrageſimæ hebdomade ex more celebrata eſt, prolatum fuiſſe. Quod cùm in partes Teutonicas inſonuiſſet, in proximo Paſcha, Epiſcopi, qui in civitate Babinperga, feſtum illud celebrârunt, in die ſancto, inter Miſſarum ſolemnia, multa & inhoneſta * in Dominum Papam vitia jaculantes, omnibus, qui congregati ſunt, denuntiaverunt, ex tunc in reliquum, nequaquam pro Apoſtolico habendum eſſe: Ibique incipientes, pertranſierunt per univerſum Regnum, eadem prædicando, adjunctis ſibi & aliis ejuſdem verbi miniſtris. G Quòd ſi talia, ſe ea neceſſitate aggreſſos eſſe obtendunt, quòd audientia eis denegata fuiſſet, judicent omnes, qui ſanum ſapiunt, ſi in tali temporis intervallo, hoc ullo modo fieri potuerit, quatenus poſt agnitionem prolatæ in ſe ſententiæ, Sedem Apoſtolicam pro diſcutienda cauſa interpellâſſent, cáque hoc denegante in prædicto H loco & tempore, hanc ſeditionem commoviſſent. Liquet profectò, quòd etſi voluntas hoc illis ſuggereret, ſicut nec fecit, tamen temporis anguſtia non pateretur. Unde totum illud pariter comprobatur, quòd nec diſcuſſio facta eſt, nec ut fieret, quæſitum eſt, vel denegatum. Conſtat ergo temeritatis potiùs impulſu, quàm neceſſitatis id actum eſſe, ut excommunicati ante probationem legitimam, in communionem reciperentur. Quod quemadmodum præfatis conciliis & diſcretis invenitur adverſum, ita etiam non noſtro, ſed virorum Apoſtolicorum Gregorii atque Leonis † omni auctoritate

* MLXXX.

* Gregor. VII.

† *Judicio.*

A tate vacuum & ſine cunctatione caſſandum. Et quia non minùs Eccleſiaſticis conſuetudinibus, quàm legibus refragatur, prædictis duobus teſtibus, tertium, beatum Auguſtinum conjungendo, triplicem funiculum faciamus. Qui ad Caſulanum Presbyterum ſcribens inter alia ſic ait; *Sicut prævaricatores legum divinarum, ita & contemptores conſuetudinum Eccleſiaſticarum coërcendi ſunt.* Item ad Januarium: *Omnia talia, quæ nec ſanctarum Scripturarum auctoritatibus continentur, nec Epiſcoporum Conciliis ſtatuta reperiuntur, nec conſuetudine univerſalis Eccleſiæ roborata ſunt, reſecanda exiſtimo.*

Verùm de militibus dominicis interim tacendo, ad ipſius Domini illorum verba veniamus, dicentis in Evangelio: *Non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum*, Verè Evangelicam & [*Matth. 10.*] B Apoſtolicam doctrinam ante tempus judicaverint, qui tam inordinatè non ſolùm ſententiam Summi Pontificis, ſed & ipſum condemnantes judicaverunt; ſententia indiſcuſſa, auctorem ſententiæ, inauditum, inconvictum nec confeſſum, ſed neque conventum vel commonitum. Sententiam quidem, quæ tali tempore à Synodo Romana promulgata eſt, quando nulla de præſidente contradictio fuit: Ipſum præſidentem, cui tunc temporis, non ſolùm ea, quæ in iſtis partibus eſt Eccleſia, ſed illa, quæ in toto orbe diffuſa eſt, debitam ſubjectionem exhibuit. Illum, inquam, ſuo & non Synodali judicio refutaverunt, & alium, qui paulò antè à Sede Apoſtolica damnatus eſt, C eidem Sedi, quæ illum damnaverat, Pontificem deſignaverunt, Romana Eccleſia nec conſcia nec conſentiente. Quid igitur Canonum teſtimoniis ad improbanda hæc judicia indigemus, quæ nec ſimilitudinem ſenſatorum judiciorum tenent, ſed quaſi prima fronte plena blaſphemiæ apparent? Nam, ut verum fateamur, nihil in ſanctorum Patrum ſcriptis contra hujuſmodi præſumptiones ſpecialiter edictum nos inveniſſe meminimus, quia inſaniæ non erat lex ponenda. Ex abundanti autem ab antiquis doctoribus ſtatutum eſt, contra illas Impe- D ritorum Epiſcoporum infeſtationes, quæ etſi ab adverſantium inſidiis procedant, nonnullam tamen æquitatis imaginem prætendunt, ſcilicet induciis, evocationibus, diſcuſſionibus, aliiſque juxta tenorem judiciorum. Ad iſtorum cautionem diſtinguendam, ſi auctoritas à nobis requiritur, non ſcripturarum excerpta, ſed volumina opponimus, ſicut eſt Liber Decretorum Pontificalium, qui penè totus in talium diſcuſſione cuditur. Sed ne nihil horum ad præſens induxiſſe videamur, illud ſaltem beati Gregorii inſeramus, quod ad Joannem *Defenſorem* euntem in Hiſpanias ſcribit de Stephano Epiſcopo, qui injuſtè eſſe ſe depoſitum conqueſtus eſt. *Primùm*, inquit, *diligenter quærendum eſt, ſi judicium ordinabiliter eſt habitum, ſi alii accuſatores, alii teſtes fuerunt; deinde cauſarum qualitas, ſi accuſato præſente, ſub jurejurando contra eum teſtimonium dictum eſt, ſi reſpondendi locum habuit,* E *ſi examinatio perſonarum accuſantium ac teſtificantium regulariter facta eſt; quòd ſi fortè hæc ſolenniter acta non ſunt, in Eccleſia ſua omnibus modis revocetur. Hi verò, qui eum contra Dei timorem, & ſtatuta Canonum condemnaverunt, ad agendam pœnitentiam mittendi ſunt ſex menſibus, ita ſanè ut, ſi alicui eorum mortis contigerit imminere diſcrimen, viatici benedictio non negetur.*

Videant ergo prædictorum judiciorum mediatores, ſi in Romani Præſulis refutatione vel unum de illis ſancti viri præceptis obſervaverint, quæ ille in unius cujuslibet Epiſcopi diſcuſſione obſervanda eſſe decrevit. F

Huc accedit quod multis ſanctorum ſtatutis diffinitum eſt, ut nullus Epiſcopus, niſi in legitima Synodo, & ſuo tempore, Apoſtolica auctoritate, convocata judicari aut damnari poſſit, & quòd ſine primæ Sedis auctoritate concilia rata eſſe non poſſint. Hæc qui quærit, invenire poterit in ſcriptis Apoſtolicorum Julii, Damaſi, Marcelli, Gelaſii, aliorúmque, beato Iſidoro idipſum atteſtante.

Mirandum igitur eſt, viros prudentes, adeò nota oblivioni tradidiſſe, qui nulla exiſtente Synodo, illum Epiſcopum judicantes reprobaverunt, ſine cujus auctoritate, nec Epiſcopum aliquem damnare, nec generale Concilium licet congregare. G Ecce novus ordo judiciarius, ecce matura Domini Sacerdotum judicia. Iſti judices ſi eo, quo judicaverunt, * judicarentur, ita ut à ſubditis ſuis eandem prædamnationis vicem reciperent, quam prælato ſuo impenderunt, nequaquam hoc Eccleſiaſticum judicium, ſed verè furorem Tyrannicum nominarent. Nec id mirum; nam ut de Epiſcopis taceamus, certè nulli hominum cujuscunque profeſſionis vel conditionis ſit, tale judicium jure competit, quale in illum proceſſit, qui à nullo homine judicandus eſt. Sicut ille Apoſtolicæ doctrinæ adhuc neſcius, canonum ignarus Nicodemus dixit. *Numquid lex noſtra judicat quenquam, niſi audierit ab ipſo priùs & cognoverit quid faciat?* [*Jo. 7.*]

[* *judicio.*]

H De illo autem, quid dicamus, qui ad ſupplendum hujus depoſiti locum, tam providè deligentium diſpoſitione erectus eſt? Verè de illo hoc dicimus, veriſque teſtibus approbamus, quòd & ſi jam pro ſuis erratibus nec damnatus eſſet, nec damnandus, ſed & Sedem illam vacantem inveniſſet, cui nunc ſuperſtite Pontifice adulterinus invaſor deputatus eſt, tamen, teſte beato Leone, nulla ratio ſineret, ut inter Epiſcopos haberetur, quem nec clerus elegit, nec populus expetivit. Cúmque ejuſdem Leonis atque Cœleſtini

[*Loquitur de Guiberto.*]

Google

A ſtini ſententiis diffinitum ſit, ut nullis invitis
Epiſcopus detur, quantò minus illi Eccleſiæ
nolenti Epiſcopus aliunde ſuperponendus
erat, quæ ſui incolumitate Pontificis & con-
cordia potita eſt.

Ergo quia cum hujuſmodi portionem po-
Job. 3. nere non acquievimus, maledicimur & per-
ſecutionem patimur, & velut tantæ diſcor-
diæ auctores traditi ſumus nos & noſtra in
direptionem omnibus, qui in circuitu no-
ſtro ſunt. Verè, ùt ajunt, ab illis, qui hæc
faciunt, diſcordamus, ſed non amore diſcor-
diæ, imò timore perpetuæ damnationis,
certi, quòd anathema nobis eſſet ſine fine,
ſi in talibus nos contingeret vitam finire.

B Ecce ùt juſſiſti. O dilectiſſime Præſul, quid
in hac re mediocritati noſtræ videatur, cha-
ritati tuæ expoſitum eſt. Si autem à pru-
dentioribus potiora audiemus, obaudire
parati ſumus, ea tamen inter nos, & eos,
qui à nobis diverſa ſentiunt, viciſſitudine ſer-
vata, ut non per ambages vel extrinſecus
detortas veriſimilitudines res agatur. Nec
bonæ quidem æſtimationis eſt, ibi exquiſi-
tis circumquaque argumentis inniti, ubi de
ipſa re tot ſpeciales atque diffinitivæ ſenten-
tiæ, quæ nulla poſſunt ratione convelli, à
ſanctis Patribus promulgatæ ſunt, ita ut nul-
lum dubietatis ſcrupulum reliquerint: Ec-
ce, omni tergiverſatione remota, cauſæ à
nobis expoſitæ ſunt, de hoc, quòd excom-
municatis, quibus illi communicant, non
communicamus; quòd Apoſtolicæ Sedis
Pontifici, & beati Petri Vicario abrenuntiare
non præſumimus; quòd eodem vivente,
& cum Romana Eccleſia concorditer agen-
te, alium ad eandem Sedem eligere, aut eli-
C gentibus conſentire non acquieſcimus. Er-
go ſi illi, qui contraria gerunt, verioribus
& præpollentioribus documentis ea licere
approbant, quæ nos illicita eſſe demonſtra-
vimus, æquum eſt, ut rectiora docentibus,
& auditum & aſſenſum accommodemus.

** Convicia.* Sed his, quæ ad rem pertinent, omiſſis * vi-
tia & vituperationes ùt dicitur, in Dominum
Apoſtolicum dictitant; quid hoc noſtra in-
tereſt? Si de vita illius agitur, nos non pro
vitæ ſuæ conſideratione illi obedimus, ſed
pro miniſterio collatæ in illum dignitatis.
Nam meritorum ſuorum qualitas ſacerdo-
D tali officio non præjudicat. Quapropter
quantumlibet doctè, quantumlibet artificio-
sè, in reprehenſiones illius invehantur, ta-
men convicia pro accuſatione recipienda
non ſunt. Ipſi enim, ùt ſapientes, nôrunt
probè, hunc verè confuſum & præpoſterum
ordinem eſſe, ſi illum, quem ſine accuſatio-
ne vel diſcuſſione prædamnaverunt, nunc
tandem, poſt factum judicium, accuſent &
diſcutiant.

Sed & in hoc, ùt audimus, ſtudium ex-
hibent, quatenus ex multis ſcripturarum
collectionibus ſuis ſequacibus oſtendant,
quanti ſit reatus perjurium incurrere, & no- E
men Domini in vanum aſſumere. Et de E-
piſcopis, ſicut paulò antè prædiximus, quia
inſontes damnando ſibi plus nocent, quàm
quibus nocere cupiunt, quæ quidem ſunt
rationem veritatis habentia, ſi quando ſuo
vel loco, vel tempore proferuntur, quid-
dam enim aliud, quàm quod ſonant, ſug-
gerere putantur, ad percutiendam ſimpli-
ciorum fratrum infirmam conſcientiam,
quatenus eis ſub ſpecie pietatis laqueum in-
jiciant, & quaſi vera dicendo, fallant: dili-
gentiùs autem intuentibus; ad noſtræ con-
troverſiam cauſæ nihil pertinere videntur.
Quomodo enim ad litem inter nos agitatam
hoc pertineat, in quo prorſus nihil diſcor-
damus, ſed ex utraque parte unum idémque
fatemur? Nam quis ſanæ mentis perjurium
grave peccatum eſſe dubitet? Similiter,
quod de illa præcipiti ſententiarum prola-
tione dicunt, dicimus, ſed ad quod dicen-
do tendunt, non proſequimur. Verba illo-
rum aliud ſonant, aliud ſapiunt. Quod F
contra inordinatas Epiſcoporum promulga-
tiones ab antiquis Patribus generaliter diſpu-
tatur, ita laudamus, ut nullatenus, ſicut * mo- ** modò.*
dum nolunt, ſpeciatim alicujus Epiſcopi ſen-
tentiam, temerè, & abſque probatione re-
futemus. Item de perjurio id ipſum, quod
& illi, imò quod omnes dicunt, dicimus,
quia ingens animæ periculum eſt, & modis
omnibus cavendum. Illa autem divinæ le-
gis præcepta, quibus innituntur, licèt omni
veneratione digniſſima ſint, non tamen, ùt
illi intelligi volunt, intelligimus; videlicet;
ut quicquid quisque juret, indifferenter &
ſine retractatione ſervandum ſit: quin potiùs *Levit. 18.*
hoc, quod ſcriptum eſt, *non polluet nomen*
Dei tui in vanum; *Non perjurabis in meo no-* *Levit. 19.*
mine: * Cautione omnibus obſervandum eſſe ** cautè.*
credimus, ut aut nihil jurent, quæ juranda
non ſunt, & quæ jurata ſervari nec debent,
nec poſſunt, vel ſervata in aliud majus aut
æquè magnum periculum inducunt. Si qui G
doctores ſubditos ſuos aut omnino non ju-
rare, aut aliis juramentis, ſi qua neceſſitate
fiunt, diligentiam adhibere non docent, ſed
quolibet modo fiant, vel facta ſint, exſol-
venda prædicant; talis doctrina nullo un-
quam tempore ſana extitit; minimè autem
in iſto, in quo penè omne, quod loquitur
populus, conjuratio eſt.

Quorſum autem hæc prædicamenta ten- H
dant, omiſſis ambagibus, quaſi ad vivum
tangendo ediſſeramus. Hoc ſine dubio ſuis
machinationibus moliuntur, ad hoc ſequa-
ces ſuos perducere ſatagunt, quatenus, quod
ſummum nefas eſt, fas eſſe putent, ita qui-
dem, ut, qui propriis gravantur, alienis
communicare non timeant peccatis, com-
municando excommunicatis, ut nulla ſua-
dente ratione, ſed pro libitu ſecularis poten-
tiæ; illius poteſtatis à ſe jugum projiciant,
in qua Dominus & Salvator noſter totius

A Eccleſiæ poſuit principatum, ut in Sedem adeò ſpecialiter conſtitutam violenter irruentibus, conſenſum & auxilium præbeant.

Ad perſuadendas autem tales blaſphemias, quia convenienria teſtimonia non inveniunt, ratione & auctoritate deficientes, ad juramenta confugium faciunt, quaſi jurationum ſuarum neceſſitate, neceſſariò illa perpetranda ſint, quæ Propheticis, Evangelicis, & Apoſtolicis inſtitutis aperta fronte refragantur. Propheticis quidem, ſicut in Deuteronomio legislatorem & Prophetam dixiſſe

Deut. 17.

novimus. *Qui ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Deo tuo, ex decreto judicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſraël:* Evangelica autem tuba intonat. *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.*

Matth. 10.

Apoſtolorum autem & Apoſtolicorum * & quantæ in illos animadverſiones procedant, qui contra Sedem beati Petri ejúſque Succeſſores ſe erigant, per ſingula evolvere, ſuperſedimus; quia tritum & prolixum eſt. B

** Videtur hic aliquid deeſſe.*

Illud tamen ſancti Gregorii Quarti, quo expreſsè Sacerdotes Sedi Apoſtolicæ adverſantes denotantur, non reticendum putamus; *Sit*, inquit, *ruina ſua dolore proſtratus, quicunque Apoſtolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter Sacerdotes habeat; ſed exterris à ſancto fiat miniſterio.*

Greg. IV. in Epiſt. ad univerſ. Epiſc. Tom. 3. Concil. fol. 539.

C Et poſt pauca. *Quia majoris excommunicationis dejectione eſt exigendus, cui ſancta Eccleſiæ commiſſa fuerit diſciplina, qui non ſolùm præfatæ ſanctæ Eccleſiæ juſſionibus parere debuit, ſed etiam aliis, ne præterirent, inſinuare.* Communiter autem omnibus timendum eſt, quod ipſe primus Apoſtolorum de primo ſuo Succeſſore loquitur. *Si quis*, ait, *nunc contriſtaverit Chriſtum, qui ei cathedram credidit, non recipiet; & ideo nec ipſe recipietur in regnum cælorum.* Dicant ergo, qui verba legis ad deſtruendam legem aſſumunt, ſi propter aliqua juramenta in illas prævaricationes recidendum ſit, quæ in veteri Teſtamento morte multantur, in novo autem, ſicut diſcipulus veritatis docet; à Chriſto & D à regno cœlorum ſeparant: Quicunque in iſtis ſe transgreſſuros jurejurando ſpoponderunt, nunc ſerò de juramenti cautela provident: Certiſſimè enim conſtat, quia ipſa hora, qua jurabant, quod non jurandum eſſe, ignorabant, polluerunt nomen Dei ſui, & aſſumpſerunt nomen Dei ſui in vanum.

Matth. 5.

Igitur cùm Apoſtolis à Domino dictum ſit; *Nolite omnino jurare*, nónne contra Dominum fuit, ut Epiſcopi, Apoſtolorum vicem tenentes, illum Epiſcopum, qui principis Apoſtolorum vicem tenet, abjurarent & proſcriberent? Audire ergò velimus è duobus contrariis, quorum alterutrum infirmari neceſſe ſit, utrum tamen Eccleſiæ magis eligendum ſit; an quod Prophetæ, quod Apoſtoli, quod ipſe denique Prophetarum & Apoſtolorum magiſter inſtituit, ſeu quod contra hæc omnia moderni Pontifices, imò ex Pontificibus, Palatini conjuratores effecti, noviter conflaverunt? Sed E ut de ſublimioribus Eccleſiæ documentis taceamus, utrum major reverentia debetur illis, CCC. X. & VIII. qui in urbe Nicæa, in nomine Domini congregati ſunt? an iſtis, qui * præterito anno Brixinæ convenerunt adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus? nam quod illi Spiritu ſancto, ùt credendum eſt, dictante in ſancta illa & nominatiſſima Synodo condiderunt; hoc ipſi abſque Synodali conventu in Curiæ tribunalibus abjuraverunt. Siquidem Nicæni Canones communione privatos, nullatenus abſque legitima examinatione, recipiendos docent.

** Scripta eſt e 20 1 ac Epiſtola à S. Gebhardo. Anno 1081. quia Pſeudoſynodus Brixinenſis habita eſt, Anno 1080. vide Baron. hoc Anno Tom. XI.*

Iſti autem à ſancta & Apoſtolica Sede excommunicatos non ſolùm ſine diſcuſſione receperunt, verùm & ad ignominiam & confuſionem totius Eccleſiaſticæ regionis, ex ipſis anathematizatis Apoſtolicum ſibi elegerunt, vel, ut verius fateamur, *Apoſtolicum* F illum nominantes Apoſtatæ Angelo configuraverant, quem etiam eidem Sedi, à qua damnatus eſt, eſſe impoſituros jurejurando polliciti ſunt, & nunc quidem, ut quod iniquè promiſerunt, crudeliter adimpleant, in ore gladii, in ſanguinis effuſione non modica, in ſacrilega bonorum beati Petri vaſtatione graſſantur.

G Sed nec Regni profligarionibus, nec Eccleſiarum deſtructionibus parcitur, dum illorum conjurario effectu non careat. Illi verò, quorum ad hæc perpetranda flagitia, cruento miniſterio utuntur, homines quidem litterarum expertes, ideóque ad ſeductionem ſuam creduli, ita novis illis de cavendo perjurio dogmatibus infecti ſunt, ut levius atque venialius putent, quorumlibet ſcelerum menſuram implere; quàm ſtultæ ac prævaricatoriæ promiſſionis ſuæ vota infringere; non attendentes, quòd & illa juramenta, quæ ex more fiunt, & legitima dicuntur, interdum propter varios rerum intercidentium eventus, gravioris reatus timore reſcinduntur, ſicut ſæpè milites à ſuis ſæpè famulis, ſive ſatellitium ſibi profeſſis juramenta, more uſitato, exigunt & accipiunt. H Qui ſi verſa vice promiſſores fidei ad exercenda latrocinia invitantur, vel ad tractandam principis, aut virorum Eccleſiaſticorum necem, ſeu ad infringendas ac ſpoliandas Eccleſias, ſeu ad raptum ſacratarum Deo virginum; nunquid non jam ſtultum eſſet, eos, qui invitantur ad utrorumque perniciem expetitam opem ferre, & ſub nomine fidelitatis, perfidiæ & crudelitatis opera implere? Sic etiam Epiſcopis, Ducibus, aliíſque in ſublimitate poſitis ab Eccleſia vel fiſci hominibus ſacramenta exhiberi ſolent. Qui ſi juxta legum conſtitutiones, ùt aliquando fit, à ſuis honoribus deſtituuntur, juratores ſui, cùm alios ſortiuntur dominos, ab anteriorum jurata fide & ſubjectione ſe

ſubtra-

A ſubtrahunt. Iſti quandoquidem non voluntariè, ſed compulſi juratoriam promiſſionem irritam faciunt, quid mirum, ſi ab aliquibus ligandi atque ſolvendi poteſtate præditis illius culpæ indulgentiam conſequantur, quam ex inopinata neceſſitate magis, quàm mala voluntate inciderunt? Sed novi dogmatiſtæ longè aliter judicantes, talium abſolutionum miniſtros, *ſubverſores atque perjuriorum perſuaſores*, nominant, ideóque eos ſuper cathedram Moyſi jam non ſedere

Levit. 19. aſtruunt; quia Moyſes dixit. *Non perjurabis.* Quòd ſi hæc literæ vetuſtas abſque nova ſpiritus diſcretione, immutabiliter tenenda eſt, poſſunt quidem dicere, & ipſum Moyſen, Moyſi cathedra deſcendiſſe. Ipſe enim qui

Exod. 20. dixit, *non perjurabis:* dixit etiam; *Non occides:* & tamen pòſt frequenter intulit: *qui hoc vel illud fecerit, occidatur.*

B Propter quas ſententiarum varietates, neque prædictarum culparum remiſſores Moyſi, nec Moyſes ipſe ſibi contrarius eſt: Sed diſpenſatoria ſacrarum inſtitutionum edicta, ad aliud & aliud relata, utrobique tamen veritati, & juſtitiæ conſona ſunt, & cauſarum ordini congrua. Ecce legislator propter hoc, legalem ſententiam immutat; ut à legis tranſgreſſione coërceat. E contrario novi legislatores, propter hoc legum tranſgreſſores facti ſunt, ut conjurationis ſuæ ſen-

C tentia non immutetur. Sunt autem ex ipſis Epiſcopis, qui non ſe cum aliis juramento obligatos fatentur, & tamen in eandem ſententiam votum voviſſe non negant; * cui illorum facto non aliud, quàm conſpirationis culpam parvi faciunt novimus. Si qui autem conſpirationis culpam parvi faciunt, Chalcedonienſis Concilii ſtatuta relegant, ubi inter juratores & conſpiratores, nullo diſcrimine habito, utrique pari cenſura plectuntur.

** Locus mendoſus: ſenſus eſt; Quos ſuo facto non aliud, quàm conſpirationis culpam parvi facere novimus.*

Concil. Chalced. Can. 18.

D Quandoquidem igitur hanc promiſſionem ſuam, cujuſcunque vocabuli ſit, tanta cautela cuſtodiunt, cum pace illorum inquirimus, quo ordine, qua ratione novum illud votum antiquiori præferant, quod in die ordinationis ſuæ voverunt, cùm ad ſummum ſacerdotium promovendi de fide & obedientia interrogarentur. Credimus enim memoriæ illorum non excidiſſe, quòd in ſacro illo Epiſcoporum & Cleri conventu ad promerendam promotionem ſuam beato Petro, ſuíſque Vicariis & Succeſſoribus fidem & ſubjectionem ſe ſervaturos promiſerunt: qui tamen nuper ad injuriam

In Conciliabulo Brixinenſi, Anno 1080. ejuſdem principis Apoſtolorum ſucceſſori ejus promiſſam fidem & ſubjectionem publica profeſſione abnegaverunt. Illud ex antiquorum ſanctorum Patrum auctoritate edocti fecerunt; in iſto autem, ſolam mundanæ poteſtatis voluntatem executi ſunt. Quomodo ergo hoc pluris faciunt, quod in cubiculo, ſive in Aula Regis inter Palatinos

E ſtrepitus conſpiraverunt; quàm illud, quod coram ſacro altari, ſanctíſque Sanctorum Reliquiis, ſub teſtimonio Chriſti, & Eccleſiæ profeſſi ſunt?

At fortaſſe ad ſuam defenſionem, noſtram verò exprobrationem illius juramenti, quod nobiſcum commune habent, neceſſitatem prætendent dicentes; ſe juratam fidelitatem infringere veritos, niſi regiæ voluntati morem gererent. Ad quod reſpondendo, de illis inhoneſtum aliquid eloqui non præſumimus. De nobis autem quotquot principi fidem juravimus, hoc verè & irrefragabiliter atteſtamur, quòd ſi noſtro conſilio animatus, noſtráque ope fretus, illud aggreſſus eſſet, unde tantum animæ periculum, tantum regni & regii honoris defectum incidiſſet, ſine dubio & ſacramenti violatores & fidei exiſteremus, & non tantùm Eccleſiaſticæ regionis, ſed & reipublicæ publici

F hoſtes adjudicaremur. Quamvis enim ſenior dignitate, ætate tamen juvenis fuit, cui hæc fidelis ſponſio facta eſt. Quapropter id potius fidei erat, quatenus provectiorum ætas juvenilis animi irrationabiles motiones magis mitigaret, quàm noxia aſſentatione incitaret. Hoc inquam, fidei eſſet, & officii; ſed ſub fidei ſpecie, nocitura perſolvere; contra fidem & officium eſt, ſicut ſanctus Ambroſius teſtatur in libro de officiis, ubi de Herodiani ſacramenti nefanda adimpletione tractat. *Quod æſtimatum eſt*, inquit, *fidei eſſe, amentia fuit.* Item in eodem libro de exhibendi officii diſcretione. *Officium eſt*, ait, *depoſitum ſervare & reddere. Sed interdum commutatio fit aut tempore aut neceſſitate, aut non ſit officium reddere, quod acceperis,* G *velut ſi quis contra patriam opem ferens barbaris pecuniam apertus hoſtis repoſcat, vel inſanienti gladium depoſitum non neges, quo ipſe ſe interimat, nónne ſolviſſe contra officium eſt?* Item. *Eſt etenim nonnunquam contra officium; Promiſſum ſolvere; ſacramenta cuſtodire ùt Herodes, qui juravit, & necem Joannis præſtitit, ne promiſſum negaret.*

S. Ambroſ. lib. 3. Offic. cap. 12.

Idem lib. 1. cap. 50.

S. Ambroſ. lib. 3. Offic. cap. 12.

H Item poſt aliqua. *Unuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat, nec fratrem cirumſcriptione verborum inducat, nihil promittat inhoneſtum. Ac ſi promiſerit, tolerabilius eſt, promiſſum non facere, quàm facere, quod turpe eſt. Sæpè*, inquit, *plerique ſe conſtringunt jurisjurandi Sacramento, & cùm ipſi cognoverint, promittendum non fuiſſe, Sacramenti tamen contemplatione faciunt, quod ſpoponderunt.* Et paulò pòſt: *Melius eſt, votum non ſolvere, quod ſibi is, cui promittitur, nolit exſolvi. Non ſemper promiſſa ſolvenda ſunt omnia. Denique ipſe Dominus, ſicut ſcriptura indicat, frequenter ſuam mutat ſententiam.*

Sanctus Iſidorus in libro Sententiarum. *Non eſt*, inquit, *ſervandum Sacramentum, quod malè & incautè promittitur, veluti ſi quiſpiam adultera cum ea permanendi fidem polliceatur,*

A *tolerabilius enim eſt non implere Sacramentum, quàm permanere in ſtupri flagitio.* Similiter in libro Soliloquiorum. *In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum. Quod incautè voviſti, ne facias; inſipiens eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur.* Sed & Venerabilis Beda in Explanatione Evangelica, quæ publicè quotannis in Eccleſia pronuntiatur in Decollatione ſancti Joannis Baptiſtæ. *Si fortè*, inquit, *aliquid nos incautè juráſſe contigerit, quod obſervatum pejorem vergat in exitum, conſilio illud ſalubriore mutandum noverimus.* Et paulò pòſt. *Non ſolùm in jurando, ſed in omni, quod agimus, hæc eſt moderatio ſolertiùs obſervanda, ut ſi talem fortè in lapſum, verſuti hoſtis inſidiis, incidimus, ex quo ſine contagio ſurgere non poſſimus, illum potiùs evadendi aditum petamus, in quo minimum periculi nos perpeſſuros eſſe cernimus.*

Extat hæc Homilia Tom. 7. operum Venerab. Bedæ.

B Mirandum igitur non eſt, Seniores, ſcripturarum peritos, cùm de juramentis verbum facerent, nihil de prædicta jurandi cautione attigiſſe, ſed hoc ſolummodo ad probandum ſuſcepiſſe, de quo nunquam quæſtio mota fuit. Nullus enim negat, ſed omnes æquè fatentur, perjurium malum eſſe. Ergo ſi malum eſt, imò quia malum eſt, caveant prudentes, ne ſic jurent, quatenus pejerare compellantur, hoc pro certo ſcientes, quia ſe ipſos malè & incautè jurando deſtruere poſſunt; legem autem Domini, & legem Patrum noſtrorum jurando deſtruere, Deo propitio, non poſſunt. Ecce in prælibatis Catholicorum Patrum ſententiis, ſatis demonſtratum eſt, quòd juramenta injuſtè promiſſa, & in majus periculum vergentia * cogimur, quia nihil iniquum juravimus.

** Mutare.*

C Sed dicitur nobis, fideli Principi juráſtis, cui, ſi fideles eſſe vultis, fidem Domino Apoſtolico & obedientiam abnegate, & abnegationem illam juramento vel ſcripto firmate, & ab excommunicatis à Sede Apoſtolica non abſtinete, & non abſtinendum docete: quod ſi non feceritis, velut infideles, regiæ ſententiæ ſubjacebitis. Dura propoſitio, & antiquæ illi quodam modo conformis, qua dicitur. *Si vis amicus eſſe Cæſaris, ſacrifica diis; quod ſi non feceris, punieris.* Si eam, quam jubemur fidelitatem Regi impendimus, non tantùm coram iſto rege ſed coram omnium Regum Rege perfidiæ reatum incurrimus; nam omnes divinarum legum ſpontè violatores, ſicut ſcriptura docet, D Apoſtatæ efficiuntur. Quomodo ergo ad apoſtaſiam & perfidiam, quaſi pro jurisjurandi religione conſtringimur; quia nihil, niſi fidem juráſſe dicimur: Mira res; fidem juravimus, & niſi perfidiam faciamus, perjuri dicimur & infideles. Nihil unquam juravimus, niſi quod ſalvo ordine noſtro fieri poſſet.

Videamus igitur, ſi ſacerdotalis vel ordinis, vel officii ſit, ad hoc, conſilium vel opem miniſtrare, ut Chriſtianus Princeps à E Chriſtiana lege homines cogat diſcedere, & diſcedere nolentes, publica animadverſione perſequatur, ut fugatis ſacerdotibus *Sanctuaria Dei*, quaſi *hæreditate poſſideat*, ut oblationes fidelium & patrimonia pauperum, ſuis ſuorúmque uſibus * incomparabiliter uſurpet, ut Neronis exemplo, Petrum & Paulum iterum in membris ſuis pati faciat, ut Simonem Magum rurſus contra Simonem Petrum excitet, ut intret in ſanctificationem cum ſuperbia, ubi uſque modò fideles, in corde contrito & humiliato, pro remiſſione peccatorum ſuorum nudis pedibus, in Eccleſiam * conſueverunt; ut loca ſanctorum ſanguine conſecrata famulorum ſancti Petri F cruenta ſtrage polluant. Numquid paſtoralis officii eſt, talibus actu vel conſilio participare? Numquid fidelitati competit, Regibus perſuadere, ut Chriſti tunicam & ſacerdotum ejus veſtimenta ſcindentes ſcindi à ſe regnum mercantur?

Pſal. 82.

** Irrecuperabiliter.*

** Introire.*

Sed hæc omnia novi Doctores fidelitati attribuunt, dicentes, ſe quidem beato Petro atque Sedi Apoſtolicæ devotos exiſtere; ſedenti autem ſuper Sedem illam inſolitas injurias meritò irrogari, qui in homines immeritos, Regem ſcilicet & Epiſcopos, tam inſolitam damnationis ſententiam promulgavit. Quibus reſpondendum eſt, quod etſi in illis Synodalibus judiciis diſtrictio manſuetudinem exceſſiſſet, ita ut Domnus Apoſtolicus plus ſolito, & non pro materia ſuper eos manum congravâſſet; decuerat tamen, orthodoxos Epiſcopos, Catholico principi * quatenus ſic injuriam ſuam ulciſceretur, ne divinam ultionem in ſe provocaret, ne Eccleſiæ regulas penitus confunderet, ne cædibus, incendiis, vaſtationibus id G ageret, quod Eccleſiaſticis diſcuſſionibus agendum erat.

** Suadere.*

Aliud, quod attendendum eſt, velimus attendere tam illos, quàm qui ab illis edocti ſunt, ut credant, hæc omnia licitè & impunè committenda, propter urgentem præcedentis injuriæ neceſſitatem, omnémque hujus diſcidii culpam ad inchoationis primordia referri. Audiant, inquam, quòd H etiamſi Chriſtianæ vel Eccleſiaſticæ religionis eſſet, talibus injuriis tales viciſſitudines rependere, certè nec hoc modo inexcuſabiles fieri poſſent; nam Apoſtolicæ animadverſionis, qua ſe injuriatos cauſantur, ipſi potiùs cauſa extiterunt, & unde ſe accenſos conqueruntur, hoc ipſi priùs incenderant, ideóque injurias non tam retulerunt, quàm intulerunt. Cùm enim primum ad initiandam hanc rem * Wormatiæ confluxiſſent, ubi omnis, quam patimur, calamitas exordium ſumpſit, nullam adhuc dominus Papa excommunicationis vel anathematis ſententiam deſtinavit, ſed ipſi, primitiæ diſcordiarum, ipſo ignorante & nihil minus putante,

** Habitum eſt hoc conciliabulum Anno 1076. vide Baron. Tom. XI.*

præla-

A prælationi ſuæ, ſuperba & repentina temeritate, abrenuntiaverunt. Initia dolorum hæc primùm. hoc fermentum totam Eccleſiæ maſſam corrupit. Quod ſi quis negat, facilè probari poteſt, ſi geſtæ rei & temporis ſeries recenſcatur. Conventus enim ille, de quo dicimus, inter Nativitatem dominicam & ſequentem Quadrageſimam conſtitutus eſt, ita diſtantibus ſpaciis, ut quæcunque gererentur, Romam Synodi tempore differri poſſent. Sed ante eandem Nativitatis Dominicæ feſtivitatem, cùm Rex natalitium diem Andreæ Apoſtoli Bapinberg celebrâſſet; tanta adhuc inter regnum & ſummum Sacerdotium concordia viguit, ut omne quod* ibi in deſtituto ejuſdem loci Epiſcopo, alióque ſubſtituto, actum eſt, totum juſſioni & obedientiæ Romani imputaretur Pontificis. Et ipſe quidem princeps hoc verbis, hoc literis à Sede Apoſtolica charitativè directis injunctum ſibi fuiſſe teſtatus eſt. Ecce manifeſta indicia huc uſque

Loquitur de Hermanno Epiſcopo Bambergenſi ob ſimoniam depoſito, & in locum ejus Ruperto ſubſtituto.

B permanentis concordiæ. Quid ergo tam citò intercidere potuit, ut ille, qui in proximo ante Nativitatem Domini tantæ in Eccleſia magnificentiæ fuit, ut ad nutum illius dignitatum mutationes fierent; idem paucis poſt Nativitatem diebus, inconventus, inauditus, totius etiam ignarus diſſenſionis, proſcriberetur? Ab illa enim die, qui tanti habitus eſt, ab eis, imò ab omnibus, nullam eorum legationem accepit uſque dum illa veniret, qua dictum eſt; *Deſcende, deſcende, interdicimus tibi omne jus Papatus*; aliáque hujusmodi.

C Dicant ergo hujus legationis compoſitores, qui conventui Wormatiæ habito intererant; ubi gratis à ſe jugum diſciplinæ projecerunt, ubi ſanctæ obedientiæ libellum repudii conſcripſerunt, ubi novam hanc mundo legem condiderunt, ut ſervus Principis ſummo Pontifici cathedram Epiſcopalem interdicendi jus habeat. Dicant ergo dicant, etſi non nobis, tamen Eccleſiæ juſtè adver-

D ſus eos proclamanti. Reſpondeant, quibus præcedentibus cauſis talia ex debito recompensârint? Si autem competentem rationem reddere non poſſunt, fateantur, neceſſe eſt, imò quia non poſſunt, novæ ſe confuſionis auctores, antiquæ pacis autem, & quietis perturbatores, legum divinarum & humanarum deſtructores; ſed utinam fateri mallent quàm tueri, quod perperam admiſſum eſt, & fatendo potiùs corrigere quàm defendendo multiplicare. Hæc faciat E Deus & hæc addat, ut quandoquidem cœptis ſuis omnia confuſa reſpondere conſpiciunt, tandem ad cor redeuntes non adjiciant, ut ſimilem principio finem faciant.

Finis Epiſtolæ S. Gebhardi.

ANNOTATIO AD PRÆDICTAM EPISTOLAM.

SChiſmatici olim, præſertim Guibertini, F ſub Henrico IV. valdè inſultabant orthodoxis, quaſi perjuris, quòd ſe ab Henrici Regis per Sedem Apoſtolicam non tantùm excommunicati, ſed etiam à Regno, omnique Regia poteſtate depoſiti, obedientia ſubtraherent, ac ſejungerent; ùt videre eſt cùm apud alios ſchiſmaticos ſcriptores, tum in Decreto quodam Guiberti Pſeudopapæ, ad univerſam ſchiſmaticorum colluviem miſſo, ex Conciliabulo quodam Romæ in Eccleſia S. Petri abominabiliter coacto (cùm Guibertus Romana in urbe omnia ſacrilegiis ſuis profanaret & inceſtaret;) ubi térque quatérque perjurus Guibertus ita ſcribit, prout in Codice calamo exarato reperimus. *Ibi namque de perjuriis, quæ ipſi ad periculum Imperialis dignitatis fieri hortantur, non parvus* G *clamor exoritur. Et quia negotium illud radix & origo cæterorum flagitiorum videbatur, placuit de eo primùm tractari debere, & quàm peſſima & periculoſa ſit hujuſmodi adhortatio, oſtendi. Unde in Imperatorem excommunicationem promulgatam neceſſariis documentis improbavimus, quia illius ex occaſione perjuriorum & omnium aſſertionum ſuarum vires contraxiſſe videbantur.* Hæc & plura hujus farinæ execrandus Guibertus in illo ſuo Decreto.

Quam criminationem S. Gebhardus ſua in H Epiſtola eò fuſiùs & accuratiùs confutat & profligat, quò à ſchiſmaticis frequentiùs ingerebatur & inculcabatur. Quæ & hodie in recentium Guibertinorum, hoc eſt, Lutheriſtarum & Calviniſtarum animis renovata eſt; qui receptiſſimam in Eccleſia Catholica doctrinam de Poteſtate ſummi Pontificis in pernicioſos Reges ac Principes omnium perjuriorum originem appellitant, homines fœdifragis perjuriis (quod præcipuè de Calviniſtis dictum ſit) à planta pedis uſque ad verticem capitis immerſi. Quos proinde Gebhardus æquè ac priſcos illos perjuros Guibertinos refellit.

VITA ET RES GESTÆ
S. ALTMANNI
EPISCOPI PASSAVIENSIS,
IN QUIBUS
PRÆCLARA
DE
GREGORIO VII.
PONTIFICE MAXIMO,
LECTOR INVENIET.
NUNC
Primùm ex Manuſcripto Codice exſcriptæ, & in lucem prolatæ.

LECTORI.

EPiſtolæ S. GEBHARDI viſum eſt ſubjungere vitam S. ALTMANNI Epiſcopi Paſſavienſis, tum ut quos viventes in terris amor ab ineunte ætate, & defenſio Sedis Apoſtolicæ arctiſſimo nexu copulaverat; ſcriptorum monumenta non diſiungerent; tum quia Gregorii VII. Pontif. honorifica mentio in hac Hiſtoria exſtat, ſub cujus vexillo maluit Altmannus militare, quàm in ſchiſmaticorum caſtris ſtipendia facere: cui Bertoldus Conſtantienſis in Chronico Anno M XCI. hunc Panegyricum dixit: *Altmannus ſanctæ recordationis Patavienſis Epiſcopus, in cauſa S. Petri, & in Eccleſiaſtica religione ſtudioſiſſimus, poſt multa pericula, tribulationes & exilia, quæ pro Chriſto ſuſtinuit, in ſenectute bona migravit ad Dominum VI. Idus Auguſti. Hic in Epiſcopatu ſuo tria Cœnobia Clericorum, juxta Regulam S. Auguſtini communiter viventium inſtituit, & tertium in Friſingenſi Epiſcopatu, in allodio Welphonis Ducis per clericos ſuos ædificavit, & regularibus diſciplinis inſtituit. Hic fuit tantæ ſanctitatis, continentiæ & religionis, ut Reverendiſſimo Papæ Gregorio, ſanctóque * Lucenſi* ** Anſelmo.* *Epiſcopo, imò omnibus religioſis reverendus eſſet & amabilis: ſchiſmaticis verò & ſceleratis odioſus & formidabilis. Unde, in obitu ſuo, bonis magnum mœrorem, malis verò magnam reliquit exultationem.*

Nomen Auctoris, qui hanc vitam conſcripſit, non exprimitur. Ætatem ejus colligere licet ex hiſce ejus verbis: *Sanctus verò Præſul, annuente pio Principe Marchione Luipoldo, hujus Luipoldi, qui hodie principatur, avo, &c.* Prior eſt Luipoldus ſeu Leopoldus hoc nomine Quartus, qui obiit Anno M XCVI. vel, ùt habet Bertoldus M XCV. Luipoldus autem alter, ſub quo Auctor vixit, eſt Luipoldus Sextus, (Filius S. Luipoldi Quinti, & Nepos Quarti,) qui Marchionatum iniit, Anno M. C. XXXVI. ùt eſt in Chronica Auſtrali, quam Freherus publicavit. Aliter tamen Lazius.

INCI-

INCIPIT PROLOGUS IN VITAM S. ALTMANNI, EPISCOPI.

A CОnditor ac gubernator rerum univerſarum, de quo ſcriptura teſtatur; Job. 9. *quod præcipit ſoli, & non oritur, & claudit ſtellas quaſi ſub ſignaculo*; ipſe ad temperandam hujus noctis caliginem, quæ noſtris temporibus profundior inhorruit, ea luminaria, quæ poſuit in firmamento, ut luceant ſuper terram, nonnunquam clariùs effulgere; & quæ dudum ſibi tantùm interluxerunt cum jocunditate; etiam hominibus clementer facit innoteſcere.

B Inter quæ ego non immeritò numerârim B. ALTMANNUM Patavienſis Eccleſiæ venerandum Antiſtitem: qui poſt occaſum hujus mortalis vitæ inter ſidera cœli collocatus, tam crebrò nobis deſuper novo micat ſplendore; videlicet in virtutibus & ſignis, quæ per eum operatur mirabilis in ſanctis ſuis Deus: ut non incongruè ad Job. 11. eum B. Job dixiſſe judicem; *cùm te conſumptum putaveris, orieris ut lucifer*. Ad ejus enim merita declaranda fugiunt dæmones, Paralytici curantur, illuminantur cæci, contracti reſtituuntur; & variarum pelluntur C damna incommoditatum. Eriſne ergò præſens ætas adeò cæca, ut tanti luminis claritas, quo Deus illuſtrat & mirificat ſanctum ſuum, ingratos oculos tuos non perſtringat? Non conterreat? Dixerit hucúſ-Pſal. 77. que; *O generatio prava & exaſperans, ſigna noſtra non vidimus, jam non eſt Propheta*. En, qui facit nobiſcum ſignum in bonum, & conſolatur nos per merita famuli ſui, Eccleſ. 36. *innovat ſigna & immutat mirabilia uſque ad diem hanc*. Ergóne dubitabis de viro hoc, ô incredule, quòd ipſe non introierit in potentias Domini: qui tam potenter adeſſe non tardat ſupplicibus ſuis? Non quidem audis vocem, umbram non vides; manum non ſentis, ùt quondam in Apoſtolis ægri audiebant, videbant, & ſentiebant: & tamen ſentis beneficia; & ad invocationem ejus priſtina gaudes incolumitate.

D Crede igitur apud Deum vivere, & apud eum plurimum poſſe; quem tibi tua ſanitas probat etiam inviſibiliter affuiſſe. Proinde, crede ſanctum, prædica probatum, qui jam non ſe, ſed quem Deus commendat; qui jam non de ſe ipſo teſtimonium dicit, ſed cui dant teſtimonium tres, qui ſunt in cœlo, Pater, & Filius, & Spiritus 4. Reg. 7. ſanctus. Itaque ſi leproſi, qui habitabant in porta Samariæ, ſemetipſos arguunt, ſi diem boni nuncii taceant civitati? multò magis nos arguendi, & incredulitatis atque ingratitudinis peccato erimus notandi: ſi Eccleſiæ Dei tantas Dei laudes, tanta hu- E jus Sancti præconia, tantum apud nos repoſitum theſaurum invideamus, vel abſcondamus.

Conabor quamobrem veſtris victus & adjutus precibus Reverendi Domini & Fratres, ſcribere aliquid de vita & miraculis tanti Pontificis; *non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis*, 1. Cor. 2. quæ mihi nulla eſt; & quam ego cum Apoſtolo ſtultitiam novi ſore apud Deum; ſed ſermone ſimplici & pio proponam lectori, quidquid ex antiquioribus quibuſdam ſcriptis, recentíque memoria vos filii veritatis indicaveritis & adſtruxeritis. Scribere autem quæ ad rem non pertinent, & amplificandi cauſa à narratione longiùs digredi, nec vos petitis, nec ego ſpondeo. Spondeo verò ſi quid in his ſcri- F ptis corrigendum, mutandum, aut tollendum æſtimaveritis, id æquum mihi non turbare animum, quippe qui nec amicis, quorum oculi non ſunt columbarum, ſed aquilarum, hæc carpenda nego; pro quibus nullam quæro gloriam, ſed tantùm vobis debitam exhibere obedientiam, & ejus, de quo ſcribimus, apud Deum interceſſionem & miſericordiam.

Explicit Prologus.

INCIPIT VITA S. ALTMANNI PATAVIENSIS EPISCOPI.

BEatus igitur ALTMANNUS de gen- G te Saxonum oriundus; nihil tamen ferum, aut ſaxeum ab illa didicerat natione; ſed tanquam gemma precioſiſſima, quæ ex auro fulgentior nitet; ſic ille claris parentibus in omni bonitate, & honeſtate clarior effulſit. Qui liberalibus traditus ſtudiis, eo intus aſpirante & docente, *qui docet hominem ſcientiam*, tam divinis, Pſal. 93. quàm Philoſophicis elegantiſſimè inſtitutus 1. Cor. 8. eſt diſciplinis. Et licèt nonnullos ſcientia hæc inflet; hunc tamen virum illa non in- H flabat, ſed ornabat, ſed commendabat. Longè fuit & alter ab his, qui plus ſapiunt, quàm oportet ſapere; faſtu ſcientiæ ſuæ ſpernunt ſimplices, & conculcant humiles. Aliòqui niſi humilibus aſſenſiſſet, & nequaquam Rom. 11. alta ſapuiſſet; quomodo intrâſſet in eum Spiritus ſanctus? ille, qui ſacrarum ſcientiarum Dominus eſt; cùm non requieſcat, niſi *ſuper humilem & quietum, & trementem verba ſua?* Iſa. 66. Unde etiam ſecundùm ejus ſententiam qui dixit, quod *humilem ſpiritum * ſequitur gloria*, Prov. 29. dignus habitus eſt exaltari, qui tam prudenter apud ſe didicerat humiliari. * ſuſcipiet, fortè.

A

In Eccleſia, quæ dicitur Paderbrunne, non ſolùm Canonicus, verùm etiam ad regimen ſcholarum delectus, & multis annis adſtrictus eſt. Creſcente verò tanti viri fama, conſequenter erevit & gloria. Quare in illa nobili Eccleſia Aquiſgrani, quæ longè jam antiquitate, ſede Teutonici decoratur regni, Canonicorum Præpoſitus meruit ſublimari. Eo quoque in tempore in palatio Heinrici Tertii Imperatoris, in rebus agendis fidelis & prudens inventus eſt. Puto quòd tunc experiebatur Deus in famulo ſuo, an dignus futurus eſſet, cui, quod majus erat, crederetur; ſi in eo, quod mini-

B

mum eſt, fidelem comprobâſſet. Defuncto itaque Imperatore, in ipſo tamen probata fidelitas defuncta non eſt, quam infatigabiliter ſervavit Agneti Imperatrici inter turbines caſuum diverſorum, quibus tunc miſerabiliter confundebatur regnum & ſacerdotium.

Inſtituta eſt hæc peregrinatio Anno 1064. Duce Sigefrido Archi-Epiſc. Moguntino. Ea tempeſtate nonnulli nobilium, amore ac deſiderio Hieruſalem cœleſtis, quæ surſum eſt, & quæ libera eſt, & eſt mater noſtra; hanc terrenam Hieruſalem, in qua Redemptor humani generis opus ſalutis noſtræ, quod dedit ei Pater, ut faceret, *Joan. 4.* miſericorditer conſummavit, aggreſſi ſunt *Matth. 28.* inviſere, & exemplo ſanctarum mulierum, quæ quondam venerunt cum aromatibus, etiam ipſi cum odoramentis votorum ac precum ſuarum, locum adire, & videre, in quo poſi-

C

tus erat Dominus. Quis opinari audeat diverſarum civitatum Pontifices, viros prudentia, ac nobilitate inſignes, ſummos honores, patriam, cognatos, divitiáſque contempſiſſe pro quadam vulgari opinione, quaſi dies extremi inſtaret judicii; eò quòd Paſcha illo in anno celebrandum occurriſſet VI. Kal. April. quo videlicet inſcribitur Reſurrectio Chriſti? Ego magis putaverim pia devotione permotos, aut crebreſcentibus undique malis conturbatos laborem hujus peregrinationis arripuiſſe: & quod decebat ſapientes & religioſos, dies malos potiùs inſumere

D

voluiſſe in reddendis votis Domino Deo ſuo, quàm ſine fructu omni in talium temporum periculo converſari. Fuerunt in hac multitudine viri præcipui; Sifridus Mogontienſis Archiepiſcopus, & Guntherus Babenhergenſis Epiſcopus, & cum eis viri nomi- *vide Baron. Tom. XI. Anno 1064.* nati tam Clerici, quàm Laici. His quoque S. ALTMANNUS cum pluribus honoratis de Palatio comes adjunctus eſt.

Igitur ingreſſi iter propoſitum inciderunt in latrones. Inimici namque Crucis Chriſti, eorum cooperatores & ſocii; de quibus *Pſal. 139.* David conqueritur; *in via hac, quâ ambulabam, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi;* *Ex 7. millibus vix duo millia rediiſſe dicuntur.* inſidiis eos circumvenientes complures eorum deſpoliaverunt, vulneraverunt & peremerunt. *Luc. 10.* Docemur certè hic non modò deſcendentes ab Hieruſalem in Jericho periculâ pati latronum, verùm, nihilo minus aſcen-

E

dentes ab Jericho, id eſt, ab hoc mundo in Hieruſalem non ſolùm inviſibilium, ſed etiam viſibilium inſidias ſuſtinere inimicorum. Utrorumque inſidias & laqueos conſiderans ſanctus confitetur, & dicit: *Oculi mei ſemper ad Dominum; quonim ipſe evellet de laqueo pedes meos.* *Pſal. 24.* Et iterum de Domino dicit: *Ipſe liberavit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero.* *Pſal. 90.* At viri virtutis, quorum erat in timore Domini fiducia fortitudinis, rebus adverſis fortiores, per damna & ludibria, atque verbera, quibus eos crudeliter & multipliciter affecit ſæva barbaries, tandem Hieroſolymam pervenerunt; ubi reddentes Deo vota, quæ diſtinxerant labia ſua, & viſitatis debita veneratione locis, in quibus Dominus & Salvator noſter *in terra viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt*, *Bar. 3.* & præcipuè loco paſſionis ejus & Reſurrectionis, atque in cœlos Aſcenſionis: quia non ha-

F

bebant ibi manentem civitatem, ſed futuram inquirebant patriam, quam liquerant, reviſere, & exinde ad patriam cœleſtem tranſmigrare communibus votis optaverunt. In Pannoniam verò pervenientes, cùm in Caſtro, quod noſtra lingua Wizzeburch appellatur, *Albaregalis.* demorarentur; Guntherus venerabilis Epiſcopus de hoc ſæculo migravit ad Dominum; auditurus, ùt ſperamus illud: *Euge ſerve bone*, qui pro apportato & multiplicato talento vocatur intus in gaudium Domini ſui. Defungitur eodem tempore etiam Egelbertus Patavienſis Epiſcopus, illis admiſtus in cœlis, quorum dignitate adornatus eſt in terris.

G

Poſt cujus exceſſum, collato invicem conſilio, favente Agnete Imperatrice, nec minus regni optimatibus, omnium pari conniventia, Beatus ALTMANNUS, in locum defuncti, in Patavienſi ſede, Epiſcopus denominatus eſt. Applaudit Clerus, populus congaudet, & nemine diſſentiente, hunc Pontificalibus infulis digniſſimum approbant; quem decus generis, vitæ ſanctitas, ſanitas doctrinæ, & teſtimonium commendaret famæ inviolatæ. Mittuntur proinde in obviam viri honorati, qui virgam paſtoralem & annulum Pontificalem electo in Pannoniam deferant, ac talibus inſignibus, quid de eo ſuperna ordinaverit diſpoſitio, fideliter atteſtentur.

H

Vocatus ergò à Deo tanquam Aaron, non *Heb. 5.* ipſe ſibi ſumens honorem, nec inſtar multorum fugientem inſequens, aut reclamantem obſequiis deliniens, ab ovibus ſibi commendatis cum maximo tripudio exceptus; & poſt modicum à Reverendo Archi-Epiſcopo Gebehardo * debita benedictione ** Salisburgenſi.* conſecratus, à ſpiritu teſtimonium reddente ſpiritui noſtro, quia filii Dei ſumus teſtimonium accepit, quòd verè ſit ipſe filius, cui *Rom. 8.* S. Pater efficaciter imprecatus eſt dicens:

Quà

A *Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.* Gen. 27. Directus eſt in eo ab illo die, & deinceps ſpiritus Domini. Jam exhinc totus ſuccenditur in amorem Dei; & illius refectus viſione, minus de reliquo reſpexit in vanitates & inſanias falſas; conſtans in jejuniis, in vigiliis perſeverans; creber in orationibus laborabat per ſingulas noctes in gemitu ſuo, & lacrymis ſtratum ſuum rigabat. Abſcondebat eleemoſynas in ſinu pauperum, ut ipſa oraret pro eo, cùm ille orare minus potuiſſet. Et hæc quidem agebat in abſcondito, ut Pater ſuus, qui videt in abſcondito, redderet ei. Pſal. 4. Pſal. 6. Matt. 5.

B Sed quoniam acceperat ab Apoſtolo, providere ſe debere bona non ſolùm coram Deo, verùm etiam coram omnibus hominibus; quod à primæva ætate decretum ſibi fuerat, optimis foris ornabatur moribus, quales idem docere videtur Apoſtolus, cùm ſive Timotheum, ſive Titum inſtruit dicens: *Oportet autem Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, ſobrium, prudentem, pudicum, hoſpitalem, benignum, modeſtum, & amplectentem eum, qui ſecundùm ſanam doctrinam eſt fidelem ſermonem.* Et tamen in omnibus his ad exemplum B. Job, *non vidit ſolem cùm fulgeret deſuper, nec lunam incedentem clarè*: Quia, ut B. Gregorii verbis utar; *Cùm opus ſuum etiam aliis exemplorum lucem tribueret, ad præſumptionis gloriam vir ſanctus illud non attendit; ſed, dum pro eo extolli timuit, ab intuendo eo, oculos mentis avertit. Nam, ſicut luna illuſtrationem à radio ſolis accipit; ita fama à bono opere vires & favoris gratiam, quaſi claritatem luminis* C *aſpergit.* Sanctus ergo vir, quem nec opus manifeſtum, nec fama laudabilis extulit, nec ſolem fulgentem deſuper, vel lunam incedentem clarè vidit. Rom. 12. 1. Tim. 3. Tit. 1. Job. 31.

Porrò cùm nemo accendat Lucernam, & ponat eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt, placuit inviſibili & ſoli Deo, qui lucem habitat inacceſſibilem, lucernam hanc, quam ipſe Pater luminum accenderat, ut luceret coram hominibus, & viderent opera ejus bona, & glorificarent DEum ſuo teſtimonio his, qui tantùm vident in facie, & cor intueri nequeunt, amplius, quàm innotuerat innoteſcere, & manifeſtare; manifeſtare autem ſic. Matt. 5. Ibid.

D Erat in civitate Pataevienſi femina quædam, cujus filia unica, plaga lepræ percuſſa eſt. Cui ſæpius oranti & ſalutem filiæ à Domino ſuppliciter poſtulanti, revelatum eſt in ſomnis, ſi de ablutione manuum B. ALTMANNI poſt Sacramenta Miſſarum filiam perungeret, priſtinæ ſanitati redderetur. Quod dum illa fideliter feciſſet, ſanata eſt filia ejus ex illa hora. Quid minus habere videtur ſanctus iſte ab illo magno Propheta Eliſæo; qui lepram Naaman Syri curandam docuit in Jordane? Ille ſepties ſanandum juſſit lavari, hæc ſemel lota, ſecundò lavari non eguit: quia ſanitatem illicò ſenſit, quam optavit. 4. Reg. 5. E

Nec hoc ſolo miraculo Dominus declaravit, cujus apud eum meriti dilectus famulus ſuus fuerit; quin etiam per antecedentes Prophetias jam dudum præſignaverat, quid poſt plures annos futurus erat. In annis enim adoleſcentiæ conſtituto, cùm ſimul eſſent, ipſe, & Gebhardus, cujus ſuprà meminimus, & * Albero poſtmodum Wirzeburgenſis Epiſcopus, accidit, ut ſuper marginem fontis alicujus panem comeſturi conſediſſent. Inter mutua colloquia, quibus pauperem menſam condiebant, meliora de ſe ſperare, & quodam occulto, ac præſago ſpiritu prædicere adorti ſunt. Atque Gebhardus; Ego in Salzpurgenſi Eccleſia Epiſcopus futurus ſum. Albero verò; Et ego, inquit, in Wirzpurgenſi Cathedra præſidebo. At ALTMANNUS; Et ego Pataevienſem ſedem Epiſcopus gubernabo. Vaticinium hoc rerum probavit eventus: ſinguli namque in Eccleſiis, quas ſibi delegerant, ſublimati; ne infructuoſæ arbores ab ipſo, qui plantaverat eos in domo ſua invenirentur; reddiderunt fructum temporibus ſuis; ſingula quippe monaſteria in ſuis conſtituerunt Epiſcopiis, & ſepultura ſua illuſtraverunt. Gebhardus namque in Admontenſi: Albero verò, in Lambacenſi: ALTMANNUS in Kotvvicenſi monaſterio requieſcit in Domino. Corpora quidem illorum illic in pace ſepulta ſunt; ſed vivent nomina eorum in æternum. Quomodo non vivent, quæ in libro vitæ adſcripta tenentur: cùm verè ex illis fuerint, quibus Dominus repromittit; *Et non delebo*, inquiens, *nomina eorum de libro vitæ?* Sunt, qui vocant nomina ſua in terris ſuis, nec tamen cognoſcuntur ex nomine; quia deleti ſunt de libro viventium, & cum juſtis nequaquam conſcribuntur. Unde & diſtrictus judex dicturus eſt eis in illa tremenda ſeparatione bonorum & malorum: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum;* quia non novi vos. Horum ſecundùm ſanctum David perit memoria cum ſonitu: aut, ſi qua eſt, hæc non in benedictione, ſed in maledictione eſt. Nunquid enim parum erat illis, moleſtos eſſe hominibus; quia moleſti erant & Deo; ſicut de ſimilibus eorum teſtatus eſt Iſaias? Et ideò longè eſt ab eis; quod de dilecto Deo & hominibus dicitur, cujus memoria in benedictione eſt. *Adelbero. Vide vitam S. Gebhardi Tom. II. & VI. Antiq. Lect. F Eccleſ. 44. G Matt. 25. Pſal. 9. Iſa. 7.

Attendite quæſo Pontifices ſæculi noſtri, quæ vobis memoria ſuccedat; non de conſtructione Eccleſiarum, ſed Caſtellorum, quæ vos in excelſis & præruptis montibus, pauperum ſudore, & viduarum minutis inſtauratis. Ad quid autem, niſi ut abinde pellantur homines; non dæmones inibi vincti H

A vincti gemant in ergaſtulis, deficiant in ſuppliciis, ut ibi peccatores non convertantur, ſed puniantur: puniantur non ad peccatorum veniam; ſed ad veſtræ injuriæ vindictam. Vos ſancti Domini, miniſtri Dei noſtri, de quibus nobis ſermo eſt, ſaniore conſilio inſtruxiſtis monaſteria de oblationibus fidelium, & rebus Eccleſiarum, unde abiguntur dæmones, & ubi recipiuntur pauperes, convertuntur peccatores, & ſanctæ ſimplicitatis, ac beatæ paupertatis religio conſervatur. Ubi die ac nocte non tacebunt laudare nomen Domini: quos à ſolis ortu & occaſu, ab Aquilone & mari, ex omnibus populis & linguis, ex omni ætate & conditione, ſexu & natione congregavit ad glorificandum ſe: qui de ſervientibus ſibi omnibus facit cor unum & animam unam. Et vos licèt ſomno veſtro requieſcatis, ùt ſemper optâſtis; & requieſcatis à laboribus veſtris: haud tamen crediderim ſpiritus veſtros deeſſe locis, quæ viventes tanta de-B votione conſtruxiſtis & dilexiſtis. Credo vos adeſſe cunctis illic degentibus, aſtare videlicet orantibus, ſuccurrere laborantibus, lapſos allevare, & vota ſingulorum in conſpectu divinæ majeſtatis promovere. Putaverim vos cum Domino de cœlo proſpicere, ut videatis, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum; & ſi quem inveneritis ſegniùs agentem; & mentiri Deo in votis ſuis, & claudicare à ſemitis Domini; reos vos illicò cum Angelis pacis amarè flere, & querelam gemitus coram facie Domini pro eo, vel contra eum, qui ejuſmodi eſt, medullitus deponere.

C Attendendum quapropter eſt fratres & Domini, qua diſciplina, reverentiáve vobis converſandum ſit, inter quos, cum ſanctis Angelis iſti Patres, & patroni veſtri adſunt, diſcurrunt, & veſtræ ſaluti indeſinenter invigilant, ne quid irreligioſum, vel indecens, vel incorrectum reperiatur, quod eos contriſtet, aut elonget.

Sed redeundum jam ad narrationem eſt. Non enim Doctoris apud vos vicem gero, ſed narratoris, earum tantùm rerum, quas vos ſcriptis docueratis, aut voce viva.

D Itaque beatus Dei famulus quotidie cum Propheta adjiciens ad laudem Domini opera Dei, non ſuis meritis, ſed divinæ attribuit *Pſal. 113.* miſericordiæ dicens cum Pſalmiſta: *Non nobis Domine, non nobis; ſed nomini tuo da glo-* *1. Cor. 15.* *riam.* Et cum Apoſtolo: *Gratia Dei ſum id, quod ſum.* Ut autem non fallaciter ſubſequeretur; *& gratia ejus in me vacua non fuit:* ædificavit vir ſanctus in ſuburbio Patavienſi, in honore S. Nicolai Eccleſiam ſuper littus Oeni fluminis, pluribus eam ditans rebus & poſſeſſionibus. Præfecit autem illic Hartmannum Præpoſitum, virum ſapientia & facundia commendabilem, qui Rudolpho Regi chariſſimus, etiam Urbano Papæ ſuíſque ſucceſſoribus notiſſimus fuit. Hic, E ut religioſus erat; ipſe ſic religioſos Clericos & Laicos undecunque colligens, communem eos vitam ducere ſub regula S. Auguſtini verbis & exemplis diligenter inſtituit.

His ita peractis indefeſſus Chriſti miniſter manum ſuam miſit ad fortiora, verè fortiora. Quia longè plus affert difficultatis ac laboris radicatas & inveteratas evellere pravitates, quàm bonas à primordio inſerere diſciplinas. Ergo, quia nomen ipſum Epiſcopi, Eccleſiæ Dei eum ſuperintendere admonebat, conſideravit agrum & vineam, quam ſibi locaverat Dominus; & *ecce totum* *Proverb. 24.* *repleverant urticæ, & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat.* Sed quas putas quidem ego dicam urticas & ſpinas? Utique in corde negligentium prurientia terrena deſideria, & punctiones vitiorum. Et quam maceriam? certè diſciplinam Patrum, quæ in corde pravorum F lapſa jacebat. Unde totum hoc? Quia *dormiebant homines, & venit inimicus homo, &* *Matt. 13.* *ſuperſeminavit zizania in agro*, quem Paterfamilias optimus optimo ſeverat ſemine. Homines Prælatos Eccleſiarum accipe, quorum torpor & ſomnolentia inimico homini, id eſt, diabolo fiduciam præſtat, & locum ſeminandi in agro Domini ſemen ſuum. Ager autem univerſalis eſt mundus. Sed ad eum non nobis eſt ſermo. Agrum, vel vineam quodlibet intelligo monaſterium: agros plures vel vineas, plura monaſteria. In his vitia invaleſcentia lætam tunc temporis ſtrangulabant frugem, ſanctam dico religionem. In his vitis vera converſa fuerat in amaritudinem, *Ego ſum*, ait Chriſtus, *vitis vera.* Iſte *Joan. 15.* G dulcis & rectus Dominus, nónne convertitur in amaritudinem ei, qui horret, quæ ſunt recta, quæ ſancta, quæ pudica, quæ bonæ famæ, quæ virtutis, quæ diſtrictionis? Nónne amarum judicat Chriſtum, qui renuit guſtare & videre, quàm ſuavis ſit ille?

Sic ſe habente agro, vel vinea Domini, non credes, virum Domini ab imo pectore ingemuiſſe ad Dominum & dixiſſe; *ut quid operatur agricola? deſtruxiſti maceriam ejus,* *Pſal. 79.* *& vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam? Exterminavit eam aper de ſylva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Deus virtutum convertere; reſpice de cælo*, & veni, & viſita vineam iſtam. Dicit verò inimicus H tuus: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pa-* *Matt. 15.* *ter meus cæleſtis, eradicabitur.* En quanta ſubcreverunt, quæ tu non plantâſti, ô Pater? Num, quia conſtituiſti me, ut evellam, & deſtruam, & diſſipem, & diſperdam? Ag- *Hierem. 1.* grediar ſpinas iſtas ſe invicem complectentes. Una enim adhæret uni, ut ne ſpiraculum tranſeat per eas. An quia tu dicis no- *Matt. 13.* bis ſervis tuis, ut ſinamus utraque creſcere uſque ad meſſem: rem tam arduam, támque difficilem diſſimulabo? Siquidem non ignoro,

A ignoro, Eccleſiaſte docente; quòd *qui transfert lapides*, [Ecclef. 10.] graves ſcilicet ac duros pravorum mores, *affligetur in eis. Et, qui ſcindit ligna*, id eſt, pertinacium corda, *vulnerabitur ab eis.* Ergò, ſi concedis, creſcant utraque. Sed quid agemus, qui ſpinas creſcere cernimus, & triticum ſuffocari? Solicitus quidem es, [Matt. 13.] ne fortè, colligentes zizania, eradicemus ſimul & triticum. Sed non eſt labor in diſcernendo, triticum ſit, an zizania? manifeſta ſunt ſcandala hæc. Non egent accuſatore; etiam ſine teſte conſtant. Publica fama; B imò, infamia clamat. Nónne hic clamor jam aſcendit ad te? Ego tuus qualiſcunque Vicarius deſcendi ad eos, & video, quòd ſic cuncta opere compleverunt. Non invenio illic ſaltem Decalogum præceptorum tuorum, cujus reſpectu parcere debeam, qui parcere mallem. Tuo igitur fretus auxilio, [Rom. 11.] & Apoſtoli tui conſilio, auferam malum de domibus tuis, quas decet ſanctitudo. Et ſi quid ex boc triſtius occurrerit, verbis Doctoris tui conſolabor, qui ait: [1. Cor. 7.] *Infidelis ſi diſcedit, diſcedat.*

Igitur peſtilentes quoſque, & corruptos, & abominabiles ſactos in ſtudiis ſuis, de ſanctis locis undique proturbat: providens vice illorum religioſos tam Prælatos, quàm C diſcipulos. Inde, jam reflorere religio; inde ſuavè redolens redire ſanctitatis opinio; Inde reverentia exhiberi ſervis Chriſti. Hoc tam ſelici auſu ſoliciti cultoris, innovata ſunt novalia Cœnobiorum, & ſeges fœcundior ſurrexit. quoniam infructuoſum fuiſſet, ſerere ſuper ſpinas. Hinc jam domus ſancti Floriani Martyris fructificavit ſuavitatem odoris, & flores ejus fructus bonoris & honeſtatis. Sic Cœnobium ſancti Hippolyti ſcholarum ſtudiis uſque nunc inſigne. Sic monaſterium ſancti Agapiti Martyris in Chremiſmünſter, quia Dominus dedit benignitatem; dederunt & ipſa fructum ſuum.

D Quemadmodum verò de Abraham ſcriptum eſt, quòd *erat vadens, & ultra progrediens ad meridiem.* [Gen. 12.] Sic & in ſancto hoc viro videre fuit; eò quòd & ipſe filius eſſet Abrahæ. Non ſuffecit novum Cœnobium inſtituiſſe; inſtituta correxiſſe; adhuc progreditur ad opus excelſum, in monte excelſo conſtruere, videlicet baſilicam magnificam ſanctæ Dei genitrici, ac ſemper Virgini MARIÆ. Nam cùm quadam die in Villa, quæ MOUTARN dicitur, reſideret, attendit eminus montem vicinis montibus non contiguum, quem vulgus KOTWICH appellabat. Viſus eſt mons ille amœnus, & ad habitandum ſatis idoneus. Cujus qualitatem cùm ab incolis didiciſſet, mulam ſuam repentè ſterni jubet, & multa turba comitatus, ſtricto quodam & prærupto calle montem aſcendit, ſuo inſtruens aſcenſu; quòd tantùm per arduas & anguſtas ſemitas mandatorum DEI de terris itur ad aſtra.

E Luſtrato itaque monte toto, dum cerneret ſpatioſum, & ad conſtruendum monaſterium aptiſſimum, fixo ſtatim tentorio, ſilvam, quæ condenſa illic ſuccreverat, ſuccidi, & Oratorium præcepit inchoari. Cúmque adhuc ambiguus penderet, cui Sanctorum potiſſimùm attitularetur, pro diverſis votis & affectu, diverſis diverſa conſulentibus, contigit ſupervenire nuncium à Ducibus Boëmiorum tranſmiſſum. Ferebat iſte tabulam quandam Epiſcopo, quæ pro munere dignè offerretur tanto viro: in qua cernebatur imago Beatæ Virginis MARIÆ Græco opere mirabiliter expreſſa, meritò in eâdem Eccleſia adhuc conſervata, & perpetuò conſervanda. F Hanc, Deo amabilis Pontifex pia veneratione deoſculans, quaſi divino commonitus oraculo, locum protinus aſſignavit eidem Glorioſiſſimæ DEI genitrici MARIÆ. Cúmque opus baſilicæ proſperè conſummâſſet, atque celebriter dedicâſſet; providit larga benevolentia poſſeſſiones inibi habitaturis. Providit quoque ornamenta divinis congrua miniſteriis. Quibus ritè peractis, collectis in unum viris religioſis, & præpoſito eis viro prudente Outone ſub Regula B. Auguſtini vitam eos ducere juſſit ſpiritalem.

G Subit nunc animum, quod cantatur in Pſalmo: *Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet.* [Pſal. 111.] Quid viderat peccator bic, ut iraſceretur, fremeret, & tabeſceret? Haud dubium; quòd diſpergentis res ſuas in pauperes, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi; & quòd cornu ejus exaltabitur in gloria. [Ibid.] Sic nimirum in hoc Dei famulo malignus hoſtis vidit, quod invidit. Vidit ejus apud Deum cumulari merita, vidit ejus occupata ocia multorum proficere ſaluti & converſationi. Struit ergo inſidias, & opponit impedimenta; quibus irretitum ab iſtis oporteat deſiſtere; quæ tantorum profectui dolet prodeſſe. Conſuetis itaque utitur inſtrumentis, & per membra ſua efficiendum non dubitat, quod per ſe efficere minùs ſperat. Quo verò ordine; explicandum ſupereſt.

H [Incontinentia Sacerdotum.] Fuit eo tempore per univerſum ferè regnum Teutonicum grave ſcandalum, & communis querela de incontinentia ſacerdotum. Neque enim occulta latebat; ſed *frons meretricis facta erat eis*, [Hierem. 3.] & erubeſcere erubeſcebant. Delata eſt res ad aures Romani Pontificis; viſúmque, ut decretalibus Epiſtolis tantam enormitatem argueret & prohiberet. Annuunt, & congratulantur Epiſcopi: & pro poſſe, ſalutaribus mandatis cooperantur. Quam ob rem B. ALTMANNUS, [Altmannus Pontificis literas in Concilio Provinciali recitat.] collecto Fratrum Concilio, in Patavienſi ſede, literas ſuper hac re ad ſe directas recitari jubet, obſecrans & exhortans, ne gravis judicetur pudicitia, quæ ſpeciali apud Deum remuneratur corona. Quæ, cùm omnis fidelis animæ inſignis ſit orna-

A tus, eos tamen permaximè debet adornare, qui ſanctam & immaculatam hoſtiam corporis & ſanguinis Chriſti, pro univerſis nobis, divinæ offerre debent majeſtati. Quid plura? Pluribus verbis bonus Pater, & prudens Doctor tantæ virtutis, & tam amplectendæ puritatis ſuadet amorem; ſed, non perſuadet. Tuentur ſe illi antiquitate temporum, & auctoritate anteceſſorum ſuorum: quorum neminem in huiusmodi ſeverum tulerunt & violentum. Reſpondet ſervus Chriſti; ſe quoque ab his velle quieſcere; ſi mandatum Domini Papæ indulgeat. Nunc autem timere ſe, ſibi; timere, illis, pro eo,
Rom. 1. quod ſcriptum ſit; *non ſolùm eos, qui faciunt, ſed & , qui conſentiunt facientibus, dignos eſſe morte.* Nihil ergò proficiens, ſolvit conſeſſum.

B Sapientioribus autem communicans conſilium, & ſecretum commendans, adveniente feſto ſancti Stephani Protomartyris, quem illa Eccleſia Patronum veneratur: cùm plurimi de Magnatibus ad diem ſolennem con-
Prov. 28. veniſſent; quia *juſtus ùt leo confidit*, coram omni frequentia Cleri & populi ambonem conſcendit; &, quod Apoſtolicæ indicant literæ, imperterritus enarrat. Deinde addit interminationem auctoritatis, ut, qui obſecrationibus noluerunt flecti, frangantur diſtrictione. Ilicò clamor & furor ab omni par-
C te perſtrepit. Et fortè in præſentiarum famulum Dei furibundis manibus diſcerpſiſſent; ſi non divina virtus, & Optimatium præſentium probitas furentibus obſtitiſſet.

HEIN. IV. qualis ætate ac morib. Regnabat his diebus HEINRICUS IV. filius Imperatoris HEINRICI, qui cognominatus eſt Pius, admodum puer, & abſque frenis diſciplinæ in voluptatibus enutritus. Completum eſt in eo dictum ſapientis, quo
** tibi terra. Eccleſ. 4. Qualis Rex.* vaticinatur dicens: *Væ * terræ, cujus rex puer eſt.* Quid ejus tempore paſſa ſit ECCLESIA, quid regnum, quanti paſtores ab ovibus ſuis ſint abacti, humanus ſanguis quantus ſit effuſus, quæ patratæ luxuriæ, incendia, rapinæ, ORBEM non latet, & ſcriptores temporum non tacuerunt.

D Ad hunc religionis hoſtem, caſtimoniæque oppugnatorem, ob ſuam tyrannidem à Papa GREGORIO IV. excommunicatum confugiunt, quibus exhorruit caſtitas. Apud talem Judicem, tales accuſatores, & tales teſtes merentur audientiam: & VIRO DEI crimina
** affingunt. fortè.* deteſtanti, * affigunt crimina, quibus eum Pontificali honore credunt deveſtire.

E Poterat vir iſte, ſi coràm aſtitiſſet, abbreviato verbo reſpondiſſe pro ſe; quo etiam magiſter ſuus Chriſtus reſpondit pro ſe: *Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me.* *Joan. 10.* Sed, *in humilitate judicium ejus ſublatum eſt:* *Actor. 8.* affirmantibus adverſariis, ut quondam de Salvatore Judæis: *Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.* *Joan. 18.* Et, ſi reſpondiſſet, quod Chriſtus reſpondit ſuis lapidatoribus; *multa bona opera operatus oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* Verum quidem, & apertum dediſſet reſponſum: ſed apud tales, non ſatis fuiſſet.

F Flexus ergo Heinricus, Pataviam hoſtiliter ingreditur, & Herodis vice confundens fáſque nefáſque, pro libito cuncta peragens, criminoſos quoſque ab Epiſcopio pulſos, rebus & dignitatibus ſuis reſtituit. Quo recedente, cùm facta crudelia Fratres de S. NICOLAO, qui in ſuburbio civitatis conſtituti, religioſam vitam agebant, pariter deteſtarentur, à fautoribus Heinrici de monaſterio violenter extracti, publicè cæſi, & de finibus illis ſunt ejecti, ſubſtantia eorum raptoribus cedit.

G Prævalente itaque iniquitate B. ALTMANNUS de Sede ſua propter juſtitiam ejectus, in Saxoniam Patriam ſuam revertitur. Poſt hæc, adjit limina Apoſtolorum, & cauſam viæ, & ordinem injuriæ GREGORIO Papæ ſeriatim exponit. Et quia Sancti quique verentur omnia opera ſua, Epiſcopatum Domno Papæ reſignavit; hoc offenſus ſcrupulo; quòd ejus inveſtituram a manu laica recepiſſet. Cúmque aliquantiſper cum Papa laſſus requieſceret; die quadam, eo in Eccleſia poſito, & de S. ALTMANNI reſtitutione cum Cardinalibus conferente; illo verò honorem tanti oneris humiliter recuſante; columba quædam cuncta Baſilicæ loca oberrans, tandem ad pauperculum, & humilem ſpiritu venit ALTMANNUM: Et quaſi diceret; *hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* *Pſal. 131.* Et quod ſequitur: *Viduam ejus*, id eſt Patavienſem Eccleſiam legitimo ſponſo viduatam, *benedicens benedicam*, & pauperes ejus ſaturabo panibus, Capiti Antiſtitis inſedit. Cunctis
H videntibus & intelligentibus ſignum, Papa nil cunctatus, mitram de capite ſuo tollens, ejus capiti impoſuit, Epiſcopúmque, ac Romanæ Sedis Legatum conſtituens, auctúmque benedictione remiſit in propria, quaſi diceret abeunti: *Ecce ego mitto vos, ſicut oves inter lupos; manete in dilectione mea.* *Matth. 10. Joan. 15.*

Interea fautores HEINRICI IV. Moguntiæ contrahunt Concilium. Quo præſidente; ipſi viderint. Ibi ſchiſmatici, & ab Eccleſia præciſi, Papam GREGORIUM *Anno 1080. vide Baron. hoc Anno N. 17.*

virum

A virum Catholicum & Patrem univerſalem, Patrem negant, ejúsque ſequaces, ipſi damnati, damnant. Deliberat in his Paſtor Eccleſiæ urbi & armis cedere, puto rememorans Salvatoris licentiam, qua dixit diſcipulis ſuis: *Si perſecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam.*

Matth. 5.

Quo facto; * Wichpertus quidam, cujus laus non eſt in Pontificum Catalogo, Apoſtolicæ Sedi intruditur. Quid dico, *intruditur?* Propria ambitione invadit, anhelat, & præripit. Abhinc veri Paſtores ubique terrarum Sedibus ſuis proturbantur; Subrogantur verò Schiſmatici vel Simoniaci. Horum etiam factione ALTMANNUS à grege ſuo fugatur; & Hermannus quidam B frater Ducis Luipoldi ſubſtituitur. In hoc maledictio in Judam prolata, id eſt, *Epiſcopatum ejus accipiat alter;* citiùs completa eſt. Vix enim biennio oves alienas totondit & mulſit, & Paſtoris nomen, quod falsò gerebat, cum vita finivit. Dicitur tamen in extremis pœnituiſſe; & Epiſcopalia quæque ALTMANNO Epiſcopo reddidiſſe, & abſolutionem anathematis ab eo ſuppliciter requiſiſſe. Succedit huic, pecunia tamen impetrante, Timo Canonicus Wirzpurgenſis, & Epiſcopatum uſque ad * Aneſim fluvium prædo violentus oppreſſit. Sanctus verò Præſul, annitente pio Principe Marchione Luipoldo, hujus Luipoldi, qui hodie principatur, avo, cujus nobilitas, pietas & fidelitas ditiſſima uſque nunc conſtat hæreditate; in orientali provincia clerum & populum ſtrenuè gubernavit, & inchoato operi in monte * Kotvvikcenſi, à quo eum fraus inimici per ſupradicta impedimenta præpedire tentaverat, devotus invigilavit.

** Guibertus, Pſeudopapa.*

Pſal. 108.

** Anaſum. vide Hundii Metrop. in Catalogo Epiſcop. Paſſavienſium.*

** Gotvvicenſi.*

C In quo loco, dum aliquando Miſſarum ſolennia celebraret, & quidam diaconus adventitius, & ſiniſtræ famæ, Evangelium lecturus benedictionem peteret; Epiſcopus diutiùs intuens benedicendum, ſtolam de collo ejus abſtulit, & alii legere præcepit. Unde patet, quòd aliquid de illo revelatione didicerat, quod cæteri neſciebant. Confuſus miſer confuſione, quæ adducit peccatum; non confuſione, quæ gloriam adducit, ad HEINRICUM pravorum refugium fidens confugit; & volens criminari Epiſcopum & fratres, cùm audientia judicaretur indignus, Deo ulciſcente, peſſima peccatorum morte mulctatus eſt.

D Et quia tempora inſtabant periculoſa, & ſchiſma grave inereverat, quod prima capita Imperii genuerant, & ad incrementum quotidie fovebant; placuit Deo, qui conſulere non ceſſat univerſis, ad confirmandam vacillantium fidem, decenti ſigno famulum ſuum honorare, & Catholicum miniſtrum ſuum fidelibus quibúsque commendare. E Præceperat quippe pincernæ ſuo propter arctiorem & ſecretiorem abſtinentiam, aquam ſibi in menſa apponere; &, ne ſciri poſſet, ſpuma cereviſiæ operire. Fecit ille, quod ſibi imperatum fuerat. Quam cùm vir ſanctus ori admoviſſet, ſenſit vinum, & optimum illud vinum, Putans autem pincernam ſibi illuſiſſe, transgreſſorem valdè indignans increpat. Verùm ille horrendis juramentis, quod ſibi juſſum fuerat, appoſuiſſe confirmat. Epiſcopus quidem rem celare cupit; ſed pincerna ſublatum de menſa poculum, quid Epiſcopus biberet, guſtu certiùs explorat. Et hic poſtmodum in * Kotvvikcenſi monaſterio monachus factus, rem ordine refert; ut ille benedicatur in omnibus, qui ad gloriam ſanctorum ſuorum, & ad confirmationem & conſolationem puſillanimorum facit mirabilia magna ſolus.

** Gotvvicenſi.*

F Adhuc ad laudem Dei, de famulo Dei aliquid non faſtidientes accipite. Quis enim faſtidiat ſigna tam inſignia, quæ inviſibilium adſtruunt fidem, & probant Dei non defeciſſe virtutem? Recede, ô inſipiens, qui dicis in corde tuo, non eſt Deus, & qui tanta perfidia inſultas dicens; ubi eſt Deus tuus? *Ecce in ſancto habitat laus Iſraël.* In ſancto ſuo quæ vides, operatur Deus. Si ille non adſit, quid faciet homo? Quid aget pulvis, qui dictum ſibi novit à Domino; *ſine me nihil poteſtis facere.* Scito ergo eſſe, & adeſſe Deum, qui operatur, quæ operari non poteſt homo. Quòd ſi putas, quòd hoc operetur homo; vade, & tu fac ſimiliter: Impera dæmonibus, & illorum experire obedientiam. G Quid ſi reſtiterint? illum venerare, illúmque devotus amplectere, in quo Deus, & per quem operatur talia. Quare Judæis es deterior? Illi ajebant de Chriſto: *Si non eſſet hic homo à Deo, non poterat facere quidquam.* Sed tamen audi, & à tua incredulitate convertere. Quandoque aſtabat ſancto altari Epiſcopus venerandus Miſſas celebraturus. Audit poſt ſe dæmonioſum horribiliter in Eccleſia vociferantem. Interrogat, quidnam hoc ſit. Indicant adſtantes, hominem ibi atroci dæmone vexari, & vix, ligatum, à multis teneri. Jubet Præſul ad hoſpitium pauperum verè adduci pauperem, & cibum ei in nomine Domini apponi. A quo ſpiritus nequam confeſtim receſſit: & homo ſanus ad propria remeavit.

Pſal. 21.

Joan. 15.

Joan. 9.

H Volo adhuc, ô incredule, aliquid, quod convincat, famulo Dei nec Prophetiæ ſpiritum defuiſſe, licèt ingratum tibi, enarrare. Clericus quidam dæmone plenus, ad eum eſt adductus. Ille continuata oratione acriùs inſtans, dæmonem fugavit, ac peccatum, cujus causâ huic immundo ſpiritui permiſſus fuerat, interdixit. Prædixit, ſi peccatum iteret, quòd iteretur in eum continuò pec-

 cati

Digitized by Google

A cati ſupplicium, præcipiens, ut in clauſtro cum fratribus vitæ ſe tradat meliori. Petunt poſt hæc fratres Epiſcopum, ut eum promoveat in Presbyterum. Ait Præſul; hoc illi non expedire. Victus tamen pietate fratrum, rogata indulget, ſed ſub conteſtatione, quòd terribile Dei non evaderet judicium, ſi non caveret interdictum ſibi peccatum. Aliquot igitur annis devitat peccatum, & acceptum honeſtè complet officium. Negligens tandem Epiſcopi comminationem, revertitur miſer ad vomitum ſuum; & eodem momento etiam dæmonem patitur acerrimum. Rurſus vir ſanctus miſerans miſerum, hoſtem conſuetis armis aggreditur, atque triumphat: & ab officio altaris liberatum removet, iterum & iterum de nefando opere ſanatum commonens & promovens. Qui perterritus pro recenti flagello, aliquanto tempore abſtinet
B à peccato. Sed, proh dolor, longa rurſus victus conſuetudine, poſt exceſſum Epiſcopi, relabitur in peccatum. Ergo ſecundùm vocem Domini malignus ſpiritus aſſumens alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe, intrant ad peccantem; & crudeliter nocte ac die vexantes, quæque turpia & nefaria ab eo geſta, ore ſuo captivum fateri compellunt. Stringitur ejulans ille vinculis durioribus, conjectus in cuſtodiam hominum, qui cuſtodiam demeruerat Angelorum. Tandem in Annuntiatione Dominica, precibus Fratrum, à maligno ſpiritu vix ereptus, & poſt triduum oleo ſacro inunctus, & corpore CHRISTI munitus, terribiliter flagellatus defungitur. Credimus, quòd traditi ſatanæ in interitum carnis, ſpiritus ſalvus fiat in die Domini.

C Alter etiam quidam Clericus peſſimo dæmoni traditus, ita ut vix aliquis ſanus inſani manus evaderet, ab Epiſcopo benedictus, & à dæmone liberatus, & priſtinæ ſanitati eſt reſtitutus.

Unus ex Fratribus prolixioribus orationibus, & plurimis genuflexionibus inſtanter deditus; uſque ad deſperationem fluxum ſanguinis incurrit. Hic miſſus ad Epiſcopum, ejus meruit benedictionem, & cum benedictione continuò ſoſpitatem.

D Alius item Frater etiam precibus & genuflexionibus ſupra vires intentus, vitalium incidit rupturam. Qui ſimiliter benedictione Epiſcopi curatus, ad ſuos cum gaudio reverſus eſt.

Quantum periculum ſit mentiri Spiritui ſancto, primus Paſtor Eccleſiæ ſatis declaravit, *Act. 5.* cùm in Anania & Sapphira peccatum hoc repentina morte caſtigavit. Quia ergò ſanctus iſte, verum ſe Spiritus ſancti præbuerat habitaculum, meritò in mentientes ſibi Dominus ulciſcitur, cui etiam Propheta dicit: *Pſal. 5.* *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Comes quidam partis HEINRICI Regis venit ad Epiſcopum cum juramento promittens fidelitatem & famulatum. Conſpexit E ille fortè agmen cornicum; precatúſque eſt ſibi dicens, ut, quot cornices cerneret, tot dæmones ejus animam poſſiderent, ſi fidem promiſſam non ſervaret. Sed non multò pòſt pœnitens promiſſi, ad Heinricum hoſtem Eccleſiæ redit ipſe hoſtis. Quem Epiſcopus anathemate cauterizans, probro perfidiæ ſuæ inſignitum, divinæ permittit ultioni. Nec mora. Et illa ferit reum. Siquidem inopinatè ab hoſtibus circumfuſus, multíſque ſauciatus vulneribus, & truncatus pœnè femore, quia claudicaverat à promiſſione, in ſignum tranſgreſſionis ſuæ ab eo die, ac deinceps claudicavit pede. Miratur quis, an illa in eo completa ſit imprecatio, quam miſer ille imprecatus eſt ſibi? Ego planè non negaverim; qui non ignoro, in pleríſque multo tempore dæmonia latuiſſe muta, multóſque deteriùs à dæmonibus vexari intus, quàm ſi diſcerperentur foris.

Quanta verò conſtantia ſtrenuus Paſtor F lupos hujus ſæculi à direptione rerum Eccleſiaſticarum repreſſerit, cùm nullo parentum juvaretur auxilio, vel conſilio, ſubjecto exemplo cognoſcitur. Nec tamen erat ſolus, cui ſemper aderat DEus. Unde & verè dicebat: *Qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum; quia, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.* *Joan. 8.* Et illud in Pſalmo: *Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in Principibus.* *Pſal. 117.* Erat quidam prædives & nobilis vir, qui defuncti fratris ſui beneficium, quod ab Epiſcopo receperat, quaſi hæreditario jure, uſurpavit. Epiſcopus jure Provinciæ contradicit. At ille cum injuria tentat tollere, quod cum juſtitiâ non poterat. Suſtinet ſervus Dei ad G tempus hominem veſanum; dans & optans ei locum pœnitentiæ. Illo in malitia perſeverante, jaculo anathematis vindicavit. Cujus communionem, cùm quique religioſi declinarent; & qui primi erant Orientalis Provinciæ; verecundia, & cunctorum exprobratione cogente; in villa S. Hippolyti Epiſcopum adiit, & in profunda nive ante pedes ejus proſtratus & ſupplex diutiſſimè, ſatisfecit. Nec tamen meruit reconciliationem, donec villam, quæ Ratoldesdorf dicitur, tradidit in jus Epiſcopii, & ſic demum multorum nobilium precibus vix intervenientibus, à vinculo excommunicationis abſolutus eſt. Acceptam autem Epiſcopus H villam delegavit ſuper altare B. MARIÆ in * Kotvvigcenſi cœnobio.

** Gotwicenſi.*

Inter hæc Marchio Luipoldus, coadunatis primoribus ſuis in villa, quæ Tuloa dicitur, abhorrens tyrannidem Heinrici Regis & ſchiſma, cujus auctor factus fuerat, dominium ejus jurejurando abnegat, omnes fautores ejus de provincia pellit: Apoſtolicæ verò Sedi & ejus Legato ALTMANNO obedientes totis viribus fovet & protegit. Quapropter Rex ira ſuccenſus, Marchiam ejuſdem

A dem Luipoldi contradidit Duci Boëmiorum. Nil ille diſtulit, ſed collecto tam de ſua, quàm de vicinis provinciis permaximo exercitu ad fines Marchionis advenit. Nec ille ſegnior cum omni populo ſuo in loco, qui Meurberch dicitur, hoſtibus occurrit. Sed proh dolor! ab adverſariis inſperatè circumventus, cùm, turbato exercitu, in aciem ſe colligere nequaquam poſſent, fuſo priùs utrinque multo ſanguine, hoſtis prævaluit. Hæc ſunt judicia tua Domine. Sic tu Domine taces: impio conculcante juſtiorem ſe. Numquid victrix cauſa tibi placuit? Si placuit; non advincentium placuit ſalutem; ſed, ad damnationem. Sic enim perditorum perfici finis perditionem; ſic eos ruere facis in tuam ſeveriſſimam diſtrictionem. Victi autem cauſa haud dubium tibi placuit; quia meliore devotione circa Eccleſiam tuam & Romanum Pontificem, tam gravem hoſtem exa-

B cerbare non timuarunt. Et quia putabant, obſequium ſe præſtare tibi, ſi hoſtes tuos repreſſiſſent; non pepercerunt animabus ſuis; ſed in caſtris tuis victoribus fide fortiores devoti occubuerunt.

Secuta eſt autem ſtragem iſtam fames maxima, ut fideles ſuos Dominus experiretur in operibus miſericordiæ, quos ſatis comprobaverat in fortitudine conſtantiæ. Nihil ſibi in hac neceſſitate Pater ALTMANNUS retinuit; uſque ad ipſum linteamen cunctam Epiſcopii ſupellectilem vendidit, & indigentibus diſtribuit: Unde quoque Pater pauperum dictus eſt. Præcipuè tamen in monte Kotvvigcenſi plurima millia pauperum à famis periculo conſervavit.

B. ALTMANNUS Pater pauperum.

C Quàm verò negotioſus fuerit in cauſa Eccleſiæ, quæ tempore ſuo tanto turbine confundebatur, indicant Epiſtolæ tam crebrò ad eum à Domino Papa directæ: In quibus inter alia etiam hoc conſulere & ſignificare Papa videtur; ut quæ in tam graviſſima ſanctæ Eccleſiæ perturbatione diſſimulari ac tolerari aliquatenus poſſent, non ſublata penitus, ſed temperata diſtrictione quieſcant: Cùm autem, miſerante Deo, Victoria & Pax Eccleſiæ reddita fuerit, de redintegratione juſtitiæ, quantum ipſo auxiliante poſſibile fuerit, ſolicitè cogitare, & totis viribus elaborare. Hinc Capitulum illud, de incontinentia ſacerdotum, à tam invicto propugnatore caſtitatis diſſimulatum, non approbatum remanſit.

D Porrò quantum Eccleſia Pataviensis ejus Præſulatus tempore in conſtructionibus & correctionibus Monaſteriorum, & ſtructuris, & ornamentis Eccleſiarum, & boneſtate miniſtrorum profecerit, dicerem, ſi non contradiceret ex magna parte ſtatus, imò caſus rerum præſentium. Et tamen ego vermiculus neminem in hac parte judico. Quis enim ſum, qui judicem alienum ſervum? ſuo Domino ſtat, aut cadit. Ipſe enim ſanctus Epiſcopus tempore Reginari,

qui tertius poſt ipſum ſucceſſit, permutationem melioris ſtatus in eundem Antiſtitem citiùs vindicandam, cuidam religioſo fratri revelare dignatus eſt. Videbatur illi, quòd Romæ eſſet in Concilio, & B. ALTMANNUM eximio cultu cum Epiſcopis pluribus infulatum illic aſſidere. Qui conſurgens, ſtánſque in medio à Domino Papa petit advocatum cauſæ ſuæ. Quo accepto, querelam proponit de Reginaro Epiſcopo, aſſerens, aum Pataviensem Epiſcopatum in Cœnobiis ac Parochiis optimè diſpoſitum inveniſſe, ejus verò negligentia cunctam penè religionem in eo deperiiſſe. Stabat autem Reginarus retrò à longè perterritus. Quærit Apoſtolicus ſuper hac re ab Epiſcopis ſententiam; nec aliam, quàm damnationis accepit ab omnibus. Eodem ergo anno idem Reginarus infirmitátem incidit, in qua, etiam uſque ad mortem, perduravit. E

Nunc ergo, quem finem vitæ, verius autem, quod principium vitæ ſortitus ſit beatus vir, explicemus. Sicut enim ſcriptum eſt; *Cùm conſummaverit homo, tunc incipit.* Transactis igitur in Epiſcopatu XXVI. annis, poſt multos labores, & adverſus beſtias Epheſi pugnas, cùm jam placeret Domino emeriti militis ſudores remunerare, in villa, quæ *Zarzimuor* dicitur, febre correptus eſt. Qua invaleſcente, intellexit nuntium mortis. Ad quem, etiamſi pro fragilitate humana inhorruit, pro conſcientia tamen bona gaviſus eſt, ſciens, quòd hac portâ intraret in gaudium Domini ſui. Itaque, quia non dixerat ſibi, *pax & ſecuritas*; non repentinus ei ſupervenit interitus. Rememoraverat ille ſemper noviſſima ſua, & ea jugiter deſideraverat dicens quotidie in corde ſuo; *quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* F

Eccleſ. 18.

2. Theſ. 5.

Pſal. 41.

Quapropter ſentiens imminere ſibi diſſolutionem corporis ſui, in quo jam diu peregrinabatur à Domino, lætus orabat dicens: *Educ de cuſtodia animam meam, ad confitendum nomini tuo.* Et quia noverat, & perſæpe docuerat, quòd ad quantumlibet juſtorum emigrationem adverſarii colliguntur ſpiritus, etiam contra hos pugnabat dicens: *Salva me ex ore leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam.* Et cùm ad illud diſtrictum examen ſuperni Judicis ſolicitus intenderet, gemitu, quo poterat, & intimis ſuſpiriis adorans & ſupplicans ait: *Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine; quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.* Advocans etiam ſanctorum quemque, quem amaverat, quem veneratus fuerat, & illam ante omnes beatam & glorioſam Dei genitricem MARIAM, cui tam decorum conſtituerat habitaculum, ut ipſa eum in præparatum ſibi à Deo pia deduceret tabernaculum; nec non & illum Dei ſanctiſſimum Confeſſorem & Pontificem NICOLAUM, cujus quoque Eccleſiam ſumma devotione inſtituerat: il- G H

Pſal. 141.

Pſal. 21.

Pſal. 142.

lis,

A lis, ſe totum commendat: illos viæ ſuæ comites & duces præparat. Illis nihilominus adminiſtratoriis ſpiritibus, quorum virtus & poteſtas contrarias arcet poteſtates, ſe totum circumvallat, ut meritò inimici dæmones dicere cogantur: En lectulum hujus Antiſtitis ambiunt fortes ex fortiſſimis Iſraël: Cant. 3. *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.* Quid hic aſtamus? Superant nos iſti virtute & multitudine. Nónne ipſe eſt, qui à corporibus aliorum tanta nos fugavit poteſtate? Præſertim cùm plures ſint cum illo, quàm nobiſcum.

B Igitur non in caſtris, non in armis non in famulantium decore, tunc temporis ſanctus Præſul ſpem repoſitam babuit; ſed in Do- 1. Tim. 1. mino Deo ſuo, & *conſcientia bona, & fide* Pſal. 72. *non fictâ:* Unde & ait: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt; ponere in Domino Deo ſpem meam.* Hac noſtra ætate boc idem vir nobilis & prædives Otto de Lengenbacb ſenſit & confeſſus eſt. Qui, cùm in extremis ageret, raptus; ſed quomodo, neſcio, Deus ſcit, multáque, rediens ad ſe, narrans oſtenſa & intellecta; quorum relatu tunc plurimi mirati & compuncti ſunt. Tandem ſingula, quæ multa ſibi fuerant, denominans caſtra: Quid nunc, inquit, opis ferunt caſtra mea? Præpotentes Domini mei? Chariſſimi amici mei? Ex his de omnium deſperans auxilio, religioſis quibusque multa ſe commendabat C contritione. Intellexit namque tunc verè, quàm difficile dives intrat in regnum cœlo- Matth. 19. rum? Unde ingemiſcens clamabat: Heu miſerum, quòd plus uiquam poſſedi divitiarum, quàm ſimplicem victum & veſtitum.

Agente itaque in extremis hujus mortalis vitæ venerando Antiſtite; non opus erat, ut de providendo exitu ſuo quis eum commoneret. Ipſe enim ſibi providerat toto tempore vitæ ſuæ: &, quia bene vixerat, feliciter moriebatur. Alioquin ſi tunc primò commoneri eum neceſſe fuiſſet, rectè reſpondiſſet, quod venerabilis Chuono Ratiſponenſis Eccleſiæ Epiſcopus, antè verò Sigbergenſis Abbas, aſtantibus, & tunc demum morituro conſulentibus, fertur reſpondiſſe. Ait enim: *Benè quidem me monetis, ô filii, ut in hora hac metuenda meæ proſpiciam* D *ſaluti. Nunquid hoc ſalutis proponebatis conſilium, quando placuit vobis, ut munera libenter acciperem, ut ſpiritalia ſimoniacè venderem, ut judicia perverterem, ut peccata ſubditorum diſſimularem? Serò providerem modò: ſi hucusque minimè providiſſem.* Sic Beatus Dei famulus maturè ſibi proſpexerat, & ideo expeditiùs transmigrabat.

Igitur à religioſis viris oleo ſacro inunctus, & Dominicis Sacramentis refectus benedicens filiis ſuis, & eos cœleſti Patri obnixiùs commendans, viam univerſæ carnis lætus ingreditur anno ab Incarnatione Domini M.XCI. VI Idus Auguſti, flentibus cunctis, & planctu miſerabili lugentibus, ſe tanto Pa- E tre orbatos, ſe tanto Pontifice deſtitutos. Non quidem invidebant ejus gloriæ; ſed, ſuæ magnæ dolebant miſeriæ. Illum gaudebant ab Angelis ſuſcipi, & in beatas manſiones Electorum adduci. Pro ſe gemebant in hac lacrymarum valle, ſine conſolatore, miſerè converſari: & in hoc mari magno ſine gubernatore conquaſſari. Ubinam enim his diebus, qui in filios ſuos Patris gerant affectum? & patris exequantur officium? More ſtruthionum indurantur in filios, quaſi non ſint ſui: & conſuetudine mercenariorum, pro lucris temporalibus aſtant in proſperitate; à quibus ipſi primi fugam petunt in adverſitate. Longè fuit hoc ab hoc ſancto Patre; in quo ſuperabundabat & Patris dilectio, & paſtoris ſolicitudo; & vigilantia in proſperis, & conſtantia in adverſis.

Confluit interea ab omni parte populus F innumerabilis ad exequias Pontificis. Luget tota provincia; ſublimium dignitas, ætas omnis, ſexus uterque. Vix tandem à Chriſti Sacerdotibus ſuſtollitur corpus venerandum, ac multa nobilium turba comitante, cum infinita populi multitudine, magna quidem Dei gloria, ſed gravi bajulantium mœſtitia in montem * Kotvvigcenſem afferuntur. * Gotvvicenſem. Quis jam enarret mugitum & ululatum Fratrum illic habitantium, quod mons totus increpuit? lugentibus cunctis Patrem chariſſimum, Patrem piiſſimum, Patrem ſanctiſſimum. Advolat populus quotidie multus, divitum & pauperum; illum Deo, & ſe ſibi ſuppliciter commendare. Inter G quos reverendæ memoriæ Archi-Epiſcopus Salzpurgenſis TIEMO ab Epiſcopo ALTMANNO, utpote à Suffraganeo ſuo conſecratus; qui etiam poſtea Hieroſolymam petens, à paganis eſt illuſtri martyrio coronatus; anhelus occurrit. Et cùm lacrymis uberrimis defunctum infudiſſet, obtulit pro eo ſacrificium ſalutare; & corpus venerandum cum debito honore in Eccleſia ſanctæ Dei genitricis commendat ſepulturæ: ubi, ad probanda tanti viri merita, crebrò fiunt ſigna virtutum variarum in laudem Dei Patris omnipotentis, qui cum unigenito Filio ſuo & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per immortalia ſæcula ſæculorum, Amen.

Quidam Clericus ſævo dæmone corre- H ptus, vix multis ligantibus atque trahentibus ad ejus tumulum eſt perductus. Hic omnia horribili clamore, ac diro fœtore replebat. Pro quo cùm Fratres inſtantiùs orarent, repentè corruit; & videntibus cunctis, nigerrimum ſcarabeum evomuit, qui etiam protinus nuſquam comparuit. Laudabant univerſi Deum. Isque, qui advenerar ligatus & inſanus, ſanus receſſit & ſolutus à nexibus mentis & corporis.

Item

A Item puella quædam immundo ſpiritu perváſa, à parentibus eſt ad ſepulchrum viri Dei adducta, & ſine mora liberata, atque ſanata.

Alia itidem puella per plures annos lumine orbata, per merita ejuſdem ſamuli Dei, lumen, quod amiſerat, invenit.

Mulier quædam habens filium parvulum à nativitate mutum & claudum, ad ſepulchrum Epiſcopi miſerandum depoſuit; ipſáque miſeranda, cum fletu magno ab Eccleſia exivit. Poſt modicum puer loquela & greſſu reſtituto, matrem inſecutus eſt ambulans & loquens rectè.

B Quidam miles per ſex annos mente captus, & ſepulchrum ejus ſine mente acceſſit; & mente recepta, ſanus receſſit.

Alter quidam homo totus contractus, & ſcabellulis quibuſdam innixus, venit ad corpus S. Epiſcopi rependo; ſed incolumis factus exiliit, & ambulabat, & laudabat Dominum.

Item quidam toto corpore languidus, vix ſuſtentante baculo, tumbam Antiſtitis adiit; ſed infirmitate per Beatum virum pulſa, baculo jam non eguit: quia lætum & ſanum ſe perſenſit.

C Quodam tempore, cùm ſubita, & ſæva tempeſtas montes contereret, & tecta domorum & Eccleſiarum ac turrium dirueret: Frater quidam mente captus, in Oratorium S. Michaëlis, quod admodum in alto ſitum eſt, conſcendit, cunctis ignorantibus, & interim nocturnales laudes pſallentibus. Hic ab alto in pavimentum delapſus, vivus tamen ſublatus eſt, licèt non longè ſupervicturus. Eâdem quippe die, poſt ſacri olei unctionem, & vivifici corporis Chriſti communionem carne ſolutus eſt. Nemo dubitet hoc meritis Beati viri adſcribendum, cujus interceſſio cadentem excepit, ne ſanguine illius Baſilica reſpergeretur; quam ipſe regalem aulam Deo ac Beatæ ſemper Virgini MARIÆ devotus conſecravit.

D His & aliis plurimis miraculorum ſignis, quæ ad noſtram non credimus perveniſſe notitiam, magnificavit Dominus ſacerdotem ſuum; *qui in diebus ſuis placuit Deo, & inventus eſt juſtus.* (Eccleſ. 44.) Quanquam etſi ille ſignum feciſſet nullum, nihil tamen ex hoc ejus derogaretur ſanctitati, vel apud Deum, vel apud homines. Signa quippe ſanctitatem non efficiunt, ſed oſtendunt. Siquidem de Joanne Baptiſta, *quo inter natos mulierum, nemo major ſurrexit*, (Matt. 11.) Evangelium atteſtatur, quòd ſignum fecerit nullum. De ipſo quoque Domino Salvatore ſcriptum eſt; quòd non fecerit ſigna multa, propter incredulitatem quorundam. (Marc. 6.) Quid ergò mirum; ſi ſanctus iſte, obſtante ſibi præſentium temporum incredulitate, nihil operatus fuiſſet virtutum, nihil ſanitatum? Verùm gratia divina, quæ repromittit, quòd ipſa glorificantes ſe glorificet; hunc dilectum ſuum, ut dilectus fieret nihilominus hominibus, & ut memoria ejus in benedictione conſtaret, etiam magnitudine ſignorum ſimilem illum fecit in gloria Sanctorum. (Eccleſ. 44.) E

Mihi tamen hunc virum, vel quemlibet aliorum hujuſmodi mira facientem diligentiùs intuenti, longè mirabilior videtur ipſe, qui facit, quàm ea, quæ facit. Etenim ſi in rebus inſenſibilibus plus admirationis habet interius conſideranti cauſalis ratio, quæ efficit, quàm id, quod efficitur: multò digniùs, atque religioſiùs admiranda eſt illa ſanctitas, quæ in conſpectu divinæ majeſtatis ſic placet, & acceptatur; ut ejus intuitu, & interventu hominum pellantur incommoda, & optatæ tam animarum, quàm corporum reſtituantur ſoſpitates; Multò, inquam, amplius admiranda eſt ipſa intus, quàm, quæcunque miranda facit foris. F Mirentur ergò alii, videre cæcos, claudos ambulare: mirentur ſalutem Paralyticorum, dæmonum fugam: ego potiùs admirabor tanti Antiſtitis merita, quæ talia tam potenter operantur, quàm ipſa. Tu itaque prædica in laudem Dei, quæ ſanctus Dei meritis ſuis & fide ſupplicum operatur in aliis. Ego ſemper admirabor mirabilia, quæ fecit in vita ſua. Mirabor humilitatem, caſtitatem, pietatem, charitatem, devotionem, ſolicitudinem in agendis, prudentiam in diſponendis, diſcretionem in imponendis, in tolerandis longanimitatem, & in adverſis fortitudinem. Hæc mirabilia vitæ ſuæ ego miranda judico, maximè quòd noſtris temporibus hæc cernimus rariora, quàm illa ſigna, quæ tamen credentes omnes ſecutura Dominus pollicetur dicens: *Signa eos, qui crediderint, hæc ſequentur; In nomine meo dæmonia ejicient, &c.* (Matth. 28.)

G An adhuc fortè non aſſentis, plus mirari vitam ſancti viri, quàm ſigna? quæ, occulta Dei permiſſione, nonnunquam faciunt etiam viri non ſancti. Noſti quippe, quòd quidam reprobi & reprobati dicturi ſunt Domino; *Nonne in nomine tuo Prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & ſigna multa fecimus?* (Matth. 7.) Sed eſto, tuo te permitto judicio. Mihi tamen ſemper mirabilius conſtabit pepuliſſe à corde avaritiam, ſuperbiam, luxuriam; quàm ab aliorum oculis, cæcitatem, à membris ægritudinem, à corpore dæmonem. Verùm; quia non ſemper conſtat nobis, qui in facie videmus, & non in corde; qui ſit internus ſtatus ſanctorum, quæ virtus, quæ libertas? ſecundùm magnam miſericordiam ſuam agit Dominus, ut per exteriora miracula agnoſcatur, quàm admirandi intus ſint, per quos ipſe foris tam mira operatur. H

Penſemus ergò Fratres chariſſimi, qua veneratione amplectendus ſit hic famulus Dei, cujus merita probare, & commendare per tanta miracula dignatus eſt Dominus. Sit noſtræ

A noſtræ diffidentiæ, ſi qua tamen eſt (abſit
autem, ut ulla ſit) invincibile argumentum,
quòd ille animarum noſtrarum morbos &
languores promptus & potens eſt curare;
qui tam crebrò, támque piè infirmitates cor-
porum non tardat allevare. Nec enim du-
bitari debet, plus illum prodeſſe velle anima-
bus, quàm corporibus; quoniam quidem
illarum ſalus æterna eſt; illorum verò cum
ipſis pariter poſt modicum defectura.

Hucuſque ex ſcriptis piorum S. ALT-
MANNI geſta narravimus. Quis hominum
putet illos aliquid incertum, vel, quod ſa-
crilegum eſſet, aliquid falſum ad poſteros
tranſmiſiſſe? cùm optimè nuverint Deum
B nullius egere mendacio. Sed & ea, quæ
quotidie ſub oculis præſentium fiunt mira-
bilia, prioribus atteſtantur, priora confir-
mant & augent. Ad quæ deſcribenda, pri-
uſquam accedamus, explicabimus forſan
non inutiliter, qua cauſa, quo ordine Mo-
Gotvvicenſe. naſterium * Kotvvigcenſe, quod illum fun-
dâſſe, & ſacris oſſibus ſuis illuſtrâſſe ſuprà
retulimus, à prima ſua inſtitutione Canoni-
corum videlicet Regularium in monachi-
cam profeſſionem, ùt in præſentiarum cer-
nere licet, demutatum ſit.

Tempore venerandi Antiſtitis venit in
montem Kotvvich Presbyter quidam natio-
ne Scotus, profeſſione monachus, conver-
C ſatione religioſus. Congruebat ei nomen,
quod habebat; dicebatur enim Joannes,
quod ſonat, *gratia Dei*. Dilexit hanc grati-
am in illo Antiſtes ALTMANNUS; &, ut
liberiùs ille ſecum habitaret, quodam arcto
habitaculo, juxta Eccleſiam beatæ MARIÆ
pro deſiderio & petitione ſua eum conclu-
ſit. Videbant homines opera illius bona,
Matth. 5. & glorificabant Patrem ſuum, qui in cœlis
eſt. Verba quoque illius libenter audiebant.
quoniam & ipſa gratiam ſapiebant & ædifi-
cationem. Poſt obitum verò beati ALT-
MANNI, in cujus diebus agni illius mona-
ſterii paſcebantur in Ordine ſuo; nonnulli
ſub ſpecie agnorum corda gerentes lupina,
ex diverſis locis pulſi & profugi, illò con-
D fluxerunt. Qui poſt modicum verè lupi ap-
parentes, atque in rabiem verſi, & lupinis
dentibus aliorum ſimplicitati venena ſuæ ma-
litiæ infundentes, innocentiam & bonam
famam, quæ inibi ſanctiſſimè floruerat, &
bonum odorem ſuum longè, latéque diffu-
derat, corrumpere & inficere non timue-
runt. Unde factum eſt; ut locus ipſe fie-
ret contemptui, horrori & deteſtationi.

Beatus igitur ALTMANNUS, cujus ocu-
los credimus eſſe ſuper locum ipſum die ac
nocte, per viſum prædicto apparuit Joanni
commonens, ut de cœno montem ipſum
purgaret, & fœtorem ſtercoris abſtergeret.
Intellexit vir Dei viſionem, eámque Præpo-
ſito Fratrum referens, conſuluit: turpes
quosque exinde projici, & ſeductos ab eis
pœnitentia emundari. Quod tamen, cùm E
inſamiam, cujus fœtor longiùs proceſſerat,
minus reprimeret, prolixiori tædio victi, lo-
co cedere omnes decreverunt.

Rurſus ergò antè fatus Joannes divino in-
ſpiratus conſilio conſulit, ut profeſſionem
pariter mutarent & habitum, aſſerens & pro-
mittens, ſi mutarent, & augerent votum,
quòd tunc prioris infamiæ totum exuerent
opprobrium. Placet conſilium: placet etiam,
ut eligatur religio monachorum. Proinde
conſultum videtur, ut res ipſa ad Domnum
Papam referatur. Placet & illi mutatio dex-
teræ excelſi. Igitur Chuonradus Præpoſi-
tus, qui Outoni Secundus ſucceſſerat, & ſe
hujus mutationis pium fautorem & aucto-
rem præbuerat, conſenſum Romani Ponti-
ficis Oudalrico Pataviensi Epiſcopo, qui bea-
to ALTMANNO ſucceſſerat, citiùs indicat,
& in hoc tanto negotio, ſuæ quoque aucto-
ritatis & diſcretionis poſtulat conſilium. Ita- F
que Oudalrico Epiſcopo conſulente & an-
nitente, HARTMANNUS, qui Prioris offi-
cio fungebatur in monaſterio S. Blaſii, Ab-
bas eligitur. Et meritò. Erat enim vir re-
ligioſus, in ſacris literis optimè inſtructus,
ſuavis ſermone, & ad cunctorum hominum
qualitatem informandam, ſeu fovendam,
convenienter diſpoſitus. Huic, ùt ipſe pòſt
Fratribus narravit, S. ALTMANNUS in
ſumnis apparuit, cùm adhuc in prædicto
monaſterio ſancti Blaſii foret conſtitutus,
virgámque paſtoralem ei tradidit, & Cœno-
bium Kotvvigcenſe regendum commenda-
vit.

Aſſumptis ergò viris religioſis electus Ab- G
bas, cunctis flentibus, qui ejus pridem læti-
ficabantur contubernio, proficiſcitur, atque
ad oves à Deo ſibi commendatas perveni-
ens, favnrabiliter excipitur, & cummunibus
omnium votis ab Epiſcnpo Pataviensi debita
cum benedictione confirmatur. Exhinc
inhabitantes ibi, ſine mora & refragatione
priorem mutant habitum, mutant & ani-
mum, mutant & ſtudium. Exultabat ſuper
hoc terra, magis autem cœlum; ubi gau-
dium celebratur ſuper uno peccatore pœni-
tentiam agente: quantò ampliùs ſuper tan- *Luc. 15.*
torum ſalute & correctione? Ex tunc multi
nobiles de ſæculo ad DEUM converti, &
tanti viri ſe diſciplinæ tradere, ſuáque om-
nia in uſum monaſterii conferre cœperunt.
Crevit per eum abinde fama & reverentia H
loci: ſurrexerunt ædificia, librorum copia
crevit, & omnis ornatus myſteriorum divi-
norum.

At nihil hoc fuerat, ſi ſcilicet profeciſſent
parietes, & ſub ruina mores manſiſſent. His
potiùs inſtruendis vir ſagax invigilavit; ſci-
ens, quòd non in manu factis habitat Deus,
ſed in rationabilibus ſanctarum animarum
templis, quæ piis votis eriguntur, proficiunt
religione, & conſummantur perſeverantia.

Et

A Et quia gloria, ùt quidam ſapiens ait, etiam invitum ſequitur, cœpit vir iſte magnus haberi ab his, quibus erat nomen magnum, juxta nomen magnorum, qui ſunt in terra: & ideo paſſim offerebantur ei dignitatum infulæ, & multorum regimen monaſteriorum. Factúmque eſt, ut Rex Heinricus V. eum Campedonenſi præficeret Abbatiæ, nec minùs Epiſcopus civitatis Auguſtæ eum monaſterio S. Oudalrici præponeret; Dúxque Cariothiæ Cœnobium S. Lamberti ei gubernandum commendaret.

Hujus diebus, quoniam gratus & acceptus erat Curiæ Romanæ, privilegia impetrata ſunt, quibus locus ipſe munitus & corroboratus eſt.
B Eo autem de hac luce ſubmoto, ſucceſſerunt ei viri prudentes, & religionis amatores; quorum induſtria & vigilantia monaſterium eò uſque profecit, ut cunctis viventibus, indubitanter liqueat, *quòd verè*
Gen. 28. *Dominus eſt in loco illo; nec eſt ibi aliud, niſi domus DEI & porta cæli.* Benedictus in om-
Pſal. 134. nibus, *qui omnia, quæcunque voluerit, facit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis:* ipſi honor, laus & gloria, & gratiarum actio in ſæcula ſæculorum, Amen.

His ita explicitis, redeundum arbitror ad ea miracula memoriæ hominum commeodanda, quibus uſque in hodiernum diem ſub oculis noſtris merita famuli ſui Dominus atteſtatur, atque ad ejus converſationem imitandam Præſules noſtrorum dierum ſuſcitat & invitat.
C Nam ſi fallax hujus mundi gloria ipſos delectat, longè plus illa eis petenda foret, quam Dominus gloriæ, eorum aviditati communicaret, non cum umbra hujus mortalis vitæ finiendam: ſed, tam hic, quàm futuræ beatitudinis in regno ſine fine, beata & inconcuſſa ſoliditate permanſuram.

Quodam tempore, in feſto Dedicationis Eccleſiæ puella quædam ſæviſſimo correpta dæmone; in conſpectu Fratrum divinas laudes pſallentium, ad tumbam S. ALTMANNI aſtans, miſerabiliter torquebatur. Et ecce repentè horrendis vocibus exclamans, ut
D adjuvaretur, poſtulabat. Sed quis hominum tanto horrori accedere præſumeret? Affuit tamen inviſibiliter Beatus Antiſtes, & miſeram illam in præſentia cunctorum à tormento ſalvam fecit atque dæmonio. Illa, in ſe reverſa, ſacram Dominici corporis communionem ſibi dari petiit, per quam à maligno ſpiritu ultra ſe tutandam non dubitavit.

Unus ex famulis monaſterii multo tempore lumine orbatus oculorum, cùm loca ſancta peragrâſſet, ubi meritis ſanctorum ſanitatis gratiam ſperabat, nec inveniſſet, ad monaſterium rediit, & in ſuis tenebris, ùt priùs triſtis manſit. Incidit aliquando menti ejus, ut ſuum potiſſimum Patronum prece indeſeſſa, pro reſtituendo ſibi lumine imploraret. Cúmque crebriùs, atque devotiùs oraret; die quadam, cùm ad valvas Baſilicæ, puero regente greſſus ejus, egreſſurus perveniſſet; ſubitò ait puero; ſine me, quatenus per me gradiar: video quippe. Et ab ea hora exivit ad opus ſuum, videns & gaudens, & laudans Deum. E

Puer quidam, cujus pes enormiter intumuerat, adeò, ut vix diſcerneretur, an membrum illud pes fuerit? ad ſepulchrum Beati viri adductus; cùm parentes ejus pro eo fideliter oraviſſent domi, relatus, & ilicò noxio humore erumpente ſanitati reſtitutus eſt.

Erat quidam de Conventu Fratrum ejuſdem Monaſterii, diu graviſſima infirmitate depreſſus, deſperatione recuperandæ incolumitatis non parùm mœſtificabatur. F Revelatur cuidam ſorori ejuſdem loci, eum priſtinæ ſanitati reſtituendum, ſi ad memoriam Beati ALTMANNI oblationes pro illo offerantur; & miſſa una pro fidelibus defunctis illic, ægroto præſente, celebretur. Advehitur ille in geſtatorio quatuor portantibus, duobus aliis hinc inde nutabundum ſuſtentantibus. Inter ſacra myſteria viribus ſenſim accreſcentibus, alieno ſuſtentaculo ſe non egere adſtruebat. Miſſa verò completâ ad domum Infirmorum regreditur, ſuis jam nitens pedibus, uno tantùm fratre eum adjuvante. Integra verò ſanitate poſt paucos dies recepta, impiger ad officia ſua ſurgebat, egrediens & regrediens ad imperium Abbatis ſui. G

Puella quædam de vicina villa, quæ Murlingen appellatur, filia cujuſdam honeſti, & noti militis, cui nomen erat Wolckerus, repentina paralyſi à media parte corporis correpta eſt. Vocabatur autem illa, Percha. Affuit illi medicorum ars, profuit verò nihil. Conſulit medicus ipſe, per merita S. ALTMANNI divinum potiùs implorandum auxilium. Adducitur illa ad ſepulchrum viri Dei. Oravit: Oraverunt & parentes ejus; exauditáque eſt oratio fideliter ſupplicantium, & ſanitas reſtituta exauditionis facta eſt ſignum. Manſit tamen, ad excitandam majorem ſanatæ devotionem, & evidentiorem divinæ gratiæ manifeſtationem aliquid infirmitatis in manu puellæ. At illa in anniverſaria depoſitionis die S. Antiſtitis, ad pium & expertum recurrit medicum; & inter orandum, quod petebat, optatum accepit remedium. H

Mulier quædam de villa, quæ Hunteheim dicitur, diuturna & gravi ægritudine ad mortem uſque ferè adducta, & viribus omnibus deſtituta, gravi portantium labore ad tumulum famuli Dei adducta, priſtinæ ſanitati eſt reſtituta.

Item puella parvula, de villa, cui vocabulum eſt Panſe, diu lumine privata, inibi eſt illuminata.

A Puer etiam quidam de villa alia dicta Marquarteſdorff, utroque debilis & claudus pede, veſpere illo advectus, & ab innumeris, quid mali pateretur, viſus, cùm pervigilem cum eo, qui eum adduxerant, duxiſſent noctem, primo manè reddita ſibi incolumitate, curatus eſt.

Ex eadem villa mulier quædam cæca viſum recepit.

Matrona quædam nobilis atque devota, de caſtro ſuo, quod Hoſſtein appellatur, adveniens, & puellam quandam cæcam ſecum afferens, eùm ad ſepulchrum ſancti viri inſtanniùs orarent, quo diu caruerat, recuperato lumine, puella illa gaviſa eſt. Ob cujus ſigni tripudium & teſtimonium, eadem matrona, prædictam puellam; ac filiam propriam aſſumpſit, & jugiter ſecum retinuit. Erat autem nomen puellæ TRUTA.

B Eodem tempore alia mulier quædam, de villa, quæ dicta eſt Bebeimkirchen, eùm fuiſſet cæca, interveniente S. ALTMANNO vidit, & gaviſa eſt.

Altera item mulier de villa vocabulo Indernich, nomen habens Heilka, cùm novem hebdomadibus, ſicut juramento confirmabat, non vidiſſet lumen, ad tumulum S. Viri Dei, lumini reſtituta eſt.

C Heinricus quidam nomine, & ipſe civis forenſis villæ, quæ dicitur Heinvelde, homo maturus, & qui veritatis ab omnibus habet teſtimonium, cùm oculum ramuſculo quodam percuſſum irremediabiliter doleret, ejúſque viſu penitus careret; cùm ad ſacra oſſa hujus Antiſtitis fideliter, & ſupplex oraret, pulſo dolore, ſanitatem & viſum recepit.

Quædam mulier paupercula de partibus Bavariæ, cum prole nuper genita venerat, & neceſſariorum cauſa in ſervitium cujuſdam matronæ in Chremeſenſi civitate ſe contulerat. In cujus ſervitio per aliquod tempus morata, dolore oculorum accedente, defectum viſus paſſa fuit. Et heu, quantis accidentibus, D miſera ſubjacet. Jam quo putas dolore non cruciabatur? quam & cæcitas urgebat, & grave onus paupertatis premebat. Nec enim ſibimet, nec proli nuper genitæ, pro qua magis ſolicitabatur, prodeſſe poterat. Cúmque à ſervitio prædictæ matronæ defectus viſus illam ceſſare cogeret, & matrona ab adminiſtratione victualium ceſſavit. Hæc nocte quadam, pro tanto ſuo defectu in lacrymas reſoluta, divini luminis gratiam per merita B. Præſulis medullitus implorabat. Et, qui deſiderium pauperum exaudit, & hujus orationes audivit, & lacrymas vidit. Nam cùm manè ſurrexiſſet ad omnium membrorum officia, viſu regente, expedita fuit. Sed omnes ſingillatim eventus eorum, E qui ad Memoriam S. Antiſtitis beneficia luminis meruerunt, propter faſtidium lectoris deſcribere, omitto. Nam, præter eos, qui infauſtas pertulerunt, rarus fuit oculos dolens, qui remedium non conſequeretur.

Erat mulier quædam, dæmonium habens tantæ importunitatis & tanti furoris, ut vix aliquis quiret habitare cum illa. Clamor & furor, ubicunque fuiſſet. Omnia enim membra ſpiritu furoris agitabantur. Interdum etiam idem dæmon, quia ſciens interpretatur, organum hominis obſeſſi ad proferendam literaturam movebat: quaſi eadem mulier literaturæ ſcientiam, & modum urbanæ pronunciationis ab ipſis ſtudiis conſecuta fuiſſet. Et certè, quod quibuſdam F mirum videbatur, Symbolum per omnia, ùt fides Catholica habet, pronunciabat. Neque tamen id mirum: cùm auctoritas * dicat; dæmones habere fidem, ſed non opera. *Scriptura. Jac. 2. Hæc, cùm ſolenni proceſſione plebis plebeſanæ parochiæ, quæ Tuln vocatur, ad Memoriam Beati viri ducta veniſſet; meritis ſancti Præſulis invaſorem peſſimum propellentibus, liberata fuit. Et videntes turbæ manifeſta ejus liberationis ſigna, eò magis DEUM & præconia dilecti ſui ALTMANNI glorificaverunt; quia ipſam ad diverſa ſanctorum limina, ſine effectu ullius virtutis adduxerant.

Sed quia alternis uti, eſt delectabile, aliud G miraculum teſtimonio aſtantis Eccleſiæ ſolenniter celebratum accipias; ut, quanta ſit hujus ſancti Præſulis meritorum prærogativa, pleniùs agnoſcas. Quidam debilis eam corporis pertulit moleſtiam, ut attenuato vitali ſanguine venarum contractu erectus ire nequiret: ſed, pro officio pedum, manibus reptando, ſe traheret. Is in longinquo poſitus, in villa, quæ Lò dicitur, cùm hujus gratiæ mira opera comperiſſet, ſpe ſanitatis tumbam ſalutarem Beati viri oraculo quodam divino elegit expetendam. Ubi eùm votis & precibus pro defectu cor- H poris & moleſtia, ut puta porioribus medullitus inſiſteret; ecce mirum dictu, nervi diu contracti, cum fragore ſe cœperunt extendere, & aridi meatus venarum vitali ſanguine infundi. Itaque, accepto robore, contractus ille ſuper pedes conſtitit, & Curatori ſuo magnis vocibus benedixit. Gloria tibi Chriſte, qui per merita ſanctorum tuorum uſque modò operaris, & ſic eliſos erigis; ut eorum, qui tibi placuerunt, mortalibus claritatem innoteſcas.

Finis Vitæ S. Altmanni Epiſcopi Paſſavienſis.

VITA
B. TIEMONIS,
ARCHI-EPISCOPI SALISBURGENSIS,
QUI
A SCHISMATICIS
SUB
GREGORIO VII.
ET
URBANO II.
ROMANIS PONTIFICIBUS
PLURIMA PERPESSUS, ET TANDEM MARTYRII CORONA REDIMITUS EST.
NUNC
Ex antiquis membranis in publicum deprompta.

LECTORI.

VItam TIEMONIS evulgavit Tomo quarto Antiquæ Lectionis D. HENRICUS CANISIUS. Verùm quia in alio quodam membranaceo, eóque pervetuſto Codice, pauló aliter conſcriptam reperimus, eam huic volumini inſerere, operæ pretium duximus; nam Gebhardus, Altmannus & TIEMO conjunctiſſimi, & tam in proſperis, quàm in adverſis individui comites, & Pontificum Romanorum adverſus ſchiſmaticorum factiones invicti propugnatores fuère. Eoſdem ergo jungat charta, quos olim arctiſſimè copulavit charitas & concordia ſancta. De TIEMONE BERTHOLDUS in Chronico Anno M.XCII. *In Bojoariam venit Salzburgenſis Epiſcopus Dimo, qui Patavienſi Eccleſiæ jam dudum viduatæ, ordinavit Epiſcopum nomine Udalricum, &c.*

Nodos quoſdam circa hanc Hiſtoriam occurrentes, illum præſertim de Idolis & Idololatris diſſolvit D. Henricus Caniſius in præambulis ad vitam & Martyrium TIEMONIS *Tom. 1. Antiq. Lect.*

A

INCIPIT PASSIO S. TIEMONIS EPISCOPI.

INſignem egregii Pontificis ac præclari Martyris TYEMONIS triumphum, ejus meritis ſuffragantibus literarum memoriæ tradimus, ut incompertum antea paſſionis modum, noverit omnis ſucceſſio Catholicorum; ſciátque ſingularem hujus athletæ præcipui victoriam, ſi condignè recolatur, apud Deum uberiorem præſtare poſſe gratiam. Re vera magnum, perſpicuúmque lumen in noviſſimis diebus accendit in illo miſericordia Domini periculoſæ temporum caligini: de quo, tanquam ex viva, & perlucida ſui imagine, lux vera
B clariùs queat eniteſcere. Ne ergò tanti lucerna fulgoris ſub modio tegatur oblivionis, cudatur ei, licèt vilis & ænei candelabrum eloquii; quatenus, in domo Domini valeat publicè viſenda proponi. Cernatur ejus in lumine formoſa, tametſi nigra, facies Eccleſiæ; qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum, podere veſtitus, circa
Apoc. 1. mammillas zona aurea præcinctus videatur: atque, ſicut eſt pollicitus, cum ſuis Chriſtus, eorúmque rectoribus, innocentia candidis, ſapientia ſplendidis, uſque in finem ſæculi manere ſentiatur.

C Complevit, & in æternum complere non deſinit huic Beatus Redemptor noſter jocun-
Apoc. 3. dæ illius ſponſionis elogium: *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo.* Vicit enim ſerpentis antiqui ſuggeſtiones in ſe ipſo: & ideo, fortis columna effectus eſt in periclitante Dei domus ædificio. Vicit terrores, & perſecutorum impetus, ac proinde ſpectaculum condidit omnibus exemplum magnanimitatis & perſeverantiæ decus. Ferculum veri pacifici tanquam argentea columna ſuffulſit veritatis ſonora confeſſione, & conſtantiæ robore immobili, reclinatorium aureum in ſe fidenter innitenti fuit Eccleſiæ. Cui purpureum deinde præbuit aſcenſum, proprio ſanguine rubricatam ſter-
Eccleſ. 49. nens viam ad cœlum. Memoriam poſſedit æternam in compoſitione odoris optimi fa-
D ctam cœleſtis opere pigmentarii. Nam gubernavit cor ſuum ad Deum, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem.

Hic itaque electione Dei digniſſimus, alto genere Bavariorum extitit oriundus. Qui à primæva ætate, in monaſterio, quod dicitur ALTAHA monaſticæ vitæ diligens jo-
** diatim.* cunditatem, ibíque * diatim proficiens aſcendit de virtute in virtutem. In Juvavenſi ergò Epiſcopatu cujuſdam monaſterii Pater adeò invalidus extitit, ut nequaquam juxta
2. Tim. 4. Apoſtoli verba, ad arguendum, obſecrandum, increpandum cum patientia & doctrina, eſſet idoneus. Qui audiens Epiſcopum E
inibi ordinatum, ſcilicet venerabilem virum ſanctæ recordationis GEBHARDUM, ſuæ imbecillitatis pandens modum, ut abſolveretur ab hujuſmodi pondere, cœpit obnixè obnixiúſque deprecari. Quod & promeruit. Nam ut eſt Canonicè, ac miſericorditer abſolutus, in ejus locum electus eſt venerabilis Tyemo jam dicti Monaſterii alumnus, moribus durus, vita auſterus, omni tamen monaſtica diſciplina inſtructus. Qui ſtatim digna emendatione corrigebat cum omni imperio, delinquentes arguebat, mites verò & obedientes, ut in melius proficerent, obſecrando piè admonebat, vineam Domini inibi ditiſſima fertilitate ſationis Evangelicæ affatim excolere non ceſſabat.

Ea igitur tempeſtate, cœpit undecunque F
navis Eccleſiæ mediis perſecutionum fluctibus aliquandiu fatigari. Ac fideliſſimus, præpotens Archiater Dominici gregis proviſor Gebehardus à fautoribus Heinrici jam non ſemel ab Apoſtolico excommunicati, expellitur, * aliúſque verè Simonis diſcipulus à ** Bertoldus. vide Metropolim Hundii in Catalogo Epiſc. Salisburg.*
Rege jam dicto intromittitur, ordinatur, conſecratur, imò execratur, & quantocyus inthronizatur. Tunc venerabilis Abbas Tyemo novum invaſorem, atque hæreticum fugiens, verè illud Apoſtolicum ſequi *Tit. 3.*
cupiens; *Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem devita; quia, qui ejuſmodi eſt, ſubverſus eſt, & proprio judicio condemnatus*; adiit ſpiritualia gymnaſia monachorum Schafhuſenſium, ac Hirſaugienſium: quorum utrumque tunc temporis perfectis pollebat Cœnobitis, quaſi pratum odoriferum, plenum undique areolis aromatum: ac cuncti advenientes theoreticam vitam diligentes jugum Domini ſuave, & onus *Luc. 11.*
ejus leve portare cupientes, utroque loco invenerunt inexpugnabile aſylum.

Tunc Evangelicis documentis inſtructus G
omnia relinquens, in Hirſaugienſi clauſtro optimam partem eligens, ad pedes Domini cum Maria ſedens verbum illius audiens, ad *Luc. 10.*
amplexus Rachel quandoque pervenire cu- *Gen. 29. Actor. 3.*
piens, cum illis, quibus erat cor unum, & anima una; qui nihil habebant, & omnia poſſidebant, communem vitam aliquot annos tranſegit: ſicque demum in ſpirituali diſciplina adauctus, honorificè repatriavit. Quem invaſor Eccleſiæ Juvavenſis ſuſcepit benigniſſimè, ſperans eum Abbatiam ſuam velle recipere, ac ſuum errorem in omnibus adjuvare. Sed vir Dei non immemor con- H
ſilii Petri Apoſtoli: *Melius eſſe viam veritatis non cognoſcere, quàm poſt agnitionem retrorſum converti*; ſciens etiam cum hujuſmodi nec *2. Pet. 2.*
cibum ſumere, noluit jugum ducere cum hæreticis; ſed maluit abjectus eſſe in domo Domini, quàm habitare in tabernaculis peccatorum; & ſeceſſit ad ſervos Dei, pauperes Chriſti, vicinam in eremum. Ubi ſuſceptus

A ptus eſt Inibi à Fratribus degentibus cum omni charitate. Et cum Joanne Apoſtolo cœperunt ſinguli hæc verba dicere; *Nos de-* Joan. 3. *bemus hujuſmodi ſuſcipere*, ut cooperatores ſimus Domini noſtri JEſu Chriſti. Ipſe verò ſæpiſſimè cœpit Chriſto pſallere Pſalmo- Pſal. 54. graphi voce; *Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine.*

Non multo pòſt tempore venerabilis archiater Gebehardus Pater Chriſti ovium digniſſimus huic vitæ finem dedit, (&) in gaudium Domini ſui, talento benè duplicato, XVII. Kalendas Julii, ùt credimus, honorificè intravit, oves ſuas non Paſtori, ſed mercenario ſuperpoſito, heu, dimiſit lacerandas. Quod Catholici videntes, non mediocriter doluêre mortem pii doctoris & B magiſtri. Conſilio autem inito, ſatagebant dignum Doctorem, dignum Paſtorem Chriſti Sponſæ aſſociare: ne lupus gregem Domini tam poteſtarivè, & tam luctuosè ulterius poſſet diſpergere, vel perturbare. Convenientes verò boni & juſti non in dubium, ſed in unum, alii autem non in unum, ſed in dubium. Spiritales ſpiritalia ſectantes, elegerunt ſpiritalem virum, videlicet Dominum Tyemonem; cui meritò tunc in tempore erat comparandum illud oraculum, quod priſcis temporibus Deus ſolebat loqui Exod. 33. ad quendam ſuum amicum; *Novi te ex nomine.* Seculares, quæ ſunt hujus mundi tractantes, laudaverunt quendam non ſpiritualem, ſed genere & ſæculi dignitate admodum clarum & potentem; cui meritò illud Pſalmiſtæ coaptatur, quod de reprobis di- Pſal. 72. citur: *Dejeciſti eos, dum allevarentur.* Quorum pactioni, quaſi majori poteſtati aſſenſum præbebant çuncti non corde, ſed voce.

C Cæterùm diſpoſitor cunctorum DEus, oſtendit cunctis inſpicientibus talem electionem ſuis non placere conſpectibus. Cùm igitur ad Colloquii locum Pataviensis Epiſcopus Altmannus Apoſtolicæ Sedis Legatus; Clerus, Dux Welfo, Comites, utriuſque ſexus multus conveniſſet populus; illo, naviculæ ductu, alveum tranſire cupiente, qui non Domini, non ſpiritalium perſonarum, ſed paucorum ſeculari dignitate pollentium, electus erat judicio, partium utrarumque D ſuſpenſa fuit exſpectatio. Quid plura? Cognitor occultorum, proviſórque futurorum Deus; qui alienum ignem offerentes non mirabili, ſed miſerabili morte interire voluit; hanc infructuoſam arborem, palmitem non ferentem fructum abſcidit; ac, cunctis inſpicientibus, cunctíſque admirantibus, medio amne cum Pharaone immergit: talique Dei judicio, illorum electio finem ſortitur. Quod videntes univerſi, concitati ſunt in laudem veri Paſtoris Chriſti, dicendo illud Pſal. 7. Pſalmographi; *Deus judex juſtus:* Et illud Rom. 11. Apoſtoli; *quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus.* Statímque, Dei, ut cunctis claruit, electus, ad Cathedram Epiſcopalem non ſolùm eſt evectus, ſed etiam maximo cum E honore à Catholicis eſt ſuſceptus. Ab omnibus laudatur & honoratur. Poſtea verò opportuno tempore Dei Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech electus, unguen- Pſal. 109. to, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, & oleo lætitiæ unctus conſecratur, ad Pſal. 132. archiſterium hymnidicis odis inthronizatur.

Exin verus Chriſti miles ex ſexaginta fortiſſimis Iſraëlitis lectum veri Salomonis am- Cant. 3. bienribus, electum gladium tenens ſancti Spiritus, die noctúque, pace bellóque arma- Epheſ. 6. tus, juſtitiæ indutus lorica, fidei galea, ſalutis armatura, nequiſſimi tela ignea in corpore extinxit; gregémque ſibi commiſſum de inimici faucibus quotidianis documentis eripere ſtuduit. Sed antiquus hoſtis, qui F genus humanum de Paradiſi amœnitate per ſemetipſum expulerat, in primo parente; hunc Dei ſymmyſten per membra ſua de ſede Epiſcopali, imò de finibus illis nititur proturbare. At verò vir Dei edoctus Evangelicis dictis; *Cùm perſequentur vos in civitate* Matth. 10. *iſta, fugite in aliam:* Inde declinare tentans, venit in Alamanniam, ibíque cum venerabili viro Gebehardo Conſtantienſi Epiſcopo, aliquandiu degebat, & circa, venerabilia loca humillimè & charitarivè viſitabat.

Illo igitur in tempore multi ſunt conati G Hieroſolymam pergere, ſancta loca à gentium dominio cum Dei adminiculo eruere. Num. 21. Et ſicut olim per regiam viam Iſraëliticus populus bellicosè ad terram repromiſſionis ingreſſus eſt: ita & iſti, illius exemplo confortati, bellum pro pace elegerunt. Ac multi in ſanguine Agni rubricari, animas pro Chriſto perdiderunt, ut in æterna vita cuſtodirent illas; & Ethnico bello occubuerunt. Pauci tandem liberati, ad deſiderata loca pervenerunt. Venerabilis verò, de quo nobis ſermo eſt, Metropolitanæ Juvavenſis Hierarcha, cupieus Evangelicam ſequi perfectionem, volens dicere cum Petro: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*; jam Matth. 16. dudum expulſus; cum Welfone Duce iter ingreſſus eſt peregrinationis Hieroſolymitanæ. *Sed omnes, qui volunt piè vivere in Chri-* 2. Tim. 3. *ſto JEſu, perſecutiones patiuntur.* Perſecutio- H nes etenim nonnullas vir Dei fortiter ac patienter ſuſtinuit; Et voce Pſalmographi jucundanter in die illa cecinit. *Circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni invenerunt me. Tribulationem & dolorem inveni, & nomen Domini invocavi.* Et illud Apoſtolicum: *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quis nos* Rom. 8. *ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an fames, an nuditas, an periculum;* & cætera uſque; *qui dilexit nos.*

In civitate etenim Corozaim, à Domino maledicta, ubi ſedes eſt Satanæ, quæ illis in partibus eſt gentium famoſiſſima, habitabant tres potentiſſimi germani. Qui contra

pere-

A peregrinos Chriſtianos, collecta multitudine innumerabili, partim occiſos, partim vulneratos obtriverunt. Et ſicut olim Iſraëliticus populus in Babylooiam ductus eſt captivus, ita & Chriſtianus iſte populus maxima ex parte captivus ductus eſt ab his regibus. Iſraëliticus autem populus in Babylonica captivitate ſuper flumina Babylonis, dum recordatus eſt Sion, ſedebat & flebat dicens: Pſal. 136. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena*; hic verò, pſallebat corde & ore dignum Canticum Domino in hæc verba: Pſal. 64. *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddatur votum in Hieruſalem.* Pſal. 43. & Rom. 11. Et alibi: *Dediſti nos tanquam oves eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos: quoniam propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis.* Igitur electus de tanta multitudine, quem Deus noverat ex nomine, ſcilicet venerandus heros, cui ſtilus noſter famulatur, capitur, trahitur, ac Deo tandem per Martyrium ſingulariter ſibi reſervatum digna hoſtia efficitur.

B Cùm ergò inter ſe dividerent ſpolia rerum & hominum: Venerabilem Archi-Præſulem ſuæ parti potentiſſimus trium Regum ſuſceperat adunatum. Quem, victimarum more ad vendendum cum aliis, quaſi ſervum tradidit emptitium; cupiens de precio illo adaugere ſuum ærarium. Cúmque omnes damnati Chriſtiani, illum, ùt Patrem, ſpecialiter, præ cunctis, pio affectu venerarentur; unde eſſet, vel quis in terra ſua fuiſſet, ab Ethnicis ſtudioſè perquiritur. Qui comperientes, eum Epiſcopum fuiſſe; regi ſuo non differunt nunciare. Rex autem celeriter beatum virum ſuis obtutibus fecit

C adſtare. Qui interrogatus quis eſſet? vel, quam artem ſciret, illud Poëticum animo Hor. epiſt. 1. tractans vir Dei; Ibid. *Eſt animus tibi, ſunt mores & lingua, fidéſque: Si rectè facies, hic murus aheneus eſto;* tali affamine dedit reſponſum; Scio quidem diverſas artes; ſed præcipuè, ùt ſapiens architectus fundamentum ſcio ponere firmum. Super hoc, ſi quis ædificat aurum, argentum, lapides precioſos, non tempeſtas, non ventus, nec ullus hominum deſtruere poterit; quia illud pono ſupra firmam petram, quæ eſt Chriſtus.

D Non interrogo te, inquit Rex, de ſtructura talis fundamenti; ſed à te quæro artem aurariam, vel aliam noſtræ utilitati neceſſariam. Præſul venerandus ad hæc: Si artificem me, inquit, cupis ſcire: Optimè vetuſta ſcio renovare. Iratus autem Rex non intelligens verba Dei paranymphi, uſus eſt Hor. in Arte. talibus verbis Horatii: *Omne ſupervacuum pleno de pectore manat.* Sanctus Epiſcopus dixit: verè, ùt dixi, vetuſta ſcio renovare, quia legem veterem in novam, Chriſto Domino meo auctore ſcio transferre: & inſuper materiales artes, ùt deſideras, videlicet aurariam, ſive pictoriam ſcio plenariè. Tunc Rex lætus cum gaudio magno dixit: Gratias ago Deo meo; quia ſervum tradidit E nobis talibus imbutum artificiis. Noli, bone artifex, noli diutiùs tardare, Deum meum detruncatum manibus renovare; vel, ſi poteris, ipſas loco ſuo reſtituere; ut propitter nobis, omnibus diebus vitæ noſtræ. Adducite illum, inquit, ad me. Et ecce deducitur monſtrum diaboli, ùt dictum eſt, detruncatum manibus; quod cunctus populus paganorum venerabatur ùt DEum maximum. Allatus eſt magnus, ùt juſſerat, malleus. Quem tenens manu aggreſſus eſt fanum, in quo latitabat diabolus, ſcilicet univerſæ terræ gravis malleus. Adjuro te, inquit, diabole, ſerpens venenoſe, & antique ſeductor animarum, qui in iſto fano ad decipiendas hominum animas lates; adjuro te per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, ut des mihi ad omnia, quæcunque interrogavero, reſponſum. Qui ſtatim in- F terroganti dedit reſponſum. Cúmque diu fabularentur pariter, dæmon nequiſſimus blaſphemiam quandam in Chriſtum protulit; contra quam zelus domus Domini for- Pſal. 68. & Joan. 2. titer Epiſcopum comedit, ſtatímque illud fanum ſolo pedibus proſtravit, & malleo, quem manu tenebat, particulatim, quaſi vas fictile; quia fortis erat viribus, cunctis coràm poſitis ac cernentibus, velut in momento, diſſolvit, atque confregit. Pagani concurrentes, virum Dei, ùt ſacrilegum, conati ſunt interficere, volentes Deum ſuum vindicare in illius ſanguine.

Tum Rex furibundus advenit, plenus ira G & amaritudine, juxta illud Poëticum: Hor. Arte. *Vultum verba decent iratum plena minarum.* Nolo ait, nolo eum tali, & tam levi morte finiri; ſed flagellatum, vinctum catenis, interim ſtudioſiſſimè cuſtodite. Athleta verò Dei deductus ad carcerem, pſallebat Davidicum illud dicens: *Eripe me de inimicis meis* Pſal. 58. *Deus meus; & ab inſurgentibus in me, libera me. De viris ſanguinum ſalva me: quia ecce, ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes.* Rex autem ut vidit Deum ſuum omninò jam diſſolutum, ad aliud vicinum miſit idolum; ſuper hac re quærens conſilium, quid ſibi eſſet faciendum. Sed ùt ſcriptura dicit; non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.

Quomodo, vel quali martyrio ſummus H arbiter electum ſuum civibus ætheriis voluiſſet adunare, non poterat etiam ſpiritus malus ſilentio tegere: imò, ùt credimus, juſſu divino, malus Angelus, malis hominibus ad perficiendum Deo placitum hujus rei exitum iocitandis, ſua debuit reſponſa miniſtrare. Dæmon etenim ex illo fano, cum magno tremore dedit reſponſa miniſtris regis; Heu me, quid agam? collegam perdidi, timore perterritus vix vires recepi loquendi. Ite citiùs, Domino veſtro verba mea renunciate, & abſque mora conſilium

meum

A meum opere ſtudeat implere. Deſtructorem Dei veſtri in magnum campum deducite, ſpectaculum Chriſtianis, incolis, & peregrinis facite; ac ibidem cunctis inſpicientibus, diverſis & atrociſſimis pœnis illum interficite: ſi nolit Deos veſtros maximos adorare. Ad hoc ergò ſpectaculum omnes Chriſtianos, ſive captivos, ſive incolas adducite; ut apertè diſcant, Deos immortales honorare; Dominis ſuis in omnibus obedire. Rex verò de conſilio, imò de præcepto diaboli, efficitur lætus: ac cuncta per ordinem complevit, ùt ſubſequens relatio probat.

B Adducitur venerabilis Epiſcopus in medium campum ferro ligatus; talíque affamine Deum ſuum eſt allocutus: O Chriſte, Deus de Deo, lumen de lumine, Rex regum, & Dominus dominantium; qui pro totius mundi ſalute es paſſus & crucifixus; te laudo, te adoro, téque glorifico: qui
1. Petr. 2. peccatum non feciſti; nec inventus eſt dolus in ore tuo, conforta me tua protectione, ut te libera voce poſſim laudare, ſequendo veſtigia tua, offerens tibi peccata mea. Cúmque ad locum certaminis Chriſti agonotheta perveniſſet; nefandiſſimus, ac Deo abominabilis Rex juſſit, omnes Chriſtianos captivos vinctos huic ſpectaculo intereſſe; quos in modum circuli virum DEI fecit circumſtare; ut perfectiùs potuiſſent illum crudeliter cruciandum inſpicere; ut viſu & auditu didiciſſent, Deos honorare, Dominis ſuis obedire & ſervire: ſin autem; ſimili ſe ſcirent pœnâ finiendos fore.

C Paratur Regi tribunal in medio totius multitudinis, quæ convenerat ad ſpectaculum de civitate illa, & de proximis Caſtellis. Et ſedens pro tribunali, juſſit Dei famulum ante conſpectum ſuum adduci. Ut vidit verum Chriſti militem audacter, & ſine ullo tremore accedentem; Túne es, inquit, ille profanus, qui Deum meum confregiſti? qui, nec Deos immortales adorare, nec Regis cuſtodire decreta voluiſti? Reſpondit Epiſcopus; Quomodo poteſt Deus dici, qui nec ſubvenire potuit ſibi ipſi? Decreta autem Regis mei cuſtodire, ipſo adjuvante,
D cupio. Et ideò veridicum illud Pſalmogra-
Pſal. 118. phi quotidie decantabo: *Paratus ſum, & non ſum turbatus, ut cuſtodiam mandata tua. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & legem tuam non ſum oblitus.* Iniquiſſimus Rex dixit: Unde tibi audacia iſta maxima? Invictus Chriſti miles reſpondit: De conſcientia bona, & fide non ficta. Audacia opus eſt. Audacia enim pro muro habetur. Nam his in prælio eſt maximum periculum, qui ma-
Matth. 10. ximè timent. *Nolite*, inquit Dominus, *timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed potiùs timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.* Nefandiſſimus Rex dixit: Depone jam audaciam tuam, & adora Deos poten- E
tiſſimos, Deúmque meum, quem confregiſti, reſtaura; quia Dominus tuus, quem colis, non valet te liberare de tormentis, quæ tibi ſunt præparata. Chriſti verò Martyr non dedit ei reſponſum; revolvens ſecum illud Evangelicum: *Nolite margaritas* *Matth. 7.*
veſtras ante porcos projicere.

Tunc Rex juſſit militibus; Abſcidite, inquiens, illi membratim ſummitates digitorum utriuſque manus; qui ſtatim juſſa implentes abſciderunt illi ſingulorum digitorum ſummitates. Iniquus autem Rex ad Chriſti militem ſic locutus eſt: *Sunt verba* *Horat. ep. 1.*
& voces, quibus hunc lenire dolorem poſſis, & magnam morbi deponere partem. Tantummodò ſacrifica diis, qui nobis ſemper oſtendunt ſuam divinitatem. At ille; Unuſquiſque, F
ait, commiſiſſe *cavet, quod permutare laboret.* *De arte.*
Tunc Rex ad milites; Iterum ſigillatim ſequentia digitorum membra illi abſcidite. Volo enim longo eum cruciatu laborare. Quo dicto; ſingula illi membra abſciderunt; manus, brachia: Et ita detruncatum ante Regem ſtatuerunt. Tunc omnes Chriſtiani, qui ad ſpectaculum ſunt adducti, flendo & ejulando potuerunt dicere lamentationes Hieremiæ: *Defecerunt præ lacrymis oculi noſtri: conturbata ſunt viſcera noſtra.* Convertens ſe martyr invictus ad eos, patria voce ſic locutus eſt: Nolite filii mei, nolite me flere; nolite triſtes eſſe; ſed potiùs gaudete, gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in parte ſortis Sanctorum; qui tranſtulit in regnum Filii dilectionis ſuæ. Gaudete, G
inquam, & gratias agite Deo; quòd in veſtro tempore talem ſibi hoſtiam dignatus eſt eligere, & orate divinam pietatem, ut opus in me initiatum dignetur perficere. Ipſe enim ait: *State in fide, viriliter agite; omnia* *1. Cor. 16.*
veſtra in charitate fiant, quæ eſt Chriſtus JEſus. *1. Cor. 14.*
Cùm vos conſidero Chriſti milites, & cùm facta veſtra æſtimo, magna me ſpes victoriæ tenet. Animus, ætas, virtus veſtra me cohortantur.

Hæc ubi dixit: Rex iniquus membratim H
pedes & crura, ùt priùs manus & brachia, fecit abſcindi. Quis furor ô cives? quæ tanta unquam dementia ferri potuit? Quis potuit claris luminibus in homine tam maximum facinus inſpicere? quid dirum relatu? quid horribile auditu? quis ſiccis oculis intueri potuit? audire potuerit tam funeſtum opus? tam crudele ſcelus? Sed Chriſti miles imperterritus, adhuc majora, ac ſibi ſoli prædeſtinata, & à Domino reſervata exſpectabat tormenta, quæ iſte nequiſſimus excogitabat poſt omnes Romanorum, cæterarúmque provinciarum perſecutores. Juſſit enim detruncato Martyri umbilicum incidi, & inteſtina paulatim detracta circa lignum ad hoc factum congregari. Quæ, cùm diu extraherentur; verus Chriſti miles

A oculos ad cœlum erexit, Dco gratias egit,
eíque Spiritum ſuum, ultimúmque flatum
Luc. 23. his verbis commendavit: *In manus tuas commendo ſpiritum meum.*

Poſt hæc verba mox de ergaſtulo carnis ſolutus, inter Angelorum manus, viſibiliter,
ùt teſtati ſunt, qui aderant, exceptus, condignis laudibus à ſanctis Martyribus in cœlo
eſt ſuſceptus. Igitur invictus Chriſti martyr, aliquantulum mutata facie IV. Kalend.
Octob. debitum ſolvit mortis amaræ, victu-
Rom. 8. rus in æternum: *Hæres quidem Dei, cohæres autem Chriſti*, talentum ſibi creditum cum
lucro paſſionis dignè reportavit; igitur dignus bac melliflua, & jocundula, veridicáque
vocatiooe fuit: quia in te complacuit aoimæ meæ, ingredere locum exultationis &
lætitiæ, ut videas bona Hieruſalem omnibus
B diebus vitæ tuæ. Quis unquam valeat dignè
proſequi ſtilo tam mirificum opus martyrii,
in tali Martyre Chriſti? Re vera paradiſi
gaudia jocundanter abſque publico intrâſſet
martyrio; quia implere ſtuduit in ſe ipſo,
Ephef. 5. quæ audivit ab Apoſtolo: *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, &c.* Nam Evangelicum
conſilium contemnendi ſæculum, illi acceptabile erat & jocundum; quia non ſolùm,
quæ habuit, ſed etiam, quod maximum &
chariſſimum Deo fuit, ſemetipſum Deo obtulit, & fortiſſima arma obedientiæ arripuit:
quibus in Monaſterio, diu perfectè & hono-
C rificè militavit. Fuit quippe ſanctus iſte
Eccleſ. 50. Pontifex, ùt Jojada; qui in vita ſua corroboravit templum, & quaſi flos in diebus
vernis demonſtratus, rubore paſſionis in
Malach. 2. fine perornatur. Cujus labia cuſtodiebant
ſcientiam, & multi requirebant legem ex
ore ejus; quia angelus Domini exercituum
erat, annuncians verbum vitæ, per anguſtam portam ſtudens oves ſibi creditas quotidianis documentis introducere. Fuit etiam
Ezech. 1. animal antè & retrò oculatum, circumquaque proſpiciens inſidias nequiſſimi hoſtis,
Ethicam virtutibus omnibus plenam capere nitens, aratrum Dominicum fortiter tenens, non tortuoſum ſulcum faciebat; ſed,
caſtè vivendo exemplum bonum ſubditis
Gen. 28. præbendo, ſcalam Jacob de diverſis profectuum gradibus conſertam tripudianter
aſcendebat.

D Quid ultra moramur? Conditor orbis,
cui dignè militavit iſte beatus, apertè monſtravit ſuis, ſcilicet Chriſtianis, oec noo &
inimicis reprobis paganis; qua gloria, qua
laude ſpiritus ejus Martyribus ſanctis adjunctus, in cœleſti ſede ſit collocatus. Nam
membra Chriſti Martyris detruncata gentiles
diſpoſuerunt ſordidiſſimo loco, equorum
Job. 18. inculcari pedibus, juxta illud: *Memoria illius pereat de terra*; ne Chriſtiani eum ſibi Martyrem poſſint babere. Sed, Dominus omnium, cui oihil eſt impoſſibile; ſubjecit illi
omnes hoſtes, ut conderet Eccleſiam in ejus E
nomine; in qua, fieret ipſe hoſtia viva in
ſacrificium laudis perpetuæ.

Ut autem conati ſunt ſancti Martyris membra levare de terra; Deus ponderavit illa
quaſi maxima montium fundamenta; & nec
minimum digitorum membrum ullo poterat artificio levare gentilis turma. Nec mirum; ſi Deus adhuc viventem per manus
illorum diverſis cruciatibus permiſit purgari,
corpus occidi: Poſt mortem verò in animo & corpore, ipſe Dominus dominantium voluit dominari. Dicit enim ipſe in
Evangelio: *Nolite timere eos, qui occidunt* *Matth. 10.*
corpus, poſt hæc non habent amplius quid faciant.
Et alibi promiſit ſuis fidelibus: *Et capillus de* *Luc. 21.*
capite veſtro non peribit.

Ut autem Rex audivit hoc factum mira- F
culum, perterritus eſt cum ſuis, quòd tam
inauditum perpetrâſſet homicidium. Et
conſilio inito, miſit iterum ad ſuum conſiliarium, nefandiſſimum idolum Machmit
nominatum; quæ geſta ſunt, ounciavit:
quæ adhuc facienda eſſent, inquiſivit. Cui
ſtatim idolum tale fertur dediſſe reſponſum:
Magnus & potens eſt Deus Chriſtiaoorum.
Nam ſuis teſtibus poſt mortem dat vivere
in regno cœlorum. Ecce manifeſtum eſt,
quem occidiſtis, ſuum eſſe familiariſſimum;
& ideo poteſtatem habere non poteſtis in
illis membris. Ergò, quia vos oon poteſtis,
date licentiam Chriſtianis, quatenus illum
honorificè, ùt maximum Patrem, ſtudeant
ſepelire; & quem Epiſcopum meruêre viventem, poſt mortem, dignum Patronum
ſe habere gaudeant. Et reverſi nuocii, quæ
audierant, Regi ſuo detulêre reſponſa.

Qui ſtatim ſub celeritate fecit Chriſtianos G
in unum coovenire locum, ut digna præpararent obſequia, cum ſumma veneratiooe
ſuo Archimandritæ. Quale gaudium? qualis lætitia Chriſtianorum tunc poſſederat corda? Quis ſtylo poſſet exarare? quis hominum valeret proferte lingua? Inſonuit terra
borum gaudio: alta cœlorum reſponſa potuerunt dare borum tripudio. Quantæ lacrymæ lætitia plenæ genas ſuffuderunt Chriſtianorum? quæ copia poſſet enarrare verborum? Poſt mare rubrum ſiccis pedibus
tranſvadatum, poſt immerſionem inimicorum, Hebræorum populus canebat Domino laudes cum magna lætitia, eorúmque
filii poſt captivitatem Babylonicam, viſa Hieruſalem, magno exultantes tripudio. Sed H
vix æquiparari poteſt borum gaudio canentium & pſallentium Domino, io ſancti Martyris Chriſti, patronique ſui obſequio. Quæ
laus, vel quæ jubilatio potuit antiquo populo major eſſe, quàm moderno huic fuit
in tali Martyre? Fortè videres alterum Jacob *Gen. 50.*
à filiis ſepeliri, conditum aromatibus, pariter ab omnibus, quaſi ipſum Chriſtum à Jo- *Joan. 19.*
ſepb & Nicodemo tumulari.

Igitur

A Igitur cùm conveniſſet populus Chriſtianus, cum maxima veneratione levantes membra Martyris Chriſti Tyemonis, portantes in Eccleſiam, tribus diebus, & tribus noctibus vigilias celebrantes, ac demum digno honore ſepeliêrunt cum hymnis & laudibus. Ipſo depoſitionis die & deinceps ad ſepulchrum illius fiebant crebra miracula non ſolùm in Chriſtianis, ſed etiam in paganis ipſis, qui eum ex tunc venerantur quotidie.* Paſſus eſt autem beatus Martyr Chriſti Tyemo IV. Kal. Octob. regnante Domino noſtro JEſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen. B

* *Iniit Thiemo peregrinationem Anno MC. teſte Othone Friſing. lib. 7. Anno ſequenti captum & occiſum eſſe, teſtatur Chronicon Reicherſpergenſe nuper à C. V. D.* Chriſtophoro Gevvoldo, *Conſiliario Bavarico publicatum.*

Finis Vitæ B. Tyemonis.

VITA
S. ANSELMI,
EPISCOPI LUCENSIS,
QUI
GREGORII VII.
PONTIFICIS MAXIMI FAMILIARIS,
DISCIPULUS ET STRENUUS PROPUGNATOR
FUIT.

Nunc primùm

IN LUCEM PROLATA.

Habet in hac Hiſtoria Lector inſigne ſanctitatis Gregorianæ adverſus calumniatorum maledica ora teſtimonium.

ANIMADVERSIO
DOMINI
CONSTANTINI CAJETANI
IN VITAM
S. ANSELMI
LUCENSIS.

HUjus ſcriptor hiſtoriæ, S. ANSELMI rerum geſtarum ſpectator & teſtis fuit, doctrina & pietate non modica refertus extitit, ùt ſæpe fatetur, S. ANSELMI Presbyter in pœnitentia, & filius, ac ab eodem Dei viro multis cum lacrymis ad eundem ordinem promotus. Ejus verò nomen à litera B. incipere, notum. Habemus ex MS. Pergameno antiquo Codice noſtri Muſæi, & ex altero Cœnobii S. Benedicti de Padelirone, ùt refert Dominus ARNOLDUS Monachus Caſſinas ligni vitæ lib. 3. Quod nomen autem litera B. exprimat, vel BENEDICTI, vel BERNARDI, vel BARTHOLOMÆI, vel cujuslibet alterius, necdum ſcire potuimus.

Præfatus Auctor, præter vitæ hiſtoriam, novem & viginti miracula de ſancto Viro notavit. Sequentia verò triginta diverſi, ſicut ipſi viderunt, vel audiverunt, deſcripsère. Sic habet Codex Benedictinus. At noſter, præter hæc, quàm plura ipſius ſancti Pontificis habet mira-

racula, licèt in fine alia nonnulla deſiderari videantur; quem defectum nec Eccleſia Mantuana, ſive Lucenſis corrigere valuit.

Hæc annotatio doctiſſimi & de antiquitate merendi bene cupidiſſimi D. Conſtantini Caëtani habebatur ad finem Apographi, quod Româ ad Jacobum Gretſerum venit beneficio admodum Reverendi in Chriſto Patris ac Domini, Dn. PETRI CONSOLINI, Congregationis Oratorii Præpoſiti digniſſimi. Ex hac vita non pauca deſcripſit Annali undecimo Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius: quam nunc evulgamus, ut diſpiciant, qui Gregorium VII. tot calumniis onerant, & maledictis inceſſunt, num quem pro ſchiſmaticis proferre queant, qui ANSELMO, ALTMANNO, GEBHARDO, & id genus aliis vitæ ſanctimonia, & miraculorum effectione ſimilis fuerit. Cæterum ANSELMO hoc ære perennius Encomium poſuit Bertholdus Conſtantienſis in ſuo Chronico Anno M. LXXXVI.

Beatus ANSELMUS quondam Lucenſis Epiſcopus, ipſo eodem ſuæ depoſitionis anno, innumerabilibus cœpit miraculis coruſcare, qui poſt obitum venerabilis Papæ Gregorii VII. fideles S. Petri contra tyrannidem Heinrici, adhuc in carne vivens, multùm incitavit, ſed multò plus, poſt obitum ſuum miraculis coruſcans, eoſdem contra eundem perſiſtere confortavit; unde & pars Heinrici de die in diem cœpit deficere; Catholici autem in fidelitate S. Petri non ceſſaverunt proficere.

Vide D. Henricum Caniſium Tom. VI. Antiquæ Lectionis, in præfatiuncula ad duos libros S. ANSELMI contra GUIBERTUM Antipapam, quos ipſe prædicto Tomo ſuo ſexto antea ineditos inſeruit.

Scripſit quoque vitam & miracula S. ANSELMI Lucenſis, ſed oratione ligata, Rangerius Tertius à S. ANSELMO Lucenſis Epiſcopus, ut teſtatur Domnizo lib. 2. de vita Mathildis Comitiſſæ cap. 3. his rhythmis.

Tertius exiſtens ab eo Lucenſis, & ille
Rangerius Rector dictavit eam (vitam ANSELMI) *ſibi* (Mathildæ Comitiſſæ) *metro.*

Addit Domnizo, eundem Rangerium egregium librum ſcripſiſſe de controverſia Inveſtiturarum.

Dictavit pulchrum nuper librúmque ſecundum,
Qui baculi litem definit.

Sed hæc monumenta aut periêrunt, aut alicubi cum pulvere ac ſitu, blattisque & tineis adhuc luctantur. Principium libri primi inſeruit operi ſuo Domnizo.

A

VITA
B. ANSELMI
LUCENSIS EPISCOPI,

à B. (*Sic enim ſe vocat*)

Presbytero, ejusdémque S. Paſtoris in ſpiritualibus filio graviter conſcripta.

Cui quàm plura alia ejusdem S. Viri miracula annectuntur.

DEvoris quorundam precibus inſtanter cogimur, ut vitam ſanctiſſimi Patris noſtri Lucenſis Epiſcopi, Domini ANSELMI, quam præſentes vidimus, & à pariter commorantibus fideliter accepimus, compendioſo explicemus labore; quæ tot certè ac tantis præclara fulſit virtutibus, ut minimè nos ad injunctum tale negotium ſufficiamus. Atqui, dum venerabile deſiderium illorum perpendimus, tametſi non ſufficimus, utcunque tamen, quod expetunt, incipimus. Quoniam fidelibus cunctis fidei præſtat firmamentum & cornu ſalutis: excommunicatis autem confuſionem, verecundiam, detrimentum & perniciem. B

A pueritia qualiter vixerit; tum, quia pleniter non novimus; tum, quia reticere in præſentiarum, ſatius æſtimamus, prætermittimus. Studioſum tamen jam tunc in Scholaſticis etiam legendis libris fuiſſe, ipſo ſæpius referente, cognovimus; quod & rei evidenter probavit effectus; quia in arte Grammatica & Dialectica extitit peritus. * Dum autem videretur jam idoneus, nempe meritis, moribus ac ſcientia dignus, ut in honorem ſublimaretur Epiſcopatus, mittitur à Reverendiſſimo Papa * Alexandro ad Regem,

* *Recitat hæc Baron. Tom. XI. Anno 1073. N. II.*

* *Alexãder II. Pontif.*

A gem, dato ſibi comite, religioſo Epiſcopo S:
Ruffinæ, nomine Meginardo. Sed quia jam
perfectè cœperat odiſſe, ut ſacri Ordines Ec-
cleſiaſtici, à ſecularibus darentur poteſtati-
bus; quacunque vel occaſione, vel ratione
potuit, abſque dignitatis inveſtitura diſceſſit;
quamquam ea intentione Domnus Papa il-
lum direxerit. Nec mirum. Qui enim ope-
ratus eſt poſtea per eum multa Deus, Ca-
tholicæ illum electioni reſervavit. Rex au-
tem quaſi deſpectum ſe, doluit, & regalis
Imperii tanquam magnum detrimentum
deploravit.

qui & ipſe antea, Epiſcopus Lucēſis fuerat, & Anſelmi nomen habuerat.

Defuncto itaque prædicto Papa Alexan-
dro, dum ſanctiſſimus Gregorius VII. in Ro-
manum Pontificem Spiritus ſancti inſtiga-
tione, ac voto communi Clericorum, & Lai-
corum, diu renitens, eſſet electus, ut ſeque-
B retur eum iſte in omnibus, in Lucanam Ec-
cleſiam eſt & ipſe electus Epiſcopus, atque
ab illo poſtmodum religioſè conſecratus.
Igitur, dum aliquanto tempore, non ſemel,
aut bis, ſed ſæpius cum eodem religioſiſſimo
Ordinatore ſuo moraretur, vitam ejus con-
ſideravit ineffabiliter mirabilem, ac mirabi-
liter ineffabilem. Quia, cùm de omnibus
& ſingulis finibus ſæculi fieret ad eum con-
curſus, ritè omnibus ſatisfecit. Veritas ve-
rò & juſtitia nunquam ori ejus defuit: imò,
quod magis eſt mirandum, in ipſis ſæculari-
bus negotiis ſæpius exceſſit mente, exhilara-
to ſpiritu ſuo cœleſti contemplatione; qui,
ſi privatus interdum extiterit, revelationibus
etiam divinis jucundatus eſt & confortatus.
Hujus, inquam, veſtigia dum exequi ferven-
ter deſiderat, incipit oblivisci mundum, ac
totis viribus mentis & corporis; die ac no-
C cte, ſuſpirare in Deum, committens ſe non
ſolùm aſſiduæ lectioni, verùm etiam conti-
nuæ afflictioni. *

Recitat hæc Bar. Tom. X. Anno 1073. Num. 60. 61.

* *Poſt hæc ſequuntur iſta apud Baron.* Nam ſæculi blan-
dimenta & corporis delicias, quibus gaudebant homi-
nes, ipſe ſibi jam tunc convertit in tormentum, abomi-
nando quæque tanquam venena mortis amariſſima. Ci-
bos quoque delicatiſſimos quoniam habebat exoſos, dum
à circumſedentibus ſumere cogeretur, infirmitatem, aut
votum, aut aliam quamlibet occaſionem honeſtè finxit,
ut deſideratam obſervaret caſtimoniam, & convivanti-
bus non afferret triſtitiam. *Hæc tamen omnia in Apo-
grapho noſtro infrà comparent.*

Et perſcrutatis diverſarum auctoritatum li-
bris, incipit vitam ſuam perditiſſimæ damna-
tionis æſtimare, atque accepti miniſterii di-
gnitatem, grave oneris periculum, non ho-
D noris gaudium cogitare. Illud verò ante
omnia metuens, quòd poſt Catholicam ele-
ctionem de manu Regis annulum ſuſcepit,
& Paſtoralem baculum. Nam irritum pror-
ſus æſtimavit, quidquid operatus eſt, quaſi
auctoritate illius abominabilis inveſtituræ:
ſed & Domnus Papa id ſolum aliquando vi-
tuperavit in illo.

Diſpoſuit ergò orationis cauſa, ſanctorum
aliqua viſitare limina, & neſcientibus, qui
cum ipſo erant parentibus, ac fidelibus, fit
ſubitò Monachus, Regulæ S. Benedicti * ſub-
jectus. Qui non poſt multa, à Beatiſſimo E
Papa Gregorio invitus revocatur: in cujus
etiam manum, quidquid à Rege acceperat,
reddit, & refutat, omniſque dario Regalis in
illo evacuatur. Ipſe verò in plenitudinem
dignitatis, * vix relicto ſibi habitu monaſti-
co, reſtauratur. Nam & illum ſubtrahere
ſibi Domnus Papa minabatur. Quantæ igi-
tur abinceps religionis fuerit, nec lingua
poteſt referre, nec manus ſcribendo valet
exprimere. Monachi pariter & Canonici
vitam & ordinem conabatur explere. Co-
natur etiam modis omnibus, ut ſit ſervus
prudens & fidelis, ut in meſſe Domini non
inveniatur ocioſus, nec abſcondat pecuniam
Domini ſui: verùm, ut poſſit revertenti Do-
mino fiducialiter occurrere dicens: *Domine,* *Luc. 19.*
ecce mna tua, decem mnas acquiſivit.

* *Bar. & Cluniacenſium conſuetudini ſubjectus.*

* *Bar. mutato tantu habitu; ſed rectiùs exemplar noſtrum.*

Fit ergò verbi Dei prædicator egregius, F
inſtructor religionis præcipuus: amat Cle-
rum reverenter, docétque ſapienter, cun-
ctúmque populum inſtruit decenter: Utque
breviter concludam, *omnibus omnia factus
eſt*, ut omnes lucri faceret. Diœceſim ſuam
diligenter circuit, vitam omnium, præſertim
Clericorum, dignoſcere gliſcit; &, ut omnis
Clericus ſui nominis compos exiſtat, pater-
nè monet, multúmque deſiderat. Sic enim
eruditiſſimus Doctor Hieronymus vitam de-
ſcribens Clericorum, ait; quòd à ſorte Dei
Clericus dicitur; ſcilicet, ut abjecto mundi
hujus impedimento, nihil præter DEum,
ſortiatur.

Primò igitur Canonicos Eccleſiæ majoris G
in civitate Lucana, quæ eſt in honore ſan-
ctiſſimi Epiſcopi & Confeſſoris MARTINI
dedicata, mitiſſimè aggreditur, monet, blan-
ditur & ſuadet, ut opere exerceant, quod no-
mine dicuntur. Canonicus enim quaſi *Re-
gularis* dicitur: útque regularem agant vi-
tam, ſtudioſè prædicat & precatur. Cúm-
que diutiùs illis inſtaret, idémque frequen-
ter inſtigaret, indignati tandem ſunt, ac te-
merè nimis reſponderunt. At ille, ſicut Pa-
ter pius & manſuetus, benignè omnia ſu-
ſcipit, nec tamen vinci à malo vellet, ſed in
bono vincere malum ſtudet. Promittit de-
nique, tanquam alter factus religioſiſſimus
Epiſcopus Auguſtinus, ut vitam cum illis
peragat communem. Nihil præter illos H
proprium, verùm omnia ſimul vult cum
ipſis habere communia; vult effici pauper,
ut divites illos faciat in Chriſto, omni omni-
nò conamine, cum ſpiritualiter, tum ſecula-
riter nititur eos allicere.

Invitat tandem ſui ſtudii adjutricem Mar-
chioniſſam D. Mathildam moribus ac gene-
re nobiliſſimam; quæ ſpiritualis & religio-
ſiſſima in occulto, ſecularem, aut ut veriùs
dicam, militarem agebat vitam in manife-
ſto; ſic tamen ſpiritualem habebat, ac ſæcu-
larem, ut & illam in Chriſto, & iſtam face-
ret pro Chriſto. Quæ verò ſæcularis; hæc

A majoris illi fuit anguſtiæ ac laboris: ſed & multò pluris, ſpero, retributionis. Illa etenim voluntatis fuit propriæ: iſta quidem obedientiæ. Si quid ergò habet ipſa ingenii, ſi quid ſapientiæ, vel conſilii, id effudit hoc in negotio hilariter. Igitur prædictos alloquitur Canonicos, tum communiter, tum ſingulariter: incitat, inſtigat eos, confortat, atque ſpondet Eccleſiæ augmentum & honorem; ipſis quoque commodum, tam in futuro, quàm in præſentiarum. Promittit etiam parentibus ipſorum divitias & honores; quatenus vel ſic attrahere poſſit voluntates illorum. At illi ſæculo nequam excæcati, reſpuunt omnia: eligunt magis aquam anguſtiæ in damnationem, quàm vinum lætitiæ in ſalvationem. Optant pauperes potiùs eſſe diaboli, quàm divites Chriſti.

B Prædictus autem Præſul & Paſtor diligentiſſimus, nolens oves ſibi commiſſas perire; tum minis, tum blandimentis eos aggreditur. Cui dum reſiſterent illi, &, quantum potuerunt, contradicerent; jam tunc, credo, nimiùm, ſed inaniter fatigatus ceſſâſſet; niſi quòd Beatus Papa Leo IX. ſub decreto anathematis ſtatuerat, ut ejuſdem Eccleſiæ Canonici vitam agerent communem, & viverent regulariter. Cujus decreti quotiens vidit, aut recordatus eſt præceptum, expavit, nec tacere auſus fuit.

Recitat hæc Bar. Anno 1074. Num. 46. 47. Accidit igitur, ut eandem ad civitatem ſanctiſſimus Papa Gregorius VII. veniret; perlatúmque eſt ad ipſum idem illud negocium: qui mox incipit paterno illos primùm affectu admonere, ac dicere: quoniam C Romani Pontificis decreta præterire non licet; rogat eos, & ſuadet benignè, quatenus ſaluberrimis obediant decretis, & Reverendiſſimi Patris exequantur voluntatem: nec ſemel, aut bis, ſed ſæpe, ac multum, aliquando cum eodem ſancto Epiſcopo, interdum ſine ipſo alloquitur illos, tum durè, tum blandè, proferens eis ſcripturas ſanctas, & auctoritates authenticas: Illi verò, & ſi humiliter ſe beata quandoque monita finxerunt audire; omnia tamen abſentes depravârunt.

D Vocantur denique ad Sedem Apoſtolicam, ibique conſpiratores in proprium Epiſcopum, & inſidiatores detecti ſunt. Prolatis ergò Canonibus, & lecto Capitulo ſancti Martyris & Epiſcopi Fabiani, qui conſpiratores & inſidiatores ſuorum Epiſcoporum Curiæ tradendos inſtituit, judicio totius ſanctæ Synodi etiam ipſi Curiæ traduntur. Tunc fidelis & prudens Marchioniſſa Mathilda ſervos illos appellans, in ſervitutem Curiæ vocavit eos. Quam ob cauſam triſtes, præterquam credi poteſt, etiam adverſus ipſam, quotquot potuerunt, conſpirare fecerunt. * Convenerunt ergò quàm plures iterum Epiſcopi apud S. Geneſium, quod * à E civitate Lucana non multum diſtat; inter quos reverendiſſimus Albanenſis Epiſcopus, nomine Petrus, * vicem D. Papæ agebat. Qui, cum eodem Lucenſi Epiſcopo S. ANSELMO, & cum reliquis omnibus conſpiratores illos excommunicavit: Unde, inſolabiliter illi dolentes, & indignati, totam civitatem malitioſè commoverunt, freti auxilio perditiſſimi hominis quondam dicti Regis Henrici, religioſiſſimum Epiſcopum à civitate repulerunt: ſed & prædictæ Dominæ rebelles penitus facti ſunt. Hujus utique conſpirationis præfatæ caput & Princeps fuit quidam nomine Petrus, falſa profeſſione Canonicus, Ordine damnationis ſuæ Subdiaconus, mente ſuperbus, incontinens moribus, verbis procax, corpore incompoſitus, vir ſanguinum & fomes omnium ſpurcitiarum. Qui propter immenſitatem malitiæ ſuæ factus eſt ſubitò contumax præco Heinricianæ tyrannidis: Et poſt aliqua, fit etiam familiaris Curiæ iniquitatis: quam juſta quidem interpretatione à cruore dico *Curiam*, vel potiùs univerſæ turpitudinis ſentinam.

** Recitat hæc Baron. loc. cit. Num. 48.*
** Bar. Caſtrum.*
** Igneus cognomento.*

F Hic denique poſt tempora non plurima, veniente in Tuſciam Heinrico cum Hæreſiarcha Wiberto, de quo latiùs poſtmodum tractabimus, quoniam inſtanti videbatur opportunus inſanire, eò quòd nec in Deum timorem, nec reverentiam habebat in hominem, imponitur Epiſcopus erroris ejuſdem Lucanæ civitatis; qui, adjunctis ſibi totius terræ nequiſſimis, videlicet periuris, latronibus, fornicariis & adulteris, terram Eccleſiæ invadit, caſtella & homines, vi aut fraude, vel precio ſibi aſciſcit. Unum ſolummodò caſtrum venerabili remanſit Epiſcopo, quod etiam tyrannus ille, eò quòd civitati erat proximum, quaſi quotidie incurrens, devaſtavit prædis, incendiis atque homicidiis. G Ille autem manſuetiſſimus omnium; omnia gaudens ſuſtinuit, paupertatem pro Chriſto optavit; qui & duobus Capellanis contentus, ac paucis ſervientibus, cum reverendiſſima, quam prædiximus, Matrona, humilis permanſit.

Atqui, ut univerſæ maledictionis tunicam adverſarius ille indueret, demum ab Hæreſiarcha Wiberto, non dico conſecratur, ſed execratur: quatenus ſimilis ſimilem in omnibus imitaretur. H Nam ſicut ille Romanam invadendo Eccleſiam commaculavit, ſuperſtite adhuc ſanctiſſimo Papa Gregorio VII. ita iſte Lucanam, vivente religioſiſſimo ſuo Epiſcopo. Itaque, ut Beatiſſimi Martyris Cypriani verbis utar: *Nullus vel iſte, vel ille: quia nec ſucceſſor, nec anteceſſor cujuſquam aut ille, aut iſte: ambo parricidæ, ambo ſceleratiſſimi violatores ſuæ matris Eccleſiæ.*

*Dum ergò expulſus ille, cum Maria ſecurus deſideraret ſedere, facti ſunt Epiſcopi & Principes penè omnes, non ſolùm, dico, inobedientes, verùm omnino rebelles ſanctæ

Sedi

** Recitat hæc Baron. Tom. II. Anno 1074. N. 14. qui legit cum enim putatus.*

A Sedi Romanæ; & inventa eſt ſola atque unica, Dux & Marchioniſſa Mathilda in fide permanens, zelum Dei habens, Domino Papæ Gregorio obediens: quia, ut ſanctiſſimam ejus vitam, & religionis cognovit ardorem, totam ſe ſuæ tradidit diſpoſitioni: ſperans ab oneribus mundi hujus tali obedientiâ explicari: cui è contrario in remiſſionem datur, ut quaſi altera Delbora, populum judicet, militiam peragat, hæreticis ac ſchiſmaticis reſiſtat. Atque, ne, tanquam ſola deficiat, cuſtodienda commendatur præſcripto Lucenſi Epiſcopo S. ANSELMO; commendatur, inquam, omni diligentia, & affectu charitatis commendatur à Beatiſſimo Magiſtro fideliſſimo diſcipulo, ſicut in cruce Chriſtus matrem Virginem Virgini diſcipulo commendavit: Mater, inquiens, *ecce filius tuus:* ad diſcipulum autem; *ecce mater tua.*

Joan. 19.

B Ita ergò, dum uterque mundi voragines evadere, & contemplationi vacare conatur, majoribus mundi negotiis implicatur.

* Sanctiſſimus igitur talis ille diſcipulus cuſtodiæ illius & ſtudet ſatagere, & omni ſtudio ſanctitatis magis ac magis, de die in diem exardeſcere. Poſſumus certiſſimè de illo affirmare, quòd replevit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus: Et erat magni conſilii angelus. Nam cùm multa haberet ſecularia judicia, ſupraſcripta * D. Mathilda, devota D. Petri ancilla; ipſe ſuis eam conſiliis ita peragere fecit omnia; ut & Evangelica præcepta, & Canonum inſtituta, legúmque jura ſervaret; quod in humanis mentibus & ingeniis rarò, vel nunquam invenitur. C Verùm ipſe ſuo à Magiſtro Beatiſſimo Papa Gregorio ſic didicerat; ſpiritus verò ſanctus utrumque repleverat.

* Bar. *Sanctiſſimus itaque Dominus noſter & Pater Anſelmus cuſtodiæ illius.*

* Bar. *Domina Mathildis, unica B. Petri filia.*

Tunc ergò incredibili jam modo Romanus Orbis in ſe ipſum fremuit, & inſanivit. Nam Heinricus, filius Imperatoris Heinrici Tertii, magnas in omnes Catholicos inimicitias exercebat; qui dum ab ipſa infantia, defuncto jam Patre, ſuſcepiſſet regni gubernacula, impletum eſt, quod per Salomonem D dictum eſt: *Væ terræ, cujus Rex puer eſt.* Nam puerilibus ſe conſiliis committens, omnium genera ſpurcitiarum edoctus, cunctam mox religionem, & jura omnia confundere non erubuit, ac ſuæ libidini in omnibus turpitudinibus * inſtuduit. Illo ſiquidem in tempore non quiſquam Epiſcopus, aut Abbas, ſive Præpoſitus eſſe potuit, niſi qui majorem pecuniam habuit, vel ipſius ſpurcitiarum compos extitit, & fautor aſſenſit. De nullius certè vita, vel converſatione agebatur bona, imò abominabilis, religio omnis, & veritas, atque juſtitia habebatur. Ille Sacerdos laudabilior, cujus veſtis comptior, cujus menſa copioſior, cujus concubina ſplendidior. Nec miles dicebatur glorioſus, niſi ter fuerit, aut quater perjurus; quod dum Beatiſſimus Papa Gregorius dolens ac

Miſerādus Reipubl. ſtatus ſub Henrico IV.

Eccleſ. 10.

* *Sic quidē MS. fortè ſtuduit leg.*

triſtis conſideraret, cupiens ſanctam Eccleſiam uſui Eccleſiaſtico & legibus reſtituere Canonicis, miſit ad eum frequenter benignas legationes, tum paternè admonens, tum aſperiùs etiam redarguens. E

Atqui dum hoc quoque modo minimè ſe percepit proficere, tandem direxit ad eum matrem ipſius religioſiſſimam Imperatricem Agnetem; & cum ea Reverendiſſimos duos Epiſcopos, *Praneſtinum & Cumanum*, quibus utique præſentibus, audito diligenter eorum conſilio, pœnitentiam ſimulavit, obedientiam devovit, emendationem de omnibus promiſit. Redeuntibus autem illis, in ſe ipſum eſt ille reverſus, deterior quàm olim effectus. Nam inaudita deinde audacia, & admirabili ſuperbia, ſui facinoris compotes, nec dicendos collegit Epiſcopos in civitatem Wormatiam, habitóque conciliabulo, proſcripſerunt primæ ſedis Epiſcopum, quod à ſæculis non eſt auditum. F Fecit deinceps legationem in Italiam, eandem affirmans præſumptionem per ſchiſmaticos ſibi complices Epiſcopos. Hujus legationis lator fuit quidam * Eberhardus nomine, Theutonicus natione, filius ſæculi, hamus diaboli, inventor omnis ferè mendacii. Hic circuivit & perambulavit terram, ut ſchiſmatica omnes * interficeret contagione; multos certè, qui propter interdictum Domini Papæ, divino ab officio ceſſaverant, ipſe interdictus, & vinculo perditionis ligatus, inaudita temeritate, ac ſuperbia reconciliavit: & ex parte Domini ſui Regis, ut officium more priori celebrarent, indixit.

* *Comes, de quo Baron. Anno 1076. Num. 16.*

* *inficeret.*

Cùm igitur diſſimulare ampliùs tanti facinoris maliriam non poſſet Apoſtolicus, G excommunicavit tam ipſum, quàm omnes ipſius fautores, atque omnem ſibi regiam dignitatem interdixit, & obligatos ſibi Sacramentis, ab omni debito fidelitatis abſolvit: Quia, quod verecundum etiam eſt dicere, præter hæreticam, quam prælibavimus, culpam, aderant in ſancto Concilio nuntii illius ſic audentes latrare: *Præcipit Dominus noſter Rex, ut Sedem Apoſtolicam, Papatum, utpote ſuum, dimittas, nec locum hunc ſanctum ultrà impedias.* Prô nefas! & ô exe- H crabilem infeliciſſimi hominis temeritatem. En ecce *ſuum* eſſe dicit, quod ſoli Apoſtolorum Principi Petro Chriſtus Dominus commiſit. Nec ſubitò quidem commiſit, verùm tertiò, antequam committeret, interrogavit; *Simon*, inquiens, *amas me?* Non tanquam ipſe ignoraret, ſed, ut futuris temporibus providentiam præſignaret, ne citò & præcipitanter, cuilibet cura committeretur animarum. Illi ergò poſt tertiam tandem ſui amoris certam ſponſionem; *Paſce*, inquit, *oves meas.* Non Regem, non Imperatorem, aut aliquam Chriſtianæ profeſſionis conditionem excepit, præter eum, qui ſuam, ſe, ovem abnegaverit. Igitur, quem

Joan. 21.

A quem ſui ſolius judicio Dominus reſervavit, hic non ſolùm judicare, verum etiam *ſuum* dicere, & quantum in ipſo eſt, audet damnare. Quam ob cauſam omnis illa ſancta Synodus, jure indignata, anathema illi conclamat atque confirmat.

Igitur non poſt multa, idem Reverendiſſimus Papa, per quem reſtaurari cœperunt omnia jura Canonica, uſque ad ipſum prorſus penè abolita, rogatur à quàm pluribus regni Principibus, præſertim à Comitiſſa Mathilda confortatus, quæ tunc maximam partem regebat Italiæ, quatenus in partes Theutonicas, ob communem Matris Eccleſiæ ne- B ceſſitatem, deſcendere dignaretur. Illi etenim propter inſolentiam ſuam, & anathema, Heinricum Regem & Dominum abrogaverunt; qui etiam pariter convenientes coëgerunt eum, ut repudiatis conſiliariis iniquitatis, privatim ipſe quodam in Caſtello maneret; ne multos lepra ſui anathematis contaminaret. Decreverant enim apud ſe, ut accerſito humiliter ſancto Papa Gregorio in civitatem Auguſtam, etiam ipſum in commune totius Regni conſilium ante Judicem univerſæ Chriſtianitatis adorarent: deſiderantes, ut auctoritate Apoſtolica, aut emendatum eundem, & abſolutum recuperarent: aut, ipſo juſtè reprobato, alium in Chriſto C eligerent. At ille, accuſante ſe conſcientia ſua, ſanctum conventum non exſpectavit; ſed venit obviam Domno Papæ in oppido Canuſio, humiliatus uſque ad pedes ejus; & facta ſecuritate Domno Papæ per Sacramenta, prout ipſe dignatus eſt præcipere, præſentibus Epiſcopis & Abbatibus, atque Comitiſſa Mathilda, & * Adeletia, aliíſque pluribus; tertia demum die eſt abſolutus; veruntamen in regnum non eſt reſtitutus.

** Adelaia, ſeu Adelheida, quæ Comitiſſa erat.*

D Itaque ad priora iterum regreditur conſilia, ad excommunicatorum perverſa conventicula; & quod Jurejurando promiſerat, brevi tempore obſervabat. Nam infra quindecim, ùt opinor, dies, cùm B. Epiſcopus ANSELMUS legationem Domni Papæ unà cum religioſiſſimo Hoſtienſi Epiſcopo Gerardo Mediolanum deferret, impediti ſunt à militibus illius, & captus eſt Hoſtienſis Epiſcopus; Sanctum verò ANSELMUM nequaquam auſi ſunt tangere, quoniam indigena fuit, & nobilis proſapiæ. Ipſe autem ultrò ſe capiendum ingerebat dicens; quòd à ſocio Legationis non diſcederet; aut illum, inquiens, dimitterent, aut ſe captum cum ipſo tenerent. At illis hoc non præſumentibus, triſtis abſceſſit, volens, ſi poſſet, pro fratre ſuam ipſius animam ponere. Hæc eſt enim perfectio charitatis, hæc ſumma dilectionis, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: ſolent alii, tanta in neceſſitate, ſimulare multa, ac diſſimulare, mentiri quidam, & perjurare plurimi. Hic autem nec uno verbo ſimulationis * quenquam ſimulare voluit; quod benè quidem potuit, ſicut E ab ipſis, qui capti ſunt, poſtmodum audivimus. His utique, ac ſimilibus multis, irrita facta ſunt dicti olim Regis Heinrici Sacramenta.

** Quidquam.*

Eligitur interim in partibus Theutonicis Dux Rodulphus in Regem ad defendendam Catholicæ Eccleſiæ unitatem; propter quod, magis magíſque indignatus Heinricus, ſpreto conſilio & auxilio Domni Papæ, in omnes Catholicos debacchatur iniquè. Mortuo autem in fide Catholica Rege Rodulpho, audet ille, quod potentiſſimi olim Imperatores, ſive illi hæretici, aut Apoſtatæ, vel etiam Pagani eſſent, nunquam præſumpſerunt: Audet, inquam, convocatis aliquot hæreticis Epiſcopis, vivente Papa Gregorio, cui obediens factus eſt etiam jurejurando, nullo habito univerſali Concilio, abſque judicio; audet certè in Papam eligere Wiber- F tum, Ravennatem quondam Epiſcopum, tunc autem multis jam annis excommunicatum, cujus ſuperiùs aliquam, ſed breviter, commemorationem fecimus.

Qualis Gwibertus.

Sed quis ad hæc tam idoneus, quàm hic, qui ab ipſis cunabulis ſpiritu ſuperbiæ repletus, nihil meditabatur præter elationem & ſuperbiam. Hic namque, nobis cernentibus, omnem obedientiam & ſubjectionem Domno noſtro Papæ Gregorio exhibuit; ſed & ipſe cum honore illum ac dilectione in ſacro Lateranenſi Palatio recepit hoſpitio, & proximum illum à dexteris ſuis in ſancto habuit Concilio, & primum in omnibus, quibus dignè oportuit; ſperans verum eſſe, quod perditiſſimus ſimulavit. Ille autem G non poſt multa per ſuperbiam incidit in inobedientiam, factus pariter perjurus, ſed & parricida tandem iniquus: quia Patrem ſanctum ad mortem uſque eſt perſecutus. Talem, inquam, tam juſtum, tam ſanctum, cum ſuis fautoribus in Papam elevat Heinricus. Roma non quæritur, nec Romanus aut Clerus aut populus. Unus quidem affuit Hugo nomine, *Candidus* nomine, nigerrimus mente, Cardinalis olim, ſed dudum jam pro ſuis ſceleribus juſtè excommunicatus & abjectus. Hic damnatus H damnatum, perjurus perjurum, parricida laudat parricidam. In loco ſiquidem horrido & aſperrimo, in mediis nivalibus Alpibus, ubi fames aſſidua, & frigus penè ſemper continuum: locus ipſe vicus eſt, pro civitate, qui BRIXANERIUM vocatur, altiſſimis circundatus ſcopulis, ubi etiam vix nomen obtinetur Chriſtianitatis. Hìc, principalis Eccleſiæ privilegia; hìc, ſummi Sacerdotis Jura; hìc, ſanctorum Patrum inſtituta; hìc, omnia evacuantur Canonica decreta: nimirum, ſi qui rogarent, ut alium cœlis imponeret Deum, quantum in ipſo erat, æſtimo, faceret atque confirmaret. Nam nec omninò novum eſt aucupium,

quod

A quod agit; à pueritia quippe ſua, ſic didicit.

Enimverò dum venerabilis Papa Alexander canonicè fuiſſet olim electus, ipſe * Cadolum Parmenſem Epiſcopum in Theutonicis partibus ſuum Papam elegit, Romámque direxit; qui diuturnam diſcordiam, belláque multa commiſit. Huic neſariæ præſumptioni mater ipſius AGNES Imperatrix interfuit; quæ, ſancti Spiritus illuſtratione compuncta, apud ipſum Papam Alexandrum confeſſionem poſtmodum fecit, pœnitentiam accepit. Cui id præ cæteris injunctum eſt, quatenus Romæ moraretur, ibíque ſancto Petro vigiliis, orationibus & jejuniis ſatisfaceret, ac prodeſſet Eccleſiæ conſiliis & B auxiliis, prout valeret. Ille autem in ſua permanens deteſtabili pertinacia, Wiberticum adorans dæmonium, admonetur rurſus ab Apoſtolico affectu paterno, miſſis ad eum Epiſcopis Albanenſi & Paduano. Atqui, dum non emendatur, rurſum periculoſiſſimè excommunicatur.

* *Cadaloum.*

Ille ergò quaſi novo tyrannidis aucupio, tunc incepit univerſarum Eccleſiarum tam prædia, quàm omnes penè theſauros earum militibus diſpertiri; quos, & omnes parti ſuæ agglutinat, præter admodum paucos, quos reſervavit ſibi Dominus, ut non curvarent genua coram Baal.

C Collecto igitur exercitu Romam tendit, atque primo mox ingreſſu omnem ſurorem ſuum in ſupradictam Dominam Mathildam convertit; villas incendir, Caſtella diruit: quæ tamen, divina ſe protegente miſericordia, non nimium detrimenri ſuſtinuit. Tunc, inquam, hominis ingenium & ſapienriam, utpote ſancti Epiſcopi ANSELMI laudare poſſes. Nam etſi navis fortis & benè compoſita eſt, nautæque prudentes; facilè tamen periclitatur, niſi ſapiens & validus fuerit gubernator. Illa, pro pietate matris ſollicitabatur; ille, gubernandi artem meditabatur. Illa, poteſtatem exercebat; ille, regebat. Illa præceptum; & ille dedit conſilium. Excellebat tamen ille in omnibus; quia obediêrunt ſanctitati ſuæ tam ipſa, D quàm ſui omnes; plus tamen ipſa. Nec mirum. Adeò enim ſingulis per ſingula providè ac ſapienter conſiliatus eſt; ut & dicto quondam Regi, cunctíſque majoribus ac minoribus, penè totius Italiæ ſola domus illa reſiſteret, injuriam Dei ſuámque vindicaret, honorem obtineret, & gratiam Dei non amitteret. Nimirum ſuis id meritis impetratum eſt, ut laudabilis illa & glorioſa, per exteras etiam terras prædicaretur. quid ni? Illa enim nobiliter & magnificè, inſolito mulierum more, plus dico, quàm viriliter agebat; nullum ferè periculum metuebat. Quiſnam potentum unquam ſuum, ùt illa, deduxit exercitum? Receſſerunt tamen ab illa plurimi ſuorum, & abiêrunt retrorſum. Separati ſunt, inquam, à nobis; quia non erant E ex nobis. Nam & Angeli quidam de cœlo deciderunt, aliis ſic corroboratis, ut cadere ampliùs non valerent. Corroborati ſunt & hi, qui permanſerunt, tum ex dulcedine Paſtoralis ſapientiæ, tum ex benevolentia & hilaritate tam deſiderabilis matronæ.

Nam egregius ille Paſtor & Doctor die noctúque affuit illis, ſpiritualibus doctrinis & admonitionibus; illud maximè inter cætera replicans, ut ab excommunicatis ſe obſervarent; quoniam, ſi quis cum excommunicatis participâſſet, niſi, acceptâ pœnitentiâ, primùm abſolveretur, nullam cum reliquis communionem habere potuit. Perfecto utique odio oderat excommunicatos; unde & ſulicitos multos ſua doctrinâ reddidit; plurimos à tyrannide tanta prohibuit, quoſdam etiam penitus convertit. Ipſi F denique quondam dicto Regi commonitorium dictavit; & hæreſiarcham ipſum, ſanctæ ſedis Romanæ invaſorem, Wibertum ſcripris ſalutaribus commonuit.

Quid tandem? Romam, ſicut incepit, Tyrannus ille invadit, tribus illam annis impugnat: quamvis demum perjurus, & pecuniâ plus, quàm viribus, aut ſapientiâ expugnat. Fitque Beati Petri ſancta Eccleſia impiorum latronum ſpelunca. Sed necdum totam quidem Romam devicit. Quoniam in Caſtello, quod CRESCENTII dicitur, reverendiſſimus Papa Gregorius permanſit. Permanſerunt quoque nec corrupti, nec decepti, aut devicti nobiliores quidam Romani, magis obedire Deo, quàm homini cupientes hæretico.

G Igitur accreſcente tam impia hæreticorum perſecutione, invitatus ab Apoſtolico Viro Dux Apuliæ & Calabriæ Robertus, Romam feſtinavit; ante cujus adventum Heinricus, Urbe relictâ, fugit; quam una die manu armata Dux fidenter expugnavit, Dominúmque Papam de anguſtia turris in latitudinem ſacri Palatii Lateranenſis cum magno triumpho & gloria reduxit. Itaque peractis ibi aliquot diebus, Salernum pariter perrexerunt, ubi & ſanctiſſimus Papa emigravit ad Chriſtum. Nam miracula, quæ per eum operatus eſt Dominus, alia quidem vidimus, alia ab idoneis teſtibus audivimus, quorum non eſt modò dicendi locus. H Fugato ergò ab urbe Heinrico in Theutonicas partes ſtatim ipſe revertit, concitaris primùm omnibus penè Longobardis adverſùm præfatam Dominam, & adverſùs ſanctum proviſorem ejus, ſed & adverſùs omnem Catholicam unitatem.

Nec multò pòſt ecce coadunati ſunt Epiſcopi & Marchiones cum aliis multis, qui magno impetu & furore ſubitò terram invaſerunt ejuſdem Comitiſſæ, putantes totam illicò ſuæ ditioni ſubjugare. Tunc ergò congregati ſunt & noſtri ſiquidem pauci; quoni-

A quoniam una vix die præſcii facti ſunt; veruntamen nimis confortati ſunt; quia Dominus noſter ſanctus ANSELMUS Epiſcopus ſuam eis benedictionem per noſtram direxit parvitatem: hoc in mandatis præcipuè commendans nobis, ut ſi qui cum excommunicatis communicâſſent, primitus illos abſolveremus, & tunc pariter omnes auctoritate Apoſtolica & ſua, benediceremus, inſtruentes eos; quo pacto, quáve intentione deberent pugnare, ſicque in remiſſionem omnium peccatorum eorum inſtantis belli committeremus periculum.

B Facto itaque congreſſu citiſſimè dorſa hoſtes dederunt; & captus eſt mox Parmenſis Epiſcopus, & nobiles multi, minores verò abſque numero: ſed & mortuorum non eſt inventus numerus. De noſtris autem tres mortui ſunt, & vulnerati pauci; qua in re gloriam Dei, & virtutem benedictionis Reverendiſſimi Præſulis fideles omnes agnoſcere poteſtis. Abhinc enim confuſa ſunt hæreticorum conciliabula, & declinata eſt nimis elata eorum inſolentia. Gaviſi autem & confortati ſunt omnes Catholici, præſertim domus illa, quam S. Pater noſter ANSELMUS Epiſcopus inexſuperatam poſtea cuſtodivit, ac in fide Catholica permanentem reſervavit. Et factus eſt ille unius olim civitatis Epiſcopus, innocenter quidem expulſus, multarum civitatum Præſul magnificus. Nam poteſtatem ei, & vicem ſuam Domnus Papa commiſit per omnem Longobardiam, ubi Catbolici non haberentur Epiſcopi, qui tunc inveniebantur certè rariſſimi.

C Concurrunt itaque ad ipſum ab omnibus partibus Longobardiæ, quotquot zelum habent fidei Catholicæ. Ibi benedictionem Catbolici, abſolutionem excommunicati, ſed converſi, accipiunt: ibi chriſma, ibi ſacros Ordines exquirunt; illic deſolati ſolatium; inconſulti conſilium; conſulti gaudium inveniunt. Apud ipſum quidquid uſquam dubii eſt, ſapienter diffinitur. Ejuſdem ſemper gravitatis & reverentiæ reperitur, nec precio aut precibus corrumpitur. Multi ſæpe ad illum modò nobiles, modò ignobiles, pauperes venerunt ac divites; qui, dum à prædicta Comitiſſa vellent aliquid aut acquirere, aut acquiſitum ſecuriùs obti-
D nere, munera ſibi interdum grandia, interdum promiſerunt alii majora; quibus ille, quamvis pauper ipſe, atque egentes ſui eſſent omnes, iratus reſpondit; dona reſpuit, adjutorium contradixit; quod ſi gratis poſtulâſſent, citiùs certè impetrâſſent. Ait enim; ſi eſt injuſtum, quod expetunt, ero particeps, imò auctor eorum injuſtitiæ: ſin autem juſtum eſt, reus ero, ſi juſtitiam vendidero. Quòd ſi mente aliqui perverſa divinitus forſan excæcati, aut avaritia ſæculi perniciosè implicati, Catholicæ & Apoſtolicæ reſtiterunt ſententiæ, dum ſecum ratiocinari cœperunt; ſubitò ſatis obmutuerunt: quia ſapientiæ illius reſiſtere non potuerunt, imò eloquentiam hominis tantam támque rationabilem mirati ſunt. Omnem E
enim ſacram Scripturam ferè memoriter novit; quid ſinguli, quid omnes de quavis cauſa ſancti expoſitores ſentirent, mox, ut interrogares, reſponderet. Multa ſibi ſacris ex Scripturis divinitus expoſita cognovimus, quorum aliqua ab ipſo habemus ſcripta, aliqua retinemus in memoria. Multos libellos propriis manibus conſcripſit. * Apologeticum unum diverſis ex ſanctorum Patrum voluminibus compilavit, quibus Domni Papæ ſententiam, & univerſa ejus facta atque præcepta Canonicis defenderet rationibus & approbaret orthodoxis auctoritati-
bus. In lamentationes Hieremiæ dilucidiſſimam fecit expoſitionem. F
Pſalterium quoque rogatu benedictiſſimæ Dei ancillæ Mathildæ expoſuit luculentiſſimè, breviter quidem, ſed utiliter, uſque illum in locum, ubi ait; *Benediximus vobis in nomine Domini.* Ibi ſiquidem vitam & expoſitionem finivit, nobiſque omnibus alter Patriarcha Jacob benedixit; cujus, ùt omnibus notum eſt, univerſam in Italiam benedictio deſcendit. In ipſum etenim & per ipſum hæretici ac ſchiſmatici alii convertuntur, alii confunduntur, quorum mox dentes confringuntur ipſorum, dum ipſius Domini Verbis reſpondetur eis; *Cæci vident, claudi ambulant, ſurdi audiunt, muti loquuntur.*

** Edidit hunc librũ Apologeticum D. Henricus Caniſius Tom. 6. Antiq. Lect.*

De abſtinentia verò illius quid dicam? G
Omnes ferè cibos babuit tanquam exoſos, etiam delicatiſſimos, quæ prædicta ipſius in Chriſto filia ſæpe ſibi exquiſivit, non dico, non manducavit, ſed vix guſtavit. Cuncta ſæculi blandimenta & corporis delicias, quibus gaudent homines, ipſe ſibi convertit in tormentum, abominando ſingula, tanquam quælibet venena. Cibos quoque appoſitos, dum à circumſedentibus interdum ſumere cogeretur, infirmitatem, aut votum, vel quamlibet occaſionem boneſtè finxit; ut, & deſideratam obſervaret caſtimoniam, & convivantibus non inferret triſtitiam. Vinum, ſicut Beatus ait Hieronymus, ferè ùt venenum fugit. Vidi, inquam, quod, & tacitus notavi, ut in ore ſumptam buccellam, nollet dentibus, ſicut eſt communis hominum conſuetudo, maſticare, ne aliquam dulcedinem caperet, ſed molliter tactam, & breviter involutam conſumpſit.

Per totam ſæpe menſam non bibit; ve- H
rùm, ſi ardentiùs quandoque ſitis incubuit, circa Veſperas fortaſſe modicum aquæ privatim hauſit. Nam, & in ipſa aqua, prout mecum ſæpe locutus eſt, gulæ gaſtrimargiam æſtimavit, laqueum timuit, ideóque parciùs delibavit. Quòd ſi naturæ neceſſitas non cogeret, inſomnis, ùt opinor, omni tempo-

A tempore permaneret. Nocte tota aut legit, aut ſcripſit, aut oravit; &, ſi fortiùs inſiſteret ſomnus, ſtans dormitavit: quòd ſi delicatiùs interdum, in genua uſque provolutus dormivit. In lecto quidem rariſſimè, niſi ſumma cogente verecundia, vel neceſſitate; nec idem horis productis, ſed quaſi momentis. Paulominùs jam ipſam devicerat naturam, ut non jam videretur corpus, ſed quaſi ſpiritus totus. Verè potuimus in illo Evangelium hoc, * ac ſi corporaliter agnoſcere; quia *non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni Verbo Dei.* Nam dum omnem ſibi ferè victum ſubtraheret, plus tamen omnibus laboravit. Venias de nocte, aut, ſi privatim poſuit, in die fecit permultas. Ad tertiam uſque ſtabat frequentiſſimè. In conſecrandis verò Eccleſiis, vel Altariis, quaſi plenus ſpiritu, infremuit totus; quia ferventi ſemper devotionis amore, quidquid erat Eccleſiaſticum, peregit. Mirabamur omnes ſubtilitatis ejus inexſuperabiles vires. Quia, nobis penitus penitúſque laſſis, ſolus laborabat.

* *pro, vel at.*

B Ut autem Miſſarum ad ſolennia ventum eſt, conteſtim totus lacrymis manabat. Librum * ubivis reperit, ſtatim perſcrutari diligentiſſimè ſtuduit: & quidquid diebus tanquam percurrendo carperet, id noctibus pleniter ruminaret. Si quando in expeditione, ſicut ſæpius, aut in itinere fuit, licèt multum fatigatus, non tamen aut cibum idcircò lautiùs ſumpſit, aut in lecto quievit. Summæ ejus deliciæ, aut fructus fuerunt, aut C herbæ. Omnem vitam & converſationem ſuam, quantum potuit, abſcondit: ſive fuit cum hoſte in campo, ſive privatim in domo, lectum ſuum modica circumdabat cortina, * ibíque ſolus vel legeret, vel ſcriberet. A media ſemper nocte, ſicut ait Propheta, ad Officium ſurgebat matutinale, niſi raró parceret debilitati filiæ ſibi commiſſæ, ſcilicet glorioſæ Dominæ Mathildæ; nam mater omnium Virtutum diſcretio regnabat in ipſo. O felicem illam, cui talis, tam providus ſemper aſſidebat pædagogus, non tanquam homo providus, ſed ùt providi conſilii Angelus. Nunquam, ùt arbitror, aſtante illo, aut defraudata eſt, aut decepta.

* *ubicunque.*

* *ut ibi.*

D Mirè mirandum, dum totam quandóque ſtaret diem, cum ſæcularibus in conſiliis plurimis & diverſis; non eſt mente abalienatus, ſed divinum ſemper aliquid intus agitabat, & contemplabatur cœleſtia. Milites domus illius, tametſi nimiùm ſæculares, in illum tamen reſpexerunt omnes; plus ipſum, quàm naturalem Dominam metuentes. In expeditionibus, & in cameris, inter quæque colloquia, vel conſilia, aut prædicavit, aut quælibet bona verba protulit. Quod ſuum fideliter ſequuti ſunt conſilium, ſicut eis prædixit, ſic & ſæpius illis evenit. Si non omnes prorſus convertit, fideliores tamen plures Deo ac Dominæ ipſorum reſervavit. Omnes E verò à multis ſæpè ſceleribus coërcuit, contra hæreticos ſtare fecit, præter filios tenebrarum perpaucos.

Religioſos omnes venerabatur ùt Patres; increpavit delinquentes; & hæreticum hominem ſecundò aut tertiò correptum, ſed non correctum, devitavit. Per ſingulas Eccleſias in omni ſuprà dictæ ſæpius Dominæ terrâ, regularem Clericorum vel Monachorum compoſuit vitam: qui, & malle ſe, inquit, ut in Eccleſia nullus eſſet vel Clericus, vel Monachus, quàm irregularis, ut ita dicam, & irreligioſus. In divinis ſiquidem officiis, quo affectu, quáve contritione fuerit, non ſufficio * deponere.

* *exponere.*

F Nihil in Eccleſiâ legere permiſit; præter Orthodoxorum Patrum ſcripturas, ſicut ſancta præcipit auctoritas. Ordinem & concordiam tam in cantu, quàm in lectionibus, prout ſancti Patres ſtatuêre, conatus eſt obſervare. Apocrypha omnia, ſicut Beatiſſimus Papa Leo conſtituit, in Eccleſiæ non recepit officio: pro lectione tamen privatim in menſa, vel collatione, non reſpuit omnino.

G Pſalmos quidem ut cautè ac meditatim cantaremus, præcepit, alioquin aſperè increpavit. Novit Deus, quoniam videbar mihimet aliquando tanquam plenus ſpiritu ex ipſius aſpectu, & quaſi mei oblitus, videbatur ille mihi velut Angelus. Inter divina myſteria nunquam, vel raró ſedebat. Miſſarum ſolennia nunquam, prout percipere potuimus, ſine lacrymis explevit. Ante omnia verò id ſtudii ſemper habuit, quatenus primum magiſtrum ſuum Papam Gregorium imitaretur in omnibus, adeò ut diſcrepare ab illo prorſus nollet etiam in aliquo. Illius ſemper meritis attribuit, quidquid in ipſo fuit.

H Dum vitam rememoravit monaſticam & ſolitariam, quam ſe crebrò deflevit amiſiſſe, conſolatus in eodem magiſtro eſt, quia obediens ſibi uſque ad id factus eſt. Ille, fons erat; hic, quaſi rivus bonus ab illo fluebat, & aridam irrigabat. Ille caput, totum corpus gubernabat; iſte, quaſi manus ſtudioſa, quod injunctum eſt, peragebat. Ille, ſicut ſol illuminavit omnia: iſte, velut ſplendor declaravit ſingula. Ille moriens, mitram capitis ſui tranſmiſit iſti, tanquam poteſtatem ſuam ligandi & ſolvendi, ſed, & miracula, credo, faciendi.

Nam non multò pòſt cognoſcentibus nobis omnibus, per ipſius conſilium, & fidem magnam, præclara quædam fecit Deus per eandem mitram mirabilia. Inter alia enim reverendiſſimus Dominus Ubaldus, Mantuanus ſcilicet Epiſcopus, multis jam annis graviſſimè ſpleneticus, toto corpore ulceratus, præſertim in cruribus, ſic, ut vix quomodolibet ſtare poſſet, vix etiam jacere, vel

A ſedere, qui & multa in medicos erogaverat, nihilque profecerat: Appoſita eadem mitra, ubi major ingruerat dolor, priſtinæ redditus eſt ſanitati.

Beatiſſimus itaque talis ac tantus Magiſter, miracula fecit multa vivus & mortuus. Fecit ſiquidem & bonus diſcipulus. Magiſter, inquam, in Deo: diſcipulus in Deo; & in Beatiſſimo magiſtro facit, ùt dicitur, plura diſcipulus. Nec mirum. Plura enim Petrus fecit, quàm Chriſtus: non equidem propria virtute, ſed quia abnegans ſemetipſum, ſecutus eſt Chriſtum, ſicut & hic Pater noſter venerabilis; quia, pium imitatus eſt in omnibus magiſtrum, multas operatur virtutes. Multi enim ſunt, quorum vitam novimus ſanctiſſimam; qui & requiem verè obtinent ſempiternam; ſed miraculorum non oſten-
B derunt virtutem. Hic autem non tantùm; quia vitam fecit religioſam, imò, quia fidelem peregit obedientiam; perfectò quoque odio partem odiens excommunicatorum, & unitatem diligens atque defendens Catholicorum, miraculis approbat, quod ſermone docebat. Omnes ergò, qui in unitate Catholica præceptis Domni Papæ Gregorii hactenus obediſtis, gaudete & exultate; atque his, qui retrorſum abiêrunt, & veſtigia veritatis dereliquerunt, ut factis modò credant, dicite, quòd verbis olim noluêre.

S. Anſelmi Epiſcopi miraculum Primum.

I. Vidimus præſentes in vita ipſius Subdiaconum ejus, nomine Tentonem, qui infirmos ſemper babebat oculos; qui, etſi præter ſolitum quid vigilavit interdum, aut bibit fortè vinum, diu poſtridie vix quidquam potuit videre, legere verò prorſus aliquandiu non potuit. Aquam itaque, qua manus ſuas Domnus Epiſcopus poſt ſacrificium abluit, accepit, oculos lavit; & ſanos abinceps habuit. Vigilare ac legere non minùs nobis aliis potuit.

C II. Similiter & Presbyter ejus Wido febres patiens, aquam ablutionis manuum ejus accepit, bibit & evaſit.

III. Item Joannes Diaconus ſuus, dum apud Mediolanum infirmaretur, feſtinavit ſibi mandare, boc addens in legatione, quòd mox audita ipſius paſſione, vellet in ſe virtutem benedictionis ſuæ ſentire; factúmque eſt, ùt credidit, ſtatim enim ſenſit; paulóque pòſt pleniter evaſit, quem & Presbyterum poſtea idem Dominus Epiſcopus ordinavit.

D IV. Suprà dictam quoque ſibi commiſſam filiam, ſcilicet nobiliſſimam Dominam Mathildam diverſis ſæpe ab infirmitatibus ſanavit ſola benedictione, &, ùt ipſa nobis conſueverat referre, virtutem frequenter ab illo ſenſit exire, ita ut ad tactum illius fugeret omnis tunc incumbens morbus.

V. Cogitationes hominum evidenter cognovit interdum, ipſiſque cogitantibus ſic & ſic, inquit, tali bora, talíque in loco cogitâſtis.

VI. Teſtis mihi Deus eſt, quòd non mentior; quia dum ſemel cum illo de meis peccatis, ſicut ſæpe ſolitus eram, conferrem, quandam tentationem, qua tunc ferventiùs me ſpiritus nequam conabatur impugnare, confeſſus dixi; & ipſe, verum, inquit, dicis: quia, in ipſo etiam miniſterio altaris interdum occurrit tibi. Quod ut audivi, mox expavi, & ab omni deinceps prava cogitatione, præſertim illo præſente, ſtudebam me coërcere. Inter Miſſarum quidem ſanctas celebrationes, talia maximè conſuevit videre: qui etiam id ſemper ſtudii habuit, ut quotidie Miſſas celebraret. At, ſi die aliqua non celebravit, quod rariſſimè tamen aliquo accidit impedimento, tota die illa, triſtior erat, & quaſi gravis pernimiùm; ſicut & illam quoque noctem, dum nimiis ex vigiliis coactus dormivit aliquantulum, gravem & inquietam deploravit. E

VII. Revelationes quoque dignè memorandas vidit ſæpiſſimè; quarum aliquas libet breviter perſtringere. Quodam enim tempore, dum in Eccleſia S. Pauli in territorio Mantuano, juxta Epiſcopium, conſecraret quoddam altare ad honorem S. MARIÆ, vidit ipſam corporeis oculis in eodem altari inter ipſa ſolennia conſecrationis. F

VIII. Alio quoque tempore in Purificatione ejusdem glorioſæ Virginis MARIÆ, dum tardior ad Eccleſiam veniret, cantantibus jam Clericis Invitatorium, ubi ait, *occurrens Deo ſuo*, vidit intranti ſibi Chriſtum venire in occurſum.

IX. Altera verò vice quadam, dum in magna compunctione cordis & lacrymarum decantaret Pſalmum 81. utpote, *Inclina Domine aurem tuam*, ſenſit Dominum ad ſe inclinatum, & tanquam aurem adhibere ad auſcultandum. Multa quippe & alia fecit atque vidit, quibus feſtinantes modò ſuperſedemus. G

Poſtremò, quàm felicem fecerit finem, multi Epiſcopi & Clerici, nobilioréſque Laici præſentes viderunt. Teſtamentum non fecit: quia, unde faceret, non habuit, imitatus etiam in hoc magiſtrum, quem pauperem, & in exilio novimus defunctum. H Qui etiam in extremis ſuis, ſicut ab ipſius Capellanis didicimus, * religionis; *Poſt omnia*, inquit, *dilexi juſtitiam & odio habui iniquitatem, idcircò morior in exilio.* Equidem, quod in vita ſua magiſter ac diſcipulus docuerunt, hoc & in morte quaſi teſtamento confirmaverunt. Ille, quos obedientes ſibi vivens adhuc benedixit, moriens quoque Domino precibus commendavit: Heinricianos verò penitus penitúſque, niſi poſt magnam demum converſionem & pœnitentiam, reprobavit. Hic præſentibus nobis in verbo Domini præcepit, ut in fide ac doctrina Beatiſſimi Papæ Gregorii permaneamus. Quod & cum benedictione nobis indidit, & in remiſſio-

* *religioſo.*

A miſſionem peccatorum noſtrorum commendavit.

X. Affuit huic benedictioni quædam matrona nomine Berta, nobilis genere, nobilior mentis indole, animique devotione, uxor Clariſſimi Comitis Bernardi, quæ inſolitam in capite patiebatur infirmitatem. Nam tanta in vertice capitis fatigabatur frigiditate, ut quaſi glaciem ſuperpoſitam æſtimare interdum poſſet; quam calefactis ad ignem pellibus aut pulvinaribus ſæpe conabatur depellere: ſed & medicis exquiſitis plurimis, nullam conſecuta eſt ſanitatem. Quòd ſi frigus eam, aut ventus ibidem aliquando tetigit, dum fortaſſe improvida dormivit, non cooperto diligenter capite, vehementi vexabatur dolore, ut quaſi vertentes vel exilientes oculos timeret, & tanquam contractis
B colli nervis, caput flectere non poſſet. Hæc, inquam, venerat illo quadrageſimali tempore ad civitatem Mantuam, ad Comitiſſam Mathildam, ut tam venerabilis Epiſcopi ſanctum & quotidianum audiret officium. Unde accidit, ut in extremis ejus ad benedictionem, quam prædiximus, citiùs multis aliis occurreret: quæ, dum benedictionem ab ipſo, devotiſſima expeteret, manum ille capiti ejus impoſuit, & expulſo mox inſanabili frigore, calorem illa ſaluberrimum recepit, & exeunte ſudore, atque aliquantula ſanie per auriculas ejus, uſque ad octavas Paſchæ ſublata eſt omnis occaſio infirmitatis. Quanta deinceps ſigna clariſſima Deus per ipſum ſit operatus, quid mea refert dicere, dum conſtet, perplurimos præſentialiter omnia vidiſſe?

C XI. Rogavit itaque, quoad vixit, quatenus in Capitulo Monaſterii S. Benedicti, quod eſt in ripa fluminis Eridani, ſub obedientia ſacri Cluniacenſis Cœnobii, unde frater ipſe ac Monachus fuit, ſepulturæ commendaretur; * &, cùm, concedentibus Epiſcopo, atque Comitiſſa, cæteriſque omnibus, jam deferretur ad Monaſterium corpus, affuit ſubitò * Sutrienſis Epiſcopus nomine Bonizo, quem & Spiritus ſanctus ſuſcitavit, ut clamaret dignum eſſe, ut in Epiſcopio Epiſcopus ſepeliretur. Tanta, inquit, lucerna, non decet, ut abſcondatur: Ipſe adhuc vivens
D tanquam indignum ſe humiliavit, nos autem, ut verè dignum exaltare oportet hominem, quem fuiſſe ſcimus ſanctiſſimum. Acclamatum eſt idem ſtatim ab univerſis, rapitúrque à Monachorum obſequiis; in Epiſcopium defertur, ibíque venerabiliter ſepelitur. Mirabamur hoc quaſi magnum primò miraculum, neſcientibus, quòd abinceps ſatis mirabilius erat futurum.

**Sequentia recitat Bar. Anno 1086. N. 10.*

** Bar. Sabinenſis Epiſcopus Dominus Domnizo.*

Nam & id quoque tunc notavimus, quod & multi Epiſcopi & Cardinales, magna etiam multitudo militum, die obitus ſui, eandem in civitatem venerant. Aderat ſiquidem Magalonenſis Epiſcopus, nomine Godefridus, & Benedictus Mutinenſis Epiſcopus, atque E
Aribertus Regienſis Epiſcopus, & ejuſdem civitatis Epiſcopus, ſcilicet Mantuanus, Ubaldus vocitatus; ſed & Damianus, Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, qui & Abbas Nonantulenſis Cœnobii.

Hi omnes ad audiendam ejus ſapientiam, ad capiendum ipſius conſilium, ſicut ſæpe ipſi ac cæteri Catholici conſueverant, advenerunt. Sutrienſis quoque pridie tantùm receſſerat, ſed mox, poſt tranſmigrationem ipſius, eodem die affuit opportunus. Iſti, inquam, & alii perplurimi, majores ac minores interfuêre, qui & ipſius tranſitum viderunt, & clara miracula poſt obitum ejus præſentes cognoverunt.

Igitur Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti M. LXXXVI. Epiſcopatus verò ſui Anno XIII. Indictione nona, finitis jam annis ſeptem excommunicationis Heinrici quondam Regis; poſt tranſitum autem fe- F
liciſſimi Papæ Gregorii VII. menſes novem, dies viginti tres, obdormivit in Domino Venerabilis Dominus & Pater noſter ANSELMUS Lucenſis Epiſcopus, XI. Kalend. Aprilis, in civitate Mantua, præſidente reverendiſſimo Epiſcopo Ubaldo, atque dominante ibidem nobiliſſima Duce ac Marchioniſſa Mathilda.

Recitat hæc Bar. Anno 1086. N. 9.

XII. Tertia itaque nocte poſt ſanctiſſimi Patris venerandam dormitionem; quædam contracta, quæ una ſemper manu, & poſterioribus per terram ſerpebat potiùs, quàm gradiebatur; quæ etiam in domo nepotis Epiſcopi annum unum & duos menſes, ac dimidium manſerat apud prædicti Patris tumbam, meritis ipſius ſana erecta eſt in prima noctis vigilia.

Recitat hæc Bar. Anno 1086. N. 11.

XIII. Sequenti verò die, circa tertiam, ut G
viſum eſt, horam, fertur, quòd quædam à nativitate cæca ibidem fuerit illuminata, quam Brixienſis Comitatus incolam tunc audivimus.

XIV. Eodem quippe die quaſi hora ſexta, pauper quidam in hoſpitio pauperum prædicti Præſulis Mantuani, aliquanto tempore eleemoſynis ſuſtentatus, à renibus uſque curvus, ad ejusdem ſancti Patris ſepulchrum orans, ſubitò ſe ſanum erexit.

XV. Divulgatis itaque longè latéque tali- H
bus miraculis, ecce mulier quædam de Caſtello, quod CAPITELLUM dicitur, quæ viſum penitus amiſerat, cœpit virum ſuum flagitare, ut ad ſancti viri corpus eam perduceret. Illo verò negante, frater ejus miſericordia motus, junctíſque bobus plauſtro, cœpit eam deferre. Dum autem duobus milliariis pertexiſſet, incœpit arbores & plauſtrum, & boves, cæteráque jam omnia videre, quæ gratias Deo, ejúſque ſancto Confeſſori agens, votum de paupertate ſua faciens, domum reverſa eſt.

XVI. Die nona erat in eodem Caſtro alia quædam

A quædam cruribus ac renibus contracta, quæ nulla ex neceſſitate, lectum ſuum per ſe potuit exire. Hæc, apud civem quendam Mantuanum, qui venerat illò, precibus impetravit, quòd impoſitam plauſtro ſuo ad urbem detulit, & ad tumulum ſancti Præſulis humeris ſuis portavit: quæ, facta aliquanta oratione, paulò pòſt ſana ſurrexit.

XVII. Die undecima: quædam etiam de Caſtello, quod Goudium dicitur, menſibus tunc viginti privata luminibus, biduo jejuna juxta corpus ſanctum demorans, priſtinam luminum claritatem recepit.

XVIII. Die quinta decima, altera quædam de Caſtello, ùt dicitur, Lazeſe, manu & pede contracta, ore contorto, morbo caduco graviſſimè vexata, ibidem aliquandiu patiens plenam recuperavit ſanitatem.

B XIX. Die ſexta decima deinde aſtantibus nobis pariter cum glorioſiſſima Domina Mathilda, & pſallentibus in die ſancto Paraſceve, adveniens quædam de loco, qui Coloniole, quæ viſum perdiderat, flens & ejulans, devotiſſimè faciens venias, & poſt aliqua ſurgens, oculos ad tapetum ſepulcri terſit, viſúmque recepit.

XX. Die decima octava. Mulier etiam una ejuſdem civitatis non ignota, dentium dolore ac viſcerum torquebatur: quæ confugiens ad prædicti Confeſſoris ſepulcrum, ſana mox facta eſt.

C XXI. Altera quævis de oppido, quod CASTELLUCULE appellatur, adeò infirmata eſt, ut à lecto ſurgere non poſſet ullo modo. Hæc, auditis tot miraculis, votum fecit, paulóque pòſt evaſit, atque octava die pedibus ſuis ad ſancti Viri tumbam veniens, votum ipſamet perſolvit.

XXII. Die vigeſima prima, erat Inſuper civis Mantuanus, qui ſuperveniente albugine, unius oculi viſum amiſerat. Multa itaque in medicos expendens, nihilque proficiens, ad verum medicum ſalutis, per merita ſupradicti Præſulis ſanctiſſimi confugit, viſúmque recuperavit.

D XXIII. Die vigeſima tertia, poſt hæc puer unus de Villa Vadumſerratum appellata, quem * arthetica officio brachiorum privaverat, ad idem Oratorium delatus, ſanitatem recepit.

* artritica, opinor.

XXIV. Die vigeſima quarta; alius etiam puer de Burbaſſie, lumine privatus oculorum, & quaſi hydropiſim perpeſſus, admonitus ſæpe in ſomnis tandem ad ſanctiſſimi Patris patrocinia confugit & evaſit.

XXV. Die trigeſima prima. Fuit Presbyter de Epiſcopatu Brixienſi de Caſtro nomine Gorelengo, cui malum id, quod per antiphraſin homines BONUM appellant unius oculi lumen abſtulerat, qui audita tantorum ſignorum fama, ad ſanctum ſepulchrum properavit, facta verò ibidem oratione reverſus eſt, & quavis prurigine, dum erat in via

E incitatus, oculum digito fricavit, apertíſque mox palpebris clarè vidit. Regreſſus ergò ad civitatem, gratias coram omnibus tam pio retulit patrocinio.

XXVI. Nocte ſequenti trigeſimum primum diem; quædam autem de Caſtello nomine Maratica, juxta portum Lignacum in Comitatu Veronenſi, habens ſiniſtram manum clauſum, ſed & totam partem illam gutta Paralytica perditam. Hæc trigeſimo die obitus ejuſdem S. Præſulis, ipſius ad tumbam orans, ſana ſurrexit.

XXVII. De comitatu quoque Mediolanenſi, de plebe Roſade quidam claudus advenerat, qui & multa jam ſanctorum limina ſic contractus ſanitatem expetens circuibat. Hic ad ſanctum tumulum proruens, orationem faciens, ſanus continuò factus eſt.

F XXVIII. Die trigeſimo nono accidit deinde, quod in multorum oculis jocundum fuit & mirabile. Nam in Litaniis, quæ Gregorianæ appellantur, dum innumerabilis hominum multitudo, ad ſuprà dictam civitatem Mantuam concurreret; quidam de Villa nomine Fornicata, & alia, quæ Blittolo dicitur, cum vexillis & * ſanctuariis, ſicut eſt conſuetudo, venientes, & ſecus viam conſpicientes cervam unam magnam, admoniti à quodam ipſorum Presbytero, cœperunt omnipotentiam Dei invocare, quatenus meritis ſanctiſſimi ſui Sacerdotis, ad quem devotè pergebant, illæſámque eis ipſam concederet, quod & ſic factum eſt. Nam,
G quaſi fixa loco, ſtetit quieta. At illi miſſo in collum ejus quodam funiculo, ad uſque ſepulchrum venerandi Confeſſoris, manſuetiſſimè perduxerunt. Factus eſt itaque inæſtimabilis turbæ concurſus. Alii pilos ipſius; tanquam veritatis indicium, rapuerunt. Alii, tantùm videre cupiêrunt: omnes autem æquanimiter mirati ſunt. Sed, quia erat gravida, tantam ſuſtinere preſſuram non potuit, ad ſepulchrum tamen pervenit, ibique ſuccubuit; & paulò pòſt, dum vivere non poſſet, occiſa eſt; cujus caro in benedictionem diverſas per partes diviſa eſt, quæ multis certè infirmis priſtinam reddidit ſanitatem. Sed non minùs laudabile ac glorioſum eſt, quod ſequitur.

* Reliquiis.

H Revertentibus enim eiſdem poſt completam orationem, quandam ad aquam venerunt, quam, niſi navigio, tranſire non potuerunt. Ut autem manifeſtarentur opera Dei, navis alteram in partem traducta eſt. Diu ergò exſpectantes, & aliquantulum triſtes, eò quòd jejuni erant, ac fatigati, recordantes prioris miraculi, iterum invocaverunt Deum, ut per merita ſui ſancti Confeſſoris ANSELMI tranſeundi daret conſilium. Vix precibus completis, & ecce navis diſſoluta, abſque omni remige venit ad eos. Gratias itaque referentes Deo, ejúſque Confeſſori ſanctiſſimo, omnes tranſiêrunt incolumes,

A mes, cujus ex navis ligno diverſis de doloribus perplurimi ſanati ſunt.

XXIX. Nôſſe etiam volumus ſanctum deſiderium veſtrum, quod non aliunde didicimus, verùm ipſi vidimus & fecimus. Erat in obſidione cujuſdam Caſtelli veneranda, quam prædiximus, Comitiſſa, ubi Theutonicus quidam ictu petræ vulneratus eſt in capite; qui triduo pòſt deductus eſt noſtrum in hoſpitium, quatenus ibi meliorem, quàm apud Laicos, haberet tranquillitatem. Hunc deinde gutta, quam Paralyſin Medici vocant, tam crudeliter invaſit, quòd amens penitus factus eſt, adeò, ut nihil ſanè ſentiret, neminem cognoſceret. Vocati ſumus denique & nos; quatenus injuncta ei pœnitentia communionem daremus. Sed neque pœnitentia quid eſſet, potuimus ei in-
B notеſcere. Poſtremò, nec quid Deus eſſet, potuimus eum facere agnoſcere, aut Deum vel aliquem ſanctorum invocare. Æſtimabamus certiſſimè, dæmonium illum habere. Vociferabatur enim, ùt aſſolent inſani; clamore valido inconvenientia multa; & niſi teneretur violenter, non ſolùm veſtimenta, verùm etiam diſcerpſiſſet membra. Auditur undique clamor, accurrunt plurimi, alii plangentes, alii admirantes. Audivimus quoque nos in camera ipſius Dominæ, lamentabilem illius vocem, quæ divino compuncta inſtinctu, ait ad me; ut annulum, qui S. ANSELMI fuerat, quem etiam Beatus Papa Gregorius aliquandiu habebat, in aqua lavarem, quam bibendam, * ſibi porrigerem, ſperans, quòd meritis ipſorum liberaretur. Surgens ergò, & accepto annulo, perrexi ad eum, quem inveni miro modo vociferantem, ac ſe ipſum diſcerpentem.

* *ægro nimirum.*

C Nam licèt eum quinque viri fortes tenerent; duo, per crura, duóque per brachia, & unus in capite; luctabatur tamen pectore ac ventre magis, quàm crederem, niſi præſens vidiſſem. Accepta itaque aqua, annulum intus in nomine Domini poſuimus, & aperto ejus ore in magna violentia cum cocleario parumper eum vix primò potavimus; qui non multò pòſt vocavit me ex nomine, atque incepit vocem meam agnoſcere, & admonitus continuò invocavit S. ANSELMUM; &, ut breviter dicam, poſt unam, ùt æſtimo, horam, meritis ſanctorum Confeſſorum, qui eodem annulo in divino utebantur officio, requievit manſue-
D tiſſimè, & loquebatur rectè. Huic nempe miraculo multi intererant, qui præſentes viderunt & audiérunt, atque miſericordiam Dei in ſuis ſanctis Confeſſoribus glorificaverunt.

Hæc de Beatiſſimo Patre ac Patrono noſtro ſancto ANSELMO Lucenſi Epiſcopo perpauca quidem, quantum ad ipſius merita, ſed veſtris, ſpero, piis deſideriis proficientia. Ego B. peccator Presbyter ſuus in

E Pœnitentia, non dico filius, ſed ſervus, ab ipſo multis cum lacrymis ad eundem ordinem promotus, venerabiliter vobis expetentibus explicavi devotus. Precor vos, orate pro me.

Quæ ſequuntur à recentioribus conſcripta ſunt, ſicut ipſi aut viderunt, aut à fidelibus intellexerunt.

XXX. Quadrageſimo nono die à ſancti Viri tranſitu, ſole jam occidente, per famulum ſuum dignatus eſt Dominus oſtendere & hoc miraculum. Venit ad tumulum ſanctiſſimi Patris noſtri quædam de Epiſcopatu Cremonenſi, de ora illa, quæ dicitur CANCER, cui albulum unius oculi lumen penitus abſtulerat: alteri verò vix in die videndi facultas erat. Quæ orationibus aliquandiu inſiſtens, meritis ſancti Præſulis cæcati oculi claritatem recepit. Alteri autem, cui meridies ad videndum antea vix ſuffecit, nunc crepuſculum noctis obedit.

XXXI. Convenerat ad Urbem Mantuanam pro veneratione ſancti viri multitudo F magna, de civitate & Epiſcopatu Brixiæ. Inter quos erant quidam ſub obtentu religionis, imò cauſa ſimulationis. Ad quorum incredulitatem confutandam, & ad credentium, qui ibi aderant, fidem corroborandam, Dominus omnipotens ſuam oſtendit miſericordiam: quidam enim ſenex de familia Manifredi, de loco, qui dicitur Pigognata, ob inciſionem unius genu, accedente quoque alteri * gutta: occaſione hujus inciſionis officio pedum tribus menſibus caruerat: qui meritis Beatiſſimi ANSELMI priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati die quinquageſimo ipſius obitus.

* *apoplexia.*

XXXII. *Dominæ Mathildæ, Ubaldus Mantuanus Epiſcopus gaudium & lætitiam.* G

Immenſo deſiderio veſtro deſideratam ſcribimus lætitiam. Fuit quædam de Capriana, quæ, velut animal, manibus & pedibus incedebat, quam Deus omnipotens per merita ſanctiſſimi Patris noſtri erexit, & ad iter tantum officio pedum, ſicut hominis natura expetit, frui conceſſit.

Recitat hanc Epiſtolam Bar. 1086. N.12.

XXXIII. Simile etiam remedium cuidam de Inſula Parmenſi, quæ eſt juxta caput Parmulæ, ſimiliter incurvato, conferre dignatus eſt.

XXXIV. Præterea puer quidam de monte Claro, manum & pedem contractum H habebat, cui Deus utrumque precibus Beatiſſimi Præſulis ad certum uſum reſtituit.

XXXV. Nec non mulieri cuidam de loco, qui dicitur Inſula * Ogeru, quæ manum aridam habebat, per ejuſdem Patroni noſtri interceſſionem optata ſalus advenit.

* *Bar. Egeni.*

XXXVI. Cuidam quoque puero de * Ripalta viſum reddidit.

* *Bar. Rivalta.*

XXXVII.

A XXXVII. Quædam ſimiliter de Epiſcopatu Veronenſi, cùm jam Civitati noſtræ appropinquaret, oculorum claritatem recepit.

** Bar. Plovezano.*

XXXVIII. Quidam etiam de * Plevazaoo, cujus calcanei naribus indiſſolubiliter adhærebant, priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati, quem Domino & religioſo viro Lugdunenſi Archiepiſcopo oſtendimus, & locum deootavimus, ubi calcanei juncti fuerant. Quæ multi ex Epiſcopatu Brixiæ & Veronæ, diversíſque aliis partibus; qui convenerant pro veneratiooe viri in Vigilia Aſcenſionis Domini videntes fieri, converſi ſunt ad Dominum, abrenunciantes diabolo & ſequacibus, & promittentes, ſe priùs ad effuſionem ſanguinis perventuros, ſi ad id periculi devenirent,
B quàm ab hac fide deficerent. Hæc omnia in Vigilia Aſcenſionis Domini, & in ſequenti nocte facta ſunt: & multa alia, quæ præ multitudine invenire non potuimus; quæ, ſi iuvenerimus, vobis ſcribemus. *

** Hucuſque epiſtola Ubaldi.*

XXXIX. Erat præterea quædam de Caſtello, cui nomen eſt Gudiciole, quæ pede ex contractione genu terram attingere non valens, incedendo curva vix duobus baculis infirmos ſuſtentabat artus. Hæc aliquot diebus ſancti Pontificis poſtulans miſericordiam, conſecuta eſt ſuæ infirmitatis ſalubrem medelam.

C XL. Fuit pariter vir quidam nobilis genere Adecherius nomine, cui biduo ſanguine è naribus erumpeote, velut de vena ferro percuſſâ, de ſola mortis exſpectatione jam cogitabat. Sed cùm jam nulla medicorum adhibita cura perrumpeotem ſanguinem valebat reſtringere, interpellans ſanctum Pontificem, atque ad ipſius corpus ſe venturum devotans, inſtaotis mortis evaſit periculum, meritis, & precibus ſanctiſſimi Viri.

** Epiſtola altera, Ubaldi Epiſcopi Mantuani, ad eandem illuſtriſ. Dominam Mathildam.*

XLI. * Miraculorum quædam vel oblivioni tradita, vel antea incognita, nunc verò comperta, notitiæ veſtræ præſentare cupio. Remeantes cum gaudio Brixienſes, de quibus nuper ſcripſi vobis, cùm jam perventum eſſet ad vadum, quod paululum eſt ſupra Godium; non reperta ulla navi, nullam in corde ſuo tulerunt moleſtiam; omnem
D in Deo, & S. ANSELMO ponentes fiduciam. Moram itaque facientibus, quodam equo ex alia parte fluminis viſo, qui moriens & exhalans abſque cibo & potu per triduum ibi jacuerat, quidam ex eis indubitanter rogavit Deum & S. ANSELMUM, ut ſurgeret, & omnes tranſveheret. Qui mox ſurrexit, & ad transferendum eos ſe obtulit.

Ecce, quàm magnifica Patris noſtri merita. Ecce quàm imperioſa potentia. Mortis lex frangitur; ſua jura mutari, queritur, obnoxius morti eripitur, vitæ conceditur, vitæ reparatur, ut ſervis Dei obſequatur; &, qui ſe ferre noo poterat, ad ferendum onus præparavit, & tam famulanter ad parendum ſe offert, quaſi ratione noo careret. Velle dicere videtur; ſi natura pateretur, cur me E non aſcendiſtis? Cur me ad ſervitium veſtrum oon exercetis? Non ſum ob aliud vitæ conceſſus, mortíſque faucibus ereptus. Interea quidam nautæ videntes illos apud ripam manentes, navigio, ad transvehendum illos, advenêre, ſperantes ſe ab eis precium habere poſſe. Quam navem intraverunt, & feliciter tranſiêrunt. Ecce quantum equus laborabat, ut ſe obedientem exhibeat; & quantum nititur, ut obſequendi voluntas manifeſtetur. Sed quod ore non loquitur, hoc geſtu corporis profitetur. Transgrediente quippe navi transgreditur, revertente quoque illa, revertitur. Poſtremùm transvectis omnibus, ad locum, unde venerat, perrexit, ibíque paulò pòſt vitam finivit.

XLII. Fuit puer quidam Cremonenſis à F compluribus vicinis ſuis ad tumbam ſancti Viri allatus, qui manum aridam habebat, ejus ſalutem reverenter & confidenter, & præ magna confidentia, quaſi minitanter poſtulabant dicentes; Piiſſime Præſul ſancte ANSELME, Confeſſor Dei exaudi nos, pro ſamulo tuo orantes, ſi quid in vità à te meruimus, ſi prædicatiooem tuam fideliter accepimus, ſi fidem incorruptam ſervavimus, ſi contradicentibus tibi conſtanter reſtitimus, exaudi nos, adjuva eum, & libera; multos ſanâſti infidelibus, unum ſaltem concede fidelibus, ne fortè inſultent nobis inimici objicientes; Nunc apparet, quàm grati, quàm fidi ei in vita extitiſtis. Si vos in vita dilexiſſet, in morte quoque vos honorificâſſet: ſed quàm vos indignos, abominabiles, contemptibiles eſſe judicavit, à tanta gratia alienos vos fecit. Repelle à nobis piiſſime Pa- G ter hoc opprobrium; & citò profer noſtrum gaudium. Monſtra te nobis propitium, in quem ſemper reſpeximus unicum, quem nobis inſpiciendum, proponimus ſpeculum, à quo poſtulamus auxilium. Illis ergò tam devotè orantibus, quam rogabant ſalutem, eorum precibus eſt conſecutus. Quam quidam Hermannus de Scorzariolo, qui manum ſimiliter contractam habebat, eſt adeptus.

Præterea mulier quædam, quæ humum ceroua ſemper ſpectabat, quæ niſi ſuſte ſuſtentata ire non valebat, apud tumulum memorati Patris, multis videntibus eſt erecta. Cujus locum non notavi, quia præ multitudine inveniri non potuit.

Poſt hæc nulli amplius numeri in Apographo noſtro ſignantur.

Tertia verò die Aſcenſionem Domini an- H tecedente, duo facta ſunt mirabilia. Quædam enim de Epiſcopatu Cremooæ, de loco, qui dicitur CASA ANSERII, quod per octo annos amiſerat, intercedente ſanctiſſimo Patrono, lumen recepit.

Ipſa quoque die, mulier quædam de Abbatia Leonenſi, dexteram habens aridam, quam contractis nervis brachii, ferè juxta hume-

A humerum ſemper tenebat, contractóque
genu ejusdem lateris humum digitis pedis
ſummo tenus vix tangebat, apud tumulum
ſancti Patris noſtri, utriusque mali ſoſpita-
tem invenit.

Inter illa, quæ in Aſcenſione filii ſui Deus
per famulum ſuum magnificè operatus eſt,
mirabiliter admirandam ejus virtutem po-
ſtea mihi declaratam ab eodem, cui ſalutis
noſtræ Auctor ſuam contulit medicinam,
deſiderio veſtro deſideranter ootifico. Qui-
dam enim fuit de villa veſtra, quæ eſt pro-
pè Roſinam, nomine Ciliano, qui non tam
*genuum. * renum rectitudinem dolebat ſibi fuiſſe ne-
gatam, quàm manuum virtutem omninò
ereptam. Adeò enim, gutta immaniter per-
urgente, tremebant, quòd nihil agere, nihil-
B que tenere valebat. Huic itaque per viſio-
nem Dominus revelavit; quòd ſi ad tumu-
lum ſanctiſſimi ANSELMI ſe venturum re-
verenter voveret, utriusque infirmitatis ſa-
lutem illicò ſe adeptum gauderet. Hic ergò
evigilans, viſionem ſecum cogitans, neſcius
quid ageret, ambiguus quid crederet, reve-
lationis incredulus, ſalutis tamen cupidus,
quosdam bonos homines ſuæ viciniæ ad ſe
acciri fecit, narratáque viſione, vovendi ſe
ab eis conſilium recepit, factóque voto, ſta-
tim convaluit.

Item mulier quædem de Foſſa, Capraria,
*genibus. * renibus incurvata, pedum ſervitio privata,
corúmque loco fuſtium auxilio diu potita,
cùm jam acceſſiſſet ad tumulum Patris oo-
ſtri, ſole jam decedente, tam gravis & variæ
infirmitatis ſubitò ſoſpitatem recepit.

C Quod mihi quædam matrona mulier ho-
neſta, mater Joannis de Perſico retulit, vo-
bis quoque referendum putavi. Hæc fide
plena, Dei amore perfecta, ſanctiſſimi AN-
SELMI diſciplinis inſtituta, ſuorum Presby-
terorum officium, propter excommunica-
tionem ſpernens, quadam die dum à cir-
cumſtantibus quæreret, unde aliquem di-
gnum, & ad celebrandam Miſſam idooeum
habere poſſet, quidam de CASALE majore
aſtans dixit; Cur veſtrorum Presbyterorum
miniſterium contemnitis? Propter amorem,
inquit, & prædicationem S. ANSELMI, pro
cujus meritis Dominus omnipotens quoti-
D die facit mirabilia. Qui dixit. Nunc vos
deprecor, in toto corde rogetis eum; ut, ſi
aliquem erexit, ſicut creditis, me contrahat:
aut, ſi quem illuminavit, mihi lumen aufe-
rat. Vix finita prece, ultionem Dei ſenſit
adeſſe; & continuò flectens ſe in latus, mul-
tùm claudicare cœpit. Hæc autem videns
hoc, cœpit intentiùs rogare Deum, ut adhuc
augeret ſupplicium, ſuper incredulitatis fili-
um, & confeſtim dolor tantum crevit, quòd
vix ad hoſpitium perrexit, & quaſi mortuus
eſt relictus. Huic ergò matronæ venienti,
ut gratias Deo & S. ANSELMO referret;
quidam de moooculis Guiberti beoè notus
ei obvians, jam ab Urbe regrediens, magnum E
ſibi, quod conógerat, narravit miraculum.
Quadam nocte cùm iviſſet ad flumen Ole-
um, ut hauriret aquam, porrecto uncino,
quoniam ripa fuerat alta, decurſus aquæ ſibi
ſitulam abſtulit, ablatáque face, quoniam
nox obſcura erat, cùm videret à fluminis
vertigine abduci, rogavit S. ANSELMUM,
ut eam ſibi redderet. Facta autem prece,
cùm depoſuiſſet uncinum, & vix duo bra-
chia appropinquaret aquæ, continuò anſa
ſitulæ ſe elevavit, & uncino ſe applicavit.

Per merita ejusdem ſanctiſſimi Patris oo-
ſtri quædam Monacha de ultramontanis
partibus de Villa, quæ dicitur GAMUDIUM,
juxta Caſtrum Ciſne ſita, unius oculi lumen
recepit, & de altero, gratia Dei, ounc clariùs
videt, unde paululùm videbat.

Quædam igitur mulier de Epiſcopatu Cre- F
monenſi, de Caſtro, nomine Benengo, quod
eſt ſitum juxta JOVIS ALTAM, habebat
puerum duodecim annorum; qui ooodum
à diebus nativitatis ſuæ, nervis contractis,
noverat greſſum. Hujus ergò ſalutis mater
cupida, devotione plena, fide perfecta, eum
ſe laturam ad Venerandum vovit; deferéns-
que, jam feſſa propter oous, cùm accederet
ad Marcham regiam, depoſuit, cujus fide &
devooone, qua ſemper caruerat, ſalutem
mox invenit.

Præterea quædam mulier de Wartalda in G
ſomnis præmonita, revelaooni credula, ve-
nit ad implorandum S. Patris ooſtri ſalutare
ſuffragium. Hæc, adeò hydropico morbo
laborabat, quòd ſe ferre noo valebat. Ejus
namque corpus tantùm intumuerat, quòd
ſe, quin creparet, vix continere poterat.
Nec jam dicendum corpus, ſed potiùs trun-
cus; nec ulla hominis in ea videbatur ſpe-
cies, ſed tota deformis, & quædam mortis
facies. Articuli enim manuum & pedum
In ſolidum abiêrant. Nam ſi forma & ocu-
lorum orbitas periêrant, mors potiùs, quàm
vita inſtabat, & de ſalute non deſperabat.
Dignum ergò fuit, ut ſanctiſſimus ANSEL-
MUS huic ſalutis tribueret gratiam, à quo
tantam exſpectabat medelam, quam ſequen-
te nocte lætatur ſe eſſe adeptam.

Sicut à Comite Guifredo, & à Sigefredo H
de Beredo ejus milite modò didici, vobis
ſcribo. Vobis, & Abbatiſſa S. Pauli de Par-
ma, Mantuæ manenóbus, ejus milites, audi-
tis multis ſignis de S. Viro, ad cujus vene-
randum tumulum ire volentes, orationis
cauſa, rogaverunt queodam, nomine Albe-
ricum, filium Alberici de Palmia, ut ſecum
iret pro delictorum ſuorum petenda venia;
ſicut, inquit, ore ſtulto, & livore pleno, irem
ad aſinum; ita vadam ad eum, niſi fortaſſe
deriſionis cauſa, ad ejus impetrandum auxi-
lium. At illi redarguentes, & cootumeliam
inferentes, tandem, ut ſecum veniret, eum
compulerunt. Extremo autem die, quidam
con-

A contractus fuerat, quem ad tumbam proſtratum videre cupientes, acceſſerunt, & reverenter orantes, tumulúſque lapidem oſculati, lætantes redièrunt. Ille autem, ut videret (eum) qui liberatus fuerat, pariter volens accedere, à ſepulcro, tanquam indignus & blaſphemus, duobus ferè paſſibus prohibetur, pedibus graviter & pigriter hærentibus. Hic verò credens crura ſua faſciolis ſtricta, exivit; & comperiens id ſibi non obfuiſſe, iterum intravit, ultra eundem terminum non valens pergere. Ipſe autem dolens, ſeſe toties eſſe repulſum, egreſſus eſt cum pudore, admirans & ſtupens, quamobrem id ſibi contigerit. Interea cæcus quidam illuminatus eſt. Cognovit ergò ſuam ſtultitiam, &, maledicti pœnitens, fle-
B vit amarè. Denique cum Canonicis pro ferendis laudibus à S. Andrea rediens, multis ante januam S. Petri profuſis lacrymis, ad tumulum Patris noſtri, ſicut cæteri, meruit accedere: quod, ne ſocii ad contumeliam ſibi objicerent, tacuit: ſed, nunc ad gloriam Dei, & ad ſanctiſſimi ANSELMI ubique prædicat, quod ſibi contigit.

Cùm veniſſent aliquot Brixienſes ad venerandum tumulum Patris noſtri, obviaverunt cuidam pauperi ſimiliter venienti pro ſalute petenda de Epiſcopatu Cumano, de Valtelina; qui cernuus, niſi fuſtibus ſuſtentatus incedere non valebat: quem ſecum duxerunt, & pro charitate ſanctiſſimi ANSELMI commeatum ei dederunt. Ad quorum fidem confirmandam, & devotionem augendam, Dominus per interceſſionem prædicti Patris X. Kal. Junii, nocte jam appropinquante, hunc erexit, & abſque baculorum ſuſtentatione ire conceſſit.

C Præterea cuidam puero à diebus nativitatis ſuæ ſurdo & muto, paulò pòſt migrationem ſanctiſſimi ANSELMI ejus meritis, nobis neſcientibus, reddidit auditum. Huic verò ſecundo die intrantis menſis Junii circa nonam ejus linguIæ ſolvit vinculum, juxta illud, quod in Evangelio legitur: *Benè omnia fecit; ſurdos fecit audire, & mutos loqui.*

Ex epiſt. cujuſdam Ugonis ad Mantuanum Epiſcopum.

Aliud quoque miraculum; quod Confratre Vitali Brixienſis Eccleſiæ Presbytero, religioſæ vitæ Viro, aliíſque pluribus referentibus didici, Paternitati veſtræ, venerande Pater, Mantuanæ Pontifex, me Ugonem ſcri-
D bere, ùt juſſiſti, non piguit. In Villa, cui nomen eſt Murana, quæ à civitate Brixiæ ſeptem milliariis diſtat, mulier erat quædam, filiam habens, linguæ officio & pedum ita privatam, quòd, niſi alio deferente, aliquo modo nullatenus ſurgere valebat; quæ, cùm ex more portaret extra domum contractam filiam, tædio quotidiani laboris ſuſpirans, inquit; Piiſſime Deus, per merita ſanctiſſimi Confeſſoris tui ANSELMI, miſertus meæ tribulationis, aut miſeram hanc præmortuam ſanitati reſtitue, aut eam de præſenti vita auferendo me à tanto labore erue; alio- E
quin hic eam tibi relinquo. Fac, quod placet. Quia, nullum pro ea laborem patiar abinceps. Quo dicto, mox abiit, filia deſtituta, ùt dixit. Modico autem facto temporis intervallo, domum remeans, quam ſanctiſſimo ANSELMO reliquerat, invenit ſanam. Et eam, quæ paulò antè linguæ ligatæ fuerat, audivit expeditè exprimere verba: quod factum mulier admirans & gaudens, Domino, ſanctóque Præſuli reddidit laudes pro filiæ recepta ſanitate.

Presbytero quoque Ottone, laudabilis vitæ viro narrante, quibus, & Cremonenſibus civibus conteſtantibus, aliud cognovi miraculum, quod ſilentio minimè eſt prætereundum. Quadam die equitantibus extra ci- F
vitatem aliquot Cremonenſium, cœperunt vario ſermone inter ſe referre quædam miraculorum, quæ Dominus operatur meritis ſanctiſſimi Confeſſoris ANSELMI. Cúmque ad invicem hæc revolverent, quidam eorum, ùt mentis erat perfidæ, exprobrando eis, interrogabat; an hujusmodi vanitates crederent; vel, quòd Deus per eum miracula oſtenderet, quibus reſpondentibus; proculdubio hunc famulum Dei eſſe ſanctum, & multis miraculorum ſignis clarificatum. Inquit ille perfidus, ſi eſt, ùt dicitis, ſanctus; vel, ſi alicui reddidit greſſum, nunc contrahat, in quo ſedeo, equum: ſícque factum eſt. Nam paululùm progreſſus, mox contractus ſtetit, cui inſidebat, equus; atque prædictus homo infirmitate præventus diu laboravit, donec ad ſanctum corpus ſuppliciter ire deſtinavit.

Quod etiam matre mea de ſe narrante G
cognovi, non eſt tradendum oblivioni. Die quadam ſubitò ſuperveniens gutta, ita unius oculi lumen ſanguine cooperuit, quòd recto viſu terram etiam ſpectare non valuit. Urgente itaque eam oculi dolore, confugit ad S. Confeſſoris tumulum, ſuppliciter his verbis poſtulans ſuo dolori ſubſidium. Sanctiſſime Confeſſor, ſalubrem mihi confer medicinam. Nam nullum, niſi te, quæram medicum. Tu enim meæ infirmitati ſalubre vales conferre ſubſidium. Confricato itaque oculo ad lapidem, quo tegitur ſancti corporis Arca, cùm remearet domum: *Huic ego ſum teſtis; mox noxia gutta receſſit.*

Relatione Confratris Vitalis, Laudenſis H
Eccleſiæ Presbyteri, in multorum audientia; ſicut & cætera, rem dignam memoria cognovi; qui, huic facto præſens interfuit. Hujus fides & vita jam dudum in Dei rebus probata, fidem ejus teſtimonio adhibendam indubitanter demonſtrat.

Arialdus ſanctiſſimi Confeſſoris ANSELMI frater, quandam habet quinque annorum filiam, quam ſebrium vis fatigabat: & inſuper ex ipſius auriculæ foramine gutta, quam dicunt, fiſtulam generante, putredo quæ-

A quædam aſſiduè guttatim ſtillabat; quæ etiam approximantibus ſibi faſtidium generabat. Prædictæ puellæ parentes particula, quam babebant de ligno navis, lota, (cujus miraculum ſuperiùs eſt prænotatum) aquam ablutionis ſuæ filiæ dederunt bibere, invocantes ſanctiſſimum Confeſſorem, nepti ſuæ ſubvenire; qua hauſta, præfata puella, utraque infirmitate mox eſt liberata.

Rem, quam in præſentiarum enarro, ſub D. Matbildæ Comitiſſæ narratione didici, & teſtimonio; cujus atteſtationi indubitanter credendum, cognovimus ex ipſius probata fide, & religioſis moribus; quod etiam mihi pariter innotuit, aſſerente eâdem puella, cui hoc contigit: Nocte quadam, repentè dolor, ùt ſæpe, puellam Athelaſiam nomine, Azonis Marchionis filiam exiſtentem, in prædictæ Dominæ camera, in parte ventris acriter torquens, magnos cogebat dare cla-
B mores. Interrogante autem prædicta Domina, quid ageret; reſponſum eſt, eam S. ANSELMUM frequenter ſibi in auxilium invocare. Cúmque ex præcepto ipſius Dominæ, pulvinar, in quo S. Præſul vivus ſolitus erat ſedere, illi parti corporis, in qua dolor imminebat, fuiſſet impoſitum, mox clamavit puella; omni dolore ſe liberatam.

Viro quodam, Conſtantio nomine, aſſerente, rem cognovi præterea memoriæ commendandam. Superveniens infirmitas uni puero, cujuſdam militis SCUTARIO in tantum vocem ſuffocaverat, quòd ab aliquantulùm à ſe remotis vix audiri poterat:
C Et quia Dominum ſuum clamore intercluſæ vocis vocare non poterat, habebat cornu, cujus ſonitu, in quo eſſet loco, ſibi innuebat. Hic itaque cum prænominato Conſtantio ad S. Confeſſoris tumulum, ſuffocatæ vocis devotè poſcens remedium; ita ſoſpitatem adeptus eſt vocis, quòd nunc valet audiri à multùm etiam remotis. Prædictus Conſtantius, completa devotè oratione, pulverem de lapide ſepulcri ſancti Confeſſoris cum devotionis reverentia raſum, & à cuſtode reverenter ſuſceptum, ſecum detulit, quem aquæ miſtum, cuidam mulieri vi febrium nimiùm laboranti, invocato auxilio ſanctiſſimi Præſulis, ad potandum tribuit. Ut autem mulier aquæ potum bauſit, fugata omni paſſione febris, mox evaſit.

D Vir quidam Mantuanæ civitatis civis, Oddo Martini Canevarii dictus, tanti doloris cogebatur anguſtia, quòd frequenter præ dolore, totum corpus cooperiebatur ſudoris aqua. Et quia nimii doloris torquebatur inſtantia, dicebat ſe bac ſola poſſe ſanari medicina, ſi veſtibus conſciſſis, permitteretur cultro findere & pectus. Cùm autem jam de ſola mortis exſpectatione cogitaret, allatum eſt pulvinar, in quo ſanctus Præſul in carne manens ſedebat. Quod, ubi ipſius pectori fuit ſuperpoſitum, ſancti Præſulis invocato nomine, ſtatim diſceſſit omnis dolor. E

Relatione Guidonis & Vitalis Lucenſis Epiſcopatus boneſtæ vitæ Presbyteri, atque pariter ſub teſtimonio Allucionis Lucanæ civitatis nobilis viri, rem, quam narro, cognovi, qui præſentes interfuerunt huic miraculo. Vir quidam manum juxta brachium contractam babebat, cui prædicti Allucionis frater ex pietate in domo ſua neceſſaria longo tempore miniſtravit. Præfati verò Presbyteri, atque pariter jam nominatus Allucio confidentes maximè de miſericordia ſanctiſſimi Præſulis, bominem manu contractum, ad quandam deduxerunt Eccleſiam, in qua prædictus Guido Presbyter quædam ſancti Præſulis pro reverentia ac honore condiderat veſtimenta. Orantibus itaque illis una- F
nimiter, atque poſtulantibus devotione multa, ut Deus ad confutandam, & ſuperandam Petri bæretici & invaſoris Lucanæ Eccleſiæ nequitiam, in hoc bomine declararet ſanctiſſimi Pontificis admirabilem gloriam; ſanatus eſt homo, cujus manus erat contracta. Prædicti itaque Sacerdotes ſpectantes tam præclari facti lætitiam, ne Domini occultarentur magnalia, ex præcepto obedientiæ ſanato bomini juſſerunt, elevata Cruce properare in Lucanam civitatem, ut populorum turbæ ſpectantes bunc Domini miſericordia mirabiliter ſanum, quem paulò antè noverant contractum, vel ſic pœniterent; quia ſanctum Præſulem ſanctitaris vitam prædicantem, ſine cauſa ſede propria expulerunt: ut, qui verbis ipſius noluerunt credere, vel tam evidentibus operibus crederent. Sed G
Petrus hæreticus, qui etiam mittens manum in Chriſtum Domini, non timuit præſumere, ſanctum Pontificem de propria expellere ſede, & ſibi eam nefandè eripere, indurato corde, viſis ſignis & prodigiis adhuc perſeverat in incredulitate ſuæ nequitiæ. Conſiderans denique ille nefandus, hoc ad confuſionem & detrimentum ſui eveniſſe, tentavit ſanatum bominem in cuſtodia retrudere, volens hujus rei ſignum tali perfidia occultare. Sed, quia verbum Dei nunquam eſt alligatum, timens populum, in ſe hac de cauſa concitatum, confuſus permiſit abire, quem habebat recluſum.

Sub teſtimonio eorundem virorum pari- H
ter, & aliud cognovi miraculum mirificè mirandum. Hominibus loci, cui nomen eſt Caſtellonium, diu, altéque puteum fodientibus, venam aquæ nulla arte, nullo ingenio reperire poterant. Cúmque jam longo labore fatigati de aquæ inventione deſperantes inani opere vellent deficere, cœperunt ſe adbortari dicentes ad invicem; Inſtantia orationum & eleemoſynarum largitione, deprecemur unanimiter Dominum, ut meritis ſanctiſſimi Præſulis ANSELMI, nobis concedat aquam reperire, pro quarin-

Ppp 2 venien-

A venienda diu fruſtra inſudavimus. Facientibus itaque illis eleemoſyoarum charitatem pauperibus, ſubitò advenit puer nuncians in puteo abundantiam aquæ repertam.

Io literis Archidiaconi Tarviſinæ Eccleſiæ D. Matuldæ directis, & nuntii relarione, qui eas detulit, hæc res mihi pariter & multis aliis innotuit. Erat vir quidam Lanzo Judex nomine, Mediolanenſis geoere, Tarviſinus *qui. habitatione, * quem ficus ægritudine vehementer virente, & guttæ morbo graviter eum in pedibus ferente, & greſſu fuerat privatus, & requies ſomni penitus ſibi nulla dabatur. Et quia, viribus jam deficientibus in lecto vix ſe revolvere valebat, funiculus ſuprà lectum fuerat ligatus, cujus adjutorio ſe mutabat in quodlibet latus. Die igitur quadam, tractis ſuſpiriis, & profuſis lacrymis, cœpit orare his verbis: Deus meritis S. ANSELMI, cujus audio admirabilem gloriam, B oſteode in me etiam tuæ virtutis clementiam. Sancte Cooſeſſor, memento familiaritatis, quæ oos in ſcholis ſocios junxerat, proſint mihi piiſſime Præſul, quod perſæpe miſcui tecum amicitiæ verba; ad venerandum tuum tumulum veniam, ſi præſtas ſanitatis lætitiam. Tota itaque proxima oocte, ſopore ſomni arreptus, quievit uſque in craſtinum. Facto autem manè, ſentiens ſe jam coovaleſcere, mox incepit confidenter ire, ſicque ſancti Præſulis miſericordia liberatus, nuoc gaudet ſe optimè ſoſpitatum.

Præterea adoleſcens quidam auditus & linguæ officio à Nativitate privatus fuerat, qui plus menſibus duobus oobiſcum demorans ſuæ infirmitatis certam oobis & multis C aliis dederat ooritiam. Hic quater in ſomnis vidit ſibi rogand ſanctum Pontificem & aures juxta ſanctum tumulum ſibi aperiri, & vinculum linguæ pariter diſſolvi. Veniens igitur, ùt fuerat præmonitus, ad ſanctum corpus, mugiens, & pectus tundens, pro viribus, ſanctiſſimi Præſulis devotè poſcebat præſidium. Aliquot itaque diebus inſiſtens oradonibus, & auditus conſecutus eſt lætitiam, & diſtinctè loquendi plenam efficaciam; quod præſentes vidimus, & ferè cunctus populus ooſtræ Urbis.

Præterea mulier quædam fuit longo tempore luce privata, quam, accedente gutta, ad tempus tantus dolor capitis vexabat, ut furioſa præ anguſtia, propria roderet mem-D bra. Hæc utique hortatu & adjutorio Opizonis de Gonzaga ad ſancti Confeſſoris deducta tumulum, & guttæ liberatur anguſtia, & lucis pariter conſequuta eſt lætitiam. Cujus præteritæ infirmitatis prædictus Opizo adeſt teſtis, qui corporis alimeuta ex pietate diu ſibi præbuit in domo ſua.

In prædio Canonicorum Beaɗ Petri, io loco, cui nomen eſt Villa ſancti Laurentii, mulier fuerat quædam, cui naſus horribiliter intumuerat, & calor intrinſecus urens ſaniem emittebat. Hæc devotè ſanctum E depoſcens Præſulem, conſecuta eſt deſideratam ſalutem.

Item quidam puer de Sacciula gaudio lucis privatus fuerat, qui rediens à Cremona ad ſancti Præſulis feſtinabat tumbam, à qua paucis diebus diſceſſerat. Properans itaque fitienter ad Sancti remeare corpus, ad lapillos ſæpiſſimè allidebat pedes, utpote homo, qui ſibi adverſa nullatenus proſpicere valebat. Dolens ergò & gemens ſanctum Confeſſorem poſcebat ſuppliciter, ut calamitatem tantam dignaretur aſpicere. Taliter igitur orand in via, dum veniebat, occurrit deſideratæ lucis medela.

Pariter quidam de Epiſcopatu Tarviſino, lumina ad proprium uſum laxare nequibat: Hic quoque veniens ad venerandum tumulum, recepit optatæ lucis gaudium.

Puella quædam pariter fuerat in Villa, cui F vulgaris uſus indidit oomen Mairaoa, à civitate Brixia oon multùm remota. Huic & linguæ uſus intercluſus fuerat, & aliquot membrorum, præter manum dextram, ſuo officio fungi oequibat. Haoc miſerabilis mater ſeminecem ſpectans, devota devovit, ſe, eam delaturam ad ſanctiſſimi Confeſſoris miſericordiam, quaſi altera Cananæa pro filia rogatura. Juxta igitur ſui voti promiſſionem, parentibus eam deferentibus, puella in via & linguæ recepit officium, & omnium membrorum uſum, quam juxta ſanctum ſepulchrum gratias referre Deo vidimus, & ipſius Patrem hujus rei dantem teſtimonium.

Cooveniendbus multis ad ſanctum cor- G pus, pro impetranda ſuæ infirmitatis medela, quidam quoque, de loco ÇARPUM oomine, ultra Atheſim poſito, portui de Lignano proximo adveniebat. Qui, manum habens contractam, & brachium ariditate invalidum, in ipſo idoere recepit ſalutis beneficium.

Item cognovimus rem memoria dignam; narrante de ſe ipſa D. Mathilda veoerabili Comitiſſa, cujus teſtimonio fidem facit & fides ejus probaoiſſima, & vita pariter religione plena. Præſcripta Domina multis diebus febribus pernimiùm laboraverat, & capiɗs dolor vehemeos ipſam fatigaverat. Cùm verò die quadam ex more Miſſarum ſolenniis adeſſet, enitens, dum legebatur Evangelium, erecta eſſe io pedibus, fatigata infirmitate, mox decidit. Aderat verò, jux- H ta ſe, ob reverentiam in Capella Epiſcopi lignea tabula poſita, in qua, exhalato ſpiritu ſanctum corpus ad funeris exequias lotum fuerat. Suppliciter igitur depoſcens ſancti Viri præſidium, ac per tabulam prædictam deducens frootem, illicò liberata eſt capitis dolore.

Non multis pòſt diebus tranſactis, non modicæ ſcabiei fracturæ ipſius Dominæ manus

A nus & corpus totum ferè immaniter repleverant. Cùm autem præ manibus haberet Epiſcopalem annulum, quo Dei Pontifex utebatur in Miſſarum celebrationibus, cœpit ſecum conferre, quòd merita tanti Præſulis poſſent ſibi ſubvenire, ad tactum etiam annuli, cum quo ipſe quàm plura ſacrificia Deo obtulit, ſícque ipſum annulum fracturis ſuperponens, ab ea die ſanata eſt ipſa in valetudine.

Paucis pòſt diebus præteritis præfatæ Chriſtianiſſimæ Dominæ acies viſus adeò interturbata fuerat, quòd de nocte, lectioni ex more operam dare formidabat. Inter Miſſarum verò ſolennia tenente ea præ manibus unam orationem, quam ſanctus Pontifex eidem Dominæ propria manu ſcripſerat, in uſu orationis ſibi habendam chartam, qua continetur prædicta oratio ſcripta, oculis ſuperpoſuit, & abſterſit; & deinceps recepta lucis claritate, ùt priùs, nocte & die
B non expavit lectioni inſiſtere. Everardus quidam Francigena genere, Ordine Presbyter nobiſcum ſuperaderat; cui ambos minores digitos unius manus gutta ſubitò ſuperveniens rigidos reddiderat, & partem palmi pariter & juncturam, qua manus brachio nodatur adeò arripuerat, quòd ad nullius officii uſum eam inflectere valebat. Et quia totius brachii vires etiam defecerant, corrigia in collo ligata ſuſpenſum brachium ſuſtentabat. Prandente eo cum ipſius conſociis, advenit quædam paupercula, ex charitate S. ANSELMI petens ſibi dari eleemoſynam; qui fractum panem manu ſua porrigens mox ſanatus eſt à prædicta infirmitate.

C Quod in præſentiarum narrare contendo, nullus perverſa mente fictitium, vel fabuloſum contendere præſumat. Teſtis adeſt hujus rei idem ipſe, qui confractis non modicis catenis, præſidio ſanctiſſimi Confeſſoris ANSELMI mirabiliter eſt liberatus de anguſtia carceris. Conteſtantur pariter catenæ confractæ præſentibus Epiſcopis, audientibus populis prædicavit & prædicat ſuæ captionis miſerabilem ærumnam, & liberationis prædicandam lætitiam.

D Creſcente, ſicut ubique terrarum notum eſt, validæ perſecutionis tempeſtate adversùs ſanctum Gregorium VII., dignum Romanæ Eccleſiæ Apoſtolicum; pro veritatis & juſtitiæ prædicatione, atque pariter contra totius Romani Imperii Catholicos Chriſtianiſſima Comitiſſa Domina Mathilda pro Eccleſiæ defenſione totis inſudavit viribus. Ubertus Arditionis filius, & prædictæ Dominæ Capitaneus unus, ut in hac perturbatione de ejus fidelitate & ſervitio indubitanter ipſa Domina confideret, inter multas alias fidelitatis promiſſiones, omnes, quibus ſuarum Arcium cuſtodiam commiſerat, jurare compulit, fortitudines arcium, quas cuſtodiebant, ſuprà nominatæ Dominæ poteſtati liberæ tradituros, ac deinceps in ejuſ- E
dem fidelitate permanſuros, ſi idem Ubertus aliquid infideliter adversùs eam Dominam faceret, vel quidpiam malitiosè tractaret.

Pòſt, capto Uberto, ob ſuæ infidelitatis nequitiam, homines illius, contra juramenti ſponſiones non timuerunt, quidquid injuriosè poterant, agere adversùs eandem Dominam.

Ex quorum numero quidam Lanfrancus, de Piola nomine, officio miles: quia, ipſorum perverſitatibus inhærere renuebat, inſidiis & traditionibus ab eiſdem captus, & à tempore Auguſti uſque ad octav. Kal. April. duro carcere eſt affectus, & non modicis catenis adſtrictus. Iidem quoque malitioſi cogitabant, quomodo poſſent ei vitam eripere, nec tamen volebant cognoſci, eorum ingenio hoc factum fuiſſe. Cúmque tot an- F
guſtiis aſtrictus ſolam mortem exſpectaret, in Vigilia ſancti Pontificis ANSELMI arrepto ſomno viſum ſibi eſt ſanctiſſimum Præſulem ante ſe deambulare habitu, quo adhuc in carne, ſolebat incedere.

Ad quem mox exclamans, inquit, ſancte ANSELME, quàm aptè, quàm utiliter ſervivi multoties: ſervitium meum te benè remuneraturum promiſiſti mihi perſæpe: Ecce ærumnas meas reſpice: & quia vales, ſubſidium affer. Et quoniam nequaquam deceptus es, promiſſiones tuas nunc adimple: Nunquam convenientiùs mihi, quàm nunc, potuiſti rependere mei ſervitii munus; ſaltem Eccleſiæ me reſtitue, quam intrare me prohibent. Ad quem piiſſimus G
Dei Pontifex, inquit; Ne timeas; Eccleſiæ te ego reſtituam. Mox viſum eſt ſibi, in Eccleſiam quandam ſe ab eo deduci, & ſignari & benedici. Cui mox; Ecce Eccleſiæ reſtitutus es, dixit. Ad quem, homo ille; Me redditum, inquit, Eccleſiæ, ſatis gaudeo. Sed adhuc auxilium tuum, Domine, imploro; quem ſanctus Pontifex piè conſolans, ait; Ab hodie octavo die, & cultrum meum tibi mittam, & neceſſarium auxilium impendam. Itaque die octavo occurrente, venit ad eum quidam Reginæ civitatis antè incognitus, acutiſſimam limam deferens ſecum. Qua data videntibus cunctis, nec contradicentibus, qui aderant, cuſtodibus, compedes & catenas reſcidit velociter. Dubi- H
tante verò eo pro cuſtodibus exire, ſubitò ſanctiſſimus Confeſſor advenit, atque viſa eſt D. Mathilda adveniſſe, multitudine hominum ſubſequente, cui cùm diceret; quid exſpectas exire? ne differas; ſurge confidenter; ſurrexit, videntibus cuſtodibus, & exivit illæſus.

Præſentis narrationis miraculum eſt nobis notificatum ſub multorum audientia; narrante, & conteſtante eadem, cui hoc contigit, femina. Æſtatis tempore nuper præ-

A teritæ quædam femina de Ripalta ad laborem mendicatum in campos ex more exierat, ſuam ſecum ducens filiolam; eo verò tempore luporum peſtis adeò increverat, quòd etiam à conſpectu parentum pueros rapere non formidabant. Cúmque, ùt dixi, in Campis exiſteret, lupus repentè filiam ſibi ſurripuit. Ut autem miſera mater dilaniatam à fera deportari vidit filiam, quibus valebat, vocibus, ſanctiſſimum interpellabat ANSELMUM; ut ſibi, & miſeræ filiæ ferret ſubſidium: mox, piiſſimi Præſulis invocato nomine, rabida illa fera, ab ore projecit puellam, tamen non audens tangere, B & à longè proſpiciens eam. Mater verò anxia, confiſa tamen de ſanctiſſimi Confeſſoris ſubſidio feſtinavit ad adjuvandam filiam. Quam cùm deduceret, lupus ſequebatur utramque. Sancti itaque Præſulis clamitans ſæpe ſubſidium; tandem feræ illius fames eſt refrænata, & utraque femina, ab illius morſibus liberata.

Quod præſentes vidimus, nequaquam ſilentio prætereundum duximus. Mulier quædam cruribus ſub ſe retortis contracta, manibus & natibus totum corpus geſtabat. Hæc diu ſancti Pontificis poſtulans præſidium, erecta eſt ad venerandum tumulum: quam antè eleemoſynis ſuſtentatam novimus, & complures ex noſtris civibus.

Præſens adhuc eſt nobiſcum filius Archi- C Presbyter, de Colurnio Ubaldus nomine, qui retulit, & ſæpe interrogatus itidem refert hujus rei narrationem. Hic cùm in noſtra civitate artis Grammaticæ vacabat ſtudio, nullam devotionem, nullam reverentiam ſancto Confeſſori exhibens, illius ſanctis detrahebat virtutibus. Die verò quadam vehementi capitis dolore arreptus, ac credens, ſe pro dolore jam morti proximum, invocabat ſancti Pontificis auxilium, promittens, ſe liberatum deinde fore credulum, & ejus virtutum prædicaturum gloriam; ſicut de eo antè perversè locutus fuerat. Fatigatus itaque nocte tota, circa D Matutini temporis horas, leni ſopore correptus, in ſomnis vidit ſanctum Dei famulum capiti manum imponere, & ſe benedicere ſanctæ Crucis ſignaculo. Qua viſione præterita, evigilans, cognovit ſe liberatum illius doloris moleſtia.

In die Aſcenſionis nuper præteritæ, quædam femina de Godi Richilda nomine, compluribus nota, per integrum annum, & eo amplius, quantum eſt ab Epiphania . . . . *cætera in MS. Codice deſiderantur.*

Finis vitæ S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis.

VITA

VITA COMITISSÆ MATHILDIS

DUOBUS LIBRIS

A DOMNIZONE PRESBYTERO

CONSCRIPTA.

Eximium ſanè antiquitatis monumentum;

IN QUO

DE

GREGORII VII.

PONTIFICIS MAXIMI INSIGNI SANCTITATE ET MORUM INNOCENTIA,

DEQUE

URBANO II. & PASCHALI II.

LECTOR NON PAUCA REPERIET.

Nunc primùm bono orthodoxæ Eccleſiæ ex tenebris in lucem profertur.

LECTORI.

ILluſtriſſimus Cardinalis Baronius Tom. XI. & XII. Annalium ſuorum ſæpè citat & recitat verſus Domnizonis Presbyteri ex vita MATHILDIS Comitiſſæ. Cujus Auctoris deſiderio nanciſcendi & publicandi flagrans JACOBUS GRETSERUS Romam ſcripſit ad R. P. FERDINANDUM ALBERUM Societatis Jeſu Aſſiſtentem, qui pro ſua ſingulari humanitate, & de Eccleſiaſtica Hiſtoria bene merendi prompta voluntate, mox ex Codice Vaticano Exemplum deſcribendum, & ad Gretſerum in Germaniam perferendum curavit. Quo nomine omnes Catholicæ unitatis amatores, & ſchiſmatum oſores multas gratias optimo Patri debent.

Quòd ſi cui verſus Domnizonis horridiores ac incultiores videntur, is meminerit, hîc non verba, ſed rem ſeu materiam quæri. Illud etiam in mentem revocet, ne uno quidem pilo elegantiores eſſe verſus Anonymi Auctoris de vita Caroli Magni; quem Reineccius evulgavit, neque verſus Roswithæ de Geſtis Oddonum, neque verſus innominati verſificatoris de Bello Henrici IV. contra Saxones; quos tamen Juſtus Reuberus indignos non cenſuit, quibus inter Hiſtoricos abs ſe editos ſtationem aſſignaret. Quin & Calviniſtæ Guldinaſto poſterior eſſe ſatis politus viſus eſt, quem cum cæteris ſchiſmaticis Auctoribus in ſua Farragine Gregorio VII. ejúsque propugnatoribus objiceret. Prætereo alios

alios ab ipſis Novatoribus in lucem extractos, in quorum conſpectu non eſt, quod erubeſcat noſter Domnizo, ut taceam libros Abbonis de obſidione urbis Pariſienſis, & libros Philippidos à Guillermo de Nangis conſcriptos, quos clariſſimus Petrus Pithœus ex Bibliothecarum latebris eruit: quos ſectarii legunt ſine faſtidio. Ad Domnizonem ſtatim nauſeabunt, non ob indolata carmina; ſed quia pro Gregorio VII. Urbano II. & Paſchali II. Pontificibus Maximis adversùs ſchiſmaticos ſtetit; quorum dolos, impoſturas & improbitatem vivis ſanè coloribus in hoc ſuo Opere depingit, ut proinde mirum non ſit, ſi hæretico & ſchiſmatico palato diſpliceat. Verùm nunc reddamus fideliter omnia, quæ in Apographo Romano reperimus.

A

RELATIO DE THESAURO CANUSINÆ ECCLESIÆ ROMAM TRANSMISSO:

Et de compenſatione Eccleſiæ Canuſinæ facta.

ANno Domini M. LXXXII. Comitiſſa MATHILDIS cum Epiſcopo Anſelmo, qui & Vicarius erat Papæ Gregorii VII. in illis diebus in Longobardia, theſaurum Eccleſiæ Canuſinæ poſtulavit Abbati Gerardo, qui tunc præerat præfatæ Eccleſiæ, ad dirigendum PP. pro defenſione Romanæ Eccleſiæ, quæ illo tempore perſecutionem grandem habebat à Guiberto hæreſiarcha.

B Itaque prænominatus Abbas unà cum congregatione fratrum fidelem amorem & dilectionem habens in Beato Petro & Romana Eccleſia, Vicario ejus, & Comitiſſæ petitioni alacriter theſaurum obtulit, qui XX. & IV. * coronæ erat, & una illarum aurea cum crucicula, una itidem aurea & duæ tabulæ altarium argenteæ, & coopertura argenti arcæ altaris ſancti Apollonii, & turibulum grande argenteum. Quod decoctum Canuſii ſeptingentæ libræ argenti fuit, & novem libræ auri.

* f. coronarum.

C Tandem tranſmiſſo theſauro Romam per aſſenſum, & voluntatem Papæ, qui cartam * offerſionis de omnibus prædiis prædictæ Comitiſſæ ab ea receperat, ſupranominatus Vicarius, qui & hunc Epiſcopatum tunc, juſſione Papæ, regebat, rogante Domina Comitiſſa pro aliquantula reſtauratione ablati theſauri, duas Capellas in ſilma, & unam in caſula ſuppoſuit Eccleſiæ Canuſinæ. Poſtea Epiſcopus Heribertus Catholicè Romanam diligens Eccleſiam factum Epiſcopi Anſelmi laudavit, & laudans firmavit, Eccleſiámque Canuſinam conſecravit, quæque habebat Eccleſia ex ſuo jure ſua dote annuit ſibi, & poſtulante eadem Domina Comitiſſa alias duas Capellas, unam in villa Placiolæ, & aliam in Jano ſitam eidem ſuppoſuit Eccleſiæ, nec non, & Capellam in Gurgo ſitam per voluntatem, ac nutum iſtius Epiſcopi à Patronis ejuſdem Eccleſiæ Canuſina tunc acquiſivit Eccleſia. D

* oblationis.

Anno M. XC. hujus Epiſcopi temporibus purgavimus interiùs, & exteriùs Eccleſiam illam de Gurgo ex ſpinis, & vepribus. Poſt hæc idem Epiſcopus Heribertus pergere volens in Siciliam per proficuum, & bonorem Reginæ Eccleſiæ, quia pura amicitia Canuſinam diligebat Eccleſiam, mutuò ab ea accepit pretioſam planetam de purpura ſanguinea, & pulchro * aurifriſio, cum decenti lineo indumento, quam cum indumento dixit valere XXX. libras, & cuncta, quæ ex ſuo jure Canuſina habebat Eccleſia, iterum ſuis Pontificalibus verbis valdè confirmans, & ſpondens vera fide, & certa promiſſione, ſi à Sicilia vivus reverteretur, quòd de melioribus Capellis ſui Epiſcopatus ſubjugaret Canuſinæ Eccleſiæ, & ſi contingeret eum non reverti, aut ſi perderet planetam, & indumentum, ipſe ordinaret unum de bonis Reginæ Eccleſiæ, * reſtaurationem haberet Canuſina Eccleſia de mutuato ſibi indumento. Demùm verò poſt concordiam Papæ Paſchalis cum Imperatore, & poſt mortem Comitiſſæ M. mandavit Canuſina Eccleſia Papæ cenſum quinque annorum, petens firmitatem omnium Eccleſiarum ſuarum, & illam libertatem, quam à tempore primi Ottonis Imperatoris Romana Eccleſia ſibi conſcripſerat, ita videlicet, ut nemo Epiſcoporum unquam in aliquo ſibi dominaretur, & ut Gregorius VII. qui tam in proprietatem ſancti Petri à Comitiſſa ſuſceperat omni anno reddendo cenſum XX. ſolidorum, ſic ſuo Apoſtolicali privilegio eam corroboraret atque muniret. Quod & fecit ſanctiſſimus Papa perpetuo anathemate ſubdens, & alienans à corpore, & ſanguine Chriſti quicunque vi illud ſcienter, quod juris ſancti Apolonii eſt, abſtulerit, & qui confractor ejus privilegii inventus fuerit. Hujus autem rei teſtes fuerunt Domnus Petrus, Vincentius Pert. Joannes, & Donatus hujus Monaſterii Clerici, &c.

E

F

* aurifrigio.

* &

INCI-

INCIPIT EPISTOLA.

MUnificentiſſima, atque Dei gratia Invictiſſima inter Orthodoxarum Choro aſſocianda Mathildi infimus omnium Presbyterorum Donizo piis meritis quicquid valet humanitus, & quicquid eſt ſibi divinitus.

*Cùm ad clarorum Principum Mauſoleum jam per quinque luſtra reſideret humilitas, nullámque ex eis videret memoriam, quod apicum commendaret perpetuitas, accidit quando nuper veſtri honoris ſublimitas * Canoſſam deduci arcas juſſit marmoreas ad tumulandum digniùs eorum corpora, ut ea, quæ ex eis à ſenibus, & veracioribus noſtris temporibus viris noſtra audierat parvitas, ferventi zelo, carmine heroico, noſtra tentaverit * caraxare imperitia; ne tantorum heroum laterent acta fortia & illuſtriſſima, quod ad effectum perduximus Chriſti adminiculante benevolentia.*

* Canuſium.

* Charaxare exarare. conſcribere.

Et quia, largiente ſuperno opifice, vos eis imparem in nulla eſſe gratia, ad totius Regni pervenit notitiam, quamvis Rex ſapiens dicat, ne laudes quenquam in vita ſua, tamen quia nullo deteriorari inde arbitramur veſtram auream dignitatem, ſeu ſcientiam, reperiamúsque à præcipuis poëtis antiquis poteſtatibus exhibita carmina laude digniſſima, ùt poëta Horatius Octaviano Auguſto ſcribit: Præſenti tibi maturos largimur honores, *id eſt, te vivente, ſcribimus de te carmina, & ùt doctiſſimus Poëtarum eidem Auguſto detulit gratiſſima ex ipſo carmina, à quo libertate accepta iterum exultans in laude ejuſdem Cæſaris metra protulit talia:*

Antè leves ergo paſcentur in æthere cervi
Et freta deſtituent nudos in littore piſces
Antè pererratis amborum finibus exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.

Quod æquè de te conjicere poſſumus benigniſſima Domina, & ut liber Regina Heſter de Rege Aſſuero indicat, qui noctem duxit inſomnem totam intentè audiens ſcriptas de ſe hiſtorias, donec legentes audivit, quòd Mardocheus nunciârat ei vitæ ſuæ inſidias, quem & protinus ob id remuneravit retributione Regia. Scripſimus de vobis etiam utilem venturis temporibus hiſtoriam, quæ probatiſſimum erit exemplum diligentibus, Deum ſanctámque ejus Eccleſiam. Vita ſalúsque veſtra, noſtra eſt ſecuritas, & lætitia, infirmitas autem debilitas, & triſtitia. Det vobis vitam, ſalutémque continuam Salvatoris omnium miſericordia, Amen.

INCIPIUNT CAPITULA, LIBRI I.

I. *Narrat Canoſſa qui fuerint, & quis eam ædificaverit, & à quibus Regibus obſeſſa fuerit, & qualiter cum grandi victoria evaſerit.*

II. *Refert Canoſſa amorem Actonis erga ſe, & quomodo acquiſivit idem Acto corpora Victoris, & Coronæ, & S. Apollonium Epiſcopum, & Confeſſorem.*

III. *Quæ, & qualis fuit uxor Actonis, & quot filios habuit, & quòd filius ejus Teudaldus Princeps extitit poſt ipſum, & quòd idem Teudaldus ædificavit Monaſterium illud, quod eſt inter Padum, & Larionem.*

IV. *De tribus filiis Teudaldi, & uxore ejus.*

V. *De Epiſcopo Aretinæ Urbis, qui fuit frater Bonifacii.*

VI. *Quòd nonnulli Marchiones Longobardiæ ſtuduerunt ſeparare Chonradum à Bonifacio, & quòd Bonifacius duxit uxorem Comitiſſam Richildam, & de magno bello, quod tota Longobardia fecit cum Bonifacio, & Chonrado apud Curaliolum qui eſt propè Reginam Urbem.*

VII. *Quot Marchiones ſepulti ſunt apud Canoſſam.*

VIII. *Urbana altercatio inter Canoſſam & Mantuam de corpore Ducis, & Marchionis Bonifacii.*

IX. *Cujus ſtaturæ, & cujus qualitatis extitit Bonifacius, & quid de ipſo Sibylla prophetizavit.*

X. *Cum quanta gloria, & honore duxit Dux & Marchio Bonifacius Illuſtrem Ducatricem Beatricem.*

XI. *Quòd Rex Chonradus Parmam vicit adjutus à Bonifacio, & quòd idem Rex, idémque Marchio juramento fœderati ſunt.*

XII. *Quid egit Bonifacius in Burgundiam eundo, & redeundo.*

XIII. *De aceto, quod Marchio Bonifacius tranſmiſit Henrico Regi ſecundo, & de grandi dono, quod quidam ſervus ejus dedit eidem Regi.*

XIV. *Quòd aliquando in Conſilio ſuo, aliquando occaſione vigiliæ noctis Henricus Secundus Rex tentavit capere Bonifacium.*

XV. *Quòd Bonifacius ſtudioſus fuit in divinis rebus.*

XVI. *Quòd à Regibus Theutonicis venit mos venundandi Eccleſias, & quòd Bonifacius acceptavit inde pœnitentiam à ſancto Guidone Abbate.*

XVII. *Quot annis vixit Beatrix poſt Bonifacium, & quàm prudenter omnia rexit.*

XVIII. *Quòd Secundus Henricus tempore Beatricis mortuus eſt, & quòd Tertius Henricus cum Papa Alexandro II. nimiè diſcordatus eſt.*

XIX. *Quòd poſt Alexandrum Gregorius Septimus Papa factus eſt, cum quo prælibatus Rex tam diu diſcordatus eſt, quòd ab eo damnatus eſt.*

XX. *De obitu Dominæ Beatricis, & quomodo Canoſſa dolet ex ea, & de Corpore ejus.*

Expliciunt Cap. Primi Libri.

INCIPIUNT CAPITULA, LIBRI II.

I. *De primo adventu Tertii Henrici Regis, & VII. Papæ Gregorii in Longobardiam, & qualiter à Ducatrice Mathildi apud Canoſſam ſuſcepti ſunt, & quòd eundem Regem ſubvertit Guibertus Archi-Epiſcopus, & alia vice venit cum eo Romam contra Papam.*

II. *Qualiter contra Regem, & Guibertum exarſerit Domina Mathildis, & quòd cunctis Catholicis ſubvenerit.*

III. *De obitu Papæ Gregorii, & de electione Deſiderii & Urbani Papæ, & quòd cunctis Catholicis ſubvenerit, & quòd Domina Mathildis pro Romana Eccleſia pugnavit, & de obitu S. Anſelmi Lucenſis Epiſcopi.*

IV. *De tertio adventu Regis Henrici in Italiam, & de obſidione Mantuanæ Urbis.*

V. *Objurgatio, ac deteſtatio ſeu digna exhortatio contra Mantuam.*

VI. *Item de eodem Rege, & Domina eadem, & de bello Militum Comitiſſæ cum Rege apud tres Comitatus.*

VII. *De obſidione Montis belli, & de vexillo Regis apud Canoſſam capto.*

VIII. *De ſeparatione Praxedis Reginæ ab Henrico Rege, & de adventu Papæ Urbani in Longobardiam.*

IX. *De obſidione Nogaræ.*

X. *Quid in Galliis Papa Urbanus lucratus eſt, & de reverſione ſua ad Italiam.*

XI. *De receſſu Chonradi ab Henrico Patre ſuo, & de morte Papæ Urbani.*

XII. *De electione Paſchalis Papæ, & de prava Guiberti morte.*

XIII. *De obitu Chonradi Regis, & de obſidione Ferrariæ.*

XIV. *Quòd Papa Paſchalis ob piam tutelam Dominæ Mathildis direxit in Longobardiam Venerabilem Cardinalem Bernardum.*

XV. *De obitu Regis Henrici Tertii.*

XVI. *Congrua exhortatio Paſchalis Papæ.*

XVII. *De adventu Paſchalis Papæ in Longobardiam, & in Gallias.*

XVIII. *De legatis & de primo adventu Quarti Henrici Regis in Italiam.*

XIX. *Quo timore Mantuani ad fidelitatem Dominæ Mathildis redierint.*

XX. *Quòd erga Dei cultum Domina Mathildis intentiſſima fuit.*

Libro ſecundo annectitur Carmen de obitu Comitiſſæ Mathildis, & exhortatio ad Canuſium de adventu Imperatoris & Reginæ.

Denique Diploma Donationis, quo Mathildis omnia ſua bona S. Petro transſcribit.

Prologus iſte docet quorum ſit nomine codex.

FRANCORUM proſa ſunt edita bella ſonora;
Italiæque ſtilus, quòd pingit prælia ſcimus;
Longnbardorum vernanria facta priorum;
Impia multorum, ſeu vilia dicta virorum
Addita ſunt libris, oe poſſint mente recidi;
Malo ſob exemplo tanen depromere métrn
Ardua facta Ducum noſtrorum, ſim licèt uſus
Tantùm plana ſeqoi nudisque referre loquelis,
Hiſtoriam fingam eum carminibus tamen iſtam,
Inſpicimus groſſis ſaccis ſubtilia condi.
Larga coloous hebea dat terræ ſemina ſæpe.
Ditius excreſcunt præbente Deo ſibi tempus,
Interior campus, groſſus meus undique ſaccus,
Semina ſi qua gerit, ſubtilia, ſi qua recepit,
Brachia nam nobis ſummi tribuêre ſatoris
Optimus iſte ſator proprios dum ſeminat agros,
Non tribulos gignunt, ſed præbita grana remittunt,
Eſt melina grano, granum veruntamen agro,
Foſſor agrn ſemen pooit, quod congruit æquè,
Alter habet linguas plures, altérque ſophiam
Curat & hic feſſum: diſcretor & alter habetur,
Ignis divinus ſua dat vult munera ſicut
Irradiat ſplendena doctas ſapientia mentes
Bleſa quidem recta facit ora docétque mndeſta;
Et res eximias mnnltrat dictare ſophia;
Alta poli tractat, quem pleniter hæc amat alma;
Tangere ſumma nequir, qui non ſibi prorſus adhæſit,
Regula ſed præſtat, cui non datur edere celſa,
Illa tamen promat, quæ continet atque laborat,
Cúmque labore calet, ſuccedunt maxima planè;
Inde meus ſenſus animatua fingere verſus
Spe meliorandi volo terrea ſcribere ſaltim.
Nec titulo vera, quæ condidit eſſe poëta.
Vincit cuncta labor ſi permaner improbus atrox
Non ceſſabo quidem quæ qui mſeribere ſcire
Cenſuit iofelix mea ſtulta ſcientia, metris
Actis perfectis nulli dare. ni ſapienti
Nectareæ noltræ MATHILDI ſcilicet, orbem
Cnjus habet nomen repletum propter honorem
Illiua immenſum, quem ſervat more parentum,
Latiua iſta viget virtutes quatuor illæ
Largiflue degunt omni quia tempore ſecum,
Alta regens julto a regit hanc prudentia cunctos
Diſcretè vadit, ſua temperat acta Ducatrix
Exercet valdè pietarem juſtitiámque
Judicia obſervat cœleſtia jura timenda
Fortis in adverſis, minùs eſt elata ſecundis
Ioque fide vera deitatia credula ſperat
Lumine ceu fidei ſic factis pollet amœnis
Idcircô fructus centeni colliget uſus.
Alter terdenam, ſexagenámque coronam
Dum tenet alter, habet centenam grandior alter
Iſta legit totas probitatis jure coronas
Gymnaſii menſæ ſint hæc recitata decenter
Nnſcat ei grandis quod calliditas manet anguis
Aligeri planè comitatur ſimplicitatem,
Poſteritas noſtra tantam Dominam vnln nnſcat:
En ego dictabo ceu quibo, póſtque rogabo,
Tutios ut verbum ſi curreris hic inhoneſtum.
Reſpiciat, parcat veneranda Mathildia amanda
Ipſius hi verſus dant nomen, dan eque parentum.

Explicit Prologus.

PRINCIPIUM LIBRI, DE PRINCIPIBUS CANUSINIS.

Plurima ſcribentur metra, de quibus ut memorentur.

I. Vivus ſi Plato foret hactenua ipsèque Maro
Innumeros verſus daret illia fingere tempus
Iſtud de noſtria Ducibus, quos totus hic orbis
Funditus eſſe catos non ſolum fatur & altos,
Immò teſtatur de talibus, ac lachtimarur
Egregiia unquam ſibi quòd plaga nulla redundat
Temporibus priſcia nullus melior fuit illis:
Nam Priami prolea his oon ſint nobiliores
Ulteriua nemo par his naſcetor in ævo.
Hi velut aſtra nitent de lumine quippe ſophiæ,
Ceu Phœbua terras omnes illuſtrat & herbas
Confover ac nutrit, quin matureſcit, & urit
Horum ſic ultra rutilabat curia culta,
Aulaa nempe Ducum, comitum tranſcendit & uſum
Regia dona dedit, docuit bellare, peremit
Quos male conſpexit patrare, bonisque pepercit
Judicio juſta, locuples, habilisque venuſta,
Jurgia ſi qua ſonant hæt finit curia ſola,
Hoſtibua hi nunquam ſua oôrant volvere dorſa,
Regum ſigniferi vincebant bella periti;
Ipſorum frameæ reſecabant noxia ſæpe.
Juſtitiæ palmam geſtabaot ſemper & arma
Vehemens grando ſegetes devaſtat in agro
Damnant fellones cruciant, furciaque latrones
Temporibua, quorum viguit pax Ordóque morum,
Catholici fortes genuerunt Catholicósque
Clavigeri Petri normam ſancti qooque Cleri
Semper amaverunt, coluerunt, & timuerunt
Ex propriis rebus ſanctia hi multa dederunt
Eſcas, & veſtes miſeris tribuère libenter,
Cultores Chriſti cumulati ſunt ſimul iſti
Præſidiis firmis cunctia nunc carior illis,
Alba Canoſſa fleat referat quoque nomina vera
Nomina ritè canat, ne fiant hæc metra vana.

Narrat Canoſſa qui fuerint, & quis eam ædificaverit, & à quibus Regibus obſeſſa fuerit, & qualiter cum grandi victoria evaſerit.

II. ATTO fuit primus Princeps aſtutus ùt hidrus
Nobiliter verò fuit ortus de Sigefredo
Principe præclaro Lucenſi de comitatu.
Quique duos natos alios genuit benè claros.
Eſt primua dictua Sigefredus, & Atto ſecundus
Filius & parvus vocitatur quippe Gerardus.
Amplificare volens proprium Sigefredus honorem,
Longobardiam cum natia venit in iſtam,
Se ſicut latè viris diſtendit & altè,
Hic prope ſic valde diſtendit ſe procul atque
Nam ſub ſe terras, & gentea ritè gubernat
Ac ſub tutela propria multos retinebat.
Illiua error natorum maxime ferro
Gentes diverſas proſtraverat atque catervas:
Cùm major oimium Sigefredus hic eſſet opimus
Illud more Patrum ſeclum dimiſit amarum
Ipſios nati locupletati, faletati
Diviſi prorſus cœperunt ſtare ſeorſum,
Fiunt Parmenſes duo fratres ambo potentes
Dat Guibertinam minimus, primus Baratinam:
Progenies ambo grandea & honore micantes
Alpibus in magois abies ceu robora tranſit;
Atto ſic longè fratres tranſcenderat omnes
Creſcens exultans, & multis rebus abundans:
Proſpiciens nudam ſilicem me ſtare Canoſſam
In proprium Caſtrum me ſuſcepit Comes Atto:
Has ſtrinxit Turres, munivit me ſuper urbes,
Ne timeam Reges magis at me quique potentes,
Rèxque Latinorum ſapit hoc, & Theutooicorum
Rex Berengarius probat hoc, & filius ejus
Hi Longobardi fortes noſcuntur in armis.
Eſſe ſed extincti per me ſunt, ac peregrini
A Regno facti credebant me quia Franci.
Hi Reges ambo dum Princepa viveret Atto,
Me circumdare quod opus ſibi fecit amarum,
Rea ùt ſunt geſtæ, recitentur, frivola ceſſent.
Ex populo Bruto Rex optimus extitit Hugo
Ex Allobrogibus Patribua fuit ipſe creatus,
Quem fecit Regem gena Longobarda decenter
Atque piè juſtè Regnum regit Italicùmque;
Colloquium publicum vetuit fieri ſine juſſu
Imperiòque ſuo Rex cunctis inclitus Hugo,
Auſus erat nullus minimoa vi tollere ſumptus,
Mortem poſt ejus regnavit filiua ejus.
Lothariua prudena, ſapiena Attonia herùsque,
Huic erat, & Conjux Adeleita ſplendida prorſus;
Ex hac ſubtractua vita Lotharius altua
Abſque ſuæ nuru laudarur Conjugis unus
Rex, Longobardua Berengerius vir * amatus
Cœpit Reginam præfatam victus ab ita
Hunc fieri Regem nunquam placuit ſibi nempe
Propterea capta, ſuper arcem denique Gardam
Miſit eam, famulam ſibi tantùm præbuit unam
Presbyterúmque bonum Martinum nomine ſolum.
In turris fundo jacuerunt tempore multo,
Clam ſenior murum ferro confregit, in unum
Quippe locum tandem Dominam pariter famulámque
Extraxit fugiens, tribuit veſtésque viriles;
Illis ne viſæ caperentur denuò binæ,
Uſque lacum veniunt, quem ſervat Mantua vivum;
Inveniunt navem piſcatorémque ſuavem
Presbyter invitat, quem ſe pariter quoque binas
Naviget ut ſocias, cui quid poſſit date dicat;
Piſcator dicens; ſi ſcitea Presbyter, inquit,
Qui nos eſſemus, tu ſtatim maximè lætus
Tranſires gaudens citius pretio ſine nos tres,
Dicite qui ſitis nunc ſi tranſire velitis.
Nobia ſi jorea, quòd celes, noa tibi purè
Pandimus arcanum, valde quod erit tibi carum.
Non aderat codex, baculos Crucia ilico more
Ruſticus in terta binos poſoit, nihil errans
In baculis, jurat velut eſſet crux ibi pulchra
Tunc Dominus dixit Martinus Presbyter illi;
Dicere care modò tibi tutius omnia cogor;
Hæc eſt Regina, quam dudum cœpit ob iram
Rex Berengerius, fugimus, ſis fidua amicus;
Laudana ille Deum tranſivit eos citò ſecum.
Obrulit & piſcem oon parvum ruſticus ille
Atque memento mei Reginæ dixit habebis
Si tibi fortè potens Dominus Deus addet honorem:
Navita Reginam tunc depoſuit prope ſylvam
Contiguam lacui præfato, quæ ſtetit illic
Hebdomada tota Chriſtum fidenter adorans;
Presbyter abſconſæ panem quærebat ùt hoſpes,
Tandem ſuſpirana dixit Regina petita;
Me captam ſemper reor, hic mihi quid juvat eſſe?
Præſul Reginus ſolet eſſe fidelis amicus
Noſter Adalardus, cui ſi referas, mihi quantus
Sit fletus, forſan trahet hinc oos Domne Geronta;
Mox quamvia feſſus tamen ivit Presbyter exul;
Præſul ut agnovit, de Regina rogat, ò quid
Eſt factum? quæſo mihi narra, diſcere ſpero;
Presbyter infit hero, defunctam carcere tetro,
Plauſibus emiſſis deflebat Præſul in iſtis
Verbis, diſcrimen magnum, conſtat quoque crimen,
Presbyter agnoſcens ex hoc, quòd Præſul abhorret
Reginæ Lethum, de vita ſat fore lætum;
Ipſi privatim patefecit vivere ſtatim
Reginam vellet quò præſidium ſibi ferret,

* f. amarus.

Gaudeo quòd vivit vehementer, Epiſcopus inquit,
Arcem ſecuram ſub me verò ſcio nullam;
Atto meus miles habet unam, ſi velit idem,
In qua Regina perſiſtere Regis ad iram
Tempora per longa poterit, ſit dicta Canoſſa,
Accipe eras noſtros equulos equita velut hortor
Attonem forſan rogitabis, habebis ùt optas,
Luxit cúmque dies, equitavit Presbyter idem.
Verbo quem largo Princeps interrogat Atto,
Quid de Regina factum ſit, quò ſibi dicat,
Intimat hanc ſenior defunctam carcere dito.
Atto dolens valde lachrymas fundebat amarè,
Cúmque palam vidit quòd fleret, clàm ſibi dicit
Vivit, & erepta per te cupit eſſe recepta.
Quærit equos Princeps, mox curſim pergit ibique;
Tertia tunc terris clarebat, & hora diei,
Æſtus erat quippe, ſed non ſtetit impiger iſte
Alterius venit dum denique ſexta diei,
Reginam claram ſumptam ſimul ejus & Abram
Alta Canoſſa tenet, vel eas ſe laudat habere.
Hæc nova clàm Romam, mox Papæ dirigit orans
Atque petens ipſum, quò conſilium ſibi dignum
Ex hac re præſtet, dare Reginam quia vellet
Ottoni Regi, cui gens Alemannica ſervit;
Scripſit ei magnæ probitatis Papa Joannes;
Quæ geſſit laudans, agat hoc ùt vult & adoptat:
Nuncius Attonis poſt hæc conduxit in oris
Veronæ Regem, cum parva denique gente.
Ad quod Rex Otto venit ſibi eùm tulit Atto
Reginam duxit, quæ Regi tunc quoque nupſit:
Conjuge ſuſcepta redit ad propriam citò terram,
Attoni ſpondens quod de ſe maxima poſſet.
Rex Longobardus nondum cognoverat actus
Iſtos Reginæ, neque quò confugerat idem
Reppererat, donec quòd Rex ſuit Otto Veronæ
Audivit, tandem quòd & Atto fecerat hanc rem;
Iratus, frendens, coadonans illico gentes,
Venit Canoſſam putat illam frangere cunctam,
Sum Petra, non lignum, manet Atto deſuper intus,
Secum prudentes homines ſunt, & ſapientes;
Rex Berengeri quantum vis percute telis.
Antè perire potes, quàm noſtram rumpere molem
Non aries, vulpis, neque machina prævalet ullis
Ictibus excelſis noſtris pertingere rectis,
Confortans hoſtes Rex me circundat in orbem,
Sæpe petens bello, qui Rex ſtetit in Lavadello;
Donec me teneat non inde recedere ſperans,
Hinc propè gignit aquam mons Branciana vocata;
Torris de ſummo deſcendere ſæpe deorſum
Cœperat Atto loquens his, qui fuerant meliores;
Hoc ubi cognovit Rex illum prendere ponit,
Quidam de notis hoc eminus nunciat ori,
Attonis, clamans ut ei de Turre per arctam
Ipſe feneſtrellam loqueretur; protinus extra
Atto caput jactans audivit verba beanda,
Ventre famem geſtans Urſus ſuſpenſus ad eſcas,
Quod languore dolet, cervi componit amore,
Viſitet infirmum cervus mandavit ut ipſum.
Ivit cervus, ei dum loqueretur, adhæſit
* Auriculam. * Auriculæ cervi diſcerpens unguibus, & ſic
Dimittens ipſum, direxit denuò miſſum,
Ut veniat, mandans dabo, ſi veneris, tibi magna,
Cervus oblitus erat quæ fecit beſtia ſæva
Acceſſit juxta, trahit unguem bellua cruda
Abſtrahit auriculam, quam cervo liquerat unam;
Qui deturpatus rediit miſer infatuatus,
Urſus amans cervum, mittit ſibi denuo verbum,
Ut tutè currat, quia vult ſibi pendere multa,
Amens & ſtultus perrexit cervus ad urſum
Aſpicit, arridet venienti, fatur eique
Dente repentè furens captivum diſſecat ungue,
Vita privatus, vulpi datur igne cremandus
Vulpis eum torrens, pòſt urſo detulit omnem;
Cor retinens tantùm, ſciat Urſus illius aſtum;
Urſus habens carnem, cor cervi quæritat antè
Reſpondit * Vulpis, cor non habuit, neqoe ſumpſi, * vulpes.
Dixit ei rurſum, cor mox volo, Vulpis ad Urſum,
Dum quæſitus * adeſt ter, corde carere probatur. * f. abeſt.
Hæc tibi ſit cara meus Atto fabula plana.
Atto recognoſcens cur hoc referebat, ob hoc ſe
Conſtrinxit ſurſum, non amplius ipſe deorſum
Deſcendit, donec Rex manſit ad obſidionem,
Rex firmans greſſus, nec non exercitus ejus,
Pergere non uſquam, capiat niſi, cogitat unquam;
Circa me factis ſemis ſimul & tribus annis,
Attonem tædet tam longam ferre quietem;
Stabat enim ſurſum, faciebat nil niſi ludum,
Nocte foris miſſum pepulit, mandans breve ſcriptum,
Ottoni Regi, rogitans ut non pedetentim
De propè fidenter ſibi ſed ſuccurrere tentet;
Commemorans illi, quod dudum ſponderat ipſi;
Otto videns miſſum lætatur ſat ſuper ipſum,
Fortes armatos collectos, venit ad agros,
Veronæ penſans Berengerio dare bella,
Tranſivitque Padum cupiens reperire relatum,
Regem Canoſſæ, ſecúmque ſuos ſimul omnes,
Ad Ligurem Regem pervenit fama repente
Ottonis, quem propter ab obſidione receſſit
Armis ac turbis circundatus undique multis
Obviat in prato fontanæ Rex ſibi, clamor
Fit ſubitò grandis, frameis lacerantur & haſtis
Enſibus incidunt ſe, longè perſonat ictus,
Gens Alemanna capit Berengerium, ſuperatis
Tunc Longobardis; campum legit Otto, retraxit
Illicò frena retro; gaudens de Rege retento,
Quàm citiùs quivit fines proprios repetivit,
Compedibus Regem gravibus ſtringebat inermem,
Donec enim vixit Berengerius ſtetit illic,
Poſt hæc Albertus laudatur filius ejus
A Longobardis Rex, fortis hic extitit armis
Stans in equo, dextra, ſi percuſſit ſua quemquam,
Mox cecidit longè conciſſo ſæpius oſſe.
Attonis pacem penitus contempſit amare
Sumptibus, Atto ſagax arcem propriam ſatis armat
Rex equitans acer circundedit illius arcem
Tempora per bina ternos menſeſque per iram,
Incaſſum certas, pater ò Rex ùt tuus erras,
Non capiat quippe, niſi, donec vixeris, hic ſtes.
Atto videns uſquam Regem diſcedere nunquam,
Ottonis rurſum petit auxilium, citò curſu
Si nequit ipſe, ſuus veniat vel filius unus;
Nomine Litulphus, mittatur, & abſque tumultu
Mille viros promptos cum nato dirigit Otto,
Italiam notam, caurè venitque Veronam;
Canoſſæ degens Rex audiit hunc ùt adeſſe,
Dante ſonum cornu perrexit Bagiſium; mox
Linquens Veronam Litulphus venit ad horam
Veſpertinalem pratum Bottonis, & antè
Quàm nox tetra foret, fuit Atto locutus ad aurem
Regis Litulfi, ſalveris ait ſibi, jungit
Stat malè cum * Gatto mus in ſacco ſimul arcto. * Cato.
Hoc ænigma peto mihi narra, Rex ait ergo
Reges Atto duos Comitatu dixit in uno;
Non decet eſſe ſimul, tu conſilium cape primum
Quid faciam pro me, quidquid tu dixeris, hoc me
Spondeo facturum, reſpondit eique Litolphus;
Atto bellator comedamus in hoc, ait, agro,
Nocte quieſcamus modicum; poſt hæc gradiamur;
Nuncius ut videat de noſtris illico pergat,
Qualiter Albertus manet, ac exercitus ejus,
Regi cuncta libent quæ dixerat Atto, facitque;
Principio lucis fuit in pratóve paludis,
Miſſus ab Alberto rediens, Attone reperto,
Dixit ei, certè pecudes hi, ſi ſimul eſſent,
In ſubito poſſent per eos comedi, puto, domne
Tanti ſunt, iſtis, dicat, jubet Atto ſibi nil,
Atto loquens Regi mutavit verba ferentis
O ſi Rex eſſent inimici fortè bidentes

Aſſati

Aſſati ſanè poſſemus rodere carnes;
Indue loricam capiti galeam quoque firma,
Et clypeum jacta collo, manibus refer haſtam.
Irrue confeſtim ſuper ipſum nunc ſtat inermis
Thorscam, Parmam, Galeam, Rex ſumpſit & Haſtam
Theutonici fortes ſumpſerunt arma vel omnes,
Ibant privatim quantum poterant glomerati,
Senſit eóſque Phalanx Alberti ſparſa perampla.
Plures currere, & hoc Regi retulerunt
Ad matutinum Rex jam ſurrexerat Hymnum
Nil ſtupefactus sit, volo quot ſunt ut videatis.
Noſtros atque vocet tuba ſpargens undique vocem
Interea cantet volo Miſſam Presbyter antè,
Officium ſacrum dum pſallitur, hi remeare
Jam propè dicentes ſunt, mille videntur & eſſe
Rex vix armatus cum paucis & galeatus
Exiit ad bellum, Litulphus Rex ſibi ferrum
Porrigit extemplò, Rex Longobardus in ipſum
Extendens haſtam Thorscam, membríque damnat
Litulphi, vitam qui ſtatim perdidit ipſam,
Gens Alemanna dolens tremuit, nimióque timore
Atto levat vocem, confortat Theutonicóſque;
Ad cujus vocem totum ſprevêre timorem,
Partes tunc ambæ grave damnum ſuſtiouêre;
Quamvis cum damno, campum tenuit tamen Atto
Rex procul Albertus ſtuduit diſcedere certus,
Quòd non in Regnum requieſceret ampliùs, exul
A regno factus pertranſivit mare magnum,
Partibus in noſtris non ultra venit hic hoſtis;
Si dilexiſſet me, ſic male non hic abiſſet,
Ex propria gente, non ulteriùs ſibi Regem
Longobarda petit gens, conſtituit neque quærit.
Tunc etiam menſis * Madius florebat in herbis
Anni nongenti quindeni tunc quoque Verbi,
Atto cadaver habens Litulphi, viſcera planè
Illius extraxit de corpore, quem ſua planxit
Gens, ea tunc tumulo poſuit condigniter uno.
Dicitur Eccleſia Proſper ſanctiſſimus illa
In qua conduntur, nec non locus Antoniaorum,
Corpus aromatibus conditum quippe deintus,
Patri conſortans ipſum direxit, & hortans
Ne nimiùm plangas, poteris quia vincere magna,
Si veneris ſtatim Longobardos ſuperabis,
Illorum fugit quoniam Rex, ſi modò curtis,
Longobardorum Regnum dominaberis horum,
Otto de nato nimiùm doluit, tumulato
Ipſo, confeſtim multos Rex ipſe revexit
Italiam ſecum, quem pacificè petiêrunt
Cuncti Lombardi, ſibi dantes oppida gratis
Cum quibus & Romam petiit, Regnique coronam
A Papa cœpit feliciter indéque crevit,
Muneribus magnis Attonem ditat & altis,
Cui nonnullos Comitatus contulit ultrò,
Per quem regnabat, nil mirum, ſi peramabat.

* Majus.

Refert Canoſſa amorem Attonis erga ſe, & quomodo acquiſivit Corpora Martyrum Victoris, & Coronæ, & S. Apollonium Epiſcopum, & Confeſſorem.

II. DIteſcens Atto mea Mœnia duxit in altum,
Per me dives erat ſua per me cuncta tenebat,
Ac ideo cuncta, veniebant quæ ſibi pulchra,
Loricas, haſtas, clypeos, enſes mihi mandat,
ARTUBUS ex ſacris decoravit me velut armis
Rex quidam donat ſibi Victorémque Coronam.
Pœnam cervicis, nam pro diademate Cœli
Suſtiouit miles Victor ſanctiſſimus iſte
Sancta fuit lota ſecúmque cruore Corona
Duxit hic hos Atto, multos alios quoque ſanctos,
Relliquias alias dedit illi Brixia magna;
Nam caput, ac humerum dextrum paritérque lacertum
Hujus Apollonii vehementer honorificandi

Vide Martyrol. Rom. 14. Maji.

Offere gratia ei: Gotefredus Epiſcopus egit
Hoc, quia de lumbis erat ortus Principis hujus,
Hic Præſul ſacram reſeravit corporis arcam,
Ac ſecuit membra, cruor & mox prodiit extra.
Unde bonus Princeps valde miratus, eidem
Continuò terræ propriæ, decimámque monetæ
Vovit, & hic ſecum ſacra duxit pignora lætus.
Poſt hæc excelſum ſtuduit ſibi fingere templum,
Divinasque ſcholas, canerent quæ dulciter horas
Nocte die Chriſto; ſtatuit vir optimus in ipſo;
Organa Cantorum fabrefecit vocibus horum
Cum quibus in ſanctis jubilarent vocibus altis
Ornamenta bona, rutilantes atque coronas
Ex auro claro ſimul argentóque probato
Obtulit, hæ verò numero ſunt bis duodenæ
Maxima thuribula, & calices, tabulas quoque ſculptas
Pallis, planeras, pluvialia vel duodena
Exhibuit Templo, ſincero cordéque recto;
Hoc prope veſtibulum propriũ jubet eſſe ſepulchrum,
In quo more Patrum Princeps requieſcit humatus.

Vide Martyrol. Rom. 7. Julii.

Quæ, & qualis fuit uxor Attonis, & quot filios habuit, & quòd Tedaldus Princeps extitit poſt ipſum, & quòd idem Tedaldus ædificavit Monaſterium illud, quod eſt inter Padum, & Larionem.

COnjugis Attonis non fiat oblivio nobis III.
Ildegarda quidem fuit hujus nomen Amicæ
Docta, gubernatrix, prudens, proba, conſiliatrix
Ad meliora virum ſuadebat ſæpius ipſum,
Cum quo Birſellum Monachis fabricavit habendum;
Ex his ſunt orti tres quos miratur hic orbis:
Rodulphus valdè juvenis pulcherrimus, atque
Mortuus ante Patrem; poſt quem ſequitur bonus alter
Antiſtes magnus Gotefredus, & ille Tedaldus,
Qui poſt Attonem totum ſervavit honorem,
Amplificans terras proprias dives nimis extans
Regibus exiſtit carus, notiſſimus illis,
Romanus Papa, quem ſincerè peramabat,
Et ſibi conceſſit, quòd ei Ferraria ſervit;
Non genitore minus caſtrum coluit Canuſium,
Iſte Padum juxtà Larionis propter & undam
Cœnobium dignum Domino, ſanctum Benedictum
Conſtruxit certe Monachos ibi maluit eſſe,
Felix iſte locus nimis eſt quia relligioſus,
Non tamen eſt artus proprios ibi condere paſſus
Princeps Teudaldus, ſed cum Patre pauſat humatus,
Egit bella ſatis ſunt maxima facta Tedaldi.

De Uxore Tedaldi, & tribus filiis ejus.

UXor Tedaldi fit Guillia dicta Ducatrix, IV.
Hæc placuit parvis pietate, placebat & altis,
Hæc tres perſonas mundo genuit ſpecioſas
Urbis Aretinæ Tedaldi Præſulis, inde
Atque Ducis celſi Bonifacii ſapientis
Militis, & docti Chonradi ceu leo fortis,
O bona progenies, quam terris contulit ille,
Qui ſuper aſtra ſedet, per quem ſunt condita quæque,
Quidquid ad exemplum pulchrum valet eſſe repertum,
Repperit hæc proles armis ſeu relligione;
Nam Pater ipſorum moriens benedixit eorum
Perſonas, poſt ſe præcepit major ut eſſet,
Natus dilectus Bonifacius atque modeſtus,
Cui juravêre Patre tunc vivente fideles
Servi, prudentes proceres, Comites paritérque
Mortem poſt Patris, dedit illis plurima gratis
Cervinos plenos nummis ſaccos duodenos
Liquerat in propria Camera genitor Canuſina
Quos penitus totos dedit uno tempore dono
Ejus ubique ſonat bonitas, & facta ſonora.

De Epiſcopo Aretinæ Urbis, qui fuit frater Bonifacii.

V. PRæſul Aretinus Chriſti Tedaldus amicus
Religionis erat, Domini gregis atque gerebat
Curam devotam, monſtrans exempla decora,
Extat caſtus ita, quod quodam tempore quidam
Perverſi vanè pro quadam debilitate.
Hortabantur eum ſtuprum committere; ſecum
Quod Præſul tractans juſſit deducere partam
Quippe lupam quandam,priùs ignem ponere mandans
Ante ſuum ſtratum; videt ignem flammiſeratum,
Appropians juxta dum flammas ſenſit abundans
In lachrimis clamat, væ væ mihi ſi modò raram
Flammiculam vilem nequeo ſufferre, perire
Si me contingat, barathri flammam miſer illam
Quomodo ſufferre potero? ſcelus iſtud ad Ethnæ
Me puteum ducet; ſcelus hoc, ne funditus urar,
Igne ſub obſcuro, ſperno penitùsque refuto.
Tale dat exemplum Tedaldus Præſul agendum;
Cœpit hic adversùm Simoniscos dare verbum
Ipſos deteſtans dicebat mente modeſta
Mille libras certè pro Papatu dare vellem,
Ut quod ego gliſco Simoniscos maledictos
Ejicerem cunctos per totum denique Mundum.
Muſicæ ſeu cantus iſtum laudare Tedaldum
Non ceſſant ſemper, renovantur eo faciente
Micrologum librum ſibi dictat Guido peritus
Muſicus & Monachus,nec non Heremita Beandus,&c.

Quòd nonnulli Marchiones Longobardiæ ſtuduerunt ſeparare Chonradum à Bonifacio, & quòd Bonifacius duxit Uxorem Comitiſſam Richildam, & de magno bello, quod tota ferè Longobardia fecit cum Bonifacio, & Chonrado in Cuviliolo, qui eſt propè Reginam Urbem.

VI. AD Laicos fratres cedeat ſtilus hic modò planè,
Illorum ſumma Canoſſæ cura redundat
Ut genitor, vel Avus, ſic illam ſemper amàrunt,
Pacis amatores, fortes ſunt utque leones,
Hi pacem veram cum proſperitate tenebant
Invidiam ſævam, propter quas major habebat
Longobardorum Comitum pars more malorum;
Nam animum curant cum ſollicitudine multa
Hos inter fratres fraternam lædere pacem;
Sed dum fraternum nequeunt elidere ſenſum,
Ex ipſis ortam Chonrado tunc dare ſponſam
Promisère, nimis juvenis quod cecidit illis,
Servis nonnullis privatim denique ſumptis,
Majoris fratris ſine nutu, pergit inanis
Ad Comites illos, quos viſos reſpuit illos
Germani mentem placavit, mox vehementer
Facti concordes confuſi ſunt ob id hoſtes;
Qui cum Chonrado ſervos ierant titulato
Omnino Princeps doctus Bonifacius iſte
Ejecit longè, Dominis aliis dedit omnes.
Marchio Richildam prætaxatus Comitiſſam,
Quæ Giſelberti de ſanguine Principis extat,
Duxit in uxorem, fuerat quia dives honore:
Hæc agapem multam miſeris dabat atque tributa
Hæc defuncta jacet ſine pignoribúsque Nogaræ.
Cúmque Duces iſti cunctis eſſent inimicis
Fortes, & grandes velut eſſent quippe gigantes,
Tunc populus multùs inimicorumque tumultus,
Ex Regno toto properans in Cuviliolo
Aggreditur certans, iſtos devincere tentans,
Quos ſuperant iſti bellando duriter ipſis,
In prima fronte Bonifacius incutit hoſtes;
Miles eum quidam quærebat voce ferina,
Cui Dux inſignis caput abſtulit, omnibus illis
Ingens ſucceſſit formido mortis, & enſis
Quos cedit dente valido Bonifacius enſe,
Cúmque fatigatus nimis eſſet non ſuperatus,
Vertit equum, cunctis gaudentibus undique turbis
Deſeruit bellum frendens, ad quem quaſi cæcus,
Chonradus ſultus, quo non eſt fortior ullus,
Exiit ex lucis, cum quingentis ferè ſcutis,
Cur ita frater abis prudens ait ô Boniſaci?
Sume tuas vires, placeat mecúmque redire,
Hoſtibus his campus non detur, ſed redeamus,
Hortatu cujus Bonifacius ilico fultus,
Vexillis tenſis rediit cum fratre decenti,
Priſtina bella novant, inimicis væ quoque donant;
Nam perimunt ,cædunt, campúſque cruore repletur,
Comipedum crura fiunt ibi ſanguine rubra,
Quos illi volvunt, fugiunt, tribuunt male dorſum,
Tunc ſtrages grandis hominum fuit, éque caballis
Lancea quòd longa quaſi brachia mille ſit audax
Eſtve Bonifacii viſum cunctis inimicis,
Chonradique ſpata centum cubitos quaſi lata,
Qui procul ejecti vix hoſpitióque reverſi
Lumina vertentes poſt tergum ſæpè timentes;
Chonradus ductor, Bonifacius inclitus ultor,
Condunt vaginis mucrones ſanguine tinctos,
Dúmque ſuum ponit Chonradus, flens fero vobis,
Candida lorica cernit, quod ſanguine ſtillat,
Ecce ſciens vulnus fratrem confortat alumnum,
Illorúmque phalanx campum collegit & arma,
Urbs quoque Regina Chonrado dat medicinam,
Extitit hic clarus miles poſtquam ferè ſanus,
Surgit ludendo non ſe cuſtodit edendo:
Unde nimis multùm commotum denuo vulnus,
Per plures annos fratri fletus tulit altos,
Nam juvenis pulcher de corpore migrat in Urbe,
Ad cujus funus trinus rogitatur, & unus,
Ut ſibi peccata donet requiémque beatam,
Hujus ad exequias ſunt agmina ſancta petita,
Quatenus in Cœlum præſtent, quòd eis ſocietur,
Pontificum cœtus ex omni ſtemmate Clerus
Adfuit ad tantum tunc Athletam tumulandum,
Egregius frater ſumens fratriſque cadaver
Detulit ad tutum patrum, matrúmve ſepulchrum,
Scilicet ad templum Canuſinum reverendum
Innumeræ gentes ſecum de fratre dolentes
Concurrunt, voces de tali dantque Barone,
Aſt ubi conditus miles fuit iſte peritus,
Spiritus à pœnis liber queat ut fore tetris
Donat Apollonio ſancto germanus in illo
Tempore fructiferam curtem Cagnauls vocata
Anni terdeni tunc Verbi mille fereni.

Quot Marchiones ſepulti ſunt apud Canoſſam.

LAudo Canoſſa Deum, mihi qui conceſſit amœnum VII.
Tempus habere bonis cum Principibus generoſis
Quos habui vivos dulces Dominos & amicos,
Defunctos cunctos merui tumulare ſepulchro;
Inde meus planctus, dolor, & lachrimæ revelantur,
Maximè natalem celebro dom mortis amaræ;
Pontifices ambo ſunt à patrum procul antro,
Mors Ildegardam rapit idus tertio Sabat
Idus Attonis animam Februi tulit olim.
Idus octavo * Madii fleo, condo Tedaldum. * *Maji.*
Idus tu Juli Chonradum tertio punis,
Rodulphus terras dimiſit & ante Calendas
Auguſti denis duo junctis quippe diebus,
Binos ante dies Auguſtus denique finem
Quàm caperet, terra fuit, & proba Guillia tecta.
Præpoſito nunquam petit, & clerus ſuus ullam
Munia divina cupiunt acquirere, ſi qua,
Ad quemcunque locum placet illis pergere poſſunt,
Catholicus tantùm caveant ſit Epiſcopus, almum
Officium rectè ſanctéque det ac reverenter,
Pulvere ſanctorum, ſeu cantu Presbyterorum,
Eſſe redimitum ſape veſtibulum Canuſinum.

Digitized by Google

MANTUA RESPONDIT.

VIII. HÆc Ignorabam de te mihi crede beata;
Sed ſub Regino te Præſule non fore miror.

CANOSSA DICIT.

Si ego Reginum timeo mos eſt ut amicum
Lex mea privata Benedictus quam mihi Papa
Præbuit in carta carecti formiter ampla,
Separat à Chriſto ſi quid mihi demerit ipſum
Illius à cura procul omnia ſunt mea Jura,
Pontifices omnes pœna ſimili quoque torret.

MANTUA RESPONDIT.

Parce mihi quæſo, video te tangere Cœlum.

CANOSSA DICIT.

Parco tibi valde mecum cane carmina ſaltem
Ex Domino noſtro Bonifacio velut opto.

MANTUA RESPONDIT.

Quid proba dixiſti? Metra plurima te ſine finxi
Immemor es forſan metrorum me fore portam?
Dulcis amica mea generavi namque Poëtam
Virgilium certum ſuper omnes edere verſus.

CANOSSA DICIT.

Ore tuo damnas temet nimium mea fallax
Nunquid non noſco quantum tibi pertinet Autor
Virgilius? quippe genitus de te fuit ipſe
Sed ſufferre tuum nequid opprobrium ſibi durum
Olim quod vilis per Regem ſuſtinuiſti
Cantat nempe metrum de te quod ſcis bene mecum;
Mantua væ, miſeræ nimium vicina Cremonæ.
Ut te cognoſcas, ſtatim recolam tibi cauſas.
Antonius quidam commovit Cæſaris iram,
Propter eum rura ſua perdidit alta Cremona,
Cæſare dante quidem tua militibus dedit idem
Te conculcatam dimittens Tityrus, auras
Noſtras & ſylvas, montes petiit quoque, villas
Caſtaneáſque bonas comedebat mitia poma,
Hæc tibi ſint nota Maronis dicitur aula
Hactenus, & ſylva per quam paſcebat ovillas.
Aſtat Baliſta mons, naſcitur hanc prope ſilvam,
In quo Virgilius titulum facit hoc modo ſcriptum:
Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus
Nocte die tutum carpe viator iter.
Hic baliſta latro fuit ingens, hic quoque Maro
Propterea ſcripſit, qui amor tuus extitit illic,
Ex hoc quod ſcimus potes & tu diſcere viſu,
Si quid habes dubii, primi lege carmina libri
Ipſius & ſtatim tu non mea dicta negabis
* f. recurrit. Quando te fugit miſeram prope me * cucurrit
Quæ meditans finxit mihi primitus, haud tibi dixit
Ergo qua fronte potes illum quærere? nónne
Perrexit Romam regni rogitare coronam
Liber ut eſſe queat? ſibi quam dedit ilico. Cæſar,
Cognovit poſtquam ſapientis carmina docta
Hoc tu nolo neges, recolo tibi metra repentè;
Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula manè
Diviſum Imperium cum Jove Cæſar habes.
Hæc Maro parva Metra jecit Regis in aula;
Cúmque reperta forent, Rex cuidam, fecit honorem,
Qui ſe laudabat, quòd fecerat hæc metra cara;
Tityrus inde dolens iterum conſcripſit eoſdem
Verſus ſic pulchrè de facta fraude refundens,
Hos ego verſiculos feci, tulit alter honorem
Sic vos non vobis vellera fertis oves,
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Hos partim jactans in eadem Cæſaris aula,
Non latuit Regem, quis carmina tanta referret.
Imperat ante ſuum Maronem ducere vultum,
Præſtat quæque rogat libertatem ſibi donat,
Ad te, qui juſſu remeavit Cæſaris hujus,
Sed non quod poſcit quiſti dare tu ſibi nôſti,
Nam repetens agros ceu juſſerat Induperator
Arrius eſt quidam Centurio motus in ira
Ejus habens agros, occidere quærit ùt atrox
Virgilium, fluvius ſed Mincius abdidit illum
Se jactans mortem vitavit ibi, ſed & hoſtem
* f. repedavit. Cæſaris ad vultum * replecavit qui cito rurſum;
Réxque viros claros tres ſecum miſit ut agros
Reſtituant Ipſi, fecêre quod inſimul ipſi,
Tu ſibi nec vitam ſervâſti rura nec ipſa,
Deſine jactari jam te jam Mantua vanis
Laudibus ex iſtis, vacuæ ſunt ceu tibi dixi,
Pone ſupercilia, mecum contendere vita.

MANTUA RESPONDIT.

Præcipe quæque placent mihi, pœnitet ô nimis acre.

CANOSSA DICIT.

Ut teneas alium noſtri Domini volo tantum
Ac jubeo, metrum ſed nullum pſallere tecum
Ulterius gliſco, didici melius quia dicto
Sola manens metrum præſtet decedere verum
Quod placeat cuncto recitatum maximè mundo.

Cujus ſtaturæ, & cujus qualitatis extitit Bonifacius, & quid de ipſo Sibylla prophetizavit.

GEſta Bonifacii populus precor audiat omnia IX.
Clara fuiſſe ſcio geſta Bonifacii;
Quiſquis amat rutilos retinere decenter honores,
Actus ejus amet, noſcat eos rutilos,
Ingenio viguit ſenſu ſimilis Daniëlis,
Dum puer ipſe fuit, ingenio viguit;
Pulcher & egregius ſpecioſus erátque decorus,
Providus ùt Joſeph, pulcher & egregius
Factus ut eſt juvenis meruit ſtaturámque Saulis
Proſperè cuncta regit, factus ut eſt juvenis.
In cuneis equitans humero Saul eminet, ipſis
Hic quoque major erat in cuneis equitans.
Viribus acer erat Goliæ velut ille peremptor,
Qui labiis, manibus, viribus acer erat.
Innumeras habuit ſapientis opes Salomonis,
Nam mundi pompas innumeras habuit;
Res ſibi nulla deeſt terræ, pontique, polique,
Se ſapienter agens; res ſibi nulla deeſt.
Nobilis hic didicit plus cunctis dapſilis eſſe;
Largiri validè nobilia hic didicit.
Priſca Sibylla canit, quem cui modò credite cuncti,
Scribo quod ex iſto priſca Sibylla canit.
Eſſe B. principium Ducis inſit nominis hujus,
Non ratione caret eſſe B. principium.
Limpidus atque Bonus facie Bonifacius extat,
Artibus, & dictis limpidus atque bonus:
Eſſe prophetat eum locupletem pacificúmque;
Victorem jugiter eſſe prophetat eum.
Quæ mulier cecinit de te bone Dux habuiſti;
Vera fuiſſe reor quæ mulier cecinit.
Multa locuta fuit de Chriſto, Judicióque,
Finéque de mundi multa locuta fuit.
Nobile Conjugium tribuit Deus, & tibi dignum,
Magna BEATRIX eſt nobile conjugium.
Stirpe fuit genita Regali pulchra Beatrix,
Majorum Mundi ſtirpe fuit genita,
Splenduit ipſa Liæ procul, & Rachelis honore,
Ut ſapiens Saraa ſplenduit ipſa procul;
Una figura Beatricem Bonifacium dat,
Amborum nomen una figura B. dat
Sunt bonitate pares, ſimulantur nobilitate,
Conveniunt benè, qui ſunt bonitate pares.
Præbuit Italia Bonifacium generoſum;
Atque Beatricem Gallis fert Italis.
Huic veluti mundo ſic ambo beentur Olimpo,
Ambo polo rutilent huic veluti mundo.

Cum quanta gloria, & honore duxit Dux & Marchio Bonifacius illuſtrem Ducatricem Beatricem.

Det Deus in claris cameris tibi ſtare Beatrix.

HEroicum carmen cupio nunc ornet ovanter X.
Facta Ducis magni Bonifacii memorandi

Primi-

Primitua hunc noſcit quantum ſit Gallia fortis
Cùm natam Rutili ducia expetiit Federici
Conjuge cum propria Mathildis denique dicta
Iſte Beatricem Federicua donat habere
Huic Bonifacio, qui Dux eùm pergeret illò,
Ornatua magnoa ſecum tulit, atque caballos,
Sub pedibus quorum chalibem non ponere ſolùm
Juſſerat, argentum ſed ponere, ſit quaſi ferrum,
Eſſe repercuſſum elavum voluit quoque nullum,
Ex hoc ut gentes poſſent reperire, quis eſſet,
Cornipedes currunt argentum dum reſilit, tunc,
Colligitur paſſim, paſſim reperitur in agria
A populo terræ, reſtana quòd dives hic eſſet,
Egregiua Princeps tunc geſſit plurima, dignè
Quæ ſeribenda forent, ſtilua autem currit amore
Ad Dominam noſtram, quam valdè carmen adoptat,
Hanc ſpooſua ditat, dicatur & ipſe per ipſam,
Servoa, ancillas ab ea tenet oppida, villaa,
Gallia nobiſcum per eam dominum timet iſtum,
Quia Princepa Gallus plus iſto dives & altus
Italiæ regnat? ſibi Gallia plurima præſtat;
Longobardiam deducena hanc Comitiſſam
Occurrêre quidem Ligurea, pariterque Quirites,
Exultant inopes: congaudent maxime dites;
Per menſea ternoa fiunt convivia verò,
Non ibi pigmenta tritantur, ſed quaſi ſpelta
Ad curſum limphæ molendinantur ibidem;
Gurgite de putei potua trahitúrque Lyæi,
Ex alio puteo refluebat potio vero;
Situla pendebat ex argentove catena
Cum quibua hauritur dulciſſima potio, Vinum,
Obbaa vel lances ad menſam fert equua, atque
Argento ſplendent auro quoque vaſcula menſæ,
Timpana cum citharia ſtivisque lyrisque ſonant hic
Ac dedit inſignia dux præmia maxima nimia,
In marego facta ſunt hæc convivia magna
Nobilia, & Conjux puerum peperit Federicum;
Inde Beatricem; Mathildim vero deinde,
Quæ ſimilia matri, color illi maximè patria
Ex alia fari pueris dum geſtio ſaltim,
Mox nimiua creſcit gemitua, dolor ac juveneſcit,
Hæc monimenta patrum retinebit ut optima matrum
Patria honor, genitricia amor, decus hæc ſit eorum,
Hanc Longobardia Deua iſtia contulit annia,
Nunc dimittatur, tantùm de patre loquamur
Iſta ſuo felix nam tempore carmen habebit.

Quòd Rex Chonradus Parmam vicerit adjutus à Bonifacio, & quòd idem Rex, idémque Marchio Juramento fœderationis (juncti ſint.)

XI. PRæpetibua palmia redeat ſtilus addere cartia
Qualiter Auguſto Bonifaciua inclitua ultor
Profuit, & fecum pepigit memorabile fœdua
Chryſopolia dudum Græcorum dicitur uſu,
Aurea ſub lingua ſonat hæc Urba eſſe Latina,
Scilicet Urbs Parma quæ grammatica manet alta
Artes ac ſeptem ſtudioſe ſunt ibi lectæ,
Cæſaris hæc vallo Chonradi cingitur arcto
Ut capiatur enim jubet ipſam pungere telis
Plebis mox Armis, fit ſtrages ex Alemannia,
Paniſicus quidam necuit bis quatuor ita,
Proluit unde furor magè Cæſaris, ilico muro
Applicat armatoa cuſtodea, ac galeatos,
Mandat hero noſtro Bonifacio bene docto,
Quatenus accurrat, juvet Urbem frangere ſtultam,
Qui ſubito ſumptia equitum peditum quoque turmia
Urbia ad excidium properavit Regia amicus;
Quo viſo cives trepidant, reputántque perire;
Abſque tenore pedes adeunt mox regis, & ædes
Ac portaa urbia reſeraverunt ſibi cuncti.
Tunc aderant vincti bini cum Rege maligni,
Pingues, & fortes hominea nimiùm ſuper omnes,
Avulſis vinclis à dextris, atque ſiniſtris
Cedunt præcipites, lacerant, perimunt quoque cives
Quoa juvenes Urbia cupientes cedere cultris
Propter eos ſiſtunt frameia humeros ſibi ſcindunt,
Taliter occiſia Rex flevit & ejus amici,
Protinua atque locum fecit comburere totum
Qualiter Auguſtus cum noſtro Principe junctus
Sit Sacramento, referatur carmine certo.
Imperium ſervana Chonradus, eúmque gubernans
Cognoſcit verè plua cunctia poſſe valere.
Mirificum, clarum, generoſum, ſæpe relatum
Athletam magnum Bonifacium venerandum,
Ut juraret ei rogat ipſum, more fidelia;
Ac ideo dixit, quòd Marchia ſerviet ipſi,
Redderet atque vicem jurandi Rex ſibi quippe
Annuit hoc Regi Bonifaciua, atque peregit,
Voceque mox viva juravit Rex ſibi vitam
Atque ſuos artus, & honorem Principia aptum,
Abſque dolo recte ſervare per omnia ſemper,
Donec eia vita ſubſiſteret hoc ita firmans
Nullus Dux unquam meruit tam fœdera culta
In carta ſcriptum Juſiurandum fuit iſtud.

Quid egit Bonifiacius in Burgundiam eundo, & redeundo.

REx ubi Chonradua moritur, natúsque levatur XII.
Ejua Henricua Rex prudens, atque peritus
Qui tenuit pacem cum noſtro Principe ſane,
Accidit ut vallo circundaret hic miro altum
Quod nullia bellia nec miſſilibua quoque ceſſit,
Circa quòd feſſus Rex, ac exercitus ejua,
Miſit ad inſtructum quam maxime talibua uſum;
Scilicet ad cautum Bonifacium ſat & auſum
Ne ſibi deſiſtat ſuccurrere, nónve relinquat;
Cæſaria aſſenſum precibus qui præbuit, & tunc
Militiam doctam ſecum deduxit, adhortana
Ut ſapienter agant, prudenter & inſimul arma,
Arripiant promptè, poterunt quia vincere ſortes,
* Cum multo pergens ſumptúque potenter, * verſus mutilus.
Proximat ad caſtrum, legatum dirigit aptum,
Regi, quò feſſum non tunderet ipſe relectum,
Inde ſed abſcedat, quoniam vult ut ſibi cedat;
Hora, qua Caſtrum fuerit per ſe quoque captum,
Ad patrios finea malit mox ipſe redire,
Rex abiit longè famulique ſui ſimul omnes.
Ante diem ternum, quàm figat dux ibi greſſus,
Hoc dans præceptum, ſi nunc per eum caperetur
Caſtrum, non ultra montea, ut pergeret ultra,
Expeteret, planè ſtatimve retro remearet,
Caſtrum prædictum Burgundia planrat iniquum
In Jus, Caſtrenſes eùm Rex ſert inde clientes,
Se nimia exaltant, ſpatiando per arva relaxant,
Contigit audiri, quòd Dux Boniſacius illuc
Cum Longobardia propria properaret in armis,
De quibua exultant, quia credunt tollere cunctas
Cauſas illorum, vetat aſt hoc exitua horum,
Internáque die Princepa acceſſit ibidem
Diſpoſita doctè per partea quippe cohorte,
Barbara gens, & atrox proprioa citò munit artus,
Agmine ſcutato procul exiit, & galeato
Atque putat ſcutum bellando frangere durum
Funditus ulla phalanx Parmam Boniſacianam
Prævaluit nunquam dirumpere, nec valet unquam
Exorto bello, gena effera cedere ferro,
Acriter incepit; dux acriua indiquè cædit
Hortatúrque ſuoa perſiſtere pectore duro
Cornibua, atque tubia reboare perardua multis,
Donec terga darent hoſtes, intus repedarent.
Hæc ubi dicta dedit gentem terrore replevit
Gens Longobarda, tenuitque viriliter arma,
Et ſonuêre tubas, & grandia cornua plura;
Gena timens terra rediit graviter retroceſſa,
Ac petiit Caſtrum cupiena ſe claudere tantum,
Hoc non permiſit velox Bonifacius illi,
Sed ſimul intravit jaculis transfodit amaris:

Con-

Continuò Regi caſtrum mandavit inermis
Ut veniens tollat, patriam quia gliſcit & optat
Ipſe ſuíque ſuam nullamve moram date curant,
Hæc nova noſcentes Rex atque duces Comitésque,
Laudant, mirantur, quòd Caſtrum ſit citò captum,
Ad quod tollendum direxit Rex & habendum,
Athletas claros, illis duca dante relato.
Tunc Longobardi cum Principe magnificati,
Ad proprii tecti requiem rediêre refecti
Ex opibus magnis ſumptis virtute vel armis.
Cúmque redit Princeps, victor mirabilis, idem,
Contigit in Caſtris cujuſdam Caſtra tepaſci
Campis deſertis &, ùt eſt mos, pergere ſervis,
Ex pueris multi cœperunt currere furtim
Ad ſegetes flavas, & equis has ducere flagrant,
Inde virique loci graviter nimiùm quoque moti
Arreptis armis mox armigeríſque caballis
* verſ. imperfectus. * Cervices tundunt, & equos ſibi tollunt,
Burgundi bruti fecerunt hoc quaſi ſtulti;
Nam Dux iratus vehementer, ùt aſſolet altus,
Terdenas haſtas ad Caſtrum tendere mandat,
Quæ populum cunctum facerent conſurgere rurſum,
Ad campi pugnam ſugerent procul atque recurrant;
Cum fuerint juxtà latitantem denique turbam,
Noveritis juſſum ducis iſtius eſſe ſecundum,
Nam procul à Caſtri ſunt præſidio ſimul acti
Inſidioſi phalanx è multis partibus alans,
Allobroges cunctos manibus tenuère recluſos
Marchio terribilis cunctis abſcidere dixit
Auriculas, naſos, ut ſtent cum lumine pleno,
Quædam Matrona pro nato nobilis orat,
Parcere dignetur ſibi quatenus ipsáque demum
Appenſum trutinæ juvenem præberet eidem
Argentum tantum, quantum penſaverit album,
Abiit, bis fatur, barbam quatiendo minatur,
Poſteritas veſtra volo, quo ſciat hæc ita geſta,
Donec mundus erit, Bonifacius hic quod adhæſit
Dicatur, prorſus me non licet eſſe terrorium,
Inciſæ nares, ac aures quippe ſecatæ
Illia, tres clipei ſunt ex his undique pleni
Cum ſano cuncto cœtu magnóve triumpho
Ad proprium tectum ſic eſt dux iſte regreſſus.

De Aceto, quod Marchio Bonifacius transmiſit Henrico Regi ſecundo, & de grandi dono, quod quidam ſervus ejus dedit eidem Regi.

XIII. MAgnifici vultus Rex Italiámque ſecundus
Venit Henricus ſapiens, jocundus, opimus,
Mandavítque ſua Bonifacio nova plura,
Et quoniam ſecum laudatum vellet acetum
Arx quod geſtabat, quæ ſit Canoſſa vocata
Imperat argenti vegetem ſubitò fabricari
Binos atque boves dux carpentúmque jugúmve
Cum bobus vivis hæc Regi Marchio miſit,
Carum Rex donum tenuit magnúmque decorum,
Regis tunc hoſpes erat urbs Placentia fortè
Prudens mirari nullus de munere tali;
Debet enim, quando ſciêrit ducis iſtius amplo
Dono fulſiſſe ſervum regíque dediſſe,
Mantua cùm Regem paritérque ducem retineret,
Tunc Comes Albertus vice dives maximè ſervus
Prædictíque Ducis habitator & ipſius urbis,
Cornipedes centum tibos qui jure nireſcunt,
Cum rudibus ſellis, rudibus frenia vel habenis
Mutatos centum, non mutatos quoque centum
Aſtures pulchros Regi ſimul obtulit ultrò,
Quia vir hic eſſe ſonat, qui vobis talia donat?
Clamat Regina, cui dixit Rex quaſi mirans;
Qui vir habet ſervos quales Bonifacius, ergo
In toto Regno ſimilem ſibi non ego ſpecto
Servulus iſte ſuus referat mihi quod ſibi nunc vult,
Nil aliud quæro, volo, nec cupio, neque ſpero
A te ni tantum meus ut dominus ſit amatus,
Hoc ait Albertus Regi, quem Rex rogitavit
Ad propriam menſam ſecum prandere referam
Hoc timuit verbum, Bonifacii quia ſervus.
Mandere non unquam ſecum fuit auſus ad unam
Menſam cum Rege, qui manducare repentè
Debebat fortè, quem Rex ſat poſtulat ob rem
Prædictam, tandem Dux rem conceſſit eandem
Cum Duce Rege ſimul vir jam ſcriptus ferè vivus
Intrans ad menſam ſed parvam ſuſcipit eſcam
Rex ſibi maſtrucas poſt eſcam maximè pulchras
Donavit, florent pariter quoque pelliciones
Hoc regis munus ducis ad Cameram tulit, unum
Et corium Cervi quod nummis ipſe replevit,
Principis ante pedes cecidit, ſibi parcere quatenus
Menſæ regali quod ſecum participârit.
Ille poteſtatem noſcens retinere beatè
Indulſit ſervo facinus tamen hoc prohibendo.

Quòd aliquando in Conſilio ſuo, aliquando occaſione vigiliæ noctis Henricus Rex tentavit capere Bonifacium.

QUotidie Princeps creſcens Bonifacius iſte XIV.
Alma fides ipſum ſervabat jure benignum,
Invidia tactus nimia Rex jam memoratus
Ingenio crudo meditatur prendere furto
Illum, ſub Cœlo potuit quem prendere nemo,
Stans in conclavi cupiens Rex conciliari
Ad ſe feſtinè dux ut carus iſte veniret
Juſſit, ut hoc aſtu quiret retinere coactum
Ut teneant valvas jubet æditiuo bene clauſas,
Haud niſi ſe quinto Bonifacius intret, & intro,
Ad quod Rex mandat, mox ſe dux ire remandat,
Adverſus dictum nil doctum poſſe recordor;
Nam Dux privatos proprios citò conglomeratos,
Ac alios multos gladios ſub veſte retruſos
Portantes poſt ſe præcepit pergere promptè,
Nobilibus ſeptus properavit Marchio celſus,
Cui regiam primam reſerare æditui, quam
Claudere feſtinant, ſed ſit confracta per iram,
Progrediens ultra, dirumpitur atque ſecunda;
Tertia reſtabat, ſub qua tunc Rex habitabat,
Frangitur ac ipſa cùm dux circumdatus intrat,
Unde nimis motus Rex callidus atque doloſus;
Quid video quid? ait, miror de te, Bonifaci;
Hunc habuit morem jugiter mea nam domus ô Rex
Eſſe mei mecum ſolici ſempérque fuerunt.
Hoc Dux reſpondit pacem Rex ilico promſit.
Hac vice Rex vidit, quòd eum retinere nequivit;
Idcirco plania pacem verbis ſimulavit.
Demo pertractans, & eundem prendere captans
Hoc cæco Marte faciendum cogitat aptè
Tempore nocturno ſuper ipſum poſtulat ultro,
Ut Dux ipſe parùm vigilet; foret hoc ſibi gratum,
Geruli morem ſcit prudens vulpia in ore:
Obſequium Regis nequaquam Marchio ſprevit,
Cereolos multos fecit componere pulchros
Libram candelam ceræ ſimul omnis habebat,
Atque ſuis cunctis accenſas has dare juſſit,
Et rectas haſtas ſuper ipſas figere mandat,
Ante ſuam multam faciem jubet ire columnam
Ceræ, ſplendentem grandi de lumine nempe
Militibus denſus, & miro lumine ſeptus
Regia ad hoſpicium properabat, longiùs ipſum
Aſpiciunt ſervi venientem denique Regis
Una velot ſilva flagraret terra vel ipſa
Sic apparebat, Rex hoc quoque proſpiciebat,
Contra quem noſcens idem Rex nil modò poſſe,
Retro redire ſibi grates magnáſque remiſit.

Quòd Bonifacius ſtudioſus fuit in divinis rebus.

ACtibus ut Mundi Bonifacius iſte refulſit, XV.
Sic cluit in factis divinis ac venerandis,
Pontifices ſacros habuit quàm maximè caros,

Ipſis donabat quæ cenſuit his fore grata,
Pſallebant ſemper capellani reverenter,
Horas nocturnas ſibi quotidiéque diurnas;
Nemo Capellam ſuper ipſum præſul habebat.
Dilexit Clerum, ſed eo Monachum magè verum
Propria peccata generoſus hic atque piacla
Cum ſtudio magno pandebat fratribus anno
Omni, pomposè Chriſto famulantibus, ore
Cum proprio, plangens cum corde petens veniámque;
Fratres, ac Abbas cjus delicta lavabant.
Eccleſiæ quorum ſolito dabat optima dona;
Rex etenim nunquam dedit ullus ibi meliora.
Contigit ire ſemel illuc, morémque tenere,
Illum quem dudum retinere ſolebat in uſo;
Scilicet aſſiſtens ad opus divum bonus ipſe
Stabat in excelſo ſolio, non corde ſuperbo;
Aſpiciénsque chorum, facies vidit puerorum
In terra pronas, pſallentes dulciter horas,
De quibus admirans ita cur ſtant ſeque regirant;
A Monachis didicit ſemper quòd ſtant ita fixi;
Hoc non oblitus jocundus dux & opimus,
Ire ſuper tectum clam templi fecit honeſtum,
Quendam quippe virum cum numis vult quia mirum
Ipſe videre, decem libras vir jactat ab æde
In medióque choro ſtrepitus ſonat & puerorum,
Quorum palpebræ penitus nec ſic paruère
Aſpexit numum tetigit non ullus & unum.
Unde magis gaudens præclarus Dux ait autem
In modicis annis ſunt hi pueri velut alni,
Talis laudetur jocus, ac recitetur, ametur,

Quòd à Regibus Theutonicis venit mos venundandi Eccleſias, & quòd Bonifacius accepit inde pœnitentiam à S. Guidone Abbate.

XVI. THeutonici Reges perverſum dogma ſequentes,
Templa dabant ſummi Domini ſæpiſſime nummis
Præſulibus cunctis, ſed & omnis Epiſcopus Urbis
Plebes vendebat, quas ſub ſe quiſque regebat,
Exemplo quorum manibus nec non laicorum
Eccleſiæ Chriſti vendebantur maledictis
Presbyteris, cleris, quod erat confuſio plebis,
Qua de re Guido ſacer Abbas arguit, imò
Nunc Bonifacius ne venderet ampliùs, ipſum
Ante Dei Matris altari flagellat amarè
Verberibus nudum, qui deliciis erat uſus,
Pomposè vovit tunc Abbatique Guidoni
Eccleſiam nullam quòd ipſe venderet unquam;
Hoc pro peccato, multis aliiſque patraro
Vovit adhuc votum nonnullis denique notum;
Scilicet ad cultum Chriſti ſanctúmque ſepulchrum
De prope debebat quòd pergere, ſi ſibi cedat
Vita, ſalus, tantùm vel ad unum plenitet annum;
Atque novam puppim fieri dux illicò juſſit,
Sumptus atque locat, quò compleat hæc ſua vota
Sed complere nequit, quia mors non hoc ſibi cedit:
Ipſe die ſexta Maji poſt quippe Calendas
Deſeruit terram, quem Chriſtus ducat ad æthram
Quando defunctus, terræ datus, eſtque ſepultus
Tunc quinquaginta duo tempora mille Dei ſtant.
Mantua corpus habes, honor ingens eſt tibi, grates
Inde referre Deo debes ſæpiſſime vero.
Ejus ut à pœnis animam caveat Deus ævi
Corde Deum recto jugiter pulſare memento;
Propter quem Chriſtum roget omnis homo Crucifixum
Tartarei pœnas Deus aufer, eique catenas
Cúm veneris Judex cum ſanctis, da ſibi lucem,
Virgo Maria caput, dextram Michaelque beatus
Petrus & Andreas, Apollonius quoque lævam
Illius extollant, & eum ſuper aſtra recondant, Amen.

Quot annis vixit Beatrix poſt Bonifacium, & quàm prudenter omnia regit.

XVII. QUis narrare poteſt quantum prudenter honores,
Ejus poſt finem, tenuit conjux ſua vivens,
Bis denis annis poſt ipſum quinque peractis,
Oppida, caſtella, Marcham, propriam quoque terram
Rite gubernavit, tenuit Comitiſſa Beatrix,
Moribus in pulchris natam nutrivit ab ulnis,
Scilicet excelſam Mathildim mente modeſtam,
Bina Monaſteria cum qua ſimul edidit ipſa;
Ut tueatur eas, qui Cœli ducit habenas,
Faxinorenſe Monaſterium primum fuit illud;
Prædia multa ſatis dedit illic magna Beatrix;
Eſſe quia Monachos plus quàm Clericos venerandos
Credebant ambæ; Canuſinæ quoque ſanctæ
Eccleſiæ nomen mutaverunt & honorem
In melius, dudum * quàm præpoſitus fuit unus, * cui.
Uſus cum Cleris non ni tantum duodenis,
Deſervire quidem, nunc Abbas ſervit ibidem
Cum Monachis Chriſto multis famulantibus illo.

Quòd Secundus Henricus tempore Beatricis mortuus eſt, & quòd Tertius Henricus cum Papa Alexandro II. nimiè diſcordatus eſt.

CÆſar Henricus Comitiſſæ tempore vivus XVIII.
Extiterat, ſcimus quòd herus fuit atque propinquus,
Ipſe Beatricis Magnæ, natæque Mathildis
Mortuus auguſtus fuit hic in pace ſepultus,
Poſt quem ſurrexit, qui de lumbis puer exit
Illius in Regnum, fiet per quem malè rectum
Scilicet Henricus crudelis tertius hydrus;
Cujus erat Mater Regina videlicet Agnes,
Hunc in ventre gerens, vidit quòd ſit draco verè
Inſomnis infans; hoc multis retulit ipſa,
Hunc Victor Regem laudavit Papa recenter,
Hic nimis exercens crudelia Rex adoleſcens
Ut ſonipes mulus, ſenſus non eſt quibus ullus,
A Papis ſanctis verbis ſæpiſſime blandis
Admonitus, ſentes genuit mens illius ex ſe;
Nicolaum Papam contempſit mens ſua prava,
Sprevit Alexandrum Papam verè venerandum:
Tollere Romanum cui tentat Pontificatum,
Quendam Parmenſem Cadalum Papam jubet eſſe,
Præſul erat Parmæ Cadalus ditiſſimus atque
Præparat abſque mora ſe contra pergere Romam,
Filius iſte mali, quem ſprevit docta Beatrix,
Nam foveam parvam, deridendi ſibi cauſa,
In ſtrata fieri tunc præcepit Morinenſi,
In noctis tenebris Cadalus tenebroſus at ivit
Multos conducens, caput orbis venit ad Urbem,
Quem pars perverſa precioſiùs cepit, aberrans
A dictis Cephæ, ſed pars ſibi dextra repentè
Obviat ad pugnam, Cadaloa cohórsque repugnans
Exuperat dextram partem, Tiberimve cruentat;
Obtinuit Præſul Cathedram tot ſanguine plenus
Ob terræ febres Parmenſes mox redière:
Pontificem ſolum linquunt proprium Cadaloum,
Pars ab eis feſſa capit ipſum denique dextera,
Et ſuper excelſam turrim Creſcentis apertam
Evehitur, vinclis conſtringitur undique firmis,
Præſul Alexander Cathedram recipit veneranter,
Ille fuga lapſus, Parmam redit undique laſſus,
Nomen habet Papæ quod nomen ſumpſit inane,
Deriſus valde moritur cum crimine Parmæ,
Paſtor Alexander regnavit ovanter, ùt antè,
Errantem Regem ſtuduit revocare paternè,
Dicta Patris ſancti deſpexit perfidus aſt hic.
Credere perverſis tantùm vult atque protervis,
Vendebatque vagus ſuper hæc mala Pontificatus;
Qui propter Papam non deſeruit mala tanta,
Triſtes inde ſatis Mathildis erántque Beatrix,
Quæ ſub Alexandro Papa ſtabant venerando,
His ita digeſtis præfatus Papa receſſit
Ante novem ſoles Madius, quàm ferret odores
Ex iſto Coſmo, ſupero requieſcat in horto.
Anni mille Dei, tres, tunc quoque ſeptuageni.

Quòd

Quòd poſt Alexandrum Gregorius Septimus Papa ſacratus eſt, cum quo prælibatus Rex tamdiu diſcordatus eſt, quòd ab eo damnatus eſt.

XIX. POſt Alexandrum fuit Ildeprandus amandus
Antiſtes factus, priùs Archidiaconus almus,
Extitit ejuſdem reverendæ ſedis in Urbe,
Dum conſectatur, Gregorius ipſe vocatur,
Jure Deus nomen ſibi tale dedit vel honorem,
Ne lupus irrumpat, vigilat caulas oviom ſat,
Novetat eſſe piue miſeris, altis qooque dirus,
Diverſiſque modis culmen retinebat honoris;
Plenus erat mira ſuper omnes qoippe ſophia,
Septimus Antiſtes Gregorius extitit iſte;
Lucra gregis quærens ſtuduit Regèmque monere
Dulcitet, à tantis reſipiſceret ot malefactis,
Eccleſias, ſcripſit, precio ne venderet ipſi;
Ad cujus ſcripta reſcripſit Rex bona dicta;
Cujus Papa legens apices, gaudens ait, eſſe
In Cœlo cunctis de tali gaudia juſtis;
Rex oltra montes degebat, paſtor in Urbe,
Legatus velox referebat cis nova crebrò;
Inter utróſque manens Mathildis cognita mater
Ut pax in Regno toto fieret ſine bello,
Ponrificis pacem Regem ſuadebat amare,
Atque pium Papam de Regis amore rogabat,
** Sequentes 19. verſus citat Bar. Tom. XI. 1074. N. 18.* * Regis erat mater tunc Romæ ſubdita Papæ,
Quam vir amans pacem pro nati mittere pace
Ordinat, & ſecum Præneſtinæ quoque verum
Pontificem Chriſti, cui jungit & * Hoſtia triſtis
** Oſtia.* Pontificem magnum, quem nomioe clamo Giraldum;
Hos ultra montes direxit Paps, duóſque
Quos Rex dignanter cum matre recolligit Agne,
In manibus quotum promiſit juſſa piorum;
Se pro poſſe ſequi, Papæ, ſancti quoque Petri,
Eccleſiam ſummi Domini non vendete oummis;
Lætificat valdè nati teſponſio Matrem;
Romam regreſſa Papæ retulit nova geſta;
Papa Deo laudem tulit immenſam ſupet hanc rem;
Ad ſcelera rurſom rediit Rex poſt modicum tunc,
Ad quem mendacem direxit denuo matrem;
De prope poſt ipſam ſibi tranſmiſit ſua ſcripta;
Qui doluit tandem, Matrique ſpopondit ut ante
Credidit hoc ſtatim genitrix; quod Rex ſimulavit,
Quæ rediit Romam, Papam reverentet honotans,
Poſt hæc ad Regem bis ſcripſit Papa decenter,
Quos apices ſacros tenuit Rex maximè caros,
Quem tuoc Saxones Regem ſprevère feroces;
Prælia qui ſceum ſtatuunt committete demum,
** Sequentes 13. verſus recitat Bar. 1075. N. 25.* * Quod Rex abſque mora Papæ mandavit, adorans;
Atque perens ipſum pto ſe toget ut Crucifixum,
Paſtot conſellim Saxonum mittere genti
Curavit, plaoè pacem cupiens revocare,
Inde ſuus miſſus donec redeat, jubet ipſum
Regem, nullo modo ſuper ipſos pergere; quod non
Rex expectavit, galeatus quio equitavit,
Contta Saxones, qoi fortes ſunt & atroces;
Peccator qoamvis, prudens tamen hic erat armis;
Commiſſo bello, victor Rex extitit ergo,
Unde ſuperbus adeſt Papam deſpexit, ut amens
Omnia quæ Papæ, mattíque ſpopooderat antè,
Fregit & invaſit, Simoniacos revocavit,
Afficitur valdè vir Apoſtolicue ſuper haoc rem;
Accitis miſſis multis hoc ilico ſcripſit,
Atque Beatrici Dominæ, prolíque Mathildi
Quæ Dominum Papam flagrantem ſemper amabant,
Perfidiam Regis deteſtavère tumentis;
** Seq. verſus 28. recitat Baron. 1076. N. 15.* * Acrius ad Regem ſcripſit paſtor ſacer, & ſe
Ulterius clamat non poſſe pati mala tanta.
Rex mox hàc illac diſcurrere cœpit, ad iſta
Plures perverſos coadunans tempore certo,
Cum quibus adverſùm Patrem loquitur reverendum
Moguntinus ibi fuit Archiepiſcopus, ipſi
Judicium totum tribuit Rex flagitioſus.
Huc Ugo tunc falſus venit, qui dicitur albus,
Officit hic multis Romanæ Presbyter Urbis.
Ter damnatus erat; precio quia reſtituebat
Emptores Chriſti templorum, junctus & ipſis
Adverſùs Papam fingens mala, lætificabat
Corda malignorum regis ſimul, & ſociorum:
Audax Antiſtes Moguntinus oimis ille;
Non Chriſtum timuit, Papam quando maledixit.
Cuncti ſubſcribunt, magis ipſi ſe maledicunt.
O blaſphemia oon hìc, neque pòſt abolenda.
Hoc Anathema quidem mandavit mox procul idem,
Ad * Longobardos Simoniacos nimis altos ** Bar. Allobroges.*
Qui læti facti, in Papam denique raptim
Omnes concuttunt, Regis faciunt quoque juſſum;
Jurant, ſubſcribunt, contra domioúmque magiſtrum;
Mittendos apices Romam Rex edidit ipſe;
Qui de ſede ſacra dicebant ſurgere Papam,
Injuſtè ſtantem, Papatum depopulantem
Quos Synodo coram ſtatuere mittere Romam
Quidam Rolandus Parmenſis, Clericus, aptus
Eligitur quarum gerulus tunc literularum.
* Incipiens Synodum Paſtor Gregotius, ovum ** Seq. verſ. 15 recitat Bar. 1076. N. 17.*
Gallinæ ſculptum geſtans in cortice ſcutum;
Et colubrum oigrum, qui tendebat caput ictu
Quippe repercuſſus quodam, pertingere ſurſum
Non potetat, elinum ſed ventre tenus caput ipſum
Torſerat & caudam triplicando dabat ſinuatam,
Noo erat hæc plana, ſed erat ſculptuta levata,
Ad Synodum fertur, nunquam pat antè repertum.
Quod dum miratur, prædictus, & ecce Rolandus,
In medium venit, Papæ mox dicere cœpit:
Rex juſſit, terræ juſſerunt Pontificéſque,
Ut linquas ſedem, quam non es dignus habere.
Romanis Clericis mox idem portitor ioquit;
Coltes in pente Romam teſtot veniet Rex
Miſſurus Papam. Lupus hic non eſt quia Paps,
Sic dum blaſphemat, præfectus eum cupiebat
Privari vita gladio, commotos in ita:
Quod feciſſet enim, ſed ei pater almus adhæſit;
Vixque tacens cætus cœleſti flamioe plenus,
Papa beatus ait; turbari linquite nati
Eccleſiæ ſanctæ veniunt, quia tempora valde
Plena dolis nimis, magniſque repleta periclis,
Expedit, exiſtant quæ ſuot ut ſcandala ſcripta.
Væ ſed ei pravo, per quem ſunt ſcandala clamo,
Noſtrum nempe modum Deus infit, mitto luporum
In medio vos ſic, velut agnos, dicóque vobis;
Vos, quaſi ſerpentes, prudentes convenit eſſe;
Vivere ſimpliciter veluti vivúntque columbæ.
* Has geſtare decet virtutes non modò verè, ** Seq. 20. verſ. recitat Bar. 1076. N. 18.*
Atque Crocem Chriſti ſtudeamus ferre met ipſi;
Non nos à Chriſto tribulatio ſeparet iſto
Tempore, ſed colla ſubdamus membráque noſtra
Martyrio, verbo fidei feriatur hic ergo
Oſtenſue ſerpens, qui ſcutum geſtat & enſem,
Adverſus Matrem Romanam Catholicámque
Eccleſiam Chriſti de ſanguine tobta benigni,
Plura loquens Papa, dixit Synodus ſibi ſancta.
Tu Patet es Patrum, blaſphemum contere ptavum;
Eſt noſtrum quippe joſſis parere tuiſque:
Pto Chriſto mortem patientet gliſcimos omnes,
Judiciom confer, gladium trahe, percute fortem
Omnibus excelsè dignum clamantibus eſſe
Privari Regno Regem, maledicere nec non.
Papa dolens, vinclis Anathematis illico ſtrinxit
Regem prædictum, cui Regnum devetat ipſum,
In Quadrageſima Synodus celebrata fit iſta
Qui Petrum ſanctum, qui Papam diligit almum,
Hoc anathema probat, quod Regem ſic inhonorat,
A Petro quiſquis ſeu Papa diſcrepet iſtis
Temporibus, firmæ permansère Comitiſſæ
Magnæ, petra quaſi Mathildis & alta Beatrix,
Hæ mediatrices inerant & Regis amicæ;
Cúmque vident Regem per devia tendere ſemper,
Proximos illarum fuerat quia Rex & earum,
Ex ipſo mœſtæ pandebant ſe ſatis eſſe,
Sed tamen à Papa ſe non diſcedere clamant.

De obitu Dominæ Beatricis, & quomodo Canoſſa dolet ex ea, & de corpore ejus.

XX. *Hos 7. verſus citat Bar. 1076. in fine.*
PLena bonis factis dictiſque referta Beatrix,
Cunctis cara nimis, magnis, parvis quoque; Piſis
Ægra manens, vita de præſenti bene migrat,
Octo decémque dies Aprilis dum finit ire
Chriſti poſt ortum vera de Virgine corpus
Anno Milleno, bis terno ſeptuageno,
Conditur Piſis, lucem videat Paradiſi.
Hanc Patres juſti ducant ſuper æthera cuncti.
Æſtimo, quòd vilem nimis ex hac me modò Piſæ,
Eſſe putent, ſanè niſi plangam, conquerar altè
Perſpicuam dominam cupiebam vivere vita
Longa, quo lætum potuiſſem ducere ſeclum
Defunctum corpus ſperabam reddere prorſus
Dignæ telluri, dolor hic me funditus urit,
Cùm tenet Urbs illam quæ non eſt tam bene digna.
Qui pergit Piſas, videt illic monſtra marina.
Hæc urbs Paganis, Turchis, Libycis quoque Parthis
Sordida, Chaldæi ſua luſtrant littora tetri,
Sordibus à cunctis ſum munda Canoſſa, ſepulthri
Atque locus pulcher mecum, non expedit Urbes
Quærere perjuras, patrantes crimina plura
Talibus in vicis contempſerunt ſepeliri,
Præcipui, magni noſtri Domini memorandi,
Sed ſe poſt mortem condi voluère Canoſſæ;
Artus jam dictæ dominæ teneant modò Piſæ
Poſſideant, cautè nec non veneranter honorent;
Aſt animo mœſto jugiter manco nimis ex hoc
Spero tamen per eum, qui conſolatur egenum
Me fieri lætam mihi conſervando ſeveram
Mathildim, claram dominam probitate notata
Omni cujus ego vitam per ſæcula quæro.

Explicit Liber Primus.

INCIPIT PROLOGUS LIBRI II.

MAteriam parvam facit eſſe Comatcus ùt altam,
Dilatare quidem ſua verba ſcit ipſe peritè,
Materiam grandem ſciolus deſcribat ovanter,
Ut quod ei prohibet peracuta peritia ſcire
Scilicet in lætum ſermonem tendere parvum
Partet cum nota vel materia numeroſa
Valdè prolixam pauperculus en ego ſcribam,
Materiam, cuncto divulgatam fere mundo
Quamvis floreſcant quæ ſcripſimus, ac teniteſcant
De Ducibus claris codex quos primus amavit
Multo florebat vehementius, ac retinebunt
Facta Ducatricis, quæ ſunt ſcribenda Mathildis
Hiſtoriam longam metris deſcribe Canoſſa,

Explicit Prologus.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

QUicquid ego poſſum de tanta dicere prorſus,
Scit populus mecum minus eſt, plus ipſa meretur,
Tantum mirari conſultius eſſe ſciatis,
Hæc eſt tam clara, ceu fulgida ſtella Diana.
Hæc radiata fide, ſtat ſpe circundata mirè,
Huic ſincera manet major dilectio ſanè,
Hæc peramat celſum, per quem ſunt omnia, Verbum,
Illius & ſervos, quos invenit eſſe modeſtos,
Diligit & laudat, reverenter obedit, honorat,
Hæc odit vitia, virtutes comprobat ipſa;
Elatis alta, mitis ſed mitibus aſtat;
Scit mulcere pios, terrere ſed hæc ſcit iniquos,
Proſpera non mutant, ſeu non hanc triſtia turbant
Omnibus in rebus graditur diſcretio ſecum;
Omnibus in Regnis ſua currit fama perennis,
Evehitur lintri trans pontum fama Mathildis
Nomine de cujus Turchorum caſtra loquuntur,
Notitia multa, cum qua Rex Græcus abundat;
Pallia cum gemmis Rex dat ſibi Græcus Alexi,
Hanc multis hoſtis Alemannus Rex amat, odit,
Gens Alemanna quidem ſibi gratis ſervit ubique,
Ruſſi, Saxones, Guaſcones, atque Friſones,
Arverni, Franci, Lotharingi, quinve Britanni,
Hanc tantùm noſcunt, quòd ei ſua plurima poſcunt,
Poſt ipſam gentes hæ mittunt ſæpius enſes;
Omnibus ex iſtis equites habet alta Mathildis,
Reſponſum cunctis hæc dat ſine murmure turbis,
Hæc hilaris ſemper, facie placida quoque mente,
Hæc apices dictat, ſcit Theutonicam benè linguam,
Hæc loquitur lætam quin Francigenámque loquelam,
Hæc Longobardos nutrit, regit, & facit altos,
Qui numeras ſtellas vitam ſibi ſupplico ſerva,
Si, quod non gliſco, mundo deceſſerit iſto.
Porrige quod ſitio, corpus tumulare requiro,
Cum Patribus juſtum verè ſit habere ſepulchrum,
Antiquos Patres Iſaac, Abraham, Jacob, atque
Uxores ſanctas ſimul una recondidit arca,
Annos poſt multos in eodem verò ſepulthro
Corpus tonditum magni Joſeph reperitur,
Hujus amo Patres, ſed eam plus diligo valde;
Hæc exaltavit nimiùm me quin & amavit.
Martyris iſta mihi ſancti dedit oſſa Quirini,
Me renovat ſemper turres fabricando recentes
Atque meum nomen crebro fecit creſcere Romæ,

De primo adventu Tertii Henrici Regis, & VII. Papæ Gregorii in Longobardiam, & qualiter à Ducatrice Mathildi apud Canoſſam ſuſcepti ſunt, & quòd eundem Regem ſubvertit Guibertus Archi-Epiſcopus, & alia vice ivit cum eo Romam contra Papam.

REx rogat Abbatem, Mathildim ſupplicat atque I.
Poſt matris mortem, fama currente, per orbem,
Regem damnatum per Papam commemoratum;
Turbati certè fortes ſunt atque potentes;
Per totum Regnum, dicentes eſſe ſuperbum
Non parere pie, ſinceriter, atque benignè
Romanæ Sedi, quæ claves continet ævi,
Quocirca Regem ſtatuunt contemnere rectè
Ni redeat; Papæ pacem ſtudeat revocare.
Non aliter ſe Rex noſcens regnare valere,
*Ad Conſobrinam Mathildim miſit, ut ipſa *Sequentes 8. verſus recitat Bar. 1077. N.21.
Conſilium caperet, quo Papa veniret ab Urbe
Longobardiam, peteret veniam ſibi dignam
Ipſe, ſuum juſſum faceret dubio procul ultro,
Papa precéſque videns Dominæ Mathildis, eidem
Quod quærit donat, dimiſit denique Romam,
Opilio dignus Canoſſam venit, & intus,
Quem ſancti Petri vice digniter illa recepit:
Salvificum rorem quæ Papæ ſumpſit ab ore
Regis Henrici domina comitante Mathildi
Affuit & juxtà præſentia turbaque multa;
Ex me fitque nova, dum fiunt talia, Roma,
Urbs honor ecce tuus, merum Rex, Papa ſimul ſit,
Ac Itali proceres, nec non Galli proceréſque
Ultramontani, Romani, Pontificali,
Stemmate fulgentes, adſunt plures ſapientes,
Inter quos Abbas Hugo Cluniacenſis hic aſtat
Qui Pater in lavacro Regis fuerat ſacroſancto,
Pacis ſermones tractabant hi ſeniores;
* Cùmque dies ſtarent per tres pro pace loquentes, * Seq. 10. verſ. Baron. loc. cit.
Et pax non eſſet, Rex atque recedere vellet;
Capellam ſancti petit idem Rex Nicolai;
In qua Paſtorem lachrymans oravit Hugonem;
Ut pro pace ſua fidejuſſor ſibi fiat,

Digitized by Google

Non licet hoc, Abbas Regi reſpondit, & aſtans
Illic Mathildis rogitavit eum, ſed & ipſi,
Hoc faciet nemo, reſpondit, tu niſi, credo,
Poplitibus flexis dixit Rex atque Mathildi,
Tu niſi me multum juveris modò: non ego ſcutum
Ulterius frangam, multavit me quia Papa.
Conſobrina valens fac me benedicere, vade;
Ipsáque ſurrexit Regíque ſpopondit, & exit
Aſcendens ſurſum, ſtetit ac Rex ipſe deorſum;
Alloquitur Papam de Regis fine reclamans;
Sinceris dictis Dominæ venerabilia iſtis
Credidit Antiſtes, ut juret ſic tamen ipſe
Rex illi, ſedi Romanæ ſitque fidelis;
Præſul quæque velit Gregorius hoc ſibi fecit
** Loc. mend.* Rex retroſcriptos; * ſolióque munere mage, frigus
Pernimium magnum Janus dabat hoc & in anno
** Hos 9. verſus recitat Bar. 1077. N. 20.* * Ante dies ſeptem, quam finem Janus haberet,
Ante ſuam faciem conceſſit Papa venire
Regem, cum plantis nudis, à frigore captis;
In cruce ſe jactans Papæ, ſæpiſſimè clamans;
Parce beate Pater, pie parce mihi peto plane.
Papa videns flentem miſeratus ei, ſatis eſt, eſt;
Nam benedixit eum, pacem tribuit ſibi, demum
Miſſam cantavit corpus dedit & deitatis:
Secum convivans ſuper arcem qui Canuſinam,
Ipſum dimiſit, poſtquam juravit, & ivit
Urbem Reginam, qua ſtabat turba maligna
Pontificum, valde metuentes hanc fore pacem.
** Seq. 33. verſ. recitat Bar. 1077. N. 36. 37.* * Major erat cunctis Guibertus, Epiſcopus Urbis
Ravennæ, doctus, ſapiens, & nobilis ortus,
Exiterat Parmæ civis ſeu Clericus antè,
Dum foit electus Gregorius, iſte Guibertus
Ipſi juravit, contra quem nunc mala ſancit;
Regis enim mentem contra Papam docet eſſe,
Rexque die ſexto remeavit Bibianellum;
Corde dolo pleno, cum plena mente veneno;
Paſtor felle carens ad eum deſcendit ab arce,
Crebro ſcripta ſuprà; mox eſt Comitiſſa ſecuta;
Callidus at multa Rex Papæ dixit, & ultra
Eridanum fluvium, commune cupit fieri tunc
Colloquium, laudat quod Papa, Mathildis & optat.
Cur hoc Rex malit ignorant hi duo clari;
Mantua re vera placito ſubdique timebat:
Rex equidem fruſtra tranſivit primitus undam
Eridani, tractans cum paucis tradere Papam;
Nec non, ſi quiret, Comitiſſam traderet idem,
Hoc ſcelus infandum complere putat placitando.
Cuncta videns Chriſtus fieri vetuit ſcelus iſtud;
Eridanum Præſul, Mathildis & optima ſecum
Tranſivit, ſperans pacem componere veram,
Ad Dominam claram multis oculis oculatam
Nuncius advenit, qui ſecretum patefecit
Regis Henrici, qui Papam tradere dicit,
Hoc ubi cognovit prudens hera, mox citò movit
Séque ſuos, fortes petiit cum Præſule montes,
Inſidiæ fractæ Regis ſunt & patefactæ,
Papam, Mathildim, Rex ulteriùs neque vidit,
Pontifices falſi ſunt ex hoc lætificati,
Maximè præſcriptus Guibertus, qui dedit iſtud
Conſilium Regi, quia vult invadere Petri
Sedem condignam, Zabuli quod fecit ad inſtar,
Ætheream ſedem cupiit qui tollere teter,
Lubricus & mendax erat iſte Guibertus aberrans,
Conſcius & Conſors homicidarum quoque fautor,
Pompam mundanam plus ipſo nullus amabat,
Religione caret ſic quòd nec eam ſcit amare,
Hunc Rex pro Papa laudans hoc magnificabat,
Ultra qui montes rediit, faciens mala promptè,
Quæque nefanda libent, tutè faciebat iniquè,
Nam ſuus exactor, judex, falſus quoque Paſtor
Non reprehendebat crudelia, quæ faciebat,
Eccleſias nummis vendebat ſedulò multis,
Sæpe duos falſos urbs una tenebat in anno
Pontifices, dando certatim præmia ſtando,
Plebes Cappellas precio Clericis tribuebant;

Cuncti perverſi vivebant lege Guiberti;
Aſt hera Mathildis deſpexit facta maligni,
Corde fidem veram peramabat munere plenam;
* Poſtpoſuit Regem; per tres tenuit pia menſes ** Seq. 7. verſus Bar. 1077. N. 23.*
Gregorium Papam, cui ſervit ùt altera Martha,
Auribus intentis capiebat ſedula mentis,
Cuncta Patris dicta, ceu Chriſti Verba, Maria
Propria clavigero ſua ſubdidit omnia Petro,
Janitor eſt Cœli ſuus hæres, ipsáque Petri,
Accipiens ſcriptum de cunctis Papa benignus
Tunc libertati Canuſinam ſanctificavit
Eccleſiam, chartam libertatis ſibi largam
Dictans, & mandans, violentet ne ſua tangat
Ullus homo prorſus, ſit ob hoc anathemate tortus;
Hortatu magnæ Comitiſſæ Papa dat hanc rem,
Tempora mille Dei tunc ſeptem ſeptuaginta
Tempus cognoſcens crudele venire per orbem
Papa, ducatricem verbis corroborat idem,
Ut ſit in adverſis acerrima, non ſit inermis,
Chriſticolas cunctos, ùt prævalet, adjuvet ultro;
Blaſphematores, qui ſunt Sathanæ quoque proles,
Conterat, extirpet, revocet quandóque benignè.
Juſſa pii Domni ſapiens Comitiſſa recondit;
Ut Regina Saba Salomonis verba beata;
Cúmque vale dixit Comitiſſæ Papa Mathildi,
* Urbem Romanam Madio florente per arva ** Seq. 6. verſ. recitat Bar. 1077. N. 43.*
Viſitat, adventum cujus plebs ipſa repertum
Obviat, exultat, paſtorem ſuſcipit una
Ipsáque commendat, quod nobilis egerat erga
Se, ſanctúmque Petrum Mathildis; *Vivat in ævum.*
Clamavit cunctus Clerus, totus quoque vulgus;
Cum quibus & Regem maledixit denuo rectè,
Abſolvitque viros, qui juràrant ſibi, micros
Ac proceres grandes, illum ſi linquere mallent.
Quod Rex agnoſcens, coadunans denuo fortes
* Italiam ſurſum ſpacium poſt temporis unum ** Hos 8. verſ. Bar. 1081. N. 25.*
Ingreditur, terram totam maculabat aberrans
Sola reſiſtit ei Mathildis, filia Petri,
Rex exardeſcens contra quam concitat enſes,
Prælia, terrores, & Caſtris obſidiones,
Ad nihilum pugnat, non hæc ſuperabitur unquam;
Inſuperabilia loca ſunt ſibi plurima fixa,
Diligitur valde, Villas defendit & arces,
Hanc videt incaſſum rixam Rex creſcere tantum,
Cogitat, ut turbet ſolum Caput; ivit ad Urbem
Romuleam, ſecum Guibertus abiſſe videtur.
Non fuit adventum Regis populo * ferè feſtum; ** fore.*
Iſtius eſt fletus, ſua turbant crimina Cœlum.
Urbs propter Papam non illi fit reſerata;
Circa quam bellans, dirupit mœnia celſa,
Depopulans Urbem, Papam ſtatuens ibi turpem,
In * Cathedra locat hunc falsò Clemens vocitatur: ** Hos 4. verſ. Bar. 1083. N. 2.*
Hic eſt Guibertus fallax, vaſtator apertus
Eccleſiæ Chriſti, meritò quem ſignat abyſſi
Beſtia, quam vidit dilectus in Apocalypſi.
Regis & illa phalanx Romam totam maculabat.
* Pervigil & Rector Gregorius ex grege feſſo, ** Hos 6. verſ. Baron. cit. 1084. N. 6.*
Pollutæ Cathedræ multum quoque condolet æquè,
Sperans in Petrum rogitat pugnare Robertum
Hermannum quendam, qui Regem depulit extra
Urbem, qui veluti per ſtratam * damoula fugit ** damula.*
Francigenam, montes ultra rediens malus hoſpes,
Papa ſuus Clemens Romanis præmia præbens,
Raptor terrenam Petri rapit ipſe Cathedram,
Quanquam ſe monſtret quòd ſit quaſi paſtor in Urbe,
Ipſi nulla tamen pars in Cœli manet arce:
Hic hæreſis limes mundum ſeduxit iniquè,
Juſſa Dei ſpernit, ſanctorum verba neglexit,
Prævaricat leges, divinas deſtruit ædes:
Perſequitur dignum dominum Papamque Magiſtrum,
Qui monitis ſacris plenus manet in Lateranis,
Illic conſiſtens ſpermologus optimus iſte,
* Actibus & Verbis exprobrat ſchiſma Guiberti ** Seq. 8. verſ. Bar. 1081. N. 2.*
Perpetuo damnans anathemate ſchiſmata tanta,
Naſcitur hinc cunctis ingens tribulatio Juſtis.

Mucronem Regis pia pars quàm maxime ſentit
Sedibus expulſi ſunt Pontifices quoque multi,
Flagris afflicti, vinclis in carcere ſtricti.
Rex & Guibertus faciunt juveneſcere tempus
Neronis priſci, qui præcepit crucifigi
Petrum, cervicem Pauli gladio ferit idem,
Et propriæ ventrem præſcindere matris ab enſe
Fecit, ut inſpiceret, requievit ubi malus ipſe,
Sic propriæ Matris palmas calcaribus acris
Transfodit, miſſus Sathanæ, Guibertus iniquus;
Nullum quippe virum timuit niſi Nero magiſtrum;
Venis inciſis in aquis vitam tulit ipſi.
Hi duo præſcripti fidei ſerè nomen obliti,
Perdere optuntur doctorem denique ſummum.
Simon eis doctor Magus extat & hiſpidus auctor,
Ignorant forſan quòd dum fortuna reportat
Injuſtos ſurſum, ruituros eſſe deorſum,
Quandóque plus ipſos ideo patitur Deus illos.

Qualiter circa Regem, & Guibertum exarſerit Domina Mathildis, & quòd cunctis Catholicis ſubvenerit.

II. Corde pio flagrans Mathildis lucida lampas,
Hos 4. verſ. recitat Bar. 1081. N. 25. Adverſus binos Domini Crucis hos inimicos
Arma, voluntatem, famulos, gazam propriámque
Excitat, expendit, inſtigat, prælia geſſit.
Singula ſi fingam quæ fecit nobilis iſta;
Carmina ſic creſcent, ſunt ut numero ſine ſtellæ,
Plura ſed omittam, de paucis diſcite mira,
Ex hac parte freti per climata quatuor ævi,
Lepra Guibertina ſuccreverat horrida; nigra
Hac lepra mundus ferè non locus extitit ullus,
Munda domus ſola Mathildis erat ſpacioſa,
** Hos 13. ver. Bar. 1081. N. 26.* * Catholicis prorſus fuit hæc tutus quaſi portus;
Nam quos damnabat Rex, pellebat, ſpoliabat
Pontifices, Monachos, Clericos, Italos quoque Gallos;
Ad vivum fontem currebant funditus omnes;
Scilicet ad dictam Dominam jam mente benignam,
Quæque requirebant apud ipſam repperiebant,
Defuit haud ulli, quin profuit optima cunctis,
Non ab ea mœſtus, ſi quis vir venit honeſtus,
Unquam præteriit, ſed conſolatus abivit,
Veſtibus è ſacris multos hæc nota Ducatrix
Patres Catholicos veſtiſſe quidem reminiſcor,
** Seq. 14. verſ. recitat Bar. 1074. N. 17.* * Inter quos fulxit reverendus Epiſcopus Urbis
Lucenſis, lucens Anſelmus maxime prudens
Lege Dei doctus, Monachus benè relligioſus;
Gregorius Præſul Romanus, ut egit JESUS,
In Cruce qui moriens, dat diſcipulo Genitricem;
Commiſit Dominam ſic Anſelmo Comitiſſam;
Quem docuit, dictis, regit exemplisque benignis;
Perverſæ ſectæ monuitque reſiſtere ſemper
Conſilii magni vir hic Angelus his fuit annis,
Conſilium cujus ſequitur Comitiſſa venuſtum,
** Seq. verſ. Bar. 1081. N. 26.* * Nam quos ipſa valet pravos convertere Mater,
Quantiſcúnque modis quit, agit in omnibus horis;
Multos cum feudo, multos munus tribuendo,
Pugnando plures, Caſtellaque ſæpius urena
Regis ab obſequio jugiter disjungit iniquo,
Ultramontanis, ac Principibus ſibi charis,
Errores Regis ſcribit vitare rebellis,
Sicque Deo multum generabat credula fructum,
Gregorio Papæ proceres ſervire ſuadens,
Mittere cui gratis crebrò ſolet in Lateranis
Xenia multa nimis, quam Papa piè benedicit
Bis centum libras domus argenti Canuſina
Tunc miſit Papæ, quam debet Papa beare.

De obitu Papæ Gregorii, & de electione Deſiderii & Urbani Papæ, & quòd Domina Mathildis pro Romana Eccleſia pugnavit, & de obitu S. Anſelmi Lucenſis Epiſcopi.

III. * Interea planctus de Præſule naſcitur altus
** Seq. 6.* Gregorio, geſtat Dominus quem Chriſtus ad æthra,
Ante dies ſeptem Madii quàm finis adeſſet; *verſ. Bar.*
Hunc Monachi deflent, Monachus quia noſcitur eſſe, *recitat An.*
Hunc Clerici flebant, valde laicique dolebant, *1085. N. 15.*
Pura fides quorum procul eſt à ſchiſmaticorum;
Quando ſuum ſanctum reverenter corpus humatum
Anni mille Dei ſex inſunt octuageni,
Poſt hunc fit Papa Deſiderius probus Abbas,
Montis Caſſini, qui parvo tempore vixit,
Anno poſt iſtum Paſtor ſacratur in ipſo
Urbanus Rhetor, Monachus priùs, & modò Rector
Eccleſiæ Verbi ſummi Patris, atque perennis;
Ut Salomon dicit, juſtus veluti Leo fidit.
Hic damnat Regis fidenter, & acta Guiberti,
Qui Petri ſedem falsò cupiens retinere,
Advocat Oddonem prudentem de Tuliore
Adverſus Papam, quem bello ſæpe coartat;
Ille tamen juſtus, licèt eſſet ſæpe retunſus,
Immobilis durat, pacem putat eſſe futuram
Filiolæ Petri, Chriſti famulæque fideli
Exhortando pia direxit tunc ſua ſcripta,
Gregorii normam plus præcipuéque recordans,
Quatenus obſervet, nec eam dimittere tentet.
Hinc peccatorum veniam dat eique ſuorum.
Gregorii miſſi crebrò petiêre Mathildim,
Curſores currunt ad eandem crebriùs hujus,
Denſiùs haud ceſſat patres hos hæc vice verſa
Chartis & miſſis pulſare diebus in ipſis,
Pro quibus adverſum ſe commovit ferè regnum
Italicum totum, Ligurum ſed maximè totum,
Ipſa Padi ſtratam tenet Urbibus unde fit acta,
Hujus dum pugnant athletæ, non niſi culpa,
Ipſorum perdunt, ſed vincunt optime bellum,
Urbibus ex multis cives hoc tempore multi
Inſimul armati clypeis & equis falerati,
Principe cum celſo prudenti prorſus Oberto,
Ducunt Parmenſem, Reginum, Pontificémque;
Romam tam fortes ajunt ſe pergere poſſe;
Hi luctatores ibant pro Regis honore,
Terras vaſtantes circumcirca peragrantes,
Audaces tandem terram Mathildis amantes
Intrant, credentes ipſam vaſtare repentè.
Suſtinet iſtorum Sorbaria caſtra virorum,
In propriis campis illis tribuit loca ſtandi,
Nocte quieſcentes oculis ſomnum capientes,
Julius aſſumpta jam verò luce ſecunda
Ecce repentè Phalanx Mathildis adeſt, *Petre*, clamans
Auxiliare tuis, inimicis fugere tuti
Incipiunt, campi tanto ſtrepitu ſtupefacti,
Multi dant dorſum, pugnant altiſſime morſu
Proſternuntur ibi, plures capiuntur iniqui;
Marchio prædictus quendam tranſverberat ictu;
Et quaſi voce loquens Nonnæ, ſine fugit honore
Talem grimnitum portat, nec hic inimicus
Ducet quòd nunquam ſuper hanc dominam, puto, turbam,
Ebrardus Præſul Parmenſis captus habetur,
Pontificem ſentes Reginum pérque dies tres
Abſcondunt nudum Gandulphum pectore durum,
Nonnulli capti proceres, alii ferè lapſi
* Gaudet turba Petri, turbatur concio Regis, ** Bar. 1087. N. 6.*
Inclita Mathildis terror fuit omnibus illis;
Menſis ut advenit qui primus in ordine cœpit
Ejus in octavo decimóque die, dominator
In Cœlis regnans Anſelmum vexit ad æthra
Huic ſimilis, credo, fuit hoc in tempore nemo;
Officium duplex Monachorum Pontificúmque,
Nocte die complens, corpus macerabat ut hoſtem,
Catholicus, cœlebs, pius, & ſobrius fuit æquè;
De cujus verè triſtantur morte fideles;
Schiſmatici gaudent; erat his contrarius autem,
Quem ſibi commiſſum per Gregorium Comitiſſa,
Ut decuit, dignè ſepelivit mœſta benignè,
* Artus Anſelmi condivit Mantua terris, ** Bar. 1086.*
De quo, quod gliſcit, monſtrâſti Chriſte Mathildi. *N. 13.*
Nam virtute tua fecit miracula plura;

Digitized by Google

Servulus iſte tuus de ſanctis extitit unus
Catholicæ parti fuit inditium probitatis,
Schiſmaticæ parti ſignum quaſi debilitatis,
Inde triumphando gaudet Comitiſſa precando,
Hujus enim Patris precibus putat auxiliari,
Cúmque daret tumba ſancti miracula multa,
Proderet ut multis poſt nos per ſecla futuris,
Juſtitiæ cultrix ea partim fingere juſſit,
Quæ ſimul & vitam Capellani ſibi dictant,
Bar. 1086. N. 13. Tertius exiſtens ab eo Lucenſis, & ille
Rangerius Rector dictavit eam ſibi metro,
Dictavit pulchrum nuper librúmque ſecundum,
Qui baculi litem diffinit, miſit eique,
Principium cujus ſit hic, & non hæſitet ullus
Lector, ſed noſcat, quòd cætera ſint metra docta,
Versus Rangerii. *Filiolæ Petri, violæ poſt lilia, dentur;*
Detur ei de fonte Dei ros unde rigentur,
Pugna fuit, donec potuit ſævire Gubertus,
Perfidiæ Dux, Eccleſiæ vaſtator apertus,
Sed quid et tentare Dei firmiſſima caſtra?
Nunquid eo regnante Deo pervenit ad aſtra?
Mortuus eſt, & traditus eſt in perditionem
Quique reum defendit eum contra rationem,
Gregorium, vas egregium, quicunque negavit;
Jam videat, ſi fortè queat, quàm falſo putavit.
Quique duas fregit ſtatuas Urbanus, ab illo
Fonte fluit, longéque eluit non ſegniùs illo,
Quisquis eum non antè Deum vel ſerò fatetur;
Reprobus eſt, & devius eſt, pœnámque meretur,
His ducibus mirabilibus collectio noſtra,
Non tacuit, donec tenuit latrantia roſtra,
Jam redeant, qua fronte queunt, qui proſiliêre,
Quos video, tangente Deo, plerúmque dolere.
Sed redeant, & nos habeant, & noſtra libenter;
Sed videant, ut non redeant poſt terga latenter,
* quodcunque. *Nunc igitur non exigitur * quicquid mederi.*
Qua voluit, donec voluit, diviſus haberi,
De precio, de flagitio, de ſeditione
Et ſapiunt & nos ajunt in cognitione;
Nam precium, nam flagitium non complacet illis,
Qui cupiunt, qui diripiunt, damnantur ab illis
Par ratio, par traditio, pro parte videtur
Præſtet ei cenſura Dei, quod deeſſe videtur,
De baculo lis eſt populo cum patribus orta,
Iſta fuit, quæ non caruit caligine, porta;
Iſta fuit, quæ diripuit Paulúmque Petrúmque,
Iſta fuit, quæ par habuit Regémque Deúmque,
Hæc freneſis non eſt hereſis, non eſt labyrinthus,
Per tenebras & per latebras non eſt labor intus;
Hanc volumus quicunque ſumus de dogmate Chriſti,
Ut fugiant, & rejiciant communiter iſti
Unde volo, ne fortè dolo circumveniamur,
Ut breviter, ſed non leviter penſanda loquamur,
Chriſte ſapis, quod corda rapis, ſuccenſa calore,
Fac fieri, quæ ſcis fieri, pro pacis amore,
Plus laicis cunctis Mathildim Rangerius ſcit
Intentam legi Domini, vitæque perenni;
Hoc ſibi perlucens ab id edidit ipſe volumen
Jam redeat primus, ſed hic iſte ſit ordo relictus.

De tertio adventu Regis Henrici in Italiam, & de obſidione Mantuanæ Urbis.

IV. REx ot Henricus factus gravis eſt inimicus
Eccleſiæ ſanctæ Dominæque Mathildis amandæ
In quocunque loco poterat ſibi tollere, toto
Nixu collebat terras ubicunque tenebat
Præſertim villas, ac oppida, quæ Comitiſſa
Hæc ultra montes poſſederat à genitrice,
Abſtulit omnino, niſi Caſtrum Brigerinum,
Fortè quòd & magnum, locuples erat undique largum,
Hoc Rex aggreſſus usque intus ponere greſſus.
Cùm bis quinque quaſi tranſirent jam ſimul anni,
Rex quod ab Italis diſceſſerat, armat equina
Dorſa viris, Jurans per ſeptem tempora, ſupra
Mathildis terram perſiſtere, pace neglecta,
Caſtra vocat denſa, deſcendit ad Itala Regna
Tertius & menſis foliis florebat & herbis,
Urbs Dominæ quædam prædictæ cara manebat
Tempore longævo vocitatur Mantua verò,
Ex multis rebus dives ſatis ac ſpeciebus;
Rex cupiens ipſam, fixit tentoria circa,
Quam mox athletis de ſumptibus atque replevit,
Nobilis & fortis Mathildis, maximè doctrix,
Ipſa tenens montes inimicos deſpicit omnes
Regis bella phalanx dabat urbi ſæpius acra,
Exiliunt Cives, ſimul athletæ comitiſſæ,
Occidunt, frangunt, cœtum pellunt Alemannum.
Urbs bene protecta, degebat Rex procul extra,
Menſibus undenis obſeſſio Civibus hæſit.
Tunc Ripalta quidem menſes hos traditur inter;
Traditur & Turris gubernula Regis alumnis,
Non famulam Petri mutant diſcrimina ſedi,
Civibus ſe multos mandat ſæpiſſimè ſumptus
Servent útque fidem rogat hos permaximè Cives,
Cui cives verè ſe mandant eſſe fideles.
Pollens Mathildis fidens in Civibus illis,
Decipitur verbis ipſorum, clàm quia Regis
Pertractant Urbem manibus, * partémque phalangem * Loc. mend.
Ipſius, ante diem Paſchæ dare; de prope quippe
Tunc quod erat mundo celebrandum menſe ſecundo.
Conſilium firmant, Judæ peragit & ad inſtar.
Nam qua nocte Deum Judas mercator JESUM
Tradidit, hac ipſa fuit hæc Urbs, Mantua dicta,
Tradita, ſed dum Rex intrat crudelis in Urbem,
Evaſêre quidem proceres Dominæ Comitiſſæ,
Navibus extracti propriis cum rebus & armis.
Ut lapis eſt Adamas firmus, ſic firma Ducatrix,
In tantis damnis venientibus his manet annis.
Fit tantùm dictus lapis hœdi ſanguine ſciſſus,
Non cedit damnis fuſus plicat hanc neque ſanguis,
Nam ſupra Petram firmam fundata manebat,
Fluminibus flecti nequit idcirco, neque ventis
* Anno milleno nonageno quoque primo * Bar. 1091. N. 3.
Mantua ſordeſcis, de proditione nigreſcis.

Objurgatio, ac deteſtatio ſeu digna exhortatio contra Mantuam.

GLoria quanta foret tecum quis Mantua noſcet, V.
Prudenter portas tenuiſſet ſi modò clauſas
Regi, jam nomen decus atque tuum procul, ore
Multorum volvi ferè cuncto cœperat orbi:
Te fortem verè referebant, & locupletem,
At veluti Trojam, laudabant te fore longam.
Cùm juxtà morem fers illius obſidionem;
Cives atque tuos forti de ſanguine fuſos,
Italiæ cunctæ dicebant funditus Urbes.
Græca Phryges Caſtra ceu quondam, ſic Alemanna
Caſtra tui Cives ſoliti ſunt cædere; quippe
Annis ipſa decem circumdata Troja, pateret
Argolicis nunquam, niſi tradita nocte peruſta.
O mala proditio, quæ celſos mergis in imo.
Tutos corrumpis, victores comprimis Urbis,
Perturbas Reges, Comites, proceresque, ducésque,
Ordinibus cunctis omnis officis improba turpis,
Si ſervare fidem voluiſſes tu Comitiſſæ,
Mantua, jam dicta tibi ſupra dante Mathilda
Auxilium, denis non ſolùm, ſed duodenis
Annis te poſſes retinere, timens nihil hoſtes,
Hoc ſi feciſſes, pax ad te magna rediſſet,
Rex diſceſſiſſet procul à te de propè, ſicque
Felix manſiſſes tu. cara nimis Comitiſſæ;
A qua ditata mirabilitérque locata,
Eſſes nunc florens ſuper Urbes quippe priores.
Ceu plebs Romana quires ita ſtare togata
Et ſi te Regis ſuperâſſent prælia, neſcis
Quod decus hoc multum foret, & non dedecus ullum,
Nam traditricem nemo tibi dicere ſciret.

Hoc

Hoc utinam verè tu nunquam nomen haberes,
Infelix, triſtis, ex hoc tu nomine ſiſtis,
Omne bonum nomen pro turpi traditione,
Cur amiſiſti, tradendo temet iniquis?
Catholicia plena dudum celebrare ſolebas
Paſcha Dei Chriſti cum ſplendiferáque Mathildi,
Curia cujus erat dapibus, doniſque repleta;
Officioſa manet quaſi Regis Curia ſanè.
Nunc celebras Paſcha cum falſis ex Alemanna,
Qui peramant Bacchum, flagrant ad luxuriandum;
Illorum linguas neſcis, faciles quoque rixas
Cùm ſunt porati, pro verbis fertur amaris
Enſem denudant, ſociorum viſcera truncant.
Mordent, more lupi, cùm ſumunt pabula cuncti,
Atria ſanctorum violenter frangere oôrunt.
Mantua nec tales tibi noſcere monſtro ſodales,
Hos fuge, contemne, mors eſt cum talibus eſſe,
Regis amicitia procul haud durabit & ipſa,
Non faciet quippe tibi, quæ promiſerat ipſe,
Decipiet verè te, ſeu procul ipſe recedet,
Ergo cave magnum ne pax ſua ſit tibi damnum,
* luge. Conſilium dignum cape, * luget ô ſcelus iſtud;
Jura licèt priſca corruperis, & oova ſcripta;
Plange tamen purè, plebs omois plangat in Urbe;
Communi vero voto revocare ſtudeto
Cultricem Chriſti, veſtram dominamque Mathildim,
Hinc reſtaurabis leges & honore micabis;
Urbes vicinæ laudabunt te ſat opimè,
Ac fore ſecura tamen haud aliter potes unquam.

Item de eodem Rege, & eadem Domina Mathildi, & de bello militum Comitiſſæ cum Rege apud tres Comitatus.

VI. REx igitur capta gaudens ex Urbe relata
Pontificem falſum Cononem gente Lemannum
Illic eſſe jubet; jam Præſul Ubaldus ab Urbe
Fugerat, ad grandem Comitiſſam Catholicámque.
Rex terras ultra tenuítque Padum ferè cunctas
Platena, Nogara, niſi quæ ſunt oppida clara,
Hæc loca oempe fidem ſervavère Comitiſſæ;
Regis terrorem deſpexerúntque furorem;
Rex ibi non haſtam potuit, neque mittere plantam,
Hac & in æſtare capitur Minervia ſanè
Háneve fame cepit, nonnullis denique telis,
Quam Rex poſſedit, nec ob hoc Comitiſſa recedit
A zelo Petri, pro quo mala tanta recepit,
Quæ per Regenſem Comitatum ſeo Motinenſem,
Ibat lætanter proprias firmabat & arces;
Nollatenus certè deſperans vincere Regem
Mores atque vias illius ſæpius ipſa
Repperiebat ita, quod ſemper, quò malus ibat,
Noverat, athletaa & quantos ipſa tenebat,
Nam poſtquam magna fuit arx Minervia capta,
Tempore Rex hiemis Atheſis trans flumen abivit
Principibus vacuua tunc militibus neque fultus,
Hoc didicit nempe prudens Comitiſſa repentè;
Mille viros fortes oomero plus juſſit ad hoſtem
Pergere bellandum, campi certamine tantùm,
Cúmque Padi latices, Atheſia nec ooo vada ſiſſent
Ioſidiis plenus Rex, ipſos octo diebus
Vitavit, tardans proprias revocando Phalanges
Traditor iſtorum Regem dicebat eorum
Nolle ſpatis jungi, deerat quia poſſe, rejungit,
Talia credentes, ſecuri ſtant, & inermes,
En ſubitò ſplendent Regis vexilla ferentes,
Qui ſuper hos currunt, pars cæditur otraque multum
A turba Regia miles capitur, ſed inermis;
Plures evadunt, fugiunt per devia ſaltus,
Iſte quidem pagus vociratur tres Comitatus
Proditor emanſo fuit Hugo nobilis alvo,
Hanc contra morem ſed fecit proditionem,
Nam proba nobilitas,non turpe ſcelus patrat unquam,
Tandem collecti remeavère retro mœſti,
De ſociis captis parvis pariter quoque magnis,
Inter quos captus Manfredus erat probus, altus
Filius Alberti, ſuper ipſum contio Regis
Maximè gaudebat, Comitiſſæ concio flebat,
Quæ veniens feſſa, propriæ dominæ manifeſtat
Actus adverſos, duros, nimiúmque moleſtos,
Dulcibus & planis verbis, quos ipſa Ducatrix
Solans blanditur, quò non timeant inimicum.
Vincendi bellum, perdendi denique tempus
Sic variatur, ait, Virtua prout ardua ſancit.

De obſidione Montis belli, & de vexillo Regis apud Canoſſam capto.

DUm tranſiſſet hiems, qua bellum cum Comitiſſæ VII.
Militibus fecit Rex, æſtas tertia venit,
Binas Rex ſteterat æſtates Italiæ jam,
Eridani fluvii laticem cùm Junius urit,
Stipatos tranſit Longobardis, Alemannis,
Obtinuitque loca campeſtria nobiliora,
Ad montes ſc[illegible]dit Motinenſes, quos nimis ambit,
Mox mons Maurelli pugna capitur ſine ferri.
Ac mons Alfredi capitur certamine freni,
In quo Gerardus facundus, ſignifer altus
Ioeidit in vinclis præſati Regis iniqui,
Ex cujus vinclis doluit ſatis ipſa Mathildis,
Qui Job tentavit, Tobiam, Deus ipſe probavit
Hanc Dominam, ſolam ſancti Petri pedagogam,
Cujus amore flagrans patitur denſiſſima flagra;
Ut quandóque ſibi Cameram referet Paradiſi.
Hac vice Rex planè ſolito plus extitit acer,
Obſedit Caſtrum Montis belli, ſuperandum,
Quem putat aut telis aut obſidione teneri,
Ingreſſum ſed ei oec egreſſum tollere quivit,
Præſidium Monti confert huic concio fortis,
Cuſpide quæ Regem ſtimulare ſolebat inertem,
Pſeudo quem Clemena tunc venit Papa videre,
Cum quo plura loquens, firmavit & obſidionem,
Æſtatem Montem circa quem, perdidit omnem,
Cumque diu ſtaret, cœpit pia pars trepidare,
Atque ſuam pacem proceres famulique rogare
Magnificæ Dominæ crebrò cœpere peritè,
Hoc libuit Regi, tantùm ſi facta Guiberti
Ipſi laudarent, pedibúsque ſuia quaſi Papæ
Se proſternarent, facerer mox haoc ita pacem;
Hoc audire quidem nolunt aures Comitiſſæ,
Sed volo noſcatia, pacem ſi Regis amatia,
Inquit,agam ſecum, juſtum noo hoc & habetur,
Mox mediatores, Regem de pacis amore
Explorant, rogitant, pacem oe differat iſtam,
Annuit hoc tandem memoratus Rex ſimulanter,
Ductores pacia oituntur; ut ipſa Ducatrix
Compleat hanc pacem, quam Rex ſe dicit amare,
Credere quæ dictia laicorum diſtulit iſtis
Multis accitia Abbatibus ac Heremitis,
Præſulibúsque ſacris, ait illia fœmina pacis;
Si fieri poſſit pax juſtè dicere poſcit,
Reginua Præſul, ſpeculum quaſi lux, Heribertus
Cum reliqois planè faciendam confore pacem
Aſtruit, adjungens tribulatio temporis urget,
Mens Dominæ flecti quaſi cœpit in his quoque Verbis,
Reſpondit tandem dicena Heremita Joannea;
Abſit ne fiat, quia pax hæc eſt ioimica,
Spiritui ſancto, Patri, proprio quoque oato,
Ergo ſudores ammittea atque labores,
Tantos pro Chriſti, quos nomine ſuſtinuiſti?
Ne titubes, pugna, quoniam Victoria multa
De prope de Cœlo veniet tibi, dante ſereno
Chriſto pro Petri precibus, qua læta frueris.
Fructificante fide fructum generant Heremitæ
Iſtius verba, verus fuit inde Propheta.
Nam Regis pactum Comitiſſa reliquit inactum
Atque fidem ſummam ſervare ſpopondit alumna
Petri, donec ei vitam dederit Deus ævi.
Turba ſacerdotum firmatur Catholicorum
Antè volunt lethum, quàm Regia denique fœdus
Colloquium digoum Carpineti fuit iſtud:

Rex

Rex Montem belli non ceſſans tundere bellis,
Machina ſuccenſa ſua fit prope quippe Cucherlam,
Dum geritur bellum ruit unus filius ejus,
De quo Rex latè doluit, miſitque cadaver
Veronam, pulchrum fabricatur eique ſepulchrum;
Eſſe videns Caſtrum Rex inſuperabile factum;
Per campum latum densè reboare tubarum
Voces præcepit diſcedens inde quievit
Continuo Caſtrum Montis belli memorandum
Æmyliam quippe tunc Rex pervenit & ipſe,
Atque ſtetit ſoles paucos ibi ſubdolus ore,
Inde movens Caſtra, finxit ſe pergere Parmam;
Tempus erat clarum rediit retro Cavilianum,
Ac memor eſt factus Canoſſæ quæ mala paſſus
Sit, nudis quando plantis illic ſtetit, algor
Nix paritérque pedes illius coxit; habere
Nunc ulciſcendi tempus, ſe credidit ex his,
Canoſſam vero Comitiſſæ cohors ſua nec non
Venerat, útque ſapit Regem fore Caviliani
Militiæ partem forti dimiſit in arce;
Ac partem ſecum tulit, it mox Bibianellum;
Semet commendans Apollonio, bene ſperans
Salvari poſſe meritis ipſius ab hoſte,
Dum fuit ad Montem Jumignæ, denſius hoſtes
Per Lintregnanum montem veniont pede raro,
Hi duo ſunt montes vicini, ſenſit abhorrens
Utraque pars ſtrepitum Dominæ pars Bibianellum
Intrat feſtinans, Regisque phalanx Canuſinam,
Vexillo largè tenſo, properavit ad arcem
A Domina proceres aliquanti tunc rediêre
Retrò, viri Regis quos quærit ducere belli
Ad pugnam, Bellum renuunt hi, cùm cito tendunt
Ad reliquos Arcis, quos hortatur ſimul armis
Arreptis, Regi fidenter bella rependi.
Cùmque tubæ magnæ reboant Abbáſque Joannes
Cum Monachis Pſalmos pſallebat, cordéque ſanctos
Depoſcens omnes, locus ut tueatur ab hoſte;
Extitit orta ſatis caligo maxima ſtatim,
Abbas orabat, pugnabat plebs memorata,
Vulneribus ferri jaculatur concio Regis,
Ex populo terræ jaculatur non niſi certè
Unus qui multas pilo pulſaverat ulnas,
Vexillum Regis geſtabat natus Oberti,
Ad ſe qui rectum cùm vidit tendere ferrum;
Evitans ictum lorica nimis trahit ipſum,
Nam cecidit terræ, currit quidámve pedeſter,
Accipiens haſtam vexillum tollit ad aſtra
Vix relevatus equo prædictus Marchio, retrò
Ad Regem ſurſum, qui monticulum ſtetit unum,
Cum ſociis cunctis rediit, ſimul ac ibi juncti
Ob nebulam grandem cùm nullus viderit arcem,
Rex volvit frena, Bajaoum tendit, habebat
Cor nimiùm mœſtum, videt erga ſe quia tempus
Mutatum, libras per millia quattuor iſtam
Nollet habere viam calcatam: ſcire nec ipſam;
Perditio ſigni defectum ſignat, ab hinc, quin
Nomen ei creſcit, quod dicitur, *officiperdi*.
Para Mathildis ovans Chriſtum veneranter adorans,
Ad phanum defert Apollonii reverenter
Vexillum Regis, quod adhuc ibi conſtat haberi;
Hæc dum fiebant October rura colebat,
Rex una mœſtè Bajaoi nocte quieſcens
Manè Padum juxtà properavit, & inde ſecunda
Luce Padum tranſit, decreſcens omnibus annis,
Concio Mathildis loca de prope plana petivit,
Eridani Limpham poſt hæc tranſivit & ipſa,
Terras paulatim dudum quas nota ducatrix
Perdiderat, ſcutis illius denique viri
Reſtituunt gentes ferientes quáſque rebelles,
Redditur, & Turris Dominæ Gubernula multis,
Regis de rebus honorata ſat & ſpeciebus
Reddita non longè Ripalta fuit ſibi poſt hæc,
Augmentum magnum pia pars habet hoc & in anno.

De ſaparatione Praxedis Reginæ ab Henrico Rege, & de adventu Papæ Urbani in Longobardiam.

AUgurium pejus Regi quoque contigit ejus, VIII.
Flagitium prorſus ſua cœpit ſpernere conjunx, *Lege Baron. Anno 1093.*
Quod taceat metrum, nimis hinc ne degeneretur. *1094. 1095.*
Aſt de Regina Praxede tamen metra dicant;
Sic timet ipſa Virum, dentem velut agna lupinum,
Cùmque timore tremit, furtim munimina quærit
Mathildis, poſcens, ut eam diſiungat ab hoſte,
Aſpiciens Debora nova tempus in eſſe vel horam,
Hunc ut proſternat Siſaram, clam quippe catervam
Veronam mittit, Regina manebat & illic
Privatum venit, defertur, læta recedit
Regis eam ſervi perdunt ſtrepitu ſine belli;
Suſcipitur rectè, reverenter, nobilitérque,
A Domina ſanè Mathildi, quæ quaſi Rachel
In Siſaræ magnum nunc fixit tempore clavum,
Creſcit ob id felix Chriſti Victoria plebi,
Eccleſiæque Duci paſtori ſcilicet Urbis;
Hanc rem Reginæ miſſi referunt Comitiſſæ:
Hoc quicumque ſcelus cognoſcebat fore verum
Spernebat Regis ſectam, paritérque Guiberti.
Partibus in cunctis pars Petri maximè ſurgit.
Dux bonus Urbanus factis & nomine clarus,
Eſſe triumphandi tempus de principe * Rabin ** Raſin.*
Percipiens. Romam dimittens, venit ad oras
Longobardiæ cum conſilio Comitiſſæ,
Quæ ſuſcepit eum, ſanctum penitus quaſi Petrum.
Pontificis dextra benedicitur iſta poteſtas.
Tunc Paſtor ſanctus Synodum celebravit & annus *Bar. 1095.*
Chriſti millenus nonagenus quoque quintus;
Primus erat menſis cùm naſcitur humor in herbis;
Ore Sacerdotum damnantur facta malorum,
Ac *Hæreſi* Papæ Guiberti ſcilicet *archæ*
Regis & Henrici, Domini quia ſunt inimici,
Affuit his dictis Praxedis, & ipſa Mathildis,
Catholicos plenè benedixit Papa fideles,
Hanc Synodum ſanctam Placentia continet ampla,
Expleta Synodo Dominæ, quam ſæpe recordor,
Papa vale dixit, Clericis comitatus abivit,
Permultas Urbes, curans convertere plures
Gallia quem Patrem ſuſcepit maxime carè.

De obſidione Nogaræ.

VIlior effectus ſolito magè Rex, velut exul, IX.
Quid faciat neſcit, non nocte diéque quieſcit;
Fronte carens, tandem reſilire putavit, ùt antè,
Civibus accitis ſecum Veronenſibus, ivit,
Vallavit Caſtrum Nogaræ forte vel amplum:
Hoc diſcunt aures Mathildis, novit ut autem,
Mox accerſitos Motinenſes corpore firmos,
Eridanum tranſit, quam tunc Gubernula gratis
Suſcepit noctu, ſed non Regem latet hoc, nec
Exanguis factus, qui Rex nimis & ſtupefactus
Se mox inde movens in eadem nocte, timore,
Quo Deus Aſſyrios quondam ſtupefecit iniquos;
Quando Samariam circundederant ferè dira
Pervalidáque fame, fore victam non titubarent,
Surgunt nocte tetra tremefacti. Vaſcula, frena
Diverſas veſtes, obliti ſunt ſimul enſes,
Longè ſecedunt, urbs divitiiſque repletur,
Ipſe Deus Regem fecit trepidare repentè
Iſtum, Mathildim fugiendo, nocte reliquit
In Caſtris vaſa, ſeu frena, capiſtria ſana,
Caſtrum Nogaræ Comitiſſa gliſcit amare
Manè recepit eam, vehementer ùt eſuriebat,
Cum proprio cœtu ceu Judith ipſa beetur
Non ſemel hæc Regem necat ùt Judith Olofernem
Crebro ſed impellit, ſibi muſcipulas quoque tendit,
In quibus ille cadit, ſe quando cavere putavit.

Quid in Galliis Papa Urbanus lucratus eſt, & de reverſione ſua ad Italiam.

X. URbani Galli Papæ Petri quaſi ſancti
Dicta receperunt, & ei bona multa dederunt,
Bar. anno 1095. N. 49. Verba ſalutis eis dabat hic Paſtor vice Petri,
Nam docuit ſummus Pater illos ire ſepulchrum
Ad Domini noſtri, locus ut purgetur, & hoſtis
Inde repellatur populus Pagaous amarus,
O fidei ſemen bona germina quot modò præbes
Cùm rutili flores refluunt Paſtoris ab ore,
Et patiunt fructus Domini dignanter in uſus,
Nam genitor carum pro Chriſto linquere oatum
Et genitus Patrem cœpit dimittere planè;
Atque Vir uxorem contra dimittere morem
Sexus uterque Deo gliſcit parere ſereno.
Certatim currunt Chriſti purgare ſepulchrum,
Francigenus cunctus populus, de quo ſuit ortus
Urbanus Paſtor, præſertim pergit ovando,
Cúmque duos annos feciſſet ibi ferè Paſtor,
Italiam rurſus rediit, fuit atque locutus
Miti Mathildi, quæ Domini verba Magiſtri
Præſulis ac ſummi, mentis dulcedine ſumpſit,
Quam Pater abſolvens, benedixit eam ſuper omnes,
Atque Vale dicens ſibi, Romam tentat abire:
Ut Cathedram Petri purget, quam prava Guiberti
Seſſio polluerat, per longum tempus habebae
Corruptam legem Canonum pariter quoque Regem,
Urbanus Rhetor velut ambierat, prius ergo
Romanam ſedem mundavit ab hoſte, celebre
Illius nomen creſcebat, maxime Romæ,
Plebs ſuſcepit eum, pepulit Romana Guibertum;
Ejectus nempe foris Urbem, ſtare Ravennæ
Aſſiduè cœpit, mortem ſuus Oddo recepit,
Propter Papatum non liquerat hic dominarum.
Ravennæ credens quandóque linquere ſedem.

De receſſu Chonradi ab Henrico Patre ſuo, & de morte Papæ Urbani.

XI. PEtre Pater præſtò precibus dictandis adeſto,
Ut doceas ſenſum noſtrum componere verſum,
Unam dictemus plagam, qua Rex ſuperetur,
Fraocigenas partes Urbanus dum peragraret
Longobardiæ ſtabat Rex hactenus ille;
Cui fortuna vetat, ferat ultra ne Diadema,
Ægypti Regem, quæ perculit ultima Regem,
Iſtum plaga ferit, primogenitus ſibi cedit.
Mortuus Ægypti primogenitus fuit; iſti
Noo obiit, vivus, ſed ei gravis eſt inimicus,
Factus, ob ejus opus, quod erat nimiùm ſceleroſum,
Chonradus dictus fuit hic de chriſmate tinctus,
Ingenio pollens, genitorem prorſus abhorrens,
Se Dominæ largis Mathildis ſubdidit alis,
Quæ veluti dignum valde carúmque propinquum,
Mox ſuſcepit eum laudans ut Rex vocitetur,
Illius tractat patrem, ſic Heſter ùt Aman:
Abſtulit uxorem ſibi primitus, & modò prolem
His motus damnis ſeptem ſtans inſimul annis
Italiæ, Regnum Gallorum viſitat exul,
Sic procul ejectus Chonradus filius ejus,
Cum Domina ſtabat jam ſuprà commemorata
Conſilio cujus pulcher juvenis, rubicundus,
Ac prudens verè, Siculam duxit mulierem,
Rogerii natam Ducis, huic Juveni quoque Papa,
Bar. 1099. Credere ſi vellet ſibi, Regem non vetat eſſe,
Non erat hic Rector tremulus quaſi cannula vento,
Sed veluti ferrum truncabat noxia verbo.
Ut cervum ſerpens, hæreſum ſic turba timet quem;
Cuncta ſibi prava ſubdontur dogmata falſa,
Nunquam decrevit libertas denique ſedis
Romanæ per eum, ſanctum peramat quia Petrum,
Aureus Antiſtes color optimus extitit iſte,
Scilicet Urbanus ſanctis merito ſociatus,
Talem, væ Romæ! cùm perdidit opilionem.
Mortuus eſt Romæ digno conditus hooore
Julius ipſe dies binos cùm dat propè finem
Anno milleno, nooagenóque noveno
A nato celſo de prima Virgine Verbo.

De electione Paſchalis Papæ, & de prava Guiberti morte.

POſt quem Papa bonus laudatur Relligioſus, XII.
Valde Paſchalis, conſecratur quoque ſtatim
Io verbis planus, per Romam prorſus amatus,
Dans agapem grandem, nutriens inopes, tribulaotes,
* Dogmate pro Chriſti certanti porrò Mathildi * Bar. Tom. 12. Anno
Signatos apices benedicentes ſibi mittens 1100. N. 7.
Illos ut mores teneat, monet, anteriores
Quos docuêre Patres ipſam vehementer amantes.
Simplicitate Pater ſancti Jacob Patriarchæ,
Paſchalis regitur, ſecum oeque ſubdola vivunt,
Plaoiciem cujus didicit Guibertus homullus,
Mox Antichriſti ſedem ſibi tollere gliſcit;
Qui Sutrium venit, Cives ſeducere cœpit
Romanos, parvos precióque nimis ſimul altos;
Atque Viam Domini Petri faciebat hic hoſtis Bar. loc. cit.
Cuſtodire, Viros ſpoliare jubens peregrinos; N. 16.
Hic per viginti tres annos denique Chriſti,
Eccleſiam niſu toto turbârat iniquus,
Dum potuit multos animos ſeducere ſtultos,
Deſtitit infelix nunquam nec corpora lædit,
Illius magnus Mundus jam deſpicit actus,
Eccleſiæ cunctæ Petre jam præbe promocunde;
Iſte Senex ut hebes, homines ſinat eſſe fideles,
Poſt annos binos Urbanus erat quòd ab iſto
Seclo portatus, Cœlique Choro ſociatus;
Iſte dolore gravi tactus Guibertus inanis
Mortuus eſt; ſecum portans anathema per ævum,
Propterea Cœli populus paritérque fidelis,
Exulténtque boni, periit quia perditionis
Filius, ut ſurgat ſimilis non det Deus unquam,
Dictator quidam, de quo metra protulit iſta:
Fletibus & lachrymis eſſes Guiberte dolendus
Fletibus & lachrymis, ſi fortè fores redimendus.
Sed nulli gemitus poſſunt tua facta piare,
Quem mors non potuit de perfidia revocare.
Non eſt Conſilium quod poſſis vivificare,
Ad ſe quem ſprevit Deus in finem revocare,
Vivens & moriens nobis exempla dediſti,
Quòd membrum Sathanæ non ſit de corpore Chriſti;
Non dominum, ſed dæmonium vivens habuiſti;
Non Dominum, ſed Dæmonium moriens habuiſti,
Ergo ſatis claret quòd qui tua facta ſequentur,
Pro ſimili culpa ſimili gladio ferientur.

De obitu Chonradi Regis, & obſidione Ferrariæ.

SCribere res geſtas cùm noo ſit res iohoneſta; XIII.
Carmen adeſto meum ſic oe promas oiſi verum.
Infra Chonradus Longobardos Comitatus,
Dum ſtaret, diſcors à Mathildi fuit ipſo
Tempore, duravit modicum diſcordia talis:
Nam petiit partes Tuſcanas Rex, ibi tandem
Nobilibus quidam ſacientibus expulit iram;
Ad pacem firmam rediit benè cum Comitiſſa
Poſt iſtam pacem febre tactus, Julius autem
Menſis erat magnus moritur Chonradus & annus,
Tertius, Urbanus quod tranſierat memoratus,
Ejus habet corpus Florentia florida prorſus,
Poſt hanc æſtatem libet Autumnum memorare;
Qui venit, duros in quo Ferraria muros
Obſeſſos ſenſit, fuerat quia facta rebellis
Ipſa Ducatrici, nec ei ſervire cupivit;
Contra quam gentes numero ſine duxit & enſes
Tuſcos, Romanos, Longobardos galeatos
Et Ravennates, quorum ſunt maximè Naves.
Circumſtant equidem multæ maris atque carinæ,

A Du-

Digitized by Google

A Duce præclaro tranſmiſſæ Venetiano;
Conſiderans demum Ferraria ne ſuperetur,
Optavit pacem magnæ Mathildis amare,
Vincere cui vivos eſt ſemper mos inimicos.

Quòd Papa Paſchalis ob piam tutelam Dominæ Mathildis direxerit in Longobardiam Venerabilem Cardinalem Bernardum.

XIV. AUxilio Petri jam carmina plurima feci,
Paule doce mentem noſtram, nec metra referre
Quæ doceant pœnas mentes tolerare ſerenas,
Paſcere paſtor oves Domini Paſchalis amore
Aſſiduo curans Comitiſſam maximè ſupra
Sæpe recordatam Chriſti memorabat ad aram;
Ad quam dilectam ſtuduit tranſmittere quendam
Præ cunctis Romæ Clericis laudabiliorem,
Scilicet ornatum Bernardum Presbyterum,
Ac Monachum planè ſimul Abbatem quoque ſanctæ
Ambroſiæ Vallis factis pleniſſima ſanctis.
Quem reverenter amans Mathildis, cum, quaſi Papam,
Cautè ſuſcepit, parens ſibi mente fideli;
Qui vir Cœleſtis tantùm Cœleſtia verbis
Et factis monſtrans exempla dabat bona coram
Omnibus, & dignum fructum Domino genuit tunc.
Illius nomen ducebatur procul ore
Multorum cujus populus de nomine fultus,
Urbis Parmenſis pars major cum vehementi,
Voto devotè ſanctum petiit ſeniorem,
Pergeret ut Parmam multis erroribus atram,
Quos procul errores Pater hic depelleret ore,
Annuit his dictis eum conſilióque Mathildis.
Spéque fide fulgens Clericis comitatus ad Urbem
Perrexit; ſanctæ dormitio Virginis atque
In medio menſe, qui ſextus noſcitur eſſe,
Tunc celebrabatur, quo feſto Parma beatur;
Majus ibi Templum Mariæ nomine fertur,
In quo plebs tota Chriſtum Parmenſis adorat,
Vitque placens Chriſto patiens Bernardus in ipſum
Introiit Phanum, Miſſam cantare paratus,
Verba volens Regni populo narrare ſuperni.
Miſſam devotè pro feſti cœpit honore,
Pòſt Evangelica plebi retulit ſua verba,
Quæ propter Regem nonnullis diſplicuère;
Dum Calicem ſancta vir mitis ponit in ara,
Supplicet ut Chriſtum pro cuncta plebe benignum,
Hinc clamor multus, vulgi ſonuitque tumultus;
Nam blaſphemias cœpit depromere diras;
Adversùs Chriſtum ceu Judæi Crucifixum;
Plures dicebant; moriatur Pſeudopropheta,
Clamabant multi; ſeductor corruat Urbis
Hic, ajunt, intus Regis ſter non inimicus,
Enſes denudant, mulierum vox ſonat una,
Si ſinitis vivum, Regem perdetis amicum;
Non vivus vadat cupitis ſi vivere, clamant
Vitrea vaſa cadunt, haſtis franguntur in altum
Erectis, longè patris ſocii ſimul omnes
Fugerunt; Abbas Thebaldus maximus aſtat,
Cum patre ſolus ibi, cervicem monſtrat & infit,
Cede meum Collum, mortem gratanter hic opto;
Mox frameam quidam per collum traxit ob iram,
Illius parvum ſibi fecit vulnus & artum,
Intrepidus ſtabat læta facie ſuper aram
Chriſti; Bernardus patiens, ſapiens, venerandus
Cùm vidit vulgus ridere ſuum quaſi vultum,
Clamavit dicens; ſpeciem Zabuli gerit iſte;
Tollatur ſtatim, tundatur carcere, flagris;
Iniecitque manum ſuper ipſum cujus avarus
Et foris aſportant, heu Miſſa relinquitur orta
Non Dominæ Magnæ Dormitio Virginis almæ
Non altare Dei, ſed nec reverentia Petri,
Terruit hanc gentem Phariſaica facta ſequentem
Capellam totam, quam præbuerat pretioſam
Huic Domno digno Comitiſſa Mathildis, in ipſo
Templu confeſtim rapuit plebs peſſima fregit,
Nuncius è multo vicino, manè ſecundo,
Scilicet ad grandem Comitiſſam venit, & hanc rem
Notificavit ei, quæ dans ſuſpiria flevit;
Atque ſui fortes athletæ juſſit ut omnes,
Adversùs Parmam deferrent inſimul arma,
Fines tunc tempe retinebant hanc Motinenſes;
Ut volucer velox citò pergens hæc pia verò
Parma die terna prope ſenſit eam timet, ex qua
Nobilibus vaſis illius reddere ſtatim
Injuſtè captum ſtuduit ſupra titulatum,
Et dominæ cunctam Capellam reddidit, ultra
Non aliquid retinens, vitare pericla requirens,
Quæ non vitâſſet, niſi vir patiens adamâſſet.
Civibus indulſit Comitiſſa Mathildis, & Urbi
Juſſu Bernardi, cujus pietate remanſit;
Mille Dei nati tunc centum quatuor anni.

De obitu Regis Henrici Tertii.

DIctus jam dudum Rex quo ſit fine ſolutus, XV.
Scilicet Henricus, volo mundi diſcat amicus,
Cùm ſcierit, noſcat faciendum quid ſibi conſtat;
Rex ſuprà ſatus vivens erat illaqueatus
Actibus in pravis, ſemel at ſe diſſimulavit,
Converti pleno quod fecit corde veneno,
Schiſmaticos ſemper coluit tenuitque libenter;
Hinc exardeſcens minor ejus filius, enſes
Elevat adversùm genitorem, tollere Regnum
Quærit ei, duram ſecum committere pugnam
Non piguit campi, quem bellando ſuperavit,
Mœſtitia multa per totum tempus abundans,
Undique confoſſus, quaſſatus, & undique tortus;
Mortem non ſperans demum tamen ipſa catena
Mortis eum ſtrinxit; rapuit de corpore triſti;
Auguſti quarto defungitur Idus in anno
Chriſti milleno, centeno denique ſeno
Ad templum Spiræ dormit, quod ſtruxerat idem.

Congrua exhortatio Paſchalis Papæ.

PEtre Paule Duces orbis, caput omnis in Urbe, XVI.
Inſectatores veſtri ducatus homones
Penna corvina loca jam peragrant peregrina,
Hæc alba penna, vos Papæ mittite verba:
O Paſtor Rector Paſchalis ſumme ſacerdos
Hæc meditans tracta, prudenter duc tua facta,
Eccleſiam Chriſti de Regno mortis abyſſi
Ereptam gaude, ſtet ut aſpice libera cautè,
Illius pacem non ulteriùs violare
Ullus præſumat, caveat Pater hoc tua cura.
Velle tuum firmum ſuper illum ſtet Crucifixum,
Qui ſemet morti pro ſponſa ſubdidit hoſti.
Tu cui commiſit Chriſtus, ſponſámque reliquit,
Proſpice perfecti commendatam tibi ſemper
Reddere feſtina ſponſo ſponſam ſibi dignam,
Ferro priùs mortem, malè quàm violetur ab hoſte,
Nullus eam raptor rapiat tibi, nullus amator
Falſus, ſeducat blandè virtute nec ulla,
Scit Dominus Chriſtus; quia ſi ſteteris benè firmus,
Libertas ſponſæ nunquam minuetur ab hoſte;
Omnia nec Roma ſub te Regnique coronam
Nemo ferre valet, tribuas niſi tu ſibi planè,
Qui geſtabit eam ſine te, præceptor habenas
Tu regis atque tenes, vacuus poterit remanere,
Dum falſus quidam ſponſam lacerare benignam
Non timuit, tecum plures vigilare ſtuderent,
Inter quos promtè Mathildis, filia ſponſæ,
Pervigil & fortis, perverſos ſæpe remordit;
Fervida bella nimis cum Rege potenter inivit;
Nam per triginta duravit tempora firma,
Nocte die bellans Regni calcando procellas;
Finis adeſt guerræ, Requiem rogat ut ſibi præſtes,
Si tibi creſcet opus, nunquam deerit tibi robur
Et vis, & agnoſces; quia Petri non amat hoſtes.

De adventu Papæ Paſchalis in Longobardiam, & in Gallias.

XVII. POſt obitum Regis prætaxatique Guiberti,
Eccleſiæ ſanctæ pax cœpit creſcere valde,
Errores ceſſant, redeunt & vera neglecta,
Adverſus Papam contra ſedemque beatam
Auſus nullus erat conſurgere, ſed reticebant;
Optabant omnes ut pergeret ipſe per orbem
Corripiens, ſolvens, medicaos contagia, ſordes,
Tale videns tempus Paſchalis Papa verendus.
Exiit à Roma, quem Plebs ſatis omnis honorat;
Longobardiam devenit ad hanc Comitiſſam,
Cui venerare patrem jugiter mos extitit altè,
Hæc eſt Mathildis, quæ gaudens obviat illi,
Lætitia multa Papam ſuſcepit abundans,
Omnibus ipſa bonis Regni decus eſt & honoris,
Bar. 1106. Juxtà túncque Paduni tenuit Synodum memoratus
Papa, ſuum miſſum direxit natus ad ipſum
Defuncti Regis, quærens ut jus ſibi Regni
Concedat, ſedi ſanctæ cupit ipſe fidelis
Eſſe velut matri, ſubjici ſibi vult quaſi Patri,
Regis Legati Pater almus verba beavit,
His aderat dictis cum multis alta Mathildis,
Quæ laudans Regis pia miſſi verba petentis,
Reſponſum Patris cum cunctis magnificavit,
Tunc veniunt Cives Parmenſes, Pontificiſque
Summi devotè quærunt revereuter amorem,
Ut tribuat Parmæ paſtorem corde rogantes,
Pontificem Parma petit illum, quem ſpoliarat,
Olim Bernardum Monachum valde venerandum,
Eccleſiam Parmæ Mariæ Virginis almæ,
* hanc. Urbs eadem Patrem rogat hunc, ut * nec quoque ſacret.
Lætatur Papa, quòd filia peſſima Parma
Dedita nonnullis erroribus, inſita nugis
Ad gremium dignæ matris rogat ipſa redire,
Tunc erat & menſis qui ſcindit rura juvencis,
Annus millenus centenus ſextus habetur.
Bar. 1106. Caſtrum Guarſtallæ Synodi locus extiterátque
N. 41. Inde pius Papa diſcedens ad memoratam
Advenit Parmam faciens ibi quæque rogârant:
Nam ſacravit ibi templum Chriſti Genitricis,
Dans ibi decretum, ne ſubjaceat niſi Petro,
Clavigero Cœli, ſimul ipſius quoque ſedi.
Hoc venit templum Mathildis ad aſpiciendum
Donum tale dedit, placuit quod maximè Plebi,
Pontificem ſacrans Bernardum tunc ibi Papa;
Juſſit eum Papæ vice ſancti degere Parmæ,
Hincque vale dicens Dominæ ſæpiſſimè dictæ,
Francigenos fines petiit venerabilis idem
Fructificans multum ſpatium per temporis unum,
Illic poſt annum redit retrò Paſtor amandus
Ejus ad obſequium Mathildis mox reperitur
Prompta loquens ſecum, Romam redit citò Præſul.

De legatis, & de primo adventu Quarti Henrici Regis in Italiam.

XVIII. REx novus exaltans, tendénsque ſuas procul alas
Bellando terras ſuperabat, & inclita Regna
* Redundat Quartus hic Henricus * prudens eſt calliditatis amicus,
Qui contra Petrum ſanctum fore ne videretur
Bar. anno 1110. Mille, decem, centum, Chriſti dum tempora creſcunt
Pontifices magnos Comites direxit & altos;
Magnificam Romam pro Regni quippe Corona,
Filius eſſe Petri ſi vult Rex atque fidelis,
Papa dabo Romam reſpondit eique Coroneam;
Dum redeunt iſti ſeu perrexére, Mathildis
Ipſos ſuſcepit, dedit illis plurima, læti
Ad Juvenem Regem poſtremum, qui rediêre
Ipſe manum fortem coadunans mox in eodem
Scilicet anno, cum multis galeatus in ortu
Autumni venit, Longobardóſque peremit,
Ardens, devaſtans illorum maxima Caſtra,
Urbes munitas ejus perterruit ira,
Urbs ipſa geſtit fieri Novara rebellis,
Flammis ſuccendit quam muros poſt quoque fregit,
Aurea vaſa ſibi, nec non argentea miſit
Plurima, cum multis urbs omnis denique nummis,
Nobilis Urbs ſola Mediolanum populoſa,
Non ſervivit ei, nummum neque contulit æris,
Italiæ nulla Comitis domus, ſue ducis ulla,
Reperiebatur, de qua Rex prætitulatus
Multum curaret, quis quibat eas ſuperare;
Sola Mathildis erat, quæ Regem ſemper habebat
Exurſum multum certaminibúſque repulſum.
Arcibus in claris ſtabat tunc ipſa Ducatrix,
Ultramontani proceres multi quoque clari
Ad quam venêre miraturi mulierem,
Pace laborabat pro cuius Réxque flagrabat,
Uſque Tari ripam venit Rex pace petita,
Tunc validè docta linquens Comitiſſa Canoſſam,
Fortè vel excelſum pervenit Bibionellum:
Regis cum miſſis magnis ibi plurima dixit,
Et de pace loquens, de Regis honore ſuóque,
Utraque pars tandem pacem laudavit eandem.
Sed contra Petrum non promiſit fore ſecum,
Francigenam ſtratam tenuit Rex, pace peracta;
Tranſivit certè tunc incipiente Decembre,
Montem Burdonis Tuſcanæ fluxit in * horis, * oris.
Gens trepidat cuncta, nummos ſibi dátque tributa,
Ceu Longobardi, ſic Tuſci ſunt tremefacti,
Cum Florentinis celebravit denique Chriſti
Natalem, denſa plebs hæc ſibi contulit eſcas,
Urbis Aretinæ muros ruit, uſſit & igne,
Idus in quarto Februi Romæ fuit almo
Paſchali Papæ mandans, quia vult venerare,
Ipſius juſſum, nec Epiſcopium cupit ullum
Vendere, præbere, niſi dux pius ipſe juberet,
Exultat Roma concurrens undique tota
Papa, Sacerdotes, Levitæ, plebs ob amorem
Regis, majores, Juvenes, paritérque minores,
Fœmineus ſexus, Monachi, monachæ quoque centum,
Lampadibus multis cum claro lumine ſumptis,
Antiquo more proceſſio Regis honore
Facta fit extenſa nummis ejus cooperta,
Intrârunt Templum ſancti Petri reverendum,
Rex altare petens humilis ſatis, & bene clemens,
Ibat per ſcalam pedetentim crura plicabat;
Ad ſummum ſcalæ ſua porrigit oſcula Papæ;
Inveſtituram ſuper aram conſtruit unam
Eccleſias nummis quòd nunquam venderet ulli,
Non inveſtiret, jubeat niſi Papa benignè;
Hincque triumphabat Plebs, Clerus, maximè Papa,
Cúmque parat Papa dare Regi quæque rogârat,
Ut veniat, mandat; Rex diſtulit abdita tractans:
Nam Zabulus, priſcus hominum ſeductor iniquus,
Invidis fervens de Regni pace, repente
Perfidiæ ſemen jaciens, turbare fideles
Diligit ardenter, ſunt quæque ſtatuta decenter,
Mox eliſa nimis fiunt; Rex ſic quoque dicit,
Priſcorum morem cupio Regúmque decorem;
Nolo, det ut ſolam mihi domnus Papa coronam;
Anulus aſt fuſtis per me detur volo cunctis
Præſulibus noſtri Regni, ceu mos fuit olim,
Hoc ſibi nequaquam voluit concedere Papa
Ducere quem fecit Rex, hoſpitióque recepit.
Nox accedebat, cùm talia Rex faciebat,
Pootifices, Cives plures capiuntur ibidem,
Atque Cruces ſanctas rapiebat gens Alemanna,
Ebria gens iſta neſcit Chriſti pia dicta;
In lachrymas lætis vertuntur gaudia pacis,
Nocte cohors cuncta ſimul eſt Romana locuta,
Surgunt manè ſpatis, clypeis, & equis faleratí
Concutiunt hoſtes Alemannos corpore fortes
Cædunt, occidunt, & eos penitus quaſi vincunt;
Sed flagrant erga nimis horum quippe Tabernas,
Inſimul ex armis & denariis onerari
Plus adamant nummum, quàm bellum vincere ſumptum,
Longobardorum nimis eſt Rex tutus hic armis,

Ipſum

Ipſum circumdant, Romanis viſcera truncant,
Rex eques electus celeris quo nemo repertus,
Aſtitit ipſe ſuis, cives contrivit & urbis,
Interitu quorum facto nimio populorum
Romani cœptum perdunt miſerabile bellum,
Rex verò Papam tenuit, vi pace negata,
Cum reliquis captus Parmenſis erat venerandus
Bernardus Præſul, Chriſti de dogmate plenus,
Atque bonus ſenior Reginus Epiſcopus illo
Simplicior credo reperitur nemo ſacerdos,
Pro quibus audacter vir facundiſſimus atque
Nobilis Arduinus Longobardúſque peritus
Atque fidelis vir miſſus Dominæque Mathildis,
Alloquitur Regem pactum memorans Comitiſſæ,
Continuò quos Rex finit ire Mathildis honore.
Rumor erat mundo de capto Præſule ſummo,
Qui propter Cives, quos ſecum ceperat idem
Rex, metuens mortem paterentur ne ſimul omnes,
Dum feſtum Paſchæ venit, tribuit ſibi pacem,
Urbem Romuleam ſibi ſubdens, & Diadema
Ipſius capiti ponens, unguit, benedixit;
Ultima lux menſis primi tunc Paſcha revexit:
Numinis undecimo centum poſt mille ſub anno,
Auguſtus planè dedit inclita munera Papæ;
Gaudens ſed feſſus, nec non exercitus ejus
Exiit à Roma, Tuſcanas tranſiit oras
Rectè frena regens, equitans non extrahit enſes
Longobardorum Regnum petiit ſpacioſum,
Illuſtreſque Duces ipſum Regem præeuntes,
Valde nutriti reſalutavère Mathildim,
Pergere nec Cæſar ſapiens uſquam cupiebat;
Reſpiceret faciem niſi jam dictæ Comitiſſæ,
Cùm jam cœpiſſent tranſire dies Madii ſex
Ipſemet acceſſit, ſcit eam fore Bibianelli,
Teuthonica lingua refert pariter ſua dicta,
Non erat interpres ullus ſibi quippe neceſſe
Loc. mend. * Huic promiſit ſimilem ſe Rex nunquam reperire
Cui Liguris Regni regimen dedit, in vice Regis,
Nomine quam *matris* verbis claris vocitavit;
Tréſque dies ſecum faciens, firmum quoque fœdus
Omnino lætus, creſcens jugiter quaſi cedrus,
Ivit cum magnis ultra montes Alemannis.

Quo timore Mantuani ad fidelitatem Dominæ Mathildis redièrint.

XIX. GLoris Chriſte tibi, cujus virtute Mathildis,
Ex toto victrix manet omnibus ex inimicis,
Nam proceres plures comites ſuperavit & urbes:
Regem contempſit cùm ſecum prælia geſſit.
Marchia nolendo ſibi paruit atque volendo,
Mantus crudelis ſibi devetat eſſe fidelis,
Annos viginti per quatuor atque reliquit;
Quod ſibi non ſervit, ſed proditione ſuperbit,
Protulit edictum quocirca maximè dirum
Rex ſcriptus ſuprà, quod ſprevit Mantua dura,
Qui ſtaret quamquam cum forti gente Lemanna,
Ceſſat legatos tamen haud ſibi mittere claros,
Inclita Mathildis cum muneribus bene dignis;
Glorificat Cæſar donis & eam vice verſa.
Accidit interea tribulatio maxima quædam,
Quæ turbat terram pravorum corda revelat,
Atque voluntates reſeravit, & impietates,
Diſſice Chriſte vias tales, abrade ruinas,
Exaudi miſeros Deus, audi noſter egenos,
Atque Ducatrici vitam concede Mathildi;
Cùm morietur enim denudabuntur egeni,
Eccleſiæ ſane fient graviter ſpoliatæ,
Hoc proceres credunt, ſe facturos humiles nunc,
Latro latroni dabit auxilium quaſi proli;
Prædo Prædonem; leo rodet ùt ore leonem,
Viſi nunc flores quid agent quandóque latrones?
Hactenus en vivit prudens Comitiſſa Mathildis,
Sed nimis infirmam Batuncio Mons tenet ipſam,
Pullulat hinc lolium, ſegetem ſuffocat iniquum,
Undique funeſti concurrunt atque protervi;
Defunctam dictam ſuprà referunt Comitiſſam,
Hoc verbum credunt Cives, quos Mantua ſecum
Semper habere ſolet, mox priſcam proditionem,
Ut renovent, tractant exquirunt atque Ripaltam;
Cujus cuſtodes perculſi quippe timore
De propriæ valde Dominæ vita dubitantes,
Seque ſuas proles, ſed non tamen abſque tenore,
Ad populi votum ſubdunt Caſtrum quoque totum,
Tale fuit fœdus, ſi viva Mathildis habetur;
Non adverſus eam Caſtrum retinere volebant,
Sed nimis abſque fide ſunt uſi vivere Cives;
Nam ſub ſe Caſtrum, poſtquam vidère redactum,
Clam malè diſponunt ipſum comburere totum,
Interea prudens Præſul Manfredus ad Urbem
Venit, quod vivam dimiſit ſit Comitiſſam,
Ad cujus dictum populus commotus in ipſum;
Eſſet ni clarus de grandi ſtirpe creatus,
Credo manus in eum miſiſſent, ſed timuère;
Non timor hos Regis cohibet, fœdus neque gentis,
Caſtrum, ceu dudum cupiebant, funditus urunt;
Effringunt turres, lapides portantur ad Urbem,
Per menſem damnum ſcelus hoc non fit patefactum
Infirmæ Dominæ fieret ne cauſa ruinæ,
Menſis erat ſextus, nimis in quo proficit æſtus,
Vix ſed ſanatur ſuſtentatrix Viduarum;
Quæ degaor caſtæ Comitiſſam vivere captent,
Ruſticus atque manu ſulcando ducat aratrum;
Tauros atque domet, paſcat, tuteque laboret,
Carpat iter tutum vivens hæc, atque viator,
Eridani ceſſet piratam nauta timere,
Præſentem vitam donec fruitur Comitiſſa,
Quæ dum ſcit quantum ſibi fecit Mantua damnum;
Dicit, adeſt certum, pereat quo Mantua, tempus;
Offenſas dicas urbs emendabit iniqua.
Scutatas gentes diſponit & arci tenentes,
Celſas ac puppes armatas hanc ſuper Urbem,
Dum nova fiunt hæc ſubitò vulgata per Urbem,
Urbs avibus dives, degit ſed gens ibi triplex,
Ocius explorant quid agant, ſimul atque laborant,
Bellum ferre libet, pars quædam dicit inique;
Noctis nos oſos fore ſat defendere muros;
Pauperior quædam ſe pergere pars ait extra,
Talia jactantes dictis, ac ſtulta putantes,
Pars melior ſurgit, juvenes affatur & Urbes;
Vos juvat, ô pueri, rapto, ceu vivere prædis?
Sed pudeat pueri nos obſidione teneri,
Advena vult miles noſtras incidere vites,
O juvenes fortes fugiat diſcordia longè,
Pars eat ad veniam noſtrorum: ſupplicet illam,
Nos omnino decet cui lætius eſſe fideles,
Hæc pars exhortans melior, fortiſſima corda
Molleſcunt Juvenum: vicit concordia demum,
Accedunt timide poſcunt veniam Comitiſſæ,
Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat,
Non audire preces tales omnino volebat,
Miſſi lenibant animum, ſicut ſibi quibant;
Noſtras offenſas nobis generoſa poteſtas
Quæſumus indulge noſtram tibi pandimus Urbem,
Cuncta tibi juret plebs, quæ verſatur in Urbe,
Dictis iſtorum pariter procerúmque ſuorum,
Vix dedit aſſenſum, quio Urbs affert ſibi cenſum,
Atque Sacramentum minimus populúſque ſuperbus,
Fecit in Urbe ſibi; facti ſunt ejus amici,
Atque velint nolint ſoliti fuerant velut olim,
Hoc etenim pactum Bundeni noſcitur actum:
Tunc erat October prope finem curreret uſque
Computus annorum Chriſti texatur & horum
Quatuor atque decem centum quoque mille recedunt.

Quòd erga Dei cultum Domina Mathildis intentiſſima fuit.

PAlma velut florens Mathildis pollet honore, XX.
Ramos & frondes ceu tempus palma per omne,
Ex toto ſervat virides nimis intus & extra,
Sic viget hujus honor ne deficiat Deus oro,

Bajulat hæc parvos, inopes ſuſtentat & altos,
Iſta Sacerdotes de Chriſti vincit Amore,
Tempore nocturno ſtudioſius atque diurno
Eſt ſacris Pſalmis, ac officiis venerandis
Relligione pia ſatis hæc intenta perita,
Hærent ſemper ei ſapientes maximè Cleri,
Veſtibus & vaſis pretioſis ritè ſacratis.
Nullus ea Præſul ſtudioſior invenietur,
Copia librorum non deficit huicve bonorum,
Libros ex cunctis habet artibus atque figuris.
Immemor eſt nunquam ſervare ſtatuta ſecunda
Bella Dei geſſit; victrix ob id extat inermis,
Rex Paradiſe ſuas ſanctis pro te dare curat,
Vota ſui cordis Cœli complens coloni
Maximè tu Princeps Petre, cui ſua cuncta reliquit
Fluctibus impulſus Ponti, ſaccóque recluſus,
Ille beatus vir levitáque Cæſarius, ſit
Nullatenus tardus, ſed ſit promptiſſimus almus,
Chriſti Clementis Rogitator, ut iſta ſupernis
In domibus vivat, Baratri nec ſentiat iram;
Templa, Sacerdotes, Levitas ipſa decorat
Martyris iſtius, cœpiſſe quod optimè ſcitur,
Olim jam plenè facit Eccleſiam renitere,
Nam cluit ex auro, cluit argentóque decoro
* cui. Amplas * ejus terras, libros, & pallia, gemmas
Contulit, Eccleſias ſcit jam tranſcendere primas;
Hujus opus muſa ſic eſt Canuſina locuta:
Uſquequo mundus erit, ſit ut hæc hera provida quærit
Sanctus Apollonius, Victórque, Corona, Quirinus,
Quærant ante Deum Mathildis ut iſta beetur
Vita Cœleſti, paſcatur pane perenni;
Erga quos rectum det amorem, more Parentum,
Diximus in primis nos de dictamine libri
Ore manu ſi quid inhoneſti ſcribere viſi
Nos eſſemus, item dominæ peteremus eidem
In libri fine patienter ut ipſe feriret,
Zelus perflagrans fecit nos promere tanta,
Officium dictant noſtrum metra nomen & iſta,
Finis adeſt libri, Dominum laudemus Amici.

De inſigni obitu memorandæ Comitiſſæ Mathildis.

COgitat & tractat vir, ſed Deus ordinat apta,
Dictavi binos nuper cum carmine libros,
Quos ego Mathildi Comitiſſæ mittere dixi,
Patres illius codex loquitur quia primus,
Ad laudem cujus manet editus atque ſecundus;
Frivola vitavi, quæ ſcripſi vera probavi;
Lætitia mentis libros dum necto tabellis;
Nuncius advenit, qui me nimia obſtupeſecit,
Dicens extinctam prætaxatam Comitiſſam
Vires diruptæ mihi ſunt, ſubitóque medullæ,
Palpebris dulcis ſomni dormitio fugit;
Viſcera frigeſcunt, ſimul oſſa caróque liqueſcunt,
Quæque laborabam, ſunt è manibus vacuata,
Haud nocet illius mihi mors, tantummodo ſcitur.
Officit omnino rectè viventibus imò
Sunt ubicunque boni fuerant ſibi maximè noti,
Nam qui trans pontum ſeu Galliciæ remorantur,
Chriſto jure preces ex ipſa fundere ſæpè
Curabant, miſſos ſibi mittebántque benignos,
Ejus notitia Patriarcha Hieroſolymita,
Ipſéque Romanus Conſtantinopolitanus,
Lætabantur ita, quòd ei ſua propria ſcripta,
Mittere ſolerter ſtuduerunt atque decenter,
Omnis honórque decus tunc Italiæ ceciderunt,
Dum defuncta cadis Mathildis, clara ducatrix,
Viciſti Reges tibi cunctos atque rebelles,
Conciliúmque tuum nec non rutilum quoque vultum
Totius terræ cupiebant noſcere gentes
Queis reſponſa dabas, omnes & honorificabas,
Stabant ô quanti crudeles atque tyranni,
Sub ſpecie juſta noſcentes te fore juſtam,
Qui diſſolvuntur, jam pacis fœdera rumpunt.
Eccleſias ſpoliant, nunc nemo vindicat ipſas,
Si quis ſe forſan tutor quòd ſit quaſi monſtrat,
Eccleſiæ partem terræ grandem prius aufert.
Morte tua putos Mathildis deficit uſus.
Nam ſolito miles domino ſtudet altius ire.
Deviat à retro greſſu jam Clericus * ergo, * ordo.
Dives edit ſumptus, quos pauper habebat in uſus,
Fiunt diverſæ mundi per climata ſectæ
Quas ô Mathildis prohibebas ritè malignis;
Cauſa tuæ mortis ſcribatur, ut audiat orbis,
Ut tua vita cluit mors ſic tua laude refulſit,
Dum bis quarta manet Indictio jungitur atque Bar. 1115.
Virginei partus, qui currere cœperat annus
Millenus Quintus Decimus centeſimus, illum
Natalem Chriſti voluit celebrare Mathildis,
In quodam pago Bundeno nempe vocato
Octavóque die Roma veniens Pater ille
Relligione ſuper cunctos qui maximè lucet
Scilicet Inſpector Cluniaci Ponzo Sacerdos,
A Domina tanta ſuſceptus, ut inclitus Abbas
More ſuo ſanctis ſurgens cantare Synaxim
Nocturnam, magnus licèt algor ſtringeret artus,
Devotè gracilis ſurgit tamen ipſa Mathildis,
Auribus intentis capiendo verba canentis;
Extenſos cantus non deſeruit ſibi gratos;
Frigore percuſſa, doluit nimis illico gutta
Vixque die manſit Patris ad Miſſam Venerandi,
Cúmque dies luxit, fuit in qua tinctus in Undis
Chriſtus, & in ſtella paganis ſe manifeſtat,
Ac liquidas vertit latices in odore ſalerni
Præſcripti Patris manibus vix ducta ducatrix
Audivit Miſſam, licèt ægra remanſit ad ipſam,
Languida grabato redit officio celebrato,
Abbas dúmque ſibi commeatum planè petivit
Ipſa ſuis fidens precibus, donavit eidem
Pallia, ſacratas veſtes, argentea vaſa,
Atque Crucem ſanctam pulchrè gemmis operatam,
O cultrix Chriſti, quantum ſtudioſa fuiſti.
A te non ullus vacuus diſceſſit homullus,
Si domini certum quiſti ſore diſcere ſervum,
Cùm venit tempus, quod jejunat quoque JESUS.
Jejunare volens hæc debilis ejus amore;
Pontifices adſunt prohibent jejunia, tantùm
Ingentes agapes ſibi præcipiunt dare largè,
Pontificum dictis Mathildis paruit iſtis;
Queis confiſa fuit lachrymis ſua debita puris
Jure ſtolis quorum ſolvi meruit ſeniorum,
Interea languor cùm non ceſſaret ab alvo
Illius inde timens dedit Eccleſiis ſua vivens;
Amplificare ſtudens tunc Eccleſias bene plures
Non eſt oblita quin Eccleſiam Canuſinam;
Semper cara ſibi fuit illius atque propinquis,
Ejus quo circa tribuit ſub jure Filinam
Egregiam Curtem, dantem fruges ſat abundè,
Innumeróſque ſuos famulos jubet hæc hera cunctos,
Ingenuos vitæ poſt ipſius fore finem,
Ægra jacens ſeptem per menſes hæc eadémque
Ante domum lecti recubabat, ubi jugiter ſic,
Juſſit honore Dei, Jacobique pii Zebedæi
Eccleſiam parvam fieri, fuit & citò facta,
Officii veſtes, & agros ad pabula menſæ
Obtulit huic gratis hanc Præſul quando dicavit.
More ſuo Miſſam recubans audivit in ipſa,
Hujus mortales exemplum diſcite tale,
Quæ Chriſto vivens moriens ſervivit eidem, Bar. 1115.
Sex deciéſque novem vivens annos in honore,
Julius ante dies octo, quàm det prope finem,
Scilicet ante diem celebrem Jacobi Zebedæi,
Corpus ei Chriſti pariterque crucem Crucifixi
Porrexit Præſul Reginus corde ſerenus,
Quique bonus ſenior proprio ſit nomine dictus
In manibus cujus Comitiſſa Mathildis ab hujus
Ærumna ſecli jugiter memoranda recedit.
In Cruce nam Chriſto ſua figens oſcula dixit,
Te colui ſemper, mea nunc rogo crimina terge.

Acci-

Accipiens Chriſti Corpus venerabile dixit:
Semper dum vixi, Deus, hoc ſcis, ſpem tibi fixi,
Nunc in fine meo me ſalvans ſuſcipe quæſo.
Sic orans migrat mox hæc ſapiens Comitiſſa,
Quamquam credamus, Deus huic quoque ſit miſe-
rarus
Ipſum nemo tamen ſcit, qui non poſtulet altè,
Ut ſibi concedat Paradiſi gaudia vera.
Te Benedicte pater moriens hæc curat amare
Cœnobiumque tuum ditatur corpore cujus,
Cui prece demonſtra Cœli cognoſcere portas.
In numero major duodenario Petre Paſtor,
Cui propriæ ſortem telluris ſubdidit omnem;
Valvas tu Regni ſibi promptè pande ſuperni.
Edidit hæc ædem tibi, Jacobe, cúmque jaceret;
Speremus quamvis quòd ob hoc ipſam bene ſancis
Maximè cùm letum ſit paſſa tuum prope feſtum,
Ut tamen accurras ſibi poſcimus ante tribunal,
Paſtor Apolloni Mathildim ſpernere noli,
Sit licet injuſtum quod reſpicit ipſa ſepulchrum
Quod tua fert ædes quo patres ejus inhærent.
Alt altare tuum tamen hæc coluit quia multum,
Ante pium Regem veniam ſibi poſce libenter
Virgo MARIA Dei genitrix noctisque diei
Hæc audire tuum non deſtitit officium, nunc
Fac ut te videat, tibi ſerviat, & ſuper æthra
Omnibus in Cœlis habitacula qui retinetis
Paruit in terris nimis hæc in corpore verſans
Vos ſibi nunc omnes requiei porgite ſortem, Amen.

Explicit Carmen mortis Comitiſſæ Mathildis.

Exhortatio Canuſii de adventu Imperatoris, & Reginæ.

PElle timores, ooo & honores candida Petra,
Tempora dudum proſpera multùm læta ferebas
Magna Mathildis quod tibi finxit, tempore multo,
Et genitores nobiliores ipſius ultro
Te peramàrunt, & fabricare denique celsè
Progenies quæ jam requieſcens, deſiit eſſe.
Plangere ceſſa, gaudia ſpecta, ſtabis honeſtè:
Cæſar honorat, téque decorat, ſis ſua ſemper,
Plangere noli, culmen honoris tu retinebis,
Alta Mathildis mortua vivit ſplendida felix
Quæ nova Mater regna beata, téque beabit,
Eſt ſuper illam commemoratam nomine talis.
Cæſaris hoſtes ſint procul omnes, ipſe beetur
Et ſua Conjux fulgida prorſus vivat in ævum.

Chartula Comitiſſæ Mathildis ſuper Conceſſione Bonorum ſuorum, facta Romanæ Eccleſiæ.

IN nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis, Anno ab Incarnatione Domini noſtri JEſu Chriſti M.C.II. quintodecimo die Kal. Decembris Indictione decima, Tempore Domini Gregorii Septimi Papæ in Lateranenſi Palatio, in Capella ſanctæ Crucis, in præſentia Cencii Frangipane, Gratiaoi, Cencii Franculini, & Alberici de Petro Leone, & Benincaſa fratris ejus Uberti de Tuſcia, & aliurum plurium. Ego Mathildis, Dei gratia, Comitiſſa, pro remedio animæ meæ & parentum meorum dedi, & obtuli Eccleſiæ ſancti Petri, per interventum Domini Gregorii Papæ VII. omnia bona mea, jure proprietario, tam quæ tunc habueram, quàm ea, quæ in antea acquiſitura eram, ſive jure ſucceſſionis, ſive alio quocunque Jure ad me pertinent, & tam ea, quæ ex hac parte montium habebam, quàm illa, quæ in Ultramontanis partibus ad me pertinere videbantur, omnia, ſicut dictum eſt, per manum Domini Gregorii VII. Papæ Romanæ Eccleſiæ dedi, & tradidi, & chartulam inde fieri rogavi.

Sed quia chartula nuſquam apparet, & timeo, ne donatio, & oblatio mea in dubium revocetur. Ideo ego quæ ſuprà, Comitiſſa Mathilda, iterum à præſenti die dono, & offero eidem Romanæ Eccleſiæ per manum Bernardi Cardinalis, & Legati ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, ſicut in illo tempore dedi, per manum Domini Gregorii omnia bona mea, tam quæ nunc habeo, quàm quæ in poſterum, Deo propitio acquiſitura ſum, & tam ea, quæ ex hac parte montium, quàm in ultramontanis partibus habeo, quàm quæ in poſterum, Deo propitio, acquiſitura ſum alio quocunque Jure, pro mercede & remedio animæ meæ & parentum meorum; quæ autem iſta mea bona juris mei ſuperiùs dicta, unà cum acceſſionibus, & ingreſſibus, ſeu cum ſuperioribus & inferioribus ſuarum, qualiter ſuprà legavi, in integrum, ab ea die, in eadem Eccleſia dono, & offero, & per præſentem chartulam offerſionis ibidem habendam confirmo. Inſuper per cultellum, feſtucam nodatam, * gantonem & † guvaſcionem terræ atque ramum arboris, & me exinde foras expuli, garpini, & abſentem me feci, & à parte ipſius Eccleſiæ * babendam reliqui, † faciendum exiode * pars ipſius Eccleſia dederit à præſenti die quicquid voluerit, ſine omni mea, & hæredum ac prohæredum meorum contradictione.

** Guantonem.* *† Garraſcionem.* ** Habenda.* *† facienda.* ** Papa, aut cui Papa illius.*

Si quid verò (quod futurum eſſe non credo) ſive ego Comitiſſa Mathilda, quod abſit, aut ullus de hæredibus; ac prohæredibus meis, ſeu quælibet oppoſita perſona contra hanc chartulam quandóque offerſionis * ire agere tentaverimus, aut tam per quodvis ingenium infringere quæſierimus; tunc inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerimus mulctam, quod eſt pœna auri optimi libras mille; argenti pondera quatuor millia, & quo repetierimus, vindicare non valeamus; ſed præſens hæc chartula offerſionis omnibus temporibus firma permaneat atque perſiſtat, * & pergamena cum atramentario de terra levavi, * paginæ Guidonis Notarii tradidi, & ſcribere rogavi. In qua ſubter confirmans teſtibus obtuli roborandam. Actum Canuſiæ feliciter, Mathilda, Dei gratia, ſi quid eſt, in hac charta à me facta, &c.

** jure.* ** cum pergamenam cum atramento.* ** paginam Guidoni Notario.*

✠ *Ego Ardericus Judex interfui, &c.*
Ego Ubaldus Judex interfui, &c.
Signum manu Attonis de Monte Barranzonis & Bonvicini de Canuſia rogati teſtes.

Ego

Digitized by Google

Ego Guido Notarius Palatii, ſcriptor hujus chartulæ offerſionis poſt traditam complevi, & dedi, &c.

LECTORI.

PLacet hoc loco ſubjicere Iconiſmum Guiberti Antipapæ; quem ipſe etiam Domnizo toties nobis depinxit; repertum in antiquo codice membranaceo. Eſt autem iſte.

De Wiberto Papa, quem rex Henricus conſtituit, expulſo Hiltebrando.

WIbertus quondam Ravennas Archi-Epiſcopus, cùm obedientiam, quam Apoſtolicæ Sedi promiſerat, non attenderet, ſed contra ipſam omnibus modis ſuperbire ſtuduiſſet: in Romana Synodo irrecuperabiliter depoſitus & anathematizatus eſt ab Apoſtolica Sede, & ab Epiſcopis totius Eccleſiæ; nec hoc ſemel in una Synodo, ſed in omnibus Synodis, quotquot ſunt ſeptennio Romæ celebratæ. Hic igitur in perjuriis ita inveteratus, & pro eiſdem irrecuperabiliter depoſitus & anathematizatus; ſedem Romani Pontificis, cui obedientiam juravit, per manus anathematizatorum, utpote ſui ſimilium, invaſit, legitimo paſtore adhuc eidem ſedi præſidente. Ipſorum autem excommunicatorum nullus eum conſecrare, vel potiùs execrare præſumpſit, præter Mutinenſem & Aretinum, qui ambo pro ſuis criminibus, jam annis tribus, officio & communione caruerant. Sed hi, etſi officium & communionem haberent, & Romana Sedes paſtore careret, nullum tamen eidem Sedi Pontificem ordinare poſſent. Hujus enim ordinationis privilegium ſolis Cardinalibus & Epiſcopis, Hoſtienſi, Albanenſi, & Portuenſi à ſanctis Patribus conceſſum eſt.

Ergò Mutinenſis & Aretinenſis Exepiſcopi juxta teſtimonium ſanctiſſimi Papæ Innocentii non benedictionem, ſed damnationem, quam habuerant, ſuo Ravennati imponere potuerunt; nec illum in Romanum Patriarcham, ſed in perditiſſimum hæreſiarcham promoverunt. Caveat igitur omnis Chriſtianus, caput Antichriſto inclinare, & ſtatuam Nabuchodonoſor, quam erexit, adorare; Sicque ſe ipſius hæreſiarchæ perniciosiſſimo anathemati innodare. Nam quicunque illi obedierit, qui dixit: *Ponam ſedem meam ad Aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo*, certiſſimè in æternam damnationem ibit cum illo. Iſa. 14.

BER-

BERNALDI
PRESBYTERI CONSTANTIENSIS,
DE
VITANDA EXCOMMUNICATORUM COMMUNIONE,
DE
RECONCILIATIONE LAPSORUM,
ET DE
CONCILIORUM, CANONUM, DECRETORUM, DECRETALIUM, IPSORUMQUE PONTIFICUM ROMANORUM AUCTORITATE
LIBER.

Nunc primùm ex tenebris in lucem vindicatus.

LECTORI.

QUis fuerit, & quæ ſcripſerit Bernaldus Conſtantienſis Presbyter, docuit GRETSERUS in Apologia pro Gregorio VII. Cui etiam varia Bernaldi opuſcula pro Gregorio eodem Pontifice contra Schiſmaticos, antè nunquam viſa, inſeruit. Interea, numine bene amico, ex tenebris emerſit & iſte, qui nunc publicatur, Tractatulus; quem ut vindicem Gregoriani nominis & honoris cum orthodoxo lectore communicare non diſtulimus.

Gebehardus, quem brevi præloquio alloquitur, forſitan ille erit, de quo Bernaldus in ſuo Chronico, Anno M.XC.VIII. *Gebhardus* (ſic enim legendum, non ùt Urſtiſiana editio, Gerhardus) *Venerabilis Abbas Schaffhuſenſis, pro humilitate locum ſuum, annuente Domino Papa, dimiſit; & ab ipſo conceſſionem, ut alius eidem loco Abbas præficeretur, impetravit. Idem Anno MC. Gebehardus, Venerabilis Abbas, qui pridem Schaffhuſenſem Abbatiam pro Deo dimiſit, & hoc cum auctoritate Domini Urbani Papæ, Hieroſolymam cum exercitu Chriſtianorum petiit, qui poſt multos labores civitatem obtinuerunt, & prædicto Abbati ſepulchrum Domini cuſtodiendum commiſerunt.*

Porrò, quidquid in hoc opuſculo Bernaldus diſputat, id eò tendit, ut oſtendat, Gregorii VII. & aliorum recentiorum Pontificum decretis non minorem reverentiam, obſervantiam & obedientiam deberi, ac ſtatutis veterum Pontificum & Conciliorum; ac propterea Excommunicatos tunc à Sede Apoſtolica meritò vitari; reverſos tamen, vel ad meliorem mentem reverti cupientes, jure recipi, & venia donari; Erant enim, qui ſe lapſis in ſchiſma rigidiores, quàm oportebat, præberent.

DOMINO AC VENERABILI GEBEHARDO EVANGELICÆ PERFECTIONIS VIRO BERNALDUS SOLO NOMINE PRESBYTER, NON MORIBUS,

Poſt tranſitoriam hujus vitæ peregrinationem, cæleſtis patriæ æternam poſſeſſionem.

De periculoſa excommunicatorum communione vitanda, in quantum potuimus, veſtræ petitioni ſcribendo ſatisfacere ſtuduimus. Sed & alia adjicere non piguit: quæ non minùs vobis placitura putavimus, videlicet, quid ſit intelligendum de rigore Canonum, ſuper damnatione, ſive depoſitione lapſorum. Item de reconciliatione eorum, ſive hæreticorum. De quibus omnibus non noſtras, ſed ſanctorum Patrum ſententias fideliter collegimus. Harum enim rerum conſideratio, noſtro tempori maximè neceſſaria: in quo ſancta Eccleſia inter excommunicatos & damnatos ſupra modum laborat, ut vel eorum aliquem in ſinum ſuum recipiat, vel ſe ſaltem ab eorum contagio immunem cuſtodiat. Omnipotentis Dei miſericordia vos ſemper incolumem, noſtrique memorem protegat domne frater amantiſſime.

De communicatione cum excommunicatis.

Quantum ex Apoſtolicorum virorum ſententiis colligere potuimus, tres ſunt perſonæ, quas ſancti Patres noſtri ſub excommunicatione multari notaverunt. Principaliter quidem ipſe excommunicatus, qui ſpecialiter ab Eccleſiaſtica communione, judiciario ordine, ſeparatus eſt. Deinde, fautor ejus; qui ei intus, & exteriùs aſſentiendo & cooperando, favere non veretur. Item & communicator ipſius; qui, etſi ejus errori ſe aſſentire non detegat, ab ejus tamen ſe communione non ſeparat. Sed & hi omnes audiant, quid beatus Gelaſius Papa ſcribens Orientalibus Epiſcopis dicat: *Omnes*, inquit, *complices, ſectatores, communicatores, damnatæ ſemel pravitatis pari ſorte cenſentur.* Et poſt pauca: *Acatius*, inquit, *qui Petro communicavit, ùt criminis particeps, ita factus eſt pœna.* Item omnibus Epiſcopis Dardaniæ: *Patres*, inquit, *noſtri auctore cujuslibet inſaniæ, ac pariter errore damnato, ſufficere judicaverunt, ut * quiſquis aliquando hujus erroris communicator exiſteret, * principali ejus ſententia damnatus eſſet; quoniam manifeſtè quilibet vel poſſeſſione ſua, vel communione poſſit agnoſci.* Et poſt pauca: *Forma fidei, communioniſque Catholicæ, Niceno prolato Concilio, Arianos omnes, vel quiſquis in hanc peſtem ſive conſenſu, ſive communione deciderit, ſine retractatione * excludit.* Idem in ſequentibus: *Idem ipſe error, qui ſemel eſt cum ſuo auctore damnatus, in participe quolibet prava communionis effectu, & execrationem geſtat, & pœnam.*

*Edit Rom. Decretal. quiſque.

*Edit. Rom principali ſententia damnationis ejus eſſet obſtrictus.

*Edit. Rom concluſit.

Qualiter autem excommunicatos vitare debeamus, apertiſſimè nobis præſcriptum eſt à SS. Patribus, inter quos Calliſtus (I.) Papa & Martyr quatuor res enumerat, in quibus excommunicatum vitare debeamus; videlicet in ſalutatione, in oſculo, in oratione, in menſa. Nam *quicunque*, inquit, *in his vel in aliis prohibitis ſcienter excommunicatis communicaverit, juxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excommunicationi ſubjaceat.*

Exſtat hæc epiſt. Tom. 1. Concil. novæ edit.

Fautores quoque eorum, & communicatores nihilo minùs vitare debemus juxtà atteſtationem B. Gelaſii Papæ; qui Orientalibus Epiſcopis de Acacio communicatore excommunicatorum ſcribens ita teſtatur: *Nihil nobis commune cum hominibus communionis externæ.* Idem in ſequentibus: *Quid juvat, ſi quis alicui evidentiori hæretico non communicet: & his tamen communione jungatur, qui ab illius communione non ſunt diviſi?* Unde & multi religioſi ex Romanis ſe à communione Anaſtaſii Papæ ſubtraxerunt, eò quòd ipſe cuidam Diacono Theſſalonicenſi communicaverit, qui jam Acacio communicavit. Sic enim * Romanus Pontificalis teſtatur.

Vide Anaſtaſium Bibliothecarium in vitis Pontif. in Anaſtaſio II.

Ideo autem SS. Patres communicatores excommunicatorum æquè ùt excommunicatos vitari voluerunt; quia eoſdem, quaſi, qui ſe ipſos damnaverint, habuerunt. Hinc B. Gelaſius Papa ad prædictos ſcribens de eodèm Acacio: *Quid*, inquit, *queruntur, Acacium à nobis fuiſſe damnatum, cùm recepta communione Petri ſe doceatur ipſe damnâſſe?* Nam, cùm omnis excommunicatus extra Eccleſiam ſit; nullúſque ſimul intra & extra eſſe poſſit; ille indubitanter à Catholica unitate ſe ſeparat, quicunque ſe ab excommunicatorum communione non ſequeſtrat. Jure ergò à Catholicis devitantur, ùt excommunicati, qui ab excommunicatorum communione non ſunt ſequeſtrati.

Sciendum autem; quia, quamdiu mali in Catholica unitate ſunt, bonos, niſi conſentiant, ſua communione non maculant, ſicut B. Aug. contra Donatiſtas frequentiſſimè & irrefragabiliter probat. Poſtquam verò ab Eccleſia ſeparantur, non jam ſola conſenſione, ſed etiam exteriori communione communicatores ſuos maculare non dubitantur.

Unde idem B. Aug. in IV. Carthaginenſi Concilio à CC. XVII. Epiſcopis habito, ſententiam excommunicationis ſua ſubſcriptione confirmavit ſuper eum, quicunque deinceps excommunicato vel in oratione communicaverit. Qua ſententia & ipſi Apoſtoli hujuſmodi communicatorem damnavère, juxta atteſtationem Calliſti Papæ.

Hucuſque de lege excommunicationis veſtræ petitioni utcunque ſatisfecimus. Sed quia non ſine fœnore tam chariſſimo fratri & Domino debitum perſolvere debemus, & alia non minùs placitura vobis ſupererogare volumus; videlicet quid ſit intelligendum

[A] dum de rigore Canonum ſuper damnatione, vel depoſitione lapſorum, nec non & reconciliatione eorum. Nam in hujuſmodi cauſis magna diſcretione indigemus; ne vel nimium rigidi cum Novatianis deſperare videamur de ſalute lapſorum; vel nimiùm remiſſi, zelum Dei non habere judicemur. Et primùm quidem de rigore Canonum.

De Reconciliatione lapſorum.

Locus pœnitentiæ ſemel tantùm antiquitus in Eccleſia legitur conceſſus, nec alicui poſt pœnitentiam iterum lapſo concedendus. Sic enim beatus Siricius Papa in decretis ſuis de hujuſmodi lapſis affirmat: quia jam pœnitendi ſuffugium non habeant: ſed non ita intelligere debemus; quaſi SS. Patres de hujuſmodi lapſorum ſalute deſperarent; etſi eos inter pœnitentes recipiendos [B] denegarent. Non enim hæc ideo inſtituiſſe credendi ſunt, ut homines à pœnitentia, ſed à peccato deterrerent; nec, ut minùs, ſed humiliùs poſt lapſum pœniterent, qui ſe & ipſis pœnitentibus inferiores reputari viderent. Et hoc in aliis criminaliter lapſis, quaſi pro lege obſervatur, ut ab ordine dejiciantur, quem ante lapſum habuiſſe, & in quo peccâſſe deteguntur. Sic nimirum & in ordine pœnitentium conſtituti, ſi denuo labuntur, priſtino ordini non immeritò judicantur indigni.

Non tamen hæc SS. Patres deſperatione veniæ tam acriter decreviſſe creduntur, præcipuè cùm Dominus omnes homines velit ſalvari, qui dicit: *Nolo mortem * peccatoris.* Et: *In quacunque die peccator ingemuerit, ſalvus erit.* [C] Non, inquam, deſperatione veniæ, ſed pro cautela diſciplinæ hæc inſtituta credimus: quod etiam ex verbis B. Auguſtini ad Macedonium Presbyterum approbare poſſumus: *In tantum*, inquit, *hominum aliquando iniquitas progreditur, ut etiam poſt actam pœnitentiam, poſt altaris reconciliationem, vel ſimilia, vel graviora committant. Et tamen DEUS facit etiam ſuper tales oriri ſolem ſuum; nec minus tribuit, quàm antea tribuebat, largiſſima munera vitæ & ſalutis. Et quamvis eis in Eccleſia locus ille pœnitentiæ non concedatur, Deus tamen ſuper illos patientiæ ſuæ non obliviſcitur.* Et poſt pauca: *Quamvis ergò cautè, ſalubritèrque proviſum ſit, ut locus illius humillimæ pœnitentiæ ſemel concedatur, ne medicina vilis, minùs utilis eſſet ægrotis, quæ* [D] *tantò magis ſalubris eſt, quantò minùs contemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere Deo, quare huic homini, qui poſt primam pœnitentiam rurſum ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis? Quis audeat dicere; ergà iſtos non agi, quod Apoſtolus ait; ignoras, quia * patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Aut iſtis exceptis, eſſe diffinitum, quod ſcriptum eſt; Beati omnes, qui confidunt in eum: ac ſi diceret, quis vel hujuſmodi lapſis divinam miſericordiam intercludere valeat: quin & ipſi ſint beati, ſi in Domino confidant?*

* impii. *Ezech. 3.*

S. Auguſt. epiſt. 54.

* benignitas. Rom. 2.

Apud modernos tamen locus pœnitentiæ illis non negatur; [E] quia uſque adeò humana pravitas invaluit, & jugum antiquæ diſciplinæ abjecit, ut ſancta Eccleſia jam multum gauderet, ſi vel ita modò reſipiſcere vellent. Novit enim Dei miſericordiam ad indulgendum promptiſſimam, nec multum diſtare apud DEUM: qua ſeveritate, vel lenitate juxta diverſitatem temporum peccata puniantur; ſi tantùm peccator ex toto corde convertatur.

Sed & hoc nonnullos movet, quod B. Innocentius Papa ſcribens Victricio Rotomagenſi Epiſcopo; aſſerit, virginem Deo ſacratam ad agendam pœnitentiam non eſſe admittendam, ſi nupſerit, eo vivente, qui corrupit. *Ita enim*, inquit, *& in conjugiis obſervatur, ut fœmina vivente viro alii nupta, ad agendam pœnitentiam non admittatur, quamdiu adulter vixerit.* Et hoc utique rigore [F] potiùs diſciplinæ, quàm deſperatione veniæ, inſtitutum debemus intelligere, videlicet, ut homines, vel à tali peccato ceſſarent; quod & locum pœnitentiæ ſibi intercludere non ignorarent. Satis autem congruè hujuſmodi fœminæ ad agendam pœnitentiam quaſi indignæ reputantur, eo potiſſimùm tempore, cùm adhuc vivunt, cum quibus peccavère: quia & tunc de eis ſancta Eccleſia ſcandalizari ſolet, cùm peccatum earum non ſolùm per ipſas, ſed per præſentiam fornicatorum quotidie publicatur. Non ſolùm autem in prædictis, ſed & in aliis Canonum judiciis profectus Eccleſiaſticæ diſciplinæ potiſſimùm attenditur; ut &, qui peccaverunt, corrigantur; & alii, ne peccent, deterreantur. Hinc eſt, quòd quidam nunc VII. [G] nunc X. annis, aliquando etiam uſque ad finem vitæ, pro ſuis criminibus ab Eccleſiaſtica communione ſeparantur; qui & libenter ſub hac diſtrictione debent laborare, non ſolùm, ut peccata ſua diluant, ſed etiam ut ſanctæ Dei Eccleſiæ ſatisfaciant, eámque ſibi reconcilient pœnitendo, quam ſcandalizaverunt delinquendo.

Nulli tamen eorum ille numerus annorum præcludit, quin & ante expletionem eorum Deus eis indulgere valeat, & ſoleat, ſi dignè pœnituerint, juxta illud B. Leonis Papæ: *Quia*, inquit, *miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas moras patitur venia converſio.* Unde & SS. Patres hunc numerum an- [H] norum, ſi tamen Eccleſiaſticæ diſciplinæ non obfuerit, multotiens anticipandum in reconciliatione cenſuerunt, in his duntaxat, qui dignè pœnituerunt. Nam, ùt B. Auguſtinus in ſuo Enchiridio teſtatur, in actione hujuſmodi pœnitentiæ, non tam menſura temporis, quàm doloris attendenda eſt. Item B. Innocentius Papa: *De pondere*, inquit, *peccatorum æſtimando, ſacerdotis eſt judicare, ut attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus, & ad lacrymas corrigentis; ac tum jubere dimitti, cùm viderit congruam ſatisfactionem.*

A Hinc & Nicænum Concilium, lapſos, quos triennio inter catechumenos, & poſtea decennio inter pœnitentes affligi conſtituit, ab Epiſcopis humaniùs tractari conceſſit, ſi eum metu & lacrymis, non ſimulatè, ſed veraciter pœnituerint, tepidos autem & negligentiùs pœnitentes, diffinitum tempus omnibus modis implere conſtituit. Cui ſententiæ B. Hieronymus evidentiſſimè adſtipulatur. *Apud Deum*, inquit, *non tam menſura valet temporis, quàm doloris; nec abſtinentia tantum ciborum, quàm mortificatio vitiorum, propter quam tempora pœnitentiæ, fide & converſatione pœnitentium abbrevianda Canones præcipiunt, & negligentia protelanda.*

Innocentius epiſt. ad Exuperium Toloſanum Epiſcopum.

Sed & ratio temporum nonnunquam rigorem Canonum remitti cogit: ſicut B. Innocentius Papa in quibuſdam faciendum decrevit, qui hac vitâ in voluptatibus tranſactâ, demum in fine pœnitentiam ſimul & reconciliationem expetunt. B *De his*, inquit, *obſervatio prior durior; poſterior, interveniente miſericordia, inclinatior eſt.* Nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia; ſed communio negaretur. *Nam cùm his temporibus crebræ perſecutiones eſſent; ne communis conceſſa facultas homines de reconciliatione ſecuros non revocaret à lapſu; meritò negata eſt communio: conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam quaſi viaticum profecturis: & ne Novatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem & duritiam ſubſequi videamur.* * *Tribuitur ergò cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujuſmodi vel in ſupremis ſuis, Salvatore noſtro permittente, à* C *perpetuo exitio vendicentur.* Ecce in quantum vir iſte Apoſtolicus antiquo rigori remittendum exiſtimavit, qui communionem quibuſdam nec in finem redhibendam conceſſit, ibíque ſubſequenter & antiqui rigoris, & modernæ remiſſionis rationabiles cauſas annectere curavit.

* *tribuetur.*

Aliquando etiam & ipſa multitudo delinquentium rigorem diſciplinæ non admittit, ut, quod à multis peccatur, Canonicè vindicari poſſit. In qua cauſa, juxta atteſtationem ejuſdem Apoſtolici priora Dei judicio committenda ſunt, & de reliquo maxima ſolicitudine præcavendum. Ipſa quoque conſideratio fragilitatis humanæ, nonnun- D quam rigorem Canonum cogit emollire. Unde B. Nicolaus Papa primùm parricidis & fratricidis communionem altaris poſt biennium reddendam, ne deſperarent, decrevit: quam tamen Ancyranum Concilium, nec homicidis, niſi in fine vitæ redhibendam. *

* *ſtatuit.*

Eodem modo & ſpontanea Confeſſio Canonicam ſeveritatem, juxta Chalcedonenſe Concilium mitigare conſuevit: quod utique monachis & virginibus ſacris, à propo- E ſito lapſis, ſed confeſſis, miſericordiam impertiri, decrevit: nequaquam hujuſmodi remiſſiones inter authenticas ſanctiones admitterentur, ſi non alii, niſi qui juxta Canonicum rigorem pœnitentiam explerent, ſalvari crederentur: quod ſanè non Catholicum, ſed Pelagianum eſſe videretur. Ipſe enim Pelagius veniam petentibus non ſecundùm gratiam Dei, ſed ſecundùm merita & labores eorum dari dogmatizavit. Sed apud Deum nullas veniæ moras patitur converſio, ùt prælibavimus. Unde & SS. Patres in Canonico rigore, non terminum indulgentiæ, ſed formam diſciplinæ nobis præfixiſſe creduntur. Quippe, ut homines à peccatis compeſcerent, nec alicui veraciter converſo veniam denegarent, quæ in tanto humiliùs & fructuoſiùs accipitur, quanto minùs juxta Canonicum rigorem ex debito impendenda cognoſcitur. F Ergò & in hoc, qui locum pœnitentiæ, vel communionem, nunc omninò, nunc ad tempus quibuſdam denegâſſe leguntur; non deſperationem lapſorum, ſed diſciplinam corrigendorum intelligere debemus; ne de lapſis SS. Patres cum Novatianis deſperâſſe judicemus.

Sacri quoque Canones in quàm pluribus locis Clericos in crimine lapſos ab Ordine deponunt: nec eis aliquam ſpem reſtitutionis præſcribunt. Sed & hunc rigorem Canonum non adeò attendere debemus, ut cum Novatianis Eccleſiaſticæ poteſtati ligandi atque ſolvendi temerè præjudicemus. Nam ùt B. Auguſtinus ad Bonifacium ſcribens teſtatur: *Hujuſmodi irreparabilis depoſitio Clericorum non tam deſperatione indulgentiæ, quàm rigore diſciplinæ inſtituta eſt.* G *Alioquin contra claves Eccleſiæ diſputaretur, de quibus dictum eſt: Quæ ſolveritis in terra, erunt ſoluta & in cælo.*

Ipſi etiam Canones aliquando hujuſmodi damnatis priſtinum ordinem concedunt, ùt in Nicæno Concilio Novatianis; & in Africano, Donatiſtis; quod SS. Patres non facerent, ſi cum Novatianis de indulgentia lapſorum penitus deſperarent. Beatus quoque Calliſtus Papa & Martyr omnibus Epiſcopis ſcribens: *Errant*, inquit, *qui putant Sacerdotes poſt lapſum non poſſe reſtitui, ſi condignam egerint pœnitentiam.* Item beatus Gregorius Papa, ſcribens ad Secundinum ſervum DEI Incluſum, lapſos in ordinem reſtitui poſſe aſſeruit; quos tamen alibi in *Regeſto ſuo*, juxta Canonicum rigorem ne reſtituerentur, prohibuit. H In epiſt. enim ad Conſtantium Mediolanenſem Epiſcopum: *Si lapſis*, inquit, *ad ſuum ordinem revertendi licentia conceditur, rigor proculdubio Canonicæ frangitur diſciplinæ.* Et poſt pauca: *Illud igitur præ omnibus ſtudete, ut lapſos in ſacrum Ordinem nullius vobis ſupplicatio aliquo modo revocare perſuadeat.*

Vidés-

A Videſne igitur ſingularem ſanctorum Patrum diligentiam, qui & reſtitutionem lapſorum Eccleſiaſticæ poteſtati adjacere dixerunt: & tamen lapſis eam concedere noluerunt: ſcilicet ut rigor diſciplinæ generaliter ubique timeretur; nec tamen illicitum judicaretur, ſicubi Eccleſiaſticæ utilitati in reſtitutione lapſi alicujus conſuleretur. Nec in hoc utique illos ſibi ipſis contrarios reputare debemus: ſi aliquando lapſos in ordinem reſtituerunt: quos tamen alibi, ne reſtituerentur, prohibuerunt. Nam utrinque unam & eandem intentionem habuiſſe non dubitatur; videlicet, ut Eccleſiaſticæ utilitati ſummoperè providerent, ſive Canonum rigorem obſervarent; ſive pro qualitate temporis eum ad tempus temperarent. Semper enim mala prohibere, & bona inſtituere, potiſſimùm ſtuduêre: quod procul dubio efficere non poſſent, ſi non pro diverſitate temporum, nunc mitiùs, nunc ſeve-
B riùs incedere ſtuduiſſent. Sic enim Nicæni Patres cum Novatianis, Africani cum Donatiſtis mitiùs agendum, ùt prædictum eſt, cenſuerunt, ut ab errore eos vel ſic revocarent. Item beatus Gelaſius Papa in quibuſdam Laicis rigorem Canonum mitigavit, quibus pro Eccleſiaſtica neceſſitate, ut infra annum pervenirent ad Presbyterium, conceſſit; ſicque tempori ſe ex debito officii ſui neceſſario condeſcendiſſe aſſeruit. Sic & prædeceſſor ejus beatus Leo Papa Magnus; ſcribens ad Epiſcopos Mauritaniæ, etiam neophytos, utpote ex Laicis in Epiſcopatum maturatos, in Epiſcopatu to-
C lerâſſe. In ordinatione quoque Ambroſii, non parùm rigori Canonum detractum eſt; qui in octava die poſt baptiſmum, pro Eccleſiaſtica neceſſitate, ordinatus eſt in Epiſcopum. Nuſquam tamen ſancti Patres ita tempori morem geſſiſſe leguntur, niſi ubi plus Eccleſiæ diſpenſatoria lenitas, quàm Canonica ſeveritas proficere videbatur.

Non ergò ſibi ipſis contrarii reputandi ſunt, qui ubique eandem intentionem prohibendi mala, & inſtituendi bona habuiſſe creduntur. Hæc autem conſideratio, ſi Eccleſiaſticis inſtitutis fideliter adhibebitur; ſibi non reputabuntur contraria, etſi non-
D nunquam videantur decreviſſe diverſa. Si enim ſtatutorum ſingulorum originales cauſas diligenter perquirimus, ſingula ſuis cauſis pro diverſitate temporis optimè competere, & Eccleſiaſticæ utilitati potiſſimùm intendere reperiemus: quod illum non latebit, quicunque Eccleſiaſticarum ſanctionum non tantùm excerptiones, ſed integras traditiones vigilanti ſtudio perlegerit.

Sciendum autem, juxta Apoſtolicam traditionem, Sacerdotes ſive Diaconos in crimine lapſos, per manus impoſitionem remedium pœnitentiæ conſequi non debere inter Laicos, ùt S. Leo Papa in decretis ſuis cap. 25. teſtatur; qui & hujuſmodi lapſis, ad promerendam Dei miſericordiam, privatam E
ſeſſionem expetendam eſſe dicit, ubi ſatis factioſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa. Item Carthaginenſe Concilium cap. 27. *Si quando Presbyter, vel Diaconus in graviori culpa convictus fuerit, qua eum neceſſe eſt à miniſterio removeri, non eis manus, tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur. In hæreſin autem lapſi, & poſtea reverſi, per manus impoſitionem reconciliantur, etiamſi cum ordine, pro Eccleſiaſtica neceſſitate nonnunquam recipiantur, ſicut de Novatianis in Nicæno conſtitutum eſt Concilio. De his*, inquit, *qui ſe Catharos, id eſt, mundos, cognominant, ſi aliquando venerint ad Eccleſiam Catholicam, placuit ſancto & magno Concilio, ut impoſitionem manus accipientes, ſic in Clero permaneant.* Hoc ita intelligendum eſt, ut per manus impoſitionem reconciliati, etiam ordinem retinere permitterentur. [*Manuum impoſitio quotuplex.*] Non enim hic Ordinatoriam manus impoſitionem, per quam ſacri Ordines dantur, intelligere debemus, ſed potiùs reconciliatoriam, per quam pœnitentes recipere ſolemus. Nam non uno F
ſemper modo manus impoſitio intelligitur, ſed & pro diverſitate locorum ſub diverſa ſignificatione reperitur. Aliquando enim pro confirmatione neophytorum accipitur; ùt in decretis Apoſtolicorum virorum, Clementis, Urbani, Melchiadis expreſſum ſæpenumero reperitur: nunc, pro ordinatione Sacerdotum, ſive Diaconorum juxta illud Apoſtoli ad Timotheum; *nemini citò manum imponas:* quod & Canones apertiſſimè præſcribunt. Eſt & reconciliatoria manus impoſitio, per quam pœnitentes hæretici, ſive excommunicati, ſanctæ Eccleſiæ reconciliantur: de qua & Canones ſimiliter multa dicunt; & de qua B. Auguſtinus in lib. 3. de Baptiſmo, contra Donatiſtas teſtatur; quod nihil ſit, niſi oratio ſuper hominem, quæ & iterari poſſit. Fit etiam manus im- G
poſitio ſuper infirmos, juxta illud Evangelii; *ſuper ægros manus imponent.* Item ſuper [*Matt. 28.*]
Catechumenos & energumenos, pro expulſione diaboli, quæ ſpecialiter Exorciſtis in ordinationibus conceditur; quippe, ut habeant poteſtatem imponendi manus ſuper catechumenos, ſive energumenos. Item, & cùm ſimpliciter aliquem benedicimus, manus ei antiquo more imponimus. Sic enim Patriarcha Jacob cùm filios Joſeph benediceret, manus eis impoſuit: Et Dominus in [*Gen. 49. Marc. 10.*]
Evangelio oblatos ſibi parvulos per impoſitionem manuum benedixiſſe dicitur.

Sive autem manus impoſitio pro recon- H
ciliatione pœnitentium, ſive pro depulſione infirmitatis vel diaboli, ſive pro ſimplici benedictione hominibus impendatur, ſatis congruè juxta Auguſtinum nihil aliud, niſi oratio ſuper hominem intelligitur; Unde & iterari quotiens neceſſe fuerit, non prohibetur. Cùm verò prò confirmatione vel ordinatione impenditur; non jam pro ſola ora-

A oratione, ſed etiam pro Sacramento habenda eſt: quod SS. Patres iterari prohibuerunt. Nam non minùs peccatur, ſi cui manus pro confirmatione, vel ordinatione iterum imponitur, quàm ſi altera vice baptizetur. Unde & SS. Patres eandem pœnitentiam reconfirmatis, & rebaptizatis indixiſſe leguntur. Sanctus quoque Gregorius ſcribens Joanni Epiſcopo Ravennati; *Sicut*, inquit, *ſemel baptizatus, iterum baptizari non debet; ita ſemel conſecratus, in eodem Ordine non valet iterum conſecrari.* Item, Africanum Concilium, cap. 75. prohibet rebaptizationes, & reordinationes. Item, Canones Apoſtolorum; *Si quis*, inquiunt, *Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, ſecundam manus impoſitionem acceperit, deponatur ipſe & ordinator ejus.* Si quis autem huic capiti minùs credit; quia illud inter Canones Apoſtolorum apud nos non reperit, ſcire debet, quòd eorundem
B Canonum multa capita nobis deſunt. Nam beatus Zepherinus Papa in ordine XVI. Apoſtolos LXX. Canones conſtituiſſe teſtatur; quorum L. tantùm Iſidorus in Prologo ſuo de Canonibus ſe inveniſſe fatetur, quibus & nos utimur. Petrus tamen Damiani piæ memoriæ, Cardinalis Epiſcopus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, alter Hieronymus in noſtro tempore, prædictum caput Canonibus Apoſtolorum adtitulavit in libro ſuo, quem *Gratiſſimum* cognominavit.

C Ergò, quod in Nicæno Concilio Clericis Novatianorum converſis manus imponi jubetur, nullatenus ordinatoria manus impoſitio intelligenda eſt; ſicut quidam tranſlatores ejusdem Concilii minùs cauti intellexiſſe videntur, qui eoſdem iterum ordinandos interpretati ſunt.

Nos autem potiùs B. Innocentio Papæ credamus, qui de eiſdem Novatianis tractans, non ut reordinarentur, ſed ut cum ordine ſuo reciperentur, aſſerit Nicænos Patres conſtituiſſe. Ita & nos quoque neceſſariò intelligere debemus, ne SS. Patribus adverſari videamur, qui reordinationes penitus proſcripſerunt, ùt prælibavimus.

D Nuſquam ſanè SS. Patres Clericos ex hæreſi converſos, iterum ordinari permiſerunt, niſi Paulianiſtas & alios hujusmodi, qui non Catholico more invocationem S. Trinitatis faciunt, quos etiam baptizari juſſerunt. Nec hos utique reordinatos, vel rebaptizatos competenter dicimus; cùm in Catholica nec pro baptiſmo, nec pro ordinatione computetur, quod abſque invocatione ſanctæ Trinitatis percepiſſe deteguntur. Sciendum autem, quòd eorum, qui ex hæreſi convertuntur, alii jam in Eccleſia ordinati, poſtea in hæreſim lapſi ſunt; alii in ipſa hæreſi ordinati ſunt. Qui ergò poſt acceptum ordinem lapſi ſunt, reverſi cum Ordine recipi poſſunt, ſed abſque ſpe promotionis juxta ſtatutum ſanctiſſimi Papæ Leonis. *Omnis*, inquit, *cujuslibet Ordinis Clericus, qui Catholicam deſerens, hæreticæ ſe communioni miſcuerit, ſi ad Eccleſiam reverſus fuerit, & priùs errores ſuos, & ipſos auctores erroris damnatos à ſe ſine ambiguitate confeſſus fuerit, in eo gradu, in quo erat, ſine promotione permaneat. Item: In hæreſi ordinatus, quæ tamen in fide ſanctæ Trinitatis non erraverit, cum ordine recipi poteſt, ſi neceſſe fuerit, ùt Novatiani & Donatiſtæ.* Ordinatus autem apud hæreticos, qui in fide errant ſanctæ Trinitatis, etſi quoquo modo ejus invocationem faciant, ùt Ariani, nequaquam cum ordine recipiendus eſt, vel deinceps ordinandus, juxta aſſertionem ſancti Innocentii Papæ, qui de his tractat copioſiſſimè. E

F Sed & hoc fraternitati veſtræ non ingratum fore putamus, ſi & de multimoda hæreticorum reconciliatione ſententiam ſancti Gregorii Papæ primi, ſubnectamus; qui Epiſcopis Hiberniæ Quirino & reliquis ſcribens, ita teſtatur: *Ab antiqua Patrum inſtitutione didicimus, ut qui apud hæreſim in Trinitatis nomine baptizantur, cùm ad ſanctam Eccleſiam redeunt, aut unctione chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſola profeſſione fidei, ad ſinum matris Eccleſiæ revocentur. Unde Arianos per impoſitionem manus Occidens, per unctionem verò ſancti Chriſmatis ad ingreſſum Eccleſiæ Catholicæ Oriens reformat. Monophyſitas verò, & alios ex ſola vera confeſſione recipit; quia ſanctum baptiſma, quod ſunt ab hæreticis conſecuti, tunc in eis vires emundationis recipit, cùm vel ipſi per impoſitionem manus Spiritum ſanctum acceperint; vel iſti, propter profeſſionem fidei ſanctæ & univerſalis Eccleſiæ viſceribus fuerint uniti. Hi verò hæretici, qui in Trinitatis nomine minimè baptizantur, ſicut Bonoſiani, & Cataphrygæ: quia & illi Chriſtum Dominum non credunt, & iſti ſanctum Spiritum perverſo ſenſu eſſe quendam pravum hominem Montanum credunt; quorum ſimiles multi ſunt, & alii tales, cùm ad ſanctam Eccleſiam veniunt, baptizantur; quia, baptiſmus non fuit, quod in errore poſiti, in ſanctæ Trinitatis nomine minimè perceperunt, &c. Sed & eos, quos Judaicæ perfidiæ ſimilis de unigenito filio hæreſeos error obſcurat, ad ſanctam Eccleſiam venientes, de vera fidei firmitate, & confeſſione docendi ſunt.* G

Lib. 9. Ind. 4. ep. 61.

H Et Orientales quidem Patres, non ſolùm Arianos, ſed etiam Novatianos, Theſſareſcædecaditas, & Photinianos per chriſmatis unctionem recipiendos ſtatuerunt, ſicut in Laodicenſi Concilio legitur. Multò tamen competentiùs Occidentales hujuſmodi hæreticos abſque chriſmatis unctione ſuſcipiunt, ne Sacramentum Confirmationis iteràſſe videantur; quod illi cum ipſo baptiſmo, ab hæreticis multotiens acceperunt: cujus, inquam, Sacramenti, æquè ùt baptiſmi iterationem vitare debemus. Si autem ab hæreticis nondum confirmati ſunt, venientes ad Eccleſiam, per chriſmatis unctionem proculdu-

A culdubio confirmandi ſunt, ùt reliqui Chriſtiani; quia, boc Saeramentum, à nullo eſt negligendum. Sciendum autem, non per eandem manus impoſitionem ſuſcipiendos eos, qui apud bæreticos baptizati ſunt, & eos, qui in Catbolica baptizati poſtea in hæreſin prolapſi ſunt. Unde B. Vigilius Papa ſcribens Eleutherio Epiſeopo: *Eorum*, inquit, *baptizatorum, qui iternm apud Arianos baptizati ſunt, reconciliatio fit, non per illam manus impoſitionem, quæ per invocationem ſancti Spiritus operatur, ſed per illam, quæ pœnitentiæ fructus acquiritur, & ſancta communionis reſtitutio perficitur.* Unde & in antiquis Ordinibus diverſæ orationes ad bujuſmodi manus impoſitiones diſtribuuntur. Nam, quæ ſuper eos dicuntur, qui ab bæreticis baptizati ſunt, Spiritum ſanctum in eos venire petunt; quæ autem Apoſtatis redeuntibus impenduntur, gratiam tantùm reconciliationis ſub pœnitentia eis impetrare videntur.

B E quacunque bæreſi quilibet convertatur, non eſt recipiendus, niſi abjurata, & anathematizata hæreſi. Hine ſanctiſſima Epheſina Synodus una de IV. principalibus, de Neſtorio Epiſcopo, ſed bæretico, ita conſtituit: *Conſequens eſt*, inquit, *ſi reſipiſcere volueris, ut jurejurando fatearis, & anathematizes tua polluta & profana dogmata; ſentias autem & doceas, quæ nos univerſi per Orientem ſive Occidentem Epiſcopi & Magiſtri, Præſules populorum credimus & docemus.* Hinc in Actione ejuſdem Synodi cap. 15. ejuſdem forma C juramenti exprimitur in hunc modum: *Ego Heſychius filius Curialis Theſſareſcædecatites agnoſcens veram fidem orthodoxiæ, & accedens ad ſanctiſſimam & Catholicam Eccleſiam, anathematizo omnem bæreſim, & maximè Theſſareſcædecatitarum, in qua antea errabam; aſſentior antem præſcriptæ expoſitioni Catholicæ fidei, anathematizans eos, qui non celebrant ſanctum diem Paſchæ, juxtà morem Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ; & juro per ſanctam ὁμοούσιον Trinitatem. Et ſi quid ex bis labefactavero, legum ſeveritati ſubiacebo. Et expoſitioni mihi recitatæ ſubſcripſi manu mea.*

D Hanc formam juramenti ſancta Romana Eccleſia de hæreticis converſis exigere conſuevit; hane de Berengario cùm hæreſi ſuæ, ſi non corde, ore tamen abrenunciaret, accepit Venerabilis Papa Nicolaus in univerſali Concilio Romæ congregato.

Sed nec ſchiſmaticos ſancta Eccleſia abſque ſatisfactione juramenti recipere conſuevit, cujus formam B. Gregorius in Regeſto ſuo reliquit in hæc verba: *Ego * N. civitatis illius Epiſcopus, comperto diviſionis laqueo, quo tenebar, diutina mecum deliberatione pertractans, prona & ſpontanea voluntate ad unitatem ſedis Apoſtolicæ, divina gratia duce, reverſus ſum. Ac ne non pura mente, ſed ſimulatè reverſus exiſtimer, ſpondeo ſub ordinis mei caſu, & anathematis obligatione, atque promitto tibi, N. & per te S. Petro Apoſtolorum Principi, atque ejus Vicario, beatiſſimo Gregorio, vel Succeſſoribus ejus, me nunquam quorumlibet ſuaſionibus, vel quocunque alio modo ad ſchiſma, de quo Redemptoris * gratia * liberatus * ſum, reverſurum; ſed ſemper me in unitate ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, & communione Romani Pontificis, per omnia permanere. Unde jurans dico per Deum omnipotentem, & per hæc ſancta quatuor Evangelia, quæ in meis manibus teneo, me in unitate, ſicut dixi, Eccleſiæ, ad quam, Deo propitio, ſum reverſus, & communione Romani Pontificis ſemper, & ſine dubio, permanere. Quòd ſi, quod abſit, ab hac me unitate, aliqua excuſatione, vel argumento diviſero; perjurii reatum incurrens, æterna pœna obligatus inveniar, & cum auctore ſchiſmatis habeam in futuro ſeculo portionem. Huic confeſſionis promiſſioniſque meæ chartulæ propria manu ſubſcripſi. Actum in illo loco, die illo, & conſule illo. * ſubſcriptio. Ego illius civitatis, ille Epiſcopus, huic * promiſſioni, profeſſionique meæ, præſtito de conſervandis ſuprà ſcriptis omnibus, Sacramento, ſubſcripſi.*

[* Sic MS. Edit. Rom. Ep. S. Greg. ille. Libellus abjurationis Epiſcopi, qui in ſchiſma inciderat. S. Greg. 1. Ep. 10. Ep. 3.]

[* Edit. Rom. Red. noſtri miſericordia liberante ereptus ſum.]

[* Edit. Rom. ſubſcriptio Epiſcopi illius.]

[* Confeſſioni, promiſſionique meæ.]

E

F Sciendum autem juxta atteſtationem SS. Patrum Auguſtini & Pelagii Papæ, illos indubitanter ſchiſmaticos eſſe; *quicunque diviſi ſunt ab Apoſtolica Sede. Sed quid ab hæreticis differant*, S. Hieronymus in Tract. ſuper epiſt. ad Titum ſatis declarat. *Inter hæreſim*, inquit, *& ſchiſma hoc intereſſe arbitramur; quòd hæreſis perverſum dogma habeat; ſchiſma, propter Epiſcopalem diſſenſionem ab Eccleſia ſeparetur.* Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi poteſt. Cæterùm nullum ſchiſma non ſibi aliquam confingit hæreſim, ut rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur. Unde B. Auguſtinus ad Emeritum ſcribens de Donatiſtis aſſerit; quòd ſchiſma in bæreſim malè perſeverando converterint.

G Quòd autem ſanctum Nicænum Concilium, ùt prædiximus, Clericos Novatianorum per manus impoſitionem recipiendos aſſeruit; nequaquam aliorum SS. Patrum ſententiis debet contrarium reputari; qui lapſos Sacerdotes, ſive Diacones per manus impoſitionem, remedium pœnitendi inter Laicos recipere prohibuerunt. Aliud eſt enim, quemlibet ex hæreſi, vel ſchiſmate converſum ſanctæ Eccleſiæ per manus impoſitionem redintegrari: aliud, quemlibet in Sacerdotio, vel Diaconatu criminaliter lapſum, non debere conſequi remedium H pœnitendi per manus impoſitionem ùt Laicum. Et bane utique obſervantiam de lapſis Sacerdotibus ſive Diaconibus, B. Leo Primus in decretis ſuis cap. 25. ex Apoſtolica traditione indubitanter deſcendiſſe teſtatur, juxta illud, quod ſcriptum eſt: *Sacerdos ſi peccaverit, quis orabit pro eo?* Sed & in Canonibus Apoſtolorum cap. 25. reperitur: *Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, in homicidio, perjurio, ſive fornicatione deprehenſus, deponatur; non autem excommunicetur. Non enim Deus bis indicat*

in

A *in idipſum.* Nempe, juxta Eccleſiaſticam conſuetudinem Clericus pro eo crimine deponi jubetur, pro quo Laicus, ſi admiſerit, excommunicabitur, ùt in ſtatutis SS. Patrum frequentiſſimè decernitur.

Unde & Laici abſque Eccleſiaſtica communione ſolent pœnitere, ſicut & Clerici, abſque adminiſtratione officii. Non ergo mirum, ſi Clerici per manus impoſitionem remedium pœnitendi pro criminibus admiſſum, non ùt Laici, conſequuntur; qui nequaquam, ùt illi, pro criminibus excommunicari jubentur. Si autem ipſi, uſque ad anathematis ſententiam inobedientes extiterint, conſequens eſt, ut per manus impoſitionem ſanctæ redintegrentur Eccleſiæ, cùm redierint, ſicut & ſanctum Nicænum B Concilium de Novatianis inſtituit. Nunquam tamen, ùt Laici, remedium pœnitendi per manus impoſitionem conſequentur, etiamſi penitus abſque ordine ſuſcepto recipiantur. Hinc B. Aug. in lib. 1. contra Donatiſtas de Baptiſmo; de quolibet hæretico ex hæreſi, abſque adminiſtratione officii recepto teſtatur, quòd nec ipſi manus inter laicos imponenda ſit; eò quòd & in depoſito Sacramentum Ordinationis permanſerit.

Eccleſiaſticæ Conſtitutiones unde, ac è quo fonte manârint?

Eccleſiaſticarum regularum inſtitutiones partim ab ipſis Apoſtolis accepimus; partim à Romanis Pontificibus; partim ab aliis SS. Patribus, quorum tamen judicia Romani Pontifices firmaverunt.

C Et Apoſtolos quidem ad informationem naſcentis Eccleſiæ V. tantùm Synodos inſtituiſſe, ex libro Actuum ipſorum, & ex traditione majorum didicimus. Harum primam ſtatim poſt Aſcenſum Domini de electione Matthiæ Apoſtoli in locum proditoris Judæ celebraverunt. Secundam, cùm VII. Diacones eligerent ad diſpenſationis miniſterium. Tertiam, de converſis ex gentibus, ne judaizare cogerentur, ſed tantùm, ut abſtinerent à fornicatione, ab idolothytis & ſanguine. Horum ultimum B. Auguſtino diſpenſatoriè videtur inſtitutum; ſi tamen ita intelligitur, ut abſtinerent à carnibus, D quarum ſanguis non eſſet effuſus. Scribit enim de hoc lib. 11. contra Fauſtum: *Elegiſſe*, inquit, *mihi videntur Apoſtoli pro tempore rem facilem, & nequaquam obſervantibus oneroſam; in qua cùm Iſraël gentes propter illum angularem lapidem duos in ſe condentem,* * *aliquid commune obſervarent. At ubi Eccleſia gentium talis effecta eſt, ut in ea nullus Iſraëlita carnalis appareat, quisnam Chriſtianus obſervat, ut turdos, vel minutiores aviculas non attingat, niſi quarum ſanguis effuſus eſt? aut leporem non edat, ſi manu à cervice percuſſus nullo cruento vulnere occiſus eſt? Et qui fortè pauci adhuc tangere iſta formidant, à cæteris irridentur. Ita omnium tenuit animos in hac re illa ſententia veritatis; non quod intrat in os veſtrum, vos coinquinat; ſed, quod exit, nullam cibi naturam, quam ſocietas admittit humana; ſed quæ iniquitas committit, peccata condemnans.* E Non ergo mirandum, ſi & ſucceſſores Apoſtolorum aliqua diſpenſatoriè inſtituerunt, quæ eorum poſteri, mutatione temporis hoc exigente, rationabiliter aliquando mutare, vel penitus abrogare conſueverunt.

* parietes fortè.

Quartam verò Synodum de credentibus ex Judæis ab Apoſtolis factam legimus, eos legalibus cæremoniis prohiberentur; & hoc, pro abolenda ſuſpicione quorundam, qui eos legales cæremonias, quaſi idololatriam, reſpuere putabant. Has quatuor Synodos Apoſtoli Hieroſolymis celebrârunt, ùt liber Actuum ipſorum intimare videtur.

Symbolum Apoſtolorum.

Quintam autem Apoſtolorum Synodum ex traditione majorum accepimus, cùm ſinguli ſingulas proferentes ſententias Symbolum conderent; F quod univerſalis Eccleſia tenet, cùm jam ab invicem diſceſſuri eſſent, ut in omnem terram ſonus eorum exiret. Sic enim B. Clemens Papa, diſcipulus & ſucceſſor Apoſtolorum in Decretis ſuis teſtatur. Item S. Leo Papa I. Pulcheriæ Auguſtæ ſcribens: *Ipſa*, inquit, *Catholici Symboli brevis & perfecta confeſſio, XII. Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis.* Item beatiſſimus Pater Ambroſius clavem regni cœlorum deputans eſſe fidem Apoſtolorum: *Clavem*, inquit, *iſtam arbitror XII. artificum operatione conflatam. Duodecim enim Apoſtolorum Symbolo fides concepta eſt, quam, velut periti artifices, in unum convenientes clavem ſuo Concilio conflaverunt.* Hoc eſt ergò Symbolum Catholi- G cum, ſive fides Apoſtolorum, ſine cujus profeſſione nec baptizamur, nec ad pœnitentiam Canonicè recipimur: quam & quotidie, cùm ſurgimus, juxtà traditionem SS. Patrum, recenſere debemus. Hinc B. Auguſtinus in homil. 43. *Nunquid*, inquit, *quando ſurgis, non te veſtis? Sic & commemorando Symbolum tuum, veſti animam tuam, ne fortè eam nudet oblivio, & remaneas nudus, & fiat, quod ait Apoſtolus, quod abſit à te; ſi tamen veſtiti, vel expoliati, non nudi inveniamur.* (2. Cor. 5.) Veſtiti ergo erimus fide noſtra. Et ipſa fides & tunica eſt, & lorica. Tunica, contra confuſionem; lorica, contra adverſitatem.

Canones Apoſtolorum.

Præter hæc autem, L. capitula inveniuntur, quæ Canones Apoſtolorum inſcribuntur, quibus tamen difficile credunt, qui in prædictis Apoſtolorum Synodis, nihil de his commemoratum inveniunt. H Sed & plurima ſunt, quæ ex Apoſtolica inſtitutione accepimus, quæ tamen in illis nequaquam invenimus. Nec utique neceſſe fuit, ut Apoſtoli omnia communiter inſtituerent; cùm & ſingillatim talia inſtituere poſſent: ſicut etiam Romani Pontifices ex eorum auctoritate adhuc facere ſolent.

Ergo poſtpoſita quorundam inconſiderata opinione; nos magis Apoſtolicorum virorum, Romanorum utique Pontificum, atteſta-

A teſtationi credamus; qui ſingula pœnè capitula eorundem Canonum Apoſtolos inſtituiſſe ſparſim in decretis ſuis teſtificantur. Nempe Zepherinus Papa à B. Petro XVI. Apoſtolos LXX. Canones condidiſſe teſtatur; quorum L. tantùm Beatus Iſidorus in Prologo ſuo de Canonibus, ſe aſſerit inveniſſe; quibus nos utimur. Sanctus autem Anacletus Papa & Martyr, à B. Petro Quintus, & ab ipſo Presbyter ordinatus, nonum Capitulum eorundem Canonum Apoſtolos ſtatuiſſe declarat; videlicet, *ut miniſtri altaris, facta oblatione, communicent*. Sanctus quoque Calliſtus Papa & Martyr de undecimo item fatetur; quippe, *ut communicator excommunicati ſimili ſubjaceat excommunicationi.* Sic & alii SS. Patres, de aliis eorundem Canonum Capitulis teſtificati reperiuntur; qui magis pro veritate mori, quàm vel pro vita mentiri delegerunt. Horum igitur teſtimoniis & nos neceſſariò credimus, ne ipſi ſancto Spiritui minùs credere judicemur, cujus inſtinctu ipſos talia teſtificatos * fuiſſe, non dubitamus.

** MS. fore.*

B. Sciendum autem, quòd B. Gelaſius Papa librum, qui de Canonibus Apoſtolorum apud Græcos inſcribitur, pro Apocrypho deputavit; cui & nos contradicere non debemus; quia hoc eum ſine cauſa feciſſe, non credimus. Fortaſſe liber ille de Capitulis, quæ & Patres receperunt, nihil dicit, aut ſi dicit, nonnihil mendoſum annectit: quod tamen ſolertia Catholici interpretis prudenter nobis in Latino ſubtraxit: ſicut beatus Hieronymus cùm transferret Origenem, ſæpe feciſſe monſtratur. Sed, quidquid de illo libro conjiciatur, nos tamen illa L. Capitula, quæ per ſanctum Clementem Romanum Pontificem ex Græco translata C legimus, abſque ſcrupulo recipere poſſumus; quæ & ſancta Romana Eccleſia cuſtodit, nobíſque cuſtodienda per Beatum Adrianum Papam mandavit. Sic itaque multa ex Apocryphis deprompta ſancti Patres receperunt; ſicut Judas Apoſtolus in epiſtola ſua teſtimonium de Prophetia Enoch aſſumptum recepit; quam tamen Prophetiam ſancta Eccleſia quaſi Apocrypham repudiavit. Apocrypha autem dici Eccleſiaſtici Doctores tradunt; nou, quia omnia mentiantur; ſed, quia dubiæ, & ſuſpectæ auctorita- D tis eſſe videantur. Nam ſæpiſſimè multa Canonica ſuis næniis interſerunt, quæ nequaquam Catholici cum eiſdem næniis refutare debebunt. Unde ſuprà dictus Papa Gelaſius; *Nunquid*, inquit, *in ipſorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatem pertineant, poſita releguntur? Nunquidnam ideo veritas refutanda eſt? quia illorum libri, ubi pravitas intereſt, refutantur? Aut, ideo pravi libri ſuſcipiendi ſunt eorum: quia veritas, quæ illic inſerta eſt, non negatur?* Ait Apoſtolus: *Omnia probate; quod bonum eſt, tenete.* Ergò, juxta eundem Apoſtolicum, utrumque debemus; & librum de Canonibus Apoſtolorum pro Apocrypho repudiare: Et capitula, ſiqua in illo ad veritatem pertinentia inveniuntur, non reprobare. Illa, inquam, minimè, quæ SS. Patres pro authenticis receperunt: imò, quorum auctoritate ſuas ſanctiones ſæpiſſime firmaverunt. Multa quidem & alia Apoſtolos inſtituiſſe, non dubitamus; quæ tamen nullo eorum ſpeciali ſcripto promulgata reperimus. Unde beatus Auguſtinus in libro 1. contra Donatiſtas; *De baptiſmo, quod*, inquit, *univerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi Apoſtolica auctoritate traditum rectiſſimè creditur*. Ergò nec hujuſmodi traditionum contemptores minùs coërcendi ſunt, quàm prævaricatores divinarum legum, ùt idem Doctor ad Caſulanum Presbyterum ſcribens teſtatur.

1. Theſſ. 2.

E

Pontificum decreta.

Poſt Apoſtolos autem Romani Pontifices, tam in poteſtate, quàm in prædicatione eo- F rum ſucceſſores, Eccleſiaſticam diſciplinam ſtudioſiſſimè ſuis inſtitutis formâſſe, & informatam propagâſſe reperiuntur; & hoc utique diverſo modo. Sicut enim ipſi ſanctæ Eccleſiæ diverſis temporibus præfuiſſe leguntur, ita & diversè ſuis temporibus conſuluiſſe inveniuntur. Nam à beato Petro uſque ad ſanctum Sylveſtrum variæ & creberrimæ perſecutiones fuerunt; in quibus Epiſcopi, utpote capita aliorum, maximè periclitabantur. Unde & Romani Pontifices illius temporis multipliciter eos, pro qualitate perſonarum, neceſſitate rerum, opportunitate temporum ſcriptis ſuis conſolati ſunt: in quibus de eorum judiciis multa, vel pœnè omnia ſtatuerunt, ut improborum præſumptionem ab eorum infeſtatione, quoquo modo compeſcerent. G Quippe atteſtante ſancto Fabiano Papa & Martyre, ipſi Apoſtoli, eorúmque ſucceſſores ſtatuerunt, ut Epiſcopi aut nunquam accuſarentur, aut accuſari difficillimè permitterentur. Nam ùt beatus Eutychianus Papa & Martyr teſtatur; ſi accuſatio Epiſcoporum tunc facilè & paſſim admitteretur, perpauci nimis invenirentur, qui eo tempore Epiſcopatum non fugerent; cùm & quotidianam mortem ex perſecutione timerent; nec tamen improborum accuſationem declinare poſſent.

H Sanctus etiam Anacletus Papa & Martyr ad univerſos Epiſcopos Italiæ ſcribens, dejectionem, ſive damnationem Epiſcoporum ſibi Dominum reſervâſſe teſtatur; quaſi hominum judicio ſubjacere non videantur. Nec mirum, hoc eos eo tempore judicâſſe, cùm acerrima perſecutio non niſi perfectiſſimos ad Epiſcopatum venire permitteret; quippe, qui jam pro CHRISTO omnia extrema pati non timerent. In tempore autem pacis aliquid de illa difficultate accuſationis, ſive damnationis Epiſcoporum non incongruè remittitur, cùm Epiſcopatus non

A jam à paucis, quaſi mors, religioſè timetur, ſed à plurimis, quaſi gloria, ambitioſè appetitur, & appetitus criminoſè adminiſtratur; ſcilicet, cùm jam non talis perſecutio aliquem ab Epiſcopatu, vel peccato deterreat; ſed ipſa pacis tranquillitas, & bonoris ſublimitas magis ad peccandum illiciat. Unde, in Nicæno Concilio non magis Epiſcopis, quàm quibuslibet Clericis in damnatione parcitur, cùm generaliter in eo omnes damnentur, quicunque ſe contra ſacras regulas efferre non verentur. Ante illud ſanè Concilium tantæ perſecutiones undique ſævierant, ut Romani Pontifices tribulatos vix quoquo modo ſcriptis ſuis conſolari, ſive contra improbos defenſare ſufficerent; ne dum Eccleſiaſticam diſciplinam uſquequaque pleniter & regulariter inſtituere poſſent.

B A tempore autem bujus Concilii jam aliquantulum ſedatis perſecutionibus, iidem Pontifices multò pleniùs & decentiùs Eccleſiaſticas regulas tum per ſe in decretis ſuis, tum per alios in Conciliis promulgare, ſive promulgatos confirmare cœperunt: Quas & in poſterum Eccleſiaſtici Doctores magis in uſu babere conſueverunt. Has etiam B. Adrianus Papa cum Canonibus Apoſtolorum ad inſtructionem Occidentalium Eccleſiarum dirigendas deſtinavit; videlicet, ut ipſum Nicænum, & alia hujuſmodi Concilia, quorum quædam, etſi Nicæno Concilio antiquiora, tamen poſt Nicænum in auctoritatem recepta: Item & illa Romanorum Pontificum decreta, quæ poſt idem Conci-
C lium inſtituta leguntur. Nec boc utique ideo feciſſe credendus eſt, quaſi antiquioribus ſtatutis in aliquo præjudicaverit; imò potiùs ideo, ut competentiora quæque regulari Eccleſiarum inſtructioni procuraverit.

Nullum Concilium ratum, ſine Pontificis approbatione.

Nec mireris, quòd ipſorum Conciliorum auctoritatem Romano Pontifici adſcribimus. Nam, *nulla Concilia rata leguntur, quæ Apoſtolica auctoritate fulta non fuerint*, ùt Beatus Damaſus Papa in decretis ſuis cap. 9. aſſerit: cui S. Athanaſius & Julius Papa, Nicænum quoque Concilium, & reliqui SS. Patres ad-
D ſtipulantur. Sanctus quoque Marcellus Papa, & Martyr in decretis ſuis cap. 5.. *Ipſi*, inquit, *Apoſtoli, eorum quoque ſucceſſores, Domino inſpirante, conſtituerunt, ut nulla fieret Synodus, præter Romanæ ſedis auctoritatem.* Nam illius ſedis Epiſcopus, judex eſt totius Eccleſiæ. Nec aliquod judicium valet, abſque legitimo judice.

IV. Conciliorum ſingularis auctoritas.

Sunt autem quatuor Concilia, quibus Romani Pontifices magnam reverentiam detuliſſe leguntur: Nicænum ſcilicet, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Cbalcedonenſe Concilium; quæ à Beato Gregorio non ſemel, ùt quatuor Evangeliorum libri, veneranda cenſentur, & ſub terribili anathemate contemni prohibentur.

Primum ergò borum à CCC. X. & VIII. E
Patribus in Nicæa Bithiniæ habitum eſt ex auctoritate S. Sylveſtri Papæ, contra Arium Alexandrinum Presbyterum; qui tres gradus in ſancta Trinitate aſſeruit: Item Patrem majorem, Filium minorem, Spiritum ſanctum creaturam, tempore Conſtantini Principis, Attici Conſtantinopolitani, Macarii Hieroſolymitani, & Alexandri Patriarchæ Alexandrini. In quo Concilio condemnata hæreſi Ariana, ſecundum poſt Apoſtolos Symbolum, & XX. Canones promulgaverunt. Huic Concilio legati Sedis Apoſtolicæ, magnus Hoſius Cordubenſis Epiſcopus, Victor & Vincentius Presbyteri Romanæ Eccleſiæ, vice Sylveſtri Papæ præfuerunt, & ſtatuta ejuſdem Concilii primaria ſubſcriptione firmaverunt. Ipſe etiam Sylveſter Papa Romæ generali Synodo præſidens, prædictam roboravit Synodum cum ſubſcriptione CC. LXXV. Epiſcoporum.

Concil. Nic. canon.

Et ſciendum, quia Romani Pontifices nunquam ad Concilium Româ exire conſueverunt, ſed per Legatos ſuos hujuſmodi Conciliis præfuerunt. Unde S. Leo Papa à Chriſtianiſſimo Imperatore Marciano ad Cbalcedonenſe Concilium devotiſſimè invitatus, hac ratione ſe excuſavit; quòd nullum inde exemplum à prædeceſſoribus ſuis acceperit. De Concilio igitur Nicæno S. Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus ſcribens: *Non humana*, inquit, *induſtria, non compoſitione aliqua CCC. X. & VIII. Epiſcopi ad Concilium venerunt, ſed ut in numero eorum per ſignum ſuæ paſſionis & nominis Dominus JEſus ſuo probaret ſe adeſſe Concilio. Crux in CCC. IHS nomen in* G
X. & VIII. eſt Sacerdotibus. Item Leo, qui ſuprà, ſcribens ad Anatolium Patriarcham Conſtantinopolitanum: *Illa*, inquit, *Nicænorum Canonum per ſanctum verè ordinata ſpiritum conditio; nulla unquam eſt parte ſolubilis. Nulla ſibimet de multiplicatione congregationis Synodalia Concilia blandiantur. Neque CCC. illis XVIII. Epiſcopis quantumlibet copioſior numerus Sacerdotum vel comparare ſe audeat, vel præferre; cùm tanto divinitus privilegio Nicæna ſit Synodus conſecrata; ut ſive per pauciores, ſive per plures Eccleſiaſtica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate ſit vacuum, quidquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum.*

Idem alibi: *Sancti*, inquit, *illi, & venerabi-* H
les Patres, qui in Urbe Nicæna ſacrilego Ario cum ſua impietate damnato, manſuras uſque in finem mundi leges Eccleſiaſticorum Canonum condiderunt, apud nos intra orbem terrarum in ſuis conſtitutionibus vivunt; & ſi quid uſquam aliter, quàm ipſi ſtatuère, præſumitur, ſine cunctatione caſſatur.

Quot illius Concilii capita?

Ex his ergò colligere poſſumus, quàm indubitabilem reverentiam Nicænis Canonibus jugiter exhibere debeamus. Apud nos autem Nicæno Concilio XX. capita adſcribuntur: quamvis multò plura illius Concilii

capita

A capita reperiantur. Antiochenum enim Concilium de Paſcha, ibi aſſerit inſtitutum, ne in XIV. Luna cum Judæis celebretur, ut Teſſareſcædecaditæ, id eſt, Quartadecimani faciunt: qui etiam inde nomen ſuæ hæreſi condiderunt. Item ſanctus Athanaſius Patriarcha Alexandrinus, qui in Nicæno Concilio nondum Epiſcopus, ſed Epiſcopatu jam tunc digniſſimus interfuit, Felici Papæ ſcribens aſſerit, quòd Nicæni Patres conſtituerunt, ſicut & nos ſuprà retulimus, ne Concilia abſque ſententia Romani Pontificis celebrentur. Item Zoſimus Papa; de Appellationibus Epiſcoporum ſtatutum affirmavit in *Commonitorio*, quod Legatis ſuis ad Africanum Concilium direxit; Africani tamen Patres, ſe hoc in ſuis exemplaribus non inveniſſe, proteſtati ſunt. Quæ utique exemplaria non niſi XX. capita habuerunt: ſicut & illa, quæ ipſi poſtea ab Orientalibus Epi-
B ſcopis pro auctoritate mutuaverunt. Item Julius Papa præter XX. plura illi Concilio adſcribit capita, quæ tamen in antiquis decretalibus Romanorum Præſulum reperiuntur, unde in Nicænum Concilium tranſlata creduntur.

Prædictus etiam Patriarcha, ſcilicet Athanaſius, & Marcus Papa LXX. illius Concilii aſſerunt eſſe capita: quamvis XX. tantùm nunc uſquequaque illi Concilio adſcribantur. Huc autem ideo factum ex literis majorum didicimus; quia Nicæni Patres illa tantùm quaſi ſpecialiùs inſtituiſſe leguntur; reliqua verò, uſque ad LXX. non tam ipſi principaliter inſtituiſſe, quàm ab aliis jam
C confirmâſſe inſtituta reperiuntur. Nam Hoſius Cordubenſis Epiſcopus, aliunde illa mutuâſſe, & in Synodo recitâſſe legitur. Erat enim conſuetudo ſanctorum Patrum in hujuſmodi Conciliis, nun ſolùm propria inſtituere, ſed aliorum ſtatuta firmare. Multa quippe in illis ventilare, & ventilata pertractare conſueverunt; quæ tamen Eccleſiaſtica cunſuetudo eorum ſpecialiùs ſtatutis annumerâſſe non reperitur. Sic utique Chalcedunenſe Concilium multa per XX. dies pertractâſſe & confirmâſſe legitur; cui tantùm ſolummodò unius diei ſtatuta videntur adſcripta. Ita ergò & Nicæno Concilio ſua ſpecialia ſtatuta competenter adſcribimus, nec tamen atteſtationi ſanctorum Patrum de LXX. capitibus contradicere debemus.

D Prædictus etiam Hoſius & Januarius Beneventanus Epiſcopus ex legatione Sedis Apoſtolicæ eadem capita in Sardicenſi Concilio poſtea firmâſſe leguntur. Beatus quoque Iſidorus in Prologo ſuo de Canonibus quæſtionem LXX. capitum cum magnitudine ejuſdem Concilii libri excuſat: quem libris quatuor Evangeliorum apud Græcos æquè magnum affirmat. Sciendum autem, quòd in Latinis exemplaribus non omnium CCC.XVIII. Patrum nomina reperiuntur, qui tamen in Nicæno Concilio ſubſcripſerunt. E
Nam ſtudioſi ſervi Dei, ùt legitur, non tam Occidentalium, quàm Orientalium Patrum nomina conſcribere ſtuduerunt; quia Occidentales non ſimiliter quæſtionem de hæreſibus habuerunt.

Secundum autem illorum IV. Conciliorum Conſtantinopolitanum à C.L. Patribus habitum eſt contra Macedonium illius Sedis Epiſcopum, qui Spiritum ſanctum, DEUM eſſe negabat, Æra CCCC.XVIII. tempore Gratiani & Theodoſii Principum, Damaſi Papæ, Cyrilli Hieroſolymitani, Nectarii Conſtantinopolitani, Timothei Alexandrini. In F
quo Concilio, condemnatis omnibus hæreſibus, ſymbolum traditur, quo tota Græcorum & Latinorum confeſſio in Eccleſiis modò utitur; tréſque ibi Canones inſtituuntur. Hoc ergò Symbolum Orientales primùm; deinde Occidentales frequentare cœperunt. Unde SS. Patres in quarto Toletano Concilio ſtatuiſſe leguntur, tempore tandem Pelagii Papæ, ut in omni Dominica recitaretur in Eccleſiis more Orientalium Eccleſiarum. Deinde Galli & Germani, ex traditione ejuſdem Concilii ipſum mutuâſſe creduntur, cùm eandem tranſlationem, & adhuc pœnè ſequi videantur. Nam poſt damnationem G
Felicis hæretici, ùt legitur, tandem ſub Carolo Imperatore, hoc in uſu habere cœperunt propter hæreticos illius temporis, qui proceſſionem Spiritus ſancti de filio negaverunt, videlicet, ut illos per ipſum Symbolum confunderent; cùm in illo: qui ex Patre, filióque procedit; tam apertè dicerent. Sed quia nomen Filii in authenticis exemplaribus nequaquam inveniebatur, ipſum etiam Symbolum cum tali additamentu recitari Venerabilis Leo Papa illo tempore prohibuit; eò quòd ſancti Patres hujuſmodi adjectionem in Symbolis penitus prohibuerint. Romani quoque uſque ad tempora divæ memoriæ Henrici Primi Imperatoris, eo Symbolo uti noluerunt. Sed idem Imperator hoc à Romano Pontifice impetravit, ut & Romani illud, more aliorum, decantarent, ſicut venerandus Abba Berno teſtatur in libro ſuo de Inſtitutione Miſſarum.

Conſtantinopolitanum Concilium.

Quamvis autem Nicænum Symbolum majoris auctoritatis eſſe videatur, quàm Conſtantinopolitanum: Nos tamen Conſtantinopolitanum magis in Eccleſia non immeritò frequentamus. H
Nam in illo plura contra hæreticos neceſſaria, quàm in Nicæno reperimus; quia, contra Arianos ſpecialiter agit. Nec tot hæreſibus, quot Conſtantinopolitanum ſuis ſententiis obviavit. In illo enim de unitate Eccleſiæ ſive baptiſmi, de reſurrectione mortuorum, & vita futuri ſeculi habetur, quod in Nicæno non reperitur. Pleniùs etiam agit de Spiritu ſancto, quàm Nicænum: unde & noſtratibus potiſſimum in uſum veniſſe aſſeritur. Sciendum autem;

 quia

A quia nos, non ſolùm nomen filii; de quo prædiximus, ſed multa alia in eodem Symbolo, præcipuè ex Nicæno Symbolo, adjicere ſolemus, ùt, Deum de Deo, lumen de lumine: in quo tamen non adeò peccavimus; cùm Romana Eccleſia jam non contradicat; imò cùm & ipſa hujuſmodi adjectiones admittere non renuat.

Epheſinum Concilium.

Tertium verò univerſale Concilium Epheſi habitum eſt à CC. Patribus, contra Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum; B qui dicebat S. MARIAM Virginem non Dei, ſed hominis tantummodò genitricem; ut aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis, Æra CCCC. LXVIII. tempore Theodoſii junioris, S. Cæleſtini Papæ, Cyrilli Alexandrini, Juvenalis * Conſtantinopolitani. In quo Concilio contra Neſtorium XII. capita inſtituta ſunt, quæ ſæpiſſimè B. Cyrillo adſcribuntur. Huic Synodo Legati Sedis Apoſtolicæ idem Cyrillus, & Archadius Epiſcopus ex Italia vice S. Cæleſtini Papæ præfuerunt, & ipſam Apoſtolica auctoritate roboraverunt. Ad hoc Concilium B. Auguſtinus per ſacram Theodoſii Imperatoris invitatus legitur; ſed priùs ipſe ad Dominum migravit, quàm ad ipſum Epiſtola Romani Principis perveniret.

** Hieroſolymitani.*

Chalcedonenſe Concilium.

Quartum univerſale Concilium Chalcedone habitum eſt à DC. XXX. Patribus, contra Eutychen Conſtantinopolitanum Abba- C tem; qui aſſeruit, Chriſtum poſt humanam aſſumptionem, non ex duabus naturis conſiſtere, ſed ſolùm in eo divinam permanere; Æra CCCC. LXXXIX. Marciani Principis, S. Leonis Papæ, Juvenalis Hieroſolymitani, Anatolii Conſtantinopolitani. In quo Concilio XXVII. Canones ſtatuuntur. Huic Synodo legati Sedis Apoſtolicæ Paſcbaſinus & Lucentius Epiſcopi, & Bonifacius Presbyter, vice S. Leonis Papæ præfuerunt: qui & ſtatuta illius Synodi firmaverunt, & prædicto Anatolio quiddam temerè præſumenti in Synodo liberaliter contradixerunt. De hoc Concilio multi poſtea dubitaverunt, & ut retractaretur, omnimodis efficere ſtuduerunt. Sed, quia hoc nequaquam à B. Leone Papa permittebatur, tandem ab Imperatore impetraverunt, ut per univerſas provincias ad omnes Epiſcopos, qui Chalcedone convenerant, literas dirigeret, quibus eorum ſententiam de eodem Concilio explorarct. Qui omnes unanimiter reſcripſe- D runt, Chalcedonenſe Concilium uſque ad ſanguinem eſſe defendendum.

Conſtantinopolitanũ Concilium alterum.

Præter hæc autem quintum Univerſale Concilium Conſtantinopoli legitur congregatum contra omnes hæreticos; & maximè contra Theodorum Mopſveſtenum; qui dicebat, alium eſſe Deum Verbum, & alium Chriſtum: & ſacram Virginem Dei negabat *genitricem*, tempore Juſtiniani Principis, Vigilii Papæ, Domni Antiocheni, Eutychii Conſtantinopolitani. In quo Concilio XIV. E capita ſub anathemate leguntur inſtituta.

Concilium Conſtantinop. (III.) contra Monothelitas.

Item ſextum Conſtantinopoli habitum eſt à * C.L. Patribus contra Macarium Antiochenum & ſocios ejus; qui unam voluntatem & operationem in Chriſto falsò aſſerebant, tempore Conſtantini Principis, Agathonis Papæ, Georgii Conſtantinopolitani. In quo Concilio, prædicto Macario, dum damnaretur, * Oratorium à quodam Epiſcopo juſſu Synodi aufertur, & ipſe cum ſequacibus ſuis à Synodo turpiter cum throno ſuo ejicitur, ùt in Romano Pontificali legitur. Poſt quorum damnationem multæ aranearum telæ in medium deciderunt, quæ inanem fallaciam hæreticorum dejectam eſſe portenderunt. Deinde, IX. ibi capita leguntur inſtituta. Huic Concilio legati Sedis Apo- F ſtolicæ præfuerunt, inter quos fuit Joannes Romanæ Eccleſiæ tunc Diaconus, ſed non multò pòſt Apoſtolicus.

** CC. LXXXIX. vide Bellar. lib. 1. de Concil. c. 5. ſed Bernaldus ſequitur Bedam, Adonem, & alios.*

** Orarium. Vide Anaſtaſium Biblioth. in Agathone.*

IV. Priorum, & aliorum Conciliorum auctoritas.

De prædictis autem IV. Conciliis S. Gregorius Papa ſcribens ad Secundinum ſervum Dei Incluſum, conſuetudinem fuiſſe teſtatur, ut quilibet novitius Patriarcha, ſe illa obſervaturum, miſſa Synodica, reliquis Patriarchis profiteretur, antè quàm ab illis inter Patriarchas reputari mereretur. Unde, idem Apoſtolicus in exordio ordinationis ſuæ, miſſa Synodica Patriarchis, ita profeſſus eſt de eiſdem Conciliis; *Sicut*, inquit, *ſancti Evangelii IV. libros, ſic IV. Concilia ſuſcipere, & venerari me fateor; Nicænum ſcilicet, Conſtantinopolitanum primum, Epheſinum primum, Chalcedonenſe; quia in his, velut in quadrato lapide ſancta fidei ſtructura conſurgit. Et cu-* G *juſlibet vitæ, atque actionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiamſi lapis eſſe videatur, tamen extra ædificium jacet. Quintum quoque Concilium pariter veneror, in quo Epiſtola, quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur: & Theodorus, perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſtantiis ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe convincitur. Scripta quoque * Theodorici, per quæ B. Cyrilli fides reprehenditur, auſu invidentiæ prolata refutantur. Cunctas verò perſonas, quas præfata veneranda Concilia reſpuunt, reſpuo, quas venerantur, amplector, quia, dum univerſali conſenſu ſunt conſtituta, ſe, & non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſolvere, quos ligant, aut ligare quos ſolvunt. Quiſquis ergò aliud ſapit: anathema ſit.*

** Theodoreti.*

Nequaquam autem illorum IV. Concilio- H rum excellentiam ita prædicare debemus, ut reliquorum auctoritati in hoc quoquomodo præſcribamus; illorum, inquam, quæ eodem modo & univerſaliter inſtituta, & Apoſtolica auctoritate confirmata non dubitamus. Nam; quia antiquitus Patriarchæ illa quatuor tantummodò in ſuis Synodicis ſe venerari proteſtati ſunt, nullatenus hoc in contemptum reliquorum hujuſmodi Concilio-

A ciliorum feciſſe credendi ſunt; ſed ideo po-
tiùs; quia nondum alia habuerunt. Si enim
jam habuiſſent, procul dubio non magis illa,
quàm iſta IV. contemnerent, utpote quæ
non minùs authentica, & univerſalia & Ca-
tholicæ profeſſioni neceſſaria proſpicerent.
Unde B. Gregorius Papa quintum Concili-
um poſt illa IV. congregatum in ſua Syno-
dica adjecit, quod de ſexto facere non po-
tuit; quia illud nondum inſtitutum, ſed ſub
XVI. ſucceſſore ſuo poſtea inſtituendum
longè præceſſit.

Provincialia Concilia.

Sunt & Provincialia Concilia, quæ poſt
illa univerſalia neceſſariò recipere debemus;
quia & in illis multa Eccleſiaſticis negotiis
neceſſaria reperimus. Horum etiam obſer-
vationem ipſa decreta Romanorum Pontifi-
cum & ſtatuta univerſalium Synodorum no-
bis indicunt; quæ per ſingulas provincias
annuatim hujuſmodi Concilia celebrari ſæ-
piſſimè præcipiunt, quod utique incaſſum
præciperent, niſi & nos eorundem Conci-
liorum rationabiles ſententias recipere & ob-
B ſervare decernerent. Præterea Gelaſius Pa-
pa in ſuis decretalibus, cùm de ſcripturis re-
cipiendis, ſive non recipiendis diligentiſſimè
tractaret, poſt receptionem IV. Univerſali-
um Conciliorum inſerendo ſententiam ſub-
intulit: *Sed & ſi quæ Concilia à ſanctis Patri-
bus inſtituta ſunt, poſt horum IV. auctoritatem
& recipienda & cuſtodienda decrevimus.* Item:
Sanctum Chalcedonenſe Concilium regulas, in-
quit, *ſanctorum Patrum per ſingula nunc uſque
Concilia inſtitutas, proprium robur habere de-
crevimus.* Orientalia autem Concilia & plu-
rima Occidentalium jam inſtituta fuerunt:
cùm hoc debeat confirmatione Synodaliter
C conſtituere. Quapropter non eſt dubitan-
dum, quin & hujuſmodi Conciliorum ſtatu-
ta obſervare debeamus, quibus Apoſtolica
decreta, & Univerſalia Concilia adſtipulari
videmus.

Orientalia Concilia.

Horum autem alia ſunt Orientalia, alia
Occidentalia. Orientalia ſunt, quæ Orien-
tales Patres inſtituerunt; Ancyranum ſcili-
cet, Neocæſareenſe, Gangrenſe, Antioche-
num, Laodicenſe, Sardicenſe. Ancyranum
Concilium ante Nicænum fuiſſe legitur; ſed,
propter minorem auctoritatem ei in ordine
ſupponitur; in quo Patres XVIII. ſtatuerunt
Canones XXIV. quorum auctor maximè Vi-
talis Antiochenus Epiſcopus dicitur fuiſſe.
D Neocæſareenſe Concilium poſt Ancyranum,
ſed ante Nicænum fuiſſe traditur: in quo
Patres XVIII. Canones XIV. ſtatuerunt, quo-
rum auctor maximè fuit Vitalis Salaminius.
Gangrenſe Concilium poſt Nicænum fuiſſe
legitur; in quo Patres XV. Canones XX. ſta-
tuerunt, propter quaſdam Eccleſiaſticas ne-
ceſſitates, maximè contra * Euſtaſium; qui
dicebat, quòd nullus conjugatus; vel, qui
ſuis omnibus non renunciaret, ſpem apud
Deum habere poſſet, & alia hujuſmodi blaſ-
phema. Antiochenum in Encæniis Antio- E
chiæ factum eſt, in quo Patres XXX. Cano-
nes XXV. ſtatuerunt, quorum auctor fuit
Euſebius Palæſtinus Epiſcopus. Laodicenſe
Concilium, in quo Patres XXII. Canones
LIX. ſtatuerunt, quorum auctor fuit Theo-
doſius Epiſcopus. Sardicenſe Concilium,
in quo Patres LX. Canones XXI. ſtatuerunt,
quorum auctor maximè fuit Hoſius Cordu-
benſis Epiſcopus, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ
legatus. Hic eſt ille Hoſius, qui vice S. Syl-
veſtri Papæ Nicæno Concilio præfuit: qui &
in Hiſpania uſque ad tempus Conſtantii Im-
peratoris duravit, qui tamen in ultimis, ùt
Severus Sulpicius in Chronicis ſuis teſtatur,
ſatis ineptè deſipuit. Nam cùm à legatis
ejuſdem Ariani Imperatoris, ſive Ariminen-
ſis Concilii pro teſtimonio fidei inquirere-
tur, ſi Nicæna Synodus filium Patri ὁμοέσιον,
id eſt, conſubſtantialem, quod eſt Catholi-
corum; an ὁμοιέσιον, id eſt, conſimilem tan-
tùm aſſereret, quod eſt Arianorum, tale fer-
tur dediſſe reſponſum; utrumque rectè di-
ci. Unde deinceps, nec Catholicis, nec Aria-
nis erat acceptabilis. Regulæ quoque Sar- F
dicenſis Concilii etſi Orientalibus ſociantur,
magis tamen apud Latinos, quàm apud
Græcos inveniuntur. De hoc Concilio B.
Auguſtinus Eleuſio & Glorio ſcribens teſta-
tur, ſibi magis illud videri Arianorum fuiſſe,
quàm Catholicorum: eò quòd Catholici
Pontifices, Athanaſius, inquam, & Julius in
libro ejuſdem Concilii reperiantur impro-
bati. Nos tamen nequaquam prædictos
Canones de eodem Concilio refutare debe-
mus, quos utique ſancta Romana Eccleſia
veneratur: quos & Nicæna Synodus à præ-
dicto Hoſio recitatos audiſſe, & confirmâſſe
refertur. Hæc igitur ſunt Orientalia Con- G
cilia, quæ ante Chalcedonenſem Synodum
facta leguntur, unde & ab eâdem confirma-
ta non dubitantur.

Orientalium Conciliorum diverſæ translationes.

Sciendum autem Orientalium Concilio-
rum multas editiones ſive translationes re-
periri de Græco in Latinum. Quippe Philo
& Evariſtus Conſtantinopolitanam de Græ-
co in Latinum Synodum tranſtuliſſe legun-
tur. Item quidam Dionyſius Stephano Epi-
ſcopo Canonum Orientalium Conciliorúm-
que multas editiones tranſtuliſſe ſcribitur.
Item Eugepius Abbas eoſdem Canones de
Græco in Latinum vertit, ùt eruditiſſimus
vir Caſſiodorus ex ſenatore monachus in li-
bro de illuſtribus viris, cap. 23. teſtatur. * *Eu- H
gepius*, inquit, *in dialectica quondam meus Col-
lega, petitus à Stephano Salonitano Epiſcopo, ex
Græcis exemplaribus Canones Eccleſiaſticos mori-
bus ſuis pares, ùt erat planus atque diſertus,
magna eloquentiæ luce compoſuit, quos uſu cele-
berrimo Eccleſia Romana complectitur. Hos
etiam oportet vos monachos aſſiduè legere, ne
videamini tam ſalutares Eccleſiaſticas regulas
culpabiliter ignorare.* Beatus quoque Iſido-
rus in *Collectario* ſuo de Canonibus, quatuor
editio-

** Euſtathium.*

** Eugippius.*

A ediriones Nicæni Concilii compaginavit; duas verò, vel tres reliquis Orientalibus Conciliis adſcripſit.

Quæ harum editio emendatior?

Sed harum editionum illam nos maximè ſequimur, quæ cæteris emendatior, & Apoſtolicæ Sedi acceptior videtur; videlicet, quam Beatus Papa Adrianus per manum Karoli Imperatoris Occidentalibus direxit Eccleſiis. Nec otioſè notandum, quod multa nobis obſcura, per diverſarum collarionem editionum ſæpenumero declarantur, ùt illud de Nicæno Concilio; quid ſit, *ſubintroducta mulier?* hoc alia edirio apertiùs ponit, id eſt, *extraneam.* Ac ſi dicat: *Clericus nullam fœminam habeat ſecum extraneam: ſed tantùm, matrem, vel ſororem; vel Ziam,* quam iterum alia editio apertiùs vocat, *ami-* B *tam.* Tuſci enim pro amita, dicunt Ziam. Item, in eodem Concilio; *quòd diaconiſſæ manus impoſitionem habere negantur*, non niſi de Paulianiſtarum diaconiſſis intelligere, ex diverſis translationibus edocemur. Nam diaconiſſæ Catholicorum manus impoſitionem habent, juxta Chalcedonenſe Concilium. Item in Concilio Laodicenſi legitur; *ne ordinationes fiant ſub conſpectu audientium*; quod alia editio expreſſiùs dicit; *catechumenorum.* Nam catechumeni quorumlibet Sacramentorum confectioni intereſſe prohibentur. In hunc ergò modum; multa ibi obſcurè dicta, per te ipſum inveſtigare poteris, ſi diverſas editiones ſtudioſè perſcru- C tari curaveris. Sed hæc fortaſſe à ſcientioribus; quaſi non neceſſariò notata deputantur: nuſtri tamen ſimiles hoc attendere debent, quos aliquando in hujuſmodi hærere non diffidimus, ſicut & nos ſæpiſſimè fecimus.

Occidentalia Concilia.

Occidentalia autem illa dicuntur, quæ in parte Occidentis facta monſtrantur; ùt Africana, Gallicana, ſive in Hiſpaniis celebrata. Et Africana dicuntur pœnè omnia, quæ Carthagine facta ſunt; quorum primum XI. Epiſcoporum ſub Conſtanrio Imperatore XIV. capita conſtituit, quorum auctor fuit D Gratus Carthaginenſis Epiſcopus. Secundum Carthaginenſe Concilium ſub Valentiniano Auguſto, Æra CCCC. XVIII. habitum, XIII. capita conſtituit; quorum auctor fuit * Genelius Carthaginenſis Epiſcopus. Tertium Carthaginenſe Concilium à XLVII. Epiſcopis habitum: Æra CCCC. XXXV. Canones L. conſtituit, quorum auctor fuit Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus cum S. Auguſtino Hipponenſi Epiſcopo. Quartum Carthaginenſe Concilium ſub Honorio Auguſto à CC. XIV. Epiſcopis habitum, Æra CCCC. XXXVII. Canones C. III. conſtituit, quorum auctor fuit idem Aurelius cum S. Auguſtino. Quintum Carthaginenſe Concilium ab Epiſcopis LXXIII. habitum, Æra CCCC. XXXIX. Canones XV. conſtituit, quorum auctor idem Aurelius fuit. Sextum E Carthaginenſe Concilium tempore Honorii XII. & Theodoſii VII. Auguſtorum ab Epiſcopis CC. XVII. habitum, Æra CCCC. LV. capita XIII. conſtituit, ubi actum eſt, ut Nicænum Concilium ab Orientalibus Epiſcopis peteretur, cui Synodo legati ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Fauſtinus Epiſcopus, Philippus & Aſellus Presbyteri præfuêre ex parte Zoſimi Papæ, cum prædicto Aurelio & S. Auguſtino. Septimum Carthaginenſe Concilium tempore Honorii XII. & Theodoſii VII. * Auguſtorum, ab Epiſcopis XVIII. Æra, qua ſuprà, habitum, Canones V. conſtituit, cui Synodo prædicti Sedis Apoſtolicæ Legati præfuerunt cum Aurelio & S. Auguſtino. Octavum Africæ Concilium in Milevitana civitate ſub Honorio Auguſto ab Epiſcopis CC. XIV. habitum, Æra CCCC. XL. Pelagianam hæreſim cum octo capitibus anathematizavit: deinde, XXVIII. Canones conſtituit; cui Synodo item Aurelius, & S. Auguſtinus Epiſcopi præfuêre. F Horum autem Conciliorum ſtatuta ab Africanis Patribus Romano Pontifici ad confirmandum directa leguntur; quæ etiam adhuc in Romanis exemplaribus, in duobus Breviariis collecta reperiuntur: Unum, quod cum ſubſcriptione CC. XVII. Epiſcoporum; utrumque autem cum Apoſtolica auctoritate firmatum. Eadem etiam Breviaria beatus Adrianus cum prædictis Orientalibus Conciliis Karolo Imperatori Romæ ad diſpoſitionem Occidentalium Eccleſiarum tradidiſſe legitur. G Ergò & nos eadem pro authenticis recipere, & obſervare neceſſariò debemus; quæ Apoſtolica auctoritate firmata, Eccleſiiſque ad obſervandum directa indubitanter percepimus.

*Genedius. (margin note: *Genedius.)

Videtur deeſſe vox, Conſulum. (margin note: * Videtur deeſſe vox, Conſulum.)

De Æra.

Æra autem hujusmodi Conciliis præfixa pro anno Dominicæ Incarnationis intelligitur, quæ juxta Iſidorum ab ÆRE denominatur; eò quòd anni apud antiquos ære notarentur, cùm & Indictiones inſtituerentur. Sed quia Æs caret aſpiratione, ab ἥρᾳ, id eſt, nomine Junonis, id eſt, aëris tractum videtur, infra quæ maximè tempora varian- H tur. Et notandum, quia Chronica pauciores annos ab Incarnatione Domini Conciliis adſcribunt, quàm in Titulis eorum reperiantur: Illa, inquam, Chronica, quæ domnus Heremannus egregius calculator, & temporum ſubtiliſſimus indagator ex diverſis Chronicis & hiſtoriis diligentiſſimè compoſuit; quæ uſque ad M. LIV. Dominicæ Incarnationis annum fideliter perduxit. Nam in illis, ſecundo Univerſali Concilio, videlicet Conſtantinopolitano primo CCC. LXXX. annus adſcribitur, cui in titulo CCCC. XVIII. attribuitur. Item in illis tertio Univerſali Concilio, id eſt, Epheſino CCCC. XXX. videlicet annus adjicitur; cui in titulo CCCC. LXXXVIII. ſociatur. Item; in illis Chalcedonenſe Concilium ſub CCCC. L. anno ponitur, cui in Titulo CCCC. LXXXIX. adſcribitur.

Heremannus Contractus.

A bitur. Nempe Æra in bis titulis XXXVII. annorum plus habet, quàm reperiatur in Chronicis.

Hæc quoque diverſitas & in Africanis, & in aliis Occidentalibus Conciliis ſæpenumero invenitur, quibus item Æra præfigitur. Qualibet autem occaſione hujuſmodi diverſitas evenerit, nequaquam tamen nobis fidem rerum impedire debebit; cùm & in ipſis ſacris literis diverſa temporum prænotatio nullo modo rerum veritatem impedierit. Nam in illis LXX. interpretum auctoritas ab Hebraica veritate in numero annorum adeò diſcordat, ut ab origine mundi plus mille annorum, quàm illa in Nativitate Domini ponat. Familiaris utique Chronographis hujuſmodi diverſitas: nec lectores multum inde curant; dum tantùm ea, quæ legerint, indubitatæ veritatis eſſe cognoverint.

B Sciendum tamen; quia majores noſtri ſcripta adnotatione temporum firmare conſueverunt; ſicut & Romanæ leges, quas ſuſcepit Eccleſia, præcipiunt. Dicunt enim; *Si qua poſt hæc edicta, ſive conſtitutiones ſine die & conſule fuerint deprehenſa, auctoritate careant*. Hinc eſt, quod SS. Patres, etiam Eccleſiaſticis ſtatutis, ſive ſcriptis diem & conſulem aſſignate ſolent, annúmque ipſius Conſulis, ſive Conſulum ſignanter adſcribunt: ùt illic; Honorio duodecies, & Theodoſio ſepties, ſubauditur, Conſulatu annuato, factum eſt VI. Carthaginenſe Concilium, Africani quoque Canones præcipiunt, ut literæ, quas Epiſcopi ab Ordinatoribus ſuis accipiunt, diem & Conſulem habeant, ut

C tempus ſuæ Ordinationis ſemper attendant, nec his, qui priùs ordinati ſunt, temerè ſe præferant: ſed Eccleſiaſtica inſtituta, non tam ex temporis, ſive Conſulis annotatione, quàm ex Apoſtolica, & univerſali aſſenſione tantum firmitatis acceperunt, ut nequaquam de eorum auctoritate dubitetur. Quapropter & nos eorum auctoritati præjudicare non debemus, etiamſi certum tempus inſtitutionis eorum ignoremus. Notandum quoque, quia Æra nonnunquam abuſivè pro Capitulo ponitur, ùt in illo ſcripto Toletani Concilii; ubi de Ordine tenendæ Synodi tractatur.

D *Gallicana Concilia.* Gallicana quoque Concilia plura ſunt, & in pluribus locis congregata; quorum Arelatenſe in primis ponitur. Primum igitur Arelatenſe Concilium, tempore Conſtantini Imperatoris, & Nicæni Concilii ab Epiſcopis DC. habitum, & ad confirmandum S. Sylveſtro Papæ directum, XXII. Canones ſtatuit, quorum auctor S. Marinus Arelatenſis Epiſcopus fuit. Secundum Arelatenſe Concilium ab Epiſcopis diverſarum Provinciarum XXXII. habitum, Canones XXV. conſtituit, cui Synodo Theodorus Epiſcopus ex Dalmatia, & Agathon diaconus S. Sylveſtri Papæ Legati cum S. Marino Arelatenſi Epiſcopo præfuère; in qua etiam fuit Cæcilianus Carthaginenſis Epiſcopus. Tertium E Arelatenſe Concilium ſub Marciano Auguſto ab Epiſcopis XIV. habitum, Æra CCCC. LXI. Canones IV. conſtituit, quorum auctor S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus fuit. Valentinum Concilium tempore Gratiani & Valentiniani Imperatoris ab Epiſcopis XX. habitum, Æra CCCC. XIII. Canones IV. conſtituit, cui Synodo Fegadius Epiſcopus præfuit. * Taurinancium Concilium VII. ** Taurinatenſe.* Canones conſtituit, habitum tempore Felicis hæretici, cujus mentionem facit Regienſe Concilium ab Epiſcopis XIII. ſub Imperatore Theodoſio minore, & Valentiniano habitum, Æra CCCC. LXXVII. Canones VII. conſtituit, cui Synodo S. Hilarius Epiſcopus præfuit. Arauſicum Concilium ab Epiſcopis XVII. tempore Theodoſii minoris habitum, F Æra CCCC. LXXIX. Canones XXIX. conſtituit, quorum auctor S. Hilarius Epiſcopus fuit. Vaſeuſe Concilium * apud Auſpicium ** Tom. I. Concil. apud Urbicum.* Epiſcopum ſub Theodoſio minore, Æra CCCC. LXX. Canones X. conſtituit. Agathenſe Concilium anno XXII. Alarici Regis ab Epiſcopis XXIV. habitum, Æra DX. IV. Canones LXXI. conſtituit, quorum auctor Gozarius Epiſcopus fuit. Aurelianenſe Concilium ab Epiſcopis XXVIII. habitum, Canones XXVII. conſtituit, cui Concilio Defrodius Epiſcopus præfuit. Hucuſque de Gallicanis Conciliis; deinde videamus de Hiſpanis,

Hiſpana Concilia. Eliberitanum Concilium tempore Conſtantini Imperatoris ab Epiſcopis XVIII. habitum Canones LXXXI. conſtituit, cui Hoſius Cordubenſis Epiſcopus interfuit. G Tarraconenſe Concilium anno VI. Theodorici Regis ab Epiſcopis X. habitum, Æra D. IV. Canones XIII. conſtituit, cui Joannes Epiſcopus præfuit. Gerundenſe Concilium anno VII. Theodorici Regis ab Epiſcopis VII. habitum, Æra Ɔ. LV. Canones X. conſtituit. Cæſarauguſtanum Concilium ab Epiſcopis XII. habitum Canones VIII. conſtituit, cui * Fetadius Epiſcopus præfuit. ** Fitadius vel Siradius.* Ilerdenſe Concilium anno XV. Theodorici Regis ab Epiſcopis VIII. habitum, Æra Ɔ. LXXXIV. Canones XVI. conſtituit, cui Sergius Epiſcopus præfuit. Valentinum Concilium anno XV. Theodorici Regis ab Epiſcopis VI. habitum, Æra, quâ ſuprà, Canones VI. conſtituit, cui Celſinus Epiſcopus præfuit.

H Primum Toletanum Concilium ſub Arcadio & Honorio Impp. ab Epiſcopis XVIII. habitum Canones XXI. conſtituit, cui Patroinus præfuit. Secundum Toletanum anno V. Amalrici Regis apud Montanum Epiſcopum ab VIII. Epiſcopis habitum, Æra D. LXVI. Canones V. conſtituit. Tertium Toletanum Concilium anno IV. Richaredi Regis ab Epiſcopis LXXII. habitum, Æra DC. XXVII. Arianam hæreſim anathematizavit, & omnes, qui

A qui Concilia omnium Orthodoxorum Epi-
ſcoporum conſona quatuor principalibus
Synodis non receperunt: deinde capita XIII.
conſtituit. Quartum Toletanum Concilium
anno III. Siſenandi Regis à LX. Epiſcopis, Æra
DC. LXXXI. Canones LXXV. conſtituit.
Quintum Toletanum Concilium tempore
Suinnilæ Regis ab Epiſcopis XXIV. habitum,
Æra DC. LXXXIV. Canones IX. conſtituit.
Sextum Toletanum Concilium anno II. Suin-
tilæ Regis ab Epiſcopis VI. habitum, Æra
DC. LXXXV. Canones XIX. conſtituit, cui
*Solva Narbonenſis Epiſcopus præfuit. Sep-
timum Toletanum Concilium anno V. *Cin-
daſiundi Regis ab Epiſcopis XXX. habitum
Canones VI. conſtituit. Octavum Toleta-
num Concilium XXXII. Canones conſtituit.
Nonum Toletanum Concilium anno VII. Re-
ceſuindi Regis ab Epiſcopis XVI. habitum,
Æra DC. XIV. Canones XVII. conſtituit.
Decimum anno IX. Receſuindi Regis ab Epi-
ſcopis XVIII. habitum, Æra DC. XCV. Ca-
nones X. inſtituit, cui Eugenius Toletanus
B Epiſcopus præfuit. Undecimum anno IV.
Wambani Regis ab Epiſcopis XVII. Æra
DCC. XIV. Canones XVI. conſtituit, cui
Quiricus Toletanus Epiſcopus præfuit. Duo-
decimum anno I. Ervigii Regis ab Epiſcopis
LII. Æra DCC. XIX. ab Idibus Januarii uſ-
que ad VIII. Kalendas Februar. habitum Ca-
nones XIV. conſtituit, cui Julianus Hiſpalen-
ſis Epiſcopus præfuit.

** Silva, Selva.*
** Ceinda-ſuindi.*

C Primum Bracarenſe Concilium anno III.
*Arimarii Regis ab Epiſcopis VII. habitum,
currente Æra D. LXIX. capita XVII. contra
Priſcillianiſtas promulgavit: deinde XXII.
Canones conſtituit. Secundum Bracarenſe
Concilium anno II. *Miri Regis ab Epiſco-
pis XII. habitum, currente Æra D. CX. Cano-
nes X. conſtituit, cui Martinus Bracarenſis
Epiſcopus præfuit. Tertium Bracarenſe Con-
cilium XI. Epiſcoporum, Orientalium Pa-
trum cum eodem Martino excerpſit & emen-
davit ſubjecta LXXIII. capita. Quartum
Bracarenſe Concilium anno IV. Wambani
Regis ab Epiſcopis IX. habitum, Æra DC. XIII.
Canones VIII. conſtituit, cui Iſidorus Hiſpa-
lenſis Epiſcopus interfuit.

** Ariamiri.*
** Mironis vel Ariamiri.*

D Primum Hiſpalenſe Concilium anno V.
Richaredi Regis ab Epiſcopis VI. habitum,
Æra DC. XXVIII. Canones III. ſtatuit, cui
Leander Hiſpalenſis Epiſcopus præfuit; ad
quem ſanctus Gregorius Moralia ſcripſit.
Secundum Hiſpalenſe Concilium tempore
Siſeburi Regis ab Epiſcopis VIII. habitum,
Æra DC. LVII. Canones XII. conſtituit ſub-
jectis XLVII. capitibus de fide, cui Concilio
B. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus præfuit:
qui corpus Canonum compaginavit. Huc-
uſque Concilia Hiſpaniarum.

Hæc ſunt ergò diverſarum Provinciarum
Concilia, quæ prædictus Iſidorus in *Collecta-
rio* ſuo de Canonibus diligentiſſimè deſcri-
pſit: quem utique *Collectarium*, ſi quis ſtu- E
dioſè perlegerit, pleniſſimè illa, quæ nos
ſummatim ſuprà tetigimus, ſe inveniſſe gau-
debit.

Præter hæc autem plura inveniuntur Con-
cilia, ùt Moguncienſe, Nannetenſe, & alia
hujuſmodi ſexcenta, quæ tamen nequaquam
contemnere debemus: cùm multa in his
Eccleſiaſticæ diſpoſitioni neceſſaria reperia-
mus; præſertim cùm & Romani Pontifices
illa per Provincias celebrari juſſerint, eáque
ſuis legationibus auctorizare conſueverint.
Hoc verò generaliter in quibuslibet provin-
cialibus Conciliis eſt obſervandum, ut illa
ſemper capita recipiamus, quæcunque Apo-
ſtolicis, & univerſalibus inſtitutis conſonare,
& Eccleſiaſticæ utilitati competere videa-
mus. Nam SS. Patres ſub diſtricto anathe- F
mate illum damnâſſe leguntur, quicunque
orthodoxorum Patrum ſtatuta non recepe-
rit, quæ univerſalibus Conciliis conſonare
perſpexerit. Per contrarium autem nuſ-
quam illa recipere debemus, quæcunque
Apoſtolicis, & univerſalibus inſtitutis adver-
ſari percipimus, ne itidem ſub inevitabili
anathemate pereamus. Beatus enim Gre-
gorius Papa Primus, omnes à Principalibus
Conciliis diſſentientes, in Synodica ſua ana-
thematizavit. Idem alibi omnia ſacris Ca-
nonibus adverſa ſub anathemate damnavit.
His utique ſententiis illi indubitanter multan- G
tur, quicunque aliquid in Canonicam aucto-
ritatem recipere præſumunt, quod authen-
ticis ſanctionibus adverſari deprehendunt.
Beato quoque Auguſtino aſſerente didici-
mus, quòd illa Concilia, quæ per ſingulas re-
giones vel Provincias fiunt, plenariorum
Conciliorum auctoritati, quæ ex univerſo
orbe Chriſtiano fiunt, ſine ullis ambagibus
cedunt.

Alia Concilia Provincialia.

De auctoritate autem ipſorum Pontifica-
lium decretorum nulla nobis dubitatio re-
linquitur, cùm & ipſa Univerſalia Concilia
auctoritatem exinde perceperint, nec aliun-
de Synodicam firmitatem habere potuerint.
Hæc ergò & nos irretractabiliter obſervare H
debemus, ùt Apoſtolici Patres nobis ex Apo-
ſtolica auctoritate præceperunt, per quam
& aliorum ſtatuta nobis ad obſervandum
canonizâſſe leguntur: Nempe beatiſſimi Pa-
tres noſtri Damaſus, & Leo Magnus; quo-
rum alter, ſecundum Univerſale Concilium;
alter, quartum, id eſt, Chalcedonenſe Con-
cilium Apoſtolica auctoritate firmavit; ipſi,
inquam, eâdem auctoritate, & eâdem voce
ita generaliter decrevère: *Omnia*, inquiunt,
*decretalia Prædeceſſorum noſtrorum, quæ de Ec-
cleſiaſticis ordinibus & Canonum promulgata
ſunt diſciplinis; ita omnibus Epiſcopis à cunctis
generaliter Sacerdotibus cuſtodiri debere man-
damus, ut ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi
deinceps noverit denegari.* Idem Damaſus ali-
bi omnibus Epiſcopis ſcribens: *Obſervetur*,
inquit, *ab omnibus, ut illa ſemper, quæ Apoſtolica
inſtitu-*

De decretis & decretalibus, ſummorum Pontificum.

A *inſtitutione, & Patrum traditione ſunt conſtituta ſub metu irrefragabili auctoritate teneantur.* Item beatus Agatho Papa, qui IV. Univerſalem Synodum per Legatos ſuos inſtituit, & inſtitutam Apoſtolica auctoritate firmavit: *Sic*, inquit, *omnes Apoſtolicæ Sedis ſanctiones accipiendæ ſunt, tanquam ipſius Petri divina voce firmatæ.* Item Succeſſor eorum beatus Nicolaus Papa, Primus; Synodo generali Præſidens, ejuſdem Synodi judicio decrevit: *Ut etiam anathema eſſet, quicunque decreta à Romano Pontifice promulgata contempſiſſet.* Sanctus quoque Adrianus Papa etiam Reges anathematizat, quicunque Sedis Apoſtolicæ decreta violare non formidant.

His ergo teſtimoniis ſatis edocemur, quàm indubitanter Apoſtolicis inſtitutis obedire debeamus.

B Hæc ſunt igitur Eccleſiaſtica ſtatuta tam in Conciliis, quàm in Pontificalibus decretis, quibus Eccleſiaſtica diſciplina à temporibus Apoſtolorum inſtituta, & huc uſque propagata non dubitatur.

Eccleſiaſtica inſtituta ſeu Canonum, propriè Sacerdotum.

Hi ſunt Eccleſiaſtici Canones, qui Sacerdotum propriè dicuntur, ùt lex Moyſi, lex Judæorum. Unde S. Cæleſtinus Papa: *Nulli*, inquit, *Sacerdotum liceat ſuos ignorare Canones, nec quidquam facere, quod ſanctorum legibus poſſit obviare.* Propriè, inquam, Sacerdotum non incongruè dicuntur: cùm eorum ſpeciale ſit officium, ut ſibi, & aliis ſecundùm Canones providere, & ſi quid perperam committitur, ſecundùm eoſdem emendare conentur. Unde & à S. Cæleſtino Papa eos ignorare, prohibetur. Nam nequaquam vel ſe, vel alios ſecundùm Canones informare poſſent, ſi Canonum informationes ignorarent. C Quapropter Sacerdotibus neceſſaria eſt ſcientia Canonum. Hanc autem nobis ita potiſſimùm comparare poterimus, ſi eos frequenter legere, & in legendo competentiam ſenſus inquirere ſtudeamus. Nam quamvis ſacri Canones apertam videantur prætendere literaturam, multa tamen in eis obſcura reperiuntur, quæ à negligentioribus aliquando lectoribus, quaſi minùs idonea deputantur, quæ aptiſſima ſunt, ſi competenter intelligantur.

De mutatione Epiſcoporum.

Ut illud Nicæni Concilii de mutatione Epiſcoporum: XI. hujus Concilii capite penitus prohibetur: *Ne Epiſcopus de civitate in civitatem tranſmigret.* Item beatus Damaſus Papa poſt Nicænum Concilium, omnibus D Epiſcopis ſcribens; tam diſtrictè mutationem Epiſcoporum prohibuit, ut tranſmigrantem ſub excommunicatione in locum ſuum revocaverit, cui etiam ſacerdotale officium interdixit, quamdiu ille viveret, ſi quem fortè ſucceſſorem infra ſuam tranſmigrationem accepiſſet.

Sanctiſſimi autem Martyres & Apoſtolici Pontifices Evariſtus, Calliſtus & Antherus ante Nicænum Concilium, quiſque in ſuo tempore, omnibus Epiſcopis ſcribens, mutationem Epiſcoporum licitam fore docuerunt. E Ex quibus S. Antherus multos SS. Patres de loco in locum translatos numeravit, ùt Petrum de Antiochia Romam; & Euſebium de quadam parva civitate Alexandriam. Sed hanc diverſitatem ita ſimpliciter intelligere poſſemus; ut illud neceſſitati perſecutionis, iſtud autem libertati pacis adſcriberetur; ſi nuſquam & in pacis tempore hujuſmodi permutatio facta reperiretur. Quod quia perſæpe, & modò ſolet evenire, aliam expoſitionis competentiam inquiramus, præcipuè illam, qua SS. Patres & in pace & in perſecutione ad invicem concordâſſe monſtremus.

F Dicat ergò SS. Antherus quid de mutatione Epiſcoporum ſibi videatur: *Non tranſit de civitate in civitatem, nec transfertur de minori ad majorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit, ſed aut vi à propria ſede pulſus, aut neceſſitate coactus, aut utilitate loci, vel populi, non ſuperbè, ſed humiliter ab aliis translatus & inthronizatus eſt. Nam ſicut Epiſcopi habent poteſtatem ordinare regulariter Epiſcopos & reliquos Sacerdotes; ſic quoties utilitas, aut neceſſitas exegerit, ſupradicto modo & mutare, & inthronizare poteſtatem habent; non tamen ſine ſacroſanctæ Romanæ Sedis auctoritate & licentia. Alia etenim eſt cauſa utilitatis & neceſſitatis, & alia avaritiæ, & præſumptionis, aut propriæ voluntatis.* G Ecce quàm apertè vir iſte Apoſtolicus nobis inſinuat; quid de mutatione Epiſcoporum intelligere debeamus; videlicet ut præſumptuoſam, & ambitioſam mutationem cum Nicæno Concilio damnemus: neceſſariam verò & utilem cum Apoſtolica auctoritate recipiamus.

Item S. Calliſtus Papa: *Mutandus*, inquit, *Epiſcopus, non per ſe hoc agat, ſed fratribus invitantibus, cum auctoritate hujus ſanctæ Sedis faciat, non tamen ambitus cauſa, ſed aut neceſſitate, aut utilitate.* Item S. Evariſtus: *Epiſcopus*, inquit, *non dimittat Eccleſiam abſque inevitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, & alteri ſe jungat, ambitus cauſa.* Et hi, utique Apoſtolici, cum Nicæno Concilio in mutatione Epiſcoporum ambitionem damnaverunt: neceſſitatem verò, & utilitatem admittendam docuerunt.

H Nec mirandum, quòd Nicænum Concilium, non tam ſignanter, ùt antiqui Patres, neceſſitatem & utilitatem exceperit; cùm mutationem Epiſcoporum tam ſimpliciter prohibuerit. Nam ante Nicænum Concilium creberrimæ perſecutiones Epiſcopos de loco in locum mutari ſæpiſſimè compulerunt. Nec ibi locum ambirio habere poterat, ubi potiſſimùm ille ad martyrium ducebatur, qui aliis præeminere videbatur. Hoc utique ſancti Romani Pontifices verum eſſe teſtantur; qui penè omnes ante Nicænum Concilium Martyrio coronati leguntur. A-

A tempore autem Nicæni Concilii, ſedata perſecutione, aliquantulum non tam neceſſaria videbatur mutatio Epiſcoporum, cùm jam liberum eſſet, quemlibet ſuis ovibus præſidere; vel ubi deeſſet, alium ſecundùm Canonem ordinare. Non ergò mirandum, ſi Nicæni Patres, non ùt antiquiores, in ſua prohibitione aliquid exceperint, cùm jam non tam rationabilem exceptionis cauſam habuerint, præſertim cùm neceſſariò jam ambitus notarentur, quicunque jam non neceſſariò alienam ſedem ambire viderentur.

Sed Sardicenſe Concilium, cui Hoſius magnus, ùt Nicæno Concilio præſuiſſe legitur, & ſententiam ejuſdem Concilii de mutatione Epiſcoporum, ita expoſuiſſe videtur. Prohibet enim capite primo, *ne quis Epiſcopatum mutet per ambitum; eúmque, qui ita mutaverit, etiam laica communione privat.* B Hinc B. Leo Papa I. Anaſtaſio Theſſalonicenſi Epiſcopo ſcribens: *Deliberat, ut proprium locum perdat, & alienum non detineat; quicunque deſpecto proprio, alienum per ambitionem obtinere deſiderat.* Si ergò ità ſententiam Nicæni Concilii intellexerimus, nequaquam in hoc alicui rationabili Epiſcoporum mutationi contradicemus, ſicubi etiam in noſtro tempore hujuſmodi neceſſitas exegerit, & Apoſtolica auctoritas fieri conſenſerit.

Qui, & quatenus accuſandus Prælatus à ſuis?

Item SS. Patres frequentiſſimè prohibent, ne oves ſuum paſtorem, niſi in fide erraverit, accuſent, ſubditóſque accuſatores Prælatorum excommunicandos, & infamia notandos cenſuerunt. Beatus autem Gregorius ſcribens Joanni Corinthiorum Epiſcopo, Paulum, Euphemium, Thomam, Clematium Clericos damnavit; eò quòd proprium Epiſcopum pro quodam crimine accuſare C non obediérint. Idem etiam Apoſtolicus Dodavenæ civitatis Epiſcopi à Clericis ſuis pro corporali crimine accuſati, atque convicti depoſitionem in tantum confirmavit, ut eum etiam communione privandum judicaret, ſi deinceps aliquid de Epiſcopatu vel loqui præſumeret.

Sed hæc nequaquam ad invicem contraria judicabimus, ſi ſuperiorem ſententiam competenter intelligere curabimus; videlicet, ne oves ſuum paſtorem ex propria temeritate ullatenus accuſare præſumant; nec tamen ſuperiori poteſtati hoc eis Canonicè præcipienti ſuperbè reſiſtant, minimè quidem illi poteſtati, quæ ipſos damnare poterit, ſi ei contra proprium Epiſcopum obe- D dire noluerint. Sic igitur intelligitur: *Nec ſubditi Prælatos temerè accuſabunt; nec ſuperiori poteſtati contumaciter reſultabunt.* Hujuſmodi adapertionem intellectus, & in ipſa ſacra Scriptura nonnunquam neceſſariò re- *Exod. 20.* quirimus; uti in illo: *Non occides.* Si enim illud nimis ſimpliciter intellexerit; ipſa lex tibi repugnabit; quæ ſæpiſſimè alibi reos morte multari decrevit. Ipſe quoque Deus, E qui legem inſtituit, perſæpè multos occidi præcepit. Ne ergò Deum uſpiam contraria præcepiſſe blaſphemes; prædictam ſententiam conſideratiùs neceſſariò intelligere debemus, ſcilicet ea conſideratione; ne aliquis ex propria præſumptione occidat: Deo autem, ſi hoc per ſe, ſive per legem Dei præceperit, obedire non renuat. Ita enim B. Auguſtinus in lib. 1. de civit. Dei exponit: juxta quem, non ipſe occidit, quiſquis in hoc miniſterium jubenti obedit. Sic ergò & in accuſatione ſubditorum, non obedientiam, ſed præſumptionem proſcriptam competenter intelligimus. Multis ſanè Eccleſiaſticis correctionibus in conceſſione hujuſmodi accuſationis proſpectum non dubitamus. Nam Prælati neceſſariò & ſibi & ſubditis tantò magis proſpiciunt, quantò magis ſe & per accuſationem ſubditorum percelli poſſe non dubitabunt. Nec parum Eccleſiaſticæ diſci- F plinæ derogaretur, ſi nuſquam hujuſmodi accuſatio concederetur. Nam pauci Prælati illius perfectionis invenirentur, qui non tantò magis & ſe, & ſubditos in diſciplina negligerent, quantò magis ſe per accuſationem eorum ad aliquod judicium coërcendos deſperarent. Subditi tamen nequaquam hoc abſque majoris poteſtatis auctoritate præſumant; ne dignam ſuæ damnationis ſententiam juxta ſtatuta SS. Patrum excipiant.

Sciendum autem, quòd ſubditi pro propria injuria & hæreſi Prælatum ſuum accuſare non prohibentur, juxta illud Symmachi Papæ ad Cæſarium Epiſcopum: *Oves*, inquit, *ſuum Paſtorem accuſare non poſſunt, niſi pro hæreſi aut propria injuria.* Hinc Africani Cano- G nes Apoſtolica auctoritate promulgati, & confirmati, enumeratis omnibus, quibus accuſandi licentia denegatur, ſtatim ſubinferunt: *His tamen omnibus in propriis cauſis accuſandi licentia non denegatur.*

Ne quis abſens judicetur.

Item SS. Patres ſæpiſſimè decernunt, ne quis abſens judicetur; ùt beatus Zepherinus Papa: *Quia hoc*, inquit, *& divinæ & humanæ leges prohibent.* Item Felix Papa omnibus Epiſcopis ſcribens: *Abſente*, inquit, *adverſario, non audiatur accuſator: nec ſententia abſente alia parte à Judice dicta ullam obtinebit firmitatem.* Item ſanctus Cornelius Papa: *Omnia*, inquit, *quæ adverſus abſentes in omni negotio, aut loco aguntur, judicantur, omnino evacuabuntur; quoniam abſentem nullus addicit, nec ulla lex damnat.* Zoſimus autem Papa H in ordine XLIII. cum CC. XVII. Epiſcopis Africani Concilii, quemlibet accuſatorem, ſive accuſatum, etiam abſentem, communione privavit, quicunque poſt Canonicam vocationem venire contempſiſſet. Item Bonifacius Papa ſucceſſor ejus, de contumaciter abſente decrevit, ne dilationem ſententiæ de abſentia lucraretur. Beatus quoque Grego-

A Gregorius Maximum præſumptorem Salo-
nitanum, non ſolùm pro illatis criminibus,
ſed eoiam pro abſentia damnandum judica-
vit, eò quòd Canonicè vocatus venire di-
ſtulerit. Item Theodorus Papa Paulo Con-
ſtantinopolitano ſcribens præcepit, ut Pyrr-
hum ejuſdem quondam ſedis Epiſcopum
abſentem damnaret: *Quia*, inquit, *præſentia
ejus neceſſaria non eſt, cujus exceſſus præſens eſt.*
Item Felix Papa Acatium Conſtantinopoli-
tanum abſentem damnavit, cujus ſenten-
tiam beatus Gelaſius, ſucceſſor ejus, irrefra-
gabili approbatione Canonicam monſtravit.
Nec planè dubitaverim, quin plures inve-
niantur, qui ita abſentes ſententiam damna-
tionis exceperint, quàm qui præſentes Ca-
nonicam examinationem & damnationem
B exſpectaverint. Harum autem ſententia-
rum diverſitatem facilè concordabimus, ſi
ſuperiorem ſententiam de abſente non ju-
dicando ad illum ſolummodò referamus,
cujus cauſa adhuc veotilanda videtur, qui
locum reſpondendi potiùs non habuit, quàm
Canonicè oblatum refutaverit. Nam ſi Ca-
nonicè vocatus venire contempſiſſet, nec
tamen Canonicam excuſaoonem prætende-
ret, tam apud antiquos, quàm apud moder-
nos etiam abſens Canonicè damnari poſſet.
Si ergo ità exponimus utramque ſententiam
de abſente rationabilem eſſe videbimus, ut
& abſens judicetur, qui Canonicam voca-
tionem, ſive admonioionem contempſiſſe
deregitur, & abſens non judicetur, de cujus
contumacia adhuc dubitatur.

C Sic ergò & in aliis Canonum diverſitati-
bus competentem ſenſum inquirere debe-
mus, ne fortè hujuſmodi diverſa, nonnun-
quam quaſi repugnantia temerè reſpuamus;
quæ tamen ex Apoſtolica auctoritate pro-
mulgata, ſive confirmata non ignoramus.
Ita, inquam intelligendi congruenoam inda-
gare conemur, ne hujuſmodi ſtatuta uſpiam
ſibi contraria interpretemur. Nam ipſi ſan-
ctoSpiritui magnam injuriam irrogare vide-
mur, ſi illa, quæ ipſe per SS. Patres inſtituiſſe
legitur, quaſi contraria, & ideo contemnen-
da interpretari non veremur.

Canones examinandi, & ſecundùm ſuas circumſtantias examinandi.

Non ſolùm autem excepoones Canooi-
carum inſtitutionum, ſed & integras earum
deſcriptiooes diligenter conſidetare, & ad-
invicem conferre non tædeat, ſi ad plenam
earum notitiam pervenire nos, libeat. Nam
quælibet capita locis ſuis conſiderata, non-
nunquam ſatis apertè patebunt; quæ per ſe
inſpecta, aut vix, aut nullo modo compe-
D tenter intelligi potuerunt. Ipſa enim cir-
cumſtantia lectionis, multa nobis præſcribe-
re ſolet, quæ unum ſingulare caput non ha-
bet: ſine quibus tamen pleniter intelligi non
valet. Sed diverſorum ſtatutorum adinvi-
cem collaoo multum nos adjuvat; quia u-
num, ſæpe aliud elucidat. Conſideraoo
quoque temporum, locorum, ſive perſona-
rum, ſæpe nobis competentem ſubminiſtrat E
intellectum, ut etiam diverſitas ſtatutorum,
nequaquam abſurda, vel contraria videatur,
cùm diverſitati temporum, locorum, ſive
perſonarum apertiſſimè diſtributa reperia-
tur. Hoc utique lectori multum intelligen-
tiæ ſuppeditabit, ſi hujuſmodi ſtatutorum
originales cauſas ſingulari diligentia indaga-
re non omittit. Ex tali enim indagatione,
multa rationabiliter inſtituta parebunt, quæ,
ignoratis eorum cauſis, minùs idonea vide-
ri potuerunt.

Hoc utique ſtudioſiſſimè indagandum, &
indagatum memoriæ tenaciter commendan-
dum; quid SS. Patres diſpenſatoriè, quaſi
ad tempus ſervandum inſtituerint: quid
etiam generaliter omni tempore tenendum
cenſuerint. Alia enim ratio eſt eorum, quæ F
diſpenſatoriè inſtituta videntur, alia genera-
lium. Unde beatus Innocentius Papa ad
Macedones Epiſcopos ſcribens: *quod neceſſi-
tas*, inquit, *pro remedio reperit, neceſſitate ceſ-
ſante, debet utique ceſſare pariter, quod urge-
bat; quia alius ordo eſt legitimus; alia, uſur-
patio, quam ad præſens fieri, tempus impellit.
Et advertite, quod utique, ùt dicitis, neceſſitas
imperavit, in pace jam Eccleſias conſtitutas, non
poſſe præſumere.* Hac ratione beatus Inno-
centius ſtatutum Nicæni Concilii de hæreti-
cis cum Ordine recipiendis, noo jam atten-
dendum aſſeruit, eò quòd neceſſitas illo
tempore jam tranſierit, quæ Nicænos Patres
ita Novatianos recipere compulerit. Unde
& Africani Patres cap. 32. decreverunt, ne
Donatiſtæ cum Ordine reciperentur: illis
tamen exceptis, per quorum ſuſceptionem
Eccleſiaſticæ utilitati conſuleretur.

De his autem, quæ non diſpenſatoriè, ſed G
generaliter inſtituta ſunt, ſanctus Leo Papa
Primus omnibus Epiſcopis ſcribens teſtatur.
Non, inquit, *in cujuſquam perſona prætermit-
tendum eſt, quod in generalibus ſtatutis contine-
tur.* Quæ etiam Gelaſius Papa ſemper re-
gulariter cuſtodienda judicat, niſi aliqua vel
rerum vel temporum perurgeat anguſtia.
Nam & de his nonnunquam aliquid ſanctos
Patres remiſiſſe leguntur pro neceſſitate
temporum: ùt in ordinatione ſancti Am-
broſii, quem ex neophyto ordinaverunt:
quod tamen generaliter Canonum inſtituta
prohibuerunt. Item idem Leo qui ſuprà;
quoſdam ex Laicis ordinaros in Epiſcopatu
confirmavit, licèt & hoc ſancti Patres gene-
raliter jam prohibuerint.

Cùm autem aliqua rationabilis cauſa oc- H
currerit; quam ſacri Canones aliquantulum
temperari exegerint, ſemper illa ejuſdem
LEONIS ſententia ad Ruſticum Narbonen-
ſem Epiſcopum fideliter eſt tenenda; *Sicut*,
inquit, *quædam ſunt, quæ nulla ratione convel-
li poſſunt; ita nonnulla ſunt, quæ aut pro con-
ſideratione ætatum, aut pro neceſſitate rerum
oporteat temperari, illa ſemper conditione ſerva-*

 ta,

A *ta, ut in his, quæ vel dubia fuerint, vel obſcura, id noverimus ſequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis SS. Patrum inveniatur adverſum.*

Ad Romanum ſpectat Pontificem facultas temperandi & mutandi Canones.

Hanc autem facultatem temperandorum, ſive mutandorum Canonum, Romano Pontifici potiſſimùm adjacere, non dubitamus, ùt ſancti Patres docuerunt. Nam beatus Gelaſius & Nicolaus Papa I. in decretis eorum, Symmachus verò in generali Synodo, diverſo quidem tempore, ſed eâdem voce de Romani Pontificis auctoritate proteſtati ſunt. *Neceſſaria*, inquiunt, *rerum diſpoſitione conſtringimur, & Apoſtolicæ Sedis moderamine convenimur; ſic Canonum Paternorum decreta librare, & retrò Præſulum, deceſſorúmque noſtrorum præcepta metiri, ut, quæ præſentium neceſſitas temporum reſtaurandis Eccleſiis depoſcit, adhibita conſideratione diligenti, quantum poteſt fieri; temperemus.*

B Nec mireris, ſi Romani Pontifices hanc ſemper peculiariter habuerint poteſtatem, ut Canones pro tempore diſpenſarent. Ipſi enim ſunt auctores Canonum; & illa ſedes ſemper habuit hoc privilegium, ut ligatum, vel ſolutum ſit, quidquid ipſa ligaverit, vel ſolverit. Unde juxta atteſtationem ſanctorum Patrum omnibus Eccleſiis præeminet, & de omnibus judicare poteſt. Hoc utique privilegium, nulla indignitas Præſidentium imminuere poterit, atteſtante beatiſſimo Papa Leone; *Etſi*, inquit, *nonnunquam diverſa ſunt merita Præſulum, jura tamen permanent ſedium, quibus poſſunt æmuli perturbationem aliquam fortaſſis inferre, non tamen poſſunt mi-*
C *nuere dignitatem.* Nec ipſe ſanctus Petrus, necdum aliquis Romanæ ſedis Epiſcopus, aliquem ſuum ſucceſſorem; aliquo præjudicio, ea poteſtate privavit; quin eâdem auctoritate omni Eccleſiæ, non ſolùm antiquis, ſed & novis inſtitutis, nunc leniùs, nunc ſeveriùs conſulere poſſet, imò deberet, prout tempori ſuo opportunum fore videret. Hoc utique ſingularia Romanorum Pontificum decreta teſtantur, in quibus ipſi ſuorum temporum neceſſitatibus diverſo modo conſuluiſſe leguntur. Nicæni quoque Canones Romani Pontificis privilegium ratum eſſe voluerunt, cùm ad exemplum ejus etiam omnium provinciarum privilegia judicarent obſervanda.

D Nequaquam ergò aliquid Romanus Pontifex contra Canones agit, ſi quando illos, pro conſideratione temporum, nunc intendit, nunc remittit; cùm & ipſi Canones tale privilegium indubitanter conceſſerint: ſi & alii Epiſcopi, & ſi nullo modo, ùt Præſul Apoſtolicus, vel Canones inſtituere, vel jam inſtitutos judicare valeant, aliquando tamen, pro modulo ſuo, aliqua ſtatuta temperant, & hoc maximè in Legibus pœnitentium, quod etiam ipſi Canones illis concedunt. Nam Nicænum Concilium Epiſcopis conceſſiſſe legitur, ut dignè pœnitentes humaniùs E
tractentur, & Canonicam ſeveritatem in eis aliquatenus mitigent. Debent enim juxta Innocentium Papam attendere confeſſionem pœnitentis, & fletus & lacrymas corrigentis, ac tunc jubere dimitti, cùm congruam viderint ſatisfactionem. Nam, juxta Auguſtinum, in hujuſmodi pœnitentia, non tam menſura temporis, quàm doloris eſt attendenda. Nequaquam autem Eccleſiaſtica diſciplina ſubſiſtere poſſet; ſi non Præſul Apoſtolicus illam auctoritatem haberet de Canonibus, quam ſuprà retulimus. Nam præcedentium Patrum ſtatuta Eccleſiaſticam diſciplinam non tam inſtituerent, quàm confunderent; ſi nulla ratione à ſucceſſoribus eorum immutari poſſent: cùm tamen neceſſitas temporis, nunc mitiùs, nunc ſeveriùs incedendum perſuadeat. Quod illum F
non latebit, qui præcedentium Patrum, & ſubſequentium ſtatuta diligenter inveſtigare curaverit. Nempe, ſi B. Gelaſius, numerum annorum, quos ſui anteceſſores ſingulis gradibus præfixerunt, imminuere non poſſet, penuriæ Clericorum, ſui temporis, per Presbyteros ex Laicis infra annum maturatos, nullo modo ſuccurriſſet. Item, ſi moderni Pontifices antiquorum rigorem Canonum ſuper lapſos Sacerdotes remittere nequiſſent; ipſa Chriſtiana religio deſtituta ſacerdotali officio penitus ſtare non poſſet, cùm jam pœnè nulli Sacerdotes, niſi criminaliter lapſi, reperiantur; quos antiqui Canones depoſuiſſe leguntur.

Sciendum ſanè, quòd Romani Pontifices G
ſemper magis antiqua exequi & obſervare, quàm nova inſtituere, niſi aliqua rationabilis cauſa perurgeret, conſueverunt. Unde beatus Gelaſius Papa ad Epiſcopos Dardaniæ: *Nullus*, inquit, *jam veraciter Chriſtianus ignorat, uniuſcujuſque Synodi conſtitutum, quod univerſalis Eccleſiæ probavit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem præ cæteris oportere, quàm primam, quæ unamquamque Synodum, & ſua auctoritate confirmat, & continuata moderatione cuſtodit.* Hinc ſanctus Leo Papa: *Ad meum*, inquit, *tendit reatum, ſi paternarum regulæ ſanctionum, quæ ad totius Eccleſiæ regimen, ſpiritu Dei inſtruente, ſunt conditæ, me, quod abſit, connivente, violentur.* Item Julius Papa Orientalibus Epiſcopis ſcribens: *Inſtituta*, inquit, *Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum contemnere nolite. Canones habetis, his* H
fruimini. Satis enim indignum eſt, quenquam Pontificum, vel Ordinum ſubſequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri ſedem conſequi videat, & docere. Multum convenit, ut totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſervatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, ubi Dominus Eccleſiæ totius poſuit Principatum, dicente ſcriptura; ordinavit in me Charitatem: Et iterum: *Omnia cum ordine fiant.*

Epiſt. 1. ad Orient. circa finem.

Eandem ſententiam beatus Gelaſius in generali decreto de Eccleſiaſticis inſtitutis ad

omnes

omnes Epiſcopos ſcribens deprompſit: *Cùm nobis*, inquit, *contra ſalutarium reverentiam regularum cupiamus temerè nihil licere; Et cùm ſedes Apoſtolica, ſuper his omnibus, favente Domino, quæ paternis Canonibus ſunt præfixa, pio, devotóque ſtudeat tenere propoſito, ſatis indignum eſt, quenquam Pontificum, vel Ordinum ſubſequentium, hanc obſervantiam refutare, quam Beati Petri ſedem conſequi videat, & docere, ſatiſque conveniens eſt, ut totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſervatione concordet, quam illic vigere videt, ubi Dominus totius Eccleſiæ poſuit principatum.* In hoc utique SS. Romani Pontifices aliis pares eſſe voluerunt, quòd non tam novæ inſtitutionis auctores, quàm veteris executores exiſtere ſtuduerunt, quod non ſolùm Romano, ſed cuilibet Epiſcopo, id Gelaſius licere teſtatur.

LECTORI.

HActenus antiquæ membranæ: Quæ num totam Bernaldi lucubrationem nobis exhibeant, ambigo, ob finem tam abruptum, & nulla vel Lectoris, vel Gebehardi compellatione terminatum. Cui plenius & integrius exemplar obtigerit; is Bernaldum integriorem edat.

SYNODUS MOGUNTINA
IN
CAUSA CAROLI
CONSTANTIENSIS EPISCOPI SIMONIACI,
SUB
SIGEFRIDO
ARCHI-EPISCOPO MOGUNTINO.
UNA
CUM SEX EIUSDEM SIGEFRIDI EPISTOLIS,
QUARUM QUATUOR SUNT
AD
ALEXANDRUM II.
PONTIFICEM MAX.
DUÆ AD
GREGORIUM VII.
Acceſſerunt
Cleri Populique Moguntini ad Sigefridum literæ, quibus eum Cluniaco ad ſuam Sedem revocant.
Omnia
Nunc primum ex vetuſtis membranis publici juris facta.

LECTORI.

DE Sigefrido ſeu Sigifrido ſeu Sifrido ejúſque rebus geſtis, lege Serarium lib. 5. Rerum Moguntiacarum. De Synodo, quam

Digitized by Google

evulgamus, ita Bertoldus ſeu Bernaldus in Chronico Anno M. LXXI. *Carolus, qui Conſtantienſem Epiſcopatum Simoniacè acquiſivit, quique theſauros ejuſdem Eccleſiæ, utpote ſacrilegus fur, in ſuos uſus diſperſit, habito Concilio Moguntiæ, ex præcepto Papæ Alexandri, Prædictus Simonis diſcipulus, nondum conſecratus deponitur: quippe cùm à Clericis Conſtantienſibus ibidem accuſatus, objecta negare non poſſet, cui ſucceſſit in Epiſcopatu Otho.* De eadem Synodo Marianus & Lambertus.

Vivebat tunc in Curia & Eccleſia Romana Hildebrandus Archidiaconus & Archicancellarius, poſtea Gregorius VII. in Pontificatu appellatus, acerrimus ſchiſmaticorum & incontinentium Clericorum hoſtis & inſectator: cujus monitu Alexander Pontifex, quamvis ipſe etiam ſua ſponte ſatis adverſus ſacrilegos & flagitioſos inflammatus, multa agebat; & inoliti mali fibras ſtirpitus elidere tentabat, exagitatus & ipſe à ſchiſmaticis, oppoſito Cadaloo Antipapa; ſicut poſtea Gregorius VII. à Guibertina factione vexatus eſt.

A

SYNODUS MOGUNTINA IN CAUSA CAROLI CONSTANTIENSIS EPISCOPI.

IMperante ſuper omnia æternaliter Regum Rege Domioo noſtro JEſu Chriſto, & ſub eo regnante temporaliter Sereniſſimo Heinrico Rege hujus nominis Quarto, Venerabili quoque Sigefrido, Moguntinæ Eccleſiæ Primate, & Apoſtolicæ Sedis Legato aurigante currum Dei anno jam XII. qui tunc volvebatur annus Incar-
B nari Verbi M. LXXI. octava Indictione Romani cenſus, celebrata eſt ſancta Synodus apud Moguntiam Metropolim Orientalis Franciæ, principalem verò Pontificii Sedem totius Germaniæ & Galliæ Ciſalpinæ, cui præſedit idem memorabilis Sigefridus, aſſidentibus & cooperantibus ſibi venerabilibus Archi-Epiſcopis Gebehardo Juvavenſi & Utone Treverenſi: Conſidentibus verò, & collaborantibus reverendis Epiſcopis Adelberone Wirzburgenſi, Gundecharo Eiſterenſi, Embricbone Auguſtenſi, Herimanno Babebergenſi, Werenbero Argentinenſi, Heinrico Spirenſi, Bennone * Oſinburgenſi, Ermenfrido Seduoenſi, Heriberto Mutinenſi: Conſidentibus verò & annitentibus ſanctiſſimis Abbaribus, nec non inferiorum ordinum quamplurimis magnæ auctoritatis &
C ſapientiæ viris. Aderant autem etiam legati reliquorum fratrum, videlicet ſuffraganeorum ejuſdem Metropolitani Antiſtitis Epiſtolas & mandata ferentes, quibus excuſati haberentur, quòd invitati Concilio intereſſe non poſſent, certis quibuſdam impedientibus cauſis: alii quidem corporeæ infirmitatis urgeote moleſtia; alii io quibuſdam regni negotiis regiæ juſſionis detinente potentia. Qui, dum Canonicè ſunt excuſati, D
ipſi legati competenti loco & ordioe eorum funguntur unuſquiſque vice Antiſtitis ſui.

* Oſnaburgenſi.

Hæc denique ſancta Synodus; cùm propter multa paſtoralis curæ negotia, pluréſque cauſas, quibus juſtè adhibenda erat Eccleſiaſticæ correctionis cenſura, tum maximè indicta & habita eſt, propter Karolum quendam, qui Conſtantienſis Eccleſiæ deſignatus erat Epiſcopus: Sed, ùt pòſt rei exitus docuit, non ſatis Canonicè electus, & provectus. Hic, ùt ſolenne eſt, accepta à Rege Pontificalis annuli, & paſtoralis ferulæ inveſtitura, & in ſede Epiſcopii receptus, regiæ poteſtatis jubente cenſura, poſtulabat à Primate Moguncienſi ejuſdem Conſtantienſis Eccleſiæ ſe Epiſcopum conſecrari. Sed venerabilis Sigefridus columbino ôculo ſerpentinæ prudenóæ omnem præcavens impietatem, dicebat, hoc Apoſtolicæ benedi- E
ctionis Sacramentum non debere, nec Canonicè poſſe in eo ſine examinatione celebrari, pro eo, quòd fidelium, graviúmque perſonarum relatiooe didicerit; quin imò, & famâ uſquequaque vulgaverit, quòd non per oſtium in ovile ovium vellet intrare, ſed per furtivam Simoniacæ impietatis ſcalam aliunde oiteretur aſcendere: ſe quoque talis introitus ejus nolle oſtiarium fieri, cui Chriſtus ipſe, qui oſtium eſt, videtur obniti. Quin ipſam impietatis ſcalam in lapide offenſionis & petra ſcandali, ſe velle contere-re, ipſúmque à mercenaria Dominici gregis occupatione longè longéque repellere. Ille, F
è cootrà, ſe hujus criminis & hæreticæ impietatis immunem multis argumentis aſſerere nitebatur: ſéque ſi ei copia, tempúſque detur, hujus infamiæ notam à ſe propellere velle teſtatur: indéque petit Synodalis Concilii audientiam; in qua ſuper hac re ſuam probare poſſit innocentiam; ibíque conſecratiooem, quam petebat, aut Canonicè ſibi dari, aut Canonicè negari.

Bertoldus in Chronico Anno M. LXIX. *Conſtantiæ Epiſcopus Rumaldus obiit; cui Carolus per Simoniacam hæreſin in Epiſcopatum ſucceſſit.*

Mittun-

A Mittuntur interea ad venerabilem Metropolitanum crebræ de Palatio legationes, miſtis precibus minas, & imperioſa de hac conſecratione mandata ferentes. Mittuntur & literæ à Præſule Apoſtolicæ Sedis, mandantes, ne ullo modo conſecretur ſine ſcrutinio Canonicæ purgationis: Et quod Rex poteſtate jubebat; Romanus Pontifex auctoritate prohibebat. Accedunt & Canonici Conſtantienſis Eccleſiæ ex communi totius Cleri & populi legatione, unanimiter aſſerentes, Karolum nulla ratione conſecrari debere; quia, ex quo eum inviti, & ſub conditione elegerunt & receperunt, nullam eis paſtoralis officii impendiſſet curam: quin potiùs tyrannicæ dominationis non ceſſâſſet ſuper eos exercere preſſuram; nec manum continuiſſet à ſacris; nec pepercilſet in diripiendis
B Eccleſiæ theſauris. Et quodcunque rapaci violentia corradere potuiſſet; hoc totum miniſtris Magni, imò Magi illius Simonis, id eſt, ſuis fautoribus diſtribuiſſet, ut quorum anniſu adulterinam meruiſſet electionem, eorum venali mercimonio, conſequeretur mercenaria pro conſecratione execrationem, pro benedictione maledictionem.

** barum.* At Metropolitanus Antiſtes inter * hujus legationum varietates, velut inter duros tempeſtatum turbines laudabili conſtantia in ſe ipſo fixus hæret immobilis; & nuſquam favore vel gratia, tenore vel munere inflecti-
C tur à ſtatu Canonicæ rectitudinis. Multis itaque nunciis hinc inde miſſis & remiſſis; multis quoque diebus huic audientiæ delegatis, & * cognitores cauſæ Principis occupante præcepto non impletis, cùm Eccleſia Conſtantienſis ſuo viduata paſtore, jam ferè biennio ſacerdotali careret benedictione: Tandem, miſeratione divina, poteſtati præponderavit auctoritas, & Chriſti Sacerdotibus divina adſpiravit voluntas. Unde eorum communi aſſenſu Synodalis Concilii certa legitimáque dies denunciatur, & Coëpiſcoporum unanimitas ad Concilium invitatur: quorum alii, ùt oportebat, ſine dilatione affuerunt; alii verò, qui certa de cauſa adeſſe non poterant, Canonicè excuſati ſubparem præſentiam vicaria legatione ſuppleverunt. ** cognitionibus.*

D Primo igitur Concilii die, quem ſanctæ MARIÆ Dormitio tunc celeberrimum exhibebat, cùm ſpiritualis Curiæ Senatores, patrocinante Spiritu ſancto, intra regiam majoris Eccleſiæ, ante cancellos altaris Protomartyris Stephani, quod in Orientali abſide confectum eſt, conveniſſent in unum; primò, ùt par erat, ſanctæ & individuæ Trinitati debitas referunt gratiarum actiones, & pro incolumi totius Eccleſiæ ſtatu ſupplices Deo offerunt preces; deinde poſt mutuam fratrum ſalutationem, & debitam ſedium recognitionem, juxta authenticam paternæ traditionis Synodum, conferunt ad invicem de veritate Catholicæ fidei, damnantes Simonem & omnes hæreſiarchas cum dogmatibus ſuis, & ſequacibus ſuis, pauca pro tempore tractant de qualitate inſtantis negotii: ac ſic demum propter celebranda tantæ ſolennitatis officia, ſolvunt Concilium, craſtino maturiùs redituri in idipſum. E

Poſtera verò die, certa Concilii hora, cùm iterum Apoſtolici Sacerdotes in unum conveniſſent, & præmiſſis Deo laudibus & precibus, * & ſalutari ſede conſediſſent, quod cuique ſacerdoti in ſua diœceſi venit in dubium, rationabili diſciplina deducunt ad medium, & prout res poſtulabat, unumquodque tractatum, aut terminatum eſt, Synodali judicio. ** vid. loc. mend.*

Illud verò quod maximè in cauſa fuit, de Conſtantienſi appoſito inter fratres ſtudioſè ventilatur: ſed interveniente Principis mandato, in ſequentem diem procraſtinatur, agentibus internunciis, ut Sacerdotes Domini à conſtantiæ ſuæ rigore, ad regiam ſe inflecterent voluntatem: aliis inſtantibus, ut deſignatus ille, malè uſurpatum ſponte dimitteret honorem. Tertia verò die, Chriſti Sacerdotes, hujus negotii longa exſpectatione ſuſpenſi; & libera quadam indignatione, imò zelo juſtitiæ accenſi, ſacerdotali conſtantia Principem ſuum adeunt, eúmque de ſalute animæ ſuæ, de pace Eccleſiarum, déque ſtatu * regni ſpirituali diſciplina conveniunt; ** Regni.* proponentes ei de ſcripturis & geſtis veteris ac novi Teſtamenti, congrua doctrinæ ſalutaris exempla; quibus animus ejus adhuc cereus & indocilis formaretur ad ſimilia, dicentes & docentes; Solium regni ejus nullatenus poſſe ſtabiliri, niſi firmetur juſtitia & obſervatione mandatorum Dei. F

Summus autem ille Dominorum Dominus, qui omni potentatui dominatur, ita temperavit animum Principis, ita mitigavit eum ad verba ſanctæ exhortationis, ut nulla juvenili moveretur acerbitate: &, quod in poteſtatibus difficile eſt, nulla Sacerdotes inſolenti læderet reſponſione: multum tamen ſe excuſans, in hoc ſuæ poteſtatis dono nullam ſe exercuiſſe venalitatem, nullam ſuper hac re cum eodem Carolo ſe pepigiſſe conventionem. Si quid autem cum domeſticis & familiaribus ſuis, propter opem interceſſionis, ipſo ignorante, pepigerit, ſuum non eſſe accuſare, vel excuſare. Hoc, ipſe H viderit. De dextera verò ſua, quam illi propter antiquam in Præpoſitura benevolentiam, gratiæ ſuæ donum porrexit, omnem avaritiæ labem dixit ſe excutere; & quod ipſe ſimpliciter fecit: ſi ille veneno alicujus malitiæ corruperit, ſe ob id divinæ juſtitiæ nolle contraire. G

Hac autem ſalubri ſermocinatione cum Sacerdotibus habita, cum eis venit in Concilium. Et ille Conſtantienſis deſignatus intromittitur ad audiendum. Adſunt etiam

pro

A pro foribus Conſtantienſes Clerici, poſtulantes per legatos, ut & ipſi mererentur admitti. Tunc verò videres lætiſſima ſanctæ Eccleſiæ gaudia, & vera mundi conveniſſe luminaria: quando circumfulgebat nobilis corona ſacrorum Ordinum, vivis gemmata lapidibus Chriſti Sacerdotum, velut fulgoribus micantium aſtrorum. Tunc cœli narrabant gloriam Dei, & verbum eructabat dies diei, quando ſacerdos ſacerdoti ſententiam juſtitiæ exponebat, & ſanctam Eccleſiam ſalutaris eorum doctrina inſtruebat. Tunc vaſa electionis ſupereffluebant ambroſium liquorem ſancti Spiritus, & juſti fulgebant ſicut ſplendor firmamenti; quando Sacerdotes Domini Verba ſapientiæ, velut nubes pluebant, & corda audientium velut terram fructiferam ad germinandum infundebant.

B His ergò ita diſpoſitis, & digito Dei ordinante, diſtinctis, utrique admittuntur, prædictus ſcilicet Carolus, & hi, qui accuſationibus pulſabant perſonam. Prima actione regularis Prælatus Conſtantienſis Eccleſiæ protulit libellum accuſationis, in quo continebantur cauſæ, quibus indignus haberetur, & judicaretur Sacramento Apoſtolicæ benedictionis. Quarum prima & maxima erat, quòd exemplo Magiſtri ſui Simonis peſtiferi, per pecuniam invaſiſſet ſedem: cætera omnia, quæ ibi legebantur, proclamabant violentam ejuſdem Eccleſiæ devaſtationem. Ille idem Prælatus, & fratres ejus, qui aderant, item offerunt ſuæ teſtificationis libellos, in quibus ſinguli nomen & officium ſuum deſignantes, quidquid accuſando, vel teſtificando propoſuerant, aſſerunt ſe Canonicè probaturos.

C Carolus è contra nititur improbare perſonas, dicens, quòd ejus infamiæ nota eſſent reſperſi, quòd nec ſe, nec quenquam alium poſſent Canonicè accuſare. Adjungit quoque ſe omnia objecta Synodali judicio purgaturum; & in omnibus, quibus eum impetebant, ſe eſſe innoxium. Longa igitur altercatione hinc inde diſceptatum eſt, & multis tota die in adverſum nitentibus uſque in profundam noctem, Concilium pertractum eſt: dum inter multos ambigitur de numero accuſatorum & teſtium; dum longa deliberatione quæritur judicium; utrum iſti liceat ſe excuſare adverſus accuſationem iſtorum. Dum res inter fratres diutiſſimè diſſeritur, Concilium propter intempeſtam noctem adhuc ſine opere, precio dirimitur.

D Quid autem ipſe Carolus ſecum illa nocte egerit, quibus retractationum verberibus ream conſcientiam flagellaverit, ſequens uraque dies declaravit. Nam ùt ex ipſo effectu geſtæ rei probari poteſt, verè credimus, quòd DEus, conſcientiæ judex & teſtis in corde ſuo ſederit pro tribunali, & cum eo exercuerit cenſuram judicii ſui; ubi peccati conſcientia cogitationum accuſantium non E excuſantium teſtimonio, ne veritati & æquitati reſiſteret, damnata eſt, & conſtricta. In craſtinum namque, quando ſperabamus, qui juxta promiſſum ſuum objecta purgaret, & conſecratione dignum innocentiam ſuam monſtrando ſe probaret; ille jam mente confuſus, non ultrà ferens aſpectum Concilii; & interiùs judicatus, non extra ſuſtinens pondus imminentis judicii; ultraneus ipſe in ſe ſententiam tulit, & annulum, & ferulam paſtoralem ei, à quo injuſtè acceperat, reſignans, ſacerdotum ſpem & metum, quem pro eo gerebant, labore longioris quæſtionis abſolvit, culpam ſuam uno tegens pallio excuſationis; quod juxta decretalia Cæleſtini Papæ, *Epiſcopus dari nollet invitis.*

Videntes autem ſanctiſſimi Sacerdotes F magnalia, quæ fecit Dominus, & fideli admiratione retractantes, quàm incomprehenſibilia ſint judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus, corde & ore, & omnimoda devotione benedicunt Deo altiſſimo, qui longos eorum labores tam inopino terminavit compendio, orantes & deprecantes, ut de regno ſuo eliminet omnem apoſtaſiam, & omnia ſcandala, nec ultra Satanam ejúſque Apoſtolos in ſua ſancta regnare ſinat Eccleſia: ſed in omnibus conſiliis & operibus eorum dignetur ſervos ſuos conſolari, & clementer implere, quòd Eccleſiæ ſuæ ſe promiſit affuturum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.

Communi autem decreto præcipiunt, G quæ in hac ſynodo geſta ſunt, Eccleſiaſticia inſeri geſtis, & in Archivis ſanctæ Moguntinæ Eccleſiæ ſervari ad perpetuam memoriam & eruditionem venturæ poſteritatis, ut hoc majorum exemplo minores inſtructi, non timeant reſiſtere, ſi in hujuſmodi negotio ſe viderint prægravari, certiſſimè ſcientes, nullo modo gratiam Spiritus ſancti fidelibus defuturam, ſi in ſanctitate & juſtitia reſtiterint injuſtitiæ uſque ad perſeverantiæ coronam.

Decernunt præterea ex antiqua Patrum H traditione, & authentica priſcorum Conciliorum rectitudine, ut hæc omnia Romano Pontifici feriatim literis inſerta nuncientur, ut cujus mandato & hortatu cœpta & perfecta ſunt, ejus Apoſtolica auctoritate roborata firmentur; & omnipotenti Deo, qui omnium bonorum auctor eſt, Romæ & Moguntiæ, & ubicunque terrarum hæc lecta, vel audita fuerint, debitæ gratiarum actiones fideli devotione ſolvantur.

Acta ſunt autem hæc apud Moguntiam Metropolim Orientalis Franciæ anno ab Incarnatione Domini M. LXXI. Indictione VIII. XVIII. Septemb. regnante ſereniſſimo Heinrico Rege hujus nominis IV. anno regni ejus XIII. ordinationis verò ejuſdem XVII. apud

Digitized by Google

A apud Moguntiam verò Præſulante reverentiſſimo Primate Sifrido, anno Ordinationis ejus XII. ſuper omnia autem regnante Domino noſtro JEſu Chriſto, cui non accedit cras futurum, nec recedit heri præteritum, ſed permanet ſempiternum *hodie*, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

EPISTOLA I.
SIGIFRIDI,
Aliàs
SIFRIDI
MOGUNTINI EPISCOPI
AD
ALEXANDRUM (II.)
PAPAM.

B APOSTOLICO ſacerdoti & univerſali Papæ Sigifridus Moguntinæ ſpeculator Eccleſiæ debitam, ùt patri reverentiam, & promptam, ùt tanto paſtori, obedientiam. Altiſſimus ille deorum Deus, qui cœleſtis militiæ ordines ita diſpoſuit, ut alter alteri præemineat, & ad obſequium conditoris minor dignitas majori pareat, ipſe in Eccleſia ſua ita diſtinxit cœlos ſuos opera digitorum ſuorum, ut, ſicut ſtella ab ſtella differt in claritate, ita alter alterum præcedat excellentiæ dignitate. Hanc autem graduum & officiorum diverſitatem, ita ad unam reducit concordiam unitas charitatis, ut, ſicut in ſanctis Angelis, ita & hic
C non ſit invidia imparis claritatis. Qui ergo idem altiſſimus vos, mi reverende Pater, conſtituit in hac arce prælationis, ut vice illius magni Petri ſitis caput totius Eccleſiaſticæ dignitatis, jure ſe vobis omnis inferior ordo ſubmittit, meritò omnis membrorum articulata contextio vobis, ùt capiti, obe-
Rom. 13. dit, juxta quod præcipit vas electionis: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.*

D Ad hanc ergo formam, cùm vobis exhiberem debitæ ſubjectionis obedientiam, multis ſanè injuriis affectus ſum, multa vobis indigna, & mihi intolerabilia paſſus ſum. Namque mihi Romæ poſito, viva voce, & poſtea Apoſtolica legatione, interdixiſtis, ne eum, qui deſignatus eſt in Conſtantienſem Epiſcopum, ullo modo conſecrarem: quia audiſtis elogio ſimoniacæ hæreſeos eum eſſe notabilem. In quo, quia vobis obedivi, multa, ùt præmiſſum eſt, à Domino meo adverſa ſuſtinui, timeóque, me adhuc graviora paſſurum, & Eccleſiæ meæ magnum fore detrimentum; niſi benignus ille Petrus clave ſua me defendat, & veſtræ auctoritatis poteſtas adverſus regiam poteſtatem zelo juſtitiæ me protegendo ſe accingat.

E Accepi autem literas veſtræ ſanctitatis, in quibus continebatur, ut ex præcepto veſtro Colonienſem Archi-Epiſcopum invitarem; & convocatis fratribus Concilium celebrarem; in quo ejuſdem deſignati Epiſcopi cauſa juxta veritatem diſcuteretur: ut, aut reus criminis, quo inſimulatur, à dignitate rejiceretur; aut innocens Canonicè conſecraretur. In hoc etiam parui veſtræ auctoritati, invitatis prædicto Archi-Epiſcopo & Fratribus; locum & diem præſcripſi: ſed Concilium celebrandum perturbavit indictio regiæ poteſtatis, cogens me, & alios regni Principes in militiam ſuæ expeditionis. In qua re obſecro, ut ſanctitas veſtra obſequium meum habeat excuſatum: & niſi impedirer, implêſſem præceptum veſtrum. *Hinc liquet hanc epiſtolam ſcriptam eſſe ante Conc. Mog.*

F Præterea relatum eſt nobis, quia regia legatio eundem deſignatum Epiſcopum ad vos diſcutiendum, conſecrandúmque deducat. In qua re, quid æquitatis, & juſtitiæ ſit, diſcretionis veſtræ libra rectè dijudicet. Rogo autem excellentiam veſtræ paternitatis, quod ſi ita verum eſt, ne ipſe hoc à vobis accipiat, quod mihi, qui hoc Canonicè facere debeo, auctoritas veſtra interdixerat; quia, ſi ita fiet; inde magis videbor peccâſſe Principi meo; quod plus * ſtudio eum conſecrare ** f. odio.* noluerim, quàm juſta cauſa, vel præcepto
G veſtro. Si ergo à vobis diſcuſſus innocens fuerit inventus, remittite eum mihi & fratribus meis conſecrandum, ut, ſicut oportet, à nobis Canonicè accipiat oleum conſecrationis. Hoc autem in fronte, & in calce noſtra teneat Epiſtola, quòd non eſt homo vivens, qui promptior me ſit ad omnia veſtræ juſſionis obſequia. Qui vos prævenit in benedictionibus dulcedinis, ponat ſuper caput veſtrum coronam æternæ beatitudinis.

EPISTOLA II.
EJUSDEM
SIGEFRIDI
AD EUNDEM
ALEXANDRUM II.

H DOMINO beatiſſimo & verè Apoſtolici culminis honore reverendo Alexandro (II.) * Moguntinæ ſpeculator Eccleſiæ debitæ ſubjectionis reverentiam, & omnimodæ ſervitutis obſequelam. ** Sifridus etſi in MS. deſideretur.*

Licèt univerſalis Eccleſiæ ſtatus generaliter innitatur ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, & in ipſo ſui verticis culmine angularem geſtet lapidem, Dominum ſcilicet JEſum Chriſtum, ſpecialiter tamen magnus ille Petrus, juxta ſolidiſſimam ſui nominis firmitatem, & firmiſſimam fidei & confeſſionis ſuæ ſoliditatem, cujus totam ſuſtentat fabricam, ad hoc quidem electus

A à Domino, ubi dicitur: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Inde namque omnis Apoſtolicorum Patrum beata ſucceſſio auctoritate ipſius Domini, ſedi ejus, Romanæ ſcilicet Eccleſiæ hanc dedicavit excellentiam, & in cunctis ſemper hujus privilegii ſervavit reverentiam, ut majora Eccleſiæ negocia, & difficiliores cauſarum exitus, ad ipſam, velut ad caput, referantur, ejúſque judicio cuncta ſalubriter examinata, in portum ſalutis dirigantur. Quia verò divinæ miſerationis gratia vos in hanc ſedem inthronizavit, & vice ipſius Petri omnium Eccleſiarum ſolicitudinem impoſuit, neceſſarium duximus veſtro reſervari judicio ea, quæ novimus nec poſſe, nec debere, ſine veſtra auctoritate noſtro terminari ſtudio.

Matth. 16.

B Inter multimoda Eccleſiæ negocia, quæ veſtrum exſpectant examen, ſolicitudini noſtræ quiddam tale incubuit, quod & Eccleſiaſticis judiciis valdè eſt inſolitum, & omni moderni temporis ætati & memoriæ pœnè inauditum. Filius enim veſter Heinricus noſter ante paucos dies conjugem ſuam voluit dimittere, & eam, quam legitimis ſponſalibus, & conjugali dote, regali conſecratione, & publicis nuptiis, regali corona & Sacramento ſibi firmatam ſociavit, nullam primò interponens diſcidii culpam, vel cauſam, omninò à ſe ſeparare voluit. Quo nos, veluti monſtro, attoniti, & inſolita rei facie permoti, conſilio magnatum, quotquot tunc aderant in Palatio, in faciem ei reſtitimus; & niſi certam exponeret diſcidii cauſam, ſine reſpectu regiæ poteſtatis, ſine metu gladii imminentis, eum, ſi veſtra præcederet auctoritas, à ſinu & communione Eccleſiæ nos ſegregaturos prædiximus.

Bertoldus in Chronico anno M. LXVIII. Henricus Rex adoleſcentiæ ſuæ errore ſeductus, legitimæ cõjugis uſco oblivíſcitur, & tam nefandis criminibus involutus eſſe diffamatur, ut etiam principes ejus eum regno privare molirentur. Et tamen Sigefridus viſus eſt hac in re cum Henrico colludere, vid. Bar. M.LXIX. Erat uxor Henrici Berta Othonis Comitis Italiæ filia.

Ille verò retulit nobis eâ de cauſa ab ea ſe velle ſeparari; quia non poſſet ei, tam naturali, quàm maritali coitus fœdere copulari. Quod inquiſitum, cùm & ipſa faterentur, omnium noſtrûm animos nimio mœrore affecit, & ipſa rei magnitudo nimia dubietate turbavit. Super qua re ſanctiſſimum

C Apoſtolatum veſtrum, ſicut divinum conſulimus oraculum, & velut membra ad caput, tantum referimus negocium. Et quia hoc valdè rarum quæſtionibus occurrit Eccleſiaſticis, & de regiis pœnè inauditum eſt perſonis, veſtræ ſanctitatis erit, quid ſuper tanta re facto opus ſit decernere, & ad conſulta noſtra de ſanctuario ſacri pectoris veſtri reſponſalia remittere; ut & inſtans negocium ad ſalutem modernæ ætatis Eccleſiaſtica pace finiatur, & de tam inſolita & dubia re, veſtra auctoritate poſteritas inſtruatur.

D Denique fratres noſtri, qui tunc huic rei intererant, condixerunt, ut Concilium, quod tanto negocio competeret, in Urbe noſtra congregaretur, & utrique, Regi ſcilicet & Reginæ ad ſynodalem venire audientiam, & ſuper hac re terminalem ſubire ſententiam indiceretur. Nos autem dubia tantæ rei conſideratione habita, nullo modo hoc ſine veſtra auctoritate fieri decrevimus, & totius negocii terminum ad veſtræ expectationem ſententiæ ſuſpendimus, poſtulantes ſanctitatem veſtram, ut ſi id, quod inſtat, tantum ducitis per nos ſynodaliter terminari, de latere veſtro perſonas cum ſcriptis veſtræ auctoritatis ad examen & judicium tantæ rei mittere dignemini, quorum & audientia res ventiletur, & conventia in beneplacito Dei terminetur. E

EPISTOLA III. SIGEFRIDI AD ALEXANDRUM PAPAM.

ALEXANDRO Patri Patrum, Apoſtolico, univerſali Papæ Sifridus Moguntinæ ſpeculator Eccleſiæ, quidquid filius Patri, quidquid membrum Capiti. F

Ea eſt Corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, vera perfectio, & perfecta pulchritudo, quæ Evangelicæ veritatis ſoliditate fundata, & Apoſtolicæ confeſſionis petra ſolidata, uni Deo in Trinitate, fide ſervit & opere. In hoc ergo Chriſti corpore, & inter hæc ſummi capitis membra quemcunque teneamus locum, quodcunque geramus officium, ad veſtram, mi ſanctiſſime Patrum, auctoritatem referimus, veſtris opitulantibus meritis illi cœleſti Hieruſalem inter vivos lapides incorporari confidimus. Et quia Eccleſia, quam Domino miſerante, regendam ſuſcepimus, ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, cui auctore Chriſto præſidetis, ſpecialis eſt filia, idcirco ſanctiſſimo Apoſtolatui veſtro, ùt Patri filius ſpecialem exhibemus reverentiam, & ut veſtræ ſanctitatis auctoritas inter ſeculi turbines incolumi tranquillitate potiatur, quotidianam Dei orationum & ſupplicationum offerimus victimam. G

Noverit autem excellentia veſtra, quòd hodie non vivit homo, quem pax & tranquillitas veſtra magis lætificet: Et ſi quid ſecus eſt, quod abſit, quem magis contriſtet. Sed unum eſt, quod pace veſtra dictum ſit, quod vehementer miramur; ſcilicet, quia ad Apoſtolatum veſtrum devotionis noſtræ aliquando ſcripta miſimus, & nulla ſanctitatis veſtræ reſcripta meruimus. Quo modo illud contigerit, nunc humili ſupplicatu veſtram exoramus paternitatem: ut, quia regni noſtri eſtis corona, & totius Romani Imperii diadema, filii veſtri, Domini mei Regis Heinrici ſemper in bono meminiſſe dignemini: & ſicut & hactenus, conſilio & auxilio H

A auxilio cum vera fide affuiſtis, ita cum eo uſque ad coronam Imperii Apoſtolica conſtantia perſiſtatis.

Præterea, quia vice magni illius Petri vobis ſpecialiter injuncta eſt ſolicitudo omnium Eccleſiarum, & ad Apoſtolicum verticem referendæ ſunt majorum cauſæ negociorum, idcirco hunc literarum portitorem ad veſtram dirigimus ſanctitatem; qui heu, diaboli fallente inſtinctu, conſanguineum ſuum interfecit. Cujus rei ſeriem, quia longum eſt, Epiſtolari ſchedæ inſerere, ipſe, ſi dignemini, viva voce, meliùs explicabit. Complevit autem pœnitentiale jejunium, & cætera, quæ Eccleſiaſtico more pœnitentibus traduntur ad remedium. Pœnitentiam ejus humilem nimis & devotam accepimus. Quod reliquum eſt, veſtræ auctoritati reſervavimus. Nunc veſtræ ſit manſuetudinis, ut eum clementiſſima Apoſtolicæ
B medicinæ manu ad integrum ſanetis. Et quia ad reſtitutionem ſuam devotum eum accepimus, noſtri cauſa, quæſumus medicamentum veſtrum ſentiat lenius. Qui vos olivam fructiferam plantavit in domo Domini, multiplicet ſanctitatem veſtram ſicut cedros Libani.

EPISTOLA IV.
SIGEFRIDI
AD
HILDEBRANDUM
ROMANÆ ECCLESIÆ
ARCHI-DIACONUM.

C SIFRIDUS Moguntinus, id quod eſt Dei gratia, Hiltebrando ſanctæ Apoſtolicæ ſedis Archi-Diacono, & Archi-Cancellario ſalutem & fraternæ dilectionis integram veritatem.

Plurimum gratiarum veſtræ referimus charitati, pro eo, quòd omnibus & legationibus & rationibus noſtris, quas ad ſedem Apoſtolicam direximus, ſemper dexter ſtetiſtis; & in omni diſceptatione & negocio ſemper partes noſtras ſapientiæ, & bonæ
D voluntatis veſtræ ſcuto defendiſtis. Proinde multiplices primùm vobis grates referimus. Deinde, ut quandoque occaſio ſubluceat, qua vobis vicem dilectionis rependere poſſimus, vehementer exoptamus. Licèt enim inter multimoda Eccleſiæ, quæ quotidie portatis, negoria, nihil, niſi Dei gratiam requiratis; neque, de terrenis rebus quidquam, niſi ad ordinandum potiùs, quàm ad poſſidendum attingere velitis; tamen quia hilarem datorem, ut pro Deo multa poſſit dare, neceſſe eſt multa juſtè habere, mandamus veſtræ dilectioni, ut, ſi quid noſtrum eſt, quod veſtro ſedeat beneplacito, E
ſi nobis ſcire detur, ſtatim veſtrum fiet, ex noſtro. Quis enim tantum virum poſſit non diligere? Quis ei quidquam audeat denegare?

Rogamus autem dulcedinem veſtræ charitatis, ut per vos legationi noſtræ, quam nunc ad ſacram ſedem Apoſtolicam dirigimus, aditus pateat, & de his, quæ poſtulamus, veſtra ope effectum obtineat, ſcilicet, ut ad ſynodum, quam ſuper rebellibus Thuringis pro decimationibus decrevimus celebrare, Domnus Apoſtolicus de latere ſuo dignetur mittere, qui & Synodo præſint, & auctoritate ejus determinent ea, quæcunque determinanda occurrerint. Quòd ſi hoc fieri nequit, ſaltem ſcriptis beatitudinis ejus noſtra Synodus roboretur, & rebellium temeritas tali auctore comprimatur. Annitatur ergo dilectio veſtra, ut hoc obtinere valeat petitio noſtra.

Concili-bulum Erfordienſe, de quo Binius altera parte Tom. III. Conciliorum, & Serarius lib. 5. Mog. rerum ex Lamberto. Habitum eſt anno M. LXXIII.

EPISTOLA V. F
SIGEFRIDI
AD
ALEXANDRUM
PAPAM.

DOMNO beatiſſimo, & verè Apoſtolici culminis honore reverendo ſancto Patrum Patri, & ſummo Præſulum Præſuli Alexandro (II.) Sifridus Moguntinæ ſpeculator Eccleſiæ, quidquid filius Patri, & membrum capiti.

Apoſtolicæ inſtitutionis documento di- G
dicimus, matrem ac radicem virtutum eſſe charitatem; cui quidquid inſeritur boni operis, Chriſto incrementum dante, parit fructum æternæ beatitudinis. Hæc in ſanctiſſimo pectore veſtro æternam poſuit ſedem, & in fœcundiſſima cordis veſtri terra, altam fixit radicem, de qua rore cœleſtis gratiæ irrigante, per totam ſanctæ Eccleſiæ aream, multiplices ſacræ doctrinæ, & bonorum operum protenduntur rami, quorum fructifera ubertate aluntur, & umbra proteguntur oves, quas paſcendas ſuſcepiſtis vice illius magni Petri. Hac ergo dictante, nos H
quoque, qui ſanctiſſimo Apoſtolatui veſtro in fructiferam olivam ſumus inſerti, &, ſub clavigerâ tanti Pontificis manu, in opus miniſterii aſſumpti, nos, inquam, ſemper paternæ dilectionis benevolentia gratanter accepiſtis; & quidquid vel conſulendum, vel corrigendum ad Apoſtolicum veſtri culminis verticem retulimus, noſtræ favendo parti, ùt patrem decuit, ad meliora direxiſtis. Unde, ſicut oportet, reverendiſſimæ celſitudini veſtræ multiplices gratiarum actiones & humile exhibemus inclinium, continuis oratio-

A orationum victimis divinam exorantes clementiam, ut ad ſtabilitatem ſanctæ Eccleſiæ ſuæ longævum & incolumem cuſtodiat Apoſtolatum veſtrum.

Ut antea Hildebrandum, ita nunc ipſum Alexandrum Papam Sigefridus in ſuam naſſam pellicere ſtuduit; ſed fruſtra. Neque enim æquum erat, ut tam iniquo conatui aut hic aut ille faveret. Vide Lambertum in Chron. Conradus deſignatus Epiſcopus Trevirenſis, occiſus año M.LXVI. Kal. Junii. vide Bertoldum in Chronico dicto anno, & anno M.LXXIII.

Porrò adhuc antiquam noſtram ſuper rebellibus Thuringis conqueſtionem ad notitiam almæ ſedis veſtræ referimus, obnixè rogantes, ut armata manu, gladio Spiritus ſancti, uſque ad expurgationem eorum nobis dexteram feratis auxilii. Suggerimus quoque ſanctitati veſtræ; quòd ſynodum ſuper his poſt Paſcha celebrare decrevimus, ad quam de latere veſtro legatos mitti poſtulamus, qui auctoritate veſtra & ipſi ſynodo præſint; & hæc, quæ de Thuringis agimus, Canonicè terminent, & ſi quæ alia corrigenda occurrerint. Quod ſi fieri nequit, aliis vos occupantibus negociis, ſaltem petimus, ipſam ſynodum noſtram, quæ utique & veſtra eſt, Apoſtolicis ſanctitatis veſtræ literis roborari: quæ & rebellius anathema denuncient, & quæcunque inibi Canonicè geſta, veſtra auctoritate confirment.

Quia verò maxima quæque Eccleſiaſticæ diſciplinæ negocia ab ipſo Præſulum vertice debent examinari, cujus ex injuncta omnium Eccleſiarum ſolicitudine, ſpeciale privilegium eſt; quod per nos non poſſumus B corrigere, ad patrocinium almitatis veſtræ referimus, quod etiam pridem ad vos perveniſſe cognovimus de crudeliſſima, & inaudita nece deſignati Trevirenſium Epiſcopi; qui Chriſtianis temporibus nefandiſſima, & ſceleratiſſima Neronianæ & Decianæ perſecutionis cruciamenta expertus, horribili & execrabili pœnarum genere addictus eſt morti. Ad cujus monſtruoſæ necis ultionem, teſtamenti ſui recordatus primùm aſſurgat Dominus JEſus Chriſtus: deinde veſtræ auctoritatis fortiſſima & patrocinalis C manus. Sacris namque Canonum decretis ſancitum eſt, ut ſicubi Epiſcopus ordinetur, qui vita, vel moribus à tanta diſcrepet dignitate, vel qui ad tantum aſcendat apicem ſubreptione, non electione, ei audientiam non negari; & hoc etiam præter ſententiam Romani Pontificis non debere fieri. In qua re, ſi ſe Clerus vel Populus cujuſlibet civitatis ſeculari potentia viderit prægravari, ad ſacram veſtræ ſedis defenſionem habeat confugium, cui præcipiente Domino, delegatus eſt primatus omnium Eccleſiarum. D Nunc verò, nedum iſti, de quo agitur, Canonica daretur audientia, nedum veſtri examinis exſpectaretur ſententia, quaſi furtiva latrocinantium manu captus & ſpoliatus; dein graviſſima de loco ad locum tranſportatione afflictus, tandem, ut aſſerunt, communi illorum conſilio, morte turpiſſima mulctatus eſt.

Qua de re quàm graviter unanimitas fratrum ſit concuſſa, quàm atrociter audax facinoroſorum hominum violentia ad ſacri ordinis injuriam ſit erecta, veſtræ ſanctitatis E eſt, prudenter perpendere, & hoc nefarium ſcelus Canonicè ulciſcendo, ne de cætero tale quid præſumatur, poſteris exemplum relinquere. Orat ergo ſanctitatem veſtram ſocialis fratrum noſtrorum concordia, & hoc à veſtri culminis patrocinio tota implorat Eccleſia, ut tanti ſceleris auctores, diligentiſſimè perquiratis, inventos diſtrictiſſimè puniatis. Qui, ſi fortè diſſimulando latent, gladio Spiritus ſancti, velut putrida membra, de corpore Chriſti abſcindatis; & ut omnes, etiam ſacerdotes noſtri, eos perpetuæ maledictionis anathemate feriant, firmiſſimè præcipiatis.

EPISTOLA VI. F
SIGEFRIDI
ARCHI-EPISCOPI
AD
GREGORIUM VII.
PONTIFICEM MAXIMUM.

DOMNO venerabili, & patri in Chriſto amabili Gregorio primæ ſedis Antiſtiti, Sifridus Moguntinus, id quod eſt gratia Dei, debitæ obedientiæ ſubjectionem, & ſedulam obſequii devotionem. Quòd ſancto huic ſanctæ Apoſtolicæ ſedis Concilio intereſſe non poſſum, ſicut jam priori legatione ſignificavi, ita & nunc ſanctæ paternitati veſtræ ex ipſa veritate denuncio, videlicet, quod eodem paralyſis morbo, quo tunc laborabam, non quidem remiſſiùs, ſed in dies auctiùs, acriúſque laboro. Nec hoc prætermitto aut faſtu ſuperbiæ, aut contemptu inobedientiæ, quem G animæ morbum divina miſeratio longè faciat à me. Non enim cujuſlibet negocii, quamlibet maximi, me retinere poſſet impedimentum; quum ad vos non ſola ducit voluntas, ſed & ardens trahit deſiderium. Mea namque intererat, & hoc obedientiæ ratio, & charitatis ordo poſcebat, ut huic conſortio ſanctorum intereſſem, & de præſentia, vel allocutione, atque de ſalutifera collatione divini Patris mei Gregorii, & Chriſti ſacerdotum hilareſcens in melius proficerem. Nec pœnitendum eſſet longæ viæ, & magni laboris; quippe ubi proveniret fructus magnæ ſalutis.

Vocatus eſt Sigefridus à Gregorio anno M LXXIV. ad Synodum anno M. LXXV celebrandam. Vide Bar.

H Maximas autem grates cum humili inclinio veſtræ refero ſanctitati, quòd legationi noſtræ tam clementer aurem inclináſtis, ipſóſque legatos bene admiſiſtis, & meliùs dimiſiſtis, quódque placuit ſanctitati veſtræ, antiquæ dilectionis, & germanæ affectionis noſtræ tam benignè reminiſci, nec in ſumma ſpeculationis arce, & in ipſa omnium

Eccle-

A Eccleſiarum ſolicitudine duxiſtis prætereundum, quod olim adhuc in ipſa privata converſatione, Chriſti inter nos fuerat charitate conjunctum: proinde multiplicis erga me benignitatis veſtræ gratia, nulla temporum longinquitate deleri, nulla unquam rerum, vel eventuum inæqualitate poterit obliterari. Sed ad hoc promerendum noſtra ſedulò vigilabit induſtria, ut in hoc perſeverare veſtra dignetur benevolentia.

Quòd autem in commonitorio veſtro poſuiſtis, me veſtræ paternitati ſecretorum, imò ſalutis meæ commiſiſſe conſilium, & alia quædam, quaſi correctionis limam addidiſtis, ad caſtigationem vitæ & morum, hoc ſemper feci, & ſemper faciam; nec ab hoc opere unquam, vita comite, deſiſtam: & quod ibi cautum eſt, cautiſſimè cavebo; & quod ibi præceptum eſt, prout vires de-

B derit Deus, pleniter adimplebo. Et ſi aliter de me alicujus adverſantis vobis ſuggeret relatio; noverit ſanctitas veſtra, quòd unitatem ſcindere, & charitatem corrumpere ſuo mendacio conetur; niſi fortè hoc accuſet, quòd aliquando illud, quo me caſtigo, frænum diſciplinæ, aliquantum laxare, conſilio fratrum, compellor, cauſa medicinæ.

Porrò quod de examinandis Epiſcopis, quos mihi nomináſtis, & introitum eorum, & converſationem, diligentiſſimè inquirere, & per nuncios veſtros inſinuari mandâſtis, perpendat vigilans ille oculus ſapientiæ veſtræ, quod à reditu legatorum noſtrorum, uſque ad hanc iteratam legationem, non tantum erat temporis interſtitium, ut vel fratres colligere, vel examinationis inde poſ-

C ſem habere judicium. Nec aliud ſuper hac re adhuc vobis de his intimare valeo; niſi quod vel vos ſcitis, vel communis habet opinio. Veruntamen literas veſtras illuc quantocyus direxi; &, ut mandatum veſtrum impleant, etiam noſtris literis diligenter ſubmonui.

Guarnerius Epiſc. Arg.

De pœnitentia autem Straſburgenſis Epiſcopi nihil certi poſſum vobis reſpondere; quia, nec ſi ei injuncta eſſet antehac ſcivi; nec ſi eam obſervet, propter temporis compendium inquirere potui.

D De caſtitate verò Clericorum, & de ſimoniaca hæreſi; ad ſummam, de omnibus, quæ mihi mandâſtis, ſemper, prout ipſe adjuverit, obedientiam Deo & vobis præſtabo.

Erit autem Apoſtolicæ manſuetudinis & paternæ diſcretionis, ſic ad fratres Eccleſiaſtica mandata dirigere, ut & temporum opportunitates, & ſingulorum poſſibilitatem dignemini inſpicere; ut & deviantibus, & diſcolis adhibeatur diſciplina, quæ debetur & infirmis, & opus habentibus medico, compaſſio charitatis non negetur: ſicque examinatis negotiorum cauſis, adhibeatur judicii cenſura, ut Apoſtolicæ diſcretionis, & paternæ pietatis modum non excedat juſtitiæ menſura. E Sanctum Apoſtolatum veſtrum pro nobis orantem Samarites ille cuſtodiat, qui in cuſtodiendo ſuum Iſraël non dormit, nec dormitat, & diviſiones gratiarum, quas in clave Petri adunavit, ipſe in vobis unitas integráſque conſervet, qui ipſam clavem vobis commiſit.

EPISTOLA CLERI & POPULI MOGUNTINI AD SIGEFRIDUM ARCHI-EPISCOPUM.

PATRI ac Paſtori ſuo, quàm venerabili tam deſiderabili SIFRIDO Archi-Præſuli oves paſcuæ ejus, ſcilicet F univerſus Moguntinæ Sedis Clerus & Populus, ſenes cum junioribus, divites cum pauperibus unanimi devotione ſedulas orationes, eáſque cum lacrimis ſolito impenſiores.

Anno M. LXXII. receſſerat Sigefridus in Cluniacenſe Monaſterium, reliquam illic vitam conſumpturus. Sed à Clero & populo Moguntino revocatus, ſedem ſuam recepit. De quo vide Lambertum & Marianum in Chronicis.

Obſecramus te, venerande Pater, & obteſtamur per eum, cujus precioſo ſanguine ſumus redempti; per Paſtoralem curam, qua tibi ſumus commiſſi; per tremendum ſuperni regis judicium; pérque illud terribile tribunal, cui in die Judicii debes aſtare, & de nobis Principi Paſtorum rationem reddere, ut memineris diei illius, in qua divinæ conſecrationis oleo delibutus ſuſcepiſti curam animarum noſtrarum, & in Apoſtolicam promotus benedictionem, vice Chriſti, factus es Paſtor ovium, ſcilicet quando datus eſt tibi annulus deſponſationis Eccleſiæ, & baculus Paſtoralis curæ; accepiſti quoque claves regni cœlorum, & judiciariam ſedem in choro Apoſtolorum. Recor- G dare, quæſo, illius dulciſſimi verbi, quod tibi eâdem die dictum eſt, ut ſemper memineris Dei, & ejuſdem diei. O pater, cur nos deſeris? aut cui nos deſolatos relinquis? Nónne accepiſti annulum, ut Eccleſiam tuam, velut ſponſam, diligeres? baculum quoque, ut eam à luporum incurſione defenderes? Ubi eſt charitas illa, qua Chriſtus pro ovibus ſuis animam ſuam poſuit? & eâdem charitate tibi regendas commiſit? Quare projicis à manibus tuis claves regni cœlorum? Quare te ipſum detrudis de ſede, imò de choro Apoſtolorum? Optaremus H quidem tuæ paternitati, ut aſcenderes ad ea, ſi qua eſſent altiora, non te detruderes de ſummis ad inferiora. Fatemur, Pater, eos benè facere, qui ſeculum relinquunt, quique ſe ipſos ſibi abnegantes, & crucem ſuam bajulantes, poſt Chriſtum vadunt; qui in vinea Domini ſabaoth nullam colendi curam

Digitized by Google

A acceperunt; quibus ſatis eſt, ſi tantùm poſſint ſe ſalvare: quia, de nullo habent, niſi de ſe, rationem reddere. Tu autem, Pater, meliùs regis ſeculum, quàm relinquis; propenſiùs ſequeris & diligis Chriſtum, ſi oves ejus paſcis. Quia ipſe probationem dilectionis ſuæ in paſcendis ovibus ſuis conſtituit
Joan. 21. dicens; *Si diligis me, paſce oves meas.*

Ut ergo ſalva reverentia dixerimus, tantò convinceris minùs Chriſtum diligere, quantò te ſubtrahis à credita tibi ovium ejus pa-
B ſtione. Numquid nam gratior ei erit, qui ſolus, & vacuus à meſſe ad aream redibit; aut, qui multos animarum manipulos, & purgatum zizaniis triticum ad horreum Domini ſui reportabit? Cur non recordaris Evangelici illius diſpenſatoris; qui, cùm fidelis & prudens diſtribuit familiæ Domini ſui tritici menſuram, & crediti talenti felicem uſuram reportat, in modico fidelis ſupra multa conſtituitur, & beatificum audiens *euge*, gaudium Domini ſui intrare jubetur.
C Numquid Petrus & Paulus & cæteri Apoſtoli, quorum officio fungeris, ita crucem ſuam bajulantes ſequebantur Dominum, ut ſeculum relinquentes, relinquerent etiam curam animarum? Nónne Petrus pro lucrandis animabus, exemplo magiſtri, crucem ſubiit? Et Paulus gladio cervicem præbuit? Nónne ipſe Chriſtus, vita & ſalus noſtra, coæternus & coomnipotens in ſinu Patris ſui, charitate ſalvandi hominis, homo mortalis factus
D eſt in ſinu Virginis matris? Omnis ordo, omnis dignitas, omnis profeſſio Apoſtolicæ ſubditur dignitati: nec quidquam eſt in mundo eminentius, vel vicinius Deo, vita Epiſcopali: cui cedit omnis monachus, vel minor, vel recluſus, omnis cœnobita vel eremita.

O Pater ſanctiſſime, oramus te per Deum, E
pérque ſalutem animæ tuæ, ut eorum, quæ diximus, velis recordari, & vigilanter ante oculos habeas tribunal Chriſti, nec deſeras nos oves ejus, quas ſuſcepiſti tuendas; ut ab eo, non pœnam negligentiæ, ſed mercedem obedientiæ accipias. Feſtina ad ſedem tuam quantocyus redire, & eos, qui in luctu & mœrore ſunt, paterno affectu conſolare. Jam enim res Epiſcopii tui hac illac diripiuntur: & multa alia ab Officialibus Regis invaduntur: per plurimas regiones tuas multa fit perturbatio: de invaſione ſedis tuæ, inter multos contentio. Hæc, Pater, F
tuum unum caput omnia ſedabit. Has omnes perturbationes & contentiones ſola præſentia tua in pacem reſormabit. Denique ſi Eccleſiæ ſcita, & Canonum jura permittent te ſedem tuam relinquere, & alterius profeſſionis vitam inſtituere, tu tamen nihilo unquam Deo poſſes meliùs ſervire, quàm ſi intentionem illam exueres, & ſedem & Epiſcopatum tuum ab his, qui invadere volunt, defenderes.

Nunc ergo te patrem rogamus nos filii, G
te paſtorem oves gregis tui, ut quantocyus ad nos redeas, & dolorem & mœſtitiam cordis noſtri ſerenitate tui vultus detergas. Sin autem; primò invocabimus Deum patrem omnium, inclinabimur Chriſto principi paſtorum, Apoſtolicum adversùm te adibimus, in adjutorium noſtrum invocabimus omnem ordinem & dignitatem, nullum in toto regno, quem non rogemus, dimittemus, Epiſcopum, te vivente, nunquam pro paſtore recipiemus mercenarium.

FINIS.

STE-

STEPHANI
EPISCOPI HALBERSTATENSIS,
ET
S. ANSELMI
ARCHI-EPISCOPI
CANTUARIENSIS
EPISTOLÆ DUÆ.
ADVERSUS SCHISMATICOS.
SUB
GREGORIO VII.
ET
URBANO II.
ROMANIS PONTIFICIBUS.

LECTORI.

SUnt quidem duæ iſtæ Epiſtolæ, altera STEPHANI Halberſtatenſis Epiſcopi, ſub Ludovici Thuringiæ Comitis nomine ad Walramum Naumburgenſem ſeu Numburgenſem Epiſcopum data; altera B. ANSELMI Archi-Epiſcopi Cantuarienſis ad Wilhelmum, Abbatem Hirſaugienſem; priùs quoque typis evulgatæ; ſed quia Dodechinus, Continuator Mariani Scoti, apud quem Epiſtola Stephani exſtat; non eſt paſſim obvius, neque Opera S. Anſelmi omnium manibus teruntur; ideo eas hîc ſeorſim cum aliis ejuſdem claſſis & ſortis monumentis publicare viſum eſt. Utinam Stephani Epiſtola aliquando integra in lucem extrahatur; nam Dodechinus integram Chronico ſuo non inſeruit; digniſſima ſanè eſt, quæ ſtudioſè ab unitatis & concordiæ Catholicæ amatoribus perlegatur, & Schiſmaticis, ac Hæreticis, etiam noſtri ævi, velut clypeus invictus objiciatur & opponatur. Videtur Waltrami quoque Epiſtola ſine mutila.

Eſt autem Ludovicus iſte Secundus hoc nomine Thuringiæ Comes, cognomento *Saltator*, cùm ex carcere in profluentem deſiliens, aufugiſſet. Diſceſſit è vita anno M.C.XXIII. natus jam annos LXXIII. ſepultus in cœnobio Reinhardsbron, quod ipſe cum multis aliis oppidis

dis & arcibus in Thuringia exſtruxerat. Vide Hiſtoriam de Landgraviis Thuringiæ *cap. 13. Tom. 1.* Illuſtrium ſcriptorum Germaniæ, quos D. Piſtorius publicavit.

De STEPHANO Halberſtadenſi ita Epitome Bibliothecæ Geſnerianæ. *Stephanus, qui & Herrandus, Halberſtatenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſcripſit in perſona Ludovici Comitis Epiſtolam ad Waltramum Naumburgenſis Eccleſiæ Epiſcopum defendentem Henricum rebellem Eccleſiæ Romanæ, Defenſorium Papæ lib. 1. & plures Epiſtolas ad diverſos lib. 1. & quædam alia.* Utinam exſtarent. S. Anſelmi Epiſtola fermè tractat ea capita, quæ libellus Bernaldi, quem ſuprà habes.

A

DODECHINUS ABBAS IN ADDITIONIBUS AD CHRONICUM MARIANI SCOTI.

ANno M.XC. Waltramus * Megdeburgenſis Eccleſiæ Antiſtes, cùm eſſet favens præcipuè Henrico Regi, miſſis literis ad Ludovicum Comitem, ſuggerens ei, ut ſe ſubdens ſæpè jam dicto regi
B tueretur partes ejus. In quibus literis, tanquam pro defenſione ordinationis Dei, re autem vera ſavendo Regi, laborans, beatæ memoriæ Gregorio Papæ, & piæ recordationis Rodolpho Regi, & aliis Principibus, qui jam in ſomno pacis requieverant, obloquendo * detrectârat; dicens, eos, quaſi non fuerint, ſic periiſſe: affirmans eis malum principium fuiſſe, quos finem peſſimum contigiſſet habuiſſe; quarum literarum modus iſte eſt.

*L. Naumburgenſis ſeu Numburgenſis.

* Detrectarat, vel obtrectârat.

C

EPISTOLA WALTRAMI SEU WALRAMI.

VALTRAMUS, *Dei gratia id, quod eſt, Ludovico Sereniſſimo Principi, cum inſtantia orationum, ſemetipſum ad omnia devotiſſimum. Omni regno utilis eſt concordia, deſiderabilis eſt juſtitia: hæc enim virtus mater eſt probitatis, & conſervatio totius*
D *honeſtatis. Qui autem inteſtina graſſando diſſenſione, ad humani ſanguinis alios irritat effuſionem; profectò vir ſanguinum eſt, atque illius particeps, qui noſtrum ſanguinem ſitiens ſemper circuit, quærens, quem devoret. Tu igitur glorioſiſſime Princeps, attendens, quomodo Deus, pacis eſt & non diſſenſionis; quod ex te eſt, pacem cum omnibus habeas. Deus charitas eſt; diabolus, odium. Tota lex, & Propheta in dilectione pendent. Qui autem odit fratrem ſuum, homicida eſt, nec habet partem in regno Chriſti & Dei. Hoc ipſa veritas, hoc diſcipulus ille veritatis proteſtatur, qui de pectore Dominico Evangelii profundiùs potatus veritatem,* E *fluminis impetu lætificat abundantiùs civitatem Dei. Sed ille, vas electionis, qui uſque ad tertium cælum raptus, non ſecundùm hominem, ſed per revelationem JEſu Chriſti Evangelium ſuum didicit;* Omnis, *inquit*, anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non enim eſt poteſtas, niſi à Deo. Qui autem reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. *Sicut amici noſtri inter mulierculas & ſimplex vulgus ſomniant, regiæ poteſtati ſubdi non oportere: falſum eſſe ergo, quòd omnem animam poteſtati ſubdi oporteat. Sed nunquid veritas men-* F *dacii arguenda eſt? An experimentum quæramus ejus, qui in Apoſtolo loquebatur, Chriſtus? An æmulemur Dominum? Nunquid fortiores illo ſumus? Fortiorem ſe confidit, qui Dei ordinationi reſiſtit: quoniam, non eſt poteſtas, niſi à Deo. Sed, quid ait Propheta?* Confundantur omnes, qui pugnant adverſum te Domine; & peribunt viri, qui reſiſtunt tibi.

1. Petr. 5. 1. Cor. 14. Rom. 12. 1. Joan. 4. Matth. 22. 1. Joan. 3. Rom. 13. Iſai. 41.

Rodolphus, Hildebrandus, Eggebertus, & innumeri Principes, Dei ordinationi in Henrico G *Imperatore reſtiterunt. Et ecce, quaſi non fuerint, periêrunt; quia profectò neceſſe eſt, malum fuiſſe principium, quorum finis peſſimus ſubſecutus eſt. Nunc ergo, quoniam qui ex adverſa ſunt, ſuis adverſum nos eminus digladiantur ratiocinationibus; veſtro judicio, ubi jus, vel etiam in veſtro judicio conferamus, domicilio tantùm non ſuo uſurario, ſed Chriſti, & antiquorum Patrum utamur teſtimonio. Ac ne fortè recuſetur, lex hujus eſto certaminis, vel me in populorum tranſire ſententiam, vel ex noſtro triumpho vos Domino noſtro Imperatori lucrifacia-* H *mus. Attendatur & illud;* ſi quis aliter evangelizat, præter quòd evangelizatum eſt vobis, anathema ſit. *Hoc anathema non de profana novitatis uſuario, ſed de tertio intonuit cælo. De iſtis autem,* qui ignorantes Dei juſtitiam, & quærentes ſuam ſtatuere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti; *fiducialiter dixerim;* * Maledicentur illi, & tu benedices; qui inſurgunt in me, confundantur, ſervus autem tuus lætabitur; *quoniam (ut ais Domine)* ſine me nihil poteſtis facere: nec damnas juſtum, cùm judicabitur illi. Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? ſuo domino ſtat, aut cadit.

Galat. 1. Rom. 10. * Maledicent *fortè.* Pſal. 108. Joan. 15. Pſal. 36. Rom. 14.

Finis Epiſtolæ Waltrami.

Has

A Has ſanè literas prædictus Comes Ludovicus ſuſcipiens, vocato ad ſe venerabili Stephano, qui & Herrandus, Halverſtadenſi Epiſcopo, eas tradidit legendas, rogavítque eum, quatenus his diligenti examinatione perſpectis, juxta rationem veritatis congrua obviaret reſponſione, & linguam blaſphemantis, os quoque iniqua proferenos contra juſtitiam, auctoritate ſancti Spiritus, & teſtimonio ſcripturarum obſtrueret; ne ampliùs contra Eccleſiam Dei latratus proferret inſanos, & fureret. Venerabilis autem Epiſcopus, ſecundùm petiöonem Comitis ſuſcepös literis, ac diligenö examinatione perſpectis, vocato Notario Epiſtolam dictavit: in qua primùm præſcriptum Valtramum Epiſcopum hæreticum Simoniacum
B redarguit: Regem etiam Henricum hæreticum & excommunicatum, ideóque nec Regem dicendum comprobavit: Epiſcopatus pro pecunia, pro gladio, pro adulterio, pro Sodomitica immunditia vendentem declaravit. Sed ipſius jam Epiſtolæ textus exponatur, ut illius venerabilis viri fervor in tenore juſtitiæ agnoſcatur.

EPISTOLA LUDOVICI COMITIS *Vel* STEPHANI HALBERSTADENSIS EPISCOPI.

Matth. 12. Luc. 6. *COMES Ludovicus Domino Valtramo, quidquid tali vocabulo dignum eſt. Sicut bo-*
C *nus homo de bono theſauro cordis ſui, profert bonum: ita malus homo de malo theſauro profert malum. Unde tibi tanta arrogantia, ut me ad indignationem tam injurioſis injuriis provocares? Etenim Dominos, & patres meos, qui me in via juſtitiæ confortant, viros ſanguinum, ſimiles Satanæ, obliquè appellas: & monita ſalutis, quæ ſuggerunt, inter mulierculas & ſimplex vulgus ſomniare dicis. Nunquid Deus indiget tuo judicio, ut pro illo loquaris dolos? Docuit iniquitas os tuum, & imitaris linguam blaſphemantium, ita ut rectè de te dicat Prophe-*
Pſal. 35. *ta;* Noluit intelligere, ut benè ageret: ini-
D quitatem meditatus eſt in cubili ſuo. *Quamvis ergo quantum perverſus, tantum perverſa locutus ſis; nos tamen, ori noſtro cuſtodiam ponere decrevimus, & ſiluimus, cùm conſiſteret peccator adverſum nos. Sed excitat nos ſermo*
Pſal. 38. Prov. 26. *divinus, dicens:* Reſponde ſtulto juxta ſtultöam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur. *Nunquid enim fatuitas perſonabit; & ſapientia obmuteſcet? Nunquid loquetur mendacium, &*

veritas ſilebit? Nunquid tenebræ operient ter- E
ram, & Dominus non orietur? Imò lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Joan. 1. Pſal. 38. *Qua conſideratione concaluit cor noſtrum, & in meditatione noſtra exarſit ignis.*

Loquimur igitur & clamamus, vulpéſque parvulas, quæ vineas Domini demoliuntur, quantum poſſumus, arcemus, timentes prophetiam Ezech. 13.
illam exprobrantem; Non aſcendiſtis ex adverſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſraël, ut ſtareös in prælio in die Domini. *Audiant, non tu, qui aures habes, & non audis; qui oculos habes, & non vides: qui lumen, quod in te eſt, tenebras feciſti; audiant, inquam, omnes cordati, qui aures audiendi habent, quàm altè aut non intelligas, aut intelligere diſſimules, neque quid loquaris, neque de quibus affirmes. Ad ſubjectionem Domini Henrici, quem Impe-* F
ratorem dicunt, nos invitas, & in quantum intelligere datur, ut per omnia ſubditi ſimus, quaſi Apoſtolico argumento neceſſitatem imponis, Rom. 13.
dicens: Omnis anima poteſtaöbus ſuperioribus ſubdita ſit; non eſt enim poteſtas, niſi à Deo. Qui ergo poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. *Quam Apoſtoli ſententiam te malè intelligere, pejus interpretari dicimus. Si enim omnis poteſtas à Deo eſt, ùt tu intelligis; quid eſt, quòd de quibuſdam dicit Domi-* Oſe. 8.
nus per Prophetam; Ipſi regnaverunt, & non ex me; Principes extiterunt, & non cognovi eos. *Si omnis poteſtas à Deo eſt, ùt tu intelligis, quid eſt, quòd ait Dominus;* ſi oculus Matth. 5.
tuus ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te. *Quid enim eſt poteſtas, niſi oculus? Certè Auguſt. in expoſitione Apoſtolicæ ſententiæ;* Rom. 13.
omnis anima poteſtaöbus ſublimioribus ſubdita ſit. Quòd ſi poteſtas, inquit, aliquid jubeat, quod contra Deum ſit, hic contemne poteſtatem, ömendo poteſtatem. *Nunquid ini-* G
quitas apud Dominum? Nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Quid ergo dicemus? Nunquid ab Apoſtolo diverſa ſententia Prophetiæ evulgatur? Auguſtinus: Minimè diver- Auguſt.
ſas tibias inflat ſpiritus unus. *Itaque audiamus Apoſtolum concordantem, & ſeipſum exponentem, & inimicum, ultorémque ſuum deſtruentem;* Non eſt, *inquit,* poteſtas, niſi à Deo. Quid ſequitur? Qui ergo, inquis, poteſtati reſiſtit; & reliqua. *Abſit. Non hoc ſequitur; ſed quid ſequitur?* Quæ autem à Deo, ordi- Rom. 13.
nata ſunt. *Nempe hoc eſt, quod quærimus. O lingua doloſa, ô cor machinans malum! ſpiritus vadens, & non rediens. Cur mentitus es Spiritui ſancto? Arguat te conſcientia tua.* Ecce Prov. 28.
H fugit impius nemine perſequente. *Cur, ut deciperes, ſupprimere veritatem voluiſti? Cur medullam, cur animam hujus ſententiæ furatus es? Nam, ſi hæc verba de medio ſententiæ Apoſtolicæ tollantur, contra ſibi inconveniens & exanimis jacebit.*

Impletur ſermo divinus; Qui parat proxi- Prov. 26.
mo ſuo foveam, incidet in eam. *Certè nec culpam furti; nec pœnam evadere poteris. Quid* Matth. 25.

Zzz *infe-*

A infelix, quid judici venturo, cùm à ſervis negotiatoribus lucrum requiret, reſponſurus es, qui Dominicæ pecuniæ fraudator in medium produceris? Quare non judicium & laqueum proditoris timuiſti, ne ſimilem reatum ſimilis vindicta ſequeretur? Prævidens per Spiritum ſanctum Apoſtolus, te, tuique ſimiles hæreticos in Eccleſia emerſuros, qui bonum malum, malum bonum dicerent; qui tenebras lucem, & lucem tenebras ponerent; qui de ſententiis veritatis occaſionem inducendi erroris captarent; cùm Rom. 13. præmiſiſſet; non eſt poteſtas, niſi à Deo; ut conjecturam reprobi intellectus amputaret: quæ autem ſunt, inquit, à DEO ordinata ſunt. Da igitur poteſtatem ordinatam, & non reſiſtimus, imò dabimus illicò manus.

B Miror autem, ſi in te vel gutta ſanguinis eſt, quòd non erubeſcis Dominum Henricum Regem dicere, vel ordinem habere. An ordo tibi videtur, jus dare ſceleri, fas nefáſque divina & humana confundere? An ordo videtur tibi, in corpus ſuum peccare, videlicet (proh pudor, proh nefas) uxorem propriam ſcelere omnibus ſeculis mundi inaudito, lupanar facere? An ordo tibi Eſai. 1. videtur, cùm Dominus dicat; defendite viduam, viduas judicii æquitatem poſtulantes, nefanda contaminatione proſtituere? Hæc qui ordinata, qui ſana dixerit; hunc inſani capitis eſſe, inſanus juret Oreſtes. Uſque ad hæc miſerrima tempora, natura ſecretum amavit; ſed traditus in reprobum ſenſum Rex veſter, naturæ involucrum detexit; qui omnem pudorem ponit in propatulo.

C Ut autem illa, quæ ſine numero ſunt, taceamus, videlicet concremationes Eccleſiarum, deprædationes, homicidia, incendia, truncationes, & his ſimilia, quæ ille poteſt; nos, enumerare non poſſumus; ea, quæ maximè Eccleſiam Dei gravant, loquamur: Audi ergo vera, non fucata. Audi fortia, non faceta. Omnis, qui dignitates ſpirituales vendit, hæreticus eſt. Dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, Epiſcopatus & Abbatias vendit. Etenim Conſtantienſem, Babenbergenſem, Moguntinenſem, & plures alios, pro pecunia; Ratiſponenſem, Auguſtenſem, Strasburgenſem, pro gladio; Abbatiam Fuldenſem pro adulterio: Monaſterienſem Epiſcopatum, (quod dicere, & audire nefas eſt) pro D Sodomitica immunditia vendidit. Quæ, ſi impudenter negare volueris, teſte cœlo, teſte terra, omnes etiam à furno redeuntes ſcioli concludent. Ergo Dominus Henricus hæreticus eſt. Pro quibus nefandis malis ab Apoſtolica ſede excommunicatus, nec regnum, nec poteſtatem aliquam ſuper nos, quia Catholici ſumus, poterit obtinere. Sanè, quia fratrum nos odiis fatigas: intellige nulli nos odium de inaffectione, ſed de pietate intendere. Abſit, ut dicamus, Henricus inter fratres, aut Chriſtianos reputetur, qui toties corripientem Eccleſiam non audiens, ſicut Matth. 18. Ethnicus & Publicanus habetur. Cujus odium pro magno ſacrificio Deo offerimus, dicentes cum Pſal. 138. Pſalmiſta; Nónne, qui oderunt te, Domine, oderam; & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos; & inimici facti ſunt mihi: Cujus odii dignitatem E veritas commendans ait; ſi quis non odit patrem & matrem, fratres & ſorores, adhuc Luc. 14. autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Non ergo de odio juſtè reprehenduntur, qui animam noſtram, cùm à via Dei exorbitamus, qui patrem & matrem, & omnem affectum, qui nobis in via Dei obſtat, odiſſe præcipimur. Inde eſt, quod omni ſtudio, omni conatu laboramus; ut hoſtes Eccleſiæ, nos quoque ùt adverſarios caveamus: & non, quia noſtri, ſed quia Dei inimici ſunt, odio habeamus.

F Porrò, quod de pace cum omnibus hominibus habenda perſuades, meminiſſe debes: quia, præmiſit Apoſtolus; ſi fieri poteſt. Rom. 12. Fieri autem non poteſt, ut cum iis, qui Deo contrarii ſunt, pacem habeamus. Quis autem neſciat, Dominum Salvatorem non ſolùm pacem commendare, cùm dicit; Pacem meam do vobis, Joan. 14. pacem meam relinquo vobis: ſed etiam ipſam pacem exiſtere, ſicut ait Apoſtolus? Epheſ. 2. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum. Quid ergo ait; Pax noſtra, commendans pacem? Matth. 10. Nolite, inquit, arbitrari, quia veni mittere pacem in terram; non veni pacem mittere, ſed gladium. Quid eſt hoc? Quare pax, gladium? Quare pax bellum indicit? Nimirum, ut deſtruatur pax diaboli. Habet enim diabolus pacem ſuam, de qua Dominus dicit, Luc. 11. cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet. G O quàm potenter per vos, ſatellites ſuos atrium ſuum hoc tempore diabolus cuſtodit; qui ſcuto falſitatis & galea perfidiæ protecti, nulla veritatis jacula, nulla fidei ſpicula admittitis. Poteſt tamen Dominus noſter, utpote fortior armatus ſuperveniens, fortem veſtrum vincere, & arma, in quibus confidit, auferre. Non ergo rectè culpamur, ſi pacem illam omni bello crudeliorem deteſtamur, quam ipſa veritas ſuper Hieruſalem flendo reprobat dicens; Luc. 19. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: Et quam Pſalmus; Pſal. 72. ſuper iniquos zelavi, pacem peccatorum videns.

H Quòd verò Papam Gregorium, Regem Rodolphum, Marchionem Eggebertum peſſimi interitus damnas; & Dominum tuum, quia illis ſuperſtes eſt, bonificas; liquet profectò, ab omni ſpirituali te conſideratione manere vacuum. Nónne beatius eſt benè mori, quàm malè vivere? Beati enim, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam. Matth. 5. Jam & Neronem, quia Apoſtolis Petro & Paulo; jam & Herodem, quia Jacobo Apoſtolo; jam & Pilatum, quia Domino JEſu Chriſto ſupervixerint, beatos æſtimas. Qua opinione, quid inſanius, aut infelicius dici poteſt? Quapropter & ab hac blaſphemia, linguam magniloquam compeſce; niſi fortè in numero illorum te conſtituis, qui in fine juſtorum videntes gloriam, ſeram & infructuoſam agentes pœnitentiam, præ anguſtia ſpiritus gementes

[Sap. 5.] *mentes dicent ;* Hi ſunt, quos aliquando ha-
A buimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperii. Nos inſenſati, vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce, quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Ergo erravimus à via veritatis, & ſol juſtitiæ non luxit nobis. Quid nobis profuit ſuperbia ? & divitiarum jactantia quid contulit nobis ? tranſiêrunt omnia velut umbra. *Quæ nos verba in memoria adamantina ſcribentes, omnem ſimilitudinem extollentem ſe adverſus veritatem Dei, contemnimus : & gloriantes in tribulationibus, calumniari, proſcribi & exterminari, denique occidi poſſumus ; flecti, vel vinci non poſſumus : Et cum magno tripudio illud, quod tu puer adoleſcens, juvenis frequentatus, nondum corde ſenex concepiſti, de patribus noſtris exultamus, qui contemnentes juſſa principum meruerunt præmia æterna.*

B *Porrò ſententias tuas diligenti curioſitate trutinantes, quaſi ſpiritualia ſpiritualibus comparare volumus. Sed ſicut :*

Et reliqua non pauca.

Cætera deſunt ; quæ multa fuiſſe, teſtatur hæc Dodechini clauſula : *Et reliqua non pauca.*

EPISTOLA
C
S. ANSELMI
ARCHI-EPISCOPI CANTUARIENSIS,
AD
WILHELMUM
ABBATEM HIRSAUUGIENSEM.

Qua docet, quid agendum ſit cum Comite quodam, qui divina celebrantibus ſeſe immiſcuerat ; & de Presbyteris incontinentibus.

D DOMINO & Patri reverendo Abbati Guilhelmo, frater Anſelmus in hac vita diuturnam proſperitatem, in futura æternam felicitatem.

Ex quo veſtra probitas mihi ſuam dignata eſt præbere notitiam, tantam ejus concepi dilectionem ; ut ſemper ejus mihi dulcis ſit memoria. Quod expertus ſum non immeritò fuiſſe : quoniam & vitam veſtram amore & reverentia dignam agnovi exiſtere, & paternitatem veſtram non ſine affectu dulcedinis erga parvitatem meam eſſe. Sæpe namque fratres à vobis venientes, me non ſolùm ſanctitatis veſtræ relatione ædificaverunt ; ſed & dignationis veſtræ ſalutatione honoraverunt. Quare, licèt, quidquid eſt in me toto, minimè poſſit tantis meritis re- E
ſpondere, meum tamen eſt, quantum amoris & reverentiæ poſſum exhibere. Sed hæc Deo in nobis ſervanda & * agenda commit- [* augenda.]
tens, ad ea, de quibus meam parvitatem conſulere dignata eſt veſtra prudentia, non præſumendo, ſed obediendo, reſpondebo fortè non, quòd mihi ſufficiat ; ſed, quod mihi videtur.

Comes quidem veſter, qui excommunicatus vobis divina celebrantibus ſe miſcet ; mihi videtur humiliter admonendus ; ne, contemnendo ſententiam eorum, quibus Deus affirmat ſe audiri, cùm audiuntur ; & [Luc. 10.]
ſperni, cùm ſpernuntur, ſe ligare, cùm ligant, & ſolvere, cùm ſolvunt ; aggravet ſuper ſe Dei judicium, à quo ſugere nuſquam homo poteſt. Quare, illi melius eſſe, ut per ſalu- F
brem humilitatem abſtineat ab his, à quibus eum Apoſtolica ſegregat ſententia, quàm per præſumptionis contemptum, ſe ingerat in illa, quæ nunquam, niſi per humilitatem quæſita proſunt ; at ſemper inordinatè præſumpta, obſunt. Nec debere cum ullo ſuo commodo, & graviſſimo ſuo malo, cogere vos, ut cùm eum offendere nolitis ; Deum & Apoſtolici auctoritatem graviter irritetis : ad quos pacandos illum adjutorem habere non poſſitis. Faciliùs quoque, ac benigniùs Apoſtolicum ejus rationes ſuſcepturum, ſi ſuam illum ſententiam cognoverit reveritum.

G Quòd ſi Comes idem hanc admonitionem reſpuerit, ſcitis ; quia Deus plus eſt timendus, quàm homo. Quapropter aut ſecundùm jam prolatam Apoſtolicam ſententiam erga illum agendum ; aut ipſum Apoſtolicum, ſive aliquem vices ejus gerentem, de hoc ipſo denuò conſulendum exiſtimo.

De presbyteris verò, qui ſe apertè reproba libidinis converſatione Deo reprobabiles exhibent, omninò tenendum eſt, quod Apoſtolica providentia Eccleſiaſtico, juſtóque rigore conſtituit. Nempe, nullatenus convenit, ut ibi reverenter aſtetur ; ubi pertinaciter aperta & impudenti libidine fœtentes ; Dei & Sanctorum prohibitionem contemnendo ſacris altaribus deſerviunt : imò non deſerviunt, ſed quantum ad ipſos, commaculant. Non quò quis ea, quæ tractant, contemnenda, ſed tractantes execrandos exiſtimet : ut, qui Dei & Angelorum præ- H
ſentiam non reverentur, vel hominum deteſtatione repulſi, ſacra contaminare deſiſtant. Nec ullatenus oportet, ut illi ſint conſortes de altari participantium, qui per immunditiam ſe faciunt exſortes altari deſervientium.

De lapſis autem ſacros ordines habentibus, & ſpontanea humilitate, ſecretè, quibus debent, confitentibus ; nequaquam aſſerendum eſt, quòd eiſdem ordinibus ampliùs uti nullatenus poſſint, ſi per ſacrifici-

A um ſpiritus contribulati, cordíſque contriti & humiliati Deum placantes, ad virtutum profectum ſtudiosè contenderint. Nam nec apud Deum reprobatur officium alicujus propter culpam, quam ipſe ignoſcit, nec apud homines decoloratur ſacri ordinis dignitas, propter perſonam, cujus ipſi peccatum non cognoſcunt: quibus duabus cauſis carnalis lapſus prohibet ad ſacros ordines acceſſum aut reditum. Sed quoniam fer-
Pſal. 31. mè ſemper occultum eſt, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata: quorum verò minimè, tutius ſemper eſt, conſcium ſibi criminis, ab his, quæ placitam perſonam expoſcunr, per laudabilem humilitatem abſtinere, quàm per culpabilem ſecuritatem præſumere. Illud namque ſemper poteſt Deo non improbante: hoc
B verò non debet niſi Deo approbante. Qui autem buic ſententiæ, quæ ad ſacri Ordinis officium reditum poſt lapſum concedit; nequaquam aliqua ratione, niſi auctoritate fulciatur ſcripturarum, vult conſenſum attribuere: legat Epiſtolam beati Calliſti Papæ directam univerſis Epiſcopis per Galliam conſtitutis; & beati Gregorii ad Secundinum Incluſum; Ubi ipſi hanc ſententiam ſic firmis, & penè eiſdem rationibus & auctoritatibus confirmant, ut nullatenus aliorum approbatione indigeat.

C Sed quoniam idem beatus Gregorius id ipſum in aliis ſuis quibuſdam Epiſtolis ſtudiosè prohibet, ne ſibi ipſi contrarius ſit, de apertis quidem prohibuiſſe; de occultis verò poſt condignam pœnitentiam conceſſiſſe intelligitur. Nam crimen; quod à Deo imputatur, nec ab hominibus eſſe putatur, non reprobat, nec decolorat, ùt jam dixi: cùm tamen in tali re cuique tutius ſit coram Deo plus timere, quàm confidere. Prohiberi autem invitum debere, qui occultum crimen humili confeſſione ſponte, & occultè detegit, minimè exiſtimo; ne multis obruatur vita ſalubris confeſſionis; quin potiùs eligent penitus in mortem occultari, quàm hac occaſione in certitudinem, vel in
D ſuſpicionem alicujus criminis adduci. Hoc enim illi, cui confitentur, ſtatuitur ad peccatum, ſed confitentem abſque ejus conſenſu ceſſare à ſui ordinis officio, non cogit, ſed potiùs magni criminis reus eſſe videtur, ſi cogit; quia ſic & confitentem pœnitere confeſſionis, & plures nondum confitentes horrere confeſſionem compellit. Nam ſatis patet, quàm minus malum ſit cuilibet peccatori ad altare cum amore confeſſionis peractæ, & ſpe miſericordiæ humili mente accedere; quàm ſe cum odio confeſſionis, & deſperatione veniæ indurato corde, deſiderio; aut etiam, actu ingerere.

Ille itaque, cui confeſſio fit, nequaquam particeps æſtimandus eſt minoris culpæ, in qua alium permittit non conſentiendo; ſed majorem, prudenter præcavendo. Majoris E verò poteſtatis auctor eſſe videtur, ad quos multos impellit, etſi non volendo, tamen inordinatè plus, quod minus, quàm quod majus erat timendo. Sed manifeſtum eſt; quia illi, qui humili contritione ſuperbam verecundiam conculcando ſemetipſos judicantes hujuſmodi ceſſationi ſponte conſentiunt: multotiens tutiùs miniſtrant permiſſi, ſeu etiam juſſi, quàm illi cum verecundia humana inter Deum & ſe juſtè judicare refugiunt: licèt is, cui confitentur, valdè periculoſiùs prohibeat iſtos invitos, ùt ſuprà dictum eſt; quàm illos ſpontaneos. Et cùm utriſque neceſſarium ſit, vel ad tempus abſtinere; puto, quia illi, qui non libenter ceſſant, ad quod non benè properant, ſed tantùm relaxandi; hi verò, qui ſponte abſtinent, ad quod non præſumunt, etiam revocandi. Nam in illis, ſi revocentur, obedientiæ tegimine præſumptio palliatur: in iſto verò humilitas obedientiæ robore adjuvatur: quæ revocatio non indifferenter, F ſed magna Prælati, confeſſionem ſuſcipientis, diſcretione facienda eſt. Sæpe namque contingit, ut quis non per immenſum criminis horrorem, & per vim humilitatis humanam verecundiam ſuperet; ſed per ſtultitiæ tenebras, & impudentiæ duritiam fœditatem ſceleris & pudorem non ſentiat, & per negligentiam officium ſuum non appetat. Qui autem hujuſmodi eſt, nunquam ad ſacrum officium aut vocandus aut revocandus eſt; ſed, cùm pro ipſo pœnitente ſupplicat humilitas, ſuggerit contritio, intercedit vitæ mutatio; tunc nimirum, ſi Prælatus non tam de meritis aliquibus, quàm de magna miſericordia, & de multitudine miſerationum Dei illum confortans, ad ſui uſum immutet officii: quia, non tam temerè, quàm prudenter egiſſe videatur. Eſt enim ſæpe G in hujuſmodi prævenienda puſillanimitas, excludenda contemptus ſuſpicio: oſtendenda benevolentia, exhibenda compaſſio. Hoc enim modo, qui tales ſunt, quantò beningiùs, tantò efficaciùs ad perfectionem provocantur; & tantò ſtrictiùs in bono propoſito ligantur.

Potui plura de ſcriptis Patrum his interſerere; ſed quia Epiſtolarum brevitas, quæ H ſe jam nimis extendi reclamat, non conſenſit; ſimpliciter, quid de me interrogatis ſentirem, paternitati veſtræ juſſus expoſui.

Omnipotens Dominus vos & in his, & in omnibus, quæ vobis agenda ſunr; ſic in rectitudine veritatis dirigat; ut pro eis ſe ipſum vobis retribuat. Si præſens eſſem, coram vobis & coram ſancta congregatione veſtra, de qua multa bona à multis concorditer audio, ſupplici mente, totum corpus proſternerem, &, ut me bonorum, quæ Deus operatur in veſtro Monaſterio, in perpetuum participem in fraterna charitate conceden-

cedereris, peterem, Sed quoniam ego hoc non poſſum, præſumo, non de meis meritis, ſed de veſtra ſanctitate, rogare, ut vos hoc pro me non humiliato corpore, ſed benigna mente ab eiſdem filiis veſtris mihi petatis, & cum illis concedatis.

Valete.

FINIS.

COMMENTARIOLUS HESSONIS SCHOLASTICI DE TRACTATIONE PACIS INTER CALLISTUM II. PONTIF. ROMANUM, ET HENRICUM V. IMPERAT.

Anno Redemptoris M. CXIX. Déque Concilio Remenſi.

Nunc primùm

Ex tenebris in lucem prolatus.

LECTORI.

ABBAS Urſpergenſis in Chronico Redemptoris anno M. C. XIX. ubi de Triburienſi Conventu loquitur, ita ſcribit. *Aderant etiam Legati tam Romanorum, quàm Viennenſium, imò diverſarum Eccleſiarum Miſſi, confirmantes electionem Domini Calliſti. Cui profectò, dum univerſi noſtrates Epiſcopi obedientiam profeſſi, ſynodum, quæ ſibi juxta Feſtum S. Lucæ indicebatur, collaudâſſent fieri, ipſe Rex ſemetipſum ibidem pollicebatur, ob reconciliationem univerſalis Eccleſiæ repræſentatum iri: Id enim Catalaunenſis Epiſcopus, & Cluniacenſis Abbas, apud Argentinam ipſum convenientes, multis ratiocinationum conatibus obtinuerunt. Ejuſdem tamen Actionem Concilii, ſi quis plenariè cognoſcere quærit, in literis cujuſdam Scholaſtici nomine* Heſſonis *eleganter enucleatam reperire poterit, id eſt, qualiter rex inter regnum & ſacerdotium de concordia facienda conſenſerit, inſuper eidem Concilio, cui videlicet 3. Kal. Novemb. prædictus Papa Calliſtus ſecundus vallatus 426. Patribus, coram innumera multitudine Cleri & Populi præſedit, non adeò ſe præſentem, vicinum tamen exhibuerit, ubi & colloquio ſuo Domini Papæ legatis conceſſo, tandem inducias denuo quæſierit, propter generale colloquium cum Principibus habendum, pro inveſtituris ſcilicet Eccleſiaſticis, quas tantopere cogebatur amittere, ad ultimum verò idem Apoſtolicus, intacta inter ſe & regem concordia, ſynodalia prædeceſſorum ſuorum decreta confirmaverit, aliáque nonnulla, quæ res exigebat, naviter addiderit, ſicque poſt dies ferè 12. in virtute Spiritus ſancti, ritè finito Concilio, cunctos Apoſtolica benedictione confirmatos, ad propria redire permiſit, unumquemque cum gaudio. Ipſe quoque non multò pòſt ad Italiam converſus, incredibile memoratu eſt, quanto tripudio, quâmque immensâ pompâ non ſolùm totius Romæ, verùm etiam univerſarum Provinciarum, quas pertranſierat, Chriſti vice ſit ſuſceptus. Ab illo tempore* tam

tam ipſe jam verè Apoſtolicus, quàm univerſus illum ſequens Chriſti grex, de die in diem proficere cœpit, donec cuncta pars Burdini, quem aliqui idolum cognominare ſolent, in dies infirmata, conari contra Eccleſiam deſiit, regni tamen cœpta commotio ac ſcelus, nullatenus quievit. Hæc Urſpergenſis. Conſule Baronium anno M.C.XIX.

Etſi autem pax & concordia inter Sacerdotium & Regnum hac vice conſtitui non potuit, poſtea tamen anno M.C.XXII. ingenti omnium bonorum gratulatione conſtituta eſt. De qua vide Baronium eodem anno Tomo XII.

Cæterùm Heſſonis nomen Codex manuſcriptus non exprimebat: Urſpergenſis tamen veſtigia ſecuti, non dubitavimus Heſſonis nomen præſcribere; cùm quæ de Heſſonis lucubratione Urſpergenſis prodidit, examuſſim in hunc commentariolum quadrent. Fuit autem Auctor iſte eorum, quæ in hanc narrationem conjecit, oculatus teſtis, quemadmodum ipſe extremis verbis teſtatur.

COMMENTARIOLUS HESSONIS SCHOLASTICI.

Qualiter nuper inter regem Heinricum & Dominum Papam Calliſtum cauſa ceperit, ac proceſſerit.

A VEnerunt ad Regem apud Argentinam, Epiſcopus Catalaunenſis, & Abbas Cluniacenſis, acturi cum eo de pace & concordia inter regnum, & ſacerdotium. A quibus cùm Rex conſilium quæreret, quomodo ſine diminutione regni ſui hoc exequi poſſet, aſſumpta parabola ſua reſpondit Epiſcopus. Si veram pacem, *Domine Rex*, habere deſideras, inveſtituram Epiſcopatuum, & Abbatiarum omnimodis

B dimittere te oportet. Ut autem in hoc nullam regni tui diminutionem pro certo teneas; Scito me in regno Francorum Epiſcopum electum, nec ante conſecrationem nec poſt conſecrationem aliquid ſuſcepiſſe de manu Regis, cui tamen de tributo, de militia, de thelonio, & de omnibus, quæ ad rem publicam pertinebant, & antiquitus ſcilicet à regibus Chriſtianis Eccleſiæ Dei donata ſunt, ita fideliter deſervio, ſicut in regno tuo Epiſcopi tibi deſerviunt, quos huc uſque inveſtiendo hanc diſcordiam, imò anathematis ſententiam, incurriſti.

C Ad hæc rex manibus elevatis hoc reſponſum dedit. Eja, inquit, ſic fiat; non quæro amplius: Tunc ſubjunxit Epiſcopus. Si ergo inveſtituras dimittere volueris, & poſſeſſionem Eccleſiarum, & eorum, qui pro Eccleſia laboraverunt, reddere, & veram pacem eis dare; laborabimus, opitulante Domino, huic contentioni finem imponere. Quæ omnia Rex, communicato cum ſuis conſilio, ſe proſecuturum promiſit, ſi fidem & juſtitiam apud Dominum Papam inveniret, & ſi veram pacem ipſe & ſui, & D poſſeſſiones, quas pro * Werra iſta amiſerant, reciperent. Quibus auditis, Epiſcopus certum ſe fieri ſuper denominatis capitulis poſtulavit, tum ut labor eorum non eſſet inutilis, tum ut Dominum Papam ad exequendam pacem faciliùs inclinarent: Tunc Rex propria manu ſub teſtimonio fidei Chriſtianæ, in manu Epiſcopi & Abbatis firmavit, ſe præfata capitula ſine fraude proſecuturum.

* Guerra.

Pòſt cùm Epiſcopus Lauſanenſis & Comes Palatinus, & cæteri Clerici, & Laici, qui cum eo erant, hoc idem eodem modo firmaverunt, accepta ſecuritate, Epiſcopus & Abbas Domino Papæ Pariſios occurrerunt; quæ viderant, & audièrant, fideliter intimârunt, quibus applaudens Dominus Papa, ſic reſpondit. Utinam jam factum eſſet: ſi ſine fraude fieri poſſet. Mox communicato cum Epiſcopis & Cardinalibus conſilio, eoſdem, & cum eis de latere ſuo Epiſcopum Oſtienſem, & Gregorium Cardinalem, ad Regem remiſit, ut præfata capitula diligentiùs retractarent, atque ſcripta ex utraque parte firmarent, & ſi hæc, ſicut promiſerat, exequi vellet, diem, qua iſta complerentur, ante finem Concilii denominarent. Venientes ad eum inter Virdunum & Metim ei occurrerunt, quod Dominus Papa cùm libenter reciperet, ſi promiſſum exequi vellet, retulerunt. Super quo quaſi gaviſus Rex, F quod priùs apud Argentinam in manu prænominatorum firmaverat, iterum inibi in manu Epiſcopi Oſtienſis, & Gregorii Cardinalis, & Epiſcopi Catalaunenſis, & Abbatis, propria manu firmavit: quòd videlicet in proxima VI. Feria, id eſt, IX. Kalend. Novembris, Capitula, quæ ſequenti ſcripto continentur, apud Moſonium in præſentia Domini Papæ fideliter ſine omni fraude exequeretur. Pòſt cum hoc idem juraverunt dux Welpho, Comes Berngarius, Comes Palatinus, Comes Wilhelmus, & alii

A alii Epiſcopi, Clerici & Laici multi. Exegit etiam ipſe à noſtris eodem modo firmari ſibi. Quod ſi in ipſo non remaneret, eadem die Dominus Papa, quæ in ſcripto ſuo continentur, adimpleret. Scriptum autem concordiæ hoc fuit.

Ego Henricus Dei gratia, Romanorum Imperator Auguſtus pro amore Dei, & beati Petri, & Domini Papæ Calliſti, dimitto omnem inveſtituram omnium Eccleſiarum, & do veram pacem omnibus, qui, ex quo diſcordia iſta cœpit, pro Eccleſia in * Werra fuerunt, vel ſunt; poſſeſſiones autem Eccleſiarum & omnium, qui pro Eccleſia laboraverunt, quas babeo, reddo, quas autem non habeo, ut rehabeant, fideliter adjuvabo: Quòd ſi quæſtio inde emerſetit; quæ Eccleſiaſtica ſunt, Canonico, quæ autem ſecularia ſunt, ſeculari terminentur judicio.

* Guerra.

B Item ſcriptum Domini Papæ. Ego Calixtus Secundus Dei gratia, Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus Catholicus do veram pacem, Henrico Romanorum Imperatori Auguſto, & omnibus, qui pro eo contra Eccleſiam fuerunt, vel ſunt; poſſeſſiones, eorum, quas pro Werra iſta perdiderunt, quas habeo, reddo, quas non habeo, ut rehabeant fideliter adjuvabo, quòd ſi quæſtio inde emerſerit, quæ Eccleſiaſtica ſunt, Canonico; quæ ſecularia ſunt, ſeculari terminentur judicio.

C Hac itaque data ſecuritate, feſtinanter ad Dominum Papam Remis redièrunt: quæ fecerant, & quæ à Rege & ſuis receperunt, ante Concilium reportantes, ſimul & diem & locum colloquii, deſignantes. Dominus Papa in generali Concilio XIII. Kalend. Novembr. reſidens Remis inter cætera ſic exorſus eſt. Domini patres & fratres, cauſa, pro qua vos de tam remotis regionibus ad Concilium vocavimus, hæc eſt. Scitis, quamdiu Eccleſia contra diverſas hæreſes laboravit, & ſic per beatum Petrum, cui ſpecialiter dictum eſt à Domino: *Rogavi pro te Petre, ne deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Simon Magus, judicio Spiritus ſancti, ab Eccleſia Dei eliminatus periit, ſic uſque ad noſtra tempora idem per vicarios ſuos ſequaces Simonis expugnare, & ab Eccleſia Dei extirpare,
D non deſinit. Ego quoque qualiſcunque, licèt indignus, ejus vicarius, Simoniacam hæreſim, quæ maximè per inveſtituras contra Eccleſiam Dei innovata eſt, ab Eccleſia Dei, opitulante Deo; noſtro conſilio & auxilio omnibus modis eliminare deſidero. Unde, ſi placeat, à fratribus noſtris, qui inter nos & regem dictum Theutonicum, verba concordiæ portaverunt, cauſæ ordinem diligentiùs audiatis, & quid nobis ſuper his agendum ſit; unuſquiſque, pro modo ſuo, quia cauſa communis eſt, prudentiori conſilio attendatis.

E Tunc Dominus Papa Oſtienſi Epiſcopo injunxit, ut univerſo Concilio latinè ordinem cauſæ exponeret. Quod cùm prudenter Epiſcopus Oſtienſis peroràſſet, iterum Catalaunenſis Epiſcopus ex præcepto Domini Papæ, hoc idem clericis & laicis materna lingua expoſuit. Quo completo, capitula multa, illa die & ſequenti propoſuit, & uſque ad finem Concilii univerſa complenda diſtulit. Sequenti verò die, cùm in hoc conſilium Epiſcoporum ſediſſet, ut Dominus Papa ad diem colloquii, pro componenda pace, accederet, & utrum in veritate homo ille ageret, per ſemetipſum tentaret.

F Circa finem Concilii illa die Dominus Papa ſic proſecutus eſt. Domini patres & fratres; ſcitis, quamdiu mater noſtra ſancta Eccleſia contra Simoniacam hæreſim, maximè, quæ per inveſtituras fit, in patribus noſtris laboraverit: Et quia placuit omnipotenti Deo, noſtris diebus Eccleſiæ ſuæ pacem offerre, & jam proxima dies colloquii, ad ipſum locum craſtina die nos compellit accedere, ſummoperè rogàmus, ut reditum noſtrum patienter ſuſtineatis, &, ſi Deus pacem nobis dederit, commune gaudium univerſo mundo annuncietis. Si autem, quod Deus avertat, adverſarius nobiſcum in dolo agere tentaverit, feſtinanter ad vos revertemur: Et ſicut conventionem pacis, ſi fiat, vobiſcum & per vos confirmare optamus, ſic in commentorem fraudis, ſi infidelis evaſerit, judicio Spiritus ſancti & veſtro, gladium beati Petri vibrare ten-
G tabimus. Quod cùm ſub obtentu obedientiæ, Archiepiſcopis & Epiſcopis, & Abbatibus injunxiſſet, præcepit etiam, ut interim, & maximè die colloquii, pſalmos, orationes, & ſacrificia ſpiritualia Deo offerrent, & à majori Remenſi Eccleſia uſque ad Eccleſiam beati Remigii cum proceſſione nudis pedibus exirent.

Sic interim dimiſſo concilio, feria IV. Dominus Papa ad locum colloquii exiit & feria V. cum multis, vix cum maximo labore pervenit. Feria VI. vocatis in cameram Archiepiſcopis; Epiſcopis & Abbatibus & cæteris ſapientibus viris, quos multos ſecum duxerat, coram omnibus fecit legi utrumque ſcriptum concordiæ; Cúmque lectum fuiſſet ſcriptum Regis, diligentiùs re-
H tractare cœperunt Epiſcopi. Maximè illud capitulum, ubi dicebatur: *dimitto omnem inveſtituram omnium Eccleſiarum,* dicentes: ſiquidem Rex ſimpliciter agit, verba iſta ſufficiunt, ſi autem ſub hoc capitulo aliquid cavillari conatur, determinatione nobis videntur indigere, ne fortè aut poſſeſſiones antiquas Eccleſiarum ſibi conetur vendicare, aut iterum de eiſdem Epiſcopos inveſtire.

Rurſum in ſcripto Domini Papæ illud diligentiùs retractabant, ubi dicebatur: *do veram*

A *ram pacem Regi & omnibus, qui cum eo in Werra iſta fuerunt vel ſunt*; ne fortè in danda pace amplius intelligerent, quàm reddendam communionem Eccleſiæ; & ſub hoc verbo Eccleſia cogeretur ſuſcipere, quos aut ſuperpoſitos legitimis paſtoribus, aut Canonicè depoſitos ſine gravi offenſione non poſſet ſuſtinere.

Diligenter ergo omnibus retractatis, miſſi ſunt ad caſtra Regis Epiſcopus Oſtienſis, Joannes Cardinalis, Epiſcopus Vivarienſis, Epiſcopus Catalaunenſis, & Abbas Cluniaceuſis, & alii multi cum eis portantes ſcripta in manibus. Cúmque perveniſſent ad caſtra, oſtenderunt conſcripta, determinaverunt capitula, prout omnium communi conſilio definitum erat.

B Rex autem his auditis, prima fronte ſe nihil horum promiſiſſe omnimodis abnegabat. Tunc Epiſcopus Catalaunenſis zelo Dei inflammatus, & gladio verbi Dei accinctus, reſpondit, pro omnibus: Si, Domine, negare vis ſcriptum, quod tenemus in manibus, & determinationem, quam audiſti: paratus ſum ſub teſtimonio religioſorum virorum, qui inter me & te fuerunt, jurare ſuper reliquias Sanctorum, vel ſuper Evangelium Chriſti, te iſta omnia in manu mea firmâſſe, & me ſub hac determinatione recepiſſe: cúmque omnium teſtimonio convinceretur, tandem compulſus eſt confiteri, quod prius negaverat; veruntamen conquerebatur graviter de eis, quod quia licèt eorum conſilio promiſerit, quod abſque diminutione regni exequi non valeret: Cui ſic reſpondit Epiſcopus: In promiſſis noſtris, Domine Rex, per omnia fideles

C nos invenies. Non enim Dominus Papa ſtatum imperii aut coronam regni, ſicut quidam ſeminatores diſcordiæ obloquuntur, in quolibet imminuere attentat; imò palàm omnibus denunciat, ut in exhibitione militiæ & cæteris omnibus, in quibus tibi & anteceſſoribus tuis ſervire conſueverant, modis omnibus deſerviant. Si autem in hoc imperii ſtatum imminui exiſtimas, quòd ulteriùs tibi Epiſcopatus vendere non liceat: hoc potius regni tui augmentum ac profectum ſperare debueras, ſi, quæ Domino Deo contraria ſunt, pro ejus amore abjicias.

D Ad hæc omnia cùm reſpondere non poſſet, mitiora verba cœpit proferre & inducias quærere, vel uſque manè: dicens velle ſe cum principibus, nocte illa de cauſa conferre, & ad exequendum promiſſum, ſi poſſet, eorum corda inflectere, & alterutrum ſummo manè renunciare. Poſt hæc ſui de modo abſolutionis & ſuſceptionis cum noſtris cœperunt conferre, durum ſibi, imò importabile videri, ſi more aliorum, Dominus ſuus, nudis pedibus, ad abſolutionem accederet. Quibus condeſcendentes

E noſtri, reſponderunt, quòd modis omnibus laborarent, ut Dominus Papa calceatum eum, quantò privatiùs poſſet, reciperet.

In his verbis illa die colloquio terminato, noſtri ad Dominum Papam redièrunt: quæ invenerant reportantes. Tunc Dominus Papa, quaſi jam de pace deſperans, ordinabat ſummoperè manè ad fratres, quos Remis reliquerat, rep[illegible]lare: ſed conſilio comitis Trecenſis, & multorum aliorum compulſus eſt Sabbato ferè uſque ad horam ſextam in eodem loco manere, ut omne os adverſariorum obſtrueret, & vocem derogationis omnibus auferret.

F Summo manè iterum miſſi ſunt ad caſtra Epiſcopus Catalaunenſis, & Abbas Cluniacenſis, ſuper inducias acceptas reſponſum ejus audituri. Cúmque illuc perveniſſent; ſicut pridie fecerat, repræſentavit Epiſcopus ſcripti veritatem, cum adteſtatione Sacramenti, dicens: Heri quidem Domine Rex, cum juſtitia poſſemus à te recedere, quia die denominata, parati fuimus, & promiſſum tuum recipere, & noſtrum implere. Verùm quia tu inducias repetendo uſque in hanc diem diſtuliſti, nolumus, ut propter intervallum unius noctis tantum bonum in nobis remaneat, & ſi hodiè promiſſum tuum exequi volueris, paratus eſt adhuc Dominus Papa, quod per nos tibi promiſit, modis omnibus adimplere. Tunc Rex iratus, iterum cœpit inducias quærere, donec generale colloquium cum principibus regni poſſet habere, ſine quorum conſilio inveſtituras non audebat dimittere. Ad

G hæc Epiſcopus; quia ſæpè inducias quærendo, quod promiſiſti implere diſſimulas, nihil nobis & tibi ampliùs, revertar ad Dominum Papam; ſic inſalutatus rediit, quæ invenerat, nunciavit. Mox ergo Dominus Papa cum ſuis ad aliud caſtrum Comitis Trecenſis cum ſumma feſtinatione tranſivit. Rex autem nuncium ad Comitem direxit ſummoperè rogans, ut Dominum Papam inibi die Dominica detineret, promittens, ſe facturum modis omnibus, feria II. quod toties abnegaverat. Quod cùm ad Dominum Papam delatum fuiſſet, hoc breve dedit reſponſum: Feci, fratres, pro deſiderio pacis, quod ab anteceſſoribus noſtris factum nunquam audivi. Generalem Sy-

H nodum congregatam & fratres multos, quaſi deſolatos, reliqui; ad hominem iſtum cum multo labore perveniens, quæ pacis ſunt, in eo non inveni. Unde nullatenus eum ulteriùs exſpectabo, ſed ad fratres noſtros, & ad Concilium, quantò citiùs potero, regrediar, ſi autem in Concilio, vel poſt Concilium veram pacem Deus nobis dederit, paratus ero ſuſcipere & amplecti.

Die ergo Dominico de eodem loco ante diem exivit, & cum tanta feſtinatione Remis uſque cucurrit, ut XX. Leucis conſummatis,

eâdem

A eadem die Miſſam Remis celebraret, in qua Leodicenſem electum in Epiſcopum conſecravit, Feria II. pro nimio labore infirmatus, vix ad Concilium acceſſit, exitum & reditum ſuum & ordinem cauſæ, Concilio exponi fecit, & ſic illa die ſiluit, Feria III. nihilominus infirmitate detentus, in Concilio ſedere non potuit, Feria verò IV. circa horam III. ad Concilium acceſſit, illa die uſque ad horam IX. multorum proclamationes recepit, & de multis capitulis tractavit. Ab hora verò nona volens illa die Concilium terminare, Synodalia decreta fecit in medium proferri & legi.

Decreta Synodi.

Quæ ſanctorum Patrum ſanctionibus de pravitate Simoniaca ſtabilita ſunt, nos quoque B Spiritus ſancti judicio & auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus. Si quis ergo vendiderit aut emerit vel per ſe, vel per ſubmiſſam quamlibet perſonam, Epiſcopatum, Abbatiam, Decanatum, Presbyteratum, Archidiaconatum, Præpoſituram, præbendam vel quælibet Eccleſiaſtica beneficia, promotiones, ordinationes, conſecrationes, Eccleſiarum dedicationes, clericalem tonſuram, ſedes in choro, aut quælibet Eccleſiaſtica officia, & vendens & emens dignitatis, & officii ſui, aut beneficii, periculo ſubjaceat, quòd niſi reſipuerit, anathematis mucrone perfoſſus, ab Eccleſia Dei, quam læſit modis omnibus abjiciatur.

Epiſcopatuum & Abbatiarum inveſtituC ras per manum laicam fieri penitus prohibemus; quicunque ergo Laicorum deinceps inveſtire præſumpſerit, anathematis ultioni ſubjaceat. Porrò, qui inveſtitus fuerit, honore, quo inveſtitus eſt, abſque ulla recuperationis ſpe omnimodis careat.

Univerſas Eccleſiarum poſſeſſiones, quæ liberalitate Regum, largitione principum, vel oblatione quorumlibet fidelium eis conceſſæ ſunt, inconcuſſas in perpetuum, & inviolatas permanere decernimus. Quòd ſi quis eas abſtulerit, invaſerit, aut poteſtate tyrannica detinuerit, juxta illud beati Symmachi capitulum, anathemate perpetuo feriatur.

Nullus Epiſcopus, nullus Presbyter, nulD lus omnino de clero, Eccleſiaſticas dignitates, vel beneficia, cuilibet quaſi hæreditario jure derelinquat; Illud etiam adjicientes præcipimus, ut pro baptiſmatis, chriſmatis, olei ſacri, & ſepulturæ, acceptione & infirmorum viſitatione vel unctione, nullum omnino pretium exigatur. Presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, concubinarum: & uxorum contubernia prorſus interdicimus. Si qui autem hujusmodi reperti fuerint, eccleſiaſticis & officiis priventur & beneficiis, ſanè ſi neque ſic immunE ditiam ſuam correxerint, communione careant Chriſtiana.

Cúmque multa contra Simoniacam hæreſim eſſent recitata, & omnium conſono favore laudata & confirmata, ventum eſt ad illud decretum, quo inveſtituræ Eccleſiarum laicis interdicebantur, in quo ſic continebatur. *Inveſtituram omnium Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum poſſeſſionum per manum laicam fieri modis omnibus prohibemus.* Quod cùm recitatum fuiſſet, tantum murmur quorundam clericorum & multorum laicorum per concilium inſonuit, ut diem uſque ad veſperam ſub gravi contentione pertraherent. F Videbatur enim eis, quòd ſub hoc capitulo, Dominus Papa decimas, & cætera Eccleſiaſtica beneficia, quæ antiquitus laici tenuerant, conaretur minuere, vel auferre. Unde Dominus Papa omnibus ſatisfaciens, illa die Concilium terminare diſtulit, ut ſequenti die communi conſilio Decretum temperaret, & ipſum cum cæteris, quæ ſequebantur, unanimi omnium favore & auctoritate confirmaret. Feria quinta ad Concilium venit, quæ propoſuerat executurus, Hymnum ſancti Spiritus, devotè incœpit. Qui cùm ab omnibus affectuosè fuiſſet decantatus, verè inviſibilis ignis flamma ſuccenſus, in ignea lingua de Spiritu ſancto exorſus, mirabiliter peroravit, G docens, eum ſummum bonum eſſe, fontem ſapientiæ & intelligentiæ ac totius diſciplinæ, vinculum charitatis, unitatis, & concordiæ. Cúmque per hæc ſingula diutiùs ſub omnium admiratione diſcurreret, tandem ad cauſam acceſſit dicens:

Scimus, fratres chariſſimi, quòd labor veſter, quò de tam remotis regionibus, pro communi libertate matris noſtræ ſanctæ Eccleſiæ nobis occurrere ſtuduiſtis, placuit Deo & Spiritui ſancto, in cujus virtute & ſanctificatione unum ſumus in Chriſto, & quia placuit ſpiritui ſancto & nobis; diſplicuit ſpiritui adverſario, qui modis omnibus ad perturbandam fraternitatis veſtræ H concordiam cooperatores malitiæ ſuæ quæſivit & invenit; quid enim dicimus fratres? Si cum tanto labore & expenſis ad Concilium vocati veniſtis, & revertentes ad regiones veſtras nihil reportare poteritis, quia nos audire non vultis: Qui enim peccat in Spiritum ſanctum, quod peccatum, ſi per- *Matth.* 12. ſeveraverit, non remittetur ei neque in hoc *Luc.* 12. *Luc.* 10. ſæculo, neque in futuro, teſte veritate, quæ dicit; *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Scimus etiam, quia Dominus JEſus cùm propoſuiſſet diſcipulis: *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam* *Joan.* 6. *in vobis*: ſcandalizati ſunt multi, *& abiérunt retrorſum*; nec poſtea ſequebantur eum; ſic

A & nos, cùm heri propoſuiſſemus quædam pro libertate Eccleſiæ, ſcandalizati ſunt quidam infideles. Unde & nos cum auctoritate Apoſtolica dicimus, *Si infidelis diſcedit, diſcedat*; & det locum fidelibus, quæ Eccleſiaſtica ſunt, & libertati Eccleſiæ neceſſaria, pertractare. Vobis autem, qui locum & officium Apoſtolorum in Eccleſia Dei tenetis, dicimus, quod Dominus dixit ad duodecim: *Nunquid & vos vultis abire?* (1. Cor. 7.) (Joan. 6.)

B Quod cùm mirabiliter peroráſſet; ita omnium corda concuſſit, ac reclamantium voces compreſſit, ut nec unus quidem contra decreta Synodica, quæ poſtea lecta ſunt, os aperire præſumeret. Dominus tamen Papa decretum illud, unde murmur ortum fuerat, ſaniori conſilio temperavit, & in hanc formam Concilio legi fecit: Inveſtituram Epiſcopatuum & Abbatiarum per manum laicam fieri, omnimodis prohibemus. Quod cùm placuiſſet omnibus, ipſum cum cæteris omnibus, quæ lecta ſunt, judicio Spiritus ſancti & auctoritate Eccleſiaſtica firmaverunt.

C Allatæ ſunt denique candelæ CCCC. XXVII. & accenſæ datæ ſingulæ ſingulis, tenentibus baculis Epiſcopis & Abbatibus, injunctúmque eſt eis, ut omnes candelas tenentes aſſurgerent, cúmque aſtarent, recitata ſunt multorum nomina, quos præcipuè excommunicare propoſuerat Dominus Papa, inter quos primi nominati ſunt: Rex Henricus & Romanæ Eccleſiæ invaſor Burdinus & præ cæteris & cum cæteris multis ſolenniter excommunicati. Abſolvit etiam Dominus Papa auctoritate Apoſtolica à fidelitate Regis omnes, quotquot ei juraverant, niſi fortè reſipiſceret, & Eccleſiæ Dei ſatisfaceret; D His denique ritè completis, auctoritate Patris & Filii, & Spiritus ſancti, omnes abſolvit atque ſignavit, & ſic ad propria unumquemque redire permiſit, & ſic concilii finem fecit. Quod vidi & audivi fideliter, & quantò breviùs potui, pedeſtri ſermone deſcripſi.

FINIS.

VARIÆ EPISTOLÆ PONTIFICUM, EPISCOPORUM, IMPERATORUM, REGUM, PRINCIPUM, ET ALIORUM,

Quarum lectio

Mirificè conducit ad illuſtranda ea tempora, quibus Eccleſiam Dei ſchiſmata diſtraxerunt;

Præcipuè

SUB GREGORIO VII. URBANO II. PASCHALI II. ALEXANDRO III. INNOCENTIO IV. & GREGORIO IX. Romanis Pontificibus; Imperatoribus autem Henrico IV. Henrico V. Friderico I. & Friderico II.

Nunc primum,

Ex antiquis membranis evulgatæ.

LECTORI.

HAbes, en amice Lector, variarum Epiſtolarum confuſaneam quidem Farraginem, ſed, ùt ſpero, nec injucundam, nec inſtructuoſam: Multa enim complectitur, quæ priſcæ hiſtoriæ, potiſſimùm Eccleſiaſticæ, lucidam facem accendant,

dant: ut taceam, hîc inveniri, quæ alibi fruſtrà fortaſſis quæras. Adjecimus tamen ad calcem Catalogum eorum, à quibus hæ Epiſtolæ exaratæ: qui non fuêre de trivio, ſed plerique ſummi Principes tam Eccleſiaſtici, quàm Politici. Non abnuo, fieri poſſe, ut in hanc collectionem nonnullæ jam antea typis deſcriptæ irrepſerint; quia in ſingulas ſtudioſiùs & curioſiùs inquirere otium non fuit, verùm quas alibi excuſas libenter legis, has hoc loco repetitas, cauſæ nihil eſt, cur faſtidias.

Quia verò in his Epiſtolis ſatis multas reperies vel ipſius Eberhardi Archi-Epiſcopi Salisburgenſis, viri ſanctiſſimi, & Sedis Apoſtolicæ obſervantiſſimi; non abs re fore viſum eſt, ſi monumentum, quod Præſuli huic erexit Radevicus lib. 2. cap. 73. huc transferrem. Plura & diffuſiora ſi cupis, adi Tomos ſecundum & ſextum Antiquæ Lectionis, quibus S. Eberhardi vita & acta inſerta ſunt. Ita ergo Radevicus. *Quare autem tam crebræ literæ Eberhardo Salzburgenſi Archiepiſcopo ſuper geſtis Concilii* (rectiùs conciliabuli Papienſis) *directæ ſint, hæc fuit cauſa. Cùm ad Concilium iter cœpiſſet, & jam per Forum Julii, & per Marchiam Veronenſium uſque ad civitatem Vicentinorum perveniſſet, gravi correptus infirmitate, gradum ſiſtere, domúmque redire coactus eſt. Sanè, cùm tanti viri fecimus mentionem, de vita & moribus ejus quædam memorabimus, quæ quamvis ùt lucerna ſuper candelabrum poſita, in domo noſtræ provinciæ clariſſimè luceret, ab his tamen, qui longè poſiti ſunt, invida bonis fama difficiliùs ſubtrahet, ſi ſcribendo celebretur. Erat autem idem vir Venerabilis, ætate maturus, ſacræ paginæ literis decentiſſimè inſtructus, fide præcipuus, religione ſingularis. Humanitate & pietate adeò communis, ut verè dicere poſſet;* Omnibus omnia factus ſum, ut omnes lucrifacerem. 1. Cor. 9.
In largitionibus liberalis, in eleemoſynis, & ſuſcipiendis peregrinis ſtudioſus, in tantum, ut ſumptus in obſequium pauperum monaſteriorum & peregrinorum quotidie expendens, non ſolùm palatio ſuo, verùm etiam toti Epiſcopio videretur oneroſus. Ipſe tamen hujuſcemodi pondere minimè gravabatur, cùm hæc incommoda bonæ famæ, quam ipſe tamen minimè affectabat, & æternæ retributionis mercede compenſaret. Pauperum ſqualores minimè abhorrebat, à leproſis ſe tangi, & contrectari paſſus eſt, quin etiam ipſe eos interdum tangere, manúſque eorum oſculari non verebatur. Nec ſufficere credidit, ſi in miniſterio pauperum, famulorum uteretur officiis, niſi ipſemet habitu ſuccinctus miniſtri, manibus ſuis interdum cibum apponeret, poculum porrigeret, aquam non ſolùm lævandis manibus, ſed & pedibus infunderet. Cúmque non ſolùm in verbo perfectam doctrinam, verùm etiam in opere conſummatæ diſciplinæ præberet exemplum, meritò de eo dicebatur, quod olim de quodam Sanctorum: Quia hic eſt, qui, quale habet Verbum, talem habet vitam; &, qualem habet vitam, tale habet Verbum, quomodóque docet, agit; & quæ agit, hæc docet. *His & aliis plurimis virtutibus, & divinæ gratiæ donis, plures quidem ad ſui imitationem, univerſorum autem ad dilectionem ſui provocârat affectum.* Hæc Radevicus.

Venit tamen S. Eberhardus bis ad Imperatorem, ùt videre eſt in Chronico Reicherſpergenſi ad Annum M. C. LXII. & M. C. LXIII. Neque tamen ullis blandimentis ac promiſſis ad caſtra ſchiſmatica pertrahi valuit.

A

VARIÆ EPISTOLÆ PONTIFICUM, EPISCOPORUM, IMPERATORUM, &c.

I. *Epiſtola.*

Heinricus IV.

HEinricus Dei gratia Rex, Archi-Epiſcopis, Marchionibus, Comitibus, & cujuscunque dignitatis Ordini bonæ ſuæ voluntatis glorioſam dignationem.

Greg. VII.

Quia manſuetudini noſtræ contra Sedem Apoſtolicam, ejúsque venerandum Præſulem Dominum Gregorium Papam, ab aliquibus ſutreptum eſſe, fidelium noſtrorum ſuggeſtione recognovimus, placuit nobis, priorem ſententiam ſalubri conſilio mutare, & more anteceſſorum, progenitorúmque noſtrorum, eidem ſacroſanctæ Sedi, &, qui ei præeſſe dignoſcitur, Domino Gregorio Papæ per omnia debitam ſervare obedientiam. B Et, ſi quid in eum gravius præſumptum eſt, competenti ſatisfactione componere. Volumus autem, ut & vos Serenitatis noſtræ exemplo admoniti, ſolennem B. Petro ejúsque Vicario ſatisſactionem exhibere non dubitetis: Et quicunque ejus banno ſe adſtrictos intelligunt, ab ipſo videlicet Domno Papa Gregorio ſolenniter abſolvi elaboret.

II. *Epiſtola.*

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Hartvvico Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo, gratiam & omne bonum.

C Laborem tuum & ſtudium circa honorem noſtrum quàm maximum eſſe audivimus, ideóque dignas tibi gratias, prout juſtum eſt, referimus, nunc quidem paucis verbis, multis autem factis, cùm, Deo annuente, ad te venerimus. Tu tantùm ſicut cœpiſti, in tantum pro obtinendo nobis regni honore in his partibus ſis ſolicitus. Nos enim, qui ſpecialem tibi præ cæteris fidem habemus, proximè, quando à te diſceſſimus, omnia noſtra tuæ fidei commiſimus. Quod quia fideliter erga nos hactenus obſervâſti, & adhuc te conſervaturum veraciter credimus.

D Fac igitur, ut bonus, ac diſcretus, & fidem, quam in te firmam eſſe credimus, uſque ad finem perdue in omnibus. Nos verò in loco intimi amici te habemus, & quodcunque habet perfecta fides, de te nobis fieri confidimus. In hujus itaque fidei teſtimonium, iterum tibi nos & omnia noſtra committimus, ut ita agas in omnibus, ſicut benè tibi confidimus. Beneficium autem N. Præpoſiti fidelis noſtri, quod & antea tibi commiſimus, iterum tibi committimus, ut ad utilitatem ejus illud conſerves, & illi, qui injuſtè tenet, ex noſtra parte interdicas; quia Dominus ejus, qui modò beneficium ſibi illicitè uſurpavit, nobis, dum querimonia inde eſſet, reddidit.

III. *Epiſtola.*

E

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus Epiſcopis, Comitibus, Capitaneis, civibus, caſtellanis, totius Marchiæ majoribus & minoribus ſuis fidelibus gratiam & bonam voluntatem.

De integra fidelitate, quam nobis, ſicut optimi fideles obſervatis, & de labore, quem pro honore noſtro noſtris inimicis viriliter reſiſtendo ſuſtinetis, grates vobis maximas referimus. Unde dignam vobis indubitanter ſciatis facere remunerationem intendimus. Multa de his, quæ ad regni, & utilitatis veſtræ curam pertinent, ſcripſiſſemus, niſi vobis tam carum, & familiarem intimum miſiſſemus. Per ipſum enim plurima veſtræ fidei ſignificamus, quæ ad noſtrum F honorem pertinent, & regni ſtabilitatem: quoniam ei, ſicut nobis ipſis confidimus, ſcientes illum nec velle, nec facere, niſi quod pura fides ejus honori noſtro debet. Vobis itaque mandamus & præcipimus, & diligenter rogamus, ut ejus verba, quaſi ex ore noſtro ſuſcipiatis, & quidquid ex noſtri parte vobis dicet, vel præcipiet de bonore noſtro, noſtri charitate, & ſub certa ſpe dignæ remunerationis opere & hilari voluntate compleatis, ſicut vobis confidimus.

IV. *Epiſtola.*

HEINRICUS Dei gratia Imperator Auguſtus, A. glorioſo Duci & amico fideli, quidquid in amici affectibus poterit eſſe fidelius.

G Cùm aliquis privatum commodum ſuum poſtponit, & in amici utilitatibus inſudat, ea eſt firma amicitia. Quam amicitiæ benevolentiam te nobis impendiſſè gaudemus: &, ſicut optimo, fideli & intimo amico dignam facere remunerationem intendimus. Nam cùm velles contra Græcos ire; & cùm Dux Poloniæ, tuus & amicus & conſanguineus, auxilium tuum contra hoſtes ſuos peteret, propter nos, ſicut amicus fideliſſimus remanſiſti; ut noſtris inimicis reſiſtens, tuum commodum pro nihilo computans, tantummodò noſtram cauſam promovendo adjuvares. Quid igitur reſtat, niſi maximas tibi grates referentes, ſicut noſtro optimo fideli, votis omnibus exoptemus, eam nobis dari occaſionem, qua tibi amantiſſimè viciſſitudinem meritam rependamus? Et ſicut in nos bono uſus es principio, ita rogamus dulcedinem tuæ dilectionis, ut perſeveres, & deleas, & conculces adverſarios noſtros; non parcas eis, donec ex toto conterantur. H Nam nos, ſimili modo, ſicut tuos amicos amplectimur, ita inimicis tuis erimus infeſtiſſimi inimici: & fœdus, quod cum patruo tuo inivimus, ab hac die, in antea, volumus tibi illibatum ſervare omni tempore vitæ noſtræ.

Roga-

A Rogamus & te chariſſime, ut, te interveniente, frater tuus futura opera emender, ſi quid hactenus propter ſuas neceſſitates in cauſa noſtra negligentius egit. Et quia victrici dextera ſuas anguſtias recuperavit, ad noſtras injurias, ſicut fidelis amicus reſpiciat. Nam quia ſe cum præſidio in illas partes contulit, ubi inimici noſtri morantur, & bona eorum ſita ſunt; ecce locus, ecce occaſio, qua & inimicis noſtris nocere, & ſibi nos poterit amiciſſimos comparare. Tu ergo dilectiſſime, id modis omnibus, quibus valeı, fratri ſuo perſuade, ut * N. non Ducem, ſed judiciario ordine abjudicatum perſequatur, & in omnibus ei adverſetur, ſicut infeſtiſſimo hoſti noſtro. Quicunque autem de familia Salzeburgenſis Arcbi-Epiſcopi & aliorum fidelium nnſtrorum ducti ſunt captivi, rogamus, ut cauſa nuſtræ dilectionis facias reddi.

* *Loquitur de Othone, quem Henricus Imp. Ducatu Bavariæ privaverat.*

B

V. *Epiſtola.*

HEinrico Dei gratia Romanorum Imperatori Auguſto M. Comes & alii fideliſſimi ſui promptum per omnia ſervitium.

Quoniam bonoris veſtri & excellentiæ veſtræ culmen deſideramus, loci noſtri, & gentis noſtræ ſtatum vobis indicare curamus. Notificamus itaque vobis, quòd Vicentini cives ſub occaſione navigii acquirendi trecentas libras Paduanis tribuere feſtinant, ſeſeque ad invicem adjuturos de omni Werra per decennium firmare laborant. Quod ſi factum fuerit, nobis & aliis fidelibus veſtris pro honore veſtro laborantibus maximum impedimentum erit. Quod
C conſilium cùm dirimere vellemus, nobis nullo modo acquieverunt, ſed hæc & alia neſcimus, quæ magna adhuc machinantur. At ſi in boc tempore adventus veſter proximus foret, cunctis fidelibus veſtris & honori veſtro utiliſſimum exiſteret. Veruntamen ſi id modò fieri non poteſt, aliquem cautum & providum nuncium in partes noſtras ne differatis mittere; quia adbuc cum Dei adjutorio & veſtro, omnium inimicorum machinationes, ſervato bonore veſtro, ad nihilum ſperamus deducere.

VI. *Epiſtola à Schiſmatico quodam conſcripta.*

D

EXcellentiſſimo Domino ſuo Heinrico Dei gratia Romanorum Imperatori Auguſto, A. majeſtatis ſuæ & Aquenſis Eccleſiæ ſervus incolumis vitæ longitudinem cum Victoriæ corona.

Videtur hæc Epiſtola data ad Henricum V.

Quantùm Clementiæ veſtræ Imperium proſperari deſidero, à fidelibus veſtris, & ab effectu mei ſervitii, ſi placet, cognoſcere poterit. Notum igitur vobis facio, quod audivi, ſynodum videlicet Romæ fieri, in qua aſſerunt, Dominum Papam * P. deponi, & E alterum debere eligi, qui omne conſilium pacis, quod cum Domino P. firmâſtis, diſſolvat, pro eo, quòd Dominus P. non auder vos propter facta inter vos & ipſum ſecuritates excommunicare. Ad boc quoque Mediolanenſes quemdam Archi-Epiſcopum elegerunt, & à quibusdam parochianis ſuis eum conſecrari fecerunt. Quod ego videns contra Imperii veſtri honorem fieri, omninò interdixi. Et licèt ab ipſis multùm rogatus, hujusmodi conſecrationi intereſſe, nec aſſenſum præbere volui; imò, dedi operam erigendi magnum parietem populi contra populum ſub occaſione cujuſdam alterius Archi-Epiſcopi, quem pars illorum intendit deponere, viri ſcilicet perfectiſſimè literati, & ingenio aſtutiſſimi, & eloquentiſſimi, Curiæ veſtræ valdè neceſſarii. Cujus partem propter honorem veſtrum in tantum auxi, quòd medietas populi contra medietatem populi contendit.

* *Litera P. deſignari videtur Paſchalis II. Papa.*

Nunc itaque videat pietas veſtra; ſi ad hoc F me velitis laborare, ut & populus ille maneat diviſus, & antiquus ille Archi-Epiſcopus à veſtra majeſtate adjuvetur, ſcribendo præcipite, quoniam, quidquid mandaveritis, & de his, & de aliis fideliter implere ſtudebo. Igitur, ut inimicorum veſtrorum conſilia exinaniri faciatis, conſulere præſumo, ut in Italiam venire feſtinetis: neque multùm magno exercitu indigetis. Veſtra eſt enim adhuc Longobardia, dum terror, quem ei incuſſiſtis, in corde ejus vivit. Et faciliùs poteſtis cum pugillo aquæ ſcintillulam ignis extinguere, quàm flammarum globum, cum aquarum abundantia. Venite itaque modò confidenter; quoniam adjuvante Deo conſilium, quod Romæ & Mediolani contra vos tractatur, antequam fortiores aſſumat vires, noſtro & aliorumfidelium veſtrorum conſilio facillimè deſtruetur.

VII. *Epiſtola.* G

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Mathildi Reginæ Anglorum ſalutem & omne bonum.

Sicut nonnullorum relatione didicimus, multas grates bonitati tuæ, multa debemus argumenta amicitiæ; eò quòd in ore & corde tuo precioſius ſit honor & dilectio noſtra. Et; quia tam apud Dominum tuum, quàm apud omnes tibi auſcultantes in bonum ſæpe de nobis publicè & privatim es locuta. Cujus rei quandóque, Deo volente & vitam H tribuente, non immemores erimus benevolentiæ tuæ, prout bonor noſter exigit, condignè per omnia reſpondebimus. Si quid ergo eſt in regno, aut in facultatibus noſtris, quod dignum te ſit, affectare, nullatenus id credas nos velle, aut poſſe tibi negare. Et nunc igitur in ea, quam ſemper erga nos habuiſti benevolentia, attentiùs perſevera: ut in his omnibus, quæ Domino

A tuo mandamus, ſtudium tuum experimen-
to cognoſcamus, * Sentiat Comes tuus N. (* Sentiet, *fortè.*)
non ſolùm nos, ſed & te, & Dominum
tuum offendiſſe, qui nuncios noſtros im-
pedire auſus eſt, quos miſimus vobis utriſ-
que.

VIII. *Epiſtola.*

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Rex
Conſulibus, Senatui, populo Roma-
no, majoribus & minoribus gratiam ſuam
cum bona voluntate.

Divina diſponente gratia, poſtquam reg-
num patrium noſtrum intravimus, Urbem,
caput & ſedem noſtri Imperii plo affectu vi-
ſere optavimus, & eam, more magnorum
prædeceſſorum exaltare, honorare, ditare,
ùt Dominus fideles, ùt pater filios, ùt civis
concives decrevimus. Hujus autem propo-
B ſitum deſiderii, non voluntatis, iterum di-
verſa, diúque diſturbata retardavère regni ne-
gotia. Quibus tandem Dei nobis ſavente cle-
mentia ſedatis, compoſitis, ſubjectis, expediti
in Italiam venimus, illámque præ cæteris ter-
ris diſcordem & diviſam pro tempore, ad ju-
ſtitiam & concordiam coëgimus. Ad vos er-
go properantes, & jam diu deſideratum in-
ceptum ad effectum perducere conantes, ùt
legati noſtri, juſſu veſtro, laudaverunt, nóſ-
que invitati ſumus, Eccleſiæ & ab Eccleſia
vobis & à nobis pro facienda & recipienda
juſtitia pacificè venimus. Volumus, qua-
tenus idoneos nuncios, veſtræ voluntatis
providos, & noſtri honoris devotos, no-
bis obviam mittatis; quorum conſilio &
noſtrorum unito, ad vos vobis commodi
& nobis apertiùs veniamus.

C IX. *Epiſtola Argentinenſium ad Paſchalem* II. *Papam.*

PApæ Univerſali, Romanorum Pontifi-
ci, Argentinenſis Eccleſiæ fratres fidem
& obedientiam.

Omnium cùm ſit, venerande Pater, tua
ſolicitudo Eccleſiarum; tu refugium miſe-
rorum, imò patrocinium orbi adveniſti de-
ſiderabile. Unde adhuc humano generi
conſulere Deus non deſpicit; per quem hæc
D nova lux in tenebris effulſit. Tu ergo be-
nedictus es, ad cujus introitum nobis be-
nedixit, & benedicat Deus. Reſpice igitur
gentem miſeriis & preſſuris inſignem. Ve-
ni & vide filiam Sion lugentem & captivam,
nec reſpirare, nec conſolari, niſi in te ſo-
lo, exſpectantem. Egredere dilecte in a-
grum, tempus putationis jam venit. Apo-
ſtolica igitur falce ſuccidendum eſt, quid-
quid vitioſum eſt, ne ſimul trahatur ſyn-
cerum. Veniens itaque viſita vineam no-
ſtram à vulpeculis demolitam, & à ſingu-
lari fero depaſtam.

Nam, ut ad rem ipſam perveniatur, an-
nos circiter XXX. ſicut oves balantes ſemper
erravimus: fluenta verbi ſitientes rarò po- E
tavimus. Etiam, quid ſit vox paſtoris,
non novimus. Quò ergo reſtat eundum,
niſi poſt veſtigia gregum ſodalium? Quòd
ſi tales vigilias paſtorum diſtrictè non judi-
cas, & inſidias Chriſti ovibus in Eccleſia
lupo meditanti locus ſi conceditur; ipſi
locus non erit. De cætero autem; quid
agendum ſit nobis de noſtro, ùt dicitur,
Epiſcopo, nomen quidem dignitatis tot an-
nos habente, ſed officium minimè: cujus
vitam & introitum excelſa montium, hu-
milia vallium, jam reſpondent: Sanctita-
tis tuæ conſilium ac præceptum audire cu-
pimus. Tu ergo pacis Catholicæ funda-
mentum, inviolabilis petræ ſignum, fac,
ut temeritas rationi, conſilium cedat aucto-
ritati.

Reſcriptum Paſchalis Papæ.

PAſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei
Clero Argentinenſi, & populo ſalutem
& Apoſtolicam benedictionem.

Perſpectis literis veſtris de veſtra oppreſ-
ſione, & Eccleſiæ veſtræ deſtructione pa- F
ternaliter condolemus. Sed quia pro juſti-
tia patimini, pro qua beati eritis, congau-
demus. Ut igitur ad illam beatitudinem
pervenire poſſitis, in bono propoſito con-
ſtanter perſeverate, atque illi intruſo & Ec-
cleſiæ Dei tædioſo, viriliter reſiſtite. Quia,
per Dei gratiam, neque electioni neque con-
ſecrationi ejus aſſenſum dedimus, neque
dabimus. Vobis autem in omnibus, quæ
pro juſtitia agitis, noſtrum conſilium & au-
xilium nunquam deerit, præſtante Domi-
no, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculo-
rum, Amen.

X. *Epiſtola Leodicenſium ad Aquenſem Eccleſiam.* G

PRæpoſito, Dominiſque ac fratribus
Aquenſibus congregatio S. MARIÆ &
S. Lamberti ſaniorem inſiſtere ſententiam.

Ex dictis B. Auguſtini docemur & inſtrui-
mur, quòd omnes cauſæ primitus per au-
ctoritatem ſint ventilandæ, cujus ſint, quo-
modo ſint, quales ſint, magnæ an parvæ,
longi temporis, an parvi. Hæc enim om-
nia Judex cum æqualitate debet diſcernere.
Perpendite ergo Fratres talem, ac tantum
Doctorem; qui in præſenti negotio vos re-
darguit ſuper Prælato, id eſt, Decano ve- H
ſtro, quem noviter & inordinatè excom-
municatum nominatis, contemnitis, re-
pellitis; cui non parvo, verùm longo tem-
pore communicâſtis, indiſcuſſum habui-
ſtis, Prælato obediſtis. Viginti enim an-
norum tempus, & eo amplius pertranſiit,
ex quo dubia illa cauſa excommunicatio-
nis ſonuit; ſi excommunicatio poteſt dici,
quam modò obliviosè, & irreverenter com-
memoratis, videlicet propter obedientias,
id eſt,

A id eſt, bona Fratrum, propter quæ Hugo Decanus ſub Chunrado Præpoſito, Fratrem Hezelonem modò Decanum veſtrum quodam clauſtrali, bannóque privato, ùt ajunt, obligavit. Supradicti verò Fratris reſponſio Epiſcopali, noſtróque ſynodali judicio nondum innotuit, veſtræque proclamationis ratio ad nos recto non ordine pervenit. Si igitur juſta fuit excommunicationis cauſa, & ex pertinacia excommunicati ad depoſitionem ejus tetendit, Epiſcopo Leodienſi, à quo pendet Eccleſia Aquenſis, debuiſſetis annunciâſſe, periculum veſtrum elucidâſſe, negotium definiviſſe.

B Inſuper in conventu Canonico babuiſtis ùt fratrem, ſuſcepiſtis ùt Prælatum, venerati eſtis ùt Magiſtrum. Si ergo legitimè & Canonicè excommunicatus fuit, vóſque ſcienter excommunicato communicâſtis, ecce in periculum ordinum noſtrorum tendit; quia majora negotia à membris ad capita ſunt referenda. Quoniam, ſi frater N. in ſua excommunicatione, quam frivolè prætenditis, rebellis fuit: matrem veſtram
C Leodienſem Eccleſiam ad hoc diſcutiendum habuiſtis, cujus janua vobis ſine impedimento patuit, cujus vigor ſe vobis non ſubtraxit; cujus diſciplina vobis eminuit. Vos denique cùm apud nos nil vobis obſtaret, examina veſtra obticuiſtis, in vobiſmetipſis emarcuiſtis; quidquid fuit indiſcuſſum, tolerâſtis, &, ùt ajunt veraces probique viri, nihil eſt, quod ei imponitis. Ergo ex circumſpectione Canonum, ſicut qui Canonicè pulſatus, infra annum & diem, cauſam ſuam non determinat, damnandus eſt: ita à ſimili è contrario, qui plures annos communicans in omnibus, & in quotidiano conventu in Epiſcopalibus judiciis, in cauſis ſynodicis indiſcuſſus habetur, liber abire debet. Decreta namque ſanctorum Patrum ita conſulunt, ut Epiſcopi & judices judicia diſcernant; quia ſunt quædam modò judicanda; quædam judicio Dei reſervanda.

D Igitur ex ſuprà dictis Auguſtini, cauſæ veſtræ inpræſentiarum ſunt parvæ, non magnæ, longi temporis, non parvi. Quique iratus, vel ex occultis motibus judicat, in furorem judicium mutat: &, antè profert ſententiam, quàm agnoſcat. Excommunicatio denique ab Epiſcopis diſcretè agenda eſt; quantò magis à ſubditis illorum? Evariſtus enim Papa capitulo tertio ait: *Epiſcopi præcipites non ſint ad proferendam ſententiam, vel aliquem excommunicandum. Nihil quoque temerè, aut indiligenter judicent.* Item alibi; *Nemo Epiſcoporum quemlibet ſine certa ratione, & manifeſta peccati cauſa, communione privet Eccleſiaſtica. Anathema enim non niſi pro mortali debet imponi crimine; & illi, qui aliter non potuerit corrigi.* Item ex Concilio Agathenſi E
c. 4. *Epiſcopi ſacerdotali moderatione habita, qui innocentes, aut in minoribus cauſis culpabiles, excommunicare præſumpſerint; & ad gratiam feſtinantes recipere noluerint, à vicinis Epiſcopis literis admoneantur; &, ſi parere noluerint, à communione Fratrum uſque ad proximam ſynodum ſuſpendantur; & ibi rationem pro facto dent.* Igitur ex regula Epiſcoporum, ſi Archidiaconis, Præpoſitis, Prælatis, Decanis, erga alios moderatè, multò magis erga fratres & Canonicos moderatiùs agendum eſt.

Et notandum; quia aliud eſt à Prælatis banno, vel obedientis in clauſtris, vel capitulis aliquid interdici; aliud, ex ſententia Epiſcopali, ubi eſt radix ordinum, & virtus anathematis, aliquem Canonicum legitimè excommunicari. Huc etiam ac- F
cedit; quòd quidam Franco, cùm ſit unus, crimen excommunicationis Decano & Magiſtro ſuo intendit; ſolus quidem ex viſu & auditu: alii, loquuntur ex relatu. Paulus verò Apoſtolus ex ſententia Domini diſcipulum inſtruens ait; *Accuſationem adverſus presbyterum non ſuſcipias, niſi in duobus aut tribus teſtibus.* Item Papa Calliſtus c. 17. *Quærendum eſt in judicio, cujus ſit converſationis, qui accuſat, & is, qui accuſatur; quia, quorum eſt vita accuſabilis, non permittuntur Prælatos accuſare.* Item Stephanus Papa ad Hilarium; *Infames ſunt, qui fratres calumniantur, aut accuſant.* Item Felix Pspa cap. 8. *Accuſandi antè licentia non eſt, quàm audientia rogetur.* Item ſecundus Felix Papa
cap. 12. *Judices & accuſatores tales eſſe debent,* G
qui omni careant ſuſpicione, & ex radice charitatis, ſuam deſiderent promere ſententiam. Item Alexander cap. 7. *Nullus unquam præſumat accuſator ſimul eſſe & judex & teſtis, quoniam in omnibus judicii perſonis quatuor neceſſe eſt ſemper adeſſe; id eſt judices electos, accuſatores, ac defenſores, & teſtes.* Conſiderandum quoque eſt, quia zelo divino & clauſtrali diſciplina, ſæpius Prælati perſequantur ſubditos, ſicut dignum eſt. Et illi correctionis impatientes, accepta aliqua occaſione, machinantur contra eos. Quorum accuſatio & machinatio ſapienter & cautè Eccleſiaſticis judicibus providendæ ſunt, & non recipiendæ, prout Canones determinant. Emergunt etiam ſæpiſſimè animoſitates inter Præ- H
latos, id eſt, Decanos & Præpoſitos; quia Decani, quorum eſt expreſſior cauſa, & cura in diſponendis Fratrum bonis, & promulgandis clauſtralibus negociis, Præpoſitos inde conveniunt: & illi ſæcularibus pompis, ſuíſque inhiantes commodis, non recipientes eorum admonitionem, commoventur adverſus eos in litem: hinc odia, hinc iræ, hinc rixæ. Ecce unde execranda partium in clauſtris latibula. Ecce, unde fautores Præpoſitorum, muneribus & promiſſis adverſus Prælatos pro zelo clauſtri.

Ex

A Ex ſanctorum igitur Patrum inſtitutis ſubtiliter iſta penſanda ſunt in judiciis; quia vacuus eſt timor hominum, ubi non eſt timor Dei. Conſiderate etiam Fratres, quia ex verbis beati Iſidori, quatuor modis judicia perveruntur; *timore, cupiditate, odio, amore. Timore; dum metu alicujus poteſtatis veritatem loqui pertimeſcimus. Cupiditate; dum præmio muneris alicujus corrumpimur. Odio, dum contra quemlibet adverſarium molimur, cujus odio corrumpimur. Amore; dum amico, vel propinquo præſtare contendimus.* Quatuor iſta, ſi in humanis judiciis vitanda ſunt; multò magis in Clauſtralibus & Eccleſiaſticis.

Huc etiam accedit, quòd contra auctoritatem Canonicam eum à communione
B veſtra expuliſtis indiſcuſſum, inconvictum, inconfeſſum. Adrianus enim Papa cap. II. *Judex criminoſum diſcutiens, non antè ſententiam proferat, quàm aut reus ipſe confiteatur, aut per teſtes idoneos convincatur.* Item Eleutherius Papa cap. III. *Induciæ non modicæ ad quærendum dandæ ſunt: ne aliquid properè agi à quacunque parte videatur; quia per ſurreptionem multa proveniunt. Nihil tamen abſque legitimo & idoneo accuſatore fiat. Nam & Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Judam furem eſſe ſciebat; ſed, quia non eſt accuſatus, non eſt ejectus. Et quidquid inter Apoſtolos egit pro dignitate miniſterii, ratum manſit.* Item Carthaginenſe Concilium cap. 19. *Non ſuſpendatur à communione, cui crimen intenditur; niſi ad cauſam ſuam dicendam electis judicibus die ſtatuta literis vocatus minimè occurrerit.*
C *Qui enim accuſatur, non ſtatim criminoſus eſt; ſed, qui convincitur, aut confitetur.* Epiſcopis namque, quando accuſantur in ſynodis, conceduntur annus & ſex menſes, vel ad minus ſex; ut defenſores & teſtes ſibi præparent contra inſidiatores, nulláque priventur communione: ſuum planè agentes officium. Hoc verò reliquis ordinibus ſua ratione convenit; quia, quod valet in majori, valet in minori; membráque capitibus diſponuntur. Dominus verò N. ſi adhuc ad audientiam venturus eſt, priùs erga eum oportet decreta Patrum ſervari; ut prælationem, ſocietatem, ſuáque habeat. Stephanus enim Papa cap. 8. ait. *Nullus ſacerdotum accuſari poteſt, aut reſpondere ſuis accuſa-*
D *toribus debet, priuſquam regulariter vocatus ſit, locúmque defendendi aut inquirendi accipiat ad abluenda crimina.* Item Felix Papa cap. 9. *Nulla permittit ratio, dum ad tempus ejus poteſtates, atque res, aut ab æmulis, aut quibuſcunque detinentur, ut aliquid objici illi debeat. Nec quidquam poteſt à majoribus, vel minoribus objici eò, dum rebus, vel poteſtatibus caret ſuis.*

Frater denique F. ſolus & ſingularis, in ſua accuſatione, imò præſumptione cum ſuis aſſentaneis audiat, quid Canones di-
E cant. *Qui non probaverit, quod objecit, pœnam, quam intulit, ipſe patiatur.* Item ex Concilio Carthaginenſi cap. 5. *Quiſquis presbyterum falſis criminibus appetiverit, & probare non potuerit, non niſi in fine dandam cei eſſe communionem.* Item ex Concilio Aurelianenſi: *Sicut convictum de crimine pœna conſtringit; ita accuſatorem, ſi non probaverit, quod objecit.*

Redite igitur Fratres ad cor: Et, ſi quid per exceſſum privatorum motuum com-
F miſſum à vobis eſt, humili ſatisfactione corrigatur: ita ut Domino N. prælatio, ſocietas, ſuáque reſtituantur, cum plena ſatisfactione illorum, qui in ejus expulſione exceſſerunt. Et pòſt, ſi tale eſt negotium, ut ſit periculum animarum, niſi tractetur die conſtituta, legitimis judiciis canonicè accuſetur, & fraternè finiatur: alioquin ex Concilio Africano diſcordantes Clericos Epiſcopus vel ratione, vel poteſtate ad concordiam trahat; inobedientes, ſynodus per audientiam damnet.

XI. *Epiſtola* Henrici V. *Imperatoris ad Moguntinos de Adelberto perjuro Epiſcopo.* G

HEinricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Præpoſitis & Decanis, & omni congregationi, cunctis etiam Moguntienſis Eccleſiæ civibus tam majoribus, quàm minoribus ſibi fidelibus gratiam, & omne bonum.

Confiteantur Domino miſericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum; quia non eſt prudentia, non eſt ſapientia, non eſt conſilium contra Dominum, qui ſancti Spiritus inſpirante gratia, jam convertit corda Patrum in filios, & corda filiorum ad Patres ipſorum. Unde & nos non ceſſamus Deo gratias agere pro vobis: cujus gratia & dono amara veſtra dulcia facta ſunt nobis. Et ideo, licèt per ineffabilem divinæ pietatis inſpirationem luctum noſtrum in gaudium, & amaritudinem verteritis in dulcedinem; pro antiqua tamen fidelitate, quam in cordibus veſtris divinitus jam incaluiſſe cognovimus, dilectionem veſtram admonere potiùs, quàm rogare decernimus. Memores eſſe debetis in omnibus, qua fide, quo pacto, quibus Sacramentis & obſidibus Adelbertum illum perjurum & traditorem, qui non meritis, ſed nomine dicitur Epiſcopus, fidelitati ve-
H ſtræ, diligentiſſima conventione tradiderimus. Et cùm vos omnia bona promitteretis nobis ab eo, & nos ex veſtro promiſſo nihil, niſi bonum ſperaremus, ab ipſo exſpectavimus pacem, & ecce turbatio. Poſtquam enim Spiram ad nos redintegrata ſibi corporis & honoris ſui poteſtate veniens obſides ſuos manu ad manum ipſe nobis præſentavit, & ſuis Sacramentis veſtra firmavit, ſtatim inde diſcedens, miſſis ubique literis ac nun-

> *Epiſtola hæc ſcripta eſt priùs, quàm Henricus V. cum Eccleſia in gratiam rediret. Ægerrimè animum ferebat Henricus, quòd Adelbertus, relicto ſchiſmate, ad Catholicorum partes tranſiiſſet, tanta priùs in gratia, ut imperator vix quidquam, niſi Adelberti conſilio ageret. Lege Serarium lib. 5. Rerum Moguntiacarum; ubi invenies antidotum contra virus hujus Epiſtolæ.*

ac nunciis, nos & honorem noſtrum im-
A pugnavit, ac per totam Saxoniam & Turingiam, Bavariam & Alemanniam amicos noſtros, tanquam inimicos contra nos ubique ſolicitare cœpit; ſicque quaſi canis, qui revertitur ad vomitum, antiquæ ſuæ perfidiæ recepit venenum: quod, quaſi vipera, quæ virus reſumit poſt coitum, à mari uſque ad mare per totum regnum diffudit & Imperium. Pro his igitur & aliis malis nobis reſponſurum, ſtatutis induciis eum ad nos venire juſſimus, & non venit. Sed inſuper apponens iniquitatem ſuper iniquitatem, Spiram, quod in cor noſtrum altiùs aſcendit, armata manu, & erectis militaribus ſignis violenter invadere voluit: ſed fruſtrato, Deo gratias, labore rediens; & congregatis, quos potuit, caſtrum noſtrum Stroumburc funditus deſtruxit. Deinde alia caſtra noſtra contumaciter obſedit. Invaſorem Virdunenſis Eccleſiæ contra jus & fas conſecrari fecit; regnum noſtrum &
B Imperium rapinis & homicidiis, cæde & incendiis, quaſi aper de ſilva ſic ubique devaſtavit, ut nihil jam in diverſis ipſius reſtet erroribus, niſi ut fiant noviſſima hominis pejora prioribus.

Hæc igitur, & alia mala, quorum non eſt numerus, licèt ab Oriente uſque in Occidentem nota ſint omnibus, vobis tamen nota ſunt eò meliùs, quò ſecretis ejus omnibus præ cæteris vos ſemper interfuiſtis familiariùs. Sed & omnes, qui in regno noſtro
C ſunt, ſciunt, omnes clamare poſſunt, & ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. Et ideo, dilectiſſimi nobis tam Clerici, quàm Laici, tam milites, quàm cives, qui hæc omnia vidiſtis & audiſtis, diligenter apud vos cogitare, & recogitare debetis; quam fidem & dilectionem pro Sacramentis & obſidibus veſtris veſtra ſibi dilectio debeat: qui nec proprio ſanguini ſuo, filiis ſcilicet fratrum ſuorum debitam fidem ſervavit. Verùm, quia inter alia ſpecialiter hoc, in noſtra conventione fuit, ut quando aliquid contrarii moliretur noſtræ dignitati, ſtatim determinatis induciis tranſactis, veſtro ſtudio & labore expelleretur ab urbe: Idcircò ſi veri fidei juſſores crediti negocii eſſe deſideratis, monemus vos omnes per fidem & obſides, quos dediſtis, & Sacramenta, quæ feciſtis, quatenus obſidibus veſtris conſulentes, & Sacramentis præcaventes, eundem perjurum veſtrum ac noſtrum Adelbertum ſcilicet dictum Epiſcopum, civitatem nulla-
D tenus intrare permittatis; ſed quaſi ſcopis ab eo, mundatam, cum F. Duce & G. Palatino Comite, aliiſque fidelibus noſtris diligentiſſimè ſervare ſtudeatis. Quod ſi feceritis, & hæc omnia diligenter ſervaveritis, præ omnibus, quos in regno noſtro habemus ex amicis amiciſſimos vos ſemper habebimus. Et, ſi quid unquam peccâſtis in

nos, exemplo illius peccatricis mulieris, to- E
tum tranſibit inultum, cui dimiſſa ſunt peccata multa; quoniam dilexit multùm. Quid plura? Deus, qui ad hoc venit in mundum, ut filios, qui erant diſperſi, congregaret in unum, ita diſperſos noſtros ſub jugum fidei jam coacervando revocet, & revocando coacervet, ut in charitate Chriſti & diſperſa congreget, & congregata conſervet. In hæc igitur verba Deo vos, & nos Deo & vobis intimè commendamus, optantes, ut, cùm reverſi ad vos fuerimus, meliores vos filios invenire, quàm reliquiſſe gaudeamus.

XII. *Literæ fratris recenter converſi de converſione ſua.* F

DOminis ac fratribus ſuis univerſis F. humilis peccator, pacem & ſalutem in Domino.

Audivimus, Fratres & Domini mei, aliquos ex vobis noſtro diſceſſu moveri: eò quòd puerili inconſtantia ducti noſtra reliquiſſe videamur, & quaſi condolentes vanitati noſtræ, vultis & optatis, ut redeamus, & noſtra recipiamus. Voluntas quidem veſtra in omni bono adimpleatur; ſed, ut hoc perficiatur, mihi profectò non expedit. Cùm enim ſecundùm profeſſionem Clerici, hæreditas noſtra Dominus, & nos debemus eſſe Domini. Pro me dico. Nihil de ſorte Clerici præter nomen & habitum G
retinentes, indignè locum inter vos, velut infructuoſa arbor, & terram occupavimus; &, quod gravius eſt, vias noſtras in omnibus corrupimus, voluptates noſtras, & delectationes carnis, me miſerum, abominabiliter ſecuti ſumus, & in his omnibus, nulla nobis Eccleſiaſticæ cenſuræ ſuccurrit diſtrictio; ſed ampliùs multiplicabatur in dies erroris noſtri miſeranda confuſio, delinimentis etiam & fomentis quorumdam, à quibus perverſitas noſtra, non redarguebatur, ſed laudabatur, venenum illud in me graſſabatur, non auferebatur,& tantò exitiabiliùs nobis inflicta ſunt vulnera, quantò quorumdam conſenſu excæcati, ipſa noſtra non vidimus pericula.

Et nunc fratres, vix ſerò miſeriam noſtram attendentes, omnia relinquere, & pauperes pauperem Chriſtum ſequi deſtinavimus, & H
ut votum noſtrum Dominus impleat, benigniſſimum largitorem omnium, quæſo, orate. Præbendam noſtram,& locum noſtrum, cujus nullum fructum fecimus; alii meliori & utiliori facienti fructus ejus locate. Vellemus quidem inter vos melioris converſationis curſum arripere; ſed, in quàm difficili loco res nobis poſita foret, non ignorabamus. Ipſi enim ſcitis, quanta nobis impedimenta occurrerent. Primùm fragilitas noſtra; & omnium rerum, quæ allicere, & ad perniciem trahere poſſent quotidie, ante oculos ſubjectio. Dehinc labia iniqua,

A & lingua doloſa. Quòd autem vobis neſcientibus receſſimus, ne temeritati imputeris; quia impedimentum nobis fieri timuimus, ſi animi noſtri intentionem, ùt erat, denudaremus. Ne quæſo, Fratres, fugam & inobedientiam appelletis, quòd ad Deum confugimus, & Deo obedivimus; quia, ut pace veſtra dixerim; magis eligimus quaſi quadam imagine inobedientiæ ad cælum aſcendere, quàm affectata & ſimulata obedientia ad infernum properare. Ne quæſo, inquam, vera rerum vocabula transmutetis, ne illam Propheticam incidatis ſententiam: *Væ vobis, qui dicitis tenebras lucem, & lucem tenebras: qui malum dicitis bonum, & bonum malum.* Ne verò juventutis noſtræ inconſtantiam cauſemini. Neque ſeculari ſenſu ſapientiam interpretemini ſtultitiam. Speramus B in eo perſeverare, per quem & accepimus incipere. Et qui poteſt de lapidibus iſtis filios Abrahæ ſuſcitare, potens eſt nos ad conſummationem boni operis perducere. Concinit enim in auribus noſtris illud organum Spiritus ſancti dulciſſimam melodiam, & conſortati ſumus. Bonum, inquit, opus nobis ſit in voluntate, & miſericordia Domini erit in perfectione. Et quis eſt, Fratres, etiam inter Sanctos ita virtute præminentiſſimus, ut incunctanter, & irrefragabiliter intelligat, quo fine curſum certaminis compleat? Iſta ſecuritas non eſt præſentis corruptionis, ſed illius futuræ immortalitatis; cùm hoc corruptibile induerit incorruptionem, & mortale hoc abſorbebitur à gloria.

Audivimus etiam Fratres, quòd Fratrem C noſtrum Dominum AA. de hac re ſuſpectum habeatis, quaſi cupiditate & aviditate rerum, & Eccleſiarum noſtrarum ductus, nos ad hoc incitaverit; credite nobis, non eſt ita. Cùm enim intellexiſſet intentionem noſtram, primùm renuit, contradixit, multa nobis, quæ nos retraherent, propoſuit. Sed cùm inconcuſſam propoſiti noſtri firmitudinem percepiſſet, reſpectu Dei tactus & monitus, occidere me retinendo noluit, quem ſalvare vel tacendo potuit. Prodere nos noluit; impedire nos noluit; ſpiritum in nobis extinguere noluit. Benedictus Deus in omnibus, Fratres chariſſimi. Nolite exacerbare ſpiritum ejus, aut quidquam illi imponere. Non enim ab homine, aut per hominem; ſed per revelationem JEſu Chriſti gratiam iſtam ſuſcepimus. Valete, & orate pro me.

D

XIII. *Epiſtola.*

H. Hoienſi amico ſuo Megingotus Trajectenſis plenæ dilectionis affectum.

Apoſtolus dicit: *Neceſſe eſt, ut veniant hæreſes, ut, qui probati ſunt, manifeſti fiant.* Quod de quodam juvene Canonico noſtro recenter in Eccleſia noſtra contigit, qui ſeculo, omnibúſque propriis renuncians arctioris vitæ propoſito ſub regula B. Auguſtini voto, & profeſſione ſe obligavit. Sed E poſt triennium, tentationibus fractus miſerabiliter ad dimiſſa reſiliit. Quem ita quidem apoſtaticè redeuntem ſperabam nimirum, quòd omni cautela, fraterno conſilio, & ſalubri admonitione exciperemus: ſi quo modo leniter & familiariter emendari atque revocari potuiſſet; &, ſi minùs ſomenta commonitionis & conſilii proficerent, auſteriori Eccleſiaſtici vigoris correptione coërceretur. Ægrotabat enim frater graviſſimè, & velut quadam phreneſi ſenſum ejus evertente, ipſam ægritudinem ſuam ſanitatem reputabat. Sed, prô nefas, dum infirmo curationis antidotum offerre debuiſſemus, quidam noſtrûm miſerando homini mortis poculum propinaverunt, F fautores facti atque defenſores perverſæ voluntatis illius: ſacras quoque ſcripturas adulterina, atque hæretica interpretatione in patrocinium illius abominabiliter contorquentes. Unde factum eſt, ut omnem ferè ſimplicioris turbæ tam Clericorum, quàm Laicorum multitudinem in ſententiam ſuam penè traduxiſſent.

Quibus, dum à fidelibus atque Catholicis rationabiliter atque Canonicè obviaretur, non modica orta eſt conflictatio, placuitque prioribus noſtris comprovincialibus Eccleſiis ſuper hoc negotio ſcribere, & reſcriptis illarum litem terminare. Sed & in Curiam Imperatoris, quæ Spiræ habita eſt, G quæſtionem detulerunt, ubi ab omnibus, ex diverſis provinciis & Eccleſiis literatis Catholicis, ſententia illorum cum irriſione damnata eſt, & ſacris Scripturis evidenter contraria demonſtrata. Viſum eſt igitur mihi, omnia hac de quæſtione ſcripta & reſcripta in unum libellum redigere, ad æternum monimentum comprobatæ veritatis, & damnatæ falſitatis. Tibi ergo, amice, hoc opus conflatum deſtinavi, Bibliothecæ tuæ in memoriam noſtri inferendum; in quo, dum ſanctæ Leodicenſis Eccleſiæ reſcriptum perſpexeris, exultans videre poteris puram & ſanctam Eccleſiæ tuæ in ſacris Scripturis intelligentiam; quæ inter cæteras hujus regni Eccleſias velut gemma prælucens, viget plena Eccleſiaſticæ auctoritatis gravitate.

XIV. *Literæ Trajectenſis Eccleſiæ ad comprovinciales Eccleſias, Monaſterienſem, Leodicenſem, Mindenſem.* H

DOminis & fratribus comprovincialium Eccleſiarum R. Trajectenſis Eccleſiæ utinam in gratia Dei Præpoſitus, A. Decanus: L. Magiſter cum devotiſſimis orationibus ſincerè charitatis obſequium.

Gratia requirendi conſilii fraternitati veſtræ hos apices miſimus, ut ſicut eidem metropoli eadem nos provincia conterminat, ita

ita in majoribus Eccleſiæ negotiis, nulla nos
A ſententiæ diſſonantia dirimat. Fuit apud
nos Canonicus quidam in clauſtro S. Mar-
tini ſimplex & delicatus; cui ea voluntas,
utinam divina inſpiratione, in mentem in-
cidit, ut arctioris vitæ propoſitum arripe-
ret. Qui ob eandem cauſam in Treviren-
ſem Epiſcopatum, neſcientibus nobis, pro-
fectus, in monaſterio quodam regulam B.
Auguſtini profeſſus eſt. Deinde, duobus
menſibus transactis, literis ad nos de ſua
converſione directis, præbendæ ſuæ renun-
ciavit, profeſſionem ſuam indicavit, aſſen-
ſionem omnium noſtrûm humiliter implo-
ravit. Transactis autem duobus annis, ipſe-
met Trajectum veniens, cùm Epiſcopum
præſentem non inveniſſet, conventum no-
B ſtrum intravit, vitam, quam tanto tempo-
re, expertus fuerat, laudavit, licentiam
Fratrum requiſivit. & accepit. Et cùm ſe
orationibus noſtris, viciſſim nos illi com-
mendaremus, oſculum pacis ab omnibus,
qui in conventu tunc aderant, accipiens,
gratulabundus diſceſſit.

Regreſſus igitur ad profeſſionis ſuæ mo-
naſterium, primùm Diaconus, deinde Pres-
byter, ad Titulum ejusdem Eccleſiæ à Tre-
virenſi Epiſcopo conſecratus eſt, & ita cum
promotione ſacrorum Ordinum, in ſanctæ
profeſſionis propoſito aliquamdiu perſevera-
C vit. Cùm ecce poſt tertium annum pœni-
tentiâ ductus, Trajectum rediens, cœpit
monaſterii ſui paupertatem, cibi & veſtitus
penuriam, denique corporis ſui infirmita-
tem cauſari, miſericordiam & humanitatem
poſtulare, ut in conſortium noſtrum, &
præbendam ſuam reciperetur; inconſultè
ſe propoſitum illud arripuiſſe, nec licentiam
Epiſcopi ſe habuiſſe, quod & ipſe Epiſcopus
fatetur; & ideo irritum debere cenſeri. Ex
qua miſericordiæ poſtulatione, & rationis
objectione, partium inter nos facta eſt diſ-
ſenſio, quorundam recipiendum eſſe judi-
cantium; quorundam verò contradicen-
tium.

D Poſt aliquantum temporis, cùm Frater
vehementer inſtaret, Epiſcopus noſter con-
vocatis Eccleſiæ noſtræ Prioribus, literas
quasdam præſentavit, quas ſibi ab Archi-
Epiſcopo Trevirenſi directas dicebat; quibus
ea ſententia & voluntas Archi-Epiſcopi ſigni-
ficabatur, ut Frater ille in conſortium no-
ſtrum reciperetur. De qua Archi-Epiſcopi
voluntate cùm diſſona inter nos haberetur
ſententia, juſſit Domnus Epiſcopus nos ha-
bere conventum; ut collatis in commune
ſententiis, aliquod rationabile conſilium un-
animi decreto ad eum referremus. Habito
igitur conventu, viſum eſt nobis pro tanta
patrum diſſenſione melius hoc negotium
comprovincialium Eccleſiarum ſententia
terminari; ſimul, quia plures in compro-
vincialibus Eccleſiis cognovimus ſine licen-
tia Epiſcoporum ad altiorem vitam transmi-
grâſſe, nec poſtea redeuntes receptos fuiſſe. E
Nos igitur nihil novi temerè inducere vo-
lentes, definitivam ſuper hoc veſtræ frater-
nitatis efflagitamus ſententiam, affectuoſiſ-
ſimè deprecantes, ut, quod in tali negotio
ipſi facere velletis, idem nobis fixa veſtræ
prudentiæ præſcribat ſententia.

XV. *Litteræ Megingoti ad Trevirenſem Epiſcopum.*

DOmino B. venerabili Trevirenſium Ar-
chi-Epiſcopo N. Clericorum minimus
cum devotis orationibus fidele ſervitium.

Literas quasdam à paternitate veſtra ſibi di-
rectas Dominus noſter Epiſcopus nobis præ-
ſentavit; quibus hoc Sanctitas veſtra velle vi-
debatur, ut Frater N. qui in Epiſcopatu ve- F
ſtro regulam B. Auguſtini profeſſus, & à
vobis Diaconus & Presbyter conſecratus in
ſancta profeſſione triennio ſine contradictio-
ne perſeveravit, nunc pœnitentia ductus,
& à propoſito exorbitans in conſortium no-
ſtrum recipi debeat, & præbendam inter
nos accipiat. Veremur, Domine Pater, ne
hoc exemplo plurimorum animi à rigore
profeſſæ diſtrictionis poſſint labefactari: at-
que ex hac occaſione & tentatoris inſidiis ad
ſecularia, quibus renunciaverant, ſpem con-
cipiant redeundi. Et nôſtis, quia juxta ve-
ritatis vocem, *nemo mittens manum in aratrum,
& reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.* Et mag-
nus Leo Papa: *Quisquis*, inquit, *ad perfe-
ctioris vitæ propoſitum acceſſerit, redire ſine ſum-
mo peccato non poterit, quamvis enim inferior
vita innocens eſſe poſſit, meliorem tamen electio-
nem deſeruiſſe, transgreſſio eſt.*

Scitis etiam, Domine Pater, quòd quam- G
vis ſacri Canones irrationabilem Clericorum
transmigrationem culpent, juxta illud cap.
*Alienum Clericum ſine licentia proprii Epiſcopi
nullus ſuſcipere præſumat; tamen cauſam perfe-
ctioris, atque melioris vitæ non excludit:* Cùm
ipſa veritas, cujus ſententiæ nullus Prælatus
ſuperordinare præſumit, ad hoc opus, omni-
bus perfectionem cupientibus licentiam ge-
neraliter annuat dicens: *Si vis eſſe perfectus,
vade & vende omnia, quæ habes, & da pau-
peribus, & vade, ſequere me.* Quod itaque
humanæ naturæ ab ipſo creatore ſuo, ab
initio inſtitutum eſt, ſcilicet, ut in cogni-
tione ſui conditoris proficiat, & virtutibus H
creſcat; ſemper fuiſſe licitum, nullus dubi-
tat. Et non multum attinet hujus rei licen-
tiam quærere, quam, nemo præcedentium
denegare poteſt, ſemper licuiſſe.

Cùm igitur prædictarum literarum exi-
tum audiſſemus, confiteor Domine, admo-
dum mirati ſumus, & à vobis deſtinatas fu-
iſſe, non facilè nobis perſuaderi potuit.
Quia tamen eisdem literis aliquantulum con-
cuſſi ſumus, rogamus, Domine, à ſancti-
tate veſtra, de hac re certificari, & dignum

A Deo & veſtra auctoritate reſcriptum percipere. De cætero paternitatem veſtram diu iocolumem Dominus conſervare digoetur.

XVI. *Reſcriptum Eccleſiæ Leodicenſis.*

SAnctæ Trajectenſis Eccleſiæ Dominis, R. Præpoſito, A. Decano L. Scholaſtico cæteriſque omnibus, confratres Leodicenſes ex plena fraternitate devotas orationes in Domino.

Notificâſtis nobis per literas veſtras, quòd fuit apud vos Canonicus quidam in clauſtro S. Martini juvenis ſimplex & delicatus, cui B ea voluntas (utinam divinâ inſpiratiooe) in mentem incidit, ur arctioris vitæ propoſitum arriperet, &c. *uſque in finem hujus Epiſtolæ, quam ipſi Trajectenſes ad comprovinciales Eccleſias miſerunt.* Talis eſt veſtrarum ordo literarum: Et quid ſuper hoc tiobis videatur, fratertiè quæritis.

Primò dicimus, ad reverentiam divini cultus; quòd ſi poſt ſuſcepta vitæ arctioris Sacramenra, viri vel feminæ reſiliêrint, vigore Eccleſiaſtico, cogendi ſunt illuc redire, ibíque permanere; ne divina ſervitus, quaſi levis aura, circumferatur, & quaſi arundo venro agiteur. Leo Papa Can. XXVI. *Propoſitum Clerici, vel Monachi proprio arbitrio, aut volantate ſuſceptum deſeri non poteſt abſque peccato; quod enim quis vovit Deo, debet & reddere.* C Nicolaus Papa Can. V. ita reſcribit Albvvino Archi-Epiſcopo: *Quod interrogâſti de femina, quæ poſt obitum mariti ſui velamen ſuper caput impoſuit, & finxit ſe ſub eodem velamine ſanctimonialem eſſe; poſtea verò ad nuptias rediit; bonum & Canonicum nobis videtur; quia, per hypocriſin Eccleſiaſticam regulam conturbare voluit, & non legitimè in voto ſuo permanſit, ut pœnitentiam de illuſione nefanda agat, & revertatur ad id, quod ſpopondit, & in ſacro miniſterio inchoavit. Nam ſi conſenſerimus, quòd omnia Eccleſiaſtica Sacramenta, quiſquis, prout vult, fingat, & non verè faciat; omnis Ordo Eccleſiaſticus conturbatur: Nec Catholicæ fidei jura conſiſtuat, nec ſacri Canones ritè obſervantur. Tales igitur, niſi reſipiſcant, ſpiritnali gladio percutere cenſemus. Non enim fas eſt, Spiritui ſancto mentiri.* Hæc ſancti Patres Leo & Nicolaus.

D Velamen igitur in feminis, & profeſſio regulæ Beatorum Benedicti & Auguſtini ſuot inſignia & Sacramenta altioris vitæ & arctioris, & prout cuique ex divina clementia vires ſuppetunt, alius ſub hac, alius ſub illa ſe ipſum regit & moderatur ad ſalutem obtinendam, & de rerrenis oihil proprii babens in commune vivit, ſibíque abrenunciat. Nos autem laxioris & amplioris propoſiti lineam renemus, qui propria habentes, oiſi divina clementia nos coerceat, & reprimat, ſæpius in multis excedimus. Qui ergo ab inferiori, ad alrioris & arctioris vitæ E propoſitum aſcendir, & profitetur, ſi ad ioferius, quod dimiſit,. reſpexerit, id eſt, redire voluerit; quod ſuperius eſt, & altius, damtiat & infamat, quantum in ſe eſt. Et ideo, tie divina perturbetur ſervitus; altior, & aptior pars honoranda eſt vigore Canonico, quæ expreſſiùs remota à voluptatibus mundi, inferiori parti, piis operibus apud Deum ſubveniat. Leo Papa Can. XXVII. *Fugitivum Clericum, vel Monachum deſerentem diſciplinam, velut contemptorem, placuit revocari.* Veſter igitur S. Martini Canonicus tion fuit fugitivus, nec diſciplinam Trajectenſis Eccleſiæ deſeruit, quando de ſua converſione literas vobis primò miſit; & ſecundò, ipſemet in veſtrum conventum veniens cum F licentia, cum oſculo pacis diſceſſit, & in monaſterio ſuæ profeſſionis ab Archi-Epiſcopo Trevirenſi, cujus è parochia Diacotius eſt, & Presbyrer eſt conſecratus, absque Canonica contradictione Trajectenſis Eccleſiæ: cùm iſtæ duæ Eccleſiæ tion multùm ab invicem ſint remotæ: & cùm de illo juvene, eſſet recens ſermo. Verùm prædictus Frater fugitivus eſt, & diſciplinam deſeruir, quando à monaſterio ſuæ profeſſionis ſub regula Beati Auguſtini diſceſſit, & loco ſuo cotitumeliam intulit, cauſans cibi & potus penuriam: cùm Paulus, raptus ad tertium cœlum puſillos Chriſti patertiè inſtruat dicens: *Scio eſurire, ſcio & penuriam pati.* Et de infirmitate, quam prætendir Frater prædictus, idem Paulus agit; *quando infirmor, tunc fortior ſum & perficior.*

G Eccleſia igitur, ad cujus titulum in Diaconum & Presbyterum conſecratus eſt; ſine cootradictiooe, juxta decretum Leonis Papæ, deber eum revocare; vel, ùt fugitivum & contemptorem propoſiti; & qui altiorem & arctiorem diſciplioam deſeruir: quatenus antiqui inſtituti gradus, vitæ ſanctorum Patrum abſque conturbatione conſerventur, & levitates eorum, qui circumferuntur, ad reverentiam divinæ ſervitutis deſtruantur. Frater iſte, qui de ſuperiori ad inferius redire, & per licentiam dimiſſa vult repetere, noti eſt admittendus; ſed, ut ad altius propoſitum redeat, humili prece, & fraterno conſilio admonendus, & io loco ſuæ profeſſionis, per humanitatis exhibitiooem in cibo & potu, ex iofirmitate à Chriſti fidelibus ſublevandus. H Sic enim Fratri illi viſcera miſericordiæ aperientur, & debitus botior divino cultui exhibebitur.

Dicit Frater ille, quòd ſine licentia Epiſcopi ſui diſceſſir; & ideo cenſer irritum debere eſſe, quod in altiori gradu appetiir. Ad bæc reſpondetur: quòd frater ille in tali negorio de ſe ipſo noti poteſt ſimul accuſator eſſe & judex. Caoonicus erat S. Martini: tiec Epiſcopo, tiec Prælatis ſuis, tiec Fratribus ſuis impedimentum oſtendit, quo intervenicote,

Digitized by Google

A niente, ſalvare ſe ipſum ibi non poſſet; ſed ex voluntate, & arbitrio ſuo propoſitum vitæ arctioris, vobis neſcientibus, arripuit, & poſt duos menſes de ſua converſione literas miſit, & poſt duos annos ſe præſentavit vobis, & cum licentia & pacis oſculo abiit; & Epiſcopus Trajectenſis Eccleſiæ veſtra relatione de Fratris iſtius abſceſſu vobiſcum Canonicè non tractavit, ſicut vir timoratus, gratias Deo referens, de illo, qui ad ſuam ſalutem, exemplo ſanctorum Patrum, evaſerat.

Noſtris temporibus, de noſtra Eccleſia Frater Walcherus, utilis omnibus, regulam ſancti Auguſtini aſſumpſit; Magiſter Hezelinus, Frater Wolbodo, Frater Simon regulam S. Benedicti; B Et ne tuba canerent in plateis, Epiſcopo, nobiſque ignorantibus ad altiorem, & arctiorem vitam aſcenderunt: unde, divinæ clementiæ gratias referimus; quia pro nobis inſtantiùs occupatis orant. Hoc enim eorum eſt proprium, quos divina clementia veraciter inſpirat ad arctius propoſitum, ut ſilenter, & abſque divulgatione eant, quò illos trahit ſpiritus Domini: quia, ſi ante aſſumptum eorum propoſitum duplicaretur eorum intentio, forſitan retinerentur petitione Fratrum, lacrymis carnalium amicorum, juxta quod in Evangelio juvenis ad Dominum JEſum ait: *Magiſter vadam, & diſponam domui meæ, ut ſepeliam patrem meum, & revertar ad te. Et JESUS ad eum; Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.*

C In tali igitur negotio, non elucidant decreta vel Canones, ut Eccleſiaſtica jure interveniat prohibitio, juxta prædictam Domini JEſu ſententiam de his, qui à propriis hujus mundi ſe abſcindunt, arctiori devincti propoſito; verùm, utilitatis & neceſſitatis cauſa, ex auctoritate ſanctorum Patrum, plura admittuntur pro tempore. Legimus enim, & in vicinis Eccleſiis noſtra memoria contigit, quoſdam Regulares S. Auguſtini Canonicos, quoſdam factos de Clericis monachos ad Epiſcopale Officium, vel ad alias Prælationes deſtinatos, utilitatis vel neceſſitatis cauſa. Sed iſte Frater poſt tertium annum aſſumpti propoſiti, ſe illis ingerit ultrò, quos dimiſit, cùm cauſa utilitatis, vel neceſſitatis non revocetur à vobis: Et cùm Eccleſiam ſuæ profeſſionis, ſuíque tituli, nulla evidenti ratione dimiſerit.

D Gelaſius Papa, cùm eſſet Italica Eccleſia belli, & famis incurſione devaſtata, pro tempore conceſſit de monachis, vel etiam de Laicis aſſumi Clericos ad retinendam Chriſtianitatem. Ceſſante autem neceſſitate, priſcam reintroduxit, & confirmavit auctoritatem. Item propter utilitatem ex diverſis conciliis applicantur Ordinibus filii Virginum per vim raptarum & conjugatarum. Cui ſententiæ Petrus Apoſtolus concordans, ait; *In veritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus.* E Gelaſius Papa quædam pro tempore decernit eſſe ſinenda, quæ tamen manifeſtè non infament Eccleſiam: Et ſic utilitate, vel neceſſitate, mutilanda ſunt decreta; ſi non inde manifeſtè ſequatur decoloratio. Quia igitur prædictus juvenis ad ſe corrigendum propria voluntate, vel arbitrio arctius propoſitum inſtitit; ibíque in Diaconum, vel Presbyterum conſecratus eſt, nulláque utilitate, vel neceſſitate à vobis revocatur; ſed ad decolorationem Eccleſiaſtici Ordinis reſilit; ex verbis ſanctorum Patrum Leonis & Nicolai, ad id revertatur, quod ſpopondit; & in ſacro miniſterio maneat, quod inchoavit, ſanctóque ſpiritui non mentiatur, ne Ordo Eccleſiaſticus conturbetur, fideíque Catholicæ jura confringantur.

F Quòd autem dicitur Archi-Epiſcopus Trevirenſis Epiſcopo Trajectenſi literas miſiſſe, ſignificans, ut recipiatur in loco, cui per communem aſſenſum renunciavit, forſitan per ſurreptionem alicujus importunè petentis factum eſt. Archi-Epiſcopus enim Trevirenſis, ad cujus parochiam confugit, & qui ad Eccleſiæ ſuæ Titulum Diaconum & Presbyterum eum ordinavit, abſque canonica contradictione, omnem humanitatem circa illum debet exhibere, exemplo primi & magni Gregorii; qui transgredientes & deſerentes ſacrum propoſitum jubet comprehendi, & in monaſterium retrudi, & ſub diſtricta cuſtodia omnem ſolicitudinem exhiberi, quatenus divina ſervitus ſuam conſtanter habeat reverentiam. G Quàm reverenter & ſincerè arctioris propoſita vitæ ſint honoranda & retinenda, planè demonſtrat primus & magnus Gregorius in principio dialogi ſui. Qui de culmine propoſiti ad apicem Sedis Apoſtolicæ, cauſâ utilitatis & neceſſitatis electus, conqueritur oblivíſci ſingularitatis ſuæ quietem ex denſitate curarum ſupervenientium.

De beato Martino Turonenſi dicit Severus ſcriptor vitæ ejus, quòd coram diſcipulis ſuis ſæpius fatebatur, minorem gratiam in faciendis virtutibus ſe habuiſſe poſt aſſumptum Epiſcopatum, quàm ante. H Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius arctioris vitæ executores de hac in ſcriptis ſuis Clericos, Monachos, virgines, viduas confortant, exhortantur, corroborant; & ne juxta Paulum infirmorum percutiatur conſcientia, Frater iſte, de quo eſt ſermo, omnibus modis in aſſumpto retinendus eſt propoſito; quia fidelis eſt Deus, qui non patietur eum tentari ſupra id, quod poteſt; ſed faciet cum tentatione proventum. Hieronymus cuidam ſanctum propoſitum arri-

pere volenti exhortatoriam ſcribens Epiſtolam, poſt multa, hae demum uſus eſt ſententia. Cùm ad Apoſtolicam, inquit, tendas perfectionem, ut nihil habeas in hoc mundo, & omnia poſſideas cum Chriſto; nullam in via Domini æſtimare debes perſonam: ſed, quidquid tibi obſtare metuis, abjicere, perfectóque odio odiſſe memineris. Et ſi omnes, quos vel verearis, vel diligas, tibi hoc itinere exire volenti, in ipſo tuo limine ad te removendum proſtratos aſpicias, felici contemptu, per ipſa eorum colla tranſeas.

XVII. *Reſcriptum Monaſterienſium.*

VEnerabili ſanctæ Trajectenſis Eccleſiæ Præpoſito, A. Decano, L. Magiſtro, ac reverendiſſimis ejusdem Eccleſiæ Dominis & Fratribus, Monaſterienſis qualiſcunque Eccleſia ſeipſam cum fideliſſimæ ſervitutis & orationis frequentiâ.

Super illius conſilii requiſitione, quam à nobis poſtulatis,non eſt noſtri meriti, vel ſcientiæ, vobis omni literarum prudentia enutritis, atque nobiliter edoctis, præſumptuosè reſcribere. Sed quia, ût verè credimus, hoc pura veſtra depoſcit charitas: & utinam quandoque in ipſa re vera fraternitas, quod ſummi Patris noſtri teſtatur auctoritas, & omnium ſanctorum Patrum probat ſententia, vix audemus ad medium deducere. Ait enim caput, principiúmque noſtrum. *Nemo mittens manum in aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.* Videte ergo Fratres & Domini; ſi Frater ille juvenis & ſimplex, primum profeſſionis ſuæ votum irritum fecit, transferendo ſe ad altiorem vitam ſine licentia clauſtri & Epiſcopi ſui: Et, ſi ejusdem arctioris vitæ ſemitam, poſtea multis cauſarum inconvenientiis inculpatam dereliquit, ad priorem iterum redeundo converſationem; quomodo in Eccleſia Dei ſtare poterit, qui utique utriusque vitæ mandatum nec minimum obſervavit?

Unde pro ſolo divinæ miſericordiæ reſpectu, ſecundùm Canonum piam & medicabilem ſententiam videtur noſtræ parvitati poſſe aliquo modo Fratri veſtro, qui ſe finxit habitu & nomine eſſe aliquem in magna profeſſione, & non eſt, ſubveniri, ut receptus videlicet à vobis corrigatur, atque emendetur. At profeſſio, aut veri Monachi, aut veri Canonici, & id totum, quod inconſultè inceperat, non alicui ſanctitati, ſed ſtultæ deputetur temeritati: Sufficiat etiam illi, de quo nobis eſt ſermo; ut in gratiam Dei & veſtri ſuſceptus habeat victum & veſtitum; his contentus ſit: nulli ſe præferat: dignitates terrenas non quærat; ſed, in humilitate jacens, Deo & vobis gratiarum actiones pro impenſis beneficiis inceſſabiliter agat. Huic verò animæ ſanitati nulla ſit inter vos partium diſſenſio, cùm Dominus veſter Epiſcopus literas ſibi ab Archi-Epiſcopo Trevirenſi allatas, vobis præſentaverit: in quibus, ut Frater ille recipiatur, voluntatem & petitionem ſuam ſignaverit. Procul ergo à vobis ſit omnis contradictionis diſſonantia:ut mater Eccleſia, cujus membra eſtis, nutriat & cuſtodiat vos in omni rerum concordia, ut tandem dilecti Deo filii, ſummæ hæreditatis ſuæ participes adſcribi mereamini.

XVIII. *Reſcriptum Mindenſium.*

SAnctæ Trajectenſis Eccleſiæ Dominis ac Fratribus qualiscunque Mindenſis Eccleſiæ Præpoſitus H. Decanus, cæteríque Fratres, quæ nunquam excidit, charitatem, & quæ ſemper invigilat, orationem.

Quia de requirendo conſilio veſtras ad nos literas direxiſtis, & in veſtri negotii qualitate, noſtrum aſſenſum requiſiſtis; videmini non ſolùm à nobis reſcriptum poſtulare; verùm, quantum de nobis ſperetis, oſtendere. Nos igitur ad utrumque paratos & promptos ſcitote; quia in omnibus & bene facere, & ſervire vobis, & ad inquiſitam à vobis ſententiam providè ſtudemus vobis reſpondere.

Videtur nobis non ad noſtri judicii arbitrium, imò ſecundùm decreta Patrum; Fratrem illum, de quo literæ veſtræ nos conſuluerunt, à vobis non debere recipi, quippe cùm multis cauſis hoc poſſit comprobari. Non enim videtur nobis revocandus, qui vitæ ſtrictioris eſt propoſitum ſortitus. Verùm, quia licentia accepta à Fratribus ſuis hoc fecit; firmius quod feeerat, fuit. Deinde autem; quia triennio non revocatus ab Epiſcopo ſuo in hac vita,quam elegerat, duravit; ibíque ad titulum illius Eccleſiæ promotus, in ſacris Ordinibus Deo militavit; nec vitæ illi, vel Eccleſiæ ſubduci debet, aut poterit.

XIX. *Epiſtola Trajectenſis Eccleſiæ ad Fridericum Epiſcopum de Tanchelmo ſeductore.*

DOmino ſuo & venerabili Patri Friderico ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo, humilis Trajectenſis Eccleſia ex ſincero affectu devotiſſimas orationes cum debitæ ſubjectionis obſequio.

Tanchelmi Hæreſes.

Gratias, Reverende Pater, ſanctitati veſtræ agimus; quia paterna miſeratione vicem noſtram doluiſtis, & Antichriſti noſtri, perturbatoris & blaſphematoris Eccleſiæ Chriſti, curſum & impetum retardâſtis. Qui aperuit in cœlum os ſuum, & contra Sacramenta Eccleſiæ hæreſim ſuſcitare auſus eſt, jam olim ſanctorum Patrum ſententiis jugulatam.

Hic

A Hic enim ſpiritu ſuperbiæ (quæ radix eſt omnis hæreſeos & apoſtaſiæ) intumeſcens, nihil Papam, nihil Epiſcopos, nibil Archi-Epiſcopos, nihil Presbyteros aut Clericos aſſeruit; columnáſque Eccleſiæ Dei concutiens, etiam fidei noſtræ petram, id eſt, Chriſtum dividere auſus eſt. Penes ſe, & ſuos tantùm Eccleſiam eſſe contendebat: Eccleſiam, quam Chriſtus poſtulans à Patre accepit gentes in bæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ: hic, ad ſolos Tancbelmiſtas contrabere conatus eſt.

Jam verò, ſancte Pater, afflictionis no- B ſtræ querelas ſuſcipite, & præcurſorem Antichriſti, eodem ſchemate, eiſdem veſtigiis, quibus ille ſecuturus eſt, præcurrentem advertite. In maritimis primùm locis rudi populo, & infirmioris fidei, venenum perfidiæ ſuæ miſcuit; & per matronas & mulierculas (quarum familiaritatibus, & ſecreta collocutione, & privato accubitu libentiſſimè utebatur) errores ſuos paulatim ſpargere cœpit. Deinde, per [has] conjuges etiam ipſos perfidiæ ſuæ laqueis irretivit. Nec jam in tenebris, vel cubiculis, ſed ſuper tecta prædicare incipiens, in patentibus campis latè circumfuſæ multitudini ſermocinabatur, & veluti Rex, concionaturus ad populum ſtipatus ſatellitibus, vexilium & gladium præferentibus, velut cum inſignibus regalibus, ſermonem facturus, procedere ſolebat. Audiebat illum populus ſeductus, ſicut angelum Dei. Imò verè ipſe angelus Satanæ declamabat; Eccleſias Dei lupanaria eſſe repu- C tanda: nibil eſſe, quod Sacerdotum officio in menſa Dominica conficeretur: pollutiones non Sacramenta nominanda: Ex meritis, & ſanctitate miniſtrorum virtutem Sacramentis accedere: Cùm ex verbis S. Auguſtini Dominus Chriſtus traditorem ſuum (quem diabolum nominavit, qui ante traditionem Domini nec loculis Dominicis fidem potuit exhibere) cum cæteris Apoſtolis ad prædicandum regnum cœlorum miſerit; ut demonſtraret dona Dei pervenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiamſi talis ſit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit. Item Auguſtinus: *Si in percipiendis Sacramentis dantis & accipientis eſt meritum conſideran-* D *dum; ſit dantis Dei, & accipientis conſcientiæ mea. Hæc enim duo non mibi incerta ſunt; bonitas illius; & fides mea. Quid te interponis, de quo certum nibil ſcire poſſum? Sine me dicere; In Domino confido; nam, ſi in te confido, unde confido, ſi nihil mali hac nocte feciſti?* Contra has & hujusmodi ſententias Sacrilegus ille declamans, debortabatur populum à perceptione Sacramenti corporis & ſanguinis Domini: Prohibens etiam decimas miniſtris Eccleſiæ exhiberi; quod *facilè volentibus perſuaſit*; quia ea tantùm prædicabat, quæ vel novitate ſui, vel magna voluntate populi placitura ſciebat.

Ratio & modus, quibus hæreſis proſeminata eſt.

Imago Lutheri, Calvini, & ſimilium.

Talibus nequitiæ ſucceſſibus miſero ho- E mini tanta ſceleris acceſſit audacia, ut etiam ſe Deum diceret: aſſerens; quia, ſi Chriſtus ideo Deus eſt; quia Spiritum ſanctum habuiſſet, ſe non inferius nec diſſimilius, Deum; quia plenitudinem Spiritus ſancti accepiſſet. In qua præſumptione adeò illuſit, ut quidam in eo divinitatem venerarentur, in tantum, ut balnei ſui aquam potandam ſtultiſſimo populo pro benedictione divideret, velut ſacratius & efficacius Sacramentum profuturum ſaluti corporis & animæ.

Quodam etiam tempore, dum novum genus quæſtus, nova adinventione machi- F naretur; quandam imaginem S. Mariæ (ſtupet animus dicere) in medium multitudinis juſſit afferri; & accedens, manúmque imaginis manu contingens, ſub typo illius, ſanctam Mariam ſibi deſponſavit, Sacramentum, & ſolennia illa deſponſationis verba, ùt vulgò fieri ſolet, univerſa ſacrilego ore proferens. *En*, inquit, *dilectiſſimi, Virginem Mariam mihi deſponſavi: vos ſponſalia, & ſumptus ad nuptias exhibete.* Et ponens duos loculos, unum à dextris, alium à ſiniſtris imaginis; *huc*, inquit, *offerant viri*; *illuc*, *mulieres. Viderim nunc, utrius ſexus major circa me, & ſponſam meam ferveat charitas.* Et ecce cum muneribus & oblationibus certatim ruit inſaniſſimus populus. Mulieres inaures & mo- G nilia jaciebant; Et ſic, non ſine immaniſſimo ſacrilegio infinitam contraxit pecuniam. Sed & faber ferrarius quidam, nomine Manaſſes, quem cum ſcelerato homine etiam à vobis detentum audivimus, exemplo nequiſſimi Magiſtri, fraternitatem quandam, quam Gilda vulgò appellant, inſtituerat, in qua XII. viros in figura XII. Apoſtolorum, & unam tantùm feminam in figura B. Mariæ conſtituit; quæ, ùt ferunt, per ſingulos illorum XII. circumducebatur, & ad injuriam ſacroſanctæ Virginis, nefaria turpitudine, quaſi ad confirmationem fraternitatis, ſingulis miſcebatur.

Presbyter etiam quidam Euervvacherus nomine, à ſacerdotali dignitate apoſtatans, H nefandi hominis magiſterio adbæſit: qui & illum Romam proſecutus, maritima loca, quartam ſcilicet partem Epiſcopatus noſtri Teruvvanenſi Epiſcopio, regni Franciæ, auctoritate Domini Papæ, atterminare conatus eſt: quem etiam à ſanctitate veſtra detentum audivimus, & gaviſi ſumus. Idem Presbyter per omnia Tanchelmi aſſertor, decimas Fratrum Eccleſiæ S. Petri invaſit, Presbyterum ipſorum armata manu ab altari, & Eccleſia ejecit. Infinita ſunt, Domine, illorum ſcelera; quorum plurima pro epiſtolari brevitate ſuppreſſimus. Hoc ad ſummam dixiſſe ſufficiat, res divinas in tantum veniſſe contemptum, ut reputetur ſanctior, cuicunque fuerit Eccleſia deſpectior.

Quia

A Quia igitur, ſanćte Pater, divina miſericordia ſua Eccleſiam ſuam diutiùs periclitari non ſuſtinens, illos in manus veſtras tradidit, rogamus & obſecramus in Domino, ne qua ratione de manibus veſtris elabantur. Qui, ſi elapſi fuerint, denunciamus vobis, & ſine omni ambiguitate atteſtamur, futuram irrecuperabilem Eccleſiæ noſtræ jacturam, & infinitarum perniciem animarum. Verè, Domine, graviſſimum caſum Eccleſia noſtra ſuſtinebit, ſi quo modo evadere illos contigerit, quorum ſermo, juxta Apoſtolum, ùt cancer ſerpit, & ſimplicium animas blandiendo perimit. Nunc quoque ob hoc ipſum Antichriſtus noſter monachum mentitus, exemplo capitis illius, cujus membrum factus eſt, in angelum lu- B cis ſe transfiguravit, ut eò ſecuriùs illuderet, quò verſutiùs ſpeciem ſanctitatis ſimulatè ſumpſiſſet. Rogamus, Domine, ut juſta indignatione moveamini adverſus deteſtandos diſſipatores Eccleſiæ. Auguſt. *Quando vult Deus concitare poteſtates adverſus ſchiſmaticos, adverſus hæreticos, adverſus diſſipatores Eccleſiæ, adverſus exſufflatores Chriſti, non mirentur; quia Deus concitat, ut à Sara verberetur Agar. Cognoſcat ſe Agar: ponat cervicem; revertatur ad Dominam ſuam. Quid mirantur, quia commoventur poteſtates Chriſtianæ adverſus deteſtandos diſſipatores Eccleſiæ? Ergò non moverentur? Et quomodo redderent rationem de imperio ſuo? Pertinet hoc ad Reges Chriſtianos, ut temporibus ſuis pacatam velint matrem ſuam Eccleſiam, unde ſpiritualiter nati ſunt. Legimus Danielis viſiones, & geſta Prophetica. Tres pueri in igne laudaverunt Deum. Miratus eſt Rex Nabuchodonoſor laudantes Deum pueros, &* C *circa eos ignem innocentem. Et cum miratus eſſet ille, qui ſtatuam ſuam erexerat, & ad eam adorandam omnes coëgerat; tamen laudibus puerorum commotus, ubi vidit majeſtatem Dei præſentis in igne, ait: Et ego ponam decretum omnibus tribubus & linguis in omni terra. Quicunque dixerint blaſphemiam in Deum Sidrac, Miſac, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. Si Nabuchodonoſor laudavit & prædicavit, & gloriam dedit Deo, ut decretum mitteret per regnum ſuum; quomodo Reges Chriſtiani non moveantur adverſus blaſphematores Eccleſiæ Chriſti?* Hæc Auguſtinus. proinde obſecramus in Domino, quatenus de his ſanctitas veſtra faciat, ut Eccleſiæ noſtræ jam diu periclitanti ſubveniendo conſulatis.

D

Annotatio ad præcedentem Epiſtolam.

LUbet hoc loco recitare, quæ de hoc impoſtore prodita legi in vita S. Nortberti Archi-Epiſcopi Magdeburgenſis, c. 34. *Eſt Antverpia oppidum ampliſſimum & populoſum; in quo unus tantùm erat Sacerdos, qui curam totius populi ibidem commorantis gerebat. Sed præ nimia multitudine, & frequenti negligentia, non poterat. Nec credebatur ei, quòd* E *& ipſe quaſi in conjugio & copula carnali, neptem ſuam in tertio gradu manifeſtè ſociam ſui ſceleris haberet. Hanc ob cauſam populus ille, quaſi grex abſque paſtore, per multos errorum anfractus deviabat. Unde contigit, ut hæreticus quidam miræ ſubtilitatis & ſeductor, Tanchelinus nomine, illuc adveniens, in eadem gente locum ſuæ impoſturæ inveniret. Erat is omnium hominum ſceleratiſſimus, Deique & omnium Sacramentorum ejus, totiúſque religionis, & Chriſtianæ fidei hoſtis; ita ut miniſterium Epiſcoporum & Sacerdotum nihil eſſe diceret, & ſacroſancti corporis & ſanguinis Domini noſtri JEſu Chriſti perceptionem, ad ſalutem perpetuam prodeſſe negaret. Itaque illum populum, cui jam per multa tempora veritas horum nunciata non fuerat, in hos errores induxit. Credebant ei, & ſequebantur eum circiter tria millia armatorum, nec erat Dux, aut Epiſcopus, aut Princeps, qui auderet ei reſiſtere, vel occurrere: nec ante eum, niſi ſectam ejus amplecteretur, apparere. Cùm autem pretioſo apparatu in veſtibus deauratis, triplici funiculo crinibus intortis, & auro intexto ligamine triplicatis incedebat, verbiſque perſuaſibilibus, magniſque conviviorum apparatibus benevolentiam eorum ad ſeducendos eos, exhauriebat. Res mira, & ſtupenda: lotiones ejus bibebant, & reliquiarum loco abſportantes recondebant. Et cùm filias in matrum præſentia, ſponsáſque maritis videntibus corrumperet, opus ſpirituale id eſſe, aſſerebat; in tantum, ut infelicem eſſe diceret, qui huic conjunctioni nefariæ miſceri non meruiſſet. Hæc turpiſſima & deteſtanda hominis impoſtura etiam poſt mortem ejus extirpari nullatenus potuit; licèt duodecim Clericorum congregatio ab Epiſcopo in ſubſidium Sacerdotis, qui ſolus erat in Eccleſia S. Michaëlis, inſtituta eſſet.*

XX. *Epiſtola Gebehardi intruſi Epiſcopi Herbipolenſis.* G

SAnctæ venerationi veſtræ explicaturus injurias, quibus fraudulenter circumventus ſum ab his, quos fideles mihi ſperabam; quóſve multis beneficiis promerueram, genibus veſtris quaſi provolutus, rogo; ut tum pro reſpectu juſtitiæ, tum pro remuneratione divinæ clementiæ, attendere curetis, & compaſſionis gratiam mihi non denegetis. Faſtidium etiam non generet vobis prolixitas ſermonis; quia multa cauſæ meæ neceſſaria ſilentio præterii, ne ſuccinctæ brevitatis metam longè excederem.

H In Franciam cauſa ſtudii iveram: quò ſecuti ſunt me quidam, qui dicebant, ſe juſſu Spirenſis Epiſcopi Brunonis veniſſe; ex cujus legatione mihi referebant; Herbipolenſem Epiſcopum viam univerſæ carnis adiiſſe; & eum, & Archi-Epiſcopum Moguntinum cum cognatis & amicis meis, & cum quibuſdam de familia ejuſdem Eccleſiæ apud Imperatorem obtinuiſſe, ut in locum defun-

A functi Epiſcopi me vellet ſubſtituere. Ego autem, ùt Deus novit, nil tale meditans, ſed aliquamdiu in ſtudio morari deſiderans, verba eorum parvi pendi, donec victus ſecretis amicorum meorum legationibus, & magiſtrorum meorum ſuggeſtionibus, redii. Veni ad locum quendam mei juris, ubi complures cognati & fideles mei mihi occurrère, Deus novit, non ſine lacrymis contradicentem compulerunt, promittententes, nuncios Archi-Epiſcopi illò venturos, qui de conſenſu ejus ad recipiendum Epiſcopatum me certificarent. Quia Imperatorem ibi inveni. Sed antequam ejus præſentiæ præſentarer, Archi-Epiſcopi nuncios audire, & videre volui; quos, cùm primùm non inveniſſem, teſte Deo, quem
B nullum latet ſecretum, gaviſus ſum; quia, malui, importabile mihi onus aliqua honeſta occaſione ſubterfugere, quàm, ſuſcepto onere, ſuccumbere.

Cùm ſic per biduum expectâſſem; & interim multa à Principibus & cognatis meis convicia propter puſillanimitatem meam audiviſſem; venit Comes Bertoldus, & Chunradus Sporo juramentis comprobare volentes, Archi-Epiſcopum conſenſum ſuum per eos mihi mandâſſe.

Tandem per hos victus, ad præſentiam Imperatoris veni, fratrem Archi-Epiſcopi Sigebertum, & Comitem Arnoldum ibi inveni: qui ſe ex legatione Archi-Epiſcopi
C illò miſſos affirmabant, & ejus aſſenſum publica voce mihi deferebant. Tot igitur cauſis in idem confluentibus acquievi, & onus, quod peccatis meis exigentibus miſerabiliter me attrivit, Clero & populo adſtante, & me eligente, & canoras laudes Deo dicente, ſuſcepi. Solus autem Præpoſitus Otto electioni meæ defuit, & Rugerus; qui, ùt mihi referebatur, etiam vivente anteceſſore meo, pro eodem Epiſcopatu ambitiosè laboraverat. Veni ſtatim cum Imperatore, comitatus Clero & populo
D Breidingen, ubi Archi-Epiſcopus de manu Imperatoris me recepit, & benignè conſecrationis mihi gratiam, multis fidelibus noſtris audientibus, & præſente fratre ipſius Spirenſi Epiſcopo, & legationi pro me factæ teſtimonium prohibente promiſit. Redii de ordinatione ſecurus; &, cùm nil mali ſuſpicarer, grave præjudicium Dominus Archi-Epiſcopus mihi fecit; quia, alterum mihi ſuperordinavit: me, & Eccleſia mea, diem & locum audientiæ poſtulante, ut ibi Canonico judicio vel deponerer, vel remanerem. Quibus petitionibus cùm nihil proficerem, querimonias noſtras Apoſtolicæ Sedis venerando Pontifici Calliſto, & Romanæ Eccleſiæ tranſmiſimus. De cujus latere, cùm ad hanc cauſam diſcutiendam miſſus fuiſſet, Præneſtinus Epiſcopus; ego aſſumptis mecum Eccleſiæ noſtræ omnibus Prioribus, Clericis, Abbatibus & laicis Wormatiam veni, ubi ſperabam eum invenire. E
Quem cùm inveniſſem, Eccleſia, quæ mecum venerat, eoram Principibus, Archi-Epiſcopo me præſentavit; &, ut pro reſpectu juſtitiæ mihi per omnia ei obedienti conſecrationis debitum non denegaret, ſubnixè poſtulavit. Archi-Epiſcopus, audito omnium eorum conſenſu, promiſit, communicato cum Cardinali conſilio, ſe ſuper his reſponſurum, præcipiens, ut paucis mecum relictis, alii remearent, & legationem ejus exſpectarent.

Poſtquam itaque venit Epiſcopus Cardinalis, F
congregati ſunt ad audientiam Imperatoris pro cauſa mea tractanda, ipſe Archi-Epiſcopus Moguntinus, Archi-Epiſcopus Colonienſis, Arnoldus Spirenſis, Gotebol dus Trajectenſis, Gotefridus Trevirenſis Archi-Epiſcopus, Chunradus Tullenſis, Bruno Argentinenſis, Bertoldus Baſileenſis, & alii fideles Imperatoris: quibus, diu ventilato conſilio, placuit, ut Dominus Cardinalis locum & Eccleſiam noſtram viſitaret, & concordiam Eccleſiæ ſuper electione mea inveſtigaret; quam, ſi inveniret, ab eo promoverer ad Presbyterii Ordinem, ſtatim conſecuturus à Domino Archi-Epiſcopo benedictionem.

Quia itaque Dominus Archi-Epiſcopus G
hoc fieri conſenſit & juſſit, venit Dominus Cardinalis in locum noſtrum; & congregati ſunt univerſus Clerus & populus, majores & minores, Abbates & complures noſtræ Eccleſiæ viri religioſi. Et quia, me abſente, inventi ſunt in electione mea concordes, gratias Deo egit, & ad Ordinem Presbyterii me promovit, & Canonicæ electioni meæ tam in Romana Eccleſia, quàm in conſpectu Archi-Epiſcopi teſtimonium perhibuit, ſicut vidit & audivit, & adhuc perhibet.

Dum hæc, & multa alia circa cauſam H
meam agerentur, adverſarius meus mihi ſuperordinatus, qui Romam iverat, & cauſam ſuam donis & promiſſionibus ibi palliaverat, factus eſt de medio. Iterum Archi-Epiſcopum adii; ipſius Concilio, quod in Moguntina Eccleſia tunc temporis habuit, me unà cum Eiſtetenſi electo præſentavi, petens miſericordiam, vel juſtitiam, & omnem obedientiam me ei, & Moguntinæ Eccleſiæ ſemper exhibuiſſe, ipſius teſtimonio in Synodo comprobavi. Omnium igitur ſuffragiis pro me pulſantibus, me de Epiſcopali conſecratione certum fecit; & diem conſecrationis, & locum mihi conſtituit. Ad quem, veni: ſed, nihil profeci. Iterum protraxit me promiſſionibus; & Præpoſitum & alios, qui pro depoſitione mea laborantes, me offenderant, mihi reconciliavit. Præpoſitus mecum rediens, homo meus

A meus effectus eſt; & ut ſecurior de fidelitate
ejus exiſterem, quaſi ſub Sacramenti atteſta-
tione dextram ſuam mihi dedit, & tres cog-
natos ſuos juramento de fidelitate ſua me
ſecurum facere præcepit. Tot itaque ac-
ceptis ſecuritatibus ultrò oblatis, de fideli-
tate ejus ſecurus ad proprietates meas, pau-
liſper ibi moraturus, rediens, vicem meam
per omnia ei credidi, & inter ipſa Domi-
nici corporis Sacramenta, oſculo Judæ
ab eo accepto, receſſi. Dum itaque ab
eo ſperabam fidelitatis antidotum, propi-
navit mihi perfidiæ aconitum; quia, dum
aberam, cum ſuis complicibus univerſam
civitatem donis, promiſſionibus, minis &
verberibus ad conjurationem contra me ex-
citavit. Et ſic, qui nihil minus ſuſpicabar,
à civitate violenter & contumelioſè ſum ex-
cluſus.

Dum itaque ſuper hac excluſione tam ino-
pinata, tam immerita dolerem, placuit amicis
meis perfidos illos digna ultione ferire, & bo-
nis eorum aliquantulum forinſecus diſſipatis,
B ipſam civitatem armis parabant occupare.
Ego verò nolens vinci à malo, ſed vincere
volens malum in bono, vindictam diſtuli:
amicos meos, quamvis graviter offenſos,
compeſcui, & illatam mihi injuriam per
nuncios meos ad regem detuli. Rex itaque
cognita cauſa mea, Argentinam me voca-
vit. Veni: & aſpectui ſuo me debita devo-
tione præſentavi. Ipſe verò, benignè me
ſuſcipiens, juſſit, ut omnis cauſa mea, à
Principibus, qui tum aderant, audiretur,
& coram judicio Canonicè terminaretur.
Factum eſt igitur, ut tam ego, quàm adver-
ſarii mei, quorum magna pars ibi aderat,
liberè admitteremur audientiæ: & utrinque
cognitâ causâ, ſic, Deo gratias, oratio
C mea invaluit, ut veritas, quæ ſemper
iniquitati dominatur, adverſariorum fig-
menta oppreſſerit. Aderat autem ibi Ger-
ardus Romanus Cardinalis, Moguntinus
Archi-Epiſcopus, Adelbero Bremenſis, Nor-
bertus Magdeburgenſis Archi-Epiſcopus,
Sigevvardus Mindenſis, Theodoricus Mo-
naſterienſis, Diethardus Oſnaburgenſis, Otto
Halberſtatenſis, Megingotus Merſeburgen-
ſis; qui & hujus rei judices ſunt, & Roma-
næ, vel Moguntinæ Sedi nunquam inobe-
dientem me extitiſſe: & cognita cauſa mea,
etiam ex ipſius Moguntini Archi-Epiſcopi
teſtimonio cognoverunt. Dum verò, per
diverſa conſilia finis cauſæ meæ quæritur,
ab ipſo Moguntino Archi-Epiſcopo hoc con-
ſilium mihi tribuitur, ut omni remota oc-
D caſione Romam procedam, & ex ipſius A-
poſtolici nutu & gratia, finem negocii mei
efficiam.

Accepta igitur prædictorum Principum
benedictione & licentia, ad mea remeabam,
ibique denuo non paucos amicorum meo-
rum, valida manu militum, contra civita-
tem aciem direxiſſe inveniebam. Quid er- E
go? hinc ultrici ira in perfidos illos provoca-
bar: hinc, timore Dei revocabar. Quo &
victus, placatus amicis meis, ceſſi clemen-
tiæ; à Domino exſpectans locum & tempus
vindictæ. Cives autem mei tanta ſe violen-
tia circumventos aſpicientes, ſuúmque exi-
tium, quod ego non parabam, arbitrantes,
quæ pacis erant, poſcebant; & datis obſidi-
bus, infra XIV. dies, gratiam meam ſe adep-
turos promittebant. Acceptis denique
obſidibus eorum, pacem dedi & firmavi:
& eoſdem obſides Urbis Præfecto Gotebol-
do in fide ſua ſervandos commiſi. His ita-
que transactis, ecce in pace vivimus; & pro
condicto Archi-Epiſcopi conſilio, & pro
obtinenda Romanæ Sedis gratiâ, iter Ro-
mam meis, quamvis adhuc privatus poſſeſ-
ſionibus, maturabam; quia & hoc ipſum
meis placere fidelibus ſentiebam. Et dum
in hujus itineris negotio ſum occupatus, nil
minus ſuſpicantem Rex & Epiſcopus me ſe- F
quuntur, civitatem, me ignaro, ingrediun-
tur, & quæcunque poterant, adverſum me,
ſeditioſè moliuntur. His malis acceſſit, ut
Archi-Epiſcopus neſcioquo excommunica-
tionis vinculo me publicaret illaqueatum,
cùm hoc me tueri debuiſſet: quòd ante dies
XIV. nunquam me ſibi inobedientem exti-
tiſſe, coram Principibus præbuerit teſtimo-
nium. Inſuper Præpoſitum Ottonem ex
deſiderio promiſſæ ſibi pecuniæ Epiſcopum
inibi ſublimare contendit. Cujus vitam,
mores & converſationem, à criminoſis fa-
cinoribus, nil diſtare, omnes noverunt.
Sed, cùm aſſenſus Cleri & populi huic ſtu-
dio diſcordaverit: hoc conſilium in aliud
tempus differtur, donec reclamantis civita-
tis aſſenſus impetretur.

Ego verò dum tot malis me prægravari G
ſenſiſſem, legatos meos ad Regem pro gra-
tia ſua ipſum precantes direxi. Trecentas
libras argenti, & inſuper amicos meos, quos
vellet, obſides pro hac conditione præbui:
uti, datâ mihi Curia, liberæ me admitteret
audientiæ; &, ſi ſalva gratia regni & ſacer-
dotii epiſcopari juſtè non deberem, in gra-
tia Domini & Eccleſiæ, ſine lite & conten-
tione humilis deſcenderem. Sed, nec hoc mo-
do profeci. Omnis igitur gratiæ expers, dum,
quid machinentur, exſpecto, cives mei con-
jurationem contra me excitant, obſides mi-
hi datos poſtulant, acceptos abducunt, ci-
vitate excedunt. Habebam, & poteram re-
niti, ſi vellem; ſed, malui periclitari patiens,
quàm regnare inobediens. Permiſi igitur, H
ut facerent in me, quæ vellent, ne juſtè co-
ram Eccleſia obloqui mihi poſſent. Igitur
Epiſcopio receſſi, quietem in patrimonio
meo tenui, & nec opinanti mihi Archi-E-
piſcopus ſuum transmiſit legatum, vocans
me, & promittens, de omni negotio meo,
certum ſe finem facturum. Veni, igitur;
amicos meos pro legationis ſuæ indicto,
quos

A quos vocaverat, mecum adduxi; finem cauſæ meæ, ſicut promiſerat per illos nuncios, poſtulavi. Aſſurgit cauſæ; tenet hunc modum in oratione; Dominus veſter & amicus, Herbipolenſis electus Cebhardus, ſi In uſus Apoſtolici Romam trecentas libras miſerit, mihíque ſexcentas dederit, gratiam noſtram obtinebit, & de negotio ſuo deinceps certus & ſecurus manebit. Addo quoque compoſitioni noſtræ, ut amicos ſuos obſides mihi tribuat; qui, in quodlibet voluntatis meæ placitum, mihi præſidium conferant; ipſéque mihi contra omnes auxilium præbeat, ſic, ut nullum excipiat. Nunciis igitur ad me reverſis, tantæ conditionis B exactionem ad me referunt, meóque arbitrio, quid eligam, derelinquunt. Ego autem conditionem ſpiritualem in Balaam ſciens exoſam, in Giezi contaminatam, in Simone maledictam, à Domino in Evangelio prohibitam, à viris Catholicis conſilium quæſivi & quæro; an, hoc cum ſalute mea poſſim offerre, quod divinis ſanctionibus certum eſt diſcordare. Certum quippe mihi eſt, in manus hominis incidere, quàm leges Domini derelinquere.

Tot itaque & tantis oppreſſus, imò conculcatus injuriis, omnium provolvor genibus miſerabili ſuper calumniis meis conqueſtione, ut fraterna me dignari velint compaſſione.

Annotatio.

C NE ambigas, calumniam eſſe, quæ ſub finem hujus Epiſtolæ de tot argenti libris poſtulatis narrantur. Schiſmaticorum hæc erat ars, ut, cùm Epiſcopatus à ſchiſmaticis Imperatoribus grandi æris ſumma emiſſent; Orthodoxis Simoniam deteſtantibus, taléſque Giezitas execrantibus; nefariam hanc nundinationem affingerent & affricarent. Cæterùm de tota hac hujus Gebhardi controverſia invenies ſeptenas Epiſtolas, quos ex hoc ipſo, quo utimur, manuſcripto Codice, Gretſerus cum Divis Bambergenſibus publicavit Num. 21. & ſeqq. Ubi Gebhardum hunc longè aliis coloribus depictum intueberis, quàm quibus ipſe in hac Epiſtola ſe efformat.

In eodem veteri Codice reperimus etiam D ſequentia.

Adiuratio, ſeu promiſſio, quæ regibus debet fieri.

AB hac hora in antea fidelis ero N. Imperatori per rectam fidem, ſecundùm meum ſcire, & poſſe. Non ero in conſilio, ut vitam, aut membra perdat, Italicum regnum, & ſuam rectam poteſtatem infra regnum adjutor ei * *ſecundùm meum ſcire & poſſe ad tenendum & defendendum contra omnes homines, qui ſibi tollere voluerunt.*

* *Ero.*

Allocutio ejus, qui juravit.

E *SI ea, quæ ſuprà ſcripta ſunt, juràſti, aut juraveris, & per rectam fidem adimpleveris, ſenior meus neque per ſe, neque per ſubjectam perſonam tollet tibi vitam, aut membra, nec te capiet propter hoc, quod uſque modò contra eum feciſti; niſi in antea ſis contra eum, & convictus fueris. Prædia & proprietates, quæ juſtè & legaliter habes, non tibi tollet, niſi juſto judicio per veram legem ſit judicatum. Si beneficium de regno, aut de Eccleſiis non habueris, & legem & juſtitiam ante miſſum mei ſenioris feceris, non te diſtringet ad curtem venire, niſi tu ſponte volueris.*

De quodam excommunicato.

MOguntiæ erat quidam negotiator prædives, qui, cùm negotiandi cauſa in Friſiam uſque Trajectum veniſſet; feſto quodam die, ſeditionem commovit, & ab Decano Cleri illius ad ſatisfactionem revocatus, bannum ejus parvi æſtimans, diſceſſit, & quaſi rem non magnam oblivioni tradidit. F *Cùm non poſt multum tempus mortuus eſt, & in ſarcophago ſaxeo ſepultus eſt. Poſt multos autem annos, uxor cùm & ipſa ad exitum propinquaret, petiit à filiis ſuis, ut in ſepulchro viri ſui ſepeliri debuiſſet. Qui, ſicut adiurati erant, ſarcophagum aperientes, aquis illud ferventibus, ſpumantibúſque ſuperficie tenus plenum, corpúſque integrum repererunt. Juvenes verò deprehenſo hoc Excommunicationis indicio; & mirantes, quia vir religioſus erat, cœperunt omnia loca, ubi ipſe negociari ſolebat, circuire; cùm ecce Trajectum venientes, rem cognoverunt: Et pro Patre ſatisfacientes, atque communionem impetrantes, reverſi ſunt, apertóque tumulo, nihil pater oſſa, & cineres invenerunt.* G *Ecce, iſte Epiſcopus non fuit, & tamen corpus & animam hominis in æterno judicio conſtituti tam potenter, quàm mirabiliter abſolvit. Reſipiſcite fratres, & honorem veſtrum nolite dejicere, & precium Dominici ſanguinis in vobis nolite exinanire. Hæc Fratres collyria oculis veſtris inungite, ut honorem veſtrum, qui eſt in Domino, humiliter in gratiarum actione agnoſcatis, & de virtute in virtutem euntes Deum deorum in æterna Sion feliciter videatis. Valete.*

XXI. *Domno Archi-Epiſcopo, Domino & Patri Frater Guilielmus perſeverantem ſemper & inviolabilem dilectionis affectum.* H

QUomodo enim, & quàm fideliter vos ſemper amavi, teſtis eſt mihi Deus, in quo vos amavi & amo, & in cujus viſceribus vos concupivi & cuplo, reus ingratitudinis & nequitiæ In vos, ſi hoc non faciam. Sic enim me ſemper beneficiis accumulàſtis; ſic benignitatis veſtræ affectionibus honoràſtis, ut ſæpe me graviter oneraretis, non ſine multa verecundia attendentem, quibus me præferebatis. Nec Dominum

A minum vos, ſed patrem ſemper habui, imò quaſi à pari amicum dulciſſimum. Sed [quid] multa? Dominus retribuet pro me. Et nunc affuſus pedibus veſtris precor vos per eum, in quo ſum ſervus veſter, ut, ſicut vos olim diu, multúmque rogavi, miſereamini infirmitatis & puſillanimitatis meæ, quæ ex impoſſibilitate procedit. Teſtem enim invoco Deum in animam meam, non invenire me in me vires corporis, ſive animæ, quibus ulteriùs portare poſſim onus.

XXII. *Epiſtola.*

B SIngulari Domino ſuo C. Epiſcopo N. verè ſuus, quidquid ſuus.

Quoniam, ut verum fatear, prout debeo, ſingulariter vos diligo; quid autem tantæ dilectioni dignum offeram, non invenio. Sed, quia me ipſo nihil charius poſſideo, me ipſum charitati veſtræ per omnia ſubjicio. Utimini me, ùt libet. Nihil eſt certè, quod vita comite, ſi opus ſit, pro vobis dubitem ſubire. Aliter ſi facerem, meritis veſtris, nequaquam pari obſequio reſponderem. Grato quidem animo veſtra, Domine, complector beneficia; plurimum tamen veſtra obſtringor benevolentia.

XXIII. *Epiſtola.*

REverendiſſimo Domino ſuo N. tam devotum totius dilectionis & humilitatis obſequium.

C Sinceræ mentis ac fidei ratio hoc exigit; ut quem quisque verè ac piè diligit, ſemper ei præſens adeſſe velit. Vel, ſi fortè eum abeſſe contingit, ſui tamen usque meminerit, eíque fideliter, quem recolit, licèt abſens, aliquo amoris officio ſuos interim commendet affectus. Quod autem tanto tempore noſtræ abſentiæ, literis meis rariùs aliquando memini dilectionis veſtræ, quæſo Domine, ne tanquam immemorem & ingratum ea putetis neglexiſſe; magísque certè nos id frequenter, ac rectè ſciatis attendiſſe; quàm difficile, quàm penè potiùs ſit impoſſibile, tantæ reverentiæ, tantæ dilectioni, tantæque veſtræ benignitati dignum aliquid perſcribere. Veſtra verò merita, veſtráque Domine, beneficia, ùt æquum eſt, in animo meo gratioſè ſemper commemorans, malui potiùs nihil ſcribendo quodammodo videri ingratus, quàm minus dicendo, minùs eſſe officioſus.

D

XXIV. *Epiſtola.*

Innocent. II. De Conrado XXIX. Epiſc. Saliſb. vide Hund. in Metropoli.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Conrado Salzburgenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Gravis quidem, chariſſime frater, paſſionis videtur anguſtia, quam te à filiis tuis pati ſignificâſti, quos nutriendos in Domino ſuſcepiſti. Sed, quale ſit paſſionis præmium, Paſtoris noſtri voce inſtruimur, dicentis: *Quòd ſi pro juſtitia patimini, beati eritis.* *Matth. 5.* Noli ergo deſiſtere; E noli ovibus Chriſti ſubſidia oportuna ſubtrahere, ne lupo rapienti aditus in ovile Domini relinquatur. Qualiter pugnare debeas, divinæ ſcripturæ vocibus ſufficienter inſtrueris. Noſtræ facultatis auxilium, per Dei gratiam ſemper paratum invenies. Pro quibusdam Eccleſiis à te interdictis nos HENRICUS Dux Carinthiæ poſtulavit. Nos autem totum id diſpoſitioni tuæ committimus. Quid enim inde fieri debeat, tua dilectio poterit ſapientiorum fratrum deliberatione diſponere. De Hugone Brixienſi hoc ſervandum præcipimus, quod & de cæteris Guibertinis in Conciliis ſtatutum eſt; ut nec promoveantur, nec in ſuis Ordinibus recipiantur.

XXV. *Epiſtola.*

INNOCENTIUS ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Conrado Salzburgenſi Archi-Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. F

Poſtquam fraternitati tuæ pro cauſa Pavonis S. Emmerami Abbatis literas miſeramus, ſcripſit nobis venerabilis frater noſter Ratisbonenſis Epiſcopus, eundem Abbatem in judicio accuſatum, & de Simoniaco flagitio convictum, ſicque depoſitum. Hujus ergò negotii pertractationem, ſolicitudini tuæ, Vice mea committimus: ut ad Ratisbonenſem Eccleſiam per temetipſum accedens, diligenter inquiras, ſi judicium ordinabiliter eſt habitum: Aut, ſi alii accuſatores, alii teſtes fuerunt; ſi eo præſente ſub jurejurando, contra eum dictum eſt teſtimonium: ſi contra eum ſcriptis actum eſt; Vel, ſi ipſe licentiam reſpondendi & defendendi ſe habuit: ſi accuſatorum, ſi vel teſtium qualitas, ſatis videtur Canonibus convenire. Quæ, ſi integrè celebrata repereris, ſicut factum eſt, judicium perſeveret. Alioquin, Abbas ipſe, ſecundùm literarum noſtrarum tenorem, ſupradicto monaſterio reſtituatur; & competenti ſine retractatione temporis, termino, coram veſtra, & fratrum noſtrorum præſentia Canonicè judicetur. G

XXVI, *Epiſtola.*

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum DEI Conrado Salzburgenſi Archi-Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sicut tua nuper adverſa cognovimus, ſic & proſpera cognoſcere optaremus. Si enim compateris, compatimur: ſi congaudes, & congaudemus. Porrò de fratre noſtro Ratisbonenſi Epiſcopo nôſſe te volumus, qualiter obedientiam Romanæ promiſſam Eccleſiæ obſervaverit; literas enim, quas per Abbatem S. Emmerami ad eum miſimus, primò parùm pendit, ſecundò nec accipere voluit, & latorem gravibus contumeliis affecit. Quamobrem H

nos

* eum.

nos * donec ſatisfaciat, ab omni Epiſcopa-
A li officio interdicimus, ſicut in literis, quas
ad eum miſimus, legere poteris, quas nimi-
tum ei per te volumus præſentari, ne aut de-
ſpiciantur, aut earum ſententia clàm habeatur.

XXVII. *Epiſtola.*

Henricus XXII. Epiſcopus Ratiſb. vide Hund. in Metropoli.

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervo-
rum DEI. Venerabili fratri Henrico Ra-
tiſbonenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam
benedictionem. Nos Eccleſiæ profectum
aliquem de te ſperantes, provectionis tuæ
minùs bona primordia toleravimus. Cæ-
terùm contra ſpem noſtram Romanæ Ec-
cleſiæ detrimentum afferre diceris, & pro-
miſſæ obedientiæ debitum aſpernari. San-
cti ſiquidem Emmerami monaſterium,
quod ad Romanæ Eccleſiæ pertinere cog-
noſcitur, ditioni noſtræ ſubtrahere niteris,
& noſtræ auctoritatis literas, quæ ad te per
ejuſdem monaſterii Abbatem miſſæ ſunt,
adeò contempſiſti, ut eum, qui ſecundas
B literas attulit, gravibus contumeliis affece-
ris. Nec illud minoris æſtimes fuiſſe deli-
cti, quòd ad Synodalem conventum literis
communibus evocatus venire penitus con-
tempſiſti. Tantum ergo Apoſtolicæ Sedis
contemptum omnino taciti præterire non
poſſumus. Repetitas itaque ad te literas
deſtinantes, hanc tibi præcepti legem præ-
figimus, ut infra dies XX. poſtquam api-
ces hos acceperis, transgreſſionem præteri-
tam pleniùs corrigas, ut videlicet Pavonem
Abbatem prædicto monaſterio integrè reſti-
tuas, & ab ejus deinceps infeſtatione deſi-
ſtas. Alioquin ab omni Epiſcopali officio
te noveris interdictum, donec præceptum
hoc efficaciter impleas, & nobis de con-
temptu noſtro juſtitiam exequaris.

XXVIII. *Epiſtola.*

C REverendo in Chriſto, Adelberto Dei
gratia, Salczburgenſi Archi-Epiſcopo
& Apoſtolicæ ſedis Legato, Conradus Sa-
binus Epiſcopus, ſanctæ Moguntinæ Sedis
Archi-Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Lega-
tus, totius devotionis & obſequii, promp-
tiſſimam exhibitionem. Confidenter & ſi-
ne hæſitatione ex puro conſcientiæ noſtro
theſauro profiteri poſſumus, & indubitanter
aſſeverare, magnificum & tranquillum Saltz-
burgenſis Eccleſiæ ſtatum intimo cordis &
virium deſiderio ſincerè hactenus fuimus
amplexati; quicunque verò in contrarium
D vobis tecitare machinatur, & ſuggerere, à
tramite veri procul illum deviare certiſſimè
dixerimus. Super verbo autem, quo Sig-
vvinus fratres Admontenſes pro decimatione
Micheldorf infeſtare non veretur, veſtra no-
verit diſcretio, eandem judiciali ſententia
cùm in noſtra præſentia litis controverſia mo-
ta foret, prædictis fratribus fuiſſe adjudica-
tam; nec eo contentus, dum rurſus idem
verbum proponeret; rurſus eandem itera-
ri ſententiam effeci, & denuò ipſam jam di- E
ctis fratribus adjudicare: quod etiam, ſi ne-
ceſſe foret, publico omnium, qui tunc præ-
ſentes aderant, teſtimonio in promptu ha-
bemus approbare. Quò magis iterum ab
infeſtatione eorundem fratrum jam dictum
Sigvvinum cohibere ſatagatis, veſtræ diſcre-
tionis prudentiam accuratè commonentes
in Domino exhortamur & rogamus.

Vide Serarium lib. 5. Rerum Moguntiacarum in Conrado primo.

XXIX. *Epiſtola.*

PAtri ac Domino * O. ſanctæ Friſingenſis
Eccleſiæ, reverendo præſuli, humilis F.
ſervitium tam devotum, quàm debitum.
Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus
eſt color optimus? Oſculo pacis dimiſſus,
de plenaria ſerenitatis veſtræ gratia ſecurus
à vobis diſceſſi. Italiam autem potiùs, quàm F
Franciam ſtudii cauſa petere, pro eo, quòd
hoc vobis commodum aiſtis futurum, dili-
genter à vobis rogatus, imò juſſus ſum; ubi
paratus ad omne ſervitium, veſtrum arden-
ter, prout injunxiſtis, præſtolabar adven-
tum. Jam verò ſerenitatem, cujus inſtinctu,
neſcio; ſed hoc ſcio, quòd non meo meri-
to, nimis obnubilatam nuper audivi, & non
modicè miratus vehementer dolui: Fertur,
vobis ſuggeſtum eſſe, quòd Romæ Bononiæ-
que ſiniſtris famam veſtram relationibus re-
ſperſerim: quod quàm ſit omni veritate va-
cuum, quàm nec veriſimile quis dubitet?
quippe cum illo vos in brevi venturum ex-
ſpectarem, & hoc non dubitarem ſtatim cog-
niturum. Novit Dominus, quòd ipſe Ro-
mam non veni, nec aliquem miſi, nec ali- G
quid mandavi, cùm nec Curiæ notus fuerim.
Noverunt & hi, qui mecum converſantur;
quorum hoc teſtimonio de facili probare
potero. Bononiæ non detraxi, ubi nulla
mala, imò multa bona multis de vobis lo-
cutus ſum, quod ipſi ſciunt, & teſtari po-
terunt.

* Forte Othoni.

Cùm autem in hac parte nihil mihi con-
ſcius ſim, eò videlicet, quòd poſt diſceſſum
meum, nec dictis, nec ſcriptis, nec factis
vos offenderim: dictis tamen & ſcriptis, &
factis abſens, neſciens & innocens graviſſi-
mè læſus ſum. Quòd ſi læſæ majeſtatis, vel
flagitii cujuslibet immaniſſimi reus arguerer,
priùs tamen conveniri, quàm proſcribi de-
bueram. Quieſcat ergo ira veſtra, minas H
remittat, enſem in vaginam revocet, nec
magnitudinis ſuæ mole me premat, æquita-
tem contra me proponat, deſtitutum re-
ſtituat; quia, Deo vitam annuente, meam
in hac re, luce clariùs, innocentiam pro-
babo.

XXX. *Epiſtola.*

A. Præpoſito & Decano cum univerſo
Friſingenſis Eccleſiæ Capitulo per om-
nia dilectiſſimo, humilis F. quidquid obe-
dientia debet, ac ſincera devotio valet. *Di-*

A *xi, quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam. Ecce elongavi fugiens*, ut manerem in mentis ſolitudine. *Sed cor meum conturbatum eſt intra me*, dum aquilo, non auſter perflavit hortum meum. Nuper enim audivi Dominum meum Epiſcopum, cujus inſtinctu, neſcio; ſed, hoc ſcio, quòd non meo merito, graviter adversùm me commotum, & non modicè miratus ſum. Oſculo namque pacis dimiſſus de plenaria ſerenitatis ſuæ gratia ſecurus ab eo diſceſſi. Italiam autem potiùs, quàm Franciam ſtudii cauſa petere, pro eo, quòd hoc ſibi commodum ait futurum, diligenter ab eo rogatus ſum: ubi paratus ad omne ſervitium ejus, ardenter, prout injunxerat, præſtolabar adventum. Fertur tamen ei ſuggeſtum
B eſſe, quòd Romæ, Bononiæque ſiniſtris famam ejus relationibus reſperſerim. Quod quàm ſit omni veritate vacuum, quàm nec veriſimile, quis dubitet? quippe cùm illuc eum in brevi venturum exſpectarem: & hoc non dubitarem ſtatim cogniturum. Novit Dominus, quòd nec ipſe Romam veni, nec aliquem miſi, nec mandavi aliquid; cùm nec Curiæ notus fuerim. Noverunt & hi, qui mecum converſantur, quorum hoc teſtimonio de facili probare potero. Bononiæ non detraxi, ubi nulla mala, imò multa bona multis de eo locutus ſum, quod ipſi ſciunt, & teſtari poterunt.

Cùm autem in hac parte nihil mihi conſcius ſim, eò videlicet, quòd poſt diſceſſum
C meum, nec dictis, nec ſcriptis, nec factis eum offenderim: dictis tamen & ſcriptis, & factis abſens, neſciens & innocens graviſſimè læſus ſum. Quòd ſi læſæ majeſtatis, vel flagitii cujuslibet immaniſſimi reus arguerer, priùs tamen conveniri, quàm præſcribi debueram. Vos itaque Patres & Domini, conſueta, de qua multum præſumo, clementia, ſubvenite, ſine cauſa oppreſſo, reſtitutionem ablatorum, ac deſtructorum, &c. *cætera deſunt*.

D

XXXI. *Epiſtola.*

AQuileienſi Patriarchæ. Significavit nobis dilectus filius noſter R. Abbas de Roſacio, ſe, ad expeditionem, contra conſuetudinem monaſterii ſui, à tua fraternitate compelli. Et quoniam non convenit, religioſos viros hujuſmodi tumultibus implicare, qui jugiter debent divinis obſequiis deſervire; Ergo tibi præſentium tenore mandamus, quòd eundem Abbatem in hac parte omninò infeſtare deſiſtas, neque ad id, quod ab officio ſuo penitus eſt alienum, aliqua eum ratione compellas. Si verò ab hominibus ipſius monaſterii hoc tibi deberi credideris, in præſentia venerabilis fratris noſtri Brixienſis Epiſcopi; cui cauſam ipſam determinandam & audiendam commiſimus, * ut, quod juſtum fuerit, mediante juſtitia, conſequaris.

Epiſtola hæc eſt alicujus Romani Pontificis, ùt & duæ ſequentes.

* *Deeſt verbum, compareas, vel ſimile quid.*

XXXII. *Epiſtola.*

E BRixienſi Epiſcopo. Venerabilis frater noſter Aquileienſis Patriarcha homines monaſterii de Roſacio ad expeditionem compellit: & hoc juſtè ſibi ab eis deberi, ſicut nobis ſuggeritur, aſſerit. Quia itaque, juſtitia mediante, volumus idem negotium ſub tua examinatione terminari; Ergo tibi præſentium tenore mandamus, quòd utramque partem ad tuam præſentiam evoces, & rationibus utriusque partis diligenter auditis & cognitis, quod juſtum inde fuerit, judices, & quod judicaveris, auctoritate noſtra facias ab utraque parte firmiter obſervari.

XXXIII. *Epiſtola.*

F AQuileienſi Patriarchæ. Ad Epiſcopalem ſpectat ſolicitudinem, religioſa loca diligere; &, ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, pro ſui officii debito, attentiùs providere. Inde eſt, quòd dilectum filium noſtrum R. Roſacienſem Abbatem, & monaſterium ei commiſſum, cui nunc Apoſtolicam tuitionem indulſimus, tibi propenſiùs commendantes; & tibi præſentium tenore mandamus, quòd Abbatem ipſum, & Eccleſiam ſuam, cùm regalia non poſſideat, nullatenus ad expeditionem contra ſuæ profeſſionis debitum compellas; neque ob id in aliquo gravare præſumas. Clauſtrum quoque ipſius non intres multitudine militum, ne illorum tranquillitatem turbes: G quorum quieti modis, quibus poteris, te convenit ſtudioſiùs providere. Ipſius etiam cœnobii poſſeſſiones hominum & equorum numerum excedens non devaſtes: illa, quæ ſubtraxiſti, reſtituas: Et, quod bonæ memoriæ G. quondam * Cordienſis Epiſcopus per manus tuas eidem monaſterio reliquiſſe cognoſcitur, ſine dilatione perſolvas. Inſuper Archidiaconum Eccleſiæ tuæ diſtrictè commoneas, ut homines ad prædictum monaſterium pertinentes, contra rationabilem & antiquam conſuetudinem per placita, vel aliis modis injuſtè fatigare deſiſtat, eúmque à novis & indebitis exactionibus ſacerdotum, Eccleſiarum, præfati cœnobii auctoritate Pontificali cohibeas. Præterea Vice Dominum & cæteros Canonicos tuos ab infeſtatione Abbatis & Fratrum ſæpe dicti monaſterii omnino deſiſtere compellas. Sed, ſi adverſus eos aliquam juſtitiam ſe habere putant, in tua præſentia, quod juſtum fuerit, conſequantur.

* *f. Concordienſis.*

XXXIV. *Epiſtola.*

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus dilecto ſuo A. H Friſingenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. Cùm cœli ſtupeant, & totus orbis contremiſcat, & cuncta turbari conſtet elementa à facie ſceleſtiſſimæ perfidiæ, à nece piacularis malitiæ, ab auditu nefandæ traditionis,

Videtur eſſe Albertus ſucceſſor Othonis.

ditionis, quam quædam civitates Longobar-
A diæ, Mediolanum ſcilicet, Placentia, Cremona, Bergamum, Brixia, Parma, Mantua, & Marchia Veronenſis contra noſtram majeſtatem, contra imperii honorem, ſine cauſa, ſine aliqua præcedenti culpa, commiſerunt, ſuper re tam horrida credimus nimirum *fidem tuam condolere, & omnia viſcera tua conturbari. Non enim in noſtram ſolummodo redundat rebellio perſonam; quia jugo dominationis noſtræ projecto, Teutonicorum imperium, quod multo labore, multiſque diſpendiis, ac plurimorum principum & illuſtrium virorum ſanguine emptum & hactenus conſervatum eſt, refutare & exterminare conantur; dicentes; *nolumus hunc regnare ſuper nos; nec Teutonici amplius dominabuntur noſtri.* Quia verò antequam noſtris temporibus imperium deſtrui patiamur, & in poſteros noſtros tantæ confuſionis & jacturæ diſpendia tranſmittamus, malumus honeſtam mortem, &c. *cætera deſunt.*

* Fidelitatem.

B
XXXV. *Epiſtola.*

HENRICUS Dei gratia Dux Auſtriæ, venerabili Admontenſi Abbati G. & fratribus ejus ſalutem & ſinceræ dilectionis plenitudinem. Magna & gravis injuria, à fratre veſtro Reginberto mihi eſt illata, quæ nec à viro converſo, nec ab aliquo non converſo, inferenda eſſet Chriſtiano. Sed quia univerſitatem fraternitatis veſtræ ſemper dilexi & diligo, priusquam ad aures multorum perveniret, familiariter à vobis juſtitiam expoſtulare decrevi, ſperans, qui veſtra propter Deum reliquiſtis, quòd aliena
C injuſtè retinere non curetis. Poſtquam conſanguinea mea aliquando Patavienſis Abbatiſſa, quam non parvo ſumptu meo in Græciam tranſmiſi, ab amico meo Rege Græcorum, & ab uxore ejus cum magna pecunia mihi fuiſſet remiſſa, ut in loco Neuenburgenſi, ſub obedientia illius Præpoſiti, deinceps reliquum vitæ religioſè & boneſtè ſub tuitione mea viveret; præfatus converſus, imò perverſus, curiam meam clanculo introivit; & pecuniam prætaxatæ Eccleſiæ & mihi miſſam, conſilio & auxilio fratris ſui, Gotefridi de Weternuch, fraudulenter & furtivè abduxit, & in cœnobium veſtrum transportavit.

Quo facto poſtquam de expeditione re-
D dii, & neptem meam tanta pecunia denudatam & ægrotam in domo mea inveni, & quod factum erat, multorum relatione didici, quid agerem, deliberavi. Fuit enim multorum conſilium, quia frater ille contra ordinis ſui propoſitum, ſic me tractavit, ut pecuniam meam duriùs, & quocunque modo poſſem, à vobis exigerem, & requirerem, parcens autem vobis adbuc, nolui; quia juſtitiam apud vos me invenire non dubitavi. Quamobrem dilectionem veſtram quàm intimè rogo; ut pecuniam
E mihi injuſtè ablatam quantocyus mihi remittatis, & de fratre illo juſtitiam mihi congruam faciatis. Quod ſi feceritis, ad omnem commoditatem veſtræ Eccleſiæ ſemper paratum invenietis; ſin autem; neceſſitas mihi incumbit pro poſſibilitate juſtitiam meam, omnibus modis expoſtulare.

Sed ne exiſtimetis, me iſta dicere vel agere, non cogente neceſſitate, ubicunque vobis placuerit, irrefragabili teſtimonio tam Eccleſiaſticarum, quàm ſecularium perſonarum probabo, pecuniam illam à Rege Græcorum mihi & Eccleſiæ Neuenburgenſi fuiſſe tranſmiſſam.

XXXVI. *Epiſtola.*

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus dilecto &
F fideli ſuo, Eberhardo venerabili Salzburgenſi Archi-Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. Intimamus dilectionis tuæ auribus, quòd nuntium tuum ideò tamdiu detinuimus, ut aliqua nova de negotiis noſtris, quæ per legatos noſtros Romæ tractabantur, per apices noſtros tuæ charitati panderemus. Cùm autem eſſemus in eorum quotidiana exſpectatione, & interim nuntii Papæ cum ipſis de verbo pacis, & concordiæ agerent, divina providentia, quæ in ſui diſpoſitione nunquam fallitur, ipſum Papam in nocte B. Ægidii de medio tranſtulit. De cujus obitu literas accepimus, & verò ſubſtituenda neceſſariò eſſet talis perſona, quæ ad univerſorum ſalutem fidelium, Eccleſiarum Dei ſtatum in unionem pacis reformaret, & ipſum Imperium ac fideles Imperii, honeſtiùs tractaret. Pro
G electione Pontificis facienda, jam in Romana Eccleſia partes eſſe audivimus, & plurimùm inde dolemus. Inde eſt, quòd pro hujus rei novitate tibi nuncianda, nuntium tuum dilectioni tuæ remittimus, fidelitatis tuæ ſinceritatem commonentes intimè, hortantes, & quàm maximè rogantes, ut ſi fortè pro aliquo Romanæ ſedis electo aſſenſus diſcretionis tuæ requiſitus fuerit, non ſtatim, quaſi præcipitata ratione, vel nobis inconſultis, favorem tuum adbibeas, ſed ne Imperium noſtris temporibus in ſe ipſum diviſum deſoletur, ad unitatem nobiſcum ſtudeas operam dare. Idem quoque tuis Suffraganeis & Coëpiſcopis nunciandum & præcipiendum attentiùs rogamus.

Loquitur de Adriano IV.

H Præterea dilectionem tuam volumus non latere, quòd juxta petitionem Regis Francorum venerabilem Legatum noſtrum Paplenſem Epiſcopum, prudentem ac diſcretum magnæque ſanctitatis virum, à curia noſtra tranſmiſimus, qui duo tanti nominis regna, Anglorum videlicet ac Francorum, ipſóſque Reges ad firmam pacem & ſtabilem amicitiam vice noſtra commoneat, auctoritate reformet, & ſupra firmiſſimum dile-

dilectionis & amicitiæ noſtræ fundamentum A cum omni plenitudine & integritate ſtabiliat. Noveris etiam, quòd hæc tria regna in tantam noſtræ voluntatis & dilectionis unitatem inclinata firmabuntur, quòd, ex quo primùm ſtabilita fuerunt, nunquam in tam concordi pace ligata manſerunt.

De cætero noſter prædictus Legatus hoc B verbum electionis de Romano Pontifice in cordibus eorum ita firmabit, ut ipſi unà nobiſcum unum inde velint ſapiántque, nec in aliquam perſonam ſavorem ſuum tam ſubitò ponant, niſi quam noſtrûm trium unicus laudaverit aſſenſus. De his autem omnibus per Alemanniam & Burgundiam & Aquitaniam apices noſtros direximus, univerſitatem fidelium hoc ſcire volentes, quòd ad Cathedram tanti regiminis, aliam perſonam nullatenus recipere intendimus, niſi quam ad honorem Imperii & quietem & unitatem Eccleſiæ unanimi & concordi aſſenſu fideles elegerint. Poſt reditum verò legatorum noſtrorum quæcunque de negotiis Imperii, & Eccleſiæ nobis attulerint, per majores nuntios noſtros fidelitati tuæ inſinuabimus, & ex conſilio diſcretionis tuæ univerſa tractabimus. Data in obſidione Cremæ 16. Kal. Octobris.

XXXVII. *Epiſtola.*

C REverendiſſimo patri & domino Eberhardo ſanctæ Salzburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo. Eberhardus Bambergenſis gratia Dei ſi quid eſt ex toto cordis affectu, cum oratione ſervitium devotiſſimum. Literis veſtris, beatiſſime pater, & Domine, utinam tam veritatis quàm charitatis judicio; magnificâſtis me ſuper me, ſed imperfectum meum viderunt oculi Domini, cui licèt indignus audeo dicere. *O Domine quia ego ſervus tuus & filius ancillæ tuæ*: totum autem & eſſe & poſſe meum, vobis eſt, & erit, annuente Domino, quoad vixero, in ſervitium; ac de bono eſſe, & ſtatu veſtro, tanquam de meo, congaudeo. Nuncius veſter aliquamdiu detentus in exſpectatione nuntiorum Domini & Imperatoris, ut de pace & concordia regni & ſacerdotii gaudium vobis annuntiaret: Nunc oportet, ut re- D ferat, non qualia vellemus nos, ſed qualia vult Deus, videlicet de obitu Domini Papæ Adriani, qui anginæ dolore defeciſſe dicitur. Deinde, prò dolor, de ſciſſura & diſſenſione Romanæ Eccleſiæ. Cancellario enim & aliis quibusdam Cardinalibus, Domino Bernardo Portuenſi Epiſcopo adhærentibus, quem ipſe Dominus Papa in noviſſimis ſuis ſibi ſubrogâſſe & deſignâſſe fertur ex nomine; Tuſculanus Epiſcopus cum aliis novem Cardinalibus valentioribus, Dominum Octavianum elegit in Apoſtolicum, cives Romani alii in partes diviſi, alii adhuc ſunt penduli: lis tamen in urbe eſt & conten- E tio & ſanguinis effuſio. A quibusdam familiaribus Domini & Imperatoris adnuntiatum eſt, quod ab his, qui ſenatores dicuntur, Domino Papæ ſepultura non conceditur, quoad usque Cardinales in urbe conveniant & exequiis ritè celebratis, in electione ordine canonico procedant. Veſtra nunc intereſt, ut nos & alii principes populorum congregati cum Domino Abrabam id ipſum ſentiatis, Deo ante omnia, deinde Cæſari debitum deferentes bonorem.

Annotatio.

F POſt hanc Epiſtolam, ſequebatur in Manuſcripto Codice alia Alexandri III. Pontificis ad Bononienſem Epiſcopum, Clerum, & Doctores. Sed extat apud Radevicum lib. 2. cap. 51. In fine poſt vocabulum *obſervavimus*; quo Epiſtola apud Radevicum terminatur; adjungitur in membranaceo Codice. *Duos quoque jam dictos fautores ejus Joannem de S. Martino, & Guidonem Cremenſem, & Ferentinatem Epiſcopum, qui ſcienter ei communicaverunt, eidem excommunicationi & damnationi decrevimus ſubjacere.*

XXXVIII. *Epiſtola.*

G EBerhardus Dei gratia Saltzburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus venerabili in Chriſto fratri * Raimundo Gurcenſi Epiſcopo, orationem in Chriſto & ſinceriſſimæ dilectionis affectum. Poſtquam à veſtra benignitate receſſimus, à Domino Patriarcba * optimè ſumus ſuſcepti & uſque ultra Tarviſium copioſiſſimè & honeſtiſſimè deducti. Ibi verò Domino ſavente, omnia complevimus, ſecundùm quod vobiſcum in conſilio conveneramus. Ipſe autem Dominus Patriarcba de reditu noſtro per omnes fines Epiſcopii ſui ſtudioſiſſimè ordinavit. Divina igitur favente gratia in converſione S. Pauli Richinburcb, ſi voluntas Dei fuerit, indubitanter erimus. Notificamus dilectioni veſtræ, quòd Papa Alexander Jeroſolymitanum & Archi-Epiſcopum Cæſareenſem, & quendam Franciæ Archi-Epiſcopum cum duobus aliis Epiſcopis conſecraverit, à quibus omnibus & aliis multis Epiſcopis, videlicet à Gradenſi Patriarcha, & ſuis Suffraganeis, à Piſano, & ſuis Suffraganeis, H Octavianus, excommunicatus eſt. Præterea multi Epiſcopi Longobardiæ & Tuſciæ nolunt recipere Octavianum; videlicet Papienſis, Veronenſis, Paduanus, Senenſis & alii, qui timent Deum, illi verò qui timent, ubi non eſt timor, recipient Octavianum timore potiùs, quàm amore. Nuntius Mediolanenſis Archi-Epiſcopi cum literis captus & excæcatus eſt à Palatino Comite, ſimiliter frater Francbo captus eſt, ſed quid de eo factum ſit, ignoramus. Præpoſitum Berteſgadenſem ad Imperatorem miſimus pro excuſatione noſtra, pro infirmitate, quæ nos cepit in via. Per quem miſimus duos

* *Lib. 2. Radevici cap. 71. vocatur* Romanus.
* *Aquilejenſi. Lege Radevicum lib. 2. cap. 73.*

A duos Somarios oneratos piſcibus & caſeis & 30. marcas.

• XXXIX. *Epiſtola.*

REverendiſſimo Patri & Domino Eberbardo Saltzburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo. Eberbardus Bambergenſis gratia Dei, ſi quid eſt, tam devotum quàm debitum cum oratione ſervitium. *Jam cinis eſt, ubi Crema fuit, quis Papa futurus, Catholici certant, & adhuc ſub judice lis eſt.*

XL. *Epiſtola.*

B FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus dilecto ſuo * R. Gurcenſi Epiſcopo gratiam ſuam & omne bonum. Dilectioni tuæ ſignificare dignum duximus, quòd Cremam 6. Kalen. Februarii, divina nobis auxiliante dextera, devictam funditus deſtruximus, ita tamen, quòd habitatoribus ſuis vitam tantùm ſupplicirer à nobis poſtulantibus in perſona propria pepercimus, quod quia tibi gratum eſſe indubitanter ſcimus, mandamus tibi, quàm intimè rogantes, quatenus unà nobiſcum omnipotenti Deo grates condignas agas, & ut is, qui ſalutem dat regibus, boſtium victoriam nobis tribuat, inceſſanter implotes. Præterea te ſcire volumus, quòd in omnibus gravaminibus & adverſitatibus tuis tibi tanquam dilecto ac fideli noſtro condolemus, & in reditu noſtro, vita comite, omnia mala tibi adverſantia ſedare intendimus. Data in Triumpho Cremæ 6. Kal. Februar.

* *Romano ſeu Reimundo.*

XLI. *Epiſtola.*

C FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus dilecto & fideli ſuo * P. venerabili Aquileiæ Patriarchæ gratiam ſuam & omne bonum. Literas à tua dilectione transmiſſas, ea, qua decuit benignitate ſuſcepimus, quarum tenore diligentiùs inſpecto, tuæ devotionis deſiderio ſatisfacientes, de ſtatu noſtro tibi reſcribimus & eventu, ut ſi fortè aliter, quàm res acciderit, apud te divulgatum fuit, veritatem tu ipſe cognoſcas & referas. Sumus itaque per gratiam Dei in bono ſtatu; quia ſalus & vita, & proſperitas nos & noſtra cum gaudio comitantur. Quia verò ſecundùm varium eventum belli diverſi diverſa referunt, hanc veritatem rei de nobis accipias.
D Quòd Mediolanenſes caſtrum quoddam nomine Sarkanum, ſitum juxta Cumas, cum ſua fortitudine obſederunt, & nos fideles noſtros, qui in Caſtro erant, liberare volentes, congregata multitudine Longobardorum infinita, ad locum acceſſimus, eóſque, qui noſtros obſederunt, ex omni latere obſedimus, ita, quòd nullatenus manus noſtras evadere poterant, niſi fortè ex deſperatione, vel ex periculo mortis, per nos & per medium exercitum noſtrum impetum facerent, & tranſire fugientes tentarent. E
Quod & ita contigit.

* *Piligrino ſeu Peregrino.*

Manè enim in Vigilia B. Laurentii ipſi armati per medios noſtros irruperunt, & quaſdam acies noſtrorum Lnngobardorum violenter penetraverunt, quibus nos cum Teutonicis noſtris quamvis paucis, adjunctis & aliquibus Longobardis, audacter & viriliter reſiſtentes obviam venimus, & ex utraque parte multi corruentes interiêrunt. Præterea vexillum eorum, quod in curru ſuperbè erexerant, in lutum dejecimus & deſtruximus, ibíque plusquam 30. eorum milites, qui ad cuſtodiam ſolius vexilli fuerant deputati, truncavimus, F
ipſóſque per Dei adjutorium viribus noſtris in fugam convertimus, & ad caſtra ſua retro cedere compulimus, campúmque cum honore & victoria tenuimus, quamvis Longobardi innumerabiles à latere noſtro per fugam receſſiſſent, quamvis etiam interfectis aliquibus de noſtris magnum damnum recepiſſemus; illi profectò tot & tanta damna ſuorum acceperunt, quòd nos damna noſtra, reſpectu illorum, nulla reputavimus. Cùm enim corpora ſuorum occiſorum ipſi recolligerent, 75. currus ad civitatem Mediolanenſium transferrent; non fuit currus aliquis, in quo tres vel quatuor mortui non jacerent. Sic hoſtibus fugatis nos ad Cumanam civitatem cum multis captivis reverſi ſumus. Qui aliter de nobis prædicant, ſcias, non eſſe Evangelii, quæ Evangelizant.

Quicunque etiam ſtatum Reverendiſſimi G
Papæ Victoris minorari & attenuari prædicant, ſcias, omnino falſum eſſe, quia jam multa regna Hiſpaniæ, Ungariæ, Daciæ, Boëmiæ, Comes quoque Barboli & Comes S. Ægidii cum tota provincia & Burgundia ei obediunt, & de die in diem dilatatur & creſcit: Scire præterea debet tua dilectio, quòd omnes principes Alemaniæ expeditionem noſtram promiſerunt & juraverunt, omnémque ornatum * garſionum & variorum communi conſilio poſtpoſuerunt, ſolis cibariis & armis contenti in ipſa expeditione. Unde quia ſicut perſona tua grata nobis eſt; ita & neceſſaria, mandamus dilectioni tuæ, & fidem tuam monemus, ut de honore Imperii noſtri ſicut alii Principes & H
fideles noſtri, cogites & diſponas, & 14. die poſt Paſcha cum honeſta militia ad nos Papiæ venias, certus exiſtens, quòd nulli Principum expeditionem remittemus, quamvis multi quærant abſolvi, & quicunque remanebit, contra noſtram voluntatem remanebit. Si verò ante hunc terminum nos videre volueris, gratum valdè eſt nobis. Veruntamen hoc pro conſtanti habere debes, & tenere, quòd ab expeditione tuam perſonam nullo modo abſolvemus.

Hyperbola Schiſmatica.

* *Garſionum.*

A

XLII. *Epiſtola.*

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus Eberhardo, Saltzburgenſi Archi-Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. Tuam experientiam minimè latere credimus, qualiter non pro cumulandis divitiis ad uſum noſtrum aut filiorum noſtrorum, ſed ſolummodo ad pacis reformationem & augmentum Imperii diſpendio tam rerum noſtrarum, quàm fidelium noſtrorum inſtantia, etiam attritione proprii corporis laborâſſemus inceſſanter: Nunc verò, quia contumacia Mediolanenſium à primævo pacis inimicorum & Eccleſiarum temeratorum bono noſtro propoſito, inſtinctu diaboli, obſtare pro viribus nititur, te unà cum aliis Principibus, cæteriſque Imperii fidelibus in ſubſidium noſtrum evocare decrevimus. Unde dilectioni tuæ mandamus, atque ſub debito fidelitatis præ-
B cipimus, quatenus omni occaſione poſtpoſita, cùm membrum Imperii cenſearis, & hactenus ſibi fidelis extitiſti, ne regnum aliquatenus in tempore noſtro vacillet & diminutionem ſentiat, cum militia tua 14. die poſt Paſcha Papiæ exercitui noſtro accedas. Nam quicunque nobis in auxilium occurrerint, nos & ſucceſſores noſtros dita-re & ſublimare diligenter intendere incunctanter ſcias, quia finem toti negotio noſtro cum victoria brevì, ùt arbitramur, Dei nutu imponemus. Si quis autem ſe ounc temporis aliquatenus ſubtraxerit, hunc nec nobis nec Imperio noſtro fideles eſſe cenſeamus.

C

XLIII. *Epiſtola.*

ALexander Epiſcopus ſervus Servorum Dei venerabilibus fratribus Saltzburgenſi Archi-Epiſcopo, ejúſque Suffraganeis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pro illis tribulationibus & preſſuris, quas mater noſtra ſacroſancta Romana Eccleſia paritur à filiis Sathanæ, tantò majorem credimus vos dolorem ac mæſtitiam concepiſſe, quantò conſtat vos inter alias perſonas Eccleſiaſticas ferventiorem & devotiorem &, reverentiorem exhibere. Qualiter autem Fridericus Romanus Imperator circa eandem Romanam Eccleſiam in præſenti ſe babeat, & olim habuerit, & qualem erga eam animum gerat, qui utrique
D ſpecialis ejus advocatus deberet & defenſor exiſtere, multis rerum iudiciis, à longis retro temporibus, ad diſcretionis veſtræ notitiam non ambigimus perveniſſe. A tempore ſiquidem bonæ memoriæ anteceſſoris noſtri Adriani Papæ, & ab exordio dignitatis ſuæ, cepit ſanctam Eccleſiam Romanam, tanquam Tyrannus opprimere, & non mediocriter infeſtare: Archi-Epiſcopos & Epiſcopos à ſede Apoſtolica redeuntes in ignominiam & detrimentum Eccleſiæ plerumque capi turpiter & inhoneſtè præcepit, eóſque fecit carceris cuſtodiæ mancipari.

Hæc leguntur etiam in epiſt. Alexandri ad Arnulphum Lexovienſem Epiſc. Tom. XII. Baro. anno M. C. L X.

Nos quoque in minori quondam officio conſtitutos, qui cum venerabili fratre noſtro Bernardo, nunc Portuenſi Epiſcopo, ad eum fuimus delegati; qualiter apud Biſuncium ipſe tractavit, & quàm dignè receperit, noo opus eſt nos in præſenti referre; quia credimus, vos id ipſum plenariè cognoviſſe. Vivente etiam prædicto anteceſſore noſtro Adriano, patrimonium B. Petri violenter invaſit, & eandem Romanam Eccleſiam niſus eſt modis omnibus conculcare. Ita quòd à pluribus dicebatur, & fama quaſi communis habebatur, quoniam eo ſuperſtite, Octavianum, qui ſemper fuit domeſticus Eccleſiæ inimicus, ordinare Apoſtolicum, imò apoſtaticum, ſi opportunitatem acciperet, intendebat. Quia verò, illo vivente, omnipotens Deus non permiſit eum tantam malitiam exercere, poſt mortem ejus opportunitate ſuſcepta prædictum Octavianum Schiſmaticum, Simoniacum & maniſeſtiſſimum invaſorem (qui cum tribus tantùm maliriæ ſuæ complicibus, ſicut totus penè mundus agnovit, poſt canonicam & F uoanimem electionem noſtram, mantum arripuit, & ita ſe ipſum damnabili præſumptione intruſit) in tanta iniquitate modis omnibus manu tenuit, & quicquid ille fecit ſolo favore, potentia & auctoritate ipſius & nunciorum ſuorum, qui in urbe præſentes extiterant, eum feciſſe abſque ambiguitate tenemus. E

Unde ad confirmationem ipſius, imò ut omnem videretur in Eccleſia Dei auctoritatem habere, Archi-Epiſcopos & Epiſcopos, atque alios Eccleſiarum Prælatos, apud Papiam contra ſacrorum inſtituta canoonm convocavit. Ille autem, ſicut homo, qui nec in Deo, nec in juſtitia confidebat, in ipſius Imperatoris præſentia, velut pro certo accepimus, inſignia Pontificatus abjecit, G ſicut & in noſtro & fratrum noſtrorum aſpectu, dum Romæ nos olim teneret incluſos, ſuam malitiam recognoſcens facere voluit, ea quidem conditione ſervata, ut nos ei poſtmodum reddere deberemus. Sed cùm nos ea recipere ſub bac conditione nollemus, ipſe in ſua pertinacia & damnabili præſumptione permanſit.

Cæterùm ut prædictus Imperator Eccleſiam Dei ſuæ videretur ſubjugare & ſuppooere ditioni, & eam in ſupremam redigere ſervitutem, memorato apoſtatico, ſicut nobis dictum eſt, pontificalia inſignia reddidit, & cum de Papatu, quod eſt à ſeculis H inauditum, per annulum, prout dicitur, inveſtivit, quoſdam & Epiſcopos, aliis diſcretioribus & boneſtioribus occultè de illo conciliabulo fugientibus, ei reverentiam exhibere laicali violentia, & tyrannica oppreſſione coëgit. Sic enim reges & principes diverſarum partium ſibi intenderet tum ſpirituali, tum materiali gladio ſubjugare, ſi in

in hac parte, quod abſit, ejus nefandiſſi-
A mum propoſitum prævaleret. Provideat itaque veſtræ diſcretionis prudentia, qualiter ſponſa Chriſti per illam inconſutilem ejus tunicam figurata, quæ nec dividi poterat, nec receperat ſectionem, à tanta ignominia, & inaudito opprobrio liberetur, & ne peſtis illa in exemplum poſteris transfundatur, diligenter efficere ſtudeatis, & omnibus modis laborare. In devotione quoque matris veſtræ ac fidelitate ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſicut viri Catholici, & in fide ferventes immobiliter perſiſtatis, proviſuri attentiùs, ne blandiciæ cujuslibet aut terrores, ab unitate Eccleſiæ animos veſtros, quod abſit, debeant aliquatenus dimovere.

Sanè nos ipſius Imperatoris immenſam iniquitatem, & tantam perfidiam attendentes, communicato fratrum noſtrorum Epiſcoporum & Cardinalium, & aliorum re-
B ligioſorum conſilio, tam ipſum Fridericum, non jam Imperatoris officium, ſed quæ tyranni ſunt, exercentem, quàm prædictum Octavianum Schiſmaticum & Octonem Comitem Palatinum, atque omnes principales fautores eorum in cœna Domini, cœtu clericorum, & multorum virorum nobilium in Eccleſia congregato, accenſis candelis publicè excommunicavimus, & tradidimus hujusmodi Sathanæ in interitum carnis, ut ſpiritus eorum ſalvi ſint in die Domini. De communi fratrum noſtrorum con-
C ſilio atque voluntate, vos omnes ſpecialiter & communiter univerſos à fidelitate, quam ei feciſtis, & ab omni debito Imperii, ex parte Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate Apoſtolica abſolvimus, ita, quòd in nullo ei de cætero teneamini obedire, ſed potiùs in remiſſionem vobis injungimus delictorum, ut contra eos, quos ipſe per tyrannidem ſuam ſibi ſubjugare, opprimere & vaſtare voluerit, nullum ei conſilium vel auxilium miniſtretis. Data Anagniæ. II. N. Aprilis.

XLIV. *Epiſtola.*

ALEXANDER Epiſcopus Servùs Servorum Dei. Venerabilibus fratribus. Henrico Grandenſi Patriarchæ, ejúsque Suffraganeis, Paduano, Veronenſi, Tarviſano, Ferrarienſi, Vicentino & univerſis Epiſcopis, Abbatibus, aliiſque Eccleſiarum Prælatis per Marchiam conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Licèt aliquando B. Petri navicula quatiatur à fluctibus, licèt
D Hæretici & Schiſmatici Eccleſiam Dei opprimere moliantur, exurgit tamen divina potentia, & in electis ſuis mirabiliter operatur, eáque per ſuam gratiam tranquilla efficiuntur, ac ſerena, quæ fuerunt hactenus procelloſa. Noverit ſiquidem diſcretionis veſtræ prudentia, nos divina præeunte gratia 8. Id. Junii urbem tenuiſſe, & à clero ac populo Romano apud Eccleſiam S. Mariæ E
Novæ cum Pſalmis, Hymnis & laudibus ſolenniter, & cum omni honorificentia fuiſſe receptos, ibíque Eccleſiaſticæ veritatis adverſariis omnino confutatis, ad honorem Dei & B. Petri Apoſtolorum Principis commiſſum nobis officium exercemus.

Sequenti quoque die Dominico poſt ingreſſum noſtrum, præſentibus fratribus noſtris, & Clero, ac Populo in Lateranenſi Eccleſia congregato, in omni quiete & pace ibidem Miſſarum ſolennia celebravimus. Quia igitur de veſtræ devotionis conſtantia & fidei puritate, plenam admodum fiduciam obtinemus, charitatem veſtram per Apoſto- F
lica ſcripta rogamus, monemus & exhortamur in Domino, quatenus ſicut bene & laudabiliter incepiſtis, in fidelitate & devotione ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matris veſtræ firmi atque immobiles perſiſtatis, & alios ad hoc idem modis omnibus inducatis. Confidimus ſiquidem & ſperamus in Domino, quòd auctor & caput ſchiſmatis, omnéſque ſectatores ipſius, ita ad nihilum ſint redacti & penitus conculcati, ut nihil ſit de cætero, in quo vel modicum valeant reſpirare. Data Romæ apud ſanctam Mariam Novam 18. Kal. Junii.

XLV. *Epiſtola.* G

FRidericus Dei gratia Romanorum Imp. ſemper Auguſtus fideli ſuo Eberhardo venerabili Salzburgenſi Archi-Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. Quantò majori largitate anteceſſorum noſtrorum, Regum & Imperatorum Eccleſiam Salzburgenſem decoratam fuiſſe cognovimus, eò majori pietate & ampliori dilectione dignitatem Salzburgenſis Eccleſiæ ſemper fovere ſtuduimus, & omnibus modis promovere. Inde cùm nos de te, tanquam de excellentiori & clariſſimo principe noſtro plurimum ſperaremus, & in tuæ ſanctitatis Reverentia in neceſſitatibus ſanctæ Eccleſiæ Dei & Imperii, non modicam fiduciam haberemus, cùm ſtatus Eccleſiæ Dei in pendulo nutaret ad Papienſem curiam, ubi tam Eccleſiaſtici principes, quàm ſeculares pro gloria Dei & honore Imperii promovendo ſolenniter convenerant, tuam perſonam H
ſacris apicibus noſtris & nunciis evocavimus, & quare non veneris, admodum nos admirati ſumus. Præterea indicto generali concilio pro neceſſitatibus Imperii & Eccleſiæ celebrando in Dominica *Vocem Jucunditatis* tuam ſanctitatem, tuam reverentiam ſcriptis & nunciis iteratò ſollicitavimus, & attentiſſimè rogavimus, ut diligenter perſpectis ſchiſmatibus & preſſuris, in quibus ſancta Dei Eccleſia fluctuans laborabat, tuam laudabilem præſentiam ſacro conventui exhiberes, & ad tollenda de medio tanti mali ſcandala prudentiæ tuæ conſilium, opém-

que neceſſariam negotio tam arduo non negares; ſed nec ſic tuam perſonam evocare valuimus. Unde quia tua res agitur, paries cùm proximus ardet, & quia publica res iſta fuit, non privata; nam de animarum ſalute agebatur, miramur nos primitus, mirantur & univerſi principes noſtri tam ſeculares, quàm Eccleſiaſtici, qui ad excolendam vineam Dei non timuerunt portare pondus diei & æſtus, quare te ſubtraxeris, & magna ſuſpicione te ſuſpectum habent, quòd in tempore tribulationis te ipſum quaſi murum inexpugnabilem pro domo Iſraël, non oppoſueris. Mandamus itaque tuæ diſcretioni, monentes, & ſtudioſiùs te rogantes, ut remota omni occaſione & dilatione tuam ipſius præſentiam in proxima Nativitate ſanctæ Dei Genitricis Mariæ nobis & Curiæ noſtræ exhibere non differas Cremonæ aſſumpto tecum fideli noſtro venerabili Epiſcopo Brixienſi.

Eberhardus venire abnuit, ne Schiſmaticorum communione macularetur.

XLVI. *Epiſtola.*

FRiderico Romanorum Imperatori ſemper Auguſto Eberhardus Juvavienſis Eccleſiæ miniſter indignus tam devotum quàm debitum ſervitium & orationis affectum. Literas dignationis veſtræ nuper accepimus, in quibus reſpectum gratiæ veſtræ circa nos cognovimus, in quibus etiam veſtræ majeſtatis excellentia præſentiam perſonæ noſtræ ſibi mandavit exhiberi. Nos igitur conſiderantes auctoritatem mandati veſtri, & difficultatem executionis ejusdem, utrobique coarctamur, ne vel auſu temerario videamur imperiali contraire mandato, vel difficultatum preſſi pondere ab ejusdem executione retrahamur. Denique ut omittamus cætera, locus & tempus, quando & ubi præſentiam noſtram vobis ſumus exhibituri, valde ſunt nobis contraria. Præterea tota noſtra provincia ſic ſubitanea calamitate bellorum & incendiorum opprimitur, ut niſi divina gratia & veſtra imperiali ſublevetur auctoritate, in deſolationem tota redigatur. Veruntamen per omnia bæc iter quidem noſtrum retardari neceſſe eſt, ſed non impediri; niſi divina nobis voluntas obſtiterit, ullo modo putamus, ſi tamen per veſtram excellentiam ſecundum babere poſſimus conductum. Ad cujus rei certitudinem cognoſcendam, præmittemus ante nos nuntium noſtrum. Dominus ad tuendam & conſervandam pacem & unitatem Eccleſiæ ſuæ illuſtratione ſpiritus ſui cor noſtrum inclinare & confortare dignetur.

XLVII. *Epiſtola.*

FRridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Eberbardo, venerabili Salzburgenſi Archi-Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. Cùm ſacri Imperii noſtri diſpoſitio conſilio principum, & maximè religioſorum, frequenter indigeat, cur toties rogatus à nobis & diligenter invitatus, ſemel ſaltem ad Feſtum B. Mariæ Virginis venire nolueris, de prudentia tua ſatis mirari non poſſumus, ſed & univerſis Principibus Imperii admodum videtur extraneum. Præterea cùm Saltzburgenſis Eccleſia tantò amplioris ſervitii debito teneatur Imperio, quantò ampliùs ab Imperiali munificentia præ cæteris ditata & exaltata, collatis ſibi beneficiis & honoribus gaudere dignoſcitur, miramur & de ratione non videmus, quare in ſummis Imperii neceſſitatibus, quibus tanto jam tempore tam fortiter, auxiliante Deo, inſudavimus & inſudamus, tanti ſervitii intolerabilem defectum perferre debeamus.

Cùm igitur quantumcunque religioſi ab ipſa veritate, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari reddere jubeantur, & tua dignitas non ſolùm qualicunque pecunia, ſed & perſonis & armatura laboribus noſtris adeſſe debeat; per hæc imperialia ſcripta tuæ fidelitati tam præcipiendo quàm rogando mandamus, quatenus ad proximum Paſcha pro magnitudine facultatis & debiti, cum militia nobis ſuccurras, & 15. die poſt diem Paſcbæ in campo Veronæ cum reliquis exercitibus te præſentes, téque ita facturum nunc ſtatim in manu præſentium latoris, capellani & nuncii noſtri Burenſ. colon. fideli & firma promiſſione certificare non differas. Quòd ſi animum prudentiæ tuæ ab his averteris & omnino nolueris venire, indubitanter ſcire te volumus, quòd nos, favente & ſemper nos præcedente Dei clementia, cum conſilio principum & religioſorum ita de Saltzburgenſi Eccleſia ordinabimus, ut & honor Dei & religio non imminuatur, & debitum ſervitium Imperio de cætero rationabiliter exſolvatur.

XLVIII. *Epiſtola.*

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, fideli ſuo. * A. Venerabili Gurcenſi Epiſcopo; gratiam ſuam & omne bonum. Cùm ab ipſa veritate omnis homo, ſed & quantumcunque religioſus, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari reddere jubeatur, & Saltzburgenſis Eccleſia, quàm maximi ſervitii debito, ſacro teneatur Imperio, mirari non ſufficimus, quare Saltzburgenſis Archi-Epiſcopus toties rogatus, & vocatus, non ad conſilium, non ad expeditionis auxilium venire voluerit, & terminum, quem per proprium Capellanum ſuum nobiſcum in Feſtum B. Mariæ condixerat, tam incuratè neglexerit. Nunc autem per præſentium latorem fidelem Capellanum noſtrum B. Col. iterum ad expeditionis auxilium cum perſonis & armaturis ipſum evocavimus, & ut tua diligentia ad id faciendum eum ſtudioſè commoneat, ſolerter & intenſiſſimè rogamus. Quòd ſi pro conſue-

**Romano, ſeu Reimundo.*

A ſuetudine ſua venire noluerit, de contemptu & injuria tam tuæ dilectioni conquerimur, quàm & omnibus Imperii Principibus ibi conqueri neceſſarium habemus.

Nos autem, ſi neceſſe fuerit, de Saltzburgenſi Eccleſia ita cum conſilio principum & religioſorum ordinabimus, quòd & honor Dei non diminuetur, & religio Eccleſiæ non ſubvertetur, ſi, Deo volente, Imperio debitum ſervitium exſolvetur. Novit Deus, qui corda ſcrutatur, quòd nos virtutem in quolibet homine, magis autem in eo, cujus propoſitum in virtutibus decoratur, diligi-
B mus & reveremur; & niſi ſupremis injuriis coacti, ad moleſtiam cujusquam, non niſi multùm inviti provocamur. De cætero præfatum Capellanum noſtrum dilectioni tuæ committimus, ut ex parte noſtra diligenter audias, & ad ea, quæ ei dedimus in præceptis, ipſum conſiliis & conductu adjuves, quatenus & pro his & pro omnibus fidelibus ſervitiis tuis & multa dilectione tua vobis ad promerendum ſemper ſumus attenti.

XLIX. *Epiſtola.*

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Eberhardo, venerabili Saltzburgenſi Archi-Epiſcopo gratiam ſuam & omne bonum. Inter anxias & innumeras tribulationes, quibus, exigentibus peccatis hominum, jam diu univerſa-
C lis laborat Eccleſia, conſilium religionis tuæ multo tempore requiſivimus, ut diſcretio tua, quæ directo tramite ad ſummum bonum attingere nititur, iter ſalutis nobis oſtenderet, & ab errore minùs eruditorum animos declinaret. Non ſolùm autem præſentiam tuam admodum neceſſariam Imperio ſubtraxiſti, verùm nos & omnes principes & fideles noſtros, ſecus quàm decet honeſtatem tuam, immoderatis verbis cum offenſione aggravâſti. Sanè cùm legationis tuæ nuntius ad nos veniſſet, & ſervitium pecuniæ tuæ pro redemptione expeditionis nobis obtuliſſet, nos communicato cum
D principibus noſtris conſilio, pecuniam tuam cum honore non potuimus accipere, quia noſtræ conſuetudinis non eſt, alicuius pecuniam accipere, & odium etiam inter eum retinere. Cùm autem, ſicut decet imperialem excellentiam, nobis perſonam tuam exhibueris, tunc nos magis de tuo adventu gaudere poterimus, & de inſtanti neceſſitate Imperii & Eccleſiæ tecum & cum cæteris Imperii Principibus tuo conſilio ſalubriùs tractare poterimus & ordinare.

L. *Epiſtola.*

REverendo in Chriſto patri & domino, Eberhardo Sanctæ Saltzburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo, Eberhardus Bambergenſis, Dei gratia, ſi quid eſt, verba qualiacunque labiorum & devotum ſervitium. Omiſſis omnibus ambagibus & pompis verborum, ſignificare vobis decrevimus, quæ ſubſcripta ſunt. Ita principis, quæ adverſus vos & Eccleſiam veſtram vehementer exarſerat, Deo gratias, mitigata eſt, & adhuc, ſi quæ ſcintillula remanet, ſi volueritis, ſatis leniter poteritis extinguere veniendo ad eum, & præbendo cum alloquio ſalutis tantummodo conſilium. Tuba concilii per omnes vicos vociferare, non deſinat. Quod ſi factum fuerit, videbitur abſque dubio gloria Dei in nobis. Unde autem hoc, vel quomodo, non hoc tempore quæratis, ſed cùm factum fuerit, credatis. Quædam nuncio veſtro fide ſilentii præbita oſtendimus, quæ in aurem dicta & non ſuper tecta prædicare rogamus, & obſecramus in Domino, & ex dictis multa non dicta poteritis percipere. Si venire volueritis, nullam F
coactionem timeatis, non unam verò tantùm animam, ſed multa millia animarum Deo lucrari poteritis, ipſo cooperante & adjuvante. Comites autem ſint Moyſi, Joſue & Hur, hoc eſt, Brixinenſis & Gurcenſis Epiſcopi. Ad ſubveniendum incendio non eundum, ſed currendum eſt. Ignorare vos nolumus, quòd Ferrariam miſſi à domino Imperatore, moram ibidem faciemus ad diſcordiam & ſeditionem componendam, quæ ibi exortæ ſunt, ne civitas pereat, cujuscunque poſtmodum futura ſit. Si quid mihi de ſtatu veſtro ſignificare volueritis, toto menſe Januario ibi me nuntius inveniet. Noſtra omnia, quæ in Carinthia, vel in aliis partibus noſtris ſunt, veſtræ protectioni committentes rogamus, ut de noſtris, tanquam de veſtris, cogitetis & præcipiatis.

LI. *Epiſtola.* G

VEnerabili in Chriſto ac dilecto ſuo Domino Eberhardo Juvavienſi Archi-Epiſcopo, *V. Dei gratia ſacri palatii Cancellarius devotum cum intima dilectione ſervitium. Literas veſtræ paternitatis, ùt decuit, cum debita veneratione ſuſcepimus, in quibus hanc petitionem accepimus, ut animum Domini Imperatoris mitiorem reddamus; in quo ex officii noſtri debito hactenus laboravimus, ac laborare non ceſſabimus, tum pro Reverentia veſtræ paternitatis, tum pro antiqua, ſi reminiſci dignamini inter nos habita familiaritate; ſi tamen, prout per Capella- H
num veſtrum Dominum. Θ nuper in mandatis accepiſtis, perſonam veſtram Domino Imperatori exhibuiſſetis, omnia negotia veſtra commodiorem vobis finem accepiſſent. Sicut autem in præſentiarum tempus, & negotium veſtrum poſtulare dignoſcitur, mea fide, quam vobis ſemper obſervare volumus, veſtræ prudentiæ attentiùs conſulimus, ut nunc tandem, ſicut in mandatis accepiſtis, quacunque corporis debilitate ſeu fatigatione perſonam Domini Imperatoris viſitare nullatenus omittatis, ut de ſtatu Eccleſiæ familiariter vobiſcum conferat, & juxta pru-

* Udalricus.

A ta prudentiam à Deo vnbis conceſſam, conſilium veſtrum audiat. Sciatis enim procul dubio, quòd ſine aliqua coactione ſeu gravamine imò cum honore poſt familiare colloquium ad Eccleſiam veſtram remeabitis.

LII. *Epiſtola.*

EBerhardus Saltzburgenſis Eccleſiæ indignus Miniſter. G. venerabili Admontenſium Abbati orationes & fraternam in

B Chriſto dilectionem. Vulgò dicitur, quia *grando non ſemper ſequitur tonitrua;* ſed nos magis prophetico teſtimonio inclinamus aurem, in quo canimus: *qui producit ventos de theſauris, & fulgura in pluviam fecit:* ſic ſemper lætis triſtia & triſtibus læta ſuccedunt. Vos audiſtis, quanta tonitrua & quales comminationes literæ Domini Imperatoris ſuper nos inſonuerunt; ſed Dominus, in cujus manu corda Regum, fecit nobis eum placabilem, ita, ut adhue deſideret præſentiam noſtram ſibi exhiberi, promittens nobis ſecurum conductum in eundo, & redeundo, & nullam nobis coactionem vel violentiam illaturum. Præterea præſentiam Domini Brixinenſis & · eſtram deſiderat, quod etiam Dominus Brixinenſis non abnuit. Unde rogamus quàm intimè dilectionem veſtram, ut ad complendum deſiderium ejus nobiſcum laborare velitis. Valete & orate pro nobis.

LIII. *Epiſtola.*

C EBerhardus Dei gratia Saltzburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus. G. venerabili & dilecto Admontenſium Abbati orationes & fraternam in Chriſto dilectionem. De ſtatu noſtro ae de qualitate itineris, vobis utpote congratulaturo ſignificamus, ſecuram quidem & optatam habentes viæ proſperitatem. Uſquequaque bene recepti ſumus. Brixiæ, Tridenti, & Veronæ, multúmque honorifieè tractabamur. Inde cùm Cremonam veniſſemus, ubi Octavianus eum ſuis Cardinalibus habitabat; etiam rogati, eum & ſuos nec videre nec audire voluimus. Unde indignatus ille Cardinales ſuos, duos ad Dominum Imperatorem præmiſit, qui

D ejus indignationem adverſum nos moverent. Nos verò Papiam pervenientes, à Domino Imperatore honeſtè ſuſcepti familiariter tractabamur. Inde cùm Mediolanum venientes Feria 6. ante Palmas, præſentibus; imò ad hoc convocatis Cardinalibus, prædictis, & 12. Epiſcopis, aliíſque pluribus principibus requiſiti ſumus à Dmmino Imperatore, quam partem elegerimus, & electam prorſus tenere deliberaverimus; nóſque clarè Alexandrum nos recepiſſe, & hanc partem magis nos approbare diximus; nihílque ſuper hoc gravaminis à Domino Imperatore ſuſtinuimus. Porrò verò Cardinales importunis nos collationibus circumvenire

E cœperant, quibus cùm nollemus communicare, ſupervacaneum duximus, præter pauca verba, reſpondere eis. Subverſum eſt Mediolanum, & ſicut fecerat, fecit ei Deus. Deo propitio, aut ante feſtos dies, aut infra, ſperamus accepta licentia ad noſtra repedare. Valete & orate pro nobis.

F

LIV. *Epiſtola.*

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, dilecto ſuo. R. Gurcenſi Epiſcopo gratiam ſuam & omne bnnum. Dignum æſtimamus, ut ii, qui tribulationibus noſtris, & Imperii perſonarum periculo, & rerum diſpendio, hactenus fideliter communicaverunt, ab eo, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, & conſolationis gaudia recipiant, & feliciſſimis eventibus noſtris, ae glorioſiſſimis triumphis, quales nulli anteceſſorum noſtrorum conceſſos eſſe credimus, grata viciſſitudine participent & glorientur. Tuæ igitur dilectioni, quoniam omnem honorem noſtrum ſitibundo pectore anhelare luce clariùs conſtat, ſignificandum duximus: quod in virtute Dei, per quem reges regnant, & potentes faciunt juſtitiam, felicem & glorioſam de Mediolano victoriam cum omni plenitudine honorum adepti ſumus. In Kalend. enim Martii, videlicet prima die menſis, hoſtes Imperii Mediolanenſes ſummota omni ſimulatione fraudis, qua in prima deditione nos circumvenerunt, ſumma neceſſitate famis & inediæ coacti, ad Curiam noſtram apud Laudam venerunt, & nudos gladios in cervicibus ſuis ferentes, & Majeſtatis reos ſe profitentes, perſonas, res ipsámque civitatem, abſque omni tenore,

G & ſine conditione interpoſita, in noſtram partem cum plenaria deditione reddiderunt. Ex ſententia igitur divina, cujus judicia abyſſus multa, qui frangit omne ſuperbum; ne de cætero prædictis hoſtibus occaſio malignandi, vel facultas rebellandi præſtetur, foſſata complanavimus, muros ſubvertimus, turres omnes deſtruximus, & totam civitatem in ruinam & deſolationem ponimus, ſicque ad promovenda alia negotia, & ad plenariam Imperii reformationem exercitum noſtrum & aquilas triumphales, prout voluerimus, convertemus.

Similis epiſtola Friderici ad Eberhardum Archi-Epiſcopum Saliſb. extat in Chronico Reicherſpergenſ. anno M. C. LXII.

H

LV. *Epiſtola.*

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei venerabili fratri Eberhardo Saltzburgenſi Archi-Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad hæreſes & ſchiſmata reſecanda, viri Catholici & in fide ferventes viriliter debent aſſurgere, & illorum præſumptione ſe murum & antemurale pro juſtitia & libertate Eccleſiæ defendendo potenter opponere, qui ſacroſanctam Eccleſiam per inconſutilem Chriſti runicam, quæ nullam recipit ſectionem, in Evangelio figura-

Digitized by Google

guratam, laniare conantur. Sic enim &
A grana à paleis ſeparantur, & qui probati
ſunt, manifeſti fiunt, ut valeant dicere cum
Apoſtolo: neque Angelus, neque Archan-
gelus, neque anguſtia vel fames poterit nos
à charitate ullatenus ſeparare. Gaudio autem
gaudemus in Domino, & omnipotenti Deo
gratiarum referimus actiones, quòd ſicut ex
plurium relatione accepimus, & lator præ-
ſentium à tua fraternitate, ſicut nobis aſſe-
rit, ad Sedem Apoſtolicam deſtinatus, ſua
B nobis relatione monſtravit; in unitate Ca-
tholicæ Eccleſiæ ac devotione B. Petri & no-
ſtra, firmus & ſtabilis permanſiſti, & ad ho-
norem matris tuæ ſacroſanctæ Romanæ Ec-
cleſiæ aſpirare diſpoſitus & minas Principis,
qui Eccleſiam, & nos ipſos ſine cauſa perſe-
quitur, & ipſius libertatem nititur penitus
annullare, támque vir Catholicus & ſervens
in fide, non uſque adeò timuiſti, ut à fide-
litate Romanæ Eccleſiæ ac noſtra poſſes ali-
quatenus dimoveri, dicens cum beato Petro,
magis Deo, quàm bominibus obedire o-
portet.

C Pro tantæ itaque devotionis fervore & ſin-
ceræ fidei puritate, prudentiam tuam pluri-
mùm in Domino commendamus, & quas
debemus & poſſumus, gratiarum tibi referi-
mus actiones, propoſitum & voluntatem
habentes, perſonam tuam ſincera in viſceri-
bus charitate diligere, & quibus modis ex-
pedire viderimus, largiente Domino, ho-
norare, ac tibi pro merito reſpondere.

Cæterùm quoniam luce clariùs eſt mani-
feſtum, qualiter Octavianus, Schiſmaticus,
Hæreticus, & manifeſtus invaſor cum tribus
malitiæ ſuæ complicibus ſe ipſum intruſerit,
& per Simoniam notoriam, & laicalem vio-
lentiam, Papatum niſus fuerit opprimere;
qualiter etiam Fridericus potiùs tyrannus,
quàm Imperator dicendus, in conciliabulo
apud Papiam multo labore collecto, ſtatu-
am Nabuchodonoſoris erigere, & erectum
abominationis idolum præſumpſerit adora-
re, & qualiter viri Catholici à facie ipſius O-
ctaviani, tanquam à conſpectu draconis au-
D fugerint, te non duximus diutiùs longa ver-
borum & literarùm ſerie detinendum, cùm
clementia faciat divina illorum dies in vani-
tate defeciſſe, & accepta iniquitate ipſos vi-
deamus fuiſſe deceptos. Orientalis namque
Eccleſia in concilio Nazareth præſente illuſtri
Jeroſolymorum Rege ſolenniter celebrato,
Francorum, Anglorum, Hiſpaniarum & to-
ta occidentalis Eccleſia, cum Regibus, Ar-
chi-Epiſcopis, Epiſcopis, & toto Clero &
populo ſuo, prædictum ſcbiſmaticum, ejúſ-
que principales fautores perpetuo anathema-
te damnârunt, nóſque in patrem ſpiritua-
lem & ſummum Pontificem, ſicut ex com-
muni fama & tranſcriptis literis, quæ tibi
per latorem præſentium deſtinamus, poteris
evidenter cognoſcere, unanimiter & mag-
nificè receperunt, omnem nobis obedien- E
tiam & reverentiam verbo & opere humili-
ter offerentes. Quæ omnia noſtris tibi lite-
ris tantò libentiùs aperimus, quantò de uni-
tate ac profectu Eccleſiæ lætitiam te credi-
mus concipere ampliorem, de ipſius adver-
ſitate tantò magis dolere, quantò in medio
ejus firmior columna eſſe dignoſceris.

Quoniam ergo de religione, honeſtate,
ac prudentia tua, ſicut de illo, qui ſchiſma- F
tica vel hæretica pravitate nequaquam potuit
contaminari, ſed in petra Catbolicæ unitatia
firmiter eſt ſolidatus, pleniſſimam fiduciam
obtinemus, per Apoſtolica ſcripta frater-
nitatem tuam rogamus, monemus & ex-
bortamur in Domino, quatenus, ſicut benè
& laudabiliter, prout accepimus, incboâſti,
in devotione ac fidelitate ſacroſanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ, ac noſtra immobili con-
ſtantia perſeveres ad honorem, augmentum
& exaltationem ipſius & noſtram, pura
mente & viribus totis aſpirans, & nulliua
minæ vel terrores ab obſequio beati Petri
& noſtro, te valeant aliquatenus retardare.
Suffraganeos quoque, & vicinos Epiſcopos,
aliáſque perſonas tam Eccleſiaſticas, quàm
ſeculares, ad obſequium & devotionem Ec- G
cleſiæ, & noſtram frequenti admonitione ac
ſollicita vigilantia ſtudeas revocare, & in ea
propenſiùs ſolidare, animum quoque jam
dicti Principis diligenter mitigare procures,
& ut ad ſinum matris Eccleſiæ, & viam redeat
veritatis, attentiùs eum moneas & exhorteris.
In quo tam ſpirituale, quàm corporale com-
modum poterit adipiſci. Præterea ſtatum
Eccleſiæ tuæ ac Teutonici regni, animos quo-
que & voluntates bominum ejuſdem regni
propriis literis tua nobis devotio non diffe-
rat indicare. Super bis autem & aliis, quæ
nobis & Eccleſiæ cognoveris expedire, tali-
ter te præbeas ſollicitum & ſtudioſum, quòd
gratiam Sedis Apoſtolicæ & noſtram debeas
omni tempore uberrimam obtinere. Datæ
Romæ 13. Kalend. Februarii.

LVI. *Epiſtola.* H

VEnerabili patri & amico chariſſimo E-
berhardo, Dei gratia Saltzburgenſi Ar-
chi-Epiſcopo. Hugo eadem gratia Hoſtien-
ſis Epiſcopus ſalutem & ſinceræ dilectionis
affectum. Pater omnium Chriſtianorum,
Chriſti Vicarius, videlicet Dominus Papa,
& ſacroſancta Romana Eccleſia, mater veſtra;
omnium miſericordiarum Domino immen-
ſas gratias exhibet, quòd vos in Regno Teu-
tonico ad illuminandas gentes, & ad expel-
lendam cæcitatem ab oculis eorum, qui ſe-
cuti ſunt ſcbiſmatici Octaviani bæreſim, lu-
men unicum conſervavit. Meritò enim præ-
dicto ſchiſmatico obviandum eſt; quia à ſe-
culo non eſt auditum, quòd aliquis, niſi ille,
contra voluntatem totius Eccleſiæ Dei, præ-
ſumptuosè manto ſe induerit, & in ſummum
Pontificem ſe ſublimare voluerit. Unde be-
nigni-

A nignitatem veſtram attentiùs exoramus, quatenus, ſicut bene cœpiſtis, illi ſchiſmatico, & ejus fautoribus viriliter reſiſtatis, & ad ſervitium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, atque honorem ac devotionem perſeveretis, ut ab omnipotenti Domino in ſempiterna vita, & à Domino Papa ac ſancta Romana Eccleſia congruo tempore condignam retributionem percipere valeatis. De nobis itaque ſecurè confidatis, ſcientes, quia quidquid pro aliquo amico noſtro facere deberemus, pro dilectione veſtra effectui mancipare parati exiſtimus.

LVII. *Epiſtola.*

Domino & patri ſuo dignè Reverendo Alexandro
B Dei gratia Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ univerſali Papæ Amalricus ſanctæ Reſurrectionis Eccleſiæ miniſter humilis cum omnibus ſuffraganeis ſuis tam debitum quàm devotum totius obedientiæ famulatum. Sanctæ & Catholicæ & electæ electionis veſtræ Epiſtolam, quanta debuimus veneratione, ſuſcepimus, & die præfixa convocatis etiam in unum omnibus venerabilibus fratribus & filiis noſtris, qui omnes voluntario quidem & libenti animo vel affuerunt aut litteras executorias, aſſenſum tamen ſuum præferentes & denunciantes, miſerunt, eam, ùt diximus, Epiſtolam, in præſentia omnium, Tyrenſis & Nazareni, & reliquorum
C fratrum & filiorum noſtrorum legimus diligenter & relegimus. Audito verò contumaci & temeraria perverſitate, & perverſa temeritate Octaviani ſcilicet & pſeudofratrum ſuorum *I. & G. pertimuimus, & quia ab unitate ſanctæ matris Eccleſiæ receſſerant, doluimus. Attamen intellecta poſtmodum venerabilium fratrum & Dominorum noſtrorum Epiſcoporum, & cæterorum Cardinalium, concordi & ſana & unanimi voluntate, cognito etiam aſſentientis Cleri & acclamantis populi aſſenſu & deſiderio, ſuper electione & conſecratione veſtra, tam ſancta & canonica, reſpiravimus & gaudio magno gaviſi ſumus. Cæterùm ipſam ean-
D dem ſacroſanctam & ordinariam electionem & conſecrationam veſtram, quotquot fuimus, laudavimus, approbavimus, communiter & concorditer approbamus & excommunicatis ſchiſmaticis, Octaviano, I. & G. cum ſuis fautoribus, quantum in nobis eſt, vos in Dominum temporalem, & patrem ſpiritualem elegimus unanimiter, & voluntariè recepimus.

*Joannis & Guidonis.

LVIII. *Epiſtola.*

Chariſſimo domino & patri ſuo. Alexandro Dei gratia Summo Pontifici. Henricus Rex Angliæ, & Dux Normanniæ & Aquitaniæ & Comes Andegavenſis, ſalutem & debitam in Chriſto ſubjectionem. Novit ſatis veſtra diſcretio, quàm fideles ſanctæ Romanæ Eccleſiæ anteceſſores noſtri ſemper extiterint, qui in ſimili caſu nonnunquam probaverunt, cùm in ſancta Eccleſia, peccatis exigentibus, exorto ſchiſ- E
mate, Catholicam ſecuti ſunt unitatem. Hanc ergo patrum meorum approbans & ſequens devotionem; quia veſtram electionem veritate, credo, ſubnixam, vos in patrem & dominum, vos in Summum Pontificem & Catholicum cum univerſis, tam Clero, quàm Populo meæ poteſtati à Deo commiſſis, in veſtris legatis recepi, ſolennitate debita & veneratione. Vos igitur clementiſſimè rogo, & cum omni humilitate obſecro, ut me in proprium & ſpiritua- F
lem filium recipiatis, & in meis petitionibus me, ſi vobis placet, exaudiatis. Latorem præſentium fratrem R. in cujus ore mea negotia poſui, pleniùs vobis exprimenda benignè ſuſcipiatis, & his, quæ ex parte mea vobis dixerit, aſſenſum & effectum exhibeatis. Ego ad veſtram voluntatem ſum paratus, & me & mea vobis expono, arbitrio veſtro penitus exponenda. Teſte Cancellario apud Rothomagum.

LIX. *Epiſtola.*

Excellentiſſimo patri & domino Summo Pontifici Alexandro. Fernandus Dei G
gratia Hiſpaniarum Rex cum tota animi devotione debitam reverentiam. Tam divinæ, quàm humanæ legis habetur præceptio, ut matris juſſionibus filii obediant, ut mater filiorum curam gerere ſollicitè ſtudeat. Sed ſi mater ſine filii injuria videtur offenſa, non licet, quòd filius porrigat blandimenta, niſi priùs offenſionis cauſa notificetur. Timendum eſt ignorantiâ lædere, quod volumus benevolentiâ curare. Hinc eſt, quòd prædeceſſori veſtro nec debitam reverentiam demonſtravi, nec eſſe meum, ùt patri & domino, aperui. Novi namque ipſum, nulla mei vel patris culpa, offenſum, & nominis mei dignitati derogantem, & con- H
ſilium, tanquam inimico, denegantem. Verùm ut vos patrem meum eſſe cognovi, quæ præſciveram tam per Merion veſtrum fidelem amicum, quàm per Lucenſem Epiſcopum, patri meo & mihi intimum, illico veſtrum benignè cum toto regno meo ſuſcepi Dominium, quod mihi, ùt credo, contra inimicos erit præſidium, amicis ſubſidium, anguſtiis meis ſolatium, regni mei diſpoſitioni conſilium, ſimúlque auxilium. Veſtrum etenim tale eſt cum pietatis ſine officium. Inde eſt, quòd per latorem præſentium Dominum L. Lucenſem Epiſcopum, cui mea omnia, ſicut mihi, committere conſuevi, cauſæ meæ univerſitatem delego, cujus dictis omnibus, ut certiſſimè fidem adhibeatis, rogo & expoſco. Valeat ſanctitas veſtra.

LX. *Epi-*

A

LX. *Epiſtola.*

Dilecto & verè venerabili domino & patri. O. B. Dei gratia Veronenſi Epiſcopo, frater E. Clarevallenſis vocatus Abbas, ſpiritum conſilii & fortitudinis. Gaudeo planè, quoties inter ſpinas lilium, & inter hominum timore vel gratia humanos ſectantium errores, amatorem invenio veritatis, & diligentiſſimum inquiſitorem divinæ voluntatis. Inde eſt, quòd ad petitionem veſtræ dignationis certos vos eſſe volumus, unde & quomodo certi ſumus ſuper eo, quod * poſſitis. Igitur poſt multas exhortationes, quas fecimus ad Reges
B & Principes, qui vel timore vel amore Imperatoris differebant ſequi veritatem; poſt multa concilia, quæ habuimus cum Archi-Epiſcopis, & Epiſcopis, & viris religioſis, qui regibus quotidie differebant; poſt longam dilationem, quæ facta eſt Card. * H. & W. Presbyteris & * O. Diacono, quos Dominus Alexander Papa in Galliam delegaverat; poſt multas preces & lachrymas, quas Eccleſia fundebat ad Dominum, maximè autem in noſtro ordine; poſt etiam ultimam penè deſperationem, Domino meliùs diſponente, quàm nos ipſi auderemus ſperare, duo Cardinales, quos ſolos de Curia Romana Octavianus ſecum habebat, venerunt cum Cæſarianis in magna pompa & gloria ad diem & locum, quem Reges Franciæ & Angliæ cum tota Eccleſia ſua ad exponendum ſuum aſſenſum præfixerunt ſupradictis Cardinalibus. Quid plura?

** Poſcitis.*

** Henrico & Wilhelmo.*
** Odo.*
Lege Baron. Tomo XII. anno M.C. LXI N. 7. & ſeqq.

C Auditi ſunt primùm Octaviani Cardinales * Jo. & W. Reſponderunt alii ex adverſo. Cognitum eſt non ſolùm aſſertionibus Cardinalium Alexandri Papæ, & idoneis teſtibus, qui præſentes aderant, quibus illi nulla ratione contradicere potuerunt, verùm ex verbis adverſariorum, quos Deus ipſe manifeſto miraculo veritatem faciebat exprimere, Octaviani nullam fuiſſe electionem: immantationem feciſſe ſibi ipſi, laicali adjutorio Pontificalem occupâſſe Cathedram, ſicut communi omnium audientia, me au-
D diente, W. Cremenſis teſtatus eſt, conſecrationem verò eundem Octavianum jam antè octo diebus excommunicatum * (ab aliis octo diebus ante ipſam excommunicationem conſecrato) à Tuſculano & Ferentinate ſecum excommunicatis, & Melficenſe jam propter evidentes enormitates ſuas, quas proteſtati ſunt Rex Angliæ & Epiſcopi ejus, ipſi & compatriotæ, damnato & depoſito ſuſcepiſſe. Cognitum nihilominus eſt, Alexandrum ab omnibus aliis Cardinalibus, qui aderant, electum, & niſi ipſe primùm fugiendo, deinde reluctando humiliter reſtitiſſet, & Joannes & Wido Cremenſis, ſicut ipſe coram omnibus teſtatus eſt, violenter impediiſſent, ſolenniter fuiſſe immantatum, quod poſtea ſuo loco & tempore perfectum

** Joannes & Guido ſeu Wido.*

** Verba parentheſi incluſa videntur omittenda, nam ſive illis conſtat ſenſus; cum illis, non conſtat.*

E eſt, & conſecrationem authenticam ab his, quibus ex officio incumbebat, ſolenniter accepiſſe. Manifeſtè etiam probatum eſt, quod diu ante Papienſe concilium, Octavianum in Papam per nuncios ſuos & literas auro bullatas ſuſceperat Imperator, & quod Papiæ verò ſcripſerant, C. L III. fuiſſe Epiſcopos, non fuerunt niſi XLIV. qui ad Imperatoris vocem, qui ſe laicum profitebatur, & talem, ad quem non pertinet judicare de Curia Romana, nec diſcutere electionem Summorum Pontificum, omnes cum * W. Papienſi Presbytero Cardinali S. Petri ad Vincula, qui neutri parti adhæſerat, nunc autem cum duobus aliis, Alexandri Papæ legatione fungitur in Gallia, diutina deliberatione conſilium habuerunt, ſe neutrum ſuſcepturos, eò quòd pauci eſſent de tota Eccleſia, quò uſque vel
F communis omnium vel plurium regnorum Synodus conveniret, vel manifeſtiùs appareret, quem eorum major & ſanior pars Eccleſiæ, ſequeretur, & idem ſe conſulturos Imperatori. Imperator autem non conſenſit, ſed quos potuit minis & precibus ſingillatim vocatos coëgit ſuſcipere, quem ipſe antè ſuſceperat; abſentibus tamen de numero ſupradicto, ſicut idem Wilhelmus Cardinalis manifeſtè aſſeruit XXIV. ex quibus unus fuit Papienſis Epiſcopus, in cujus civitate iſta fiebant.

** Wilhelmo.*

G Communi itaque conſilio prædictorum Regum & totius ipſorum Eccleſiæ, reprobatus eſt ſchiſmaticus Octavianus, ſuſceptus Alexander Papa, & legati ejus condigno honore & reverentia. Dominus Trevirenſis Epiſcopus ſtat in unitate. Quidam ex eis, qui manus dederant Octaviano, revertuntur. Unde & nos ipſi Carthuſienſes accepimus pro Epiſcopo ſuo Gratianopolitano, ut noſtro interventu, poſſit redire in gratiam.

H Ulteriùs Odo Cardinalis S. Nicolai de Carcere Tulliano audientibus, non contradicentibus, aſſeruit, quòd * I. & Wi. prædicti Cardinales ad ipſum, qui cum aliis clauſus tenebatur, veniſſent, hortantes, ut ad Octavianum venirent. Reſponſum eſt eis, quòd ſi jurarent ſupra ſancta Evangelia, ſe juſtè judicaturos, omnes ponerent ſe ſub eorum judicio. Illi autem reſpondentes, Papam non debere ab aliquo judicari, dixerunt, quòd ſi ſocietatem facerent, Octaviano ſe reddituros mantum, quod injuſtè accepiſſe accuſabant; omnino ponerent ſe in eorum conſilio & de eorum manibus ſecundò mantum ſuſcipere.

** Joannes & Wido. Videtur hæc à librario corrupta.*

I

Annotatio.

Boni conſule, quod damus. Exemplar vitioſiſſimè exaratum non permiſit, ut hæc Epiſtola correctior & emaculatior in tuas manus veniret. Interim, ut quæ paſ-

A ſim de hoc ſchiſmate in his Epiſtolis commemorantur, certiùs & meliùs intelligas, placet adſcribere, quæ tunc temporis florens Gerhohus Reicherſpergenſis in Bavaria Præpoſitus, ſcripta reliquit lib. 1. de Inveſtigatione Antichriſti; quod opus Eberhardo Salisburgenſi Archi-Epiſcopo, (cujus & ad quem hic tot Epiſtolas legis) dedicavit. Ita ergo Gerhohus.

Noſtro in tempore in Romana Eccleſia, talia erumpunt ſchiſmata, qualia non ſunt audita, nec viſa, in illa præſertim Eccleſia, ex quo Chriſtiani eſſe cæperunt. Non nunc de hæreſibus loquor, quæ Catholicam impugnaverunt hactenus veritatem; ſed de ſchiſmatibus, quæ Catholicam diſſipant veritatem. In quolibet autem ſchiſmate, quod ad noſtra uſque tempora Catholicam ſcindere moliebatur unitatem, facile erat diſcernere, quænam pars in Catholicam eſſet Eccleſiam, & quæ in hæreſim reputanda, exiſtentibus nimirum cauſis manifeſtis, pro quibus hæc B *cuilibet Catholico acceptanda; altera verò deteſtabilis exiſteret, ſicut in* Wicpertiniano, eodémque Henriciano, & Burdiniano, etiam ipſo Henriciano, nec non in Petri Leonino ſchiſmate advertere promptum eſt. At nunc, in ſchiſmate, de electione Romani Pontificis exorto, quod jam non ſolùm Urbem, ſed & Romanum vexat Orbem, ita contentioſè invicem partes utraque concertant, tantáque ſe multitudine hinc inde muniunt, ut, cùm duo ſint Romani Pontifices, dicti & conſecrati, non facilè, niſi à valdè prudentibus viris, & nihil in cauſa, præter veritatem quærentibus, adverti poſſit, quis inter duos electos & conſecratos pro Papa Catholico aſſumendus & deligendus; &, quis pro ſchiſmatico dicendus, aut ſaltem, quis è duobus ſuſtinendus, quisve contemnendus ſit.*

*Guibertino.

C *Etenim obeunte Papa Adriano, cùm ad eligendum Romanum Pontificem, Epiſcopi ac Presbyteri, Diacones, aliique S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales conveniſſent, & ſingulorum voluntates ſecretò ab his, quibus id injunctum fuerat, requiſitæ fuiſſent, idque quod inventum, & ſcripto notatum fuerat, in medium ipſi protuliſſent: major & potior apparuit numerus Cardinalium, qui in Cancellarii Ruolandi electione conſenſerant. Nam paucis valdè in electionem Octaviani, aliquibus etiam in Magiſtrum Bernardum eligendum, complacuit. Dúmque ageretur cum eis, quatenus ſe ad majorem numerum Cardinalium colligerent, eò quòd tres Papæ eſſe non poſſent; hi, qui Magiſtrum Bernardum nominaverant, ab ejus nominatione receſſerunt, & ex eis aliqui ſe in electionem* D *Cancellarii junxerunt: aliqui verò etiam ambiguè, ſe ad Octaviani & Cancellarii electionem habuerunt, ita ut ad utrumque devotionem ſuam oſtenderent. Quilibet ex his duobus, ſalva pace & unitate, eligi potuiſſet. Et jam numerus Cardinalium, qui in Octavianum, ſive omninò, ſive cum tali ambiguitate conſenſerant, uſque ad ſeptem excrevit; ſed nimia erat etiam in his paucitas comparatione numeri eorum, qui in electionem Ruolandi Cancellarii conſenſerant.* E *Igitur & cum his agi ſtudioſè cæpit, quatenus à parte illa ſua modica recedentes, ad univerſitatem ſe colligerent. Et obtentum eſt, uſque ad tres: quorum unus erat Joannes Piſanus, alter Guido Cremonenſis, qui contentioſiùs agebant, & dicebant, dicentes, ſe nunquam ab Octaviani electione receſſuros. Hiſtertius adhæſit Tuſculanus. Et hi tres quartum Octavianum Papam facere moliti ſunt.*

At univerſitas Cardinalium tres iſtos nec partem dici poſſe reputantes, ſuum electum Cancellarium videlicet Ruolandum in Papam elevare tentaverunt; oblato ei, ùt mos eſt, per Archi-Diaconum manto, rubea videlicet illa cappa, quæ inſigne Papale eſt. Quam ille veſtem cùm aliquamdiu pro humilitate ſua renueret ſuſcipere, tandem verò precibus Fratrum exoratus, animum & caput ad ſuſcipiendum inclinaret, F *Octavianus manibus uti cæpit, rapiens mantum de manibus offerentium, & deſuper collo & capite ejus, qui fuerat induendus: Et ſic inter manus hinc inde trahentium mantus diſciſſus eſt. Ipſe verò Octavianus alium mantum de ſua domo allatum, ac præparatum, offerente ſibi ſuo Capellano, veſtitus eſt, atque in eminentiorem aſcendens locum, Clerum advocat, qui ſemotus in parte Eccleſiæ Beati Petri, finem rei exſpectabat; ut quem electio ſublimâſſet, ei ipſe debita reverentia acclamaret. Hic itaque Clerus accurrens, ubi Octavianum in rubea cappa vidit; electum unanimi fratrum aſſenſu credidit; & ei velut electo acclamavit. Sed & fores Baſilicæ diſcuſſæ ſunt: & introgreſſi cives Romani, ùt erant armati, etiam ipſi Octaviani electioni acclamare cæperunt, omnia putantes eſſe peracta in pace.* G

At verò Domini Cardinales cum ſuo electo videntes, quæ fiebant, in partem ſe receperunt ſanctuarii. Deinde, intra munitiunculam, quæ eſt ſuper ſanctuarium, ſe incluſerunt, ibidem, per novem dies exſpectantes, donec tandem ſecuritate accepta, per cives Romanos extra Urbem educti ſunt: Ubi libertate ſua potiti electum ſuum levaverunt, & eum Papam Alexandrum nominaverunt: quem & mox hi, quorum id juris ac privilegii erat, cooperante ſibi frequentia Dominorum Cardinalium, cum omni ſolennitate conſecraverunt. Qui etiam conſecratus, Octavianum, tanquam ſchiſmaticum, cum ſuis Principalibus fautoribus excommunicavit. At verò Octavianus datam in ſe ſpernens ſententiam, cùm H *non haberet legitimos conſecratores, à Tuſculano, quem ſolum habuit ex Cardinalibus, & ab aliis duobus ex provincia conquiſitis, manus ſibi tandem poſt menſem fecit imponi. Quo facto, ſuos etiam ipſos excommunicatores excommunicare præſumpſit.*

Et quis ſapiens veritatem & judicium in hac controverſia quærens non facilè deprehenderet, cauſam Alexandei eſſe meliorem? Sed everſor pietatis & juſtitiæ diabolus, per ſuos ſatellites, ad

A ad callida argumenta convertitur, excogitans, qualiter lucem tenebras, ac tenebras lucem poneret, qualiter partem Alexandri infirmaret, ac ſuæ robur acquireret, eáque eſſet ei utilitas, ut Eccleſia Chriſti ſciaderetur. Quia enim in electionis & conſecrationis ratione pars Octaviani ſe vidit & agnovit inferiorem, quibusdam adinventionum cuniculis partem Alexandri cœpit infirmare, non jam electioni ejus derogans, vel conſecrationem profanans, quæ ſuis rationibus ſecundùm Canones conſtabant; ſed perſonas electi, & eligentium apud Auguſtale Imperium reos majeſtatis ſugillans; quatenus & ſibi Imperii clementiam conciliaret, & adverſæ parti majeſtatem offenſam redderet. Unde, & primò muſſitare; deinde B verò apertis vocibus clamare cœperunt, ac dicere; numerum de parte Alexandri Cardinalium ſpernendum eſſe; propter conſpirationis notam, qua ſe notabiles ipſi reddiderint. Duplicem autem eis conſpirationem, vel conjurationem objiciant; unam, quâ contra Auguſtale Imperium Friderici Imperatoris, & contra laudamentum in Verbo Domini factum, adhuc vivente Papa Adriano, cum Siculo Wilhelmo, & Mediolanenſibus, aliisque inimicis Imperii Fœderati ſint. Secundam; qua, ut easdem contra Imperium conceptas inimicitias ad finem uſque deſtinatum perducerent; inter ſe ſacramenti firmitudine convenerint: decedente Papa Adriano, non alium ſe in Papam electuros, niſi qui ejasdem conjurationis conſors extitiſſet. Verbum autem conſpirationis pecunia Wilhelmi Siculi, & Mediolanenſium coëmptum hoc eſſe dicunt, quatenus Imperatorem Fridericum excommunicarent; & abſque conſilio Wilhelmi Siculi & Mediolanenſium nunquam abſolverent.

Hæc omnia nihil aliud erant, quàm calumnioſa ſchiſmaticorum commenta. De quibus vide Bar. Tom. 12. Anno 1156. & 1159. Similia figmenta exſtant apud Radevicum lib. 2. cap. 50.

At cùm dicunt eis hi, qui nondum in hanc, vel C illam partem acceſſerunt, quatenus probent, quæ dicunt, reſpondentes, quomodo, inquiunt, contra eos probare qaid poſſumus, qui omnem Eccleſiæ audientiam ſubterfagiaat, vel exagitati malæ ſtimulo conſcientiæ; vel, faſtu decepti ſuperbiæ? Nam, ſicut, qui malè agit, odit lucem, ne argaantar opera ejus; ita, inquiunt, & iſtorum ſuperbia odientium veritatem aſcendit ſemper; ut, malè agentes, ipſi proprii facti arbitri eſſe velint. Nunquid, inquiunt, non ſuperbiam ſpirant; qaòd invitati ad Synodum Papiæ Epiſcoporum, aliorúmque Eccleſiæ Prælatorum, quos imperatoris Friderici Eccleſiaſtica, ac pia diligentia congregaverat, non ſolùm non venerunt; ſed reſpondentes ſuperbè dixerunt; ſe, quorum eſſet de omnibus judicare, nullorum mortalium judicium ſubire velle, aut debere. At noſter, inquiunt, Papa Victor, agnus manſuetus D ad Concilium Epiſcoporum venit, & cauſam ſuam examinandam judicio Eccleſiæ commiſit. Ubi & ordine electionis, & qualiter in Eccleſia B. Petri ipſe, nullus alius immantatus, & inthronizatus eſt, diligenter expoſito; videlicet, ſub jurisjurandi probabilium ſacerdotum, & aliorum, qui interfuère, Clericorum atteſtatione, ſemota omni Laica violentia, ſeu judicio, in Papam Catholicum Eccleſiæ Catholicæ à quinquaginta Epiſcopis & aliis religioſis Patribus, qui eidem interfuère Concilio, agnitus & confirmatus eſt. E Ubi & ille, inquiunt, ſchiſmaticus Ruolandus, qui duodecimo poſt Papæ Victoris electionem & immantationem die apud Ciſternas intruſus eſt; ab ipſo Victore Papa & univerſo Concilio, tribus duntaxat ſe ſubtrahentibus Epiſcopis, excommunicatus eſt.

Frivolum effugium ſchiſmatica turbæ.

Nunquid paſtor & legitimus gregis cuſtos, luporum judicio ſe committere debet?

Hæc dicunt; ſimul & literas quaſdam pridem à Papa Adriano, alias etiam poſtmodum ab Alexandro ad inimicos Imperii quaſi directas, in teſtimonium factæ contra Imperium conſpirationis proferunt. F Facta autem ejuſmodi conſpirationis, etiam ſe ipſos teſtes proferunt, duo illi Cardinales, qui Octavianæ partis ſunt, utpote, qui ſicut ipſi fatentur, ejuſdem conſpirationis ſocii extiterint, & participes, illius malè datæ, & acceptæ pecaniæ, impunitatem ſibi ſuper hoc ipſum apud Imperium promittentes; eò quòd legibus Imperatorum in crimine læſæ majeſtatis proditoribus & sociis criminum, non ſolùm impunitas promittitur: ſed etiam ad teſtificandum contra ſocios criminis admittuntur. Sed non ſic Eccleſiaſticæ leges cenſent, quæ apud Clerum potiorem locum obtinent; utpote, quæ nemini de ſe confeſſo, ſuper alieno crimine credendum eſſe judicant. At illi contenebrati, & leges Eccleſiaſticas minoris habentes, in ſuo deſtinato permanent, ac dicunt, etiam noa fuiſſe liberam, nec puram in Alexandrum factam electionem, quæ inter ſolos duodecim Cardinales conjurationis ſocios, non ſine precii interventu, coarctata ſit, etiamſi prior extitiſſet. G

Quid pars Alexandri contra Octavianum dicat.

At verò hi, qui de parte Alexandri ſunt; magnas etiam ipſi & graves cauſas electioni in Octavianum factæ opponunt. Primò videlicet, de manto, qaod Ruolando Canonicè electo à Romanæ Eccleſiæ Archidiacono oblatum, cùm eum ad horam reniſus, ac tandem conſentiens iadai cœperit, Octavianus propriis manibus de collo ejus ſacrilegus rapuerit. Quódque alio manto de domo ſua allato, ipſe à propriis Capellanis auſu ſacrilego veſtitus ſit. Aiunt præterea, quòd à duobus ſolis Cardinalibus per ſpiritum contentionis aſſumptus, legitimos conſecratores, & antiquitus, H propter ſchiſma cavendum inſtitutos non habuerit: ſed, poſt conſecrationem Alexandri per legitimos factam Epiſcopos, ipſe integro ferè menſe interpoſito, à duobus ſolis comprovincialibus Epiſcopis emeadicatis, non tam conſecratus, quàm diſſecratus ſit. At hi, qui de parte Octaviani ſunt, pro duobus ſolis, quod eis obiicitur, Cardinalibus electoribus, tres exhibent; quos etiam, quamvis pauciores numero, ſaniorem fatentur partem, eò quòd à conſpiratione illa, quam dicunt, immunes, libertatem electionis habuerint: aliorum verò Cardinalium numerum nullum reputant, quos nota ejúſce conſpirationis, vel conjurationis reſperſerit: quos eadem quoque conjuratio libertatem

Digitized by Google

& puritatem in eligendo habere paſſa non ſit ; ſed A *eos , ùt dicunt , ad unum de ſolis conjuratis , vel confœderatis eligendum conſtrinxerit.*

Poſt complura in hanc ſententiam diſputata ſubdit Gerhohus ſequentia de Concilio Toloſæ celebrato, in quo Octavianus damnatus & abdicatus fuerat.

Interim dum hæc ſcribimus , & ad præferendam partem Victoris pro reverentia maximè Concilii Papiæ celebrati articulum jam jam ferè inclinamus , eò quòd eidem Concilio Victor præſen- B *tiam ſuam humiliter exhibuit : Alexander verò, quaſi judicium humanum dedignans , aut fortè , quod eſt credibilius , ſuſpectam Imperatoris , quem ipſe in aliquo offenderat, habens præſentiam ſuam , ſemetipſum , & cauſam ſuam eidem Concilio credere noluit : Aut ; quia Octavianum , qui cauſam ſuam Concilii cognitioni offerebat , auditione , juxta Nicolai Papæ ſtatuta indignum cenſebat : atque idcirco , ubi ille audiendus adventabat ; illic ſe ipſe ſubtrahebat : dum , inquam , pro cauſis prælibatis jam jam Victoris pars in mentis noſtræ trutina vincere , ac præponderare inciperet : Ecce alii , ac novi rumores per certos internuntios advolitant : in occiduis partibus , Regno videlicet Franciæ , civitate Toloſa , celebratum eſſe Concilium , cui centum Patres inter Epiſcopos & Abbates interfuerunt , unà cum Regibus Franciæ & Angliæ , quorum ſtudio iidem Patres convocati convenerunt : Ubi & Octaviani , quem Victorem dicunt , ſimul & Alexandri Papæ , atque Imperatoris Auguſti Friderici , nec non & Regis Hiſpaniæ legati aderant. Illic ſanè utriuſque partis defenſoribus ſufficienter auditis ; eidem Concilio tandem in Alexandrum complacuit. Octavianus verò , qui & Victor , ab univerſo Concilio cum ſuis principalibus defenſoribus* C *excommunicatus eſt.*

Atque utinam , ſicut idem Concilium celebratum , ac tali fine terminatum certiſſimè novimus : item in eodem Concilio quæſtionem , de conſpiratione , quæ electioni in Alexandrum facta ab adverſariis appingitur , Canonicè ſuccisam audiremus. Et ſic eſſet ſoluta omnis dubitatio , inter duos illos , nemine ignorante , partem Alexandri eſſe acceptandam : quæ , cùm eſſet à nota ejuſmodi pura , meritò robur acciperet ; cùm de majore numero Cardinalium eligentium , tum etiam de legitimis perſonis ordinatorum ; accedentibus quoque ad ejus electionis conſenſum ſedibus Apoſtolicis, videlicet Antiochena, & Hieroſolymitana Eccleſia, quæ ſolæ unà cum Romana Apoſtolicas ſedes ſimul & literas accipere meruerunt , cum tanta multitudine capitum Eccleſiæ ac ſapientum in jam dicto Concilio congregatorum.

D *Opportuerat namque , ut conſpirationis illius contra Imperium , ùt dicitur , per pecuniam Siculi & Mediolanenſium facta nota immaniſſima , ſicut in alio Concilio clamata & diffamata fuerat : ita , in iſto ſubſequente fuiſſet expiata : ne , cùm cætera ſalva videantur , hoc ſolum relictum eſſet ſcandalum , pro quo non ſolùm puſilli , vel pauci , ſed & magni , ac magnorum & puſillorum non contemnenda multitudo ab electionis in* E *Alexandrum facta , atque ab hujus Concilii confirmatione reſiliendum , vel differendum exiſtimarent exſpectantes , ac deſiderantes adhuc generalius Concilium ex unanimi conſenſu & convocatione Regum in unum congregandum. Potens enim eſt Deus concordiam facere in ſublimibus ſuis Regibus ac Principibus , ſine quorum conſenſu ac ſtudio unanimi , in hoc tempore ſchiſmatis , generale fieri Concilium non poſſe , manifeſtum eſt.*

Satis calumnia de conſpiratione diſiecta fuit, hoc ipſo, quòd tanti Reges cum univerſis Regnorum ſuorum incolis, contempto Octaviano ad Alexandrum transferunt.

Eſt enim ſcandalum ejuſdem conſpirationis ſeu ficta , ſeu facta tantùm , ac tale , ut nec ſecurè à fidelibus contemni , nec abſque Concilio generali tolli de medio poſſe videatur. Nam , ſi id ſoli inimici & adverſarii Alexandri dicerent, & ipſi , contra quos dicitur , prout oportuerat, ſolenniter negarent ; aut certè factum ſuum juſtificarent ; aut , quod juſtificari non poſſet , mutarent. F

[*Hæc & id genus alia Gerhohus fluctuans in Germania Friderici partibus addicta ; exceptis* G *pauciſſimis , qui veritatem & pietatem favori Potentiſſimi Imperatoris prætulerunt , in quibus vel præcipuus Eberhardus Salisburgenſis Archi-Epiſcopus ; & ipſe tandem abſque ulla ambiguitate Gerhohus , ùt liquet ex præfatione ad Lectorem , quam Epiſtolæ dedicatoriæ Operis de Antichriſto ſubjunxit , quam Gretſerus in ſyntagmate Gerhohi ſeu Gerochi pro Gregorio VII. exſcripſit & evulgavit. Idémque manifeſtum fit inde , quòd Gerhohus S. Eberhardi Salisburgenſis Archi-Epiſcopi veſtigiis tenaciter & fideliter poſtea inhæſit , cúmque eodem Mediolanum ad Imperatorem profectus eſt , ùt teſtatur Chronicon Reicherſpergenſe , Anno M. C. LXII. ubi etiam egit cauſam duorum fratrum ſuorum , Auguſtanorum Canonicorum ; quos , quòd ab Alexandri partibus contra Octavianum ſtarent ; cæteri Canonici , rerum omnium egenos , in exilium ejecerant ; quibus primis in Theutonico Regno ſchiſmaticorum violentia deguſtanda fuit ; ùt habet prædictum Chronicum. Nunc ad Epiſtolas revertamur.*]

LXI. *Epiſtola.*

FRiderico victorioſiſſimo & excellentiſſimo Romanorum Imperatori & ſemper Auguſto. Eberhardus Juvavienſis Eccleſiæ Miniſter indignus, fideles orationes & promptum ſervitium. Litteras Imperialis Majeſtatis veſtræ cum debita reverentia ſuſcepimus, in quibus de exhibendo, & non exhibito, debito ſervitio , conventi ſumus , propoſitis nobis beneficiis , quibus Eccleſia noſtra à ve- H ſtris prædeceſſoribus honorata & ſublimata eſt. Non eſt ingrata Eccleſia noſtra munificentiæ veſtræ, & prædeceſſorum veſtrorum Imperatorum; ſervivit enim hactenus fideliter, & devotè, & nos non minùs fideliter & devotè ſervivimus & ſerviturì ſumus, pro facultate noſtra & poſſibilitate. Non negamus , prædeceſſores noſtros ditatos & honoratos multis & magnis beneficiis à veſtris

Digitized by Google

A ſtris prædeceſſoribus; ſed non omnia per-
venerunt uſque ad nos, ſed abalienata ſunt,
& tranſlata ſunt à nobis, violentia & inva-
ſione vicinorum ante annos plurimos; apud
nos tantùm remanentibus chartulis & privi-
legiis, cum non multis poſſeſſionibus.

Porrò laborem expeditionis cum gratia
veſtra nos excepiſſe putabamus, cum taxa-
tione pecuniæ, quam dignatio veſtra nobis
voluit imponere. Sed ſi fortè minus factum
eſt, non erit nobis grave, pro obtinenda
gratia veſtra, pro noſtra poſſibilitate, ſup-
plere. De exhibenda verò perſona noſtra
in opus expeditionis, omnino difficile no-
bis eſt, tum propter corporis debilitatem,
tum propter monaſticæ diſciplinæ profeſſio-
B nem, ut, ſalva gratia veſtra, utrobique
ſervemus æqualitatem, & reddendo Cæſari,
quæ Cæſaris ſunt, & Deo, quæ Dei ſunt.
Miſimus itaque ad pedes Majeſtatis veſtræ
fidelem & dilectum nuntium noſtrum S. qui
cum interceſſione principum & fidelium
veſtrorum nos excipiat ab expeditionis la-
bore, impoſito nobis alio ſervitio à veſtra
dignatione. Quócunque verò Deus, in cu-
jus manu corda regum ſunt, animum ve-
ſtrum inclinaverit, nos tamen pro debito
noſtro, ſalutem & honorem veſtrum ſem-
per optabimus.

LXII. *Epiſtola.*

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
C Venerabili fratri Eberhardo Saltzbur-
genſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo, ſalutem &
Apoſtolicam benedictionem. Anteacta vi-
ta & religioſa converſatio tua, illa quoque
devotionis ſinceritas & integritas fidei, quam
in hoc tempore proceloſo & turbido, cir-
ca matrem tuam ſacroſanctam Romanam
Eccleſiam & ſpecialiter circa perſonam no-
ſtram hactenus babuiſſe dignoſceris: pleniſ-
ſimam nobis parant fiduciam, quòd ad bo-
norem, incrementum, & exaltationem Ec-
cleſiæ, modis omnibus intendere debeas, &
tota ſollicitudine laborare. Quantò enim
D majorem in Eccleſia Dei locum obtines dig-
nitatis, & quantò ſupernæ providentia ma-
jeſtatis, ſublimiorem te in ædificio ſuo co-
lumnam inſtituit, tantò te robuſtius muni-
mentum ad defenſionem ſponſæ in hæc ſe-
cula reſervavit, ut tanquam turris David
cum propugnaculis ſuis contra Damaſcum
reſpiceres, & adverſus ſchiſmaticam pra-
vitatem, murum te inexpugnabilem ſtabi-
lires, quod utique bactenus omni formidi-
ne & ſeductione poſtpoſita, ita laudabili-
ter cognoſcimus te feciſſe, ut verè propug-
nator & defenſor Eccleſiæ comproberis &
ſchiſmatici durum in te malleum ſe doleant
inveniſſe.

Nunc autem quoniam ſicut accepimus,
pro facto Eccleſiæ ab Imperatore vocatus,
in proximo debes ad præſentiam ejus acce-
dere, diſcretionem tuam per Apoſtolica E
ſcripta rogamus, monemus & exhortamur
in Domino, quatenus eundem Imperato-
rem borteris modis omnibus, & inducas, ut
ad cor rediens, animæ ſuæ ſalubriter con-
ſulat, atque ad unitatem Catholicæ Eccle-
ſiæ revertatur. Proponas etiam ei diligen-
ter & ſuadeas, ut beneficiorum Dei non
exhibeat ſe ingratum, ſed quantò eum re-
ſpectus divinæ gratiæ ampliori faſtigio ſub-
limavit; tantò unicam ſponſam Chriſti,
quam ipſe proprio ſanguine abluit & rede-
mit, propenſiori diligat charitate, & ſince-
riori veneretur affectu. Aliter enim, niſi ei
priùs reconciliatus fuerit, ſalvari non poteſt,
& ſi ab illa ſchiſmatica non receſſerit pravi- F
tate, & ad ſinum matris Eccleſiæ non rediê-
rit, etiamſi proſperari in hoc ſæculo videa-
tur, æterni pœnam ſupplicii evadere non
poterit in futuro. Quid autem juxta E-
vangelicam veritatem ei proderit, ſi & uni-
verſum mundum lucretur; animæ verò ſuæ
detrimentum patiatur? Et ſi omnibus præ-
ſentis vitæ divitiis & deliciis abundârit, ni-
bil ei omnino proficerent, ſi à Chriſti cor-
pore, quod eſt Eccleſia, & ab ejus com-
munione præciſus, in gehennam ſulphu-
ream, & ſedes Tartareas truderur; ubi nox
perpetua ſine die; ſupplicium ſine fine;
dolor abſque remedio & inextinguibilis cru-
ciatus. Quòd ſi omnipotens Deus ei per
ſuam ineffabilem gratiam inſpiraverit, quòd
ad ſinum matris vellet Eccleſiæ tota inten- G
tione redire, nihil temporale nobis contin-
gere poſſet in ſæculo, quod acceptius &
gratius haberemus, & ipſum, ſicut tantum
& tam ſublimem Principem, ſincera cura-
remus in Domino charitate diligere, &
modis omnibus honorare. Nos enim ex
toto verbum Prophetæ imitari volentes, qui
ait; *nec memor ero nominum eorum per labia
mea*: hoc propoſitum & hanc omnino ge-
rimus voluntatem, quòd ſi converti volue-
rit, & Catbolicæ Eccleſiæ inhærere, quic-
quid nobis læſionis, impugnationis & gra-
vaminis irrogatum, ita oblivioni trademus,
tanquam ſi nos & Eccleſiam Dei in nullo pe-
nitus offendiſſet. Datum Januæ. XVII. Ka-
lend. Aprilis.

LXIII. *Epiſtola.* H

HIldeberto Baſilicæ XII. Apoſtolorum
Presbytero Cardinali & Apoſtolicæ Se-
dis Legaro, Eberhardus Dei gratia Juvavien-
ſis Eccleſiæ Miniſter indignus, orationes &
ſervitium devotionis. *Vaſa figuli probat for-
nax, & homines juſtos tentatio tribulationis.* Eccleſ. 27.
*Inde eſt, quòd Dominus omnipotens ſanctam Ec-
cleſiam ſuam frequenter permittit tribulari, ut
temporalibus decoctam exercitiis, ſine macula
& ruga, poſt decurſum hujus vitæ exilium,* Epheſ. 5.
ſibi valeat copulare. Porrò flagellat omnem fili- Heb. 12.
um, quem recipit. Et ſecundùm Apoſtolum; Ibid.

 Adul-

A *Adulteri ſunt, & non valent in numero filiorum computari, qui extra diſciplinam inveniuntur,* Rom. 8. *cujus participes ſunt omnes, hæredes Dei, & cohæredes Chriſti. Miramur omnes; quia tam-* Matth. 8. *diu quaſſatur navicula B. Petri, dormiente in ea Chriſto: ſed potiùs mirandum reor; quòd admodum pauci ſint, qui velint excitare dormientem. Sic autem de nobis ſentite: quia, non deficiemus ab unitate ſanctæ matris Eccleſiæ, & ab obedientia Papæ Alexandri, præeunte, ac ſubſequente nos divina miſericordia.*

LXIV. *Epiſtola.*

REverendo Patri & Domino ſuo chariſſimo Eberhardo Juvavienſis Eccleſiæ Ar- B chi-Epiſcopo, A. Dei miſericordia ſanctæ Aquileienſis Eccleſiæ Electus; promptum cum orationis inſtantia ſervitium. Sanctitatis veſtræ literas debita cum reverentia & intima cordis exultatione ſuſcepimus; quia ex ipſorum tenore & melliflua ſinceritatis veſtræ admonitione conſolationem concepimus, non modicam, ſed quia tanto oneri hortando noſtra nobis merita ſuffragari non cognoſcimus, inde eſt, quòd paternitatis veſtræ pietatem affectuosè duximus implorandam, quatenus apud omnium creatorem, pro fragilitatis noſtræ parvitate, oratione continua interpellare velitis, & mediantibus integritatis veſtræ meritis nobis obtinere ſtudeatis, ut nos Deus ſpiritu conſilii, & fortitudinis, ad honorem ſuum & Eccleſiæ ſuæ, corroborare dignetur, ut ſperatus de nobis proveniat fructus.

LXV. *Epiſtola.*

C Hildeberto Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presbytero Cardinali, & Apoſtolicæ Sedis Legato, Eberhardus Juvavienſis Eccleſiæ miniſter indignus, cum oratione ſervitium. Credimus & certi ſumus, quòd ſeges noſtra tempore oportuno fructus dabit uberiores, nunc enim ab herba proficit in culmum, proventum habitura in ſpica & maturitate, ſi compluta fuerit rore benedictionis. Nec interim putetis otioſam, quippe quæ declinavit à ſchiſmatico, & modis omnibus corde tenus adhæret Catholico: habet & cooperatorem fideliſſimum Concordienſem Epiſcopum. Hæc hactenus. Ventus validus flavit nobis ab Aquilone, inducens ſupra nos grandines & tonitrua, qui nos vel à ſtatu noſtro movere, vel radicitus tentat evellere. Sed firmum ſtat propoſitum noſtrum in fide & dilectione Dei, habens fundamentum in firma Petra.

D

LXVI. *Epiſtola.*

ALexandro ſanctiſſimo & reverendiſſimo Domino & Patri, ſummo Pontifici, Eberhardus Juvavienſis Eccleſiæ indignus miniſter cum obedientia & oratione devotiſſimum obſequium. Moveri ſolent quidam ſimplices & minùs eruditi; quòd Eccleſia E Catholica tanto tempore, tot & tantis vexatur perturbationibus, minùs attendentes, quia ſicut vaſa figuli probat fornax, ſic homines juſtos tentatio tribulationis. Non ſic moventur filii Eccleſiæ Dei, quibus dicitur: quia *fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum.* Ipſi denique noverunt, quia flagellat Deus omnem filium, quem recipit; & qui extra diſciplinam ſunt, alieni ſunt à ſorte filiorum Dei. Unde etiam perfunduntur gaudio magno, quia digni inveniuntur pro nomine JEſu contumeliam pati. Solet tamen miſeratio divina etiam inter flagella F conſolari puſillanimes. Unde meritò proclamamus cum Propheta: ſecundùm multitudinem dolorum meorum, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam. Quæ verò major erit conſolatio Eccleſiæ, quàm gloriari in numero & merito filiorum, ut voce congratulationis dicatur ei. *Venerunt ad te, qui detrahebant tibi.* Hoc ſiquidem, per ſingulos dies in præſenti negotio vidimus actitari, ut quamvis adhuc arca veri Noë quatiatur fluctibus hujus maris magni, tamen columba revertatur ad arcam. Non enim invenit extra, ubi figat pedem ſuum, qui ejuſmodi eſt. Inde eſt, quòd dilectum fratrem noſtrum Aquileienſem electum ve- G ſtræ ſanctitati, quantum audemus, pro parvitate noſtra, commendamus attentiùs; humiliter & obnixè flagitantes, ut veſtra auctoritate roboretur ejus electio; quia verè credimus, illum, nutu divino, in opus miniſterii hujus aſſumptum. Qui licèt adhuc pro teneritudine plantationis ſuæ, maturos fructus ferre non valeat, ſpem tamen bonam profert in flore, fideliter & fortiter veſtris inhærens veſtigiis; adhuc tamen cum Nicodemo in nocte timoris audiens JEſum propter metum Judæorum. Conquievit omnino ſtrepitus malignantium ſub eo, ut pro nobis videantur eſſe, qui contra nos dudum fuerunt. Sed quia omnia principia timida ſunt, rogamus ſanctitatem veſtram, ut ejus obedientia manifeſta non fiat, donec in robur virile, gratia benedictionis pontificalis, illum adducat. Hujus etiam rei & obeditionis, Concordienſis Epiſcopus cooperator eſt ſtrenuus. De nobis autem, Pater ſanctiſſime, ſic accipite, quia fundamentum noſtrum poſuimus in firmam Petram, ut neque venti neque flumina, quæ ſine intermiſſione nos pulſare non deſinunt, adjuvante Domino, valeant H ſubruere.

LXVII. *Epiſtola.*

HIldeberto Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presbytero Cardinali, & Apoſtolicæ Sedis Legato Eberhardus Juvavienſis Eccleſiæ miniſter indignus cum oratione ſervitium. Ante dies paucos convenit nos Dominus electus Aquileienſis, & cum eo Concordienſis

A enſis Epiſcopus, inſinuantes nobis voluntatem Dominii Imperatoris in hoc eſſe, ut per viros religioſos diſſenſio, quæ eſt in Eccleſia, reducatur ad pacem, ſimúlque veſtro conſilio id fieri oportere non ambigit. Venit autem vobis & illis in dubium, ùt aſſerunt, utrum magis per concilium, an per conſilium, hanc cauſam tractari conveniat. Hujus deliberationis finem, parvitati noſtræ dixerunt eos reliquiſſe; Videtur igitur nobis convenire, ut non ſine nutu Domini Papæ, hæc actio tractanda ſuſcipiatur. Unde monemus ſanctitatem veſtram, ut per datam vobis ſapientiam non gravemini laborare in negorio iſto; quia & ipſe Dominus electus prompta voluntate, ad hoc tam divinum opus perficiendum, totum ſe & ſua, intendit exponere. Nos quoque pro poſſe noſtro non gravabimur utriſque vobis ſubſervire. Commendamus autem vobis præfatum electum; quia ſcimus, eum Eccleſiæ fore neceſſarium, & probamus ejus bonam voluntatem in omnibus, quæ honori Dei & Eccleſiæ conducunt.

B
LXVIII. *Epiſtola,*

Geyſa ſeu Geiſo.

GOuſo Dei gratia Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæque Rex, glorioſiſſimus, nec non victorioſiſſimus, ejuſdem gratia Saltzburgenſis Sedis Archi-Epiſcopo, dilectionem & dulcis amicitiæ firmitatem. Veſtræ nullatenus credo latere prudentiæ, qualiter anteceſſores veſtri noſtris prædeceſſoribus & nobis, & amicitiæ fidem ſervaverunt, & prout amicitiæ norma & ratio poſtulabat, dignum ſemper exhibuerunt ſervitium; cautum autem habendum eſt apud maturitatem ſenſus, ut quemadmodum exempla pravorum, veluti ſcopuli naufragorum ſunt vitanda: ſic veſtigia bonorum veluti navis properantis ad portum, ſummopere ſunt imitanda. Ut igitur robuſto principio concors exitus reſpondeat, amicitiam inter noſtros Priores inchoatam, eò propenſiùs volumus intemeratam ſervare, quantò in fide Eccleſiæ, dum navicula Petri fluctibus perſecutionum quatiebatur, cognovimus firmiorem. Si ergo in pari amicitiæ ſoliditate volueritis conſiſtere, animum Imperatoris adverſum vos exaſperatum, & cujuslibet alterius potentis, noſtro ſuffragio facilè poteritis tolerare. Præterea ſi amicitiam noſtram nolueritis tepeſcere, ſed potiùs roborare, F. de Pettoue, & quemlibet alium, terram noſtram perturbantem, graviter corripere non differatis.

C

D
LXIX. *Epiſtola.*

Geyſa.

GOuſo Dei gratia Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæque glorioſiſſimo, & victorioſiſſimo Regi, Eberhardus Dei gratia, Juvavienſis Eccleſiæ miniſter indignus orationem & ſervitium cum ſumma devotione.

E Meminit excellentia veſtra, ſi meminiſſe placet, ante aliquos annos per beatæ memoriæ *Wolf. Comitem, & alios nuntios veſtros, inter Eccleſiam noſtram, & regnum veſtrum, firmatam fuiſſe amicitiam, ita ut nos vobis ad omnem regni veſtri honorem, fideles & devoti exiſteremus, & vos, prout regalem veſtram magnificentiam decet, familiari nos diligeretis affectù. Quod quidem per malorum hominum utrobique incurſantium præſumptionem turbatum eſt, ſed tamen contra noſtram voluntatem factum eſſe veſtræ debet conſtare excellentiæ; quia verò placuit veſtræ celſitudini redintegrare, quod confectum erat, & quod diſſolutum, conſolidare; nos quantas poſſumus, etſi non tantas, quantas debemus, gratias vobis referimus, maximè cùm in negotiis Eccleſiæ, & fidelitate beati Petri, & confirmatione Papæ Alexandri fortem & præcipuum vos patronum cognoverimus. Pro eo autem quod in ſublevatione noſtra, ſi fortè neceſſe fuerit, promptum vos cognovimus, nihil eſt, quod dignè vobis reſpondere poſſimus præter orationes noſtras, & promptiſſimum devotionis affectum. Hoc autem vobis conſtare debet, quòd nullo metu vel periculo, adjuvante Domino, ab unitate Eccleſiæ recedemus; quia extra Catholicam Eccleſiam neque ſalus, neque veri ſacrificii locus eſt.

** Wolfardum.*

F

LXX. *Epiſtola.*

G DOmino in Chriſto venerabili Eberhardo Juvavienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopo Reverendo L. F. Strigonienſis Eccleſiæ vocatus electus qualiſcunque, cum irremiſſibili deſiderio, ſi quid valet peccatoris oratio. Veſtræ fidei conſtantia, Pater ſancte, ſemper in omnibus, quæ Dei ſunt, flagrans, & circa Eccleſiæ unitatem diſſenſionis impatiens, in præſentiarum cum Eccleſia Dei pravorum morſibus laceratur, probatiſſimo auro probabilior inventa domum Dei ſuo odore replevit. Inde eſt, quòd eadem fidei conſtantia, quæ jam dudum ſuorum unguentorum me odore vobis conjunxerat, nunc cùm in tempore probationis, vos ſpiritu fortitudinis, ita fortem Chriſti athletam fecerit, ut de vobis dici poſſit, quòd parati eſtis non ſolùm impendere, ſed etiam impendi; per eundem me ùt filium veſtræ caritati univit, & ùt ſervum reverendæ auctoritati ſubjecit. Denique cum uniuscujusque Paſtoris charitas perfecta ſit, ſi ejus circa ſuarum Eccleſiarum curam ſollicitudo verſatur, veſtræ ſanctitatis charitas, ex hoc perfectior eſſe probatur, quòd non ſolùm pro veſtris ovibus animam parati eſtis ponere, verùm etiam omnes fideles in fide Chriſti & unitate Eccleſiæ capitis roborare. H

Cæterùm quòd veſtra Paternitas aſſerit, multa indicia probitatis, me vobis amabilem

lem reddere, abſit à me, ut credam vos falſa pro veris velle probare; ſed reor, quòd ſanctitatis veſtræ ſoleritia pigritiam meam quoquo modo vult excitare, & ſuis ſanctis moribus informare. Sed quoniam nihil horum, quæ de me dicuntur, in me eſſe conſpicio, de mea informitate non minimùm doleo, propter divitem Dei miſericordiam, & veſtræ ſanctitatis merita, quam id deſiderare conſpicio, & in ſuis deſideriis non poſſe falli confido, in aliquam partem reformationis ſpe me ſublevo. Quòd autem veſtræ diſcretionis prudentia, me monet verbo & opere prædicare, quod fixum teneo in corde, & ponere me ipſum vobiſcum murum pro domo Iſraël, grates immenſas vobis refero, ſed diſcretionem veſtram non latet, in corpore Chriſti plura eſſe membra. Aliud enim membrum eſt oculus, prævidens in Eccleſia Dei, quid faciendum ſit, & quid non: aliud membrum eſt brachium, videlicet quod extenditur contra adverſarios ſanctæ Eccleſiæ; alia membra ſunt pedes, qui ſubminiſtrant, & ſubſerviunt cæteris membris. Vos itaque in corpore Chriſti ùt oculus prævidete; ùt brachium extendimini; & ego ùt pes, pro poſſe vos ſequar, vobis in hoc officio ſubſerviam, ita quòd, dum pro Eccleſia Dei certatis, nec mors nec gladius, me à vobis in charitate Chriſti ſeparabit. Quoniam autem veſtrum cor de provectu & unitate Eccleſiæ video dilatari, unde ampliùs dilatetur, veſtræ diſcretioni notificare curavi, me apud dominum noſtrum Regem his precibus obtinuiſſe, quòd dominus Alexander à rege & tota noſtra Eccleſia receptus eſt, & confirmatus, & fine impoſito deliberationi, actioni jam inſtamus, & literæ domini Regis unà cum literis meæ parvitatis Domino Alexando jam miſſæ ſunt. De cætero ſi quid habetur apud nos, quod veſtræ ſanctitati placeat, mihi intimare curate, & ego pro poſſe vobis ſum paratus obedire.

LXXI. *Epiſtola.*

REverendo Patri & Domino Henrico Remenſium Archi-Epiſcopo, Eberhardus Saltzburgenſis Eccleſiæ miniſter indignus, ſi quid valet peccatoris oratio cum devoto obſequio. Quia de veſtra ſanctitate multorum relatione cognovimus, quòd inter procellas fluctuantis Eccleſiæ, quaſi columna immobilis perſiſtitis, & fluctuantes animos plurimorum in unitate Catholicæ Eccleſiæ veſtro firmatis exemplo, dignum duximus in rebus dubiis veſtram ſuper ſtatu Eccleſiarum & regnorum Franciæ & Angliæ conſulere ſanctitatem. Nos enim gravi perurgemur ſollicitudine, cùm variis exagitamur rumoribus, ab illis, qui partibus favent Octaviani, & Papam Alexandrum, imò totam Eccleſiam in Papa Alexandro contendunt exſufflare. Dicunt enim, quòd refutato Papa Alexandro, Eccleſia Gallicana Octavianum velit ſuperinducere. Unde quidem non ſcandalizamur, ſcientes inimicos veritatis, operante in eis ſpiritu mendacii, in dolo & fallacia ſolummodo converſari, propter infirmos tamen ſcandalizatos non poſſumus non uri. Supplicamus igitur in Domino ſanctitati veſtræ, ut de re dubia certos nos faciatis, & puſillos Eccleſiæ, qui in regno noſtro conſiſtunt, literarum veſtrarum auctoritate confirmare velitis. Valete & orate pro nobis.

LXXII. *Epiſtola.*

EBerhardo Saltzburgenſis Eccleſiæ Venerabili Archi-Epiſcopo Henricus Remenſis Eccleſiæ dictus Archi-Epiſcopus fidei conſtantiam & oculum charitatis habere. Sanctitatem veſtram multa proſequimur gratiarum actione, quam in fide conſtantem, & Eccleſiæ columnam immobilem, unitatem ſpiritus in vinculo pacis ſervare, nullatenus dubitamus. Confidimus in Domino, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet uſque in finem, & ſicut ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidelem adjutorem vos providit, ſic honeſto fidei & religionis veſtræ propoſito efficaciam adhibebit. Quód ergo de ſtatu Gallicanæ Eccleſiæ erga Dominum Papam quæſiviſtis, illud ſanctitati veſtræ conſonat, quæ boni filii conſuetudinem retinens, ſanctæ matri Eccleſiæ piè invigilat. Illud ergo diligentiæ veſtræ certum innoteſcat, Gallicanam Eccleſiam Domino Papæ Alexandro devotè obſequentem, & uſque ad mortem obedientem. Dominus quoque & frater noſter Francorum Rex ei debitæ ſubjectionis famulatum exhibet, priúſque caput amputari aſſerit, quàm reſiliat ab eo, quod juſtè & honeſtè incepit.

LXXIII. *Epiſtola.*

VEnerabili & in Chriſto amando Domino & Patri Henrico Brixinenſi Epiſcopo. Eberhardus Juvavienſis Eccleſiæ Dei gratia, licèt indignus miniſter, ſpiritum conſilii & fortitudinis. Legitur in libro Sapientiæ; quia in bono non cognoſcitur amicus, & in malo non abſconditur inimicus. Quanto tempore floruit Eccleſia in tranquillitate, non fuit diſcretio inter filios Dei, qui verè de corpore Chriſti ſunt, & inter eos, qui ſolo nomine ſe illis ſociabant: ideóque ſecundùm dictum Sapientiæ, non facilè poterat diſcerni inter hos & illos: Nunc autem quia navicula Chriſti in mediis jactatur fluctibus, ſingula membra ſuis capitibus inhærere contendunt, Chriſto videlicet & diabolo, ut manifeſtè probentur inimici Chriſti, & hi, qui ſe priùs jactabant amicos Eccleſiæ, ut verum probetur, quod eadem Sapientia dicit; eſt amicus ſocius menſæ, qui non

non permanet in tempore neceſſitatis. Nec
A mirandum puto, quòd de numero inferiori
iſta verè dicuntur; mirandum potiùs & miſe-
randum ſimul eſt, quòd de hominibus noſtri
ordinis, iſta quantò veriùs, tantò miſerabiliùs
non ſolùm dicuntur, ſed etiam ſentiuntur.
Quot enim, & ubi ſunt paſtores Eccleſiarum,
qui ſtent ex adverſo, & ponant ſe murum
pro domo Iſraël?

Denique audivimus contra ſpem noſtram,
quam concepimus, Domini Imperatoris fu-
B turum eſſe conſilium malignantium, in quo
non diſcutienda ſit veritas, ſed in quo confir-
manda proponatur manifeſta perverſi-
tas. Quod ut vobis fieret manifeſtius, mi-
ſimus vobis litteras Domini Imperatoris,
quas tunc ſubreptitias putabamus; nunc au-
tem cognovimus, quòd per univerſas provin-
cias illis Epiſcopis & Principibus ſunt dire-
ctæ, quos Dominus Impetator novit ſuæ vo-
luntati ſubſervituros. Nos autem vocati
non ſumus, ſicut æſtimo, ex nutu divino,
quia contrarii ſumus machinationibus illo-
rum. Rogamus itaque ſanctitatem veſtram,
C ſecundùm datam vobis à Deo ſapientiam,
nos veſtro velitis præmunire conſilio, utrum
videlicet eundum nobis ſit ad idem Conci-
lium, vel remanere magis conveniat. Sunt
etiam quædam alia, quæ litteris mandanda
non putavimus, de quibus lator præſen-
tium viva voce vobis poterit commodiùs
innoteſcere. Valete & orate pro nobis.

LXXIV. *Epiſtola.*

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei,
Venerabili fratri, O. Veronenſi Epiſ-
copo ſalutem & Apoſtolicam benedictio-
nem. Devotionem, quam circa ſacroſan-
ctam Romanam Eccleſiam, & nos ipſos ex-
hibes, attendentes, eam gratam admodum
acceptámque tenemus, ipſámque in Domi-
no laudibus digniſſimis commendamus.
Unde ſtatum ejuſdem Eccleſiæ ac noſtrum
tantò libentiùs fraternitati tuæ aperimus,
quantò tuæ puritatis affectionem circa
eum ſollicitam magis & intentam exi-
ſtere, nullatenus dubitamus. Noverit
D ergo tuæ diſcretionis prudentia, quòd
tam nos, quàm fratres noſtri apud Montem
Peſſulanum, per Dei gratiam, ſani & inco-
lumes commoramur, & ab Archi-Epiſco-
pis & Epiſcopis, Regibus & Principibus, &
univerſa occidentali Eccleſia tam per ſe, quàm
per alios, & ſuos nuntios, honoramur pro-
penſiùs & devotiſſimè veneramur. Specialiter
autem fratrem noſtrum Senonenſem, Turo-
nenſem, Aquenſem, & Narbonenſem Archi-
Epiſcopos, de quibus unum, ſcilicet Narbo-
nenſem, inibi conſecravimus, & Antiſiodo-
renſem, Maclovienſem, Nivernenſem, Mori-
nenſem, Magalonenſem, & Toloni Epiſcopos
recenſuimus, cum quibus in die Aſcenſionis
Dominicæ, publicè excommunicationis ſen-
tentiam in Octavianum ſchiſmaticum, at-
que in omnes ſuos complices promulgavi- E
mus: & dilectos filios noſtros, Henricum
& Wilbelmum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
dinales, Apoſtolicæ Sedis Legatos, cum
Ebroicenſi & Bajocenſi Epiſcopis, nun-
ciis videlicet illuſtris Regis Francorum, &
Bituricenſem ac Remenſem Archi-Epiſcopos
exſpectamus, firmam ſpem fiduciámque te-
nentes, quòd ſummæ divinitatis clementia,
pacem & tranquillitatem Eccleſiæ ſuæ celeri-
ter indulgebit.

Quocirca fraternitatem tuam per Apoſto-
lica ſcripta rogamus, monemus, & ex- F
hortamur in Domino, quatenus te ipſum &
alios, quos poteris, Eccleſiæ filios ita in de-
votione beati Petri ac noſtra ſtudeas jugiter
confortare, quòd tuæ affectionis ſinceritas,
ex ipſo rerum exitu debeat omni tempore
commendari. Noveris autem ad audien-
tiam noſtram perveniſſe, quòd Archi-Pres-
byter tuus de Minerva, & alii, quòd plu-
res de Epiſcopatu tuo, excommunicatis
illius ſchiſmatici Octaviani communicare
præſumunt, & eis contra dilectos filios no-
ſtros Brixinenſem, & nobilem virum T. comi-
tem de Garba conſilium, & auxilium totis
viribus ſubminiſtrant. Quod utique quàm
ſit indignum, & à tramite rationis extra-
neum, tantò tua diſcretio pleniùs novit,
quantò Eccleſiaſticis & ſecularibus diſcipli-
nis eruditus magis noſceris & inſtructus. Un-
de fraternitati tuæ per præſentia ſcripta man- G
damus, quatenus tam prædictum Archi-Pres-
byterum, quàm alios per tuam Diœceſim
conſtitutos, quos hujus iniquitatis reos eſ-
ſe perceperis, commoneas diligentiùs at-
que compellas, ut penitus de cætero ab hac
malignitate deſiſtant. Quòd ſi in ea obſti-
nata mente permanere præſumpſerint, tu
eos conceſſa tibi auctoritate coërceas. Da-
ta apud Montem Peſſulanum XVI. Kalend.
Junii.

LXXV. *Epiſtola.*

EBerhardus Juvavienſis Eccleſiæ, Dei gra- H
tia, miniſter indignus, Venerabili &
dilecto R. Gurcenſi Epiſcopo, orationes
& magnum devotionis affectum. Omnia
tempora tempus habent, & eſt tempus flen-
di, & tempus ridendi. Hæc ſe viciſſim ſe-
quuntur; quia ante ruinam exaltatur cor,
& ante gloriam humiliatur, & extrema gau-
dii luctus occupat; & rurſus triſtibus læta
ſuccedunt. Hæc eſt via univerſæ carnis &
miſeria mundi præſentis. Putabamus ſta-
tum Eccleſiæ in eo eſſe, quòd, deterſo nu-
bilo ſchiſmatis, ſine dilatione lux ſerena ſe
nobis infunderet veritatis. Sed ecce turbo
venit ab Aquilone involvens omnia, ita ut
vix ſperare poſſimus viciniora ſaluti. Deni-
que literæ circumferũtur in omnibus provin-
ciis terræ noſtræ, quæ quaſi præconis voce
ſublevationem Octaviani & confirmationem,
& Alexandri Papæ dejectionem magnis voci-
bus intonant, & terrifico reſonant boatu. Hæc

ſunt quæ animos ſcandalizant infirmorum; A nam quorum pedes ſtatuit Dominus ſupra Petram, & qui fundamentum ſuum non jecerunt ſuper arenam, ab hoc turbine, & ventorum iſtorum quaſſatione moveri non poterunt, qui videlicet fundati ſunt ſuper Petram.

Eſt tamen, quod deſperatis infirmioribus poſſit conſolationem non parvam importare, exemplum videlicet Apoſtolorum, qui cùm dormiente Domino viderent, ſe magna maris commotione jam jámque involvi, importunis vocibus ipſum Dominum maris auſi ſunt excitare. Qui ſurgens imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Hæc ſunt, quibus vincitur mundus, quibus univerſa hujus magni maris tumultuatio quaſi elevata deponitur, oratio vi- B delicet ſanctæ Eccleſiæ, quæ penetrare cœlos dignoſcitur, uſque ad aures Domini Sabaoth, ſi ex humilitate & contritione devoti cordis proficiſcatur. Ut autem nobis perſpicaciùs eluceat prædictorum exaggeratio, reſcriptum literarum, quæ ubique diſcurrunt, miſimus vobis, ex quibus liquidò colligere poteſtis, quantùm mutata ſit voluntas Domini Imperatoris, ab eo ſtatu, in quo eum dimiſiſſe putabamus. Supereſt igitur, quia nos nullum mandatum accepimus; ut veſtro & religioſorum virorum conſilio, ad ea, quæ nobis videntur convenire, dirigamur, utrum in hujus neceſ- C ſitatis articulo, huic nos ingeramus actioni, quod quidem à diverſarum partium Epiſcopis à nobis exigitur, an ſub ſilentio deliteſcamus, donec repentina nos involvat perſecutionis tentatio. Credimus & vos non deſerturos conſtantiam, quam à longo tempore retrò, exemplo ſanctiſſimi prædeceſſoris noſtri didiciſtis, & tenuiſtis hactenus, quia ſcitis caudam cum capite in ſacrificio offerendam, & perſeveranti ſpem ſalutis eſſe, non incipienti.

LXXVI. *Epiſtola.*

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus fideli ſuo C. D Auguſtanenſi Epiſcopo gratiam ſuam & omne bonum. Inter varias, & tumeſcentes tempeſtatum procellas, quibus jam diu navicula Beati Petri quaſſata, & inter preſſuras diverſas, quibus ſancta Dei Eccleſia frequenter afflicta & tribulata eſt, tandem verus ille mediator Dei & hominum, Chriſtus JEſus, qui Eccleſiam ſuam velut unicam ſponſam proprio charactere ſui pretioſi ſanguinis inſignivit & redemit, conſolationis gratiam, quam aſcendens in cœlum fidelibus ſuis repromiſit, inquiens; *Non relinquam vos orphanos: ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi;* evidentibus & manifeſtis declarat indiciis. Ipſe enim, ſicut ſtella matutina in medio nebulæ, nunc oriens, ſolita pietate Eccleſiam ſuam E in tribulatione reſpexit, & ſurgens imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Pro illa ſiquidem controverſia, quæ inter nos & Regem Francorum pro ſchiſmate Romanæ Eccleſiæ jam diu agitatur, aſpirante ſancti Spiritus gratia, qui facit habitare unanimes in domo, mediantibus hinc inde Legatis, tandem pari voluntate & unanimi conſenſu inter nos convenit, quòd nos videlicet unà cum Archi-Epiſcopis, Epiſcopis & Patribus orthodoxis ac viris religioſis, Baronibus, & univerſis regni utriuſque Principibus IV. Kalend. Septemb. in die videlicet decollationis S. Joannis Baptiſtæ, ſupra fluvium Saona, in Epiſcopatu Biſuntio, Concilium generale pariter celebraturi ſumus. In quo Rex Francorum, dilectus conſanguineus noſter cum univerſis Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, & cum omnibus regni ſui Principibus, & tota Gallicana Eccleſia, reverendum Patrem noſtrum Dominum Octavianum Papam, ſicut per Sacramenta, & firmiſſimas ſecuritates præ- F ordinatum eſt, in Apoſtolicum univerſalem ſanctæ Dei Eccleſiæ Pontificem recipiet, & debitam ei reverentiam exhibebit.

Irritus fuit iſte conatus Friderici. Vide Baron. Anno 1162.

Verùm quia hoc negotium tam arduum, támque ſalubre, & tam neceſſarium, ubi de reconciliatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & totius ſalute Chriſtianitatis in commune agitur, ſine tuæ diſcretionis cæterorúmque Principum ac Chriſti fidelium præſentia conſummari nec debet nec poteſt; exoramus te, & monemus in ea fide, quam Imperio & ſanctæ Dei Eccleſiæ & animæ tuæ debes, quatenus omni occaſione ſubmota, cum ſapientioribus, & magis idoneis perſonis tuæ diœceſeos apud Biſuntium IIII. die ante prædictum terminum familiariter, mo- G re curiæ nobis occurras, ad Concilium nobiſcum proceſſurus, & quia abundans cautela non nocet, milites tui, quos tecum adduces, in armis & clypeis ſint muniti. Inſuper & tentoria deferas, quæ propter domorum raritatem neceſſaria ſunt. Ibi enim per gratiam Dei totum negotium Domini Victoris Papæ ad gloriam Dei, & ad pacem & unitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & omnimodum honorem Imperii honeſto fine terminabitur. Denique omnibus in ordine clericali conſtitutis ſcribimus, ſuadendo & rogando, quatenus ad præfatum Con- H cilium veniant, aut ruentibus rebus ſuis ſuccurrant.

LXXVII. *Epiſtola.*

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum DEI, Venerabili fratri Saltzburgenſi Archi-Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quod chariſſimam fraternitatem tuam ſæpius, ſicut vellemus, tum infidelitate terræ, tum nuntiorum inopportuni-

A tunitate impedientibus; noſtræ benedictionis alloquio non viſitamus, graviſſimè dolemus, & plurimùm interturbamur. Dum enim ferventem in hoc tribulationis articulo, devotionis tuæ conſtantiam diligentiùs attendimus, dum fortem animi tui prudentiam, qua inimicos Dei & Eccleſiæ potenter confutas atque confundis, & amatores lucis blandis obtectationibus, & cauta dulcedine in unitate & fide Catholica confortas & regis, ſedula meditatiooe revolvimus; dum conſideramus etiam, quanto robore & ſeveritate, ſpreta omni muodana potentia, ſolam veritatem attendens, Imperatori, & pravitatis ſuæ fautoribus, viriliter reſiſtis, in tantam animi affectionem progredimur, ut in te ſolo tam temporaliter, quàm ſpiritualiter partem noſtræ conſolationis conſtituamus, & perſonam tuam, ſicut inclitum & ſpeciale membrum Eccleſiæ, tota charitate in Chriſti viſceribus amplexemur. B Quicunque enim in partibus illis ſanè ſapiens nobis adhæret, & in Eccleſiæ unitate conſiſtit, tuo clariſſimo ſtudio, & vigilantia id, ſine dubio factum eſſe, conſpicimus, & in manifeſta veritate tenemus. Unde omnipotenti Domino, qui te per ineffabilem gratiam ſuam tam invictum nec vincendum, contra filios tenebrarum pro Eccleſia ſua conſtituit defenſorem, & tibi ipſi, quem ſævientis maris tempeſtas, & comminatio circumfrementium ventorum, nulla ratione à beati Petri, & noſtra reverentia potuerunt avellere, gratias, quantas poſſumus & debemus, exſolvimus, omnipotentem Deum puro corde & ſedulis vocibus exorantes, ut te ad honorem ſuum & Eccleſiæ defendat, & protegat per tempora longiora.

C Rogamus autem fraternitatem tuam, monemus & exhottamur in Domino, atque in peccatorum remiſſionem tibi iniungimus, quatenus in devotione beati Petri, & noſtra firmus & immobilis perſeveres, & quoſcunque potes, ſolertia tua ad idem inducas, & modis omnibus exhorteris. Præterea quoniam in adventu tuo noſter animus plurimum reſultaret, perſonam tuam in agendis Eccleſiæ neceſſariam habemus, diſcretionem tuam ſollicitè commonemus, quatenus noſtro te conſpectui repræſentes, ut de pace & conſervatione Eccleſiæ tuæ diſcretionis conſilium habeamus. Nos enim perſonam D tuam, quam ardenti deſiderio exſpectamus, gaudenti animo recipiemus, & curabimus multis modis honorare. Quòd ſi fortè contingeret, unde doleremus, quòd ad noſtram præſentiam non poſſis accedere; aliquem clericorum tuorum nobis tranſmittas, conſilio cujus, in agendis Eccleſiæ vice tua commodiùs perfruamur. Interea ſi videris tempus acceptatione dignum, ad Imperatorem Fridericum accedas, & ipſum ad unitatem Eccleſiæ, & devotionem noſtram revocare modis omnibus elabores; & eidem, ſi ad nos pura mente redire voluerit, E ex parte noſtra liberiùs proponas, quòd nos juxta conſilium tuum, omnia, quæ contra Eccleſiam Dei, & nos ipſos egit, ei remittere, & ſicut potentiſſimum Principem ſtudebimus honorare. Dat. Apo. * Dol. XIV. Kal. Octobris.

* Ex Dolenſi Monaſterio in Aquitania data eſt hac epiſtola.

LXXVIII. *Epiſtola.*

Ad Imperatorem Fridericum II. F

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Friderico illuſtri Imperatori, &c. *Greg. IX.*

Miranda tuis ſenſibus noſtra venit Epiſtola, ùt ſcripſiſti; ſed mirabilior tua noſtris. Sanè ſi noſtræ paginæ verba juſto libràſſes examine; ſi literas ad rivalem ſenſum, poſtpoſita conjuge, non traxiſſes; interpretans non ſuſpecto judicio; inveniſſes in illis, unde ſpirituali Patri reverens eſſes & matri.

Tuæ quidem tenor Epiſtolæ continebat, quod præter omnium opinionem, & conſilia G Principum, ut tuis verbis utamur, te invenerimus ad beneplacita noſtra paratum, ita ut nullus prædeceſſorum tuorum, ullis retrò temporibus recolatur, adeò Eccleſiæ Romanæ fuiſſe devotus. Sed de Principibus non aliter ex his verbis reformabimus animum, quàm probabilis credulitas habeat, facti experimento probata, de quibus Apoſtolicæ Sedis conſtantia, rectæ opinionis judicium, ſiniſtræ ſuggeſtionis inſtantia, non mutabit, cùm facta præferenda ſint dictis, & certa præjudicent poſitivis. Ecce de archivo Eccleſiæ monimenta publica prodeunt, quæ ſigillorum penè omnium Principum munita ſignaculis, opinionem repudiant, quam videris ingerere contra eos, quos veriſimilitudo non recepit, tantos & tales viros Excellentiæ tuæ dediſſe conſilium contrarium ſcripto tui, & ipſorum ſignato ſigillis; de prædeceſſoribus autem tuis ſi aliquid certius major dediſſet exptcſſio, metiremur in illis, quod in te ſperare poſſemus. Quoniam ſi ad proximos ſanguinis ſcribentis referatur intentio, modicum devotionis ſufficeret, ut eos comparatiooe præcedas; ſi tamen comparatio gradum inveniat, ubi nullum præveniet poſitivum.

H Quòd ſi ad illos prædeceſſores intellectum patiaris extendi, qui fidei præclaritate ferventes, devotione ſinceri, ſibi & ſubditis proficientes verbo pariter & exemplo, Eccleſiam multis libertatum privilegiis muniêrunt, multarúmque largitionum liberalitate ditaverunt; illis, ſi placet, in his, ſe magnificentia tua non præferat, ſed conſideret potiùs, ſi affluentia talium illorum metas attingas; diſcutiat, quæſumus, viri prudentis ingenium, ſi meritò titulum tibi multæ devotionis aſſumis, dum beneficia Eccleſiæ

matris tuæ revocare conaris in dubium, tan-
A quam ſi unius poſſint inficiatione celari, quæ
multorum notio publicat, & ſingularis aſ-
ſertio reddat ambigua, quæ univerſalis no-
titia manifeſtat. Porrò illa ingratitudinis
ſpecies, qua beneficia profecta negantur,
aliquid turbationis conſuevit afferre; ſed
illa Majoris doloris habet aculeos, qua in
bono malum præſumitur, & odium in di-
lectione notatur.

Circa tutelam quoque tui à claræ memoriæ
Imperatrice Conſtantia Regina Siciliæ Apo-
ſtolicæ Sedi relictam, à beneficiorum te gra-
B tia excipis, ſi tutelæ ſit debito ſatisfactum,
eò quòd fas inducebat, ut fieret, & nefas, ſi
deficeret, notaretur. Verùm nullus neceſſi-
tatis articulus tunc urgebat eò Eccleſiam, ut
in te, qui eras omni ſuffragio deſtitutus,
onus non leve ſuſciperet. Nec tutelæ ſuſ-
ceptio, quæ à gratia ſumpſit exordium, ha-
bere te debuit pro perſecutionis debito non
ingratum, ſaltem ut nutrici notam non ſo-
lùm ſuſpectæ, ſed etiam fraudulentæ admi-
niſtrationis non nitereris impingere dicens;
*Quòd Eccleſia nomine defenſorum hoſtes immi-
ſerat palliatos*, qui ad perdendam animam
pueri feſtinarent, & pupilli ſuſciperent reg-
num pariter & coronam. Habebat præter-
ea diffamationis objectio, quòd, quem nu-
trix Eccleſia debuit promovere, dejecit,
erigens in paterna ſede hominem alienum;
C qui non contentus Imperio, ad regnum ni-
hilominus aſpiravit. Et quidem non habuit
id hactenus tua confeſſio, non id uſque nunc
committebat tuarum ſeries literarum, qui-
bus poſt Deum, totum adſcribebas matris
Eccleſiæ ſtudio, totum attribuebas ejuſdem
nutricis laboribus, quidquid eras: & Eccle-
ſiæ, quòd vivebas. Unde igitur tam con-
traria, tam novella proceſſit opinio? Un-
de præſumptio tam adverſa, tam repentina
prorumpit? Si enim frequens miſſio litera-
rum comitem conſcientiam mittentis habe-
bat; cùm nulla ſubſecuta ſit cauſa novæ
ſcientiæ, nec ſcientia novæ cauſæ; cur ca-
lumnioſè impingitur, quod evidentia facti
D repudiat? Cur ſub quodam involucro du-
plicitatis infertur, quod veritatis ſimplici-
tas non admittit? Quòd ſi ſcripta præmiſ-
ſa deſtituta erant credulitate ſcribentis, tua
circumſpectio colligat, quæ de iſtis illatio
ſubſequatur.

Súntne iſta, quæ promittebas matri Ec-
cleſiæ, ſi neceſſitas immineret? Eſt hic re-
tributionis affectus, quem offerebas, ſi gra-
vamen occurreret? Non id mater exſpecta-
vit à filio. Non id nutrix ſperare debuit à pu-
pillo. Ah Deus, quæ in tali filio aliis ſpei re-
liquiæ relinquantur, ſi mater tam diligens de-
ſperare cogatur? Ah Deus, quæ de tali pu-
pillo fragmenta favoris cæteri colligent, ſi
nutrix tam utilis jaculis detractionis impe-
titur? Ah Deus, quot & quantos labores
amiſit Eccleſia, ſi palmes, quem multo ſudo-
re plantavit & coluit, in amaritudinem vi- E
tis convertitur alienæ; cùm ſit minoris diſ-
pendii, nullos fructus producere, quàm
nocivos? O, quàm uberes lacrymas, quàm
amaras felicis recordationis prædeceſſor no-
ſter Papa Innocentius multotiens pro te fu-
dit? O quanta ſolicitudine laboravit, ut te,
à nocentium manibus eriperet, inſidian-
tium laqueis liberaret, & quaſi de mortis
faucibus extorqueret? Ecce quid retributio-
nis eidem Imperialitas afferat? Ecce, quid
regalis magnificentia recompenſet, dum pu-
pilli vitæ inſidiator occultus dicitur, & bo-
norum tacitus ſpoliator. Recogita, reco-
gita, fili chariſſime, ac infra clauſtra pe-
ctoris frequenti meditatione revolve, quàm
parvum, quámque depreſſum, te ille ſum-
mus Pontifex poſt obitum matris accepit. F
Et quàm grandem, quámque promotum
in ſua morte reliquit?

Porrò, ùt credimus, tenellæ infantiæ non-
dum finem attigeras, cùm impius Marcho-
aldus, tui nominis detractor perfidus, avi-
dúsque invaſor, regni Siciliæ metas aggreſ-
ſus, utraſque manus invaſionis extendens,
montem Caſſinum obſedit, & inſultibus
multis impetiit, exercens ſui robur exerci-
tus ad ſperatum exterminium captionis. Sed
in hoc Eccleſiæ ſolicitudo non defuit, quæ
per duos Cardinales cum multis militibus,
& expenſis non modicis efficacem manum
auxilii porrexit obſeſſis, vires invaſionis de- G
bilitans, & conatus obſidentis elidens. Cúm-
que obſidionis exitus inſultantis non reſpon-
deret affectui, & prorogata ſpe defenſionis
ad alios reſiſtendi animum reſumerent con-
vicini, ſe iniquus ille in Siciliam tranſtulit,
ut ibi, ſi de perſona Regis deſiderii ſui fi-
nem attingeret, ad regni faſtigium ſine dif-
ficultatis obſtaculo perveniret. Sed nec ibi
protectionis ſolitæ dexteram ſubtraxit Eccle-
ſia, mittens illuc bonæ memoriæ C....
Tituli S. Laurentii Presbyterum Cardinalem,
nobili viro Comite, Jacobo, conſobrino
prædeceſſoris prædicti mei, multis aſſocia-
to militibus, in tui ſubſidium nihilominus
deſtinato; Aliúſque Cardinalis tibi poſtmo-
dum extitit deputatus, qui tuis utilitatibus
non remiſſus, ibidem diem clauſit extre-
mum. Conſequenter, alio ſubſtituto, ut ſolli-
citudinis debitæ plenitudo, circa tuæ perſonæ
cuſtodiam non deeſſet. Interea Diapoldi ma- H
litia longè latéque diffuſa, ſic ſe per partes A-
puliæ, ac terræ laboris extenderat, tantúm-
que ſuſceperat incrementi, quod de obtenta
de P...... quodam Comite Celunenſi victo-
ria, pro majori ferè parte homines regio-
nis ſuo applicabat arbitrio, ſuóque domi-
nio * abdicabat, in aliquo, ſicut poterant, ** addicebat.*
reſiſtentes; & crudeliùs debacchando, quò
minùs de paucorum & humilium timebat
repagulo, qui de multorum & ſublimium vi-
ribus

ribus triumphabat. Cúmque in partibus il-
A lis non haberet Eccleſia, quæ erigeret con-
tra illum, multóſque ſumptus amiſerit in
omnibus regionibus, quæ pro te jam fecit
expenſas multarum millium unciarum, re-
cepto ad opus tui à S. . . . . . Comite Bren-
ni fidelitatis publicæ juramento: ipſum mi-
ſit in regnum, ut per eum elati confringe-
rentur cornua inimici.

B Nunquid hoc commiſſum fuit perdere
puerum? Numquid hoc fuit creditum ſpo-
liare pupillum? De throno Dei ſententia
prodeat, & virtus Altiſſimi rectum judi-
cium operetur, ſi adverſus Eccleſiam Ex-
cellentiam tuam decuit talia credere; ſi de-
buit ex his concepta credulitas in partum
prodire hujuſmodi, ut verbis & ſcriptis ex-
poſita in publico compareret? Sed forſan
hoc divina providentia voluit, ut habea-
tur in poſterum cautela ſecurior ex præviſo.
Cùm hominem ſiquidem alienum, quem
in ſede Patris tui, ſi tamen ſedes Patris dici
debeat, quæ non ſucceſſionis, ſed electio-
nis jure defertur, erectum fuiſſe prædicas,
tua prudenter adverſus Eccleſiam ſubſtitiſſet
invectio, eò quòd veritas negata de publi-
cis, minus reliquiſſet fidei de occultis. Nul-
lum enim angulum latet Imperii, quòd
Imperatore Henrico defuncto, quidam olim
C Philippo Duci Sueviæ, ac quidam Othoni
poſtmodum Imperatori diverſis voluntati-
bus adhæſerunt. Et licèt idem Philippus
nomen tuum primò prætenderet, ad ſe po-
ſtea convertit negotium, ſic illud, ſucce-
dentibus proſperis, ſuis utilitatibus appli-
cans, quòd non jam de jure dubitabat Im-
perii, ſed ſpem ad occupationem regni Si-
ciliæ prorogabat, quendam L. . . ., Vari-
nacienſem Epiſcopum ad hoc mittens, in his
etiam tuo ſubſidio Apoſtolicæ Sedis provi-
dentia non defecit. Sic illi per memoratum
O. . . . . . . Cardinalem, & nonnullos Ec-
cleſiæ Vaſallos reſiſtens in Marchia, quòd
conatus contrivit adverſos, & interdictus
eſt hoſtibus etiam ad primos Regni fines ac-
ceſſus.

D Philippo tandem ſublato de medio, Ot-
toni, quem omnium Principum roborata
conſenſibus præſentabat electio, nec expe-
divit, nec licuit diadema Imperii denega-
ri; qui, proculdubio, ùt ſcripſiſti, ſubi-
tò factus ingratus, tergum, non faciem,
vertit Eccleſiæ immemor receptorum. Sed
quamvis eam multis provocaverit offenſis,
diſſimulabat illas utcunque miſericordis Ec-
cleſiæ patientia conſueta. Sed poſtquam ad
tuam prorupit injuriam, in te, quaſi pupil-
la oculi tactum contrarium ferre non potuit,
multas vias excogitans, quibus pleno re-
medio, ſuo poſſet ſubvenire minori. O
quàm proximus eras periculis. O quàm para-
tus eras ad caſum. Quapropter invocavit Ec-
cleſia illius auxilium, qui ſuperbis reſiſtit,
& dat humilibus gratiam, qui imperat ma- E
ri & ventis; qui deponit potentes de ſede,
ac ponit humiles in ſublimi. Invocavit
etiam Principum corda fidelium, puſillos &
magnos ſolicitans, ut hi ad tui relevationem
collapſi, manum porrigerent adjutricem.
Obſiſtit tandem divina potentia ingrati co-
natibus, faciens in te cum Eccleſia ſignum
in bonum, ut elato cadente, tu ſurgeres,
& potente debilitato, tu * poſſes. Argu- * *Id eſt, potens eſſes.*
it enim illum ſua malitia, ſuáque adverſio
increpavit. Quoniam juſto Dei judicio pro- F
pria perdidit, qui avarè cupiverat aliena;
& tu, cujus regni tui vix extrema remanſe-
rant, illius omninò Imperium obtineres.
Hæc utique ſalutis remedia, cum auxilio
Principum, divinæ providentiæ virtute
præambula, tibi providit mater Eccleſia; ta-
lia beneficia contulit puero & adulto. Quid
ultra tibi facere potuit, & non fecit, de
contingentibus nil omittens, ea etiam, ad
quæ non tenebatur, adjiciens?

Miramur autem, quòd in his tuos labo- G
res commemoras, dicens, te dubii facti ſe-
curum: qui vocatus ad * certa, laboranti- * *fortè, ſceptra.*
bus aliis in labores alterius introiſti: metens,
quæ non ſeminâſti, & colligens, quæ procul
dubio non ſparſiſti. * Denique in defun- * *Locus corruptus.*
cto non fatigatur perſona noſtra, tua non
præterivit invectio, minùs diligenter conſi-
derans, quòd nos, qui prædeceſſori no-
ſtro quoad utilitates tuas, affectione ple-
naria ſuccedentes, ad tui conſummationem
honoris patenter adſtitimus, & potenter,
noſtro in multis detraximus, ut tuo adjice-
remus, honori, facti quodammodo noſtræ
famæ prodigi, tuæ parci. Sed pro iſtis & ali-
is hac nobis retributione reſpondes, quia jus
regibus Siciliæ in electionibus, ſicut aſſeris,
debitum ex antiquo noſtris conſtitutionibus
minorari (ais) Verùm, ſi ſcripta tua, & ge-
nitricis tuæ manu * ſolicitudinis revolviſſes; * *Sollicitiùs.*
ſi ſanctorum etiam Patrum conſtitutiones
adverteres, non culpares Eccleſiam circa de-
fenſionem Eccleſiaſticæ libertatis: cùm non
debeat de perſecutione morderi juſtitiæ, H
qui contendere nititur de abuſu.

Aſſeris inſuper nos, præter formam com-
muniter acquiſitam, te inconſulto quibuſ-
dam Eccleſiis Regni vacantibus præfeciſſe
perſonas. Sed, quæ ſit illa forma, neſ-
cimus; quæ, pro certo nimis eſſet infor-
mis, per quam Apoſtolicæ Sedis judicium
ex tuæ voluntatis arbitrio dependeret. Non
tamen intendimus repromovere ſuſpectos,
dummodo non ultra notam ſuſpicionis ex-
tendas, quàm rationis tramites patiantur.
Tarentinum poſt hæc Archi-Epiſcopum,
quem apud te quaſi à ſummo gratiæ in pro-
fundum odii caſus repentini mutatio ſic de-
jicit; qui paulò antè quaſi cor unum & ani-
ma una cum Principe cenſebatur; ſubitò fur,

ſubitò proditor, ſubitò tui ſanguinis di- A ctus ſit obtrectator, non excludimus à reſponſo: mirantes quid in illum expetas ultionis, quem per ſubtractionem ſuorum, & interdictum ſuæ ſedis acceſſum, contra fas & licitum tui proſecutor arbitrii, jam puniſti pœna præveniente judicium, & executione non exſpectante libellum.

Sed forſitan eſt, qui dicat, quòd dum ſua placuiſſe crediderit, ipſe diſplicuiſſe videtur. Catanenſem Epiſcopum, non duximus omittendum, cujus prodigalitate totum regnum dicis eſſe corroſum; ſi tamen B in totum proceſſit corroſio, unde tot remanſerunt reliquiæ corrodendæ. Hic ſi merces ſervitiis, ſi fructus laboribus, ſi meritis præmium reſponderet, aliud pro certo reciperet, quàm ſolvatur. Pro quo quid nobis apud Ferentinum; quid fratribus noſtris apud ſanctum Germanum Magnificentia tua promiſerit, non ignoras. Deinde Cephaludenſis Epiſcopi, circa quem ſanguinem occiſorum aſſeris ad nos clamare de terra, nec vita, nec ſpoliario ſub nube tegetur; ut de ipſo poſt reſtitutionis debitum juſtitiæ ſatisfaciat. Nec movemur, ſi ſuper hoc ad lacrymas & querelas tuorum fidelium, fortè, ſicut aſſeris, movearis: dummodo in illum, qui ſuo Domino ſtat, aut cadit, non proceſſeris ad vindictam: Primò in caſtrum Eccleſiæ ac bona ejus manu occupationis extenſa, quam querelam delatio juſta præferret ad examen judicis competentis. Quapropter non inferas, ut apud nos ille meruit, unde apud nos demeruiſſe videtur. Sed tamen non ignoras, quòd ſi pro juſtitia ſpoliatæ ſteterunt Eccleſiæ, licèt apud te propter hoc demeruiſſe credantur, apud nos, qui ſumus, & eſſe tenemur juſtitiæ zelatores, ſibi meritum comparârunt.

Tandem concuſſis columnis Eccleſiæ, Præ- C latis videlicet, inferioris gradus & ordinis Clericos rigor tui gravaminis atterit, & quaſi aliorum velis ſupplere defectum, prætendis negligentiam Prælatorum; quamvis ſuperioris ſedis non deſit auctoritas in crimina diligenti examinata judicio, & judiciali examine cognita tanta cenſura præcellit, quòd pœnæ diſtrictio culpæ * interducit exemplum, & vindictæ ſeveritas eſſe poterit aliis limes offenſæ. Quia verò Dei cauſæ deeſſe non poſſumus, nec debemus, ſuper omnibus iſtis, & aliis contingentibus Eccleſiaſticam libertatem ſic divina ſuffulti potentia debitum noſtri proſequemur officii, quòd Deo pro poſſe ſatisfacientes & homini, in hoc geremus utiliter negotium D noſtræ ſalutis ac tuæ, cùm deferre homini contra Deum, præſertim in talibus, ſit nocere; ac parcere, ſit ſævire. Manus enim mulierum miſericordium filios* detexerunt. Sed habet vera dilectio plagas ſuas, quæ dulciores fiunt, cùm amariùs inferuntur.

* interdicit fortè.

* deſtraxerunt.

Adjeciſti præterea, quòd poſt reditum E tuum in regno Siciliæ, redintegratis viribus tuis, pro temporum varietate diſperſis, excluſis rebellibus, Eccleſia contra matris officium ſuſpectos filios receptavit. Et quidem de Jurium redintegratione gaudemus; & utinam redintegrantis affectio ſic debitis contenta fuiſſet limitibus, quòd à juſtitia recuperationis in ſuis, nec in alienis ad uſurpationis injuriam non tranſiſſet. Qui præter id, quod in die noviſſimo, diſtricti Judicis ultione reddetur, conſummari felicibus ſubſtantia non conſuevit eventibus, augmentis non aggregata legitimis: quin imò grandis acervus inficitur partis adjectione corruptæ.

Super excluſis, reſponſo ſuperſedere poſ- F ſemus, niſi alicujus judicio crederetur retardatum ſilentium repetitam ſignificare querelam; ſed, ùt videmus, quod hactenus reſpondentis diſſimulatio diſtulit, nunc extorquet inſtantia conquerentis. A memoria quoque tua excidiſſe non credimus, quod Comiti T. . . . . Rainaldo de adverſa & fautoribus eorundem, antequam caſtra, quæ viribus obtinere nequiveras, reſignarent; inter alia, quæ publica & authentica ſunt, conventione notata, venit expreſſiùs perſonarum ſecuritas in promiſſum, ut id robur majoris firmitatis haberet; nos, & univerſos fratres noſtros affectuosè rogâſti per literas & nuncios ſpirituales, & in teſti- G monium reſervatas, ut Romana Eccleſia ſuper ſe ſecurè ac confidenter reciperet, quod inviolabiliter promiſſa * prædictis attenderes & plenariè obſervares. Sed utinam verbis facta reſpondeant, fidéſque promiſſis. Plus, quàm deceat Sedis Apoſtolicæ ac Excellentiæ Imperialis honorem afflictionibus publicis & pœnis manifeſtis exponuntur nonnulli de fautoribus Comitis memorati, quorum multos poſt ſperatam de ſecuritate fiduciam dediſti exilio, & quoſdam ignominioſa morte damnâſti. Proinde poſſumus non immeritò formidare, ne noſtra patientia in prædictis veræ patientiæ nomen amiſerit, & effectum. Quare, non credas, id oblivioni eſſe relictum; licèt ſit hactenus diſſimulatione ſuſpenſum. Sed quod in ſimilibus inferiores pro te promittere debeant, de ſpeculo poterunt eminenti reſpicere ſpeculum & exemplar. In quo quantum auctoritati Sedis Apoſtolicæ ſit detractum, quæ ipſos ad tuarum precum inſtantiam ſub ſua ſecuritate recepit, ſatis intelligunt, qui rem ſciunt. H

* *Sic quidem MS. præfert: ſed ſuſpecta manu librarii.*

De Comite verò *Matthæo*, quem apud te in ſubtractione ſuorum terræ ſanctæ ſervitium, Crucis & Crucifixi reverentia non defendit; Comite quoque Rogerio quodam capto, ùt nôſti, & poſtmodum liberato, ùt ſcimus, nec non & quibuſdam aliis, qui ad Urbem & loca confinia à perſequen-

A ſequentis facie confugerunt: conquieſcat de cætero, quæſo, Principis excellentis [ira] ne ſiccam ſtipulam perſequi, & contra ſolium, quod à vento rapitur, ſuam monſtrare potentiam videatur. Hæc quippe à Julii Cæſaris geſtis non elicis, qui * Dominum pœnæ avidum, & veniæ contemptorem, vitæ ſervavit invitum, & Metellum ſe gladiis offerentem ira tanti Principis reputavit indignum. Certè in iſraëlitico populo civitates erant refugii: Et Urbem ad refugium Chriſtianus populus non habebit? David recurſus erat oppreſſis: Et ſummus Pontifex, Dei magni Vicarius avertet faciem ab afflictis? utique non; cùm nulla moleſtia tibi per illos inferatur & tuis; niſi velis id duntaxat ferre moleſtè, quòd vivunt.

* Domitium forti.

B Adhæc de viro egregio ſocero tuo, ſi ad noſtram perveniſſet notitiam, quid de his, quæ tibi facere debuit, omiſiſſet, noſtra eum non præteriiſſet monitio, quem tibi deſideravimus acceptum, & te illi potentiſſimè gratioſum. In quo movet multorum corda miratio; quòd cùm conſueverint alii creſcere ex affinitate majorum; iſte non ſine multorum ſcandalo, non ſine terræ ſanctæ diſpendio, non ſine tui nominis læſione decreviſſe videtur. Et quidem his ſimilia magnificorum Principum geſta non continent, ſublimium mores ignorant, liberalium largitas non acceptat. Non ſic illius terræ procuratur utilitas. Non ſic ad ejus ſubſidium bellatores ſtrenui advocantur. Super quo ubi onera gravia & importabilia nos aſſeris alligare, quæ digito noſtro movere nolumus, non C attendens, quòd jam pluribus annis elapſis ultrò te iſtis omnibus ſubjeciſti ſpontaneus in Theutonnia ſignum Crucis aſſumens: Non attendens, quòd pro crucifixo gerendo negotium onus tam leve tulit Eccleſia in Eccleſiaſticorum decimatione proventuum. Non attendens, quòd per fratres noſtros, & alios prædicatores multi potentes & nobiles, magni & parvi ſe Crucis obſequio devoverunt. Pro mercatoribus autem Romanis Excellentiæ tuæ ſcripſiſſe meminimus, ſicut dicis; ſed cùm per hoc Jus ſuum non aſſequantur, ùt aſſerunt, non debet illis in ſua juſtitia Eccleſiaſtica cenſura deeſſe.

D De Vaſallis quoque patrimonii, de quibus, prout placuit, reſcripſiſti; quid Juris Imperiali Excellentiæ competat, tuorum, & prædeceſſoris tui privilegiorum inſpectio proteſtatur. Quòd ſi præter debitum à nobis in illis aliud pro terræ ſanctæ ſubſidio petiiſſes, ſicut decuerat, formata petitio ad exauditionis gratiam introiſſet. Provideas tamen, ut advocatiæ vocabulum frequenter tuis literis repetitum, tua, ſi placet, non protrahat interpretatio in abuſum. Quoniam cùm Advocatus Eccleſiæ idem intelligi debeat, quod Defenſor, ſi defenſoris omittis officium, nomen impropriè retines Advocati: quod ſatis in Archivata & caſtris aliis quondam noſtrorum fidelium oſtendiſſe E videris, quæ detines contra Juſtitiam occupata, poſt illatam violentiam, poſt commodum poſſeſſoris adeptum, factus de petitore poſſeſſor, aſſerens conquerentibus, te Jus in tua Curia redditurum. Super quo, ſi qua nova Jura ſunt condita, in publicum prodeant, cùm id non patiantur antiqua.

F Quia verò non eſt abbreviata manus Domini, ut non poſſit ſublimitatem curvare hominum, altitudinem humiliare virorum; nunc etiam felicium tuis votis ſucceſſuum ſplendor illuxerit, humilitatem in ſereno non deſeras; quam in nubilo prætendebas. Speramus itaque, quòd viri tam diſcreti memoriam nunquam ſic ad examinationem deducet oblivio, ut omnino in vitium ingratitudinis incidat, quod reprebendit in æmulo, & culpam, quam damnat in hoſte, committat. Non ergo ſeducant te proſpera, quem inſtruxiſſe debuerant adverſa: cùm fuerit Pharaonis pincerna notatus, eò quòd ſuccedentibus proſperis, ſui eſt oblitus interpretis, & lex nobilitatis id habeat, ut nobilium mentes excelſa non elevent, & infima non demittant.

G Quapropter, fili chariſſime, probatis Apoſtolicæ Sedis affectibus, nullius ſuggeſtio te ſeducat; quæ, niſi obſtaculum nimiæ devotionis impediat, à te dexteram beneficiorum non ſubtrahet, & dulcedinis ubera non abſcondet: cùm non ſit veriſimile, quod animi ferventis affectum ab illo de facili velit avertere, quem multo labore fovit impuberem, multáque ſolicitudine promovit adultum.

LXXIX. *Epiſtola.*

Rogat Papa Venetos, ut in Eccleſiæ devotione conſtanter perſiſtant, ac etiam contra Fridericum II. Imperatorem, qui Prælatos ad generale Concilium vocatos, nequiter ceperat, fortes eſſe debeant zelatores.

H GRegorius IX. Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis, nobili Viro . . . . . Duci & populo Venetorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Exiſtens in mari hujus mùndi Petri navicula contrariis interdum ventis impellitur, & nonnunquam ictibus colliditur procellarum. Sed tandem Domino flatibus imperante quietem, & turbinum impetus prohibente, ſuccedit tempeſtati tranquillitas, & eidem naviculæ placati æquoris ſulcanti planiciem undæ cedunt. Quia inopinatis aliquando impulſa flatibus, etſi jactetur, non mergitur; & undis repercuſſa fluentibus, etſi jactetur, non quaſſatur. Eccleſia quidem ſuper fidei petram erecta, frequenter ab æmulis Chriſtianæ religionis impetitur

A petitur, & impugnatur ſæpe ab Eccleſiaſticæ perſecutoribus libertatis. Sed demum Altiſſimo ad eam clementiæ oculos inclinante, ſuæque potentiæ dexteram extendente tutricem, detractores fidei freno arceantur ſilentii; & perſequentium manus in jura Eccleſiæ injurioſè laxatæ, repreſſis viribus contrahuntur: Sicque, poſt turbationis nubilum, ſerenum pacis ſubſequitur: & Eccleſiæ ipſi, gubernante Domino, præſentis ſæculi mare ſubſternitur, colliſo impetu inſurgentium procellarum.

Si ergo fideles ejuſdem Eccleſiæ, juxta mutabilitatem temporis, ſiniſtris aliquando
B exaſperentur eventibus, & mulceantur quandoque votivis; non eos ſucceſſus adverſitatis deprimat; nec tamen occurſus proſperitatis extollat. Sed in eo ſpes tota ponatur, omníſque fiducia, qui ſperantibus in ſe miſericordiæ ſinum aperit, & poſt tribulationis patientiam in adverſis, remedium in proſperis conſolationis impendit. Fridericus namque dictus Imperator, Eccleſiæ perſecutor, directis olim fratribus noſtris & Eccleſiarum Prælatis ac Principibus orbis literis, petiit convocari Concilium, ut ibi de meritis cognoſceretur ipſius. Nóſque tandem de fratrum eorundem conſilio Prælatos, & Regum ac Principum nuncios ad Sedem Apoſtolicam duximus convocandos.
C Sed idem, hoc intellecto; (quia terroris ſonitus impiorum auribus ſemper ineſt; eò quòd læſa conſcientia ſæva præſumit;) ſubſequenter alias literas contrarias deſtinavit; & nequiter ſe humilians, examen Concilii requirendo, interiora ſua, plena dolo, ſcripturæ varietate detexit. Accedentibus itaque ad ſedem eandem Prælatis, aliquibus, & pluribus eorum, propter maris timorem ad propria redeuntibus, ipſe audito vicino reliquorum adventu, eos, poſitis inſidiis, fecit cum Venerabili fratre I.... Epiſcopo Praneſtino, ac dilecto filio, noſtris Othone S. Nicolai in carcere Tulliano Diacono Cardinali, legatis Sedis Apoſtolicæ detineri; quaſi non ſufficeret ſibi, quòd Eccleſiam multipliciter læſerat, niſi & aliàs eidem inæſtimabilem irrogaret offenſam.

D Verùm, etſi hæc turbationem mentis fidelibus inferant, non tamen ſuorum cordium eſt immutanda conſtantia, nec eorum ſunt animi ſinceri flectendi: ſed tantò debent ipſi Eccleſiæ contra perſecutorem eundem favorabiliores adeſſe, quantò eum ex his graviorem ipſis injuriam in illa ſentiunt intuliſſe. Ideóque univerſitatem veſtram monemus, rogamus & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus in Eccleſiæ devotione conſtantiſſimè perſiſtentes, & confidentes in Domino, & in potentia virtutis ejus, inimicis ipſius tanquam Chriſti fortiſſimi bellatores potenter & viriliter reſiſtatis. Nec repentini caſus iniquitas corda veſtra ſtupore conſternat: ſed ad ipſius defenſionem Eccleſiæ E
accendat ea potiùs zelus Dei. Nos enim ſuper his taliter providere, Deo auctore, ſtudebimus, auxilii ſui dexteram nobis adeſſe ſperantes, quòd, impiorum depreſſis conatibus, honor erit Altiſſimo, Catholicæ fidei robur, & Eccleſiaſticæ libertati augmentum proveniet, ac veſtra, & aliorum fidelium utilitas ſubſequetur.

Narratio DE MORTE IMPERATORIS FRIDERICI.

IN tempore nubilo diem lucidum Virgo Lucia mundo noviter obtulit: in quo, quietem nunciavit Eccleſiæ. In quo quidem exultationis perpetuæ cunctis fi- F
delibus præſentavit exemplum: in quo vitæ ſolatium Chriſticolæ perſenſère: dum, ſicut à Domino factum eſt, in ipſius Feſto Faſtus occubuit; caligantis jam Friderici Imperatoris cujuſdam caligo prorſus evanuit, quæ texerat omnem terram. O dies feſtus feſtiva rememoratione condignus, qui eum, qui videbatur etiam marinis fluctibus Imperatoris Imperio imperare, duobus cubitis terræ coëgit eſſe contentum. O dies jocundus, & ingentis lætitiæ, in quo ceſſavit exactor, contritus eſt Imperii baculus, & vulneratus eſt plaga mortis, qui gentes in virga nequitiæ vulnerabat. Nunquid hic fuit Fridericus, qui ſedem ſibi ab G
Aquilone conſtituit, cujus damnavit damnabiliter cibo terram? Nunquid iſte vir excitit, qui nullius pietatis amicus, oppreſſit populos, concuſſit regna, & civitates deſtruxit, & univerſum orbem poſuit in ruinam? O mors in tali morte gratuita; quæ per tam funeſti funus vivificari facit ſpiritus devotorum. O mors placita, mors optata, quæ in tot & tantorum mortibus, morte quodammodo emendâſſe dignoſcitur, quidquid modernis temporibus humano arbitrio, in aliis præoccupâſſe videtur.

Sanè inter alios Chriſtianæ fidei & ſanctæ matris Eccleſiæ zelantes, vos, quos indiſſolubili ligatura ligat in fidei firmitate Liguria, H
præcipuè gaudere debetis, quòd poſt longa ſudoris certamina acquiſiviſſe probemini nobis, veſtríſque poſteris ſalutem. Demum qui pro vitæ veſtræ conſervatione noſcimini tam ſtrenuè propugnâſſe, lætari debetis, quòd hoſtes veſtros, qui, quantumlibet vos læſerint, *libertatis titulis* reſervâſtis per mortem dicti Friderici; qui, ſicut præmiſimus, in feſto B. Luciæ ſpiritum exhalavit, viribus mortificatus & ſpiritu. Vóſque dexterâ Domini victorioſiùs erigimini in virtutem. Sed dies, quos expetiſtis, inveniſtis hujuſmodi, & vidiſtis. En, dilecti nobis, ſe temporis opportunitas nobis offert,

A offert, quæ manibus veſtris vindictam ex hoſtibus repræſentat. Abſit, ut veſtræ finem gloriæ reddatis inglorium. Abſit, ut poſt vos perſequentis occaſum à præſumptione inimicorum, qui opes veſtras ſitiebant & ſanguinem, tepeſcatis.

Quæſumus igitur, & ſinceritatem veſtram modis omnibus, quibus poſſumus, rogamus, & hortamur; quatenus in tanti proſecutione doni, quod à Patre luminum
B deſcendiſſe dignoſcitur, tantâque plenitudine gratiæ Regi Regum, qui *potentem* depoſuit, dignas gratiarum laudes in cordis & vocis jubilo humiliter referentes, ad contritionem continuam hoſtium veſtrorum, quibus læta omnia jam vale dixerunt, ſic vires viriliter & animos animoſiùs innovetis, quòd in cujusdam quaſi victoriæ ſibi ſignum adſcribatur, quòd, parere mandatis Apoſtolicæ Sedis, & ad fidei & devotionis redire viam veſtris repercuſſi conatibus compellantur. C

LECTORI.

Habebamus & ex veteribus membranis plures hujus generis epiſtolas exſcribendas, & ad prælum adornandas curaveramus. Sed veriti, ne volumen hoc nimiùm excreſcat, cùm jam Tertium Alphabetum attigerit; manum de tabula removimus, & quæ hujus generis monumenta ſuperſunt, in aliud tempus evulganda diſtulimus. Vale, & his interea fruere. D

FINIS.

ARNALDI BRIXIENSIS

IN

MELCHIORE GOLDASTO CALVINISTA REDIVIVI

VERA DESCRIPTIO ET IMAGO.

Nunc publicè ad ſpectaculum propoſita

Per

JACOBUM GRETSERUM
Societatis JESU Theologum.

Idque in gratiam

NOVÆ AC COMMENTITIÆ MONARCHIÆ
Sacri Romani Imperii ab eodem Goldaſto nuper conditæ & evulgatæ.

Digitized by Google

ILLUSTRIBUS
ATQUE
GENEROSIS DOMINIS, DOMINO
JOANNI,
ET DOMINO
NICOLAO RAPHAELI
KOSTKA A STEMBERG,
&c.
Fratribus.

JACOBUS GRETSERUS
SOCIETATIS JESU.

INter cæteros fructus, quos Lutheri & Calvini Evangelium protulit, ILLUSTRES atque GENEROSI DOMINI, haud poſtremi ſunt iſti tres; *Rapere* & *diripere* cùm alia, tum præcipuè bona Eccleſiaſtica: Sectæ Miniſtris & Præconibus nihil, aut perparùm, hoc eſt, cymini granum, idque non integrum, ſed ſectum bipartitúmque præbere; denique ſpoliis iterum ſpoliari, aliiſque prædonibus prædam fieri, & ad egeſtatem redigi; malè partis malè dilabentibus.

Rem ita ſe habere, crebrò teſtatur, imò voce lamentabili quiritatur, Lutherus, potiſſimùm ubi verba facit de illa Redemptoris noſtri ſententia; *Date, & dabitur vobis.* Quo loco ait; *Eo nunc ingenio eſſe homines,* (loquitur autem de ſuis hominibus, hoc eſt, de *Quint-evangelicis*;) *ut illud* DATE; *transmutent in* AUFERTE; *vel*, RAPITE, *liberali illo* DATE *propemodum extincto. Anteactis temporibus, cùm Cacodæmon coleretur*, inquit Lutherus, *omnes miſericordes ac benefici erant. Ambabus manibus magna alacritate & pietate* DABATUR *quidquid ad* DEI *cultum, tametſi falſum, neceſſarium erat. Nunc, cùm meritò omnes munifici eſſe deberent, promptéque* DARE *& gratias* DEO *agere, pro* (Quinto) *Evangelio; omnibus omnia deſunt, omnes ſe fame enectum iri metuunt. Nemo eſt, qui* DARE *velit: omnes* ACCIPERE *&* RAPERE *contendunt. Antea quælibet civitas pro ſua magnitudine & copia, aliquot Monaſteria largiter alebat, ut taceam ſacerdotes & opulentiora Clericorum collegia. Nunc, cùm in unaquaque civitate, duobus ſolummodo, vel tribus, qui Verbum DEI annuncient, Sacramenta adminiſtrent, ægros viſitent & ſolentur, juventutémque inſtituant; ea, quæ ad victum & amictum pertinent, ſuppeditanda ſunt, non ex propriis, ſed ex alienis, nempe ex reliquiis Papatus; hoc opus, hic labor eſt.*

Luc. 6. Luth. in Poſtill. Eccleſiaſt. Domin. IV poſt Trinit. Vide eundem 26. Domin. poſt Trinit. & in cap. 47. Geneſ.

Et ut omnes luculentiſſimè intelligant, quàm DARE illud Chriſti ſit inviſum Sectariis, additur ad oram ſeu marginem libri hæc annotatiuncula; **Geben verkehret die Welt in lauter Nehmen/Stehlen und Rauben**: DARE *transformat Mundus* (Pſeudo-evangelicus) *in merum* AUFERRE, FURARI & RAPERE.

Quæ verba Iſlebici Vatis apertè nos docent, novo Evangelio non effici DATORES, ſed RAPTORES, non DATIVOS, ſed ABLATIVOS, &, ut mitiſſimè dicam, ACCEPTORES, ſeu, ùt Lutherus Germanicè nominat **Nehmer**; in cujus officina illi Salvatoris noſtri pro-
Act. 20. nunciato; *Beatius eſt magis dare, quàm accipere;* nullus planè locus relinquitur; etiam erga Logodulos, Verbique Buccinatores; quibus quàm parcâ, tenaci & malignâ manu ſubminiſtrentur, vel potiùs non ſubminiſtrentur neceſſaria ad vitam; jam Lutherus nobis expoſuit. Habemus ergo duos priores verbi Lutherani antea commemoratos effectus.

Audiamus & tertium. *Bene habet*, ait Lutherus; *Cape, furare, rape, quoad lubet: Veniet tempus, cùm verſa vice, præda tua, aliis prædonibus præda erit.* Nam, ùt ex DATE, naſcitur illud; *Et dabitur vobis;* ſic ex illo, RAPITE; conſequitur iſtud; *Et rapietur vobis;* ſive ab aliis manifeſtis RAPTORIBUS, ſive ab occulta quadam SANGUISUGA; cujus,
Proverb. 30. juxta Salomonem, *duæ ſunt filiæ*, dicentes; AFFER, AFFER; vel potiùs, AUFER AUFER; quæ, ùt ignis, nunquam dicit; SUFFICIT; quia, omnia abſumit & abligurit; & ita quidem, ut ipſo Luthero teſte, experi-
Luther. in Colloq. Sympoſ. tit. de mundo & ejus natura. entiâ liqueat, eos, qui in bona Eccleſiaſtica involârunt, tandem ad mendicitatem redactos eſſe; bonis Eccleſiaſticis ipſa etiam bona ſecularia depaſcentibus, & interitu ſuo ad interitum ſecum rapientibus.

Hanc RAPIENDI, non DANDI indolem habuit jam ab antiquis temporibus Alaſtor Hæreticus; quod cernere licet cùm in aliis non paucis ex priſcorum grege Novatoribus, tum præcipuè in *Arnaldo* Brixienſi, ejúſque aſſeclis *Arnaldiſtis* vetuſtis & recentibus: quibus illud DATE nihil aliud aut erat, aut jam eſt, quàm RAPITE; potiſſimùm à Clero, ab Eccleſiis, à Monachis, & Monaſteriis; ab Epiſcopis & Epiſcopatibus; à Romano Pontifice & Pontificatu; ídque, ut faciliùs conſequantur, Eccleſiaſticos, ipſúmque adeò ſummum Antiſtitem Politicis Magiſtratibus & Principibus ſubſternunt: quorum ingenium & improbitatem in hac lucubratiuncula, velut in tabella quadam delineare inſtitui; non illa quidem Apelléa, aut Cebetica; attamen aptâ repræſentare immenſam illam clependi, & omnia in ſuum horreum converrendi ſectariorum libidinem: cui quidem Pinacio meo aliud nomen præfigere, aut præſcribere nolui, quàm veſtrum, *Illuſtres ac Generoſi Domini:* Inde enim meritò ſperare poteram, ei plurimum lucis acceſſurum; ob ſummum familiæ veſtræ ſplendorem, quæ tot Magnificis, fortiſſimis, & rerum domi militiæque geſtarum gloria ſpectatiſſimis Heroibus abundat; inter quos eminent proavus veſter, Palatinus Culmenſis; & magnus patruus JOANNES Palatinus Sendomirienſis, is, qui ſceptra potentiſſimi Regni Poloniæ ſibi delata, inſigni moderationis laude; ad alium quemlibet potiùs, quàm ad ſe transferri voluit; & avus veſter CHRISTOPHORUS Palatinus Pomeranienſis; duóque patrui, STANISLAUS, in Pruſſia Theſauro Regio præfectus; & is, qui non ita pridem ex vivis exceſſit, GEORGIUS Palatinus Mariæburgenſis, vitam cælibem amplexus. Quocirca vos, *nobiliſſimi Juvenes*, filiorum loco habuit, hæredéſque ampliſſimarum opum inſtituit.

De inclyto parente veſtro CHRISTOPHORO, Capitaneo Coſcierynenſi dicere aliquid, mora mera fuerit; qui per veſtigia Majorum

rum ſuorum gradiens, decus ſtirpis ſuæ præclarè factis ampliavit, magiſque amplificandum ad vos, poſteros ſuos, feliciter tranſmiſit. Cui non tantùm ex inſito, & quaſi nativo lumine; ſed ex aſcititio quoque multum nitoris non ita pridem acceſſit; duabus ſplendidiſſimis familiis, OPALINSKIANA, & PILECIANA, cum veſtra per connubii vinculum conjunctis. Quo factum videtur; ut, ſicut funiculus triplex *Eccleſ. 12.* difficilè rumpitur, teſte ſapientiſſimo Salomone; ita etiam triplicem hanc quaſi Lampadem, per latiſſimas ad ſeptentrionem Provincias radiis ſuis clariſſimè micantem, extinguere haud ſit proclive futurum.

Verumenimverò inter KOSTKANÆ proſapiæ decora & ornamenta, duo, meâ quidem ſententiâ, palmam obtinent; alterum, illibata Catholicæ Religionis conſtantia, in tanta ævi & regionis illius licentia; adeò, ut à fide dignis proditum ſit, nullum unquam KOSTKARUM, Hæretica, vel ſchiſmatica labe attactum, aut contaminatum eſſe.

Alterum eſt, lucidum illud cæli ſidus, Beatus STANISLAUS; quem Societati noſtræ, imò toti Sarmatiæ, vel potiùs toti Chriſtianæ Eccleſiæ Domus KOSTKANA protulit; cujus Pater JOANNES, proavi veſtri, Palatini Culmenſis, frater, atque adeò veſter propatruus fuit; ita, ut vos, *Illuſtres atque Generoſi Juvenes*; cum ſancto illo Cælite quartus conſanguinitatis gradus copulet. Quo nexu, & vobis, & univerſæ familiæ veſtræ jure optimo gratulamini; quia, & interceſſorem certiſſimum in cælo habetis; & hîc etiam in terris, præter eximium, quia cæleſte, ornamentum; exemplar piè, rectéque vivendi domeſticum, ad quod & ſtudia, & actiones veſtras exigatis & conformetis. Nec, quâ eſtis ingenii felicitate & generoſitate, id facere abnuetis, adjuti tum publica Profeſſorum Academicorum inſtitutione, tum privato ductu admodum Reverendi Domini JOANNIS WOLEROWSKY Præpoſiti Tyczinenſis, cujus fidei, dum exteras terras obitis, tanquam duo precioſi uniones, commiſſi eſtis; à quibus Eccleſia DEI in potentiſſimo Poloniæ Regno, tot inter hæreſes conſtituta; & Societas noſtra, quæ iiſdem in locis ſaluti animarum, & inſtituendæ juventuti, pro talento ſibi credito, aſſiduam operam navat; præſidium & patrocinium ſperat & exſpectat; nec ſpe, & exſpectatione ſua, vel illa, vel iſta falletur: quandoquidem à progenitoribus veſtris in Eccleſiam, & in Ordinem noſtrum ingentia beneficia collata conſtat; præſertim à Magno patruo Illuſtri Palatino Sendomirienſi JOANNE, Collegii Iaroſlavienſis, & florentis ibidem Gymnaſii munifico conditore ac fundatore: à quorum ſemita, abſit, ut exerretis: quod vel tenuiter ſuſpicari, aut ſubvereri, impium, & in nobiliſſimum KOSTKARUM ſanguinem injurioſum duco. Vos ILLUSTRES atque GENEROSI Domini, vivite, valete, florete, creſcite; diu, feliciter, annis, virtute, eruditione. Ingolſtadii XXV. Januarii, M. DC. XIII.

CARMEN
AD ILLUSTRES
ATQUE
GENEROSOS DOMINOS
JOANNEM ET NICOLAUM RAPHAELEM
KOSTKAS A STEMBERG, &c.
Fratres.

Cum caput Eois Sol extulit aureus undis,
Non ſolet Eoâ ſe cohibere plagâ :
Sed ſua per totum diſſeminat undique mundum
Spicula, ſed terras luce, ſed implet aquas.
Quin per & immenſum curru defertur Olympum,
Ac tandem occiduas mergit in amne rotas.
Nec tantùm ſuperis diſpenſat lumina regnis,
Illum etiam noſtro ſub pede terra vides.
Rurſum ubi flammiferis ſatiata eſt illa quadrigis,
Huc patitur roſeum manè redire diem.
Atque ita perpetuum radiando circinat orbem,
Ut ſolem nullus neſciat eſſe locus.
Quid mihi cum Phœbo veſtrâ de laude loquenti,
O juvenes ? mentem vatibus ille regit.
Ille mihi, veſtrum dum dicere geſtio nomen,
Inter Pegaſeas carmina dictat aquas.
Ille, ego dum canto, vocem viréſque miniſtrat ;
Dum ſcribo, calamis verba dat ille meis.
Denique Koſtkanam diffundat ut undique lucem,
Ipſe piæ fieri gentis imago cupit.
Quæ tunc virtutum radios à Gadibus uſque
Auroram, & Mauras ſpargere cœpit opes,
Cùm Kriskæ ſancto cœpit ſplendeſcere partu,
Et tantam ætheriis ſpem facere alitibus.
Quantus & ille nitor, quem tota Polonia longis
Mirata eſt annis, doctáque dextra libris ?
Namque domi hæretico paſſim dominante veneno,
Veſtra tamen nulla eſt labe notata domus.
Dicere nobilibus de multis ergo licebit ;
Hæc proavos centum ſtirps numerare poteſt.
Hæc memorare duces, hæc oſtentare triumphos ;
Attamen & Diti nota tributa dedit.
Quàm procul hoc à te, gens antiquiſſima, fugit
Dedecus ? ô magno nomine digna domus !
Quæ Boiis etiam lucem deferret ut arvis,
His duo Koſtkarum ſidera miſit agris.
Sidera, quæ claris quoniam virtutibus æquant
Solem ipſum, ſoles vidimus ire duos.
Vidimus ô IUVENES admiratique nitorem
En eſt lux noſtri, diximus, aucta ſoli.
Sed cur non noſtris affundat lumina terris,
Si potuit cælum tangere veſtra domus ?

INDEX CAPITUM
HUJUS LIBRI.

CAP. I. *Quis Arnaldus, & unde ?*
II. *Qualis Arnaldus ?*
III. *Quæ doctrina Arnaldi ?*
IV. *Quid Arnaldus doctrinâ ſuâ effecerit ?*
V. *Quibus modis Arnaldus populum in Clericos concitârit ?*
VI. *Damnatio Arnaldi in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio II. Pontifice ; ejúſque trans Alpes fuga.*
VII. *Pernicioſus Arnaldi reditus Romam.*
VIII. *Arnaldus cum ſuis Arnaldiſtis tumultuatur in Urbe uſque ad primum annum Pontificatus Adriani IV.*
IX. *Arnaldus captus, in furcam actus, & in cinerem verſus Anno Chriſti MCLV.*
X. *De novis Arnaldiſtis.*
XI. *Librum Arnaldogoldaſticum potiùs Morarchiam, quàm Monarchiam inſcribi debere.*
XII. *Quænam munia novus Arnaldus ſuo Pontifici Maximo adſcribat.*
XIII. *Alia Morarchia Goldaſtica ex titulo libri argumenta.*
XIV. *Alia ſtultitia, ſeu Morarchia Arnaldogoldaſtica indicia, ubi & nonnihil de Equite Marchiogoldaſtico.*
XV. *Tragemata, ſeu Bellaria pro novis Arnaldis & Arnaldiſtis.*

ARNAL-

ARNALDI
BRIXIENSIS REDIVIVI
ICONISMUS.

Præfatiuncula.

UT alia quædam monſtra, jam olim apud inferos ſepulta, his noſtris temporibus infeliciter renata ſunt, ita quoque ſedibus ex ſtygiis anima Arnaldi Brixienſis, irato numine, revertit; & jam non unum, ùt quondam; ſed plura corpora occupans, varias longè latéque ſtrages edit; tot enim ſcelerum ſuorum inſtrumenta habet, quot hac ætate vivunt ex illa ſecta, quam Politicorum *nomine indigitant; in quam duplicis ſortis ſectatores cooptatos video; alteros, Catholico pallio veſtitos; alteros, apertè Hæreticos, Lutheriſtas puta, aut Calviniſtas; Ex quorum recentium Arnaldiſtarum numero, haud poſtremus eſt* Melchior Guldinaſtus, *Ex Turgavicis Helvetiæ Alpibus Originem ducens, qui immanibus Conſtitutionum, quas* Imperiales *appellitat, Tomis, & ad eos putidiſſimis Notationibus, Pontificem Romanum, omnêsque ejus Provincias, & totum Clerum, qui in Imperio; Imperatori ſubjici debere clamitat; ùt & Clericos aliorum Regnorum, Regibus quoſque ſuis, unà cum univerſis Facultatibus. Id ut obtineat, eam fermè viam init, quam olim Arnaldus pedibus ſuis trivit: cujus en tibi ex probatiſſimis ſcriptoribus Iconiſmum ſeu vivam ſpirantémque effigiem.*

A

CAPUT I.

Quis Arnaldus & unde?

Otho Friſing. lib. 2. de Geſtis Frid. cap. 20.

ARNALDUS iſte ex Italia, civitate Brixia oriundus, ejuſdémque Eccleſia Clericus, ac tantùm Lector ordinatus, Petrum Abailardum olim Præceptorem habuerat, vir quidem natura non hebetis, plus tamen verborum profluvio, quàm ſententiarum pondere copioſus, quem

Ligur. lib. 3. de Geſtis Frid. I. Imperat.

.... Brixia protulit ortu
Peſtifero, tenui nutrivit Gallia ſumptu,
Edocuitque diu: tandem natalibus oris
Redditus, aſſumpta ſapientis fronte, diſerto
Fallebat ſermone rudes.

Otho lib. 1. de Geſtis Frid. c. 27.

Religionis habitum habens, ſed eum minimè, ùt ex doctrina ejus patuit, ſervans.

B

CAPUT II.

Qualis Arnaldus?

SIngularitatis amator, novitatis cupidus; cujuſmodi hominum ingenia ad fabricandas Hæreſes ſchiſmatúmque perturbationes ſunt prona. Is à ſtudio à Galliis in Italiam revertens, religioſum habitum, quò ampliùs decipere poſſet, induit, omnia lacerans, omnia rodens, nemini parcens, Clericorum ac Epiſcoporum derogator, Monachorum perſecutor, laicis tantùm adulans Oth. lib. 2. cap. 20.

.... Clerúmque procaci
Inſectans odio, Monachorum acerrimus hoſtis: Ligur. loc. cit.
Plebis adulator, gaudens popularibus auris.
Pontifices, ipſúmque gravò corrodere lingua
Audebat Papam.

Cujus

A *Cujus converſatio mel, & doctrina venenum, cui caput columbæ; cauda, Scorpionis eſt.* * *Cujus maledictione & amaritudine os plenum eſt; veloces pedes ejus ad effundendam ſanguinem, contritio & infelicitas in viis ejus, & viam pacis non cognovit; Inimicus Crucis Chriſti, ſeminator diſcordiæ; fabricator ſchiſmatum, turbator pacis, unitatis diviſor. Cujus dentes arma & ſagittæ, & lingua ejus gladius acutus. Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula. Unde & ſolet ſibi allicere blandis ſermonibus & ſimulatione virtutum divites & potentes; juxta illud:* Sedet in inſidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem. *Demum cùm fuerit de eorum captata benevolentia ſecurus;* B *videbitis hominem apertè inſurgere in Clerum, fretum tyrannide militari, inſurgere in ipſos Epiſcopos, & in omnem paſſim Eccleſiaſticum ordinem deſævire: qui utinam tam ſana eſſet doctrina, quàm districta eſt vita; & ſi vultis ſcire; homo eſt neque manducans, neque bibens; ſolo cum Diabolo eſuriens & ſitiens ſanguinem animarum. Unus de numero illorum, quos Apoſtolica vigilantia notat:* Habentes formam pietatis; virtutem illius penitus abnegantes. *Et ipſe Dominus.* Venient, *inquiens*, ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

* Bernard. Epiſt. 196. Idem Epiſt. 195.
2. Tim. 3. Matth. 7.

CAPUT III.

Quæ doctrina Arnaldi?

D*Icebat, nec Clericos proprietatem, nec Epiſcopos Regalia, nec Monachos poſſeſſiones habentes, aliqua ratione ſalvari poſſe. Cuncta hæc Principis eſſe; ab ejúſque beneficentia in uſum tantùm laicorum cedere oportere. Præter hæc de Sacramento Altaris, baptiſmo parvu*- C *lorum non ſane dicitur ſenſiſſe.*

Oth. loc. cit.

. . . . Sceleratáque dogmata vulgo
Diffundens; variis implebat vocibus aures.
Nil proprium cleri; fundos & prædia nullo
Jure ſequi Monachos; nulli fiſcalia jura
Pontificum, nulli cura popularis honorem
Abbatum ſacras referens concédere leges.
Omnia principibus terrenis ſubdita tantùm
Committenda viris popularibus atque regenda.
Illis primitias, & quæ devotio plebis
Offerat, & decimas caſtos in corporis uſus,
Non ad luxuriam, ſive oblectamina carnis
Concedens.
Articulos etiam fidei certúmque tenorem
Non ſatis exacta ſtolidus pietate fovebat.
Impia mellifluis admiſcens toxica verbis.

Lig. loc. cit.

D Romanis præcipuè palpum obtrudebat, & ad veterem gloriam recuperandam vana calcaria addebat; *Proponens antiquorum Romanorum exempla, qui ex ſenatus maturitatis conſulto, & ex juvenum animorum fortitudinis ordine & integritate, totum orbem terræ ſuum fecerint. Quare reædificandum Capitolium, renovandam dignitatem Senatoriam, reformandum equeſtrem ordinem docuit. Nihil in diſpoſitione Urbis ad* E *Romanum ſpectare Pontificem, ſufficere ſibi Eccleſiaſticum judicium debere.*

Oth. loc. cit.

CAPUT IV.

Quid Arnaldus doctrina ſua effecerit?

A*D hanc ipſam ætatem ubicunque converſatus eſt* (Arnaldus) *tam fœda poſt ſe, & tam ſæva reliquit veſtigia, ut ubi ſemel fixerit pedem, illuc ultra redire non audeat. Denique ipſam, in qua natus eſt, valde atrociter commovit terram. In tantum verò hujus venenoſæ doctrinæ cœpit invaleſcere malum, ut non ſolùm nobilium Romanorum, & Cardinalium diruerentur domus, & ſplendida palatia, verùm etiam de Cardinalibus reverendæ perſonæ; inhoneſtè, ſauciatis quibuſdam, à furente plebe tractarentur.* F

S. Bernard. Epiſt. 195.
Oth. loc. cit. Fructus Evangelii Arnaldici. Similes paſſim videre eſt Evangelii Lutherani & Calviniani.

Ille ſuam vecors in clerum, Pontificémque,
Atque alias plures adeò commoverat Urbes,
Ut jam ludibrio ſacer, extremóque pudori
Clerus haberetur. Quod adhuc, ni fallor, in illa
Gente nocet, multúmque ſacro detruncat honori.

Ligur. loc. cit.

Adeò autem *totam penè urbem, ac præcipuè populum adverſus Pontificem concitavit*, ut Conradum Regem Romam invitarent ad auſpicandam Arnaldicam Romanæ Reipublicæ, & priſcæ Majeſtatis Monarchiam; datâ ad Regem Epiſtolâ *plena fatuitatis*, quam Otho Friſingenſis Hiſtoriæ ſuæ intexuit; in qua hos etiam Arnaldicos verſus reperies; G

Oth. lib. 1. cap. 27.
Oth. loc. cit. cap. 8.

Rex valeat, quidquid cupit, obtineat; ſuper hoſtes
Imperium teneat; Romæ ſedeat, regat orbem.
Princeps terrarum, ceu fecit, Juſtinianus.
Cæſaris accipiat Cæſar; quæ ſunt ſua, Præſul,
Ut Chriſtus juſſit, Petro ſolvente tributum.

At Chriſtianiſſimus Princeps hujuſmodi verbis ſive naniis præbere aures abnuit: quin imò venientes ad ſe ex parte Romanæ Eccleſiæ viros magnos & claros, quorum unus Guido Piſanus, ejuſdem Curiæ Cardinalis & Cancellarius erat, renovationémque antiquorum privilegiorum ſuorum poſtulantes, honorificè ſuſcepit, & honeſtè dimiſit.

Oth. loc. cit.

CAPUT V.

Quibus modis Arnaldus populum in clericos concitârit? H

I.

BLandis ſermonibus, & ſimulatione virtutum; ut ſuprà ex S. Bernardo audivimus.

S. Bernard. Epiſt. 195.

. . . . . Pulchram fallendi noverat artem
Veris falſa probans; quia tantùm falſa loquendo
Fallere nemo poteſt. Veri ſub imagine falſum
Inſtuit, & furtim deceptas occupat aures.

Ligur. loc. cit.

Habebat Arnaldus *& artem & voluntatem nocendi.*

S. Bernard. Epiſt. 196.

II. Inſectatione Cleri.

. . . mol-

Digitized by Google

A *----- molléſque cibos, cultúſque nitorem*
Illicitóſque thoros, laſcivâque gaudia Cleri,
Pontificum faſtus, Abbatum denique laxos (Ligur. loc. cit.)
Damnabat penitus mores, Monachóſque ſuperbos.

Idque non tam ex veritate, quàm, ùt Otho ait, *ex Eccleſiaſtici honoris invidia;* ùt & hodie fit, ubi ex feſtuca aliena faciunt trabem; & ex trabe ſua feſtucam; imò plerumque trabem ſuam multò maximam & craſſiſſimam, ne feſtucam quidem reputant.

(Oth. lib. 2. cap. 20.) III. Perverſa ſacræ Scripturæ explicatione. *Nam laicis, prurientes erga Clerum aures habentibus, Eccleſiaſticas malitiosè exponebat ſcripturas.*

IV. Objectu exoptatiſſimæ offæ; quæ eſt deprædatio bonorum Eccleſiaſticorum. Quo hamo, utpote aureo, non tantùm vulgus, ſed & Summates facillimè capiuntur & decipiuntur, rati, ſe omnes mox ex his tam opimis ſpoliis Crœſos fore. Sed experientia
B contrarium perſpicuè docet.

CAPUT VI.

Damnatio Arnaldi in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio II. Pontif. ejúſque trans Alpes fuga.

(Oth. loc. cit.) DUm (Arnaldus) Brixienſem Eccleſiam perturbaret, in magno Concilio Romæ ſub Innocentio habito (Anno M. C. XXXIX.) *ab Epiſcopo civitatis illius* (Brixienſis) *viriſque religioſis accuſatur. Romanus ergo Pontifex, ne pernicioſum dogma ad plures ſerperet, imponendum viro ſilentium decernit; ſicque factum eſt.* „ *Accuſatus apud Dominum* (S. Bern. Epiſt. 195.) *Papam ſchiſmate peſſimo, natali ſolo pulſus eſt; etiam & abjurare compulſus reverſionem, niſi ad*
C *ipſius Apoſtolici permiſſionem: pro ſimili deinde cauſa & à regno Francorum exturbatus eſt, ſchiſmaticus inſignis: Execratus quippe à Petro Apoſtolo, adhæſerat Petro Abailardo. Cujus omnes errores ab Eccleſia jam deprehenſos atque damnatos, cum illo etiam, & præ illo, defendere acriter & pertinaciter conabatur;* qui

Mox in Concilio Romæ damnatus ab illo (Lig. loc. cit.)
Præſule, cui numeros vetitum contingere noſtros,
Nomen ab innocua ducit laudabile vita. (Oth. loc. cit.)

Ita homo de Italia fugiens, ad Tranſalpina ſe contulit: ibique in oppido Alemanniæ * *Turego officium Doctoris aſſumens, pernicioſum dogma aliquot diebus diſſeminavit.*

* Zürich.

D *Territus, & miſeræ confuſus imagine culpæ,*
Fugit ab Urbe ſua, Tranſalpiniſque receptus
Quæ ſibi vicinas Alemannia ſuſpicit Alpes
Nobile Turegum, Doctoris nomine falſo,
Inſedit, totámque brevi ſub tempore terram
Perfidus impuri fœdavit dogmatis aura,
Unde venenato dudum corrupta ſapore,
Et nimiùm falſi doctrinæ vatis inhærens,
Servat adhuc uvæ guſtum gens illa paternæ.

(S. Bernard. Epiſt. 195.) *Et in his omnibus non eſt averſus furor ejus; ſed adhuc manus ejus* (Arnaldi) *extenta; nam etiam* E *ita vagus & profugus ſuper terram, quod jam non licet inter ſuos, non ceſſat apud alienos, tanquam Leo rugiens, circuiens & quærens, quem devoret.*

Quia verò Turegum (hodie Tigurum, Primaria Helvetiorum Urbs) erat in Diœceſi Conſtantienſis Epiſcopi, ideo S. Bernardus, ſollicitus, ne tantus impoſtor irreparabilia damna Turegi daret, ad Conſtantienſem Præſulem Epiſtolam miſit, qua eum ſui officii monuit, & ut de lupo hoc ab ovilibus arcendo quàm ſtudioſiſſimè laboraret, feriò cohortatus eſt. (Eſt num. 195. inter Epiſt. S. Bernardi.) Neque verò S. Bernardus pro eo fidei defendendæ fervore, quo incenſus erat, quidquam loci aut quietis peſtilenti huic Hæretico conceſſit. Quocirca cùm intellexiſſet, eum verſari in comitatu Guidonis, Apoſtolici Legati, ad eundem graviſſimam de hoc Novatore expellendo Epiſto- F lam dedit. Arnaldus, *quem Brixia evomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia non vult recipere, fertur eſſe vobiſcum:* cui *favere, Domino Papæ contradicere eſt; etiam Domino Deo; per quemcunque enim juſta ſententia juſtè detur, ab illo certum eſt proceſſiſſe, qui loquitur in Propheta:* Ego, qui loquor juſtitiam. (S. Bernard. Epiſt. 196. Iſa. 63.) *Non ſine cauſa vigor Apoſtolicus hominem Italia ortum, tranſalpinare coëgit: repatriare non patitur. Quis enim extraneorum, ad quos ejectus eſt, non eum omnimodis cuperet ſuis reddidiſſe? Et certè ſic ſe habere ad omnes, ut omnibus odio habeatur, approbatio judicii eſt, quod portat, ne quis dicat ſubreptum fuiſſe Domino Papæ.*

Hæc & alia hujus generis S. Bernardus ad Guidonem: qui etiam in Epiſtola ad Epiſcopum Conſtantienſem arbitratur, ſatius eſſe, G Hæreticum iſtum *ligare, quàm fugare, ne jam diſcurrere, & eò nocere plus poſſit. Hoc enim & Dominus Papa, cùm adhuc eſſet apud nos* (Arnaldus) *ob mala, quæ de ipſo audiebat, fieri ſcribendo mandavit; ſed non fuit, qui faceret bonum.*

Obſerva autem hic obiter imperitiam Illyrici, qui in Catalogo *Teſtium*, Arnaldum creat Epiſcopum Brixienſem, ſuffragatore Balæo, ejuſdem corii, vel adhuc deterioris, ſectario. Sed Epiſcopum nunquam fuiſſe, evidens eſt ex Othone Friſingenſi, S. Bernardo, & Ligurino.

CAPUT VII. H

Pernicioſus Arnaldi reditus Romam.

COmperta morte Innocentii (ſecundi Anno M. C. XLIII.) *circa principia Pontificatus Eugenii, Urbem ingreſſus, cùm eam contra Pontificem ſuum in ſeditionem concitatam inveniſſet, viri ſapientis haud ſectatus conſilium, de hujuſmodi dicentis:* Ne in ejus ignem ligna ſtruas; *ampliùs eam in ſeditionem excitavit, proponens antiquorum Romanorum exempla,* &c. (Otho Friſing.) Eadem carmine Ligurinus.

Aſt ubi, de medio ſublato præſule ſummo,
A *Eugenius ſacræ ſuſcepit jura cathedræ;*
Ille Petri ſolidam cupiens convellere petram,
Ut caput infirmum per cætera membra dolorem
Diffundit, Romana petit temerarius auſu
Mœnia ſacrilego, totámque nefarius Urbem
Inficit, impuri corruptam ſemine verbi:
Et populi tantas in Clerum concitat iras,
Ut penitus nullum ſummo deferret honorem
Pontifici, Clerúmque odio vexaret iniquo.
Et ſi quis, cui mens æqui & reverentior eſſet,
Et meliora pio flagrarent viſcera Voto:
Fortè refragari, ſeu diſſuadere furorem
B *Auſus erat, ſeſéque novis opponere monſtris:*
Omnibus ereptis, ſubverſâ funditus æde,
Corporis afflictu, ſeu tandem ſanguine fuſo
Clericus, aut etiam popularis facta luebat.
Quin etiam titulos Urbis renovare vetuſtos,
Patricios recreare viros, priſcóſque Quirites,
Nomine plebeio ſecernere nomen Equeſtre,
Jura tribunorum, ſanctum reparare Senatum,
Et ſenio feſſas, mutáſque reponere leges,
Lapſa ruinoſis, & adhuc pendentia muris
Reddere primævo Capitolia priſca nitori,
Conſiliis, armiſque ſuæ moderamina ſumma
Arbitrio tractare ſuo. Nil juris in hac re
Pontifici ſummo, modicum concedere Regi,
Suadebat populo; ſic læſâ ſtultus uterque
Majeſtate reum gemina ſe fecerat aulæ.

Otb. lib. 7. Chron. c. 31. Imò Eugenio Pontifici ex Urbe abeundum fuit, qui *Viterbium veniens, ibi per aliquod tempus moram fecit. At Romanus Populus cum Patricio ſuo Jordane in furorem verſus, præfectura dignitatem abolentes, omnes principes ac nobiles* C *ex civibus ad ſubjectionem Patricii compellunt, & non ſolùm quorundam illuſtrium laicorum turres, ſed & Cardinalium ac Clericorum domos ſubruentes, prædam immenſam diripiunt. Eccleſiam autem B. Petri, omnium Eccleſiarum caput ſacrilegè & profaniſſimè incaſtellare non metuunt, peregrinos cauſa orationis advenientes, ad oblationem quæſtûs gratia, plagis & verberibus cogunt; ac quoſdam ex ipſis offerre nolentes, in ipſa porticu & veſtibulo Templi nefario auſu occidere non verentur.* Quas ob turbas S. Bernardus Epiſtolam ad Romanos dedit; & alteram ad Conradum Regem. Et ſunt Epiſt. Num. 242. & 243. & hæc contigerunt Anno M. C. XLV.

CAPUT VIII.

D *Arnaldus cum ſuis Arnaldiſtis tumultuatur in Urbe uſque ad primum Annum Pontificatus Adriani IV.*

TEſtatum facit hoc Bibliothecæ Vaticanæ Manuſcriptus Codex, qui res geſtas Hadriani IV. continet. Ex quo Baronius Anno Redemptoris M. D. LV. promit ſequentia. *In diebus illis Arnaldus Brixienſis Hæreticus Urbem intrare præſumpſerat, & erroris ſui venena diſſeminans, mentes à ſimpliciſſima veritatis via ſubvertere conabatur; pro cujus expulſione ſupradicti Eugenius & Anaſtaſius Romani Pontifices plurimùm laboraverunt,* E *ſed favore & potentiâ quorundam perverſorum civium, & maximè ſenatorum, qui tunc ad Regimen à populo fuerant inſtituti, antè dictus hæreticus munitus & tutus contra inhibitionem Hadriani Papæ, in eadem civitate procaciter morabatur, atque ipſi Hadriano, cæteriſque Patribus inſidiari cœpit, & publicè, atque atrociter adverſari.*

F *Venerabilem namque virum Dominum Gerardum presbyterum Cardinalem tituli ſanctæ Pudentianæ ad præſentiam ipſius Pontificis euntem, quidam ex ipſis hæreticis auſu temerario in Via ſacra invadere præſumpſerunt, & ad interitum vulneraverunt. Quapropter Pontifex ipſe civitatem Romanam interdicto ſuppoſuit; & uſque ad quartam feriam majoris hebdomadæ univerſa civitas à divinis ceſſavit officiis. Tunc verò præfati Senatores compulſi à Clero & populo Romano, acceſſerunt ad præſentiam ejuſdem Pontificis, & ad ipſius mandatum, ſupra ſancta quatuor Evangelia juraverunt, quòd prædictum Arnaldum hæreticum, & alios ipſius ſectatores, de tota Urbe Romana, & ejus finibus expellerent; niſi ad mandatum & obedientiam ipſius Papæ redirent. Sic itaque ipſis ejectis, & civitate ab ipſo ſoluta, repleti ſunt omnes gaudio magno, laudantes Dominum pariter & benedicentes.*

Reſpexit ad has ab Arnaldo & Arnaldiſtis irrogatas injurias Ligurinus his de Hadriano G apud Fridericum Imp. conquerente verſibus:

Sedis Apoſtolicæ Præſul, ſummúſque ſacerdos
Tunc Adrianus erat; qui fama lætus eadem,
Protinus, eximia Cleri ſtipante corona,
Occurrit, magnáſque Viro, triſtéſque querelas,
Multáque facta ſuæ crudelia pertulit Urbis,
Contemni ſeſe referens, populíque furentis
Jurgia, probra, minas, riſus, convicia, rixas
Sæpe pati: clerúmque ſuum, ceu vindice nullo
Expoſitum probris, crebras perferre rapinas
Pulſari graſſante manu, ferróve laceſſi.

Nec laicos tantùm ab obedientia Cleri, ſed & ipſos Clericos ab obſequio ſuperioribus Eccleſiaſticis præſtando nefarius Arnaldus averterat, ùt liquet ex literis vel potiùs querelis Apoſtolicis Eugenii III. Hadriani IV. & Alexandri III. quas invenies apud Baron. Anno M. C. XLVIII. n. 38.

CAPUT IX. H

Arnaldus captus, in furcam actus, & in cinerem verſus Anno Chriſti M. C. LV.

C*Um ſententia paſtorum juſtè in eum (* Arnaldum) *& Canonicè prolata, ejus judicio,* Otb. lib. 2 cap. 20. *tanquam omnino auctoritatis vacua, contemneretur, tandem in manus quorundam incidens, in Thuſcia finibus captus, Principis* (Imperatoris Friderici) *examini reſervatus eſt, & ad ultimum à præfecto Urbis ad lignum adactus, ac rogo in pulverem redacto funere, ne*

à ſtoli-

A *à ſtolida plebe corpus ejus venerationi haberetur, in Tiberim ſparſus.*

Ligur. loc. cit.

Unde etiam tandem, (neque enim reor eſſe ſilendum)
Ne, de funeſto repetatur poſtea ſermo,
Judicio Cleri, noſtro ſub principe victus,
Appensúsque Cruci, flammáque cremante ſolutus
In cineres, Tiberine, tuas eſt ſparſus in undas,
Ne ſtolidæ plebis, quem fecerat, improbus error,
Martyris oſſa novo cineréſve foveret honore.

At quomodo, & à quibus Arnaldus captus fuerit, diſtinctiùs explicat vetus Codex apud Baronium Anno M.C.LV. Hadrianus enim
B Cardinalibus, Jacobo, Gerardo & Gregorio, miſſis ad Fridericum Imperatorem, hæc in mandatis dedit; *ut redderet iisdem Cardinalibus Arnaldum Hæreticum (in manus enim ipſius devenerat) quem Vicecomites Campaniæ, abſtulerant à Magiſtro Gerardo Cardinali Diacono ſancti Nicolai apud Otriculos, ubi eum ceperat; quem tanquam Prophetam in terra ſua cum omni honore habebant. Rex verò, auditis Domini Papæ mandatis, continuò miſſis apparitoribus: cepit unum de Vicecomitibus; aliisque valdè perterritis, eundem hæreticum in manus Cardinalium ſtatim reſtituit.*

Eidem Arnaldo, breviter, ſed efficaciter parentavit Godefridus Viterbienſis.

Arnaldus capitur, quem Brixia ſenſit alumnum.
C *Dogmata cujus erant, quaſi pervertentia mundum.*
Strangulat hunc laqueus, ignis & unda vehunt.

Hic finis ſcelerati Arnaldi; cujus ſectatores Arnaldiſtæ dicti, nominatim damnantur in cap. 2. *Excommunicamus*, ext. de *Hæreticis*, & in Authentica Friderici II. Imp. *de ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatem Eccleſiæ editis:* Et in edictis contra Hæreticos, quæ extant inter Epiſtolas Petri de Vineis; de quibus nuper fusè Prolegomena noſtra in Auctores adverſus ſectam Waldenſium. Hæc de Arnaldo, Arnaldiſtarum, veterum & recentium progenitore.

CAPUT X.

De novis Arnaldiſtis.

UBera Arnaldi proculdubio Wiclephus
D quoque ſuxerat: id enim teſtantur cùm alia ejus placita, tum Articulus iſte, qui eſt Decimus inter illos, quos Concilium Conſtantienſe damnavit. *Contra ſcripturam ſacram eſt, quòd viri Eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones.* Item *XXXII. Ditare Clerum eſt contra regulam Chriſti.* Et *XXXIII. Sylveſter Papa, & Conſtantinus Imperator erraverunt Eccleſiam ditando.* Et *XXXVI. Papa cum omnibus Clericis ſuis poſſeſſionem habentibus, ſunt hæretici, eò quòd poſſeſſiones habent, & conſentientes eis, omnes videlicet Domini ſeculares, & cæteri laici.* Denique *XXXIX. Imperator & Domini ſeculares ſunt ſeducti à Diabolo, ut Eccleſiam dotarent bonis temporalibus.*

Qui Articuli perſpicuè *Arnaldizant.* Arnaldi Alaſtor Wiclephum occupaverat; & E
hujus operà Huſſum; & tandem quoque Sectarios noſtros, Lutheranos, Zvvinglianos, Calvinianos, qui in bona Eccleſiaſticorum, in opes, & opulentiam Epiſcoporum; præſertim Romani Pontificis acerrimis Satyris invecti Principes & Magiſtratus politicos ad tam opimam prædam non negligendam excitârunt & incenderunt; quemadmodum & ad hoc, ut Clerum poteſtati ſuæ ſubderent, nec à ſua jurisdictione exemptum eſſe ſinerent: *Clericis ſufficere ad alimoniam oblationes fidelium, aut ſtipendium à magiſtratu decretum; longè ſatius & inſtitutis Chriſtianis conformius eſſe, ut qui ſpirituales appellantur; procuratione bonorum externorum non occupentur; hæc omnia ærario ſeu fiſco vindicari debere, ſublata penitus omni libertate & immunitate Eccleſiaſtica.*

Nec nihil clamatores iſti, & laicorum adulatores profecerunt; imò tantùm pleriſ- F
que in locis profecerunt, ut doleant, dolorémque ſuum lamentabilibus threnodiis teſtificentur; ſe tantum profeciſſe; prout apertè docent illa, quæ ex Saravia, Rivio, Sarcerio, Leiſero, ipsóque adeò Luthero, attuli cùm alibi, tum in libro ad Regem Angliæ cap. 14. & lib. 1. *Conſiderationum* ad Theologos Venetos Conſideratione IV. Hic ſatis erit referre verba Lutheri ex libro de *Uſuris*, ubi ita infit. *Quòd ſi unus, atque alter* (Prædicans) *ſic ſtabilivit res ſuas, & tantum comparſit, unde uxori viduæ, & liberis orphanis domunculam emere poſſit, ibi reliqui ferè omnes & veri ſunt mendici, & mendicos relinquunt poſt ſe liberos, & uxorem, vita hac defuncti. Quòd ſi quid comparſerint, unde vi-* G
dua, & orphani ſuſtentare ſe poſſint, coguntur tamen manere in infimo gradu inter cives, & ruſticos, súntque deſpicabiles, ac viles, nullóque in precio, & honore. Nam decem aureis non poſſunt ſe oſtentare, & ſuperbire. Hoc (ruſtici, cives) *ſciunt, vident, audiunt, & tactu, ut ſic dicam, deprehendunt, ac percipiunt palpabiliter, craſſè, clarè, & apertè, & nimis id eſt manifeſtum: nihilo ſecius tamen ferociunt, & contra miſeros concionatores inſurgunt, illisque illudentes, & eos ridentes clamant, ac vociferantur: ſacrificulos, inquit, non oportet* H
imperitare, & dominos eſſe. Hæc Lutherus. Ex quibus dilucidè apparet, quid *Arnaldiſmo* ſuo Prædicantes hoc tempore effecerint. Inciderunt nimirum in foveam, quam fecerunt; & conſultoribus malum conſilium peſſimè ceſſit; & nunc tam paupertatis, quàm civilis magiſtratus jugo preſſi gemunt, & libenter ſe in libertatem aſſererent; ſed *ſerò ſapiunt Phryges.* Vivendum eſt legibus, quas ipſi ſibi dixerunt & fixerunt ſine ulla miſſionis aut remiſſionis ſpe; nam hirudines iſtæ, etiam plenæ cruoris; cutim non mittunt.

Inter hos Arnaldiſtas eminet nunc Melchior Guldinaſtus ex provincia Helvetiæ

A Turgavia, in cujus Metropoli Turego Arnaldus olim ſpiritum ſuum abundè effudit; ex quia effuſione ad hunc quoque noſtrum Arnaldiſtam mali illius genii non modica portio venit; qui majora canit, humilibus contemptis myricis; nam ipſum Pontificem Romanum de ſolio dejiciendum, & in ordinem cogendum, fortuniſque ſuis exuendum, & Imperatori ſubſternendum eſſe; immenſis voluminum *Nugamentis* perſuadere conatur. Quod ſi fiat; omnia ſalva fore, & Saturnia regna reverſura promittit.

B Et quidem, quæ Arnaldiſta noſter in tribus Conſtitutionum Imperialium Tomis effutiverat; ſatis examinata & diſcuſſa ſunt in Apologia Baroniana, & in *Indiculo* Impoſturarum Tertii Tomi; nuper denique in Reſponſo ad *Arnaldo-calviniſticam Replicationem.* Interea de Romani Imperii incolumitate, admodum ſcilicet ſollicitus, Calviniſta Arnaldicus, vaſtum volumen in publicum extruſit; cui titulum dedit: *Monarchia S. Romani Imperii; ſive, Tractatus de Jurisdictione Imperiali ſeu Regia; & Pontificia, ſeu Sacerdotali; deque poteſtate Imperatoris, & Papa, cum diſtinctione utriuſque regiminis, Politici & Eccleſiaſtici.* Pulchrè ſcilicet, hoc eſt, prorſus Arnaldicè, utramque poteſtatem *Arnaldicola* iſte diſcriminat; ita, ut ſi Arnaldus ab inferis redux Calviniſtæ hujus laborem intueretur; nihil aliud acclamaturus eſſet, quàm illud:

Pulchrè, bene, rectè.
Qui me olim docuit, te ſpiritus erudit idem.
Macte novo genio, ſic, me duce & auſpice, ad ignem,
Ad furcámque itur, gelidáſque & Tybridis undas.

C Cujus Arnaldici libri vanitas apparet ex *Titulo*, ex *Præfatione*, ex *Auctoribus*, quos in hanc congeriem congeſſit; & ex *Notis* ad hos Auctores. De ſingulis breviter dicemus; involutóſque *Arnaldiſmos* evolvemus.

CAPUT XI.

Librum Arnaldo-Goldaſticum potiùs Morarchiam, quàm Monarchiam inſcribi debere.

D PRima & generalis cauſa eſt; quia non continet Romani Imperii ritus, mores, conſuetudines, modúmque & formam gubernandi; ſed ſtultitiam Arnaldo-Goldaſticam, eámque non exiguam, ſed ſummam, atque adeò *Archimoriam*, ut non immeritò ſceptra *Moria*, cum titulo latè dominantis *Morarcha*, huic redivivo Arnaldo deferantur. Quod ni fieret, jure nobiſcum expoſtularet. An non enim Morarcha, & Princeps fatuorum ille; qui hanc *Moriam* exſpuit? *Imperator eſt Pontifex Maximus.* At hoc facit Goldaſtus in Epiſtola E Dedicatoria ſuæ *Morarchia.* Ubi unquam in Imperii Romani *Monarchia* à temporibus Caroli Magni, uſque ad hanc noſtram ætatem; (ut anteriora tempora Imperatorum occidentalium prætercam) auditum eſt, Imperatorem eſſe *Pontificem Maximum?* Quis unquam Imperator à Carolo Magno uſque ad hodiernum noſtrum Auguſtiſſimum & Sacratiſſimum Imperatorem *Matthiam* hoc nomine primum; Pontificis Maximi titulum, aut ipſe ſibi tribuit, aut ab aliis tributum admiſit? Ne ipſi quidem ſchiſmatici Imperatores hoc fecerunt. Teſtes do Henricos, Fridericos, & ſi qui ſunt alii; qui licèt cum nonnullis Romanis Pontificibus graviſſimas F ſimultates exercerent; ipſi tamen Pontificatum Maximum nunquam ſibi arrogârunt; ſed ſemper legitimis Pontificibus, quos oderant; alios *Pſeudopapas* vel reipſa oppoſuerunt, vel, ut opponerentur, allaborârunt. Neque ullus Auctor ex his, qui Apologias pro ſchiſmaticis Imperatoribus conſcripsêre, ùt Marſilius de Padua, Joannes de Janduno, Ockamus & alii, Imperatoribus Pontificatum Maximum detulerunt; aut Imperatores, quos lingua & calamo tuebantur, *Pontificis Maximi* appellatione cohoneſtârunt: Omnibus enim ludibrio fuiſſent, ſi tale quid deſignâſſent.

Imò arbitror, nullum eſſe ex triginta illis G Auctoribus, quos ſuo in Catalogo enumerat Arnaldiſta, qui tale quid auſus fuerit; niſi excipiendi ſint unus vel alter Anglus, & nominatim Joannes Beckenſavv, qui Henrico VIII. Regi ſuo adulati, eum *poſt Chriſtum immediatè, Eccleſia Anglicana & Hibernica ſupremum caput* conſalutârunt; Et hanc liberalitatem ſuam ad alia quoque Regna eorúmque Reges extenderunt; quorum tamen nemo Britannica hac munificentia uti voluit. Neque ipſe Henricus VIII. æquo, ùt opinor, animo accepiſſet; ſi quis illum ſive per litteras, ſive coràm, hunc in modum compellâſſet; *Sanctiſſime & beatiſſime Pontifex Maxime*; ſupplicamus *ſanctitati* ſeu *beatitudini veſtra*, &c. Longè adhuc mirificentius fuiſſet, ſi quis Reginam Eliſabetham, æquè ac Henricum, ſupremum Eccleſiæ Anglicanæ caput, ſic affatus fuiſſet: *Sanctiſſima & beatiſſima Pontifex* vel *Pontificiſſa.*

Sed relictis Anglis, ad Imperatorem in H Germaniam redeo; qui ſi eſt *Pontifex Maximus*; Vos ergo Calviniſtæ & Lutheriſtæ in Imperio degentes, *Pontificii* eſtis; quia Imperatorii. Si eſt *Pontifex Maximus* Imperator; ergo eſt etiam *Papa*; quia Pontifex Maximus eſt *Papa*. Eſtis ergo vos Calvini & Lutheri de grege ſegreges *Papiſtæ*; quia *Papa*, hoc eſt, Imperatori adhæretis, ſi non ùt debetis, ſaltem ùt vultis; ſi non ùt decet, ſaltem ùt lubet. Verùm hanc *mo-*

riam

A *riam* immenſámque inſipientiam vel puerulus *ſeptennis* refellat; Ex quo ſi percontetis, ubi ſit *Papa* (der Bapſt) non mittet te Pragam, aut Viennam; ſed Romam. Si rurſum quæras; quinam ſint Bäpſtiſch, ſeu Bäpſtlich, non Lutheranos, aut Calvinianos digito intento monſtrabit, ſed eos, qui ſub vexillo Romani Antiſtitis militant.

Nec ſcio, quomodo Arnaldiſta ex Imperatore Pontificem Maximum faciat; nam ſi id ita eſt; eſt ergo Imperator, ſupremum, & quidem viſibile caput Eccleſiæ. At Morarchæ ſodales *Calvinicolæ & Martiniſequæ*, inter cætera, hoc etiam miſſili noſtrum Pontificem, (quem ùt viſibile caput Eccleſiæ veneramur) oppugnant, quòd Eccleſia, aliud B caput non habeat, quàm Chriſtum; alioqui fore bicipitem, hoc eſt, monſtroſam. At ſaltem Eccleſia, quæ eſt in Imperio, erit, ex ſententia Arnaldiſtæ, bicepa; quia & caput, Chriſtum: & caput, Imperatorem habet. Sic Eccleſiæ, Anglicana, & ſingulorum Regnorum, quæ ſuos Reges habent; erunt bicipites; quandoquidem quilibet Rex & Magiſtratus, qui ſuperiorem non agnuſcit, ſuo in Regno ac ditione Pontifex maximus eſt, hoc eſt, caput aſpectabile ſuæ Eccleſiæ: iſtud enim Pontificis Maximi nomenclatura deſignat.

Ad extremum quæro, cujuſnam Eccleſiæ Imperator ſit Pontifex Maximus. An veſtræ, hoc eſt, Calvinianæ? An Lutheranæ? An Pontificiæ? Nam ut omnium Pontifex Maximus ſit, id haud fieri quibit, cùm tanta inter illas diverſitas cernatur. Si dicas; eſſe C Calvinianorum, aut Lutheranorum; ſuadeo, ut, quò hujus tui Reſponſi certior fias; veritatem ejus, ſupplicis libelli oblatione, ex ipſo invictiſſimo Imperatore perſpicuè intelligere ſtudeas; non negabit tibi ſuam operam, me etiam deprecante, Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Præſul Viennenſis *Melchior Kleſelius*. Ubi reſponſum acceperis, tum renuncia mihi: Aut ſi hæc ratio veritatis inveſtigandæ tibi minùs arridet; elige hanc aliam: Et literas da ad ſacratiſſimum Imperatorem, hac Epigraphe: *Sanctiſſimo & beatiſſimo Patri ac Domino, Domino Matthiæ, omnium Eccleſiarum, quæ ſunt in Imperio, Pontifici Maximo.* Quis, lecto hoc titulo, te non D quamprimùm, velut ceritum, Vulcaneis vinculis vinciendum, vel in caveam, adamantinis clathris munitam, compingendum exiſtimabit, ut inde jus Morarchiæ tuæ ſubditis tuis dicas? Et tamen ſi tuæ *Moriæ* concorditer agere velles, hoc titulo Auguſtiſſimum noſtrum Imperatorem affari deberes.

CAPUT XII.

Quænam munia novus Arnaldus ſuo Pontifici Maximo adſcribat.

PRæclara ſanè, & obſervatu inprimis digna, tanquam luculenta Moriæ Goldaſticæ teſtimonia. Audi mira mirifica; quorum tamen ſimilia evomuit Arnaldiſta E jam in Præfatione tertii Tomi Conſtitutionum Imperialium ad Sereniſſimum Britanniæ Regem *Jacobum*; quem creavit *Summum Pontificem*. Ne igitur erga exteros habeatur munificus; erga patrios & domeſticos Principes parcus & reſtrictus, eadem nunc *Pontificatus Maximi* infula ſeu tænia Auguſtiſſimum noſtrum Imperatorem redimire aggreditur, etiam aſſignatis functionibus, ne, quid ſibi ſit agendum, ignoret. Quid igitur negotii huic novo *Pontifici Maximo?* Eſt, inquit, τῶν ἐκτὸς ἐπίσκοπος *rerum exteriorum in Eccleſia Epiſcopus ac inſpector. At verò Papa eſt, ſi propriè velimus loqui, Sacerdos ſive Presbyter ſummus*, F id eſt, τῶν ἔσω τῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, *rerum interiorum in Eccleſia Epiſcopus atque Superintendens.* Prius membrum, ait, eſſe à Conſtantino Magno, qui ſe talium rerum Epiſcopum pronunciàrit: Poſterius membrum ex officina Morarchæ prodit; ſed ita, fuci cauſa, proponitur; quaſi etiam à Conſtantino fluxerit: ſed diſſimulemus iſta.

Illud potiùs diſpiciamus, quæ ſint *res in Eccleſia exteriores*; quæ *interiores in Eccleſia*, de quibus etiam diſſeruit Calviniſta in prooemio tertii Tomi ad Regem Britanniæ, cùm de hoc ipſo ſummi Pontificatus apice ex Morarchiæ ſuæ ſolio oracula dictaret. *Res*, inquit, *in Eccleſia exteriores ſunt, defenſio Eccleſiæ, cuſtodia diſciplinæ Eccleſiaſticæ, rectè atque ordine gerendæ, Conciliorum indictio, ſanctio Canonum & Decretorum; emendatio cultus divini,* G *abrogatio ſuperſtitionum & idololatriarum, obſervatio cæremoniarum Eccleſiaſticarum; notatio vitæ & honeſtatis Clericorum, punitio impiè ac flagitiosè viventium, Miniſtrorum Eccleſiæ poſitio & depoſitio, & ſi quæ ſunt alia.* Sunt autem alia, (eſt enim ſtultitiæ iſtius fons inexhauſtus) quæ in Epiſtola ad Regem Angliæ percenſentur: nimirum, *iejunia edicere, rogationes & ſupplicationes publicas mandare, laudes divinas publicè habendas jubere; cavere, ut bona Eccleſiaſtica in pauperum uſus & fabricarum Eccleſiæ rectè diſtribuantur, feſtorum curam gerere, ferias diſponere, faſtos ſive Calendaria recenſere, &c.*

Verumenimverò delicamenta hæc pluſquàm anilia examinavimus jam & refutavimus in Goldaſtinarum *Impoſturarum Indiculo* cap. 3. Paucula in præſenti addamus; & inprimis hoc, Conſtantinum per τὰ ἐκτὸς intellexiſſe *cauſas ſæculares, politicas ſeu civiles,* H earúmque ſeſe vocâſſe *Epiſcopum*, hoc eſt, inſpectorem, moderatorem, & cognitorem. Quæ autem res ſeu cauſæ nomine τῶν ἐκτὸς comprehenderentur, ſpeciatim non explicuit Conſtantinus. At Conſtantini vicem ſupplevit Calviniſta: ſed tam fatuè & funginè, ut quò magis progredior, eò magis confirmer, librum, de quo loquor, non *Monarchiam*, ſed *Morarchiam* appellari debere. Ubi enim unquam auditum eſt, rem ſeu cauſam civilem eſſe, *Conciliorum indictionem; ſanctionem Canonum & Decretorum Eccleſiaſticorum;*

A *Emendationem cultus divini ; curam, ut Clerici honeſtè ſuóque ſtatui conſentaneè vivant ; indicere iejunia, ſupplicationes, feſta, & pleraque alia*, quæ Arnaldo-calviniſta enumerat?

Ubi unquam auditum eſt, ullum Orthodoxum Imperatorem hæc talia ſibi arrogâſſe; & quidem quaſi ex officio, Maximóque Pontificatu ſibi competentia? Ubi unquam auditum eſt, oviculam, gregis Dominici, qualis Imperator, Rex, Princeps, paſtoribus conventus indixiſſe; leges præſcripſiſſe, eoſdémque B conſtituiſſe, deſtituiſſe, poſuiſſe, depoſuiſſe, pœnis affeciſſe; ídque tanquam ex munere ſibi commiſſo ac credito? Hircorum iſta ſunt; non agnorum aut ovium. Taurorum cornupetarum, non manſuetæ illius pecudis, quæ vocem paſtoris ſui lubens voléns que ſequitur. Arnaldica iſthæc ſunt, præſertim iſtud, clericos politico tribunali ſubjicere, ut ejus judicio ſtent vel cadant. Quamquam tolerabiliùs inſanivit Arnaldus, quàm iſte Arnaldiſta; Papam enim & Clerum non ſubjecit Imperatori, tanquam Pontifici Maximo; ſed ſolùm ùt Principi Politico: tametſi & hoc non niſi ex ſolemni Hæreticis *Morarchia* proceſſit; Nullus enim Princeps, gnarus, quibus terminis poteſtas ſua & juriſdictio circumſcriberetur, hanc poteſtatem in Clericos ſibi vendicavit; & ſi qui vel ex imprudentia, vel odio & indigna-C tione, vel ex cupiditate poteſtatis ſuæ limites proferendi, aliquid libertati Eccleſiaſticæ adverſum tentârunt, ii poſtea, meliore mente recepta, vel retrorſum vela dederunt; vel inglorii evanuerunt. Quòd ſi qui ſchiſmatici, vel alioqui malè feriati, in Clerum juriſdictionem ſibi ſumpſerunt, id ab illis non eſt factum titulo Pontificatus Maximi, quem iſte comminiſcitur; ſed titulo Imperatoris aut Regis; verùm plerique talia auſi, in viam rediêrunt.

Deinde, ſi hæc ſunt munia Imperatoris, quà ſummus Pontifex eſt, ſanciat ergo Canones & Decreta Lutheriſtis & Calviniſtis: D Indicat illis Synodos, ſupplicationes, jejunia, ferias; imperet, ut Dies Rogationum, & Quadrageſimam obſervent; Mandet Calviniſtis, ut feſta Apoſtolorum, & Lutheriſtis, ut feſta D. Virginis celebrent; jubeat, ut relicto veteri Calendario, Gregorianum amplectantur, deponat Prædicantes, maximè Calvinianos; immorigeros & ſeditioſos coërcere aggrediatur; videamus, quàm promptè & alacriter Novatores noſtri, Pontificis maximi, à Calviniſta creati, juſſis mandaríſque obedituri ſint; & quàm æquo animo paſſuri, ſi ad depoſitionem & punitionem Prædicantium progrédi velit.

Habemus jam munera Pontificis Maximi, à Goldaſto electi & coronati. Nunc conſideremus, quas functiones Papæ aſſignet. Quem *Pontificem Maximum* non nominat, ſed *Sacerdotem* ſive *Presbyterum ſummum*. Cauſam reddit ipſe in præfatione tertii Tomi E ad Regem Angliæ. Refutationem reperies in Indiculo cap. 3. Sed utcunque iſta ſe habent, parum abeſt, quin gratias agam *Morarchæ*, quòd Papam ſummi Sacerdotis ſeu Presbyteri titulo cohoneſtet. Si Papa eſt ſummus Sacerdos; non eſt ergo *Antichriſtus*, ùt blaſphemant tui Calviniſtæ & Lutheriſtæ. Aut igitur hìc à tuis conſecraneis diſcedis ac diſſentis, aut tibi contradicis. Mallem prius illud, quanquam ſuſpicor, poſterius vero propius, & Morarchæ convenientius eſſe. Nam quomodo Calvini genuinus pullus eſſes, ſi Papam pro ipſiſſimo *Antichriſto* non reputares? Cur ergo hic *Papam* nominas *ſummum Sacerdotem* ſeu *Presbyterum*, cujus ſit *res interiores Eccleſiæ* curare? Num hoc Antichriſto quadrat?

Res autem in Eccleſia interiores videntur eſſe, F ùt ais, *annunciatio Verbi divini*, *Pœnitentiæ prædicatio*, *adminiſtratio Sacramentorum*, *poteſtas clavium*, *viſitatio infirmorum*, *& conſimilia*. Ubi primùm obſervare oportet, Papæ ab iſto diribitore Arnaldico nihil tribui, quod non etiam cuivis, licèt infimi ſubſellii & pedaneo Prædicanti, judicio adverſariorum, competat. Quivis enim Prædicans poteſt, ùt quidem Sectarii ſibi perſuadent, viſitare infirmos, annunciare Verbum, prædicare Pœnitentiam, adminiſtrare Sacramenta, & uti clavibus; ùt Novatores opinantur, & alios itidem opinari jubent. Quid ergo ſummus Sacerdos ſeu Presbyter eximium ſeu peculiare habet præ *patellariis* Prædicantibus?

Secundò, Conſtantinus per τὰ ἐκτὸς intel- G ligit negotia ſæcularia & politica; ùt ſuprà dixi, & per τὰ ἔισω τῆς ἐκκλησίας, (quod diſtinctionis membrum à Calviniſta eſt) intelligi debent, negotia Eccleſiaſtica.

Jam quæro, quid magis Eccleſiaſticum, *viſitare infirmos*, quod Papæ tribuitur, tanquam *ſummo Presbytero*; *an indicere Synodos*, *emendare cultum divinum*, *condere Canones & decreta*; *feſta*, *jejunia*, *& ſupplicationes promulgare*? Et tamen prius illud tribuitur Papæ. Poſteriora, Imperatori.

Præterea; ut phraſin modúmque loquendi Calviniſtæ retineam, quid magis eſt *res intra Eccleſiam*; ſeu *interior Eccleſia*; convoca- H re Synodos, cuſtodia diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ſanctio Canonum, emendatio cultus divini, & id genus alia, ab Arnaldico Novatore recenſita; an *viſitatio Infirmorum*, *lectio ſcripturæ*; *hæreticorum admonitio*, & alia hujus generis, quæ Calviniſta in Epiſtola ad Britanniæ Regem deblaterat? Nam viſitare & conſolari ægrotos, quivis poteſt, cui id libet; ùt & legere Scripturas, ſi alioqui legendi gnarus ſit; & admonere Hæreticos. Adhæc, poteſtatem clavium dat Morarcha Papæ: cur eandem negat ſuo Pontifici Maximo? An indicere Synodos, condere Canones, emendare

dare cultum divinum, & ſimilia munia obi-
A re; Pontifex Maximus ſine poteſtate clavium
poteſt; clavium, inquam, ſaltem jurisdictio-
nis & ſcientiæ?

Negat inſuper Arnaldiſta planè Morarchi-
cũς, *Papa ullum imperium in Eccleſiam eſſe;* Et
tamen non tantùm *Papæ*, ſed & univerſim
omnibus ſacerdotibus concedit poteſtatem
excommunicandi. An poteſtas excommuni-
B candi eſt ſine imperio, & jurisdictione? Ad-
de, plus quàm mirum videri; Pontificem
Maximum præditum eſſe poteſtate ponendi,
deponendi & puniendi clericos flagitioſè vi-
ventes, & tamen non eſſe præditum poteſta-
te excommunicandi? Mirum quoque foret,
ſi Pontifex Maximus non poſſet annunciare
verbum, prædicare pœnitentiam, adminiſt-
rare Sacramenta, præſertim Baptiſmum;
hæreticos monere, lapſos recipere, manus
imponere. An non & huic Pontifici dictum
eſt? *Paſce oves meas.* An non & iſtud? *Tibi
dabo claves regni cœlorum*; niſi fortè Canones
& decreta condere, & diſciplinam Eccleſia-
ſticam formare, non ſit paſtionis & clavi-
um opus.

C Eſt & illud planè Morarchicum. Con-
cedit Arnaldiſta Papæ *clavem ſolvendi & ligan-
di.* Et tamen abnuit, Papam *aliquid impe-
rii in Eccleſiam habere.* An poteſtas ligandi &
ſolvendi eſt ſine jurisdictione? Si non; ergo
nec ſine imperio: Sicuti cùm Rex aut alius
quicunque Princeps corporaliter ſolvit aut
ligat, id utique cum imperio & auctoritate
facit: niſi fortè Arnaldicus Calviniſta cum
Morarchiæ ſuæ ſceptro confugiat ad ineptam
illam gloſſulam. *Solvere & ligare* nihil aliud
eſſe; quàm ſolutionis vel ligationis à Deo
jam factæ declarationem. Sed obſtat pro-
prietas verborum; nam *ſolvere* non eſt pro-
priè ſolutum declarare; ſed vinculis reipſa
expedire; & *ligare*, non eſt propriè ligatum
oſtendere; ſed reipſa vinculis innodare. Nec
dixit Chriſtus; *Quæ erunt ſoluta vel ligata in
cœlis; ea tu quoque ſolves*, vel *ligabis*, hoc eſt,
ſoluta vel ligata ſignificabis in terris: ſed vice
verſa, Miniſtri in terris arbitrium antepoſuit
arbitrio cœli; nempe, ut quæ miniſter ſolviſ-
ſet, aut ligâſſet in terris, ea quoque ſoluta aut
ligata cenſerentur in cœlis.

Jure etiam ſcire aveas, cur *Defenſionem Ec-
cleſiæ* ſoli Pontifici Maximo ſuo concedat.
D An Papa, hoc eſt, interprete Arnaldiſta, ſum-
mus Sacerdos & Presbyter, Eccleſiam defen-
dere non debet, etiam ex officio? An non
obligatur, ut lupos ab ovili arceat? An, ir-
ruente bellua noxia, ipſe tantùm ſpectator
erit, quomodo grex innoxius diſpergatur &
diſcerpatur?

Cùm autem ſupremi Sacerdotis ſit, *an-
nunciare verbum divinum, prædicare Pœniten-
tiam, adminiſtrare Sacramenta, viſitare infir-
mos*, prout Calvinicola noſter officia diſtri-
buit; haud injuria ſciſcitaberis, an Calvi-
niſtæ & Lutheriſtæ, Papam admitterent, ſi E
vel per ſe, vel per legatos ſuos, Provincias
eorum adiret; & cum Joanne concionari
inciperet: *Pœnitentiam agite, appropinquat
enim regnum cœlorum*; ægróſque ac lecto af-
fixos viſeret? Proculdubio obviis ulnis
eum exciperent; & flexis humi poplitibus
adorarent, inclinatíſque quàm profundiſſimè
capitibus, devenerarentur. Nil reſtat, niſi ut
aut Genevam, aut Turegum, aut Heidelber-
gam, aut Leidam, aut ad conſimilem *Reforma-
torum* hominum urbem accedat. Omnia ex
præſcripto Morarchiæ Goldaſticæ peragen-
tur.

Ad extremum dic, ſed bona fide, (ſi ta-
men ulla vel exigua bonæ fidei in te micu-
la,) an Calviniſta eſſe deſineres, ſi eo mo- F
do, quo tu fingis, officia inter Imperato-
rem & Papam diviſa eſſent? Certè, niſi
me omnes ſenſus fallunt, non magis à Cal-
viniſmo deſiſteres, ſi ſomnia tua, ſomnia
non eſſent, quàm modò deſiſtas, quando
tua ſomnia nil aliud ſunt, quàm febrilia &
Morarchica ſomnia. Niſi Papa verbum Cal-
vinianum tibi annunciaret, niſi Calvinianam
pœnitentiam tibi prædicaret, niſi Calviniana
Sacramenta tibi adminiſtraret, & niſi Cal-
vinianis clavibus erga te & gregales tuos
uteretur; tu ne ſiniſtram quidem aurem ei
præberes, nedum dextram. Idem dicò dè
Pontifice tuo Maximo. Veniat, ferat vo-
bis leges Eccleſiaſticas; faciat quæcunque ab
illo facienda eſſe ſcribis; An idcirco tu, tuí-
que non eritis, qui eſtis, hoc eſt, Calvi-
niſtæ, Lutheriſtæ, Arnaldiſtæ?

Valde commendat Arnaldiſta Gregorii G
Magni, Leonis IV. & Gelaſii Pontificatum.
Faciamus S. Gregorium Magnum, aut Gela-
ſium, hodie in Apoſtolica ſede ſedere: An iſti,
deſerto Calvino aut Luthero, S. Gregorii
aut Gelaſii dictis & edictis morem gererent?
Non magis, quàm hoc ævo morem gerant
mandatis Pauli V. Pontificis.

Fermè exciderat quærere, an Pontifex
Maximus, quem nobis novus ex Turgovia
Arnaldus creat, non habeat ſuos quoque
Cardinales, Patriarchas, Archi-Epiſcopos, &
Epiſcopos. Forſan paulò pòſt deliratori huic
fient ſæculares Imperii Electores, *Cardinales.*
Reliqui Principes Politici in Imperio, par-
tim *Patriarchæ*, partim *Archi-Epiſcopi*, partim
Epiſcopi. Prorſus enim abſurdum videtur,
ſi Pontifex Maximus ſine ſubſervientibus Mi-
niſtris, quaſi nudus in ſcenam producatur.

Concludamus hoc caput ſubtilitate Arnal- H
do-calviniſtica. *Imperator Conſtantinus Mag-
nus dixit, curam* τῶν ἐκτὸς, hoc eſt, *rerum
civilium ad ſe pertinere: ergo Papa nihil eſt nego-
tii cum rebus civilibus & temporalibus, ſive dire-
ctè, ſive indirectè, ſive per ſe, ſive per accidens in or-
dine ad ſpiritualia.* Concluſum argutè & acutè;
Argutior tamen & acutior concluſio fuiſſet,
ſi Conſtantinus rerum ſæcularium & tempo-
ralium

A ralium curam ſibi ſoli, nullique alteri, qualicunque tandem modo, competere affirmâſſet: Quod cùm non fecerit; ſuum cuique jus circa harum rerum curam, integrum reliquit; aliàs, ſi cura & adminiſtratio, τῶν ἐκτὸς, rerum temporalium, ſacerdotibus ſeu presbyteris non convenit; quomodo Lutherani & Calviniani Logoduli temporalium rerum ſuarum, ſi quas habent, curam gerunt? Quomodo Lutherani in Germania & Calviniani in Anglia Epiſcopi τὰ ἐκτὸς *externa*, *civilia* & *ſæcularia* ſuorum Epiſcopatuum & Principatuum adminiſtrant? Si hoc poſſunt Lutherani & Calviniani buccinatores & tibicines ſalva ſua invocata vocatione, mirum, impoſſibile eſſe Papæ, *ſummo*, ùt iſte nominat, *Sacerdoti* ſeu *Presbytero*, ut τῶν ἐκτὸς, *rerum temporalium* curam gerat directè quidem in ſua ditione, (quæ amplior eſt, quàm Arnaldiſtis placeat) indirectè autem, in toto orbe; quatenus hanc curam bonum ſpirituale & ſalus animarum efflagitat.

B

CAPUT XIII.

Alia Morarchiæ Goldaſticæ ex titulo libri argumenta.

QUæ ſuperiore capite latè diſſerta ſunt; in hanc brevem Epitomen colligimus. Qui ejusmodi Monarchiam format, qualis ab Imperio ad Germanos translato, nunquam in Imperio fuit, is meritò non tam Monarchiam, quàm Morarchiam, tanquam genuinus Morarcha condere cenſetur. Hoc facit Redivivus in Goldaſto Calviniano Arnaldus. Dicit enim, Imperatores noſtros eſſe *Pontifices Maximos*; quo titulo nunquam uſi ſunt; eiſque eas functiones aſſignat, quas nec agnoverunt, nec agnoſcunt. Cauſæ igitur nihil habet dicere, quò minùs Morarchiæ ſceptro & C diademate ſe inſigniri patiatur.

Excutiamus reliqua, quæ titulus nobis ſuppeditat. Altera pars inſcriptionis eſt; *Tractatus de juriſdictione Imperiali ſeu Regia; & Pontificia ſeu Sacerdotali; deque poteſtate Imperatoris ac Papæ.* Ex qua inſcriptione iterum diſcimus, Papam Romanum non eſſe *Antichriſtum*; alioqui jurisdictio ejus non *Pontificia* ſeu *Sacerdotalis*, ſed *Antichriſtiana* nominari deberet; nec Regimen ejus *Eccleſiaſticum*, ſed *Antichriſtianum.* At in ipſo titulo jurisdictio Papæ appellatur *Pontificia* ſeu *Sacerdotalis* & *Eccleſiaſtica*. Aut ergo iteD rum Arnaldiſta noſter à Calvini & Lutheri blaſphemia de *Antichriſto* diſcedit (quod utinam verum eſſet) aut nimiis Morarchiæ occupationibus diſtentus, neſcit, quid *lallet*, aut in chartam *illallet*.

Addit, libros, quos in Volumen ſuum conjecit, conſcriptos eſſe: *Ex ſingulari mandato aut permiſſu Imperatorum Romanorum & Græcorum, nec non Regum Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Hungariæ, Angliæ, Bohemiæ*, &c. Cur E non & Utopiæ, vel ſaltem Calecutii? Cedò, cujus ſingulari mandato aut permiſſu ediderunt Tractatus ſuos tuus Eutropius, Gerſon, Almainus; Huſſus, Barlaam, aut Nilus Græcus, & Auctor diſceptationis cum Cardinalibus Romanis; aut Weſſelus Croningenſis, aut ſomniator ille in *Viridario*, quem tu Philotheum Achillinum in ſyllabo tuo appellitas; aut Wicelius, aut tuus ille *Beatus* in ſuum Marſilium Patavinum, aut larvatus tuus Jureconſultus *de libertate Eccleſiaſtica*, & plerique alii? Oſtende tu, ſi potes, quorum Imperatorum, Regum & Principum *ſingulari mandato aut permiſſu*, libros ſuos conſcripſerint, conſcriptóſque evulgârint. F *Singulari*, inquam, *mandato*, aut *ſingulari permiſſu*: ita enim tu loqueris; aut ſi hoc oſtendere non poteris; quemadmodum revera non poteris, fatearis oportet, te hic iterum Morarchiæ tuæ ſceptra plus æquo extendiſſe, cùm neſcias, quo tempore Nilus & Barlaam vixerint. Qua ergo ratione ſcire potes, cujus Græcanici Imperatoris *ſingulari mandato* aut *permiſſu*, opuſcula illa ſua condiderint?

Addis in titulo. *Tractatus*, quos unum in volumen conjeciſti, à *Catholicis Doctoribus* conſcriptos eſſe. Nunc vide tuam Moriam, tibi ipſi adverſam. Etenim, ſi Do- G ctores iſti ſunt Catholici; tu Catholicus non es; quia nullus illorum, excepto fortè *Joanne Beckenſavv*, & uno alteróve alio, Lutheranus aut Sacramentarius fuit. Reliqui omnes, ſi te viderent, ad Vulcanum paſcendum te depoſcerent; hoc faceret Agobardus, Hincmarus, Eutropius, Antonius de Roſellis, Gerſon, Almainua, imò ipſe Ockamus, qui Monachus Franciſcanus fuit; Et quamvis Joanni XXII. acriter repugnârit, nihilominus tam certum eſt, Calviniſtam, aut Lutheriſtam non fuiſſe, quàm certum eſt, te non eſſe *Papiſtam.* Quod de pleriſque aliis intellectum volo. Nam Græculi illi Nilus & Barlaam, ſi in illorum manus incidiſſes, cinerem te feciſſent; juxta illud: *Pulvis es, & in Pulverem reverteris.* Quibus lautiis Bogomilorum primipilum Baſilium olim exceperunt, iiſdem te coho- H neſtarent, ſi Græcorum Imperium, quamvis ſchiſmaticum, adhuc ſtaret. Nunc quia forum externum amiſerunt, ſpirituali pœna te ferirent; & te quàm remotiſſimè ab Eccleſia ſua faceſſere juberent. An nunquam vidiſti Acta Wirtebergenſium & Patriarchæ Conſtantinopolitani? Inſpice, quæſo, & mox intelliges, quo apud ipſos ſis loco.

Quid, quòd ne Angli quidem, quos profers, tuæ fidei, vel potiùs perfidiæ fuerunt. De Stephano Wintonienſi certus ſum; qui quidquid *Oratione de vera obedientia* deliquit;

id

id totum poſtea meliore nota expunxit, & A in ſpongiam incumbere juſſit. Joannes *Beckenſavv* ejus religioni adhæſit, quem ſupremum Eccleſiæ Anglicanæ caput poſt Chriſtum ſtatuebat, hoceſt, Regis Henrici VIII. At Henricus Lutheranos & Zvvinglianos, quorum tu unus es, voracibus flammis abſumebat; inter quos fuit quoque Robertus Baros ſeu Barnius, cui rogus ſubeundus fuit, licèt Witebergæ multum ſalis cum Luthero linxiſſet; & non paucos vini & cereviſiæ cados exinaniviſſet. Ardendum tamen fuit; quia Lutheranus aut Zvvinglianus erat. B Quapropter nunc inter Martyres Corvinos Ulmenſis Rabi ſeu *Corvi*, quàm ſplendidiſſimè rutilat; inter quos forſan & tibi ſeu ſeſſio, ſeu ſtatio reſervata eſt.

At cùm tuus ille *Beckenſavv* Henricum VIII. in Dedicatione ſui commentitii Commentarii non tantùm nominet *fidei Defenſorem*, ſed & *immediatè poſt Chriſtum, Eccleſiæ Angliæ & Hiberniæ ſupremum caput;* mirandum eſt, quomodo Regem Jacobum hoc tam honorifico titulo ſpoliare auſus fueris in Epiſtola tertio Tomo tuarum Conſtitutionum præfixa? Vocâſti quidem *fidei Defenſorem*, ſed cur *ſupremum Eccleſiæ Anglicanæ caput*, ô lepidum caput, omiſiſti, & quidem *immediatè poſt Chriſtum*? Forſan reveritus es Lutheri judicium, cujus hæc ſunt Præfatione in *Vivocomburium* ſeu Pſeudomar- C tyrium Roberti Barns Angli, apud Ludovicum Rabum ſeu Corvum Tom. 2. Pſeudomartyrologii. *Inter cætera ſæpè diſquirebamus* (Lutherus & Barns) *inter nos, cur Rex* (Angliæ Henricus VIII.) *uteretur abſurdo illo & abſono titulo:* Defenſor fidei, & in terris caput ſupremum & immediatum poſt Chriſtum Eccleſiæ Anglicanæ. *Tandem tale reſponſum dabatur.* Sic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas, daß iſt: der König wolts alſo haben, das man auch nun mals mehr ſihet, das juncker Heintz will GOtt ſeyn, und thun was ihne geluſtet. Hæc Lutherus.

Probè autem feciſti, quòd volumen tu- D um claudit Scropha piſtoria, ein Beckenſau, Crede mihi digniorem & aptiorem in ultimo agmine non potuiſſes collocare. Nec eſt, quod tibi *Ergaſilus Plautinus* negotium faceſſat, & baſilicas ſuas edictiones atque imperioſas iteret: *Tum Piſtores ſcrophipaſci, qui alunt furfuri ſues, quarum odore præterire nemo piſtrinum poteſt, eorum, ſi cujuſquam ſcropham in publico conſpexero, ex ipſis dominis meis pugnis exculcabo furfures.* Tu alacriter cum tuo *Beckenſavv* perge; eúmque in extremo agmine rem curare permitte. Morarchiam tuam decet talis colophon.

Quam inſuper valde exornas, cùm in illos, qui juſſu Concilii Tridentini Indicem librorum prohibitorum confecerunt, dentes ſtringis, quaſi eùm de *Somnio Viridarii* agunt, *Viridarii* nomen proprium hominis vel Auctoris eſſe cenſuerint: Reponam tibi tua verba: *Tanta fuit imperitia in iſtis malè ſanis arbitris, ut putârint, Viridario fuiſſe nomen hujus ſomnii Auctori.* E At te non tantùm eximium *Morarcham*, ſed & præcellentiſſimum ſomniatorem eſſe oportet, qui hæc Auctoribus illius Indicis affingas; quia nec in litera D. nec in litera V. ullum, vel tenuiſſimum veſtigium apparet, ex quo concludere queas, Patres illos nomen *Viridarii* pro proprio alicujus hominis, vel Auctoris nomine habuiſſe.

Dixeris fortè, *Viridarii ſomnium* collocari ſub illo lemmate Indicis, *Incertorum Auctorum libri prohibiti.* Ex quo colligi videtur, qui Indicem confecerunt, *Viridarii* nomen, tanquam alicujus proprium, accepiſſe. Sed hoc nihil aliud eſt, quàm futilis & imperita cavillatio; hoc ipſo enim, quòd ſe *incertorum* F *Auctorum* libros commemorare dicunt; ſimul etiam dicunt, nomen *Viridarii*, non eſſe nomen alicujus ſcriptoris proprium; nam ſi pro proprio reputâſſent; non ſub capitulo *Incertorum Auctorum*; ſed ſub titulo: *Certorum Auctorum*; Somnium *Viridarii* collocâſſent; niſi fortè Arnaldiſta noſter exiſtimat, Patres illos, etiam pro proprio nomine habuiſſe, *Unionem*: quia ibi prohibent librum, cujus inſcriptio eſt: *Unio diſſidentium Tripartita*, aut *Viſitationem Saxonicam*; quia ibidem vetatur liber, qui *Viſitatio Saxonica* inſcribitur. Ex quibus apparet, quàm inſatiabile calumniandi & cavillandi cacoëthes Redivivum hunc Arnaldum occupet. G

At at, ne quid diſſimulemus, jam in Morarchico volumine reperi, quem, ut conſortem fidei Goldaſtinæ agnoſcere debeamus, nempe Huſſum. Hujus enim Librum *de Ablatione temporalium à Clericis*; tranſcripſit Calviniſta in ſuum Centonem, qui Liber ſcriptus eſt ab Huſſo pro defenſione Articuli XVI. Wiclephici; qui eſt iſte: *Domini temporales poſſunt ad arbitrium ſuum auferre bona temporalia ab Eccleſia poſſeſſionatis habitualiter delinquentibus, id eſt, ex habitu, non ſolùm actu delinquentibus.* Qui Articulus, ut & ejus defenſio Huſſitica, valdè *Arnaldizat:* cujus, quemadmodum & aſſeclarum prima & perpetua vox erat; *Bona Clericis eſſe auferenda:* Etiam ipſi Romano Papæ; *Pontificem ſuum adeunt*, inquit Otho Friſingenſis H de Arnaldiſtis Romanis lib. 7. Chronici cap. 31. *ac omnia Regalia ejus, tam in urbe, quàm extra poſita, ad jus Patricii ſui repoſcunt, eúmque, more antiquorum Sacerdotum, de decimis tantùm, & oblationibus ſuſtentari oportere dicentes, de die in diem animam juſti* (loquitur de Lucio II. Papa) *affligere non timuerunt.* Quæ admodum jucunda eſt in auribus ſæcularium, facultatibus Eccleſiaſticis inhiantium & inſidiantium, cantilena. Num igitur Huſſita Goldaſtus? In hoc certè Articulo de bonis Clericorum invadendis & harpagandis;

ùt & in aliis Wiclephicis, quorum propug-
A nationem Huſſus in ſe ſuſceperat; quos
Calviniſta ordine recenſet; & temerè *à Papa-
nis* condemnatos clamitat. Fides igitur Gol-
daſtica credit bos Articulos. *Deus debet obe-
dire Diabolo:* Ubi tamen Huſſiticus & Wicle-
phicus ſpiritus ſe continere noo potuit, quò
minùs ungues exereret; ſuſpicatur enim,
hunc Articulum ab adverſariis eſſe corrup-
tum, legendúmque: *Deus dedit obedire Dia-
bolo*: eò quòd ita legatur in Catalogo Hære-
ticorum apud Bernardum Luzenburgium,
ſed Morarchicum eſt, mendam librariam
ſeu Typographicam potiore loco ducere,
B quàm conſtantem ſcripturam apud alios om-
nes ſcriptores, qui XLV. Articulos Wicle-
phicos & Huſſiticos enumerant. Ex quibus
eſt Concilium Conſtantienſe, Wilbelmus
Widefordus, & alii, qui in *Faſciculo rerum
expetendarum* extant; præterea Tbomas Wal-
ſinghamus in Hiſtoria Anglicana; & plu-
res alii apud Cochlæum lib. 1. Hiſtoriæ Huſ-
ſiticæ; & Martinus V. Pontifex in Bulla ad-
verſus Huſſitas; ut proinde plenum Moriæ
ſit, verbum *debet*, in verbum *dedit*, trans-
formare.

Eſt & iſtud dogma Articulus fidei Goldaſt-
inæ. *Omnia de neceſſitate abſoluta eveniunt.*
Nihil ſcilicet reſtabat, niſi ut ex Stoa novus
C Stoicus procederet; & ex Münzeriana ſeu
Pacimontana officina novus Anabaptiſta
cum his duobus ſuis Articulis; *Juramenta
illicita ſunt, quæ fiunt ad corroborandum huma-
nos contractus, & commercia civilia.* Item:
*Univerſitates, Studia, Collegia, Graduationes
& Magiſteria in eiſdem, ſunt vana gentilitate
introducta; & tantum proſunt Eccleſiæ, ſicut
Diabolus.* Macte Arnaldiſta biſce novis do-
tibus ac ornamentis; nam ſi Wiclephicos
articulos, tanquam veritati conſonos, non
amplecteretis, haud aſſereres, *à Papanis te-
merè* damnatos eſſe. *Papanus* igitur Hus
quoque fuit; quia & ipſe cum cæteris eos-
dem Articulos ſententia damnationis per-
culit; tametſi paulò pòſt in ſuorum con-
venticulis, ex damnatore patronus effectus
eſt, pro ea ſcilicet conſtantia, quæ omni-
bus hæreticis in factis & dictis ſuis innata
eſt. De qua re legi poteſt Cochlæus lib. 1.
Hiſtoriæ Huſſiticæ; qui hæc omnia probat
ex libro M. Joannis Ptzibram Bohemi, qui
condemnationi XLV. Articulorum Wicle-
phicorum factæ ab Academia Pragenſi, unà
cum Huſſo interfuit.

D Illud feſtivum eſt, quòd, ubi Gerſon,
Roſellus, Viridarii ſomnium, & alii, Pon-
tifici Romano poteſtatem & juriſdictionem
in temporalibus, ſaltem indirectam, tri-
buunt; id iſte factum aſſerat, non ex pro-
pria; ſed ex *Decretalium* ſententia. At Ar-
naldiſta candorem alieni pectoris ex ſuo
nigrore metitur, ratus, alios, prout ipſe
ſoles; aliud clauſum pectore tenere; & ali-
ud promptum ore oſtentare. *Tollamus*,
vociferatur Calviniſta, *peſſimum iſtud funda-* E
mentum (Decretalium) *cui ſuper extruxit*
(Roſellus) *& corruet parietina illa labes è tanto
ædificio.* Crede mihi, tu citiùs tollêris, quàm
Pontificum Romanorum Decretales; quas
flammis tollere conatus eſt Lutherus. Quid
effecit? Ut Phœnix ex rogo adoleſcentior
& vivacior exſurgit; ſic *Decretum & Decretales*
ex lutheri Pyra; qua ipſe digniſſimus erat.

CAPUT XIV.

Alia ſtultitiæ, ſeu Morarchiæ Arnaldo-Goldaſticæ indicia; ubi & nonnihil de equite Marchico-Goldaſtico.

NImirum, quæ ſit Monarchiæ ſacri Ro-
mani Imperij ratio ex Anglicanis
ſcriptoribus, ex Joanne, inquam, Bec- F
kenſavv, & ex oratione Wintonienſis de *obe-
dientia*, & ex neſcio quibus larvatis Celtarum
Juriſtis & Guſtæis, diſcere cogimur nos, qui in
Imperio nati & educati ſumus. Nec animad-
vertit Calviniſtæ ſtupor, ſe ex arena funicu-
los nectere, & Auctores agglomerare, qui
diverſiſſimis viis incedunt: nam ſi talis eſt
Papa Romanus, qualis à Joanne Beckenſavv
depingitur; non poteſt eſſe talis, qualis no-
bis à Gerſone & Almaino proponitur, qui
Papam non negant univerſalem Paſtorem eſ- G
ſe; infra tamen Oecumenicum Concilium,
non ſupra. Et ſi Papa talis eſt, qualis nobis
à Nilo, Barlaamo, aliiſque Græcis repræ-
ſentatur, Patriarcha ſcilicet ſolius Occiden-
tis, haud is erit, cujus effigiem Gerſon, Ro-
ſellus, & ſimiles nobis exhibent: quia iſti
non ſolius occidentis limitibus terminos Ro-
mani Pontificis circumſcribunt. Quo fit,
ut dum horum veſtigia ſequi inſtituis, alios
deſerere cogaris; quia diverſis, imò & ad-
verſis itineribus gradiuntur.

Sed eſto; ſit talis Pontifex Romanus, qua-
lis à Gerſone, Almaino, Roſello, aut etiam H
à Barlaamo & Nilo, aut ab Ockamo, & ab
Henrico de Chalcem effingitur; ao ideo tu
Calviniſta non eſſes; ſi Pontifex non ſupra,
ſed infra Concilium; neque totius Chriſtia-
ni orbis, ſed ſolius occidentis Patriarcha
eſſet? An idcirco tu throno S. Petri Calvi-
nianam tuam cervicem ſubmitteres, ſi Jo-
annes XXII. omnia feciſſet, quæ ut faceret,
Ockamus poſtulabat? Quod jam ſuprà dixi,
id hic repeto. Omnia, quæ hac de re blatis,
inania verba ſunt, & pluſquam inania. Sci-
licet Calviniano curæ eſt; ut ſit aliquis Papa:
imò hoc ei curæ eſt, ut non ſit; ſed ut
quamprimùm de medio tollatur. Dic, ô
Arnaldiſta, num tu, ſi Pontifex patrimo-
nio S. Petri ſeſe penitus abdicaret, éxque
ſolis fidelium oblationibus victitaret, ùt vo-
lebat Arnaldus, & tu cum illo; Calvinum
idcirco ejerares, & ad Catholicum cœtum,
ſub

A ſub Romani Pontificis ſigno militantem, te adjungeres, tecúmque aliquot *Puritanorum* & *Impuritanorum* Chiliadas adduceres? ô Strophas & technas pluſquam vulpinas. Omnino Tomis tuis eò tendis, quò Pleſſæus per *Myſterium iniquitatis;* nempe, ad omnimodam ſummi Pontificatûs deſtructionem; ſed ille ad hunc finem viâ apertâ & publicâ graſſatur, tu tramite occulto & furtivo. Nam ſi quem de exiſtimatione, Pontificio culmini debita, deducas, & inducas in aliquam perſuaſionem ex illis, quibus Auctores, à te coacervati, imbuti fuerunt, haud conquieſces, donec illum in foveam Genevenſem præcipites, ad quam unus vel alter gradus fit, ſimul ac ab exiſtimatione, Vicario Chriſti, Petríque Succeſſori competenti, receditur.

Interim tu uno Monarchiæ tuæ Tomo non contentus, etiam alterum nobis pro-
B mittis, & in hoc *Pacificatorem*, ſeu *pacis turbatorem* Marſilij de Padua, & opus nonaginta dierum Ockami; & neſcio quos alios damnatæ lectionis ſcriptores, uſque ad quadraginta, adeò dapſilis, vel potiùs profuſus es. At ſi me audis, ceſſa. Bonam chartam noli malè perdere. Periculum non eſt, ne quis tibi *Moriæ* ſceptra eripiat vel præripiat, licèt Tomum ſecundum non evulges. Jam es in *Morarchia* poſſeſſione ſtabili & firma. Nemo thronum tuum ambit. Eo potieris ſecurè; ne dubita. Noxios Auctores bene deliteſcere ſine. Quid te fruſtra divexas, malúmque jumento tuo tibi accerſis? Marſilius de Padua, Joannes de Janduno, multóque magis Ockamus, ſi viverent; te pro nefario hæretico haberent, pœníſque hære-
C ticorum mulctandum palàm aſſererent. Quæ hæc dementia eſt, voluminum tam ſpiſſorum editione nihil aliud agere, quàm uſque & uſque luculentiora ſtultitiæ ſpecimina edere? Non ita pridem editus eſt Marſilius typis elegantibus, meliore utique Auctore dignis; & notis haud inaccuratis. Sed à quo? Divinarem, ſi divinus eſſem; nec, ùt opinor, à vero aberrarem. Quid tu denuo eundem ſcriptorem publicare paras? Illud potiùs cura, ut præconia tua mille fermè verſibus à Marchico equite, (ſed in arundine longa) decantata, in lucem veniant; quanta id tua gloria fiet? Eximius enim *Carminator* eſt, ſeu *Verſifex*, ùt colligo ex Pane-
D gyrico, quem tibi non ſanè tenui avena demodulatur in tua *Morarchia;* in quo non poſſum non commendare verſum illum:

Publicitus revelare oculos Germania cœpit.

Ubi Eques tuus breviter revelat longam inſcitiam ſuam. Quanta enim media verbi *Revelo?* Æquè formoſus eſt iſte verſus:

Succinctus, vindex rerum, divinus Helias.

Eſt etiam tuus Eques inſignis tonſor, &

——Terribilis, donec coma forcipe molli
Decidit.

Aliis cadit coma *forfice;* non *forcipe.* Forcipes apud nos aptiores ſunt ad tundendum, E
quàm ad tondendum. Nec exiguam elegantiam reſipit ille verſiculus:

Conſedit tandem fœda meretricis in armos,

Nimirum, quia *brachia* Germanicè appellantur *arm;* fas ſibi cenſuit Eques ſine calcaribus; brachia appellare *armos;* ita ut ex hac equeſtri phraſeologia inpoſterum dicere liceat; *Obviis armis;* pro, *ulnis.* Utriſque *armis*, pro, *brachiis*, amicum meum complectar. Dextro *armo*, ſiniſtro *armo*, vulnus inflixit. Pulchrè profectò. Periculum eſt, ne paulò pòſt brachia non tantùm *armos*, ſed & *arma* vocitet; eò quòd brachiis, tanquam armis, homo ſe tueri conſueverit. Porrò, ſi tuo loco eſſem, Arnaldiſta, verſus illos tui equitis, tanquam malè ominoſos, averſarer;

——tibi nomen ab auro F
Aſſyriam præſignat avem, tua fama per ignes
Exſcendens tumuli feret intemerabile laudum
Remigium cælo, &c.

Te cum cana cinis fatali tempore ſolvet, &c.

Quid, ô poëtaſter, *ignes* canis & *cineres?* An Arnaldiſtam, amicum tuum, commonefacere vis ignis, quo arſit Arnaldus Brixianus, & cineris Arnaldici, qui in Tyberim ſparſus eſt? Vis, ut accinamus tua illa carmina?

Qualis ab Aſſyrio longævus palmite Phœnix
Æternum inſtaurat corpus, cùm mille ſenectam
Indefeſſam annis divino ſenſerit Oeſtro
Provocat agnati ſobolem Jovis. Ilicet alto
Vivificis radiis pluit immortalis Olympo
Ignis, & in cineres Phœbeja Lampas amatos
Fœcundis venit illecebris; vix mortua torpor
Membra palàm liquit, dicto volat ocyus ales
Ignicolor, &c.

Talis honos Goldaſte tuus, fidique ſodalis
Arnaldi, flammis quem Mulciber intulit Orco. G

Eques tuus tecum valde *Arnaldizat.*

Forſan & ipſe Arnaldicus Phœnix effici optat.

At unum adhuc mihi expedi; & te ſine mora dimittam. Num, ſi Papa, Epiſcopi, aliique Prælati Eccleſiaſtici, & Clerici univerſi facultatibus ſuis exuerentur, tu & Morarchicæ tuæ Aulæ *Mareſchalcus*, Eques Brandeburgicus, vel uno obolo locupletiores eſſetis? Haud crediderim. Et ut ex ſpoliis iſtis aliqua portiuncula ad vos perveniret, ea tamen quamprimùm per gulam, in abdominis veſtri voraginem demergeretur; Notum eſt, etiam Lutheri teſtimonio, ne Ipſos quidem Principes bonis Eccleſiaſticis pingueſcere. Multæ jactantur Lutheri Prophetiæ; ſed nul- H
la mihi veritatem propiùs attigiſſe videtur, quàm iſta in Colloquiis Sympoſiacis, tit. *De bonis Eccleſiaſticis:* Man wil den Bapſt und die Biſchöffe mit Gewalt ausroten, da wird nichts aus, ꝛc. Werden wir das Schwerd über den Bapſt zucken, ſo werden wir uns ſelbſt treffen. *Conamur Papam & Epiſcopos vi exſtirpare; ſed fruſtra ſumus. Nihil proficimus,*

A &c. *Si gladium contra Papam eduxerimus, nos ipſos feriemus.* Tu dixiſti, & ita factum eſt, paulò poſt Lutheri exitium in bello Schmalcaldico. Idem Lutherus in iiſdem Colloq. tit. *De Eccleſiæ Miniſtris: Præcipuè verò grave eſt & importabile eorum peccatum & judicium, qui templa ſpoliant, & bona Eccleſiaſtica ad ſe rapiunt; quos Deus ſeverè puniet;* prout ruri quidem Nobiles, und die Scharhanſen: *in civitatibus autem primariæ familiæ, & cives communiter faciunt, qui ſpe exigui lucelli Eccleſias ſpoliant; cùm multi ex illis Eccleſias potiùs ditare deberent, exemplo majorum ſuorum, qui Eccleſias liberaliter & munificè dotârunt, & facultatibus inſtruxerunt.*

CAPUT XV.

Tragemata ſeu Bellaria pro novis Arnaldis & Arnaldiſtis.

B SAnctus Stephan. Hungariæ Rex lib. 2. *Decretorum* cap. 1. *Quiſquis faſtu ſuperbiæ elatus, domum DEI ducit contemptibilem, & poſſeſſiones Deo conſecratas, atque ad honorem Dei ſub regia immunitatis defenſione conſtitutas inhoneſtè tractârit, vel infringere præſumpſerit, quaſi invaſor & violator domus Dei excommunicetur. Decet enim, ut excommunicationem ipſius Domini regis ſentiat, cujus benevolentiæ contemptor, & conſtitutionis prævaricator extitit. Nihilominus tamen Rex ſuæ conceſſionis immunitatem ab hominibus, ditioni ſuæ ſubjectis, illæſam conſervari præcipiat; aſſenſum verò non præbeat improvidè affirmantibus, non debere eſſe res Dominicas, id eſt, Domino domi-* C *nantium traditas. Itaque ſub defenſione Regis, ſicuti ſua propria hæreditatis, magisque advertat; quia, quantò Deus excellentior eſt homine, tantò præſtantior eſt divina cauſa mortalium poſſeſſione. Quocirca decipitur quiſquis plus in propriis, quàm in dominicis rebus gloriatur: quarum divinarum rerum defenſor, & cuſtos divinitatis ſtatutus, diligenti curâ non ſolùm eas ſervare, ſed etiam multiplicare debet, magisque illa, quæ duximus præſtantiora, quàm ſua defendere oportet, & augmentare. Si quis igitur inſanus importunitate, improbitate ſua regem à recto propoſito pervertere tentaverit, nulliſque remediis mitigari poſſe viſus fuerit, licèt obſequiis aliquibus, & tranſitoriis ſit neceſſarius, abſcindendus ab eo, proſcindendúsque eſt, juxta illud Evangelicum; ſi pes, manus, aut oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & projice eum abs te.*

Matth. 18. Marc. 9.

D In capitularibus ſeu legibus Francicis lib. 6. leguntur æquè bella pro Arnaldis bonorum Eccleſiaſticorum raptoribus bellaria: ex quibus eſt Cap. 302. *Omnibus ſciendum eſt, quòd ſacrilegi fures ſint cuncti, qui res Eccleſiæ diripiunt, vaſtant, invadunt, vexántque, aut à jure Eccleſiarum, quibus tradita fuerant, injuſtè alienant. Unde & beatiſſimus Auguſtinus in homilia 48. Evangelii Joannis ita dicit;* Ecce inter Sanctos eſt Iudas, ecce fur eſt Iudas; & ne contemnas, fur ſacrilegus, non E qualiſcunque fur, fur loculorum, ſed Dominicorum loculorum, ſed ſacrorum: ſi crimina diſcernuntur in foro, qualiſcunque furti & peculatus. Peculatus enim furtum dicitur de republica. Et non ſic judicatur furtum rei privatæ, quomodo publicæ. Quantò vehementiùs judicandus eſt ſacrilegus fur? non undecunque tollere; ſed, de Eccleſia tollere. Qui aliquid de Eccleſia aufert, vel furatur, Iudæ proditori comparatur. *Nota, quòd, aliquid de Eccleſia tollere furtum eſſe, beatus Auguſtinus aſſeveret, & patratorem tanti furti, furem ſacrilegum appellet, nec non & Iudæ perdito æquiparet.* Et poſt pauca: *Quare, inquit, loculos habuit, cui Angeli miniſtraverunt, niſi quia Eccleſia ipſius loculos ſuos habitura erat? Ecce, quibus tanti Doctoris documentis inſtruimur; quia, quod in capite præceſſit, in corpore ejus, quod eſt Eccleſia, videtur impletum.*

F *Porrò Chriſtum & Eccleſiam unam perſonam eſſe, non neſcimus; & ideo, quæ Eccleſiæ ſunt, Chriſti ſunt, & quæ Eccleſiæ offeruntur, Chriſto offeruntur, & quæ ab Eccleſia ejus tolluntur, procul dubio Chriſto tolluntur. Eſto: futurum erat, ut Eccleſia Chriſti nummos haberet, ſi nummos, utique & prædia, & mancipia, & diverſarum ſpecierum innumera ornamenta. Et quia illicitum ſit, ea, quæ conferuntur Eccleſiæ, auferri, B. Hieronymi ſcribentis in expoſitione Matthæi Evangeliſtæ verba ita teſtantur.* Omnes, *inquit*, qui ſtipe templi, & his, quæ conferuntur in uſus Eccleſiæ, abutuntur in aliis rebus, quibus ſuam expleant voluntatem, ſimiles ſunt ſcribarum & ſacerdotum redimentium mendacium & ſanguinem Salvatoris. Ibid. cap. 303. *Nulli liceat ignorare, quòd* G *omne, quod Domino conſecratur, ſive homo fuerit, ſive animal, ſive ager, vel quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum erit Domino; & ad jus pertinet ſacerdotum. Propter quod inexcuſabilis erit omnis, qui ea Domino & Eccleſiæ quæ competunt, aufert, vaſtat, invadit, vel diripit, uſque ad emendationem, Eccleſiæq; ſatisfactionem, quòd ſit ſacrilegus, & non tantùm ſacrilegus, ſed etiam fur ſacrilegus.*

Item 305. *Omnia, quæ Domino offeruntur, proculdubio Domino conſecrantur, & non ſolùm* H *ſacrificia, quæ à ſacerdotibus ſuper altare Domino conſecrantur, oblationes fidelium dicuntur, ſed quæcunque ei à fidelibus offeruntur, ſive in mancipiis, ſive in agris, vineis, ſylvis, pratis, aquis, aquarúmque decurſibus, artificiis, libris, utenſilibus, petris, ædificiis, veſtimentis, pellibus, laniſiciis, pecoribus, paſcuis, membranis, mobilibus & immobilibus, vel quæcunque de his rebus, quæ ad laudem Dei fiunt, vel ſupplementum ſanctæ Eccleſiæ, ejúſque ſacerdotibus, atque ornatum præſtare poſſunt Domino, Eccleſiæq;, ſive à quibuſcunque ultro offeruntur, Domino indubitanter conſecrantur, & ad jus pertinent ſacerdotum. Et quia Chriſtum & Eccleſiam unam perſonam eſſe veraciter agnoſcimus, quæcunque Eccleſiæ ſunt,*

Chriſti

A *Chriſti ſunt. Et quæ Eccleſiæ vel in ſuprà dictis, vel in quibuſcunque ſpeciebus, ſive pollicitationibus, ſive pignoribus, ſive ſcriptis, ſive corporalibus rebus offeruntur, Chriſto offeruntur; & quæ ab Eccleſia ejus, quocunque commento alienantur, vel tolluntur, ſive alienando, ſive vaſtando, ſive invadendo, ſive minorando, ſive dirripiendo, Chriſto tolluntur. Et ſi ab amico quidpiam rapere, furtum eſt, præcipuè Chriſto Domino noſtro, qui eſt Rex Regum, & Dominus dominantium,* B *aliquid auferre, alienare, ſubripere, vel vaſtare, ſacrilegium eſt. Omnes namque Eccleſiæ prædones manifeſtiſſimè ſunt ſacrilegi, & nullus ſacrilegus, niſi per puram probatámque publicam pœnitentiam, & per Eccleſiæ ſatiſfactionem, Epiſcoporúmque per manus impoſitionem, juxta Canonicas ſanctiones, reconciliationem, regnum Dei poſſidebit. Et non ſolùm à regno Dei ſit alienus, ſed etiam à liminibus ſanctæ Eccleſiæ.* C *Talium verò ſcelerum patratoribus, niſi poſt prædictam ſatiſfactionem, nec vivis nec mortuis communicare debemus; quia, qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit: (Sed iſti) non ſolùm ſacrilegi, ſed etiam fures, ſacrilegi & lupi atque homicidæ; pauperúmque necatores ſunt, & inſuper anathematis vinculo damnati, coram Deo & ſanctis ejus efficiuntur.*

Similia bellaria pro ſtomachis Arnaldicis D reperient Arnaldiſtæ eodem libro 6. capitularium Francicorum cap. 320. 321. 322. 323. 324. ubi hæc leguntur. *Volumus omnes ſcire, quòd, qui Chriſti & Eccleſiæ pecunias auferunt, rapiunt, vaſtant, vel diripiunt, homicidæ ante Deum eſſe deputantur; quia res pauperum, quos Eccleſia paſcere debet, diripiunt.*

FINIS
Arnaldi Redivivi.

Digitized by Google

JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU THEOLOGI
COMMENTARIOLUS DE
IMPERATORUM, REGUM
AC
PRINCIPUM CHRISTIANORUM
IN SEDEM APOSTOLICAM
MUNIFICENTIA.

Ex variis Auctoribus

IN GRATIAM SECTARIORUM,

PRÆSERTIM VERO LEONARDI HUTTERI

Prædicantis Witebergenſis Collectus,

& in lucem datus.

Digitized by Google

LECTORI.

FErmè jam annus abiit, quando iſtum Commentariolum collegi. Prodiiſſet citiùs, ſi prælo typographico ab aliis excudendis otium fuiſſet. Et debebat certè citiùs in publicum venire, ne Lutheranus Hutterus exiſtimaret, me vel tam ingratum, ut ſtrenæ abs ſe mihi donatæ nihil reponere cogitarem; vel tam egenum, ut quod redderem, in mea ſupellectili non reperirem. Sed abſit à me beneficiorum acceptorum immemor & oblivioſus animus; nec tanta egeſtate, gratia Superis, premor, ut Prædicantica munera irremunerata relinquere cogar. Vale.

APPROBATIO FACULTATIS THEOLOGICÆ, IN ACADEMIA INGOLSTADIENSI.

Commentariolum iſtum luce Typorum, multorúmque lectione dignum judico.

PETRUS STEVARTIUS, LEODIUS, Academiæ Ingolſtadienſis Profeſſor Theologus, Procancellarius; & pro tempore RECTOR.

INDEX

INDEX CAPITUM COMMENTARIOLI, DE IMPERATORUM, REGUM, AC PRINCIPUM CHRISTIANORUM, IN SEDEM APOSTOLICAM MUNIFICENTIA.

PRÆFATIO

Antidorum pro Strena Huttero-Clemangiana.

Cap. I. *DOnatio variarum Civitatum & Provinciarum facta Eccleſiæ Romanæ à Chriſtianiſſimo Rege Francorum Pipino, Anno Redemptoris DCCLV. ex Anaſtaſio Bibliothecario in vita Stephani Papæ III.*

II. *Eadem donatio ex Leone Oſtienſi lib. 1. Chron. cap. 7.*

III. *Confirmatio prædictæ donationis facta à Carolo Magno Francorum Rege, Anno Chriſti DCC.LXXIV. Hadriani Papæ Anno 3. ex Anaſtaſio Bibliothecario in Hadriano.*

IV. *Donatio & confirmatio ſuperiorum donationum facta à Ludovico Pio, Caroli Magni F. Anno ſalutis DCCC.XVII. Ex Card. Baronio Tom. IX. Annal. Anno primo Paſchalis Papæ.*

V. *Diploma donationis factæ ab Othone Magno Imperatore Anno Chriſti DCCC.LXII. Joannis XII. Papæ Anno VII. ex Baronio, Annali X.*

VI. *Diploma Henrici I. Imperatoris & Regis II. Ejusdem propemodum ſententiæ, cujus conſtitutio Othonis I. Ex Card. Baronio Tom. XI. Anno Chriſti M.XIV.*

VII. *Donatio Mathildis Comitiſſæ facta Romanæ Eccleſiæ, ex Domnizone de vita Mathildis apud Baron. Tom. XI. Anno ſalutis M.LXXVII.*

VIII. *Litera Ludovici Palatini Rheni & Electoris, quibus ratificatur, quicquid Rudolphus Imp. cum Pontifice Romano tranſegerat. Ex Baronio Tom. X. Anno Chriſti DCCCC.XCVI.*

IX. *De Diplomate Alberti Imperatoris, Cardin. Baron. Tom. X. Anno DCCCC.XCVI.*

X. *Friderici II. Imp. Ratificatio & confirmatio omnium donationum, quæ ab antegreſſis Regibus & Imperatoribus Eccleſiæ Romanæ liberaliter factæ ſunt. Ex Baronio Tom. XI. Anno Chriſti M.XCVII. N. 71.*

XI. *Catalogus Regnorum & Principatuum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributariorum.*

XII. *Regnum Ruſciæ.*

XIII. *Regnum Croatiæ & Dalmatiæ.*

XIV. *Regnum Aragoniæ.*

XV. *Etiam cætera Hiſpaniæ Regna antiquitus pertinebant ad jus Eccleſiæ Romanæ.*

XVI. *Inſtrumentum donationis factæ de civitate Tarraconenſi Romanæ Eccleſiæ à Berengario, Comite Barchinonenſi.*

XVII. *Bulla Urbani II. Pontif. de eadem Urbe Tarraconenſi.*

XVIII. *Regnum Daniæ.*

XIX. *Regnum Galliæ.*

XX. *Saxonia.*

XXI. *Corſica Inſula.*

XXII. *Regnum Luſitaniæ ſeu Portugalliæ. Ex Tom. XII. Card. Baronii.*

XXIII. *Regnum Angliæ.*

XXIV. *Regnum Hiberniæ.*

XXV. *Regna Angliæ & Hiberniæ Sedi Apoſtolicæ non tantùm tributaria facta ſunt ob Denarium S. Petri, ſed & feudataria à Joanne Angliæ & Hyberniæ Rege.*

XXVI. *Regnum Scotiæ.*

XXVII. *Regnum Poloniæ.*

XXVIII. *Regnum Hungariæ.*

XXIX. *Regnum Bohemiæ.*

XXX. *Bavaria.*

XXXI. *Ducatus Apuliæ, Calabriæ atque Siciliæ: itémque Principatus Capuæ.*

XXXII. *Principatus Capuæ.*

XXXIII. *Regnum Sardiniæ.*

XXXIV. *Epiſcopatus Bambergenſis.*

XXXV. *Regna Sueciæ & Nortvvegiæ.*

XXXVI. *Romanum Imperium.*

XXXVII. *Concluſio.*

Acceſſerunt appendices duæ, quarum Prima de Edicto Donationis Conſtantinianæ, & novo ad id Commentario.

Secunda de Diplomate Donationis Othonis III. Imp. facta Sylveſtro II. Pontifici.

Quæſtio, an verum ſit, Alexandrum III. Pontif. calcâſſe collum Friderici I. Imperatoris.

ANTI-

ANTIDORUM
PRO STRENA
HUTTERO-CLEMANGIANA.

A ADſunt Kalendæ Januariæ Anni MDCX. Aurem mihi vellicant, ùt tibi, *Prædicans Huttere*, vicem reponam ob ſtrenam ſuperiore Anno ad me, & *R. P. Conradum Vetter* miſſam. Strena tua erat liber Nicolai Clemangii *de corrupto Eccleſiæ ſtatu*; ſi tamen liber dici debet, & non potiùs *Satyra* & *Invectiva* in Pontificem, Cardinales, Epiſcopos, totámque Curiam Romanam.

Gratum fuiſſet hoc munus, ſi, quæ obſervanda erant, obſervâſſes, cúmque dono
B candorem quoque & ingenuam mentem obtuliſſes: cujus ego nec volam, nec veſtigium deprehendere potui. Nam tu librum hunc mihi, Vettero, & lectoribus tanquam novum & antea typis nunquam deſcriptum obtrudis, ſaltem in *Frontiſpicio*, cùm tamen, teſte Geſnero in Epitome Bibliothecæ, & Illyrico in Catalogo Teſtium, jam pridem publicatus fuerit; Nam quid ſibi volunt illa tua? *Tractatus ante ducentos Annos ſcriptus, nunc verò in gratiam Societatis Eſavviticæ è tenebris erutus; à ſitu vindicatus, & Juris publici factus:* quid, inquam, hæc tua ſibi aliud volunt; quàm librum hunc jam primùm tuo ſtudio in lucem extractum, & prælo ſubjectum fuiſſe? Quod ſecus eſt, ùt antea dictum. An hoc ſinceri
C pectoris argumentum?

Dices. *In præfatione te hoc teſtari.* At obliquè & ſinuosè, nec pleno, ſed vix ſemipleno ore. Cur idem non apertè & disertè in titulo indicâſti? Nimirum, mala mens, malus animus *Calvère*, & lectores circumvenire, tuæque merci hanc novitatis hederam fallaciter appendere libuit; ut eam vendibiliorem efficeres.

II. Non placet, quòd immemor priſci illius axiomatis, non ſemel à tuo etiam Luthero uſurpati, *propter abuſum uſus ſeu ſubſtantia rei non debet tolli:* ob vitia ſeu vera ſeu ficta perſonarum, de quibus Clemangius; ipſum quoque ſtatum, ordinem, D
Eutaxiam & Hierarchiam Eccleſiaſticam, atque adeò ipſam avitam patritámque fidem, in qua Clemangius natus eſt, vixit & obiit; ſtirpitus excindere & eradicare conaris. Quæ res Luthero nulla ratione probatur, ùt ſæpiſſimè oſtendi ex ipſis Lutheri verbis cùm alibi, tum in Apologiis contra Miſenum, maximè in Panegyrico, & in Defenſione Bellarminiana, potiſſimùm Tom. 2. circa finem.

Nónne furor manifeſtus eſt, inquit Luthe- E
rus in cap. 13. Matth. Tom. 5. Lat. Witeb. *tribuere culpam verbo* (fidei) *quæ eſt auditorum? ſcilicet, homo non curat verbum auditum* (hoc eſt, homo non vivit convenienter legi divinæ & religioni, quam profitetur) *ergo verbum non eſt verum verbum. Diabolus non amat Deum: ergo Deus non eſt verus Deus. Filius non honorat patrem: ergo pater non eſt verus pater. Latro non obedit principi: ergo princeps non eſt verus princeps. Hac amentia percuti debent homines ingrati & ſuperbi, ut dicant & faciant, non niſi perverſa. Et tamen, ut dixi, communis eſt iſta peſtis, quòd judicant homines de verbo* (de fide & religione) *ex fructibus particularibus, & vitioſiſſimè ſic colligunt: Ubicunque non fiunt omnia verbi, ibi non eſt verum verbum: Apud hos aut illos non fiunt omnia verbi: ergo non habent verbum. Majorem* F
negat præſens Evangelium, dicens, multa verba non fieri, ùt inter ſpinas; petroſa; in via. Ergo eſt falſa. Sufficit ergo ad veritatem verbi, quarta pars agri boni.

Hæc non malè Lutherus, ſi intelligantur de verbo, quod Romæ à SS. Apoſtolis Petro & Paulo ſatum plantatúmque, & continua propagatione ad noſtram uſque ætatem traductum & conſervatum eſt; malè autem, ſi de illo, quod Witebergæ Lutherus excogitavit & ſparſit; nam hoc, licèt in optimam & opimam terram injiciatur, nil niſi lappas, tri-

tribulos, lolium, & cætera hujus generis A zizania producit.

Dicam clariùs. Catholici, qui pravam & Chriſtianæ religioni adverſam vitam vivunt; id non faciunt ex profeſſionis ſuæ impulſu & inclinatione; ſed vitio ſuo. Ac Lutherana & Calviniana ſecta ſuopte genio & ingenio ſuos ſectatores, quorum corda occupavit, à dextris ad ſiniſtra, & à rectis ad ſequiora impellit; ita, ut qui nequiter vivit; non ſua tantùm, ſed & ejus, quam profitetur ſectæ impulſu, nequiter ac flagitiosè vivat.

Cùm Luthero objiceretur, multos ſuorum moribus ſceleratis eſſe; ſolatus eſt ſeſe, quòd ſaltem quarta pars agri, ſemine cæleſti conſiti, fructum ferret (tametſi hoc ſolamen vanum fuit; nam ſi qui ex Lutheranis bo- B ni ſunt ac probi; id non fit vi verbi Lutherani, ex quo non niſi malæ herbæ ſuppullulant, ſed aliunde) & in hæc dicta erumpere non horruit: *Abeant aliæ tres partes ad Diabolum. Si principes non credunt omnes, tamen unus atque alter. Si ruſticè non omnes boni, ſatis eſt, duos aut tres bonos eſſe. Si cadunt docti & ſancti plurimi, ſufficit, quòd paucos retineamus. Fieri aliter nequit. Cogemur permittere, ut ſpinæ maneant ſpinæ, nec eas in terram bonam commutabimus. Sic etiam viam, ſecus quam cadit ſemen, & petram tolerare, niſique fœcunditate bonæ terræ ſolari debebimus, quæ non convertitur in ſpinas, licèt habeat vicinas* C *ſpinas; neque ſemen acceptum opprimit; quamvis ſpinæ ſemen ſuffocent.* Hæc Lutherus.

Abſit autem, ut nos quenquam, nedum tres partes eorum, qui verum Dei verbum audiunt, ad Orcum ablegemus, ùt facit quintus iſte Evangeliſta Iſlebicus. Hoc tantum contendimus, improborum perverſitatem non præjudicare Religionis ſinceritati ac integritati nec granum triticeum, ſed paleam & ſtipulam eſſe, qui ſive ob nævos, ſive ob nævulos Petri naviculam deſerere, & à Roma ad Witebergam ſeu Genevam tranſire velit.

Ab initio Eccleſiæ, inquit Lutherus, loco cit. *Fuit iſta hæreticorum opinio, Eccleſiam opor-* D *tere eſſe ſanctam, & ſine peccato; ſed quia videbant, in ea eſſe aliquos peccatis obnoxios, mox negaverunt, eam eſſe Eccleſiam, & fecerunt ſectas, quas volebant eſſe Eccleſiam ſanctam. Inde Donatiſtæ, Cathari, & multi alii: & hodie Anabaptiſtæ* (Lutheriſtæ, Calviniſtæ) *qui omnes uno furore clamant: Eccleſiam* (Pontifici Romano adhærentem) *quia peccatores & impios mixtos vident, non eſſe Eccleſiam, & ſeparant ſeſe ab ea. Summa ergo ſapientia eſt, non ſcandalizari, ſi in Eccleſia, & ab Eccleſia veniant mali & hæretici; quia Chriſtus dicit, quòd inimicus homo hos ſeminat. Et magnum ſolatium eſt ſcire, quòd nihil nobis noceant, ſed oporteat zizania intermixta ferre; quia verè ſic eſt, quòd ſine malis Eccleſia eſſe non poſſit, & illi fanatici, qui nulla volunt eſſe zizania inter ſeſe; hoc efficiunt, ut nullum ſit apud eos triticum, id* E *eſt, dum volunt purum eſſe triticum & Eccleſiam; nimia ſanctitate faciunt, ut nulla ſint Eccleſia, ſed mera ſecta Diaboli, &c.*

Hæc ex Luthero dixerim adverſus Hutterum & alios Prædicantes, qui Pontificum, Cardinalium, & Curiæ Romanæ ſeu veris ſeu commentitiis vitiis perpetuò ſe titillant, eorúmque objectu à fide Catbolica ſimpli- F ciores avertere nituntur: Quamquam, ùt alibi crebrò probatum, præcipuè in Reſponſo ad Theſes Hunnianas; non pauca ex iis, quæ clamatores iſti Pontificibus & Curiæ Romanæ oggerunt, nil aliud ſunt, quàm pura puta mendacia.

III. Non placet in hac ſtrena, quòd Prædicans non advertit, vel ſi advertit, ſincerè non monuit, Clemangium ſæpè non modò modeſtiæ & moderationis, ſed & veritatis limites longiſſimè tranſcendere: ùt cùm de Cardinalibus agens, ait; ſæpè contingere, *ut unus poſſideat centena, ducenta, & interdum uſque adquadringenta vel quingenta, aut amplius beneficia Eccleſiaſtica, eáque non parva, vel tenuia, ſed omnium pinguiſſima & optima.* Si omnia ſcrinia Curiæ Romanæ, omniáque monumenta, quæ de Cardinalibus ſuper- G ſunt, excutere velimus, nullum, opinor, inveniemus, qui quingentis, & quod excurrit, beneficiis, iíſque non qualibuſcunque, ſed *lautiſſimis* & *pinguiſſimis*, unquam potitus fuerit. Cui tam obeſus ſit naſus; qui non oderetur, aſſertum hoc prodiiſſe ex pectore ſiniſtris affectionibus admodum depravato, nimiúmque hyperbolico? ùt & illud ejuſdem: *Quid aliud ſunt hoc tempore puellarum Monaſteria, niſi quædam non dico Dei ſanctuaria, ſed Veneris execranda proſtibula? &c.* Unde, obſecro, hoc compertum erat Clemangio, ut tam audacter de omnibus univerſim id aſſeveraret? An ipſe, ùt Deus, quidquid ubique terrarum in Monaſteriis gerebatur, cognitum habebat? Si deceptus fuit Helias, ratus olim ſe ſolum in Iſraële relictum, qui idolo Baal cultum non adhi- H huiſſet; cùm aliquot millia virorum ſupereſſent, qui genua ſimulacro illi non incurvaverant; quantò credibilius eſt, deceptum eſſe Clemangium & hîc, & paſſim in ſuo illo Satyrico tractatu, cùm nonnullorum crimina ad omnes transfundit, longè tamen alia mente, quàm Prædicantes; nam Clemangius vitia inceſſebat, ſalvo ſtatu & ordine; Prædicantes ſcelera ita inſectantur, ut cum illis ſtatum quoque & ordinem exterminent; vel, ut rectiùs loquar, ut in veterum vitiorum locum nova, eáque horribiliora ſubſtituant; ùt factum, quando ex ſcortatrice Moniale catholica, faciunt ſcortatricem Hæreticam, ſpecioſo uxoris tegumento velatam: cujus generis innumera exem-

A exempla hæc ætas nobis ſuppeditat; in quibus maximè eminent duorum Martinorum *Lutheri* & *Buceri* Apoſtatarum duæ Moniales, quarum altera Luthero ſenos; altera Bucero ternos & denos liberos peperit.

Rogo te, Prædicans, ut poſthac, priùs, quàm Catholicis vitia objectas, in mentem revoces illud tui Lutheri in cap. 13. Matth. *Semper ex optimis peſſima fiunt, ſicut ex Angelis Diaboli; ex Chriſtianis, hæretici. Ex populo Dei, crucifixores Dei.* Es muß ſo ſeyn,
B darum unerſchrocken und ungelaſſen. Es heiſt *inter triticum.* Unkraut ſoll nit allein wachſen unter Unkraut, ſondern auch unter dem Waitzen. Der Teufel will auch im Himmel ſitzen, und mag nicht *deſerta & arida loca.* Er iſſet gern niedliche Biſſen, und thut gerne an reine Oerter, dann er håltet ſeinen Unflat für Theſem und Balſam. Das reine Früchtlein will unter den Roſen wohnen. wir müſſens doch ſo leyden in der Kirchen.

Sed quia Catharinæ Borrhæ paulò antea facta eſt mentio, per ſtrenam tuam te, Hut-
C tere, rogo & obteſtor, ut mihi ſignifices, quando & ubi, & quo genere morbi hæc *Prophetiſſa* diem ſuum obiérit; & cur nulla concio vel oratio funebris, præconia tantæ Megæræ decantet; vel, ſi aliqua extat; quis Auctor ſit. Mihi plusquam mirum videtur, Lutheri putatitiam uxorem, nocte tam cæca premi, cùm Prædicantes laudationibus ſuis jam eò usque proceſſerint, ut non ſolùm ſartores & ſutores, ſed & ſartrices ac ſutrices Encomiaſticis declamationibus ſuper æthera aliquando vehant; & typis quoque laudes mandent, ne cum ſono verborum ſtatim evaneſcant. Quî fit, quòd Borrhæ non contigit hæc felicitas? Aut ſi contigit, quî fit, quòd tam paucis cognita eſt res, cognitu digniſſima?

Cæterùm, ut verbis compendium faciam, accipiat à me Prædicans verba ſui Lutheri in cap.
D 26. Iſaiæ ita ſcribentis Tom. 4. Lat. Witeb. *Sicut corpus tum bene eſt conſtitutum & bene habet, quando egerit ſordes, nec eò minùs ſanum eſt, quia habet intra ſe feces ſtercoris & ſudores; ſic Eccleſia eſt etiam inter impios, & hæc gloria Eccleſia eſt, quòd poteſt iſtas feces expurgare; ſicut corpus humanum non poſſet expellere iſtas ſuperfluitates & ſordes, niſi eſſet ſanum. Quemadmodum autem extrema fatuitas eſſet, ideo damnare liberali forma puellam, quia habeat intra ſe ſordes; ita quoque extremè inſaniunt adverſarii noſtri, objicientes nobis falſorum fratrum vitia. Oculi, quibus videmus, ſuas ſordes habent, habent ſuas ſordes etiam aures, quibus audimus: ſic in Eccleſia & doctores & diſcipuli quidam ſunt mali; non tamen ideo totum corpus damnatur.* Hæc Lutherus, cujus olidiores Metaphoræ, ſi cui minùs arridebunt, is perſonam loquentis conſideret, ſtatímque
E videbit, ſi quid craſſius profertur, id à moribus & genio hujus Hiſtrionis non abludere.

IV. Non placet in hac ſtrena, quòd Prædicans in alienis, ſeu veris ſeu fictis vitiis pervidendis & perſcrutandis tam eſt oculatus & indefeſſus; in ſuis autem & ſuorum flagitiis cernendis & agnoſcendis tam luſciocioſus, vel potiùs cœcus, & ſocors. Nimirum non videmus manticæ, quod in ter-
F go eſt. Certè ſcelerum ex quinto Evangelio prognatorum tanta eſt ubertas, ut eam præcipui Prædicantes interdum flebiliter deplorárint. An nunquam legiſti librum Sarcerii, Prædicantis non obſcuri, *de Diſciplina?* Deus bone, quàm graphicè, ſcitè & fabrè depingit vitam moréſque Lutheranorum, præſertim Prædicantium. Nullus unquam Pontificius id aptiùs præſtitiſſet. Nullus Apelles elegantiùs Lutheranos cum ſuis Prædicantibus efformare potuiſſet. Neque teſtimonium Sarcerii ſuſpectum eſſe debet; quia Lutheranus, & Prædicans, imò Prædicantium Superintendens fuit. Inter Lutheranos vixit & devixit. Lutheranos probiſſimè noverat. Si cui autem liber Sarcerii prolixior videtur, quàm ut commodè evolvi queat; is perlegat Epitomen, quam inde confecit vir eruditus Georgius Pomerius, in qua nil aliud reperiet Lector, niſi Lutheranæ probitatis nucleum, hoc eſt, *malorum Iliadem*, ut utar veteri proverbio,
G quo Hutterus iſte duas quasdam abs ſe habitas Witebergæ orationes inſcripſit, longè rectiùs inſcripſiſſet: *Mendaciorum & conviciorum Hutterianorum Iliadem*; Et, ſi Ilias non ſuffeciſſet, addere poterat & *Odyſſeam*. Sed nolo hoc vitæ Hæreticæ olerum hic movere; factum id aliàs: & quidem adiuvantibus Luthero, Calvino, aliíſque Prædicantibus Lutheranis & Calvinianis, quos ipſa veritas impellit, ut, quàm Lutherani & Calviniani ſanctè & innocenter vivant, ipſi ſuo ore, ſuo ſtylo, ſuóque calamo propalare & evulgare cogantur.

Intermittere tamen hoc loco non poſſum, quin tibi recenſeam, quid de fructibus Lu- H
therani Evangelii, atque adeò de ſanctimonia & inculpatiſſimis Lutheri & Lutheranorum moribus, ſcriptum reliquerit, non unus de trivio rabula, ſed inclytus & illuſtriſſimus Saxoniæ Dux, *Georgius*, memoriæ ſempiternæ Princeps, ídque in literis ad ipſum Lutherum Anno Domini 1526. ipſo Innocentium feſto datis, quas Prædicantes in tertium Tomum Jenenſem Germanicum retulerunt: quod factum laudo. Ita ergo Princeps ille.

Aus deinen Lehren, und deiner Jünger, werden alle alte, verworffne Ketzereyen erneuert, aller ehrlicher Gottsdienſt zerſtöret, welches ſeyder Sergii gezeiten nie ſo groß geſchehen. Wann ſeynd mehr ſacrilegia geſchehen begebener Perſohn, dann ſeyder

A deinem herfürgebrachten Evangelio? Wann ſeynd mehr Empörung wider die Oberkeit geſchehen, dann aus deinem Evangelio? Wann ſeynd mehr Beraubung armer geiſtlicher Häuſer geſchehen? Wann ſeynd mehr Dieberey und Rauberey geſchehen? Wann ſeynd mehr Mönche und Nonnen zu Wittenberg, dann jetzt geweſt? Wann hat man den Ehemann die Weiber genohmen, und andern gegeben, dann jetzt findet man es in deinem Evangelio? Wann ſeynd mehr Ehebrüch geſchehen, dann ſeyt du geſchriben? Wo ein Frau von ihren Mann nicht kan fruchtbar werden, ſo ſoll ſie zu einem andern gehn, und Früchte zeugen, die der Mann ernehren muß: Alſo thut der Mann herwider. Diß hat dein Evangelium bracht, das du unter der Banck herfür gezogen.

B Vertam Latinè, ut & exteri intelligant, quid tantus Princeps, non auritus, ſed oculatus teſtis de Lutherana innocentia & probitate ſenſerit. *Ex tua & tuorum diſcipulorum doctrina, renovantur omnes antiquæ & jam olim damnatæ hæreſes; omnis cultus religioſus deſtruitur; ita ut à temporibus Sergii* (ſocii Mahometis in cudenda, & propaganda Mahometica perfidia) *major deſtructio non fuerit. Quando plura commiſſa ſunt ſacrilegia, quàm ab Evangelii tui ortu? Quando plures ſeditiones contra legitimum magiſtratum exortæ ſunt, quàm ex tuo Evangelio? Quando magis pauperes oppreſſi, & ſacræ Ædes ſpoliatæ & expilatæ? Quando plura furta & rapinæ commiſſæ? Quando plures Apoſtatæ Monachi & Apoſtatrices Moniales Witebergæ fuère, quàm modò? Quando maritis ablatæ ſunt uxores aliisque deſponſatæ,* C *quàm nunc poſt natum tuum Evangelium? Quando plura adulteria patrata, quàm poſt tua ſcripta evulgata? Si uxor à marito ſuo fœcunda reddi nequeat, jubetur ire ad alium, fructúmque proferre; ſic tamen, ut prior maritus illam alat: eodémque jure gaudet vir. Hoc Evangelio tuo acceptum referri debet, quod ſub ſcamno abditum protraxiſti in lucem.*

In eadem Epiſtola idem Princeps Georgius: Darzu haſt du zu Wittenberg ein Aſy-
D lum angericht, daß alle die Mönch und Nonnen, ſo uns unſer Kirchen und Klöſter berauben, mit Nehmen und Stehlen, die haben bey dir Zuflucht, und Auffenthalt, als wäre Wittenberg (höfflich zunennen) ein Janerben-Hauß, aller Abtrinnigen unſers Landes. Wir tragen auch keinen Zweyfel, unſer heiliger Vatter der Bapſt, habe nie keinen Ablaß gegeben, den du höher achteſt, als den, ſo deine Wittenberger verdienen mit der Raubung der Kloſter Jungfrauen, ſo dir aus unſern Klöſtern zubracht ſeynd. In was Jammer, und verdammlich Ellend du ſie bracht, und wie ſie gehalten werden, und wozu, iſt am Tage.

Ad hæc Witebergam feciſti aſylum, ità ut omnes Apoſtatæ Monachi & Apoſtatrices Moniales, qui noſtra templa & monaſteria rapiendo & furando expilant, ad te confugiant, perinde ac ſi Witeberga omnium noſtræ ditionis deſertorum lupanar eſſet. Neque ullam unquam à ſanctiſſimo patre noſtro Papa conceſſam indulgentiam arbitramur, quæ tibi gratior acciderit illâ, quam promerentur tui Witebergenſes rapiendo Moniales ex noſtris Monaſteriis, & ad te adducendo: quas in quantas calamitates conjeceris, & in quod exitii barathrum præcipitaveris; clarum eſt ac manifeſtum: ut & illud, quomodo tractentur, & in quem finem. Hæc Catholicus ille & adverſus Hæreſes invicto pectore Princeps *Georgius*; quæ ulcus Lutheranæ ſectæ probè tangunt & aperiunt, & quæ ejus ſit natura, quò propendeat, quò vergat, & quò amatores ſuos impellat, luculentè docet. E

F Nec immeritò iſthæc occinuntur Lutheranis, & univerſim omnibus ſectariis, quandoquidem ſcelera, quæ patrant, non tantùm ex arbitrio cujusvis, ſed ex ipſius doctrinæ, quam ſequuntur, genio oriuntur: ita ut in area hæretica non ſit triticum inter paleas, vel paleæ inter triticum; ſed ſolæ paleæ ibi regnant & circumvolitant: nam ea eſt hæreſeos indoles, ut omne triticum in paleas transmutet. At in area Catholicæ Eccleſiæ triticum cum paleis permiſtum eſt, & vice verſa; & qui paleæ ſunt, ſuopte vitio, non inſtitutionis & profeſſionis culpa, paleæ ſunt. Hinc ſemper illud uſurpare licet: *Paucorum, vel etiam multorum, improbitatem non præjudicare Religioni;* ſemper id in Eccleſia eveniſſe, ut probis improbi interſererentur. *Nunquam tam feliciter actum eſt cum Eccleſia,* inquit Eraſmus contra Pſeudo-Evangelicos, cùm iiſdem querimoniis uterentur, quibus hodie hodierni ſectarii omnium aures complent, *quin inter paucos bonos multos pertulerit malos. Quoties clamat Paulus in Pſeudo-Apoſtolos, in canes, in malos operarios, in falſos fratres, in ventris mancipia? Solent omnium rerum fervere principia. Erat tum temporis rarus, ac puſillus Eccleſiæ grex, & tamen in hoc erant diſſidia, factiones, contentiones. In hoc erat, qui palàm uxoris loco novercam haberet: In hoc Demas, qui relicto Evangelio, ſecutus eſt ſeculum: In hoc, qui inſincerè prædicarent Evangelium, qui mentirentur, qui circumvenirent, qui fraudarent fratres, qui circumciderentur. In hoc, quæ otioſæ circumibant domos alienas, garrulæ, & curioſæ, oneratæ peccatis. In hoc, erant viduæ, quæ collectæ ex Eccleſiæ cibo laſcivia, deſerto Chriſto, ſeſe reflecterent ad Satanam. In hoc erant, qui blandiloquiis ſeducerent corda ſimplicium. In hoc erant, qui mentirentur ſibi apparuiſſe angelos. Hæc, aliáque multa tum fuiſſe liquet ex Epiſtolis Apoſtolicis. Tantum malorum jam tum lactens, raráque tulit Eccleſia: Et miramur, ſi in eadem tam numeroſa, tam latè diffuſa, ſunt, quæ bonis diſpliceant, & ob vitia quædam inſperſa cenſemus univerſam Eccleſiæ ſcenam invertendam?* G H

V.

A V. Haud placet in hac ſtrena, quòd Prædicans non perpendit, quis Nicolaus de Clemangis fuerit; licèt enim liberiore ſtylo & ore Romanorum Pontificum & Curiæ Romanæ ſeu vera ſeu ficta vitia notaverit, imò & proſciderit; Catholicus tamen ſeu Pontificius, &, ſi vis, *Papiſta* fuit: & ſi hodie ad nos reſuſcitatus à mortuis rediret, Hutterum, Illyricum, & ſimiles, qui libellis ejus ad perniciem doctrinæ catholicæ abutuntur, pro hæreticis duceret; & non aliter, quàm damnatæ memoriæ Novatores, execrandos judicaret. Nam Nicolaus iſte Lutheranus aut Calvinianus non fuit; ſed Ca-
B tholicus Archidiaconus Bajocenſis; cui quid Stomachum adverſus Curiam Romanam tantopere commoverit, neſcio; moderationis profectò leges longè tranſiliit; immemor modeſtiæ ejus, qua uſi ſunt illi, qui zizania ex agro Dominico extirpata cupiebant. Quid enim illi? *Domine, nónne bonum ſemen ſemináſti in agro tuo? Unde ergo zizania?* Nullam hic vides hyperbolen, nullam exaggerationem, nullas tragicas exclamationes, ſed nudam & ſimplicem de zizaniorum præſentia narrationem, déque origine quæſtionem. Neque etiam impotenter & clamosè poſtulant, ut zizania illa eradicentur, multò minùs, ut ager unà cum infelicibus herbis evertatur; ſed modeſtiſſimè & ſimpliciſſimè: *Vis imus & colligimus ea?*

C VI. Non placet in hac ſtrena, quòd Prædicans tam diligenter attendit, & ab aliis attendi cupit, quo animo Nicolaus Clemangius in Sedem Romanam fuerit; & tam ſtrenuè diſſimulat; quis de Romano Pontifice, Romana Eccleſia & Curia ſenſus fuerit ſuſiorum quorundam Imperatorum, Regum, & Principum: quaſi pluris facienda ſit vociferatio hujus vel illius privati ſcriptoris, (qui forſan ob negatum ſibi beneficium Eccleſiaſticum, vel ob ſententiam contra ſe in Roma- D
na Curia pronunciatam exarſit, & calamum Hipponacteo felle perlitum in Pontifices & Cardinales ſtrinxit) quàm Imperatorum, Regum & Principum pietas & in Sedem Petri reverentia, non ſolùm verbis, ſed & rebus largiſſimè teſtata: nec qualibuſcunque rebus; ſed ampliſſimarum urbium, quin & integrarum provinciarum munificis donationibus, quarum Catalogum unà cum donationum diplomatis huc adſcribam; ut tibi, Huttere, & tuis ſymmyſtis gratum faciam; téque priorem beneficiis mecum E
certáſſe non pigeat, quando vides tuo Clemangio, ſtrenæ tuæ tam tenebricoſæ, Clariſſimum & ex Imperatorum, Regum & Principum promptuariis depromptum Antidorum reponi. Et quia tam ſedulò in lucem extrahitis, quidquid olim vel furioſus *poëtaſter* & *verſificator* inficetus, vel amens *Legulens* & *Locutius*, vel Schiſmaticus, concordiæ & charitatis oblitus, vel hæreticus veſanus, vel etiam orthodoxus, ſed affectibus immoderatis nimiùm indulgens, in Romam, Papam Romanum, ejú que Curiam exſpuit, par eſt, ut & nos ſimili, ſi non ardentiore diligentia, publicemus, omniúmque oculis ſubjiciamus veterum Impe- F
ratorum, Regum & Principum erga Sedem Apoſtolicam, Chriſti Vicarium & Petri Succeſſorem, reverentiam & obſervationem, & utriusque teſtem, munificentiam, qua reipſa impleverunt illud, quod pridem à beato Vate Iſaia prædictum fuerat, cap. 49. *Et erunt Reges nutricij tui, & Reginæ nutrices tuæ; vultu in terram demiſſo adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent.* Et cap. 60. *Suges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis.* Tu, Prædicans, adeſto auritus, ſed tamen patienter auritus, & tene bilem fortiter; alioqui ſtomacho tuo everſionis periculum imminebit.

COMMENTARIOLUS
DE
IMPERATORUM, REGUM,
AC PRINCIPUM IN SEDEM APOSTOLICAM MUNIFICENTIA.

CAPUT I.

Donatio variarum Civitatum & Provinciarum facta Eccleſiæ Romanæ à
A *Chriſtianiſſimo Rege Francorum Pipino, Anno Redemptoris DCCLV. ex Anaſtaſio Bibliothecario in vita Stephani Papæ III.*

R*Ecenſito Pipini cum Francorum exercitu in Italiam contra Aiſtulphum Longobardorum Regem adventu; itémque expoſita importunitate Gregorii Protoſecretarii, Legati Conſtantinopolitani, qui apud Pipinum inſtabat, ut Ravenna cum finitimis urbibus Imperatori Conſtantinopolitano reſtitueretur; ſubdit Anaſtaſius ſequentia.*

Bar. Anno 755. At nequaquam valuit firmiſſimum jam fatus Chriſtianiſſimi, atque benigniſſimi, &
B fidelis Dei, & amaroris beati Petri Apoſtoli, ſcilicet antefati Pipini Francorum Regis inclinare cor, ut eaſdem civitates & loca Imperiali tribueret ditioni; aſſerens idem Dei cultor mitiſſimus Rex, nulla penitus ratione eaſdem civitates à poteſtate beati Petri, & jure Eccleſiæ Romanæ, vel Pontificis Apoſtolicæ Sedis quoquo modo alienari pati, affirmans ſub juramento, quòd nullius hominis favore ſeſe certamini ſæpe
Quantus cultor S. Petri Pipinus Rex. dediſſet, niſi pro amore beati Petri, & venia delictorum, aſſerens & hoc, quòd nulla eum theſauri copia ſuadere valeret, ut, quod ſemel beato Petro obtulit, auferret. Et hoc prædicto Imperiali Miſſo reddens in reſponſis; continuò eum ad propria remeandum per aliam viam abſolvit; qui & ſine effectu Romam conjunxit.

C Dum verò antefatus benigniſſimus Pipinus Francorum Rex Papiam obſidens, conſtringeret civitatem: tunc Aiſtulphus atrociſſimus Rex Longobardorum, ut veniam ſibi tribueret, rogavit, & quas priùs contempſerat, conſcriptas in pacti fœdere reddere civitates, ſe modis omnibus profeſſus eſt redditurum. Et denuò, confirmato anteriori pacto, quod per elapſam octavam Indictionem inter partes convenerat, reſtituit ipſas civitates, addens & caſtrum, quod cognominatur * Comiaclum. De quibus *al. Comaclum.* omnibus receptis civitatibus donationem in
D ſcriptis beato Petro, atque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel omnibus in perpetuum Pontificibus Apoſtolicæ Sedis emiſit poſſidendam; quæ & uſque hactenus in Archivo ſanctæ noſtræ Eccleſiæ recondita tenetur. Ad recipiendas verò civitates miſit ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex ſuum conſiliarium, id eſt, Fulradum venerabilem Abbatem. Et continuò ejus eximietas cum ſuis exercitibus Franciam repedavit.

Prænotatus autem Fulradus Venerabilis Abbas, & Presbyter, Ravennatium partes cum Miſſis jam fati Aiſtulphi Regis conjungens, & per ſingulas ingrediens civitates,
E tam Pentapoleos, quàm Æmiliæ, eáſque recipiens, & obſides per unamquamque auferens, atque Primates ſecum unà cum clavibus portarum civitatum deferens, Romam conjunxit. Et ipſas claves tam Ravennatium Urbis; quámque diverſarum civitatum ipſius Ravennatium Exarchatus, unà cum ſupradicta donatione de eis à ſuo Rege emiſſa in Confeſſione beati Petri ponens, eidem Apoſtolo, & ejus Vicario ſanctiſſimo Papæ, atque omnibus ejus ſucceſſoribus Pontificibus perenniter poſſidendas, atque diſponendas tradidit, id eſt, Ravennam, Ariminum, Piſaurum, atque Fanum, Ceſenam, Senogallias, Eſium, Forum Pompilij, Forum Livii cum Caſtro Suſſubio, Montem Feretrum, Aceragium, Montem Lucari, Serram Caſtellum ſancti * Mariani, Bobium, Urbinum, Gallium, Luceolos, Eugubium, * Comiaclum, nec non Civitatem Narnienſem, quæ à Ducatu Spoletano à parte Romanorum per evoluta ſpacia fuerat invaſa.

** Mariol.*
** Comaclum.*
B

CAPUT II.

Eadem donatio ex Leone Oſtienſi lib. I. Chron. cap. 7.

FEcit idem inclytus Rex unà cum filiis conceſſionem beato Petro, ejúſque Vicario de civitatibus Italiæ, & territo-

riis

A riis per deſignatos fines, à Lunis cum inſula Corſica, inde Suranum; inde in montem Bardonem, Vercetum, Parmam, Regium, Mantuam, & Montem Silicis, ſimúlque univerſum Exarchatum Ravennæ, ſicut antiquitus fuit cum Provinciis Venetiarum & Iſtriæ, cunctúmque Ducatum Spoletinum & Beneventanum. Eámque donationem manu propria, & filiorum, plurimorúmque Iudicum, & Optimatum ſubſcriptione roboravit. Demum idem Rex unà cum Romano Pontifice in Italiam veniens, Ravennam, & alias viginti civitates eidem Aiſtulpho memorato ſublatas Apoſtolicæ ſedi ſubjecit; cujus rei gratia Romanus Patricius
B conſtitutus eſt.

CAPUT III.

Confirmatio prædictæ donationis facta à Carolo Magno Francorum Rege Anno Chriſti DCC.LXXIV. Hadriani Papæ Anno III. Ex Anaſtaſio Bibliothecario in Hadriano.

Poſtquam Anaſtaſius Caroli Magni adventum in Romanam Urbem, & quanta magnificentia à Pontifice aliiſque exceptus fuerit, expoſuerat, hæc ſubjungit.

At verò quarta feria prænominatus Pontifex (*Hadrianus*) cum ſuis Judicibus tam cleri, quàm militiæ in Eccleſia beati Petri
C Apoſtoli pariter cum eodem Rege ad colloquendum ſe conjungens, conſtanter eum deprecatus eſt, atque admonuit, & paterno affectu adhortari ſtuduit, ut promiſſionem illam, quam ejus ſanctæ memoriæ genitor Pipinus Rex, & ipſe præcellentiſſimus Carolus cum ſuo germano Carolomanno unà cum omnibus Judicibus Francorum fecerat beato Petro, & ejus Vicario ſanctæ memoriæ Domno Stephano juniori Papæ, quando in Franciam perrexit pro concedendis diverſis civitatibus, ac territoriis iſtius Italiæ provinciæ, & contradendis beato Petro ei, & omnibus Vicariis in perpetuum poſſidendis, adimpleret in omnibus.

Cúmque ipſam promiſſionem, quæ in Francia in loco, qui vocatur Cariſiacus, fa-
D cta eſt, idem excellentiſſimus Rex Carolus ſibi legi feciſſet: complacuit illi & ejus Judicibus, omnia, quæ ibi erant adnexa, confirmare. Et propria voluntate, bono ac libenti animo aliam donationis promiſſionem ad inſtar anterioris, ipſe antedictus excellentiſſimus, & revera Chriſtianiſſimus Carolus Francorum Rex conſcribi juſſit per Etherium religioſum ac prudentiſſimum Capellanum & Notarium ſuum, ubi conceſſit eaſdem civitates, & territoria beato Petro, atque Præfato Pontifici, atque ſpopondit per deſignationem confinium, id eſt, à Lunis cum inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in Monte Bardone, inde in Verceto, deinde in Parma, deinde in Regio, & exinde in Mantua, & ponte Silicis, ſimúlque univerſum Exarchatum Ravennatium, ſicut antiquitus erat, atque provincias Venetiarum & Iſtriæ, nec non cunctum Ducatum Spoletinum, & Beneventanum, factáque eadem donatione, eam propria ſua manu ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex corroborans, univerſos Epiſcopos, Abbates, Judices etiam & Graphiones in ea ſubſcribere fecit. Quam priùs ſuper altare beati Petri, & poſtmodum intus in ſancta ejus Confeſſione ponentes, tam ipſe Francorum Rex, quàm ejus Judices beato Petro, & ejus Vicario ſanctiſſimo Hadriano Papæ ſub terribili ſacramento ſe omnia conſervaturos, quæ in eadem donatione continerentur promittentes, tradidère, * apparem ipſius donationis per eundem Etherium deſcribi faciens, ipſe Chriſtianiſſimus Rex Francorum, intus ſuper corpus beati Petri, ſubtus Evangelia, quæ ibidem ſunt, eſt oſculatus, pro firmiſſima cautela, & æterna nominis ſui, ac Regni Francorum memoria, propriis ſuis manibus poſuit: aliáque ejuſdem donationis exempla per ſcriniarium hujus ſanctæ noſtræ memoratæ Eccleſiæ deſcripta, ejus excellentia ſecum deportavit.

E (beside "inde in Monte Bardone")
F (beside "to ſe omnia conſervaturos")

* *hoc eſt, exemplar.*

CAPUT IV.

Donatio & confirmatio ſuperiorum donationum facta à Ludovico Pio, Caroli Magni F. Anno ſalutis DCCC.XVII. Ex Card. Baronio Tom. IX. Annal. Anno primo Paſchalis Papæ. G

EGo Ludovicus Imperator Auguſtus, ſtatuo & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ, tibi beato Petro principi Apoſtolorum, & pro te Vicario tuo domno Paſchali ſummo Pontifici & Univerſali Papæ, & ſucceſſoribus ejus in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus veſtris uſque nunc in veſtra poteſtate & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis, * civitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis, atque viculis omnibus & territoriis ejus, montanis, & maritimis litoribus & portubus, ſeu cunctis civitatibus, caſtellis, oppidis, ac viculis in Tuſciæ partibus, id eſt, Portum, Centumcellas, Cære, Bledam, Marturanum, Sutrium, Nepe, Caſtellum Galleſii, Hortam, Polimartium, Ameriam, Tudertum, Peruſium, cum aliis tribus inſulis ſuis, id eſt, Majorem & Minorem, Pulvenſem, & Lacum, Narniam, * Otriculum cum omnibus finibus, ac territoriis ad ſuprà dictas civitates pertinentibus. Simili modo & in partibus Campaniæ, Signiam, Anagniam, Ferentinum, Alatrum, Patricum, Fruſinonem, cum aliis partibus Campaniæ; nec H

Vide hujus donationis defenſionem in Apologia Baroniana cap. 8. contra Goldaſtum Calviniſtam.

* *Romana ergo Civitas etiam ante Ludovicum Imp. in Pontificis poteſtate erat.*

Variantem ſcripturam enotavimus ex Baronio.

* *Otriculum.*

non

A non & Tibur cum omnibus finibus & territoriis ad eaſdem civitates pertinentibus.

Nec non & Exarchatum Ravennatenſem ſub integritate cum * urbibus, civitatibus, oppidis, & caſtellis, quæ piæ recordationis domnus Pipinus Rex, ac bonæ memoriæ genitor noſter Carolus Imperator beato Petro Apoſtolo & prædeceſſoribus veſtris jam dudum per donationis paginam reſtituerunt, boc eſt, civitatem Ravennam & Æmiliam, * Bobium, Cæſenam, Forum Pompilii, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, * Comiaclum, & Adriam & Gabelum cum omnibus fini- B bus, territoriis atque inſulis in terra marique ad prædictas civitates pertinentibus. Simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Humanam, Æſium, Forum Sempronii, Montem Feretri, Urbinum, & territorium * Valvenſe, Galles, Luceolos, Eugubium, cum omnibus finibus, ac terris ad easdem civitates pertinentibus.

* *Suburbanis.* * *Robium.* * *Comaclum.* * *Balnenſe.*

Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut à genitore noſtro Carolo Imperatore B. Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate, quemadmodum ab Itberico, & Macenario Abbatibus, Miſſis illius, inter idem territorium Sabinenſe, & Reatinum definitum eſt. Item in partibus Tuſciæ Longobardorum caſtellum Felicitatis, Urbevetum, Balneum Re- C gis, Ferenti caſtrum, Viterbium, Martam, Tuſcaniam, Populoniam, Soanam, Roſellas. Et inſulas Corſicam & Sardiniam, & Siciliam ſub integritate cum omnibus adjacentibus & territoriis maritimis, litoribus, portubus ad ſupradictas civitates & inſulas pertinentibus. Item in partibus Campaniæ, Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam & patrimonia ad poteſtatem, & ditionem noſtram pertinentia, ſicut eſt patrimonium Beneventanum, & Salernitanum, & patrimonium Calabriæ inferioris, & ſuperioris, & patrimonium Neapolitanum, & ubicunque in partibus Regni, atque Imperii à Deo nobis commiſſi patrimonia * noſtra eſſe noſcuntur.

* *Veſtra.*

Has omnes ſupradictas provincias, urbes, civitates, oppida & caſtella, viculos & territoria, ſimúlque & patrimonia jam dictæ Eccleſiæ tuæ, beate Petre Apoſtole, & per te Vicario tuo, ſpirituali patri noſtro, domno Paſchali ſummo Pontifici, & univerſali Papæ, ejúsque ſucceſſoribus uſque ad finem ſeculi eo modo confirmamus, ut in ſuo detineant jure, principatu, ac ditione.

Simili modo per hoc noſtrum confirmationis decretum, firmamus donationes, quas piæ recordationis domnus Pipinus Rex, avus noſter, & poſtea domnus & genitor noſter Carolus Imperator beato Petro Apoſtolo ſpontanea voluntate contulerunt. Nec E non & cenſum, & penſiones, ſeu ceteras donationes, quæ annuatim in palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant, ſive de Tuſcia Longobardorum, ſive de Ducatu Spoletano, ſicut in ſupradictis donationibus continetur, & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & domnum, & genitorem noſtrum Carolum Imperatorem convenit, quando eidem Pontifici idem de ſuprà ſcriptis Ducatibus, id eſt, Tuſcano, & Spoletano, ſuæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis ſupradictus cenſus Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli perſolvatur, ſalva ſuper eosdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram * partem ſubjectione.

* *ditionem.*

Cæterùm, ſicut diximus, omnia ſuperi- F ùs nominata, ita ad noſtram * partem per hoc noſtræ confirmationis decretum roboramus, ut in veſtro, veſtrorúmque ſucceſſorum permaneant jure, principatu, atque ditione, ut neque à nobis, neque à filiis & ſucceſſoribus noſtris, per quodlibet argumentum ſive machinationem in quacunque parte minuatur veſtra poteſtas, aut vobis de ſupraſcriptis omnibus, vel ſucceſſoribus veſtris inde aliquid ſubtrahatur de ſupradictis videlicet urbibus, provinciis, civitatibus, oppidis, caſtris, viculis, inſulis, territoriis, atque patrimoniis, nec non & penſionibus atque cenſibus, ita ut neque nos ea ſubtrahamus, neque quibuslibet ſubtrahere volentibus conſentiamus; ſed potiùs omnia, quæ ſuperiùs leguntur, id eſt, provincias, civitates, urbes, oppida, caſtella, territoria, patrimonia atque inſulas, cenſus ac penſiones, Eccleſiæ beati Petri Apo- G ſtoli, & Pontificibus in ſacratiſſima illius Sede in perpetuum reſidentibus, in quantum poſſumus, defendere nos promittimus; ad hoc, ut omnia ea in illius ditione ad utendum & fruendum, atque diſponendum firmiter valeat obtinere, nullámque in eis nobis partem, aut poteſtatem diſponendi, aut judicandi, ſubtrahendíve, aut minorandi vendicamus; niſi quando ab illo, qui eo tempore hujus ſanctæ Eccleſiæ regimen tenuerit, rogati fuerimus. Et ſi quilibet homo de ſupradictis civitatibus ad veſtram Ec- H cleſiam pertinentibus ad nos venerit, ſubtrahere ſe volens de veſtra juriſdictione, vel poteſtate, vel quamlibet aliam iniquam machinationem metuens, aut culpam commiſſam fugiens, nullo modo eum aliter recipiemus, niſi ad juſtam pro eo faciendam interceſſionem, ita duntaxat, ſi culpa, quam commiſit, venialis fuerit inventa: ſi aliter, comprehenſum veſtræ poteſtati eum tradémus, exceptis his, qui violentiam, vel oppreſſionem potentium paſſi, ideò ad nos * veniant, ut per noſtram interceſſionem juſtitiam accipere mereantur, quorum altera conditio eſt, & à ſuperioribus valdè disjuncta.

* *poteſtatem.* * *venerint.*

Et

A Et quando divina vocatione hujus ſacratiſſimæ Sedis Pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex Regno noſtro aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo ſub noſtra poteſtate conſtitutus licentiam habeat contra Romanos, aut publicè, aut privstè veniendi, aut electionem faciendi; nullúsque in civitatibus, vel territoriis ad Eccleſiam beati Petri pertinentibus, aliquod malum propter hoc facere præſumat, ſed liceat Romanis cum omni veneratione, & ſine aliqua perturbatione honorificam Pontifici exhibere ſepulturam, & eum, quem divina inſpiratione & beati Petri interceſſione omnes Romani uno conſilio & una con- B cordia ſine aliqua promiſſione ad Pontificatus ordinem elegerint, ſine aliqua ambiguitste & contrsdictione more canonico conſecrari. Et cùm conſecratus fuerit, legati ad nos, vel ad ſucceſſores noſtros Reges Francorum dirigantur, qui inter nos, & inter illum amicitiam, & charitatem, & pacem ſocient, ſicut temporibus piæ recordationis domni Caroli atavi noſtri, ſive domni Pipini avi noſtri, vel & Caroli Imperatoris genitoris conſuetudo erat faciendi.

Electio Romani Pontificis Romanis libera.

Hoc autem ut ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris firmum eſſe credatur, firmiúsque per futuras generationes, & ſecula ventura cuſtodiatur, propriæ manus ſignaculo, & venerabilium Epiſcoporum, atque Abbatum, vel optimatum noſtrorum ſub jurejurando, & ſubſcriptioni- C bus pactum iſtud noſtræ confirmationis roboravimus, & per legatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Theodorum Nomenclatorem domno Paſchali Papæ direximus.

Partem hujus donationis & confirmationis intexuit Decreto ſuo Gratianus diſt. 63. Et Chronico ſuo Auctor Anonymus, qui Reicherſpergenſes Annales ſcripſit. Et Gerhohus Præpoſitus Reicherſpergenſis lib. 1. de Inveſtigatione Antichriſti. Ejusdem meminit Leo Oſtienſis lib. 1. Chronici cap. 18. Hic (*Aquisgrani in concilio*) pactum Conſtitutionis & Confirmationis fecit beato Petro Apoſtolo, ejúsque Vicario Domino Paſchali, parentes ſuos Pipinum & Carolum imitatus, manúsque ſuæ ac filiorum ſubſcriptione corroborans, decem Epiſcopos, octo Abbates, & Comites quinde- D cim, Bibliothecarium, Manſionarium, & Oſtiarium unum ſubſcribere fecit, & per Legatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Theodorum Nomenclatorem domno Paſchali Papæ transmiſit.

Ex his apparet, *inquit Sigonius lib. 4. de Regno Italiæ*, Pipinum & Carolum partim conceſſa Eccleſiæ confirmâſſe, Romam cum Ducatu ſuo, qui circumjecta Etruriæ, & Latii oppida contineret, Ravennam cum Exarchatu, Pentapolim, quæ pòſt Marchia Anconitana eſt dicta, Ducatum Tuſcanum, ſive partem Tuſciæ Longobardorum, quæ ita E dicebatur; quia & altera Tuſcia erat Eccleſiæ, cujus caput erat Peruſia; inſulas, Corſicam, Sardiniam, & Siciliam: Campaniæ partem; cujus caput erat Capua, à Duce Beneventano poſſeſſa; patrimonia ad ſe pertinentia, Beneventanum, Salernitanum, Calabriæ ſuperioris, & inferioris, & Neapolitanum; item cenſum & penſionem, quæ quotannis in Palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant, ſive de Tuſcia Longobardorum, ſive de Ducatu Spoletano, nec non Tuſcanum, Spoletanúmque Ducatum: Ludovicum verò omnia ſuprà memorata confirmâſſe; eosdem etiam conceſſiſſe, ut Romani novum Pontificem pro judicio F ſuo crearent, modò ſine tumultu, & largitione, & creatum conſecrarent, modò Pontifex ſemper Legatos de ſua conſecratione commonefaceret, & pacem ſecum ſanciret. Quam rem nominatim admonuiſſe, non fuerit alienum, quia Comitia Pontificia ad Romanorum avaritiam, & ambitionem coërcendam variis pòſt fuerunt legibus adſtringenda.

Certè Romanam Urbem jam antiquitus fuiſſe in Romanorum Pontificum jurisdictione, perſpicuum fit ex Epiſtola 85. Joannis Papæ VIII. quæ eſt ad Berengarium Comitem de Lamberto Spoletano Comite. Collecta populi multitudine G omne territorium S. Petri invaſit, & quod defendere debet ab hoſtibus, tyrannicè dominatur invaſum; venítque Romam, & quaſi inimicus portam civitatis Romanæ violenter capiens, ſatellites ſuos per dies plurimos retinere fecit, ac ſic tantam civitatem invaſam tetinuit, ita ſanè ut nobis apud B. Petrum conſiſtentibus, nullam Urbis Romanæ poteſtatem, à Piis Imperatoribus, B. Petro Principi Apoſtolorum, ejúsque Vicariis traditam, haberemus.

CAPUT V.

Diploma donationis factæ ab Othone Magno Imperatore Anno Chriſti DCCCC. LXII. Joannis XII. Papæ Anno ſeptimo, ex Baronio, Annali X.

IN nomine Domini Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego H Otto Dei gratia Imperator Auguſtus, unà cum Ottone glorioſo Rege filio noſtro, divina ordinante providentia, ſpondemus, atque promittimus per hoc pactum confirmationis noſtræ, tibi beato Petro Principi Apoſtolorum, & clavigero regni cælorum, & per te Vicario tuo Domno Joanni ſummo Pontifici & Univerſali XII. Papæ, ſicut à prædeceſſoribus veſtris uſque nunc in veſtra poteſtate, atque ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis civitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis ſuis, atque viculis omnibus, & ter-

Vindicatur hoc diploma à Goldaſti Calviniſtæ criminationibus & inſcitia in Apologia Baroniana. cap. 20.

A & territoriis ejus, montanis, & maritimis, litoribus, atque portubus, ſeu cunctis civitatibus, caſtellis, oppidis, ac viculis Tuſciæ partibus, id eſt, Portum, Centumcellas, Cerem, Bledam, Marturianum, Sutrium, Nepem, Caſtellum Galliſem, Ortem, Polimartium, Ameriam, Tudam, Peruſiam cum tribus inſulis, id eſt, Majore, Minore, Pulvenſim, Narniam, & Utriculum cum omnibus finibus, ac territoriis ad ſupradictas civitates pertinentibus: Nec non Exarchatum Ravennatem ſub integritate, cum Urbibus, civitatibus, oppidis, & caſtellis, quæ piæ recordationis domnus Pipinus, & domnus Carolus excellentiſſimus Imperator, prædeceſſores videlicet noſtri, B. Petro Apoſtolo, & prædeceſſoribus veſtris jam dudum per donationis paginam contulerunt, hoc eſt, civitatem Ravennam, & Æmiliam,
B Bobium, Ceſenam, Forum Pompilii, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comiaclum, & Hadrianis, atque Gabellum, cum omnibus finibus, territoriis, atque inſulis, terra, marique ad ſuprà ſcriptas civitates pertinentibus, ſimul & Pentapolim, videlicet, Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auſimum, Humanam, Heſim, Forum Sempronii, Montem Feltri, Urbinum, & territorium Balnenſe, Calles, Luciolis & Eugubium, cum omnibus finibus, & territoriis ad easdem civitates pertinentibus.

Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut à domno Carolo Imperatore noſtro, B.
C Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt, ſub integritate. Item in partibus Tuſciæ Longobardorum Caſtellum Felicitatis, Urbem veterem, Balneum Regis, Ferentum, Viterbium, Ortem, Martam, Tuſcanam, Suanam, Populonium, Roſellas cum ſuburbanis, atque viculis omnibus, & territoriis, ac maritimis, oppidis, ac viculis, ſeu finibus omnibus. Itémque Almus cum inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regio, exinde in Mantua, atque in monte Silicis, atque provincia Venetiarum, & Iſtria, nec non & cunctum Ducatum Spoletanum, ſeu Beneventanum unà cum Eccleſia ſanctæ* Chriſtianæ poſita prope* Paduam juxta Padum, quarto milliario. Item in partibus Campaniæ, Soram, Arces, Aquinum, Arpinum,
D Theanum, & Capuam, nec non patrimonia ad poteſtatem, & ditionem veſtram pertinentia, ſicuti eſt patrimonium Beneventanum, & patrimonium Neapolitanum, & patrimonium Calabriæ ſuperioris, & inferioris. De civitate autem Neapolitana cum Caſtellis, & territoriis, & finibus, & inſulis ſuis ſibi pertinentibus, ſicut ad easdem reſpicere videntur, nec non patrimonium Siciliæ, ſi Deus noſtris illud tradiderit manibus. Simili modo civitatem Cajetam, & Fundum, cum omnibus earum pertinentiis. E

** Chriſtina.*
** Textus apud Bar. Papiam.*

Inſuper offerimus tibi, B. Petre Apoſtole, Vicarióque tuo Domno Joanni Papæ, & ſucceſſoribus ejus pro noſtræ animæ remedio, noſtríque filii & noſtrorum parentum de proprio noſtro regno civitates, & oppida cum piſcariis ſuis, id eſt, Reatem, Amiternum, Fureonem, Nurſiam, Balvam, & Marſim, & alibi civitatem Interamnem cum pertinentiis ſuis. Has omnes ſuprà dictas provincias, urbes, civitates, oppida, & caſtella, viculos, & territoria, ſimúlque & patrimonia pro remedio animæ noſtræ, & filii noſtri, ſive parentum noſtrorum, ac ſucceſſorum noſtrorum, & pro cuncto à Deo conſervato, atque conſervando Francorum populo, jam dictæ Eccleſiæ tuæ, B. Petre Apoſtole, & per te Vicario tuo, ſpirituali patri noſtro, Domno F
Joanni ſummo Pontifici, & univerſali Papæ, ejúsque ſucceſſoribus uſque ad finem ſeculi, eo modo confirmamus, ut in ſuo detineat jure, principatu, atque ditione.

Simili modo per hoc noſtræ delegationis pactum confirmamus donationes, quas piæ recordationis domnus Pipinus Rex, & poſtea domnus Carolus excellentiſſimus Imperator B. Petro Apoſtolo ſpontanea voluntate contulerunt: nec non & cenſum, vel penſionem, ſeu cæteras dationes, quæ annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant, ſive de Tuſcia, ſive de Ducatu Spoletano, ſicut & in ſuprà ſcriptis donationibus continetur, & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & domnum Carolum Imperatorem convenit, quando idem Pontifex eidem G
de ſuprà ſcriptis Ducatibus, id eſt, Tuſcano, & Spoletano ſuæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis prædictus cenſus ad partem Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli perſolvatur, ſalva ſuper eosdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem, & filii noſtri ſubjectionem.

Cæterùm ſicut diximus, omnia ſuperiùs nominata, ita ad veſtram partem per hoc noſtræ confirmationis pactum roboramus, H
ut in veſtro permaneant jure, principatu, atque ditione, & neque à nobis, neque à ſucceſſoribus noſtris per quodlibet argumentum, ſive machinationem in quacunque parte veſtra poteſtas imminuatur, aut à vobis inde aliquid ſubtrahatur de ſuprà ſcriptis videlicet provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, caſtris, viculis, inſulis, territoriis, atque patrimoniis, nec non & penſionibus, atque cenſibus, ita ut neque nos ea facturi ſimus, neque quibuslibet ea facere volentibus, conſentiamus. Sed potiùs omnium, quæ ſuperiùs leguntur, id eſt, provinciæ, civitates, Urbes, oppida, caſtella, territoria,

A ria, & patrimonia, atque inſulæ, censúsque, & penſiones ad partem Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli, atque Pontificum, in ſacratiſſima illius Sede reſidentium, nos, in quantum poſſumus, defenſores eſſe teſtamur, ad hoc, ut ea in illius ditione, ad utendum, & fruendum, atque diſponendum firmiter valeant obtineri, ſalva in omnibus poteſtate noſtra, & filii noſtri poſterorúmque noſtrorum, ſecundùm quod in pacto, & conſtitutione, ac promiſſionis firmitate Eugenii Pontificis, ſucceſſorúmque illius continetur, id eſt. Ut omnis Clerus, & univerſa populi Romani nobilitas propter diverſas neceſſitates, Pontificum irrationabiles erga populum ſibi ſubjectum aſperitates retundendas, ſacramento ſe obligent, quatenus futura Pontificum electio (quantum uniuscujusque intellectus fuerit) canonicè, & juſtè fiat; & ut ille, qui ad hoc ſanctum, atque Apoſtolicum regimen eligitur, nemine conſentiente, conſecratus fiat Pontifex, priusquam talem in præſentia Miſſorum noſtrorum, vel filii noſtri, ſeu univerſæ generalitatis B faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione, atque futura conſervatione, qualem domnus, & venerandus ſpiritalis Pater noſter Leo ſponte feciſſe dignoſcitur.

Similia leguntur in Conſtitutione Lotharii I. Imp. Vide Apolog. Baronianam cap. 11.

Præterea alia minora huic operi inſerenda prævidimus, videlicet, ut in electione Pontificum, neque liber, neque ſervus ad hoc venire præſumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per conſtitutionem ſanctorum Patrum antiqua admiſit conſuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quòd ſi quis contra hanc noſtram inſtitutionem ire præſumpſerit, exilio tradatur.

Inſuper ut nullus Miſſorum noſtrorum cujuscunque impeditionis argumentum componere in præfatam electionem audeat, prohibemus. Nam & hoc omnimodis inſtituere placuit, ut, qui ſemel ſub ſpeciali de- C fenſione Domni Apoſtolici, ſive noſtra, fuerint ſuſcepti, impetrata juſtè utantur defenſione. Quòd ſi quis quenquam illorum, qui hoc promeruerunt, violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ eſſe incurſurum.

Illud etiam confirmamus, ut domno Apoſtolico juſtam in omnibus ſervent obedientiam, ſive Ducibus, ac Judicibus ſuis ad juſtitiam faciendam. Huic enim inſtitutioni hoc neceſſariò annectendum eſſe perſpeximus, ut Miſſi Domni Apoſtolici, ſeu noſtri ſem- D per ſint conſtituti, qui annuatim nobis, vel filio noſtro renunciare valeant, qualiter ſinguli Duces, ac Judices populo juſtitiam faciant. Hanc Imperialem conſtitutionem quomodo obſervent qui Miſſi, decernimus, ut primùm cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum, ſeu Judicum fuerint inventi, ad notitiam Domni Apoſtolici deferant. Et ipſe unum è duobus eligat, aut ſtatim E per eosdem Miſſos fiant ipſæ neceſſitates emendatæ, aut Miſſo noſtro nobis renunciante, per noſtros Miſſos à nobis directos emendentur.

Hoc ut ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris firmum eſſe credatur, propriæ manus ſignaculo, & nobilium optimatum noſtrorum ſubſcriptionibus hoc pactum confirmationis noſtræ roboravimus, & bullæ noſtræ impreſſione obſignari juſſimus.

✠ *Signum Domni Ottonis ſereniſſimi Imperatoris, ac ſuorum Epiſcoporum, Abbatum, & Comitum, &c.* F

De hac Conſula vide Apolog. Baron. c. 20.

Anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo ſexageſimo ſecundo, Indictione quinta, menſe Februarii, decimo tertio die ejusdem menſis, anno verò domini Ottonis Imperii invictiſſimi Imp. vigeſimo ſeptimo, facta eſt hæc pactio feliciter.

ANNOTATIO.

IN egregio Chronico Monaſterii Reicherſpergenſis, quod nuper adeptus ſum beneficio nobilis & clariſſimi viri, Domini Chriſtophori Gebvvaldi, *J. U. D. Sereniſſimo Bojorum Du-* G *ci* Maximiliano &c. *à conſiliis & ſecretis, fit mentio hujus Conſtitutionis Ottonianæ his verbis:* Conſtitutio Ottonis Magni Imperatoris cum Romanis Pontificibus; ut nullus Miſſorum noſtrorum cujuscunque impeditionis argumentum in electione Romani Pontificis componere audeat, omnino prohibemus. Item; in electione Romanorum Pontificum, neque liber aut ſervus ad hoc venire præſumat, ut vel Romanis, quos ad hanc electionem ſanctorum Patrum antiqua admiſit conſuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quòd ſi quis contra hanc noſtram conſtitutionem præſumpſerit, exilio tradatur.

CAPUT VI. H

Diploma Henrici I. Imperatoris & Regis II. Ejuſdem propemodum ſententiæ, cujus conſtitutio Othonis I. Ex Card. Baronio Tom. XI. Anno Chriſti M. XIV.

Infeſtatur hoc Diploma Goldaſtus Calviniſta. Vide Defenſionem Baron. cap. 22.

EXemplum privilegii Henrici Imperatoris de Regalibus B. Petro conceſſum.

In nomine *d* Domini Dei *d* omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *d* Ego Henricus Dei gratia Imperator Auguſtus ſpondeo, atque promitto per hoc pactum confirmationis noſtræ, tibi B. Petro principi Apoſtolorum, & clavigero regni cœlorum, & per te Vicario tuo Domno Benedicto ſummo Pontifici, & univerſali Papæ, ſicut à præ-

d deeſt: d. deeſt Amen. Variæ lectiones ſunt ex Baronio, ſed ex diplomatis ſuperioribus Caroli, Ludovici & Othonis facilis eſt omnium correctio.

A prædeceſſoribus veſtris uſque nunc in poteſtate veſtra, ac ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis, civitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis; atque viculis omnibus, & territoriis ejus, montanis, ac maritimis litoribus, ac portubus, ſeu cunctis civitatibus, caſtellis, oppidis, *d* ac viculis Tuſciæ *d* partibus, id eſt, Portum, Centumcellas, *d* Ceram, Bledam, *d* Matutianum, Sutrium, Nepem, Caſtellum *d* Gallicenſe, Orthem, Polimartium, *b* Ameriam, *d* Tudam, Peruſiam cum tribus inſulis ſuis, *b* majorem, & minorem, Pulvenſim & Lacum, Narniam & Otriculum cum omnibus finibus, & territoriis, ad ſuprà dictas civitates pertinentibus; nec non & Exarcbatum Ravennatem ſub integritate, cum *d* Urbibus, civitatibus, *d* oppidis & caſtellis, quæ piæ recordationis *a b c* Dominus Pipinus, & Dominus Carolus, & Dominus Ludovicus, & Otto, & itidem Otto filius ejus, prædeceſſores videlicet noſtri, B. Petro Apoſtolo, & prædeceſſoribus veſtris jam dudum per donationis *d* paginam contulerunt, boc eſt, civitatem Ravennam, & Æmiliam, Bobium, Ceſenam, Forum *c d* populi, Forum Livii, Faventiam, Imolam, B Bononiam, Fertariam, *d* Comiaclum, Adrianis atque Gabellum cum omnibus finibus, territoriis atque inſulis, terra maríque ad ſuprà dictas civitates pertinennibus: ſimul & Pentapolim, videlicet Ariminum, *d* Penſaurum, Fanum, Senogalliam, Auconam, *d* Auſimum, Humanam, *d* Eſim, Forum Sempronii, Montem Felcri, Urbinum, & territorium *d* Balvenſe, *e* Callem, Luciolis, & Eugubium cum omnibus finibus, ac territoriis ad eaſdem civitates pertinentibus.

d *ſeu.* d *pertinentibus.* d *Caram.* d *Maturanum.* d *Galiſenſe.* b *Ameliam.* d *Tudertum.* b *majore, & minore.* d *omnibus Urbibus.* d *pertinentibus, nec non & oppidis.* a b c *donnus ubique.* d *paginam gratiam.* c d *Pompilii.* d *Comaclum.* d *Piuſaurum* d *Auximum* d *Eſium.* d *Balnenſe, ac Balvelſem.* e *Callis, Tuceolos.*

C Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut à prædictis Imperatoribus, anteceſſoribus noſtris, B. Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate, & eſt in partibus Tuſciæ Longobardorum, caſtellum Felicitatis, Urbem veterem, Balneum Regis, *d* Ferenti, Viterbium, Orthem, Martam, *c* Bledam, Tuſcanam, Suanam, Populonium, *d* Roſelles, cum ſuburbanis, atque viculis, & omnibus territoriis, ac maritimis oppidis, ſeu finibus omnibus. Itémque *c* Almus cum inſula Corſica in Suriano, deinde in montem Bardonis, *d* deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regium, exinde in Mantua, atque in monte Silicis, atque Provincia Venetiarum, & Iſtria, nec D non & cunctum Spoletanum Ducatum, ſeu Beneventanum, unà cum Eccleſia ſanctæ Chriſtinæ poſita propè * Papiam juxta Padum IIII. milliario. Item in partibus Campaniæ, *d* Sora, Arces, Aquinum, *d* Arpinum, Theanum, Capuam, nec non & patrimonium *d* ad poteſtatem, *d* & ditionem veſtram pertinentia, ſicut eſt patrimonium Beneventanum & Neapolitanum, atque patrimonia Calabriæ ſuperioris, & inferioris.

d *Ferenti caſtrum.* c *Pledam.* d *Roſcellas.* c *Alunis.* d *deeſt.* * *Paduam.* d *Sitam.* d *deeſt.* d *noſtram, & ditionem.*

De civitate autem Neapolitana cum caſtellis, & territoriis, ac finibus & inſulis ſibi E pertinentibus, ſicuti ad *d* eaſdem aſpicere *e* videntur; nec non patrimonium *f* Siciliæ ſi Deus noſtris illud tradiderit manibus. Simili modo civitatem Cajetanam, & Fundum cum omnibus earum pertinentiis.

d *Eccleſiam* e *videntur & tenentur.* f *in Sicilia.*

Super hoc confirmamus vobis *d* Fuldenſe Monaſterium, & Abbatis ejus conſecrationem, atque omnia Monaſteria, Curtes & villas, quas in *d* ultramontanis partibus ſanctus Petrus habere dignoſcitur, *d* abſque Aterna, Vumiteringa, ſive Wilmbach, quæ à ſancti Petri Eccleſia per conventionis paginam Epiſcopo noſtro Babenbergenſi collatæ ſunt: pro quibus ſæpe dictæ Eccleſiæ ſancti Petri tranſcribimus, concedimus, & confirmamus omnem illam terram, *d* quæ inter Narniam, *d* Teramnem, vel Spoletum ex regni noſtri parte habuimus.

d *Fundenſe.* d *ultramarinis.* d *atque Amenſua Umixeringa.* d *quam.* d *Interamnem &,*

Sub tuitione præterea S. Petri, & veſtra, veſtrorúmque ſucceſſorum prætaxatum *a* Epiſcopum Babenbergenſem offerimus, unde ſub *d* penſionis noſtræ equum unum album phaleratum ex ejuſdem loci Epiſcopo *d* vos annualiter ſuſcepturos *d* ſancimus.

a *Epiſcopium.* d *noſtra penſionis debito* d *annualiter nos.* d *ſanximus.*

F Offerimus inſuper, firmamus, & corroboramus tibi B. Petro ac Vicario tuo Donno Benedicto, & Succeſſoribus ejus, prout bonæ memoriæ Papæ Joanni ſuiſque ſucceſſoribus à prædeceſſoribus noſtris *b c d* Ottonibus factum, civitates, & oppida cum piſcariis ſuis, Reatem, Amiternum, *d* Furconem, Nurſiam, Baluam. & Marſiam, & alibi civitatem Teramnem cum pertinentiis ſuis.

b c d *factum eſt.* d *Furconium.*

Has omnes ſupradictas provincias, urbes & civitates, oppida, atque caſtella, viculos ac territoria, ſimúlque patrimonia pro ſtatu regni *d* noſtri, cunctóque Chriſtianorum populo conſervando, jam dictæ Eccleſiæ tuæ G B. Petre, Vicarióque tuo Benedicto ac Succeſſoribus ejus, usque in finem ſeculi eo modo confirmamus, ut in ſuo detineant jure, *d* principatu atque ditione.

d *deeſt.* d *deeſt.*

Simili modo per hoc noſtræ delegationis pactum confirmamus donationes, quas piæ recordationis Pipinus Rex, & poſtea Donnus Carolus excellentiſſimus Imperator, ac deinceps Ottones piiſſimi B. Petro H Chriſti Apoſtolo ſpontanea voluntate contulerunt: nec non & cenſum, *b c d* vel penſionem, ſeu cæteras *e* donationes, quæ annuatim in *a* Palatio Regis *d* Longobardorum inferri ſolebant, ſive de Tuſcia, ſive de Ducatu Spoletano, ſicut in ſuprà ſcriptis donationibus continetur, *d* & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & donnum Carolum Imperatorem convenit, quando idem Pontifex *d* eidem de ſuprà dictis Ducatibus, id eſt, Tuſcano & Spoletano ſuæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis prædictus cen-

b c d *&* e *dationes.* a *Palatium.* d *deeſt.* d *deeſt.* d *pro tempore de ſuprà ſcriptis.*

Digitized by Google

A cenſus ad partem Eccleſiæ ſancti Petri perſolvatur, ſalva ſupra eoſdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem ſubjectione.

Cæterùm ſicut diximus, omnia ſupraſcripta nomina ita ad veſtram partem per hoc noſtræ confirmationis pactum *b* corroboravimus, ut in veſtro permaneant jure, principatu, atque ditione, & neque à nobis, neque à ſucceſſoribus noſtris, per quodlibet argumentum, ſive machinationem in quacunque parte veſtra poteſtas imminuatur, B aut à vobis inde aliquid ſubtrahatur * de ſupradictis verò provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, caſtris, viculis, territoriis, ac patrimoniis, nec non & penſionibus, atque cenſibus, ſed potiùs omnia, quæ ſuperiùs leguntur, id eſt, provinciæ, civitates, urbes, caſtella, oppida, terræ, patrimonia, atque inſulæ, cenſúſque & penſiones ad partem Eccleſiæ B. Petri *d* Apoſtoli, atque Pontificum, in ſacratiſſima Sede illius reſidentium, nos in quantum poſſumus, defenſores eſſe *e d* teneamur, ad boc ut eam illi ditionem ad utendum, atque diſponendum firmiter valeant obtinere, ſalva in omnibus poteſtate noſtra, poſterorúmque C noſtrorum, ſecundùm quod in pacto & conſtitutione, ac promiſſionis firmitate Eugenii Pontificis, Succeſſorúmque illius continetur, ut omnis clerus, & univerſi populi Romani nobilitas propter diverſas neceſſitates, & Pontificum irrationabiles erga populum ſibi ſubjectum aſperitates retundendas ſacramento ſe obliget, quatenus futura *d* Pontificum electio, quantum uniuscujusque intellectus fuerit, canonicè & juſtè fiat, & ut ille, qui ad boc *b c* ſanctum regimen eligetur, nemine *d* conſentiente conſecratus fiat Pontifex, priusquam talem in præſentia Miſſorum noſtrorum, ſeu univerſæ generalitatis faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione, ac futura conſervatione, qualem Donnus, & venerandus ſpiritualis Pater noſter Leo ſponte feciſſe dignoſcitur.

b *corroboramus.*

* *Hæc corrigenda & diſtinguenda ſunt ex Bulla Ottonis, de qua cap. ſuperiore.*

d *deeſt.*

e *tenemur.* d *teſtamur.*

d *deeſt.*

b c *regimen Apoſtolicum.* d *contrariante.*

D Præterea alia minora buic operi *d* inferendum prævidimus, videlicet, ut in electione Pontificum neque liber, neque ſervus ad boc venire præſumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per Conſtitutionem ſanctorum Patrum *d* antiqua admiſit conſuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quòd ſi quis contra hanc noſtram *b* inſtitutionem venire præſumpſerit, exilio tradatur.

d *inferenda.* d *aliqua.* b *Conſtitutionem.*

Inſuper etiam, ut nullus Miſſorum noſtrorum cujuſcunque impeditionis argumentum componere audeat in præfatam electionem, probibemus: nam & hoc omnimodò inſtituere placuit, ut qui ſemel ſub *d* ſpirituali defenſione Donni Apoſtolici ſive noſtra fuerint ſuſcepti, impetrata juſtè utantur defenſione. Quòd ſi quis in quenquam illorum, qui boc promeruerunt, violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ eſſe *e* incurſum. E

d *ſpeciali.* e *incurſurum.*

Illud etiam confirmamus *d* ut Donno Apoſtolico juſtam in omnibus ſervent obedientiam, ſeu Ducibus, & Judicibus ſuis, ad faciendam juſtitiam. Huic enim inſtitutioni *d* boc neceſſariò annectendum eſſe, perſpeximus, ut Miſſi Donni Apoſtolici, ſeu noſtri ſemper ſint conſtituti, qui annuatim nobis renunciare valeant, qualiter ſinguli Duces, ac Judices populo juſtitiam faciant. Hanc Imperialem Conſtitutionem quomodo obſervent, qui Miſſi, decernimus, ut primùm cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum, vel Judicum fuerint inventi, ad notitiam Donni Apoſtolici deferant, & ipſe F unum è duobus eligat, aut ſtatim per eoſdem *d* Miſſos fiant neceſſitates emendatæ, aut Miſſo noſtro nobis renunciante, per noſtros Nuncios à nobis directos emendentur. Hoc ut ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, *d* & *e* veſtris firmum eſſe credatur, propriæ manus *b* ſignaculo hoc pactum Confirmationis noſtræ roboravimus, & *c* ſigilli impreſſione aſſignari juſſimus.

d *in dominio* d *deeſt.* d *nuncios.* d *deeſt.* e *noſtris.* b *ſignaculo & nobilium optimatum noſtrorum ſubſcriptionibus.* c *ſigilli noſtri.*

ANNOTATIO.

Diploma hoc verbatim fermè convenit cum Diplomate Ottonis Magni, de quo cap. ſuperiore, quemadmodum etiam Ottonis Diploma multa communia habet cum Inſtrumento donationis facta à Ludovico Pio Imp. Neque hoc mirum: nam cùm poſteriora diplomata plerunque priorum Confirmationes eſſent, iiſdem, quibus priores, utebantur verbis; & ſi quid novi concedebant, id itidem novis verbis explicabant.

G *Porrò hujus Henriciani Diplomatis mentionem facit quoque Chronicon Reicherſpergenſe, de quo ſuprà his verbis:* Conſtitutio Henrici Secundi (*ſecundum vocat; quia fuit ſecundus Rex hoc nomine*) cum Romanis Pontificibus: Ut nullus Miſſorum noſtrorum cujuſcunque impeditionis argumentum in electione Romani Pontificis componere audeat, omninò prohibemus. Item; In electione Romanorum Pontificum neque liber, neque ſervus ad boc venire præſumat, ut vel Romanis, quos H ad banc electionem ſanctorum Patrum antiqua admiſit conſuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quòd ſi quis contra banc noſtram conſtitutionem præſumpſerit, exilio tradatur.

CAPUT VII.

Donatio Mathildis Comitiſſæ facta Romanæ Eccleſiæ, ex Domnizone de vita Mathildis apud Baron. Tom. II. Anno ſalutis 1077.

Poſtpoſuit Regem; per tres tenuit pia menſes
Gregorium Papam, cui ſervit, ut altera Martha,

A *Auribus intentis capiebat ſedula mentis*
Cuncta Patris dicta, ceu Chriſti verba Maria,
Propria Clavigero ſua ſubdidit omnia Petro,
Janitor eſt cæli ſum hæres, ipſáque Petrè,
Accipiens ſcriptum de cunctis Papa benignus.

Hæc de donatione Mathildis Auctor, qui tunc vivens, etiam præſens adeſſe potuit. Sed ejuſdem temporis ſcriptor ſyncera fidei Leo Oſtienſis Epiſcopus, de eadem donatione hæc habet:

Anno Dominicæ Incarnationis *M. LXX. IX. Mathilda Comitiſſa, Henrici Imperatoris exercitum timens, Liguriam, & Tuſciam provincias Gregorio Papæ, & S. Romanæ Eccleſiæ devotiſſimè obtulit. Unde inprimis cauſa ſeminandi inter Pontificem, & Imperatorem odii initium fuit &c.

**M. LXX. VII.*

B *Hujus donationis inſtrumentum, ſucceſſu temporis, dum adhuc viveret Mathildis, amiſſum eſt. Itaque ne donatio in dubium vocaretur: alterum inſtrumentum pia donatrix erigendum curavit Anno Chriſti MCII. quod extat apud Baronium eodem Anno Tom. XII. & ad calcem Domnizonis nuper evulgati inter vetera monumenta edita ſtudio C. V. Doctoris* Sebaſtiani Tengnagelii. *Quod huc transferre ſuperfluum duximus, cùm locis prædictis à quolibet legi poſſit. Poſtea Anno Redemptoris M. CXXXIII. Innocentius II. Lothario II. Imperatori ob merita in Eccleſiam Romanam terram Mathildis reſtituit, ſed certis conditionibus, cujus reſtitutionis litera extant apud Baronium Tom. 12. Anno M. CXXXIII. Ex quibus audi iſta.* Hoc nimirum intuitu (*beneficiorum ſcilicet à Lothario in Romanam Eccleſiam collatorum*) Allodium bonæ memoriæ Comitiſſæ Mathildæ, quod utique ab ea B.
C Petro conſtat eſſe collatum, vobis committimus, & ex Apoſtolicæ ſedis diſpenſatinoe concedimus, atque in præſentia fratrum noſtrorum Archi-Epiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, nec non Principum & Baronum per annulum inveſtimus; ita videlicet, ut centum libras argenti ſingulis annis, nobis & ſucceſſoribus noſtris exſolvas, & poſt tuum obitum, proprietas ad jus & dominium S. R. E. cum integritate, abſque dimioutione, & moleſtia revertatur. Quòd ſi nos, vel ſucceſſores noſtros in eandem terram venire, manere, tranſire oportuerit; tam io ſuſceptione, quàm in procuratione, atque ſecuro conductu, prout Apoſtolica Sedes decreverit, honoremur. Qui verò arces tenuerit, vel rector terræ fuerit, B. Petro & nobis, ooſtríſque ſucceſſoribus, fidelitatem faciant.
D Cæterùm pro charitate veſtra nobili viro Henrico Bavariæ Duci, genero veſtro, & filiæ veſtræ uxori ejus, eandem terram cum præfato cenſu, & ſuprà dictis conditionibus Apoſtolica benignitate concedimus; ita tamen, ut idem Dux hominium faciat & fidelitatem B. Petro, ac nobis, ooſtríſque ſucceſſoribus juret. Poſt quorum obitum prædictum Comitiſſæ Mathildæ Allodium, & jus & dominium S. R. E. ſicut ſuprà dictum eſt, integrum & abſque diminutiòne, atque difficultate aliqua reducatur. Salvo tamen ſemper in omnibus S. R. E. jure ac proprietate. Datum Laterani ſexto idus Junii. E

Hactenus Diploma Innocentii, qui diſertè explicat, quibus conditionibus Provincias Mathildæ Comitiſſa Lothario, ejúſque genero Henrico Bavariæ Ducè concedat. Cæterùm donatio magnæ illius Mathildis ſeu Mathilda revocat mihi ìn memoriam donationem alterius cujuſdam Mathildis, de qua his verbis in Annalibus Godefridus Monachus ad Annum M. CCIX. ubi agit de conſecratione Othonis IV. Imp. facta ab Innocentio III. Othone conſecrato, *inquit Godefridus*, oritur inter eos controverſia propter Marchiam Domnæ Methildis, *quæ quondam fuit filia Rutgeri* (*Rogerii*) Principis Siciliæ, viri ſamoſiſſimi, & uxor Conradi Regis, filii Henrici Imperatoris IV. viri Catholici, & Apoſtolicæ Sedi ſubjectiſſimi; qui contra voluntatem patris per quaſdam Italiæ partes & nomen & dignitatem Regis annis ferè oovem obtinuit, & terram ſpatioſiſſimam poſſedit. F Poſt cujus mortem illa turturina prædita fide ſecundos deteſtabatur amplexus, & in viduitate permanens, Marchiam ſibi à viro relictam, ùt vir ſapientiſſimus, gubernabat. Quæ ad ſenilem perveoieos ætatem circumventa à Papa, tunc temporis Marchiam Imperium attinentem, quam regebat, magiſtratibus & poteſtatibus inſciis & inconſultis, B. Petro tradidit. Quæ tamen poſt mortem ejus ab Imperatoribus ſedi Apoſtolicæ ablata, & Imperio reſtituta eſt. Hanc ergo terram ante conſecrationem Papa ſibi reſtitui poſtulans; Imperator, ùt novus homo, & rei neſcius, annuit & promiſit; ſed poſt conſecrationem à poteſtatibus & magiſtratibus revocatus & prohibitus, minimè reſtituit. *Hæc Godefridus.* G

Ejuſdem donationis facta à Mechtilda & controverſiæ, inter Othonem & Innocentium propterea exortæ, mentio fit in vita S. Engelberti Colonienſis Archi-Epiſcopi non procul ab initio. Ubi obſerva. I. Abbati Urſpergenſi nullam fieri injuriam, licèt quis ſuſpicetur, eum cum Conradi Junioris Regis uxore, Sicula Mathilde confundere Anno M. CI. Magnam illam Mathildam Comitiſſam, quæ Catholicorum partem contra ſchiſmaticos fovens, Gregorio VII. & conſequentibus Pontificibus uſque ad Paſchalem II. conſtanter adhæſit; id ita eſſe, verum fateberis, ſi verba Urſpergenſis loco citato diligentiùs inſpicere velis.

H *II. Marchiam, de qua inter Othonem & Innocentium controverſia exſtitit, eſſe Marchiam Anconitanam, notat Freherus in margine ad locum illum Godefridi; qui ut ex Annalibus ejus liquet, propenſior in ſchiſmaticos, quàm pacis & unitatis amatores, interdum dentes ìn Romanos Antiſtites ſatis apertè exſerit. Quocirca hìc etiam phraſi amara* circumventionis *ex felleo pectore*

pectore profecta uſus eſt; & Othonem, quaſi ju-
A *rium Imperii ignarum, pueriliter excuſat, cùm ipſe Urſpergenſis, & ex recentioribus Cuſpinianus, Othonem, tanquam fœdifragum & perjurum, deteſtentur, quippe qui ſtatim, diademate Imperiali impetrato, contra pacta & conventa, Provincias Romanæ Eccleſiæ invaſerit, fidémque datam in poſtremis habuerit.*

CAPUT VIII.

Literæ Ludovici Palatini Rheni & Electoris, quibus ratificatur, quidquid Ru-
B *dolphus Imp. cum Pontifice Romano tranſegerat. Ex Baronio Tom. 10. Anno Chriſti 996.*

LUdovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, univerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem in Auctore ſalutis.

Vide Apolog. Baronianam, cap. 18. Inſtitutio Electorum Imperii à Sede Apoſtolica.

Complectens ab olim ſibi Romana Mater Eccleſia, quadam quaſi germana charitate Germaniam, illam eo terrenæ dignitatis nomine decoravit, quod eſt ſuper omne nomen temporaliter tantùm præſidentium ſuper terram, plantans in ea principes tanquam arbores prælectas, & rigans illas gratia ſingulari: illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ, ut ipſius Eccleſiæ auctoritate ſuffulti, velut germen electum per ipſorum electionem, illum, qui frena Romani Imperii teneret, germinarent. Hic eſt illud luminare minus in firmamento militantis Eccleſiæ, per luminare majus, Chriſti Vicarium, illuſtratum. Hic eſt, qui materia-
C lem gladium ad ipſius nutum excutit, & convertit, ut ejus præſidio Paſtorum paſtor adjutus, oves ſibi creditas ſpirituali gladio protegendo communiat, temporali refrenet, & corrigat ad vindictam malefactorum, laudem verò credentium, & bonorum.

Ut igitur omnis materia diſſenſionis & ſcandali, ſeu etiam rancoris occaſio inter ipſam Eccleſiam & Imperium auferantur, & duo gladii in domo Domini conſtituti debito fœdere copulati ſe ipſos exerceant: in utilem reformationem regiminis univerſi, & nos in actu voluntatis & operis inveniamur filij devotionis & pacis, qui tam Eccleſiam,
D quàm Imperium confovere tenemur: quidquid per Dominum noſtrum Rodulphum Dei gratia Romanorum Regem ſemper Auguſtum, ſanctiſſimo Patri & Domino noſtro Nicolao Papæ Tertio, ejuſdémque Succeſſoribus, & ipſi Romanæ Eccleſiæ recognitum, confirmatum, ratificatum; innovatum, denuò donatum, declaratum ſive conceſſum, juratum, & actum, ſeu factum eſt per privilegia, vel quæcunque alia ſcripta quorumcunque tenorum ſuper recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, conceſſionibus, & factis ſeu geſtis tam aliorum Imperatorum, & Regum Ro- E
manorum prædeceſſorum Regis ejuſdem, quàm ipſius Regis ſuper fidelitate, obedientia, honorificentia per Romanos Imperatores & Reges Romanis Pontificibus, & ipſi Eccleſiæ impendendis, ac poſſeſſionibus, honoribus & juribus ejuſdem Eccleſiæ, & nominatim ſuper totam terram, quæ eſt à Radicoſano uſque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, terra Comitiſſæ Mathildis, civitate Ravennæ, & Æmilia, Bobio, Ceſena, Foro populi, Foro Livii, Faventia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis atque Gabello, Arimino, Urbino, Monte feretro, Territorio Balnenſi, Comitatu Brectonorii, Exarchatu Ravennæ, Pentapoli, Maſſa trabaria cum F
adjacentibus terris ſuis, & omnibus aliis ad prædictam Eccleſiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territoriis, atque inſulis in terra marique, provinciis, civitatibus, territoriis ad loca prædicta quoquo modo ſpectantibus, nec non ſuper civitate Romana, & Regno Siciliæ cum omnibus ad eam ſpectantibus tam citra Pharum, quàm ultrà, Corſica quoque, atque Sardinia, & cæteris terris, ac juribus ad ipſam Eccleſiam pertinentibus, nos noſtri nomine Principatus in omnibus, & per omnia approbamus, & ratificamus, ac iiſdem omnibus & ſingulis, & quibuſcunque aliis ſuper iiſdem per eundem Regem quoquo modo factis, & in poſterum faciendis voluntatem noſtram, aſſenſum atque conſenſum unanimiter, atque concorditer exhibemus, & promittimus, quòd contra promiſſa, vel aliquod promiſſorum nullo unquam tempore veniemus: ſed ea omnia, & ſingula pro poſſe noſtro procurabimus inviolabiliter obſervari.

Et ut hæc noſtra voluntas, approbatio, G
ratificatio, aſſenſus, conſenſus, atque promiſſio à nobis eiſdem Romanis Pontificibus, & Eccleſiæ in perpetuum obſerventur, hoc præſens ſcriptum inde fieri fecimus, noſtrorúmque ſigillorum munimine roboratum. Actum & datum Anno Domini M. CC. LXXIX. Decimo quarto Kal. Aprilis, Indictione ſeptima, regnante prædicto Domino noſtro Rodulpho, Romanorum Rege glorioſo, Regni ejus anno ſexto.

H

ANNOTATIO CARD. BARONII.

IN eandem ſententiam & iiſdem fermè verbis ſcripſerunt ad Pontificem alii Electores, extant enim litteræ Marchionis Brandeburgenſis unius ex Electoribus, quarum hic eſt titulus. Otto Marchio Brandeburgenſis præſentem paginam inſpecturis. Datæ autem, *ut in fine habetur*, Anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono pridie Idus Septembris anno

A anno ſexto Rodulphi Imperatoris. *Aliæ Jo-
annis & Adalberti Ducum Saxoniæ, eodem titu-
lo, dataque eodem anno, die verò, & menſe di-
verſo, nempe decimo quarto Kal. Aprilis, &c.
Extant ipſæ in ſcripto Codice eodem tempore unà
cum aliis monumentis de donationibus, & pri-
vilegiis à diverſis Romanæ Eccleſiæ collatis, quæ
aſſervantur ſeorſum à Vaticana Bibliotheca Romæ
in Caſtello S. Angeli loco tutiori, ubi ſelecta ma-
joris momenti monumenta recondita habentur, ne
pereant.*

*Ex quibus litteris hoc etiam intelligimus, Ele-
ctoralem dignitatem; ipſorum itidem Principum*
B *Electorum teſtimonio, à Sede Apoſtolica ad Ger-
manos quoſdam Principes perveniſſe. Nebulas,
quas Sectarij huic veritati offundere nituntur,
disjecimus in Defenſione librorum de Translatio-
ne Imperij, & in Apologia Baroniana. Quò le-
ctorem remittimus.*

*Illud ſilere nequeo, Aventini & Onuphrij de
origine Electorum ſententiam, (quam Bellarmi-
nus refutat lib. 3. de Translatione Imperij)
manifeſtè refelli ex Conſtitutione Rudolphi I. Hab-
ſpurgij Anno 1290. pro Rege Bohemiæ, quòd &
ipſe ſit Elector, data. Nam cùm hoc jus in du-
bium fuiſſet vocatum, ait Rudolphus,* ſe, in-
quiſitionis circumſpectæ præhabita indagi-
ne, ſcrutinióque ſolerti *indagâſſe, quid &
quantum Juris competat Regi Bohemiæ, in ele-
ctione Regis Romanorum, futuri Imperatoris. Et
ſe Principum, Baronum, nobilium & procerum
Imperij* nec non veteranorum communi aſ-
ſertione, & concordi teſtimonio aſſonante
comperiſſe ipſum Regem Bohemiæ Imperii
debere pincernam exiſtere, &c. *additque Ru-*
C *dolphus:* Hæc verò jura Pincernatus & Electo-
ratus, nedum dicto Regi & ſuis hæredibus
didicimus competere, ſed etiam ſuis pro-
genitoribus abavis, atavis, proavis & avis
purè pleniſſimè competebant. *Quæ ſanè
verba indicant, Electoratum Septemviralem diu
exſtitiſſe ante Gregorium X. Pontif. Max. qui
Pontificatum adeptus eſt Anno 1271. & ante Im-
perium Rudolphi; qui in Imperatorem electus eſt
Anno 1273. teſte Onuphrio in Chronico, ſi enim
dignitas Electoralis fuit non modò penes avum
Regis, qui Bohemiam tenebat Anno 1290. ſed &
penes proavum, abavum, atavum, ùt affirmat
Rudolphus, plurimis annis non modò ante Rudol-
phum, ſed & ante Innocentium III. Pontif. Max.*
D *Electores inſtitutos fuiſſe oportet; niſi quis in eam
abſurditatem incidere vellet, ut diceret, avum,
proavum, abavum & atavum Regis Bohemiæ,
de quo Rudolphus loquitur, intra breve tempus
vixiſſe; cùm neceſſariò inter iſtos majores longiſ-
ſimum temporis ſpatium interponendum ſit.*

*In eodem Volumine fol. 91. extat diploma
Ruperti Comitis Palatini Rheni & Bavariæ Du-
cis, ſcriptum Anno 1356. in quo idem argu-
mentum tractatur, nempe Electoratum Regi Bo-
hemiæ competere: Inter cætera ita loquitur Pa-
latinus.* Nulla ſit juris vel facti dubietas,
quia ipſe ab atavis, proavis, avis & pro-
genitoribus ſuis ad inſtar noſtri, & quo- E
rumlibet aliorum coëlectorum Principum
in electione Romani Regis ad Imperium
promovendi pleno jure fruitus ſit hactenus,
& fruatur, ſicut hoc luce clariùs ſemper appa-
ruit ab eo tempore, cujus apud homines
memoria non exiſtit. *Infrà*: Publicè profi-
temur, quòd, &c. Boëmiæ Reges ab ata-
vis, proavis, & progenitoribus ſuis, ab eo
tempore, cujus apud homines, &c. me-
moria non exiſtit, habuerunt continuò, ha-
bent & habere debent jus & vocem plenè,
& omnimodè ad inſtar noſtri & aliorum
comprincipum, &c. in electione Romano-
rum Regis ad Imperium promovendi, &c.

Ubi iterum vides, Regi Bohemiæ ab avis, F
*proavis & atavis, à tempore cujus memoria non
extet, jus Electorale competere, ut proinde ne-
ceſſe ſit, Electorum inſtitutionem Pontificatum
Gregorii X. & Rudolphi I. Regnum longè exce-
dere: nam ab Anno 1271. & 1273. uſque ad
Annum 1356. non fuit tempus immemoriale,
ùt vocant, etiam ſecundùm illos, qui* imme-
moriale tempus *ſpatio centum annorum circum-
ſcribunt. Vidi etiam apographum cujuſdam di-
plomatis Rudolphi hoc nomine primi, quod da-
tum eſt Auguſtæ Anno Domini 1275. Regni
Rudolphi Secundo, in quo aſſeritur, jus eligendi
Romanorum Regem competere* Ducibus Bavariæ
EX ANTIQUO. *Ergo tempore Rudolphi* Electo-
ratus *non erat res nova. At nova res fuiſſet, ſi
ſententia Aventini & Onuphrii vera eſſet.*

CAPUT IX. G

De Diplomate Alberti Imperatoris, Cardin. Baronius Tom. 10. Anno 996.

*EXtant in Caſtro S. Angeli litteræ datæ ab
Alberto Imp. quibus deſcribitur Jura-
mentum fidelitatis ab eo exhibitum Boni-
facio Octavo Romano Pontifici, & continetur con-
firmatio & ratificatio privilegiorum omnium per
alios prædeceſſores Imperatores Eccleſiæ Romanæ
conceſſorum. Recognoſcit inprimis ùt gratus,
Romanum Imperium per Sedem Apoſtolicam à Græ-
cis in Germanos translatum, ac ab eadem jus
eligendi Electoribus eſſe conceſſum. His ſubjicit
juramentum fidelitatis ſolitis formulis exhiberi
conſuetum. Addit his confirmationem juramen-
ti pariter fidelitatis exhibiti à patre ſuo Rodul-
pho, & alia omnia ab aliis omnibus Imperatori-* H
*bus præſtita. Confirmat itidem privilegia ab
eodem Rodulpho, & aliis Imperatoribus eidem Ec-
cleſiæ Romanæ conceſſa. Ratificat quæ ſtatuta,
& jurata fuerant per Ludovicum Imperatorem
Paſchali Papæ, & per Ottonem Joanni Pontifici.
Et poſt reverentiam patri exhibitam, & filialem
amorem inſinuatum, Eccleſiæ jura defendit, pri-
matum & libertatem ejuſdem Eccleſiæ profitetur
defenſurum adverſus quoſcunque ejuſdem pertur-
batores, adverſus quos bella movere, ſi opus ſit,
pollicetur, ſpondens ſuum cum exercitu in Italiam
adven-*

Exſtat Tom. 2. Conſtitut. Imp. Goldaſti, fol. 86.

A *adventum, ſi placeat. Datum verò habetur apud Noremberg, Anno Domini M. CCC. III. Indictione prima, decimo ſexto Kalend. Auguſti Regni verò anno quinto: ſed quæ ad rem ſpectant (ut promiſimus) ſic verbatim accipe ab ejus exordio, cum iſto titulo præfixo diplomati.*

Litteræ Alberti imp. ad Bonifacium VIII. Pontificem Max.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino noſtro, Domino Bonifacio, divina providentia ſacroſanctæ Romanæ, ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Albertus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, devota pedum oſcula beatorum.

Profiteor, beatiſſime Pater, me bonorum omnium largitori, ac vobis, ac ſanctæ Eccleſiæ tuæ fore pro innumeris miſericordiis, & immenſis beneficiis obligatum. Profiteor, quòd deſiderii mei recepi deſideratum effectum, & difficeri non audeo, quòd & plus quàm deſideràſſe ſciverim, adinveni: mirans ſic in præteritis eſſe proviſum, quòd de iis, quæ circa talia in futuro peti poterant, ſpes miſerationis habetur.

Aſſurgens itaque Deo, & ſanctitati veſtræ, ac eidem Eccleſiæ Matri meæ ad gratiarum devotiſſimas, & humillimas actiones, totum me devoveo, totum me offero, & expono ad gratificationis debitum, per omnia in quantum humanæ imbecillitatis conditio patitur, exolvendum.

Ad hæc, licèt pridem, antequam circa negotium electionis de me ad Romanum Regnum & Imperium celebratæ, ac alia, quæ in hac parte incumbebant, eſſet per ſanctitatis veſtræ beneficentiam mei ſtatus eſſentia ſolidata, fecerim infrà ſcripta, & ſuper his meas beatitudini veſtræ literas duxerim deſtinandas, ac in ſoliditate hujuſmodi procuratores mei ad hoc ſpecialiter conſtituti, & in veſtra præſentia renovaverint: Ecce nunc tamen, ut gratus reddar, & ipſa in majori firmitate procedant, illa duxi præſentibus innovanda.

Recognoſcens igitur, quòd Romanum Imperium per Sedem Apoſtolicam de Græcis tranſlatum eſt in perſona magnifici Caroli in Germanos, & quòd jus eligendi Romanorum Regem in Imperatorem poſtmodum promovendum, certis Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus eſt ab eadem Sede conceſſum, à qua Reges & Imperatores, qui fuerunt, & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladii poteſtatem ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum; pia devotione & ſyncero corde profiteor, quòd Romanorum Reges in Imperatores poſtmodum promovendi per Sedem eandem, ad hoc potiſſimè, & ſpecialiter aſſumantur, ut ſint ſanctæ Romanæ Eccleſiæ advocati, Catholicæ fidei, ac ejuſdem Eccleſiæ præcipui defenſores, &c.

CAPUT X.

Friderici II. Imp. Ratificatio & confirmatio omnium donationum, quæ ab antegreſſis Regibus & Imperatoribus Eccleſiæ Romanæ liberaliter factæ ſunt. Ex Baronio Tom. 11. Anno Chriſti 1097. N. 71.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Fridericus, divina favente clementia, Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

Regnum noſtrum tunc ſtabiliri confidimus, cùm Altiſſimum, de cujus manu ea, quæ poſſidemus, bona recipimus, honoramus. Tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hoſtias operis, & devotionis aſtringimur, quantò ipſum miſericordem in nobis, & mirabilem experimur. Cognoſcentes igitur gratiam, quæ data eſt nobis ab ipſo; habentes quoque præ oculis immenſa, & innumera beneficia veſtra, Domine, & reverentiſſime Pater, protector, & benefactor noſter, domine Innocenti, Dei gratia ſumme Pontifex venerande, per cujus beneficium, operam & tutelam aliti ſumus, protecti pariter & promoti, poſtquam in ſolicitudinem noſtram mater noſtra, felicis memoriæ, Conſtantia Imperatrix, & Siciliæ Regina ex ipſo quaſi utero nos jactavit; vobis, beatiſſime Pater, & omnibus ſucceſſoribus veſtris Catholicis ſanctæque Romanæ Eccleſiæ ſpeciali matri noſtræ omnem obedientiam, honorificentiam, atque reverentiam ſemper humili corde, ac devoto ſpiritu impendimus, quam prædeceſſores noſtri Reges, & Imperatores Catholici veſtris anteceſſoribus impendiſſe noſcuntur; nihil exinde volentes diminui, ſed magis augeri, ut major devotio eniteſcat.

Illum igitur volentes abolere abuſum, quem quidam prædeceſſorum noſtrorum exercuiſſe dignoſcuntur, decretum in electionibus Prælatorum; concedimus & ſancimus, ut electiones Prælatorum liberè & canonicè fiant; quatenus ille præficiatur Eccleſiæ viduatæ, quem totum Capitulum, vel major, & ſanior pars ipſius duxerit eligendum, dummodò nihil deſit ei de Canonicis inſtitutis.

Appellationes autem in negotiis, & cauſis Eccleſiaſticis ad Sedem Apoſtolicam liberè fiant; earum perſecutionem ſive proceſſum nullus impedire præſumat.

Illum quoque dimittimus, & refutamus abuſum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Eccleſiarum vacantium noſtri conſueverunt anteceſſores committere pro motu propriæ voluntatis.

A Omnia nos ſpiritualia vobis, & aliis Eccleſiarum Prælatis relinquimus liberè diſponenda, ut quæ ſunt Cæſsris, Cæſari, & quæ Dei, Deo recta diſtributione reddantur.

Super eradicando autem hæreticæ pravitatis errores auxilium dabimus, & operam efficacem.

Poſſeſſiones etiam, quss Eccleſia Romana recuperavit, ab anteceſſoribus noſtris, ſeu quibuslibet aliis antè detentas, liberas, & quietas tibi dimittimus, & ipſam ad eas
B obtinendas bona fide promittimus adjuvare. Quas verò nondum recuperavit, ad recuperandum erimus pro viribus adjutores: & quæcunque ad manus noſtras devenient, ſine difficultate, ac mora, eas reſtituere ſatagemus. Ad bas pertinet tota terra, quæ eſt à Radicoſano uſque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, terra Comitiſſæ Msthildis, Comitatus Bertinorii, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis, Msſſa Trebaria cum adjacentibus terris, & omnibus aliis ad Romanam Eccleſiam pertinentibus cum omni jurisdictione, diſtrictu, & honore ſuo.

Veruntamen cùm ad recipiendum coro-
C nam Imperii, vel pro neceſſitatibus Eccleſiæ ab Apoſtolica Sede vocati venerimus, de mandato ſummi Pontificis recipiemus procurationes, ſive Fodrum ab ipſis. Omnia igitur ſuprà dicta, & quæcunque alia pertinent ad Romanam Eccleſiam, de voluntate & conſcientia, conſilio & conſenſu Principum Imperii liberè illi dimittimus, renunciamus, & reſtituimus; nec non ad omnem ſcrupulum removendum, prout meliùs valet & efficaciùs intelligi, concedimus, conferimus, donamus, ut ſublata omni contentionis, & diſſenſionis materia, firma pax & plena concordia in perpatuum inter Eccleſiam & Imperium perſeverent.

Adjutores etiam erimus ad retinendum, &
D ad defendendum Eccleſiæ Romanæ regnum Siciliæ, cum omnibus ad ipſum ſpectantibus tam citra Phsrum, quàm ultrà, nec non Corſicam, & Sardiniam, ac cetera jura, quæ ad eam pertinere noſcuntur, tanquam devotus filius, & Catholicus Princeps.

Ut autem bæc omnia memorato ſanctiſſimo patri noſtro Domino Innocentio, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, ejúsque ſucceſſoribus per nos, & noſtros ſucceſſores Romanorum Reges & Imperatores obſerventur, firma & inconvulſa ſemper permaneant; præſens privilegium conſcriptum, majeſtatis noſtræ aurea bulla juſſimus communiri. Teſtes autem ſunt hi, &c.

Acts ſunt hæc anno Domini noſtri JEſu Chriſti milleſimo ducenteſimo decimo tertio, Indictione prima, regnante Domino Friderico Secundo Romanorum Rege glorioſo, & Rege Siciliæ, anno regni ejus Romani E
primo, regni verò ejus Siciliæ decimo ſexto.

Datum apud Egram per manus Bertholdi de Niſe, regalis aulæ Protonotarii, quarto Idus Julii.

Rurſum verò poſt annos ſex, inquit Baronius, huic per omnia ſimilem Auream bullam dediſſe reperitur Honorio Papæ Tertio, totidem verbis conceptam, quæ in nominatis codicibus extat: in qua poſt teſtes deſcriptos hæc leguntur.

Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini F
milleſimo ducenteſimo decimo nono, menſe Septembris, Indictione octava, regnante Domino Friderico Secundo Romanorum Rege glorioſo, regni ipſius in Germania ſexto, & in Sicilia vigeſimo ſecundo feliciter, Amen.

Datum apud * Agnou, per manus Henrici regalis aulæ Protonotarii, anno, menſe, & Indict. præſcriptis.

* *Hagenau.*

Huc facit teſtamentum Friderici II. Imp. quod ex Matthæo Pariſienſi recitavimus Præfat. in Hortum S. Crucis. *Quò lectorem remitto. Huc etiam accedat Teſtamentum Henrici V. (aliis VI.) Imperatoris, (qui Friderici II. Pater,) apud Baronium Tomo XII. Anno Chriſti M.CXCVII. quod ex Innocentii III. Actis deſumptum eſt.* In bsc fuga, *inquiunt Acta*, perdidit Marcovvaldus univerſam ſupellectilem ſuam, & inventum eſt in quodam ſcrinio Teſtamentum Imperatoris Henrici, aurea Bulla ſignatum. In quo inter cætera hæc de verbo continebantur ad verbum. Imperatrix conſors noſtra, & filius noſter Fridericus Domino Papæ & Eccleſiæ Romanæ exhibeant omnia jura, quæ à Regibus Siciliæ conſuevetunt habere, & Domino Papæ ſecurita- G
tem faciant, ſicuti Reges Siciliæ ſummo Pontifici, & Romanæ Eccleſiæ facere conſueverunt. Si verò prædicta conſors noſtra præmoriatur, filius noſter ſecundùm ordinationem noſtram remaneat; & ſi filius noſter ſine hærede deceſſerit; Regnum Siciliæ ad Romanam Eccleſiam deveniat. Si verò filius noſter præmoriatur; dicta conſors noſtra Regnum in vita ſua retineat; & poſt mortem ſuam Regnum Siciliæ ad Romanam Eccleſiam deveniat.

De Imperio ordinamus, quòd Dominus H
Papa, & Eccleſia Romana illud filio noſtro confirmet. Et pro hac confirmatione Imperii & Regni volumus, quòd tota terra Comitiſſæ Mathildis reſtituatur Domino Papæ, & Romanæ Eccleſiæ, præter Mediſinam & Argelotam, cum eorum pertinentiis: Et inſuper ordinamus & volumus, ut tota terra de ponte Payle cum Montefortino liberè dimittatur Domino Papæ uſque ad Ceperanum; & quòd Eccleſia Romana habeat montem Flaſconem cum omnibus pertinentiis ſuis. Inſuper præcipimus Marcovvaldo Seneſchallo noſtro, ut Ducatum Ravennatem,

terram

A terram Brictinorii, Marchiam Anconæ recipiat à Domino Papa & Romana Eccleſia, & recognoſcat etiam ab eis Medeſinam & Argelatam cum eorum pertinentiis. In quibus omnibus bonis ſecuritatem ei juret, & fidelitatem ei faciat, ſicut Domino ſuo. In morte verò, ſi ſine hærede deceſſerit, Ducatus Ravennæ & terra Brictinorii, & Marchia Anconæ, Medeſina, Argelata cum earum pertinentiis in dominio Eccleſiæ remaneant.

B

CAPUT XI.

Catalogus Regnorum & Principatuum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributariorum.

HActenus de donationibus Apoſtolicæ Sedi factis ab Imperatoribus, Regibus, aliiſque Principibus. Ex quibus liquidò apparet, Imperatores, Reges ac Principes non habuiſſe Pontificem Romanum pro Antichriſto; nec Urbem vel Curiam Romanam pro tali officina, qualis à quibuſdam ſuperioris memoriæ Schiſmaticis, & Hæreticis, vel Orthodoxis quidem, ſed turbulento ingenio & ſiniſtro ſidere natis, itémque à noſtræ tempeſtatis Novatoribus depingitur; quorum inſanæ in Papam, Romam, & Curiam Romanam debacchationes non injuria clariſſimo-
C *rum & potentiſſimorum Imperatorum, Regum ac Principum judicio poſthabentur.*

Hunc eorundem de Sede Petri honorificum ſenſum etiam aliunde oſtendamus, & primùm inde; quòd multi Regum ſua Regna S. Petro, pietatis cauſa tradiderunt, eáque à Vicario Chriſti, & S. Petri ſucceſſore, quaſi quædam Feuda *accipere voluerunt. II. Quòd ſuis in Regnis annuam penſionem ſancto Petro perſolvendam conſtituerunt, eáque Sedi Apoſtolicæ tributaria effecerunt. III. Quòd Regum nonnulli, Regia dignitate & corona non niſi à Sede Apoſtolica inſigniri voluerunt. Singulorum exempla ſuppeditabunt tibi ſequentia partim Diplomata, partim veterum Scriptorum teſtimonia.*

CAPUT XII.

Regnum Ruſciæ.

D *DE hoc teſtem habemus Gregorium VII. lib. 2. Regeſti Epiſt. 74. quæ talis eſt:* Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Demetrio Regi Ruſſorum, & Reginæ uxori ejus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Filius veſter limina Apoſtolorum viſitans ad nos venit, & quòd regnum illud dono ſancti Petri per manus noſtras vellet obtinere, eidem B. Petro Apoſtolorum Principi debita fidelitate exhibita, devotis precibus poſtulavit, indubitanter aſſeverans, illam ſuam petitionem veſtro conſenſu ratam fore ac ſtabilem, ſi Apoſtolicæ auctoritatis gratia, ac munimine donaretur. Cujus votis & petitionibus, quia juſta videbantur, tum ex conſenſu noſtro, tum ex devotione poſcentis, tandem aſſenſum præbuimus, & E regni veſtri gubernacula ſibi ex parte B. Petri tradidimus, ea videlicet intentione, atque deſiderio charitatis, ut B. Petrus vos & regnum veſtrum, omniáque veſtra bona, ſua apud Deum interceſſione cuſtodiat, & cum omni pace, honore quoque & gloria idem regnum uſque in finem vitæ veſtræ tenere vos faciat, & hujus militiæ finito curſu, impetret vobis apud ſupernum Regem gloriam ſempiternam. Quin etiam nos paratiſſimos eſſe noverit veſtræ nobilitatis ſerenitas, ut ad quæcunque juſta negotia hujus ſedis auctoritatem pro ſua neceſſitate petierit, proculdubio continuò petitionum ſuarum conſequetur effectum.

Præterea ut hæc & alia multa, quæ literis F non continentur, cordibus veſtris arctiùs infigantur, miſimus hos nuncios noſtros, quorum unus veſter notus eſt & fidus amicus, qui & ea, quæ in literis ſunt diligenter vobis exponent, & quæ minùs ſunt, viva voce explebunt. Quibus pro reverentia B. Petri, cujus Legati ſunt, vos mites & affabiles præbeatis; & quidquid vobis dixerint, ex parte noſtra patienter audiatis, atque indubitanter credatis: & quæ ibi ex auctoritate Apoſtolicæ Sedis negotia tractare voluerint, & ſtatuere, nullorum malo ingenio turbari permittatis, ſed potiùs eos ſincera charitate favendo juvetis. Omnipotens Deus mentes veſtras illuminet, atque per temporalia bona faciat vos tranſire ad gloriam ſempiternam. Dat. Romæ 15. Kal. Maji, Indictione decima tertia. G

Hactenus Epiſtola Gregorii VII. à nobis recitata, inquit Baronius Anno 1075. *ut eo exemplo intelligatur, quomodo contigerit, plura regna oblata reperiri Apoſtolicæ Sedi. Chriſtiana Regum pietas efficiebat, ut perſuadentes ſibi illi, magis protectione S. Petri Principis Apoſtolorum, quàm armis regna defendi; offerrent illa eidem ſancto Petro, à quo & per ſucceſſorem ipſius Romanum Pontificem acciperent illa in feudum, præſtito juramento fidelitatis eidem. Jactatum bellorum fluctibus Demetrium ipſum Regem Ruſſorum Lambertus in Chronico hoc eodem anno demonſtrat, dum eum ad Henricum Regem pro auxilio contra fratrem veniſſe tradit.*

CAPUT XIII. H

Regnum Croatiæ & Dalmatiæ.

EX Synodo habita in Dalmatia à Legatis VII. Papæ Gregorii, ſcilicet à Gebizone, tunc monaſterii ſanctorum Bonifacii & Alexii Abbate, nunc verò Caſenate Epiſcopo, nec non à Folcuino Fori Sempronii Epiſcopo, quæ Synodus habetur in Archivo ſacri Palatii Lateranenſis, in qua de regno, & de rege Dalmatiæ ita inter cætera legitur.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis,
A anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo ſexto, Indictione decima quarta menſe Octobris. Ego Demetrius, qui & Suinmur nuncupor, Dei gratia Croatiæ, Dalmatiæque Dux, à te Domine Gebizo, ex Apoſtolicæ Sedis Legatione Domini noſtri Papæ Gregorii poteſtatem obtinente, in Salonitana Baſilica ſancti Petri ſynodali & concordi, totius Cleri & populi electione, de Croatarum, Dalmatinorúmque regni regimine per vexillum, enſem, ſceptrum & coronam inveſtitus atque conſtitutus Rex, tibi devoveo, ſpondeo, & polliceor, me incommutabiliter completurum omnia, quæ mihi tua reverenda injungit ſanctitas, videlicet, ut in omnibus, & per omnia Apoſtolicæ Sedi fidem obſervem, & quidquid hic in regno tam Apoſtolica Se-
B des, quàm ſui Legati ſanxerunt, aut ſanxerint, irrevocabiliter cuſtodiam, juſtitiam excolam, Eccleſias defendam, primitiæ, decimæ, omniúmque ad Eccleſiam pertinentium procurator exiſtam, vitæ Epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum, ſubdiaconorúmque, ut caſtè, & regulariter vivant, provideam; pauperes, viduas, atque pupillos protegam, parentelæ illicitam copulam deſtruens, legitimam dotem annullo, ſacerdotíſque benedictione conſtituam, & conſtitutam corrumpi non permittam, hominum venditioni contradicam, atque in omnibus, quæ ad rectitudinis ſtatum congruunt, Deo auctore, me æquum exhibeam.

C Ducentorum quoque Byzantiorum tributum meorum omnium conſultu Primatum, ſancto Petro per ſingulos annos in Reſurrectione Domini de mihi conceſſo regno perſolvendos ſtatuo. Et ut poſt me regnaturi hoc idem perpetuò ſervent, cenſeo, corroboro, atque ſancio. Dono inſuper, concedo atque confirmo Apoſtolicæ Sedi ſancti Gregorii monaſterium, cui Urana eſt vocabulum, cum omni ſuo theſauro, ſcilicet cum capſa argentea, reliquias ſacri corporis ejuſdem beati Gregorii continente, cum duabus crucibus, cum calice & patena, cum duabus coronis aureis gemmis ornatis, cum Evangeliorum textu de argento, cúmque omnibus ſuis mobilibus & immobilibus bonis, ut ſancti Petri Legatis ſemper ſit ad hoſpitium, & omnino in poteſtate eorum. Hoc tamen interpoſito tenore, ut nulli alii poteſtati detur, ſed omni tempore ſancti Petri ſit proprium, & à me, meiſque ſucceſſoribus defenſum, atque ab omni homi-
D ne liberum & ſecurum.

Cujuſcunque autem audacia temerario auſu prætatum monaſterium ex aſſignato theſauro privaverit, terribilem illam Judicis vocem, quam diabolus cum ſuis angelis auditurus eſt, audiat.

Præterea, cùm Deo ſervire regnare ſit, E
vice beati Petri, & Domini noſtri Papæ Gregorii, atque poſt ſe ſeſſurorum in Apoſtolica Sede, me tuis manibus committo, & commendo, hanc fidelitatem Sacramento ſtabilio. Ego, *inquam*, Demetrius, qui & Suinmur, Dei gratia Apoſtolicæ Sedis dono Rex, ab hac hora in antea ſancto Petro & Domino meo Papæ Gregorio, ſuiſque ſucceſſoribus canonicè intrantibus ero fidelis: & ut ipſe, ſive poſt eum futuri Pontifices, ſive Legati eorum vitam, aut membra perdant, aut capiantur, neque in conſilio, neque in facto ero, & conſilium, quod mihi crediderint, ad illorum damnum ſcienter nulli intimabo. Regnum autem, quod mihi per manum tuam, domine Gebizo, traditur, fideliter retinebo, & illud, ſuúmque jus Apoſtolicæ Sedi aliquo ingenio aliquando non ſubtraham. Dominum meum Papam Gregorium, & ſuos ſucceſſores, atque Legatos, ſi in meam poteſtatem venerint, honorificè ſuſcipiam, & honeſtè tractabo, & remittam, & undecunque me invitaverint, prout potero, eis ſimpliciter ſerviam.

Hanc Regis Croatiæ & Dalmatiæ profeſſionem & voluntatis ſuæ erga Sedem Apoſtolicam teſtificationem deſcripſit Baronius Tomo 11. Anno Redemptoris 1076. Ex Codice, qui Centius Camerarius *inſcribitur de Cenſibus Sedis Apoſtolicæ. Recitat eandem Auguſtinus Steuchus lib. 2. de Donatione Conſtantini contra Vallam.* F

CAPUT XIV.

Regnum Aragoniæ.

L*Iquet hoc ex diplomate Petri Aragonum Regis; quod recitatur à Card. Baronio Tom. 11. Anno Chriſti 1097. n. 105. & eſt tale.* Cùm corde credam, & ore confitear, quòd Romanus Pontifex, qui eſt beati Petri ſucceſſor, Vicarius ſit illius, per quem Reges regnant, & Principes principantur, qui dominatur in regno hominum, & cui vult, dat illud: Ego Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Comes Barchinonenſis, & Dominus Montis Peſſulani, cupiens principali poſt Deum beati Petri, & Apoſtolicæ Sedis protectione muniri, Tibi, reverentiſſime Pater, & Domine ſumme Pontifex Innocenti, & per te ſacroſanctæ Romanæ Apoſtolicæ Sedi offero regnum meum, illúdque tibi & ſucceſſoribus tuis in perpetuum divini amoris intuitu, & pro remedio animæ meæ, & progenitorum meorum conſtituo cenſuale, ut annuatim de Camera Regis ducentæ quinquaginta maſſemutinæ Apoſtolicæ Sedi reddantur, & ego, & ſucceſſores mei ſpecialiter ei fideles, & obnoxii teneamur. G

Hoc autem lege perpetua ſervandum fore decerno; quia ſpero firmiter, & confido, H
quòd

A quòd tu, & ſucceſſores tui, me, ac ſucceſſores meos, & regnum prædictum Apoſtolica auctoritate defendetis: præſertim cùm ex multo devotionis affectu me ad Sedem Apoſtolicam accedentem tuis, quaſi B. Petri manibus, in Regem ſolenniter coronandum voluiſti. Ut autem hæc regalis conceſſio inviolabilem obtineat firmitatem: de conſilio procerum Curiæ meæ, præſente venerabili patre meo Arelatenſi Archi-Epiſcopo, & Sancio patruo meo, & Hugone de Baucio, & Arnaldo de Fociano Baronibus meis, ſigilli mei feci munimine roborari. Actum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo quarto, quarto Idus Novembris anno regni mei octavo.

CAPUT XV.

B *Etiam cætera Hiſpaniæ Regna antiquitus pertinebant ad jus Eccleſiæ Romanæ.*

T*Eſtis Gregorius VII. Pontif. Max. lib. 4. Regeſti Epiſt. 28. cujus exordium.* Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Regibus, Comitibus, cæteriſque Principibus Hiſpaniæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. *Et poſt multa tandem hæc ſubjungit Pontifex.* Præterea notum vobis fieri volumus, quòd nobis quidem tacere non eſt liberum, vobis autem non ſolùm ad futuram, ſed etiam ad præſentem gloriam valdè neceſſarium, videlicet regnum Hiſpaniæ ex antiquis conſtitutionibus B. Petro & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in jus & proprietatem C eſſe traditum. Quod nimirum hactenus, & præterirorum temporum incommoda, & aliqua anteceſſorum noſtrorum occultavit negligentia.

Nam poſtquam regnum illud à Saracenis & paganis pervaſum eſt, & ſervitium, quod B. Petro inde ſolebat fieri, propter Infidelitatem eorum, & tyrannidem detentum, ab uſu noſtrorum tot annis interceptum eſt: pariter etiam rerum & proprietatis memoria dilabi cœpit. Verùm quia divina clementia conceſſa vobis in hoſtes illos, ſem- D pérque concedenda victoria, terram in manus veſtras tradidit, ulteriùs vos cauſam hanc ignorare nolumus, ne, quod ſupernus arbiter, & legum, ac juſtitiæ conditor de recuperanda, & reſtituenda juſtitia & honore ſancti Petri, ejúſque Sanctæ & Apoſtolicæ Sedis, veſtræ gloriæ ad bene merendum contulit, aut nobis ex taciturnitate in negligentiæ culpam, aut vobis ex ignorantia (quod abſit) ad detrimentum propoſitæ, & divinitus oblatæ retributionis obveniat. Confidimus enim in miſericodia Dei, qui virtutem vobis dedit & victoriam, ut hanc etiam voluntatem vobis rribuat, quò cognita veritate potiùs ſtatuta Chriſtianorum E Principum & exempla ſequamini, quàm eorum impietatem, qui Chriſtianum nomen magis cupiunt perſequi, quàm venerari.

Miſimus autem ad vos confratrem noſtrum amatum venerabilem Elborenſem Epiſcopum, cui & vicem noſtram ad partes illas dedimus, adjungentes ſibi hunc Abbatem ſancti Pontii, virum venerabilem, fide & morum honeſtate probatum, ut, quod nos de inſinuatione hujus cauſæ, veſtræ celſitudini ſuccinctè ſcripſimus, ipſi vobis (ſi neceſſe ſit) latiùs, apertiúſque manifeſtent, & quantum ratio poſtulaverit, notitiam veritatis præſenti denuntiatione, & certa aſſertione demonſtrent. Quorum conſiliis in his, quæ ad Dominum pertinent, & ſaluti animarum veſtrarum neceſſaria ſunt, indubitanter poteſtis credere, ſicut nos in ipſis per ſtudium religionis, & actuum ſuorum comprobavimus, & vos in eorum poteritis converſatione perpendere. F

Igitur quod ad nos pertinuit, aut providendum ex officio, aut ſatisfaciendo juſtitiæ debito, Deo miſerante, fecimus, quod veſtræ cauſa ſalutis à vobis exigat, & quantum Petro Apoſtolorum Principi debeatis, indicavimus, ne ignorantia obſit, nec ſub vana ſecuritate labentis lucis, & temporis damnoſa vobis (quod abſit) ſubrepat negligentia. Vos autem, quid veſtrum ſit, attendite, quid fides & Chriſtiana devotio veſtri principatus ad imitationem piiſſimorum Principum exequi debeat, prudenti conſilio pertractate, diſponite, atque ſtatuite: & ita vos erga honorem B. Petri & ſanctæ matris Romanæ Eccleſiæ promptos, atque magnificos exhibete, ut veſtra virtus G & gloria, quæ Deo donante illuſtri victoria pollet, Apoſtolicis interceſſionibus clarior fiat & excelſior, ut eorum vos ſemper benedictio muniat, auctoritas à peccatis abſolvat, defenſio tutos & illæſos ab omni periculo protegat, quorum poteſtate divinitus illis tradita univerſitas hominum tam in cœlo, quàm in terra ligatur, & ſolvitur, & cæleſtis regni janua cunctis aperitur & clauditur. Dat. Carpinetæ 4. Kalend. Julii, Indictione decima quinta.

Aliam ejuſdem ſententiæ Epiſtolam ſcripſit Gregorius VII. Anno primo ſui Pontificatus. Et eſt H *Epiſtola ſeptima lib. 1. Regeſti.*

Gregorius in Romanum Pontificem electus, omnibus Principibus in terram Hiſpaniæ proficiſci volentibus perpetuam ſalutem in Domino JEſu Chriſto.

Non latere vos credimus, regnum Hiſpaniæ ab antiquo proprii juris ſancti Petri fuiſſe; & adhuc (licèt diu à Paganis ſit occupatum) lege tamen juſtitiæ non evacuata, nulli mortalium; ſed ſoli Apoſtolicæ Sedi ex æquo pertinere. Quod enim, auctore

A Deo, ſemel in proprietates Eccleſiarum ju-
ſtè pervenerit, manente ab eo abuſu qui-
dem, ſed ab earum jure occaſione tranſe-
untis temporis, ſine legitima conceſſione
divelli non poterit.

Itaque Comes Evulgus de Rocejo, cujus
famam apud vos haud obſcuram eſſe puta-
mus, terram illam ad honorem ſancti Pe-
tri ingredi, & à Paganorum manibus eripe-
re cupiens, hanc conceſſionem ab Apoſto-
lica Sede obtinuit, ut partem illam, unde
Paganos ſuo ſtudio, & adjuncto ſibi aliorum
auxilio expellere poſſet, ſub conditione in-
ter nos factæ pactionis ex parte ſancti Petri
B poſſideret. Qua in re, & labore quicun-
que veſtrûm ſibi adhærere voluerit, omni
charitatis affectu commonitus ergà hono-
rem ſancti Petri talem animum gerat, ut
ab eo, & munitionis auxilia in periculis,
& merita fidelitatis præmia ſecurus accipiat.
Si autem aliqui ex vobis ſeorſum ab illo pro-
priis copiis eandem terram aliqua in parte
intrare paraverint; decet, ut militiæ cauſam
ex animi devotione, quàm juſtiſſimam ſibi
proponant, jam nunc omni voto concipi-
entes, & ex corde ſtatuentes, ne capta terra,
eaſdem, quas illi, qui nunc Deum igno-
rantes, eam occupant, injurias ſancto Pe-
tro faciant.

Hoc enim neminem veſtrûm ignorare
volumus; quoniam niſi æqua pactione per-
C ſolvendi juris ſancti Petri in regnum illud
animadvertere ſtatueritis, potiùs vobis Apo-
ſtolica auctoritate, ne illuc tendatis inter-
dicendo, contrà feremur, quàm ſancta,
& univerſalis mater Eccleſia idem à filiis ſu-
is, quod ab hoſtibus patiendo, non jam
proprietatis ſuæ, ſed filiorum detrimento
ſaucietur. Quamobrem hunc dilectum fi-
lium Hugonem & Cardinalem ſanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ presbyterum in partes illas
miſimus, in cujus ore noſtra ad vos con-
ſilia & decreta pleniùs, apertiúſque diſſe-
renda, ac vice noſtra diſponenda poſuimus.
Dat. Romæ, 2. Kalend. Maji, Indictione
undecima.

*Subjicit Cardinalis Baronius; Paruiſſe Prin-
cipes Hiſpaniarum Gregorio Papæ, ut quæ re-*
D *cuperâſſent à Saracenis, eadem ùt obligata Ro-
manæ Eccleſiæ ab eadem acciperent, atque pro il-
lis canonem ſolverent; docemur exemplo Beren-
garii Comitis Barchinonenſis, qui hoc eodem ſe-
culo, anno nimirum milleſimo nonageſimo primo,
Urbani Papæ anno quarto, cùm recuperâſſet Tar-
raconenſem civitatem, occupatam à Mauris, e-
andem obtulit Romanæ Eccleſiæ, à qua eandem
accepit, conſtituta pro ea annua penſitatione quin-
que libris argenti ex diplomate tunc con-
fecto, quod adhuc extat integ-
rum.*

CAPUT XVI.

E
*Inſtrumentum donationis factæ de ci-
vitate Tarraconenſi Romanæ Eccleſiæ
à Berengario, Comite Barchi-
nonenſi.*

QUoniam audivimus, nec non etiam
ſæpiſſimè vidimus, res verti in con-
trarium mortuis teſtibus: principa-
libus & ſapientioribus placuit, ut res geſtas
literis denotarent, & ita quomodo res ſe
habuit, poſteris ſuis traderent. Quaprop-
ter ego Berengarius Raymundi, Comes Bar-
chinonenſis & Marchio hanc chartam ſcri-
bi juſſi, ut ſemper ſtaret memoria hujus rei,
ſcilicet: Quòd ego Berengarius Comes prædi-
ctus, amore Dei ductus, donavi Domino Deo,
& Apoſtolorum Principi beatiſſimo Petro,
ejúſque Vicario Romanæ Sedis Apoſtolico
omnem meum honorem, qui mihi competit
ex jure paterno, quemadmodum ego diviſi
cum Raymundo Berengario fratre meo, ſicut
ego eum habeo, vel habere debeo, ſpecialiter F
dono ei in Dei nomine Tarraconenſem Ur-
bem cum omnibus, quæ pertinent aut per-
tinere debent ad ejuſdem Urbis nobilitatem,
ea ſcilicet deliberatione, ut ego & mei po-
ſteri omnes, ſicut ſuprà ſcriptum eſt, tenea-
mus hoc totum per manum, & vocem ſan-
cti Petri, ejúſque Vicarii Romanæ Sedis A-
poſtolici, per quinquennium perſolventes
ei cenſum viginti quinque librarum puriſſi-
mi argenti ad juſtum penſum: & ut Princi-
pes univerſi, vel omnes alii, qui mecum
inſudaverint ad præfatæ Urbis reſtauratio-
nem, habeant in confinio huius Urbis pa-
ralodium, ſuam apriſſionem, vel quod ac-
ceperint per manus noſtræ largitionem, non
inde perſolventes aliquam penſionem, niſi
fortè compuncti amore Dei voluerint ipſi
perſolvere ſua gratuita voluntate. G

Ob hoc etiam hanc chartam ratam eſſe
volo, ut omnis hic honor, ſicut ſuperiùs
continetur, nullatenus transferri poſſit in
alterius poteſtatis dominium, ſed ego tan-
tummodò & poſteri mei in perpetuum te-
neamus hoc totum per manus Principis A-
poſtolorum Petri, & ejus Vicarii domini
Urbani Secundi Papæ, & ſucceſſorum ejus
B. Petri Sedem canonicè regentium. H

Hanc oblationem offero Domino Deo &
principibus Apoſtolorum Petro & Paulo
propter redemptionem peccatorum meo-
rum, & patris mei Raymundi, & paren-
tum meorum, per conſilium & voluntatem
Berengarii Archi-Epiſcopi Tarraconenſis,
& Epiſcopi Gerundenſis æquivoci Berenga-
rii, & Vicecomitum Deusdedit Tarraco-
nenſis & Arual * Mironinſis, Brachinonen- ** Minori-
ſis; & Geraldi Alemanni, & Gereberti Gi- enſis.*
rardi, & Guillelmi Raymundi, & Dorche
fratris ſui & Hugonis Dalmacii, & Huberti
Gous-

A Gousberti, & Angeri Gonfredi, & Alberti Bernardi per manum domini * Rainerii Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, qui nunc legatione fungitur in partibus noſtris. Æra milleſima vigeſima octava, anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo.

** Hic poſt Urbanum ſucceſſit Papa, vocatus Paſchalis Secundus.*

Hucusque diploma, cui iſta ſubjiciuntur ab alio addita: Tarraconenſis civitas per Berengarium Comitem, & cæteros Provinciæ ipſius Principes reſtaurari, & inhabitari cœpta eſt; anno autem ſequenti Berengarius Auſonenſis quondam Epiſcopus, per quem potiſſimùm civitas eadem reſtaurabatur, Sedem Apoſtolicam adit, domino Urbano Papæ ſe præſentavit, pallium accepit, privilegium promeruit, per quod in Tarraconenſem metropolim translatus, Archi-Epiſcopus inſtitutus eſt.

B

CAPUT XVII.

Bulla Urbani II. Pontif. de eadem Urbe Tarraconenſi.

URbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri Berengario Auſonenſi Epiſcopo in Tarraconenſem metropolim translato, ejúsque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Inter primas Hiſpaniarum Urbes Tarraconam fuiſſe inſignem, & gentilem, etiam Chriſtianæ paginæ judiciis demonſtrant: Juſtus autem Dominus in viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui cùm in pleriſque judiciis incomprehenſibilis habeatur, in nullo unquam valet reprehenſibilis æſtimari. Ipſe transfert regna & mutat tempora. Ipſi viſum eſt in eadem Urbe olim C Tarraconenſis Urbis gloriam exaltare: ipſi viſum eſt in eadem Urbe peccata populi ſui viſitare. Cùm enim in ea Chriſtianorum populus habitaret, viſitavit in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Sed ecce jam transactis trecentis nonaginta annis, ex quo præfatam Urbem Agarenorum gens propè ſolitariam fecerit: Principum ſuorum cordibus inſpirare dignatus eſt, ut ejusdem urbis reſtitutioni, ſecundùm præceptum Apoſtolicæ Sedis, cui auctore Deo, licèt indigni præſidemus, inſiſterent. Berengarius ſiquidem Barchinonenſis Comes auctoritatis noſtræ perſuaſio- D ne commonitus, pro animæ ſuæ ſalute cum ſuæ poteſtatis magnatibus non ſolùm reſtitutioni præfatæ Urbis inſiſtit, ſed & Urbem ipſam, & omnem poteſtatis ſuæ terram B. Petro, ejúsque Vicariis legali ſtipulatione tradidit, cenſúmque quinque librarum argenti Lateranenſi palatio ſingulis annis ſolvendum inſtituit.

Nos itaque, præſtante Deo, reſtitutionis hujus optamus cooperatores exiſtere, prædicti Comitis inſtitutum, libertatéſque, & conſuetudines, quas novis Tarraconenſis Urbis colonis promulgâſſe cognoſcitur, E collaudamus, & rata manere auctoritate noſtra decernimus. Cum univerſa ſiquidem ipſius Comitis terra, quam B. Petro obtulit, & Tarraconenſem Urbem, ac populum, Domino ibi aſpirante, collectum, ſub Apoſtolicæ Sedis tutela ſpecialiter confovendum ſuſcipimus, libertatémque illius per Comitis Berengarii ſcriptum collatam eatenus confirmamus, ut nemini quidquam ultrà perſolvant, niſi ſponte propria Romanæ ſe faciant Eccleſiæ debitores, &c.

CAPUT XVIII.

Regnum Daniæ.

LIquet hoc ex Epiſtola vel potiùs fragmento Epiſtolæ Alexandri II. Pontificis ad Suenonem Regem Daniæ, à quo exigit cenſum, illo ex Regno Sedi Apoſtolicæ perſolvi conſuetum. F *Recitatur hoc fragmentum à Baronio Annali 11. Anno 1062. N. 109. Et eſt hujusmodi.*

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Suenoni Regi Danorum. *Inter cetera.* Quapropter prudentiam tuam admonemus, ut cenſum regni tui, quem prædeceſſores tui ſanctæ Apoſtolicæ Eccleſiæ perſolvere ſoliti ſunt, nobis, & ſucceſſoribus noſtris transmittere ſtudeat: ita tamen, ut non, ſicut oblatio in altari ponatur, ſed, ùt ſuprà diximus, tam nobis, quàm ſucceſſoribus noſtris, ut certiùs approbetur, præſentialiter offeratur.

CAPUT XIX.

Regnum Galliæ. G

A*Ccipe de hoc Epiſtolam Gregorii VII. lib. 8. epiſt. ult.* Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis noſtris P.... Albanenſi Epiſcopo, & G.... Principi Salernitano Legatis noſtræ Apoſtolicæ Sedis in Gallias ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Vobis commiſſa negotia non latent etiam vos; ita ac ſi noſtra, imò quia noſtra ibi in vobis præſentia eſt, cuncta dignè peragite. Dicendum autem omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, ut unaquæque domus ſaltem unum denarium an- H nuatim ſolvant B. Petro, ſi eum recognoſcunt Patrem, & paſtorem ſuum more antiquo. Nam Carolus Imperator (ſicut legitur in tomo ejus) qui in archivio Eccleſiæ B. Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille & ducentas libras ad ſervitium Apoſtolicæ Sedis, id eſt, Aquiſgrani, apud Podium S. Mariæ, & apud S. Ægidium: excepto hoc, quod unusquiſque propria devotione offerebat.

CA-

A

CAPUT XX.

Saxonia.

H*Ic obſtupeſcent Prædicantes, præſertim Hutterus, qui Witebergæ in Saxonia degit. At quid agas? Saxoniam B. Petro oblatam fuiſſe, diſertis verbis aſſerit Gregorius VII. Cui, abſit, ut minus fidei habeamus, quàm Prædicantibus. Accipe Gregorii verba, ex Epiſtola paulò antè citata.* Idem Magnus Imperator (*Carolus*) Saxoniam obtulit B. Petro, cujus eam devicit adjutorio: & poſuit ſignum devotionis, & libertatis, ſicut ipſi Saxones habent ſcriptum, & prudentes illorum ſatis ſciunt.

Quàm felices hodie eſſent Saxones, ſi ſub S. B *Petro, non ſub Luthero ſtipendia facerent. Quàm fortunati olim Saxones, cùm peculiari Elogio fideles S. Petri audirent. Quod maximè accidit, temporibus Schiſmatis Henriciani ſub Gregorio VII. quibus S. Petrus, & fidelitas S. Petri quaſi pro teſſera militari erat. Bruno de bello Saxonico.* Ibi quidam de noſtris (*Saxonibus Catholicis*) adverſarium (*Schiſmaticum Henricianum*) ſibi videns obvium, velut ſuum ſalutavit ſocium, dicens: S. PETRE, quod nomen Saxones pro ſymbolo tenebant omnes in ore. Ille verò nimiùm ſuperbus, & tantum deridere nomen exorſus, in ejus vertice librato mucrone; *Hoc,* inquit, *tuus Petrus tibi mittit pro munere;* Et nondum ſermonem finiĕrat totum, quum gladium Saxonis alterius in cerebro habebat, dicentis: *Et hoc habeas munus ex parte tui Henrici, tyranni inſanientis.*

C *Eſt autem hæc oblatio, de qua Gregorius VII. longè diverſa ab illa, quam S. Petro à Carolo Magno factam eſſe, memorat Adamus Bremenſis in ſua Hiſtoria non procul ab initio, & ex hoc Albertus Krauzius libr. primo Metropoleos cap. 7. Et ex utroque Calviniſta & Arnaldiſta Goldaſtus Tom. 3. Conſtitutionum Pag. 137. Nam illa, de qua Gregorius VII. facta eſt S. Petro Romæ; illa autem, de qua Adamus; S. Petro, Bremæ; ubi primus Epiſcopus S. Willehadus Baſilicam S. Petro ædificaverat. Nec cùm Saxoniam à Carolo Magno S. Petro Bremæ, oblatam audis, totam, quæ ea ætate Saxonia audiebat, accipe; ſed partem ejus, ampliſſima enim erat; quia ipſemet ſatis diſtinctè in Diplomate oblationis ſuæ tradit; quam partem Saxoniæ S. Petro Bremæ tradiderit. Diploma eſt iſtud:*

D In nomine Domini & Salvatoris noſtri JEſu Chriſti, Carolus, divina ordinante providentia, Rex. Si Domino DEO exercituum ſuccurrente in bellis victoria potiti ſumus, in illo & non in nobis gloriamur, & in hoc ſæculo pacem & proſperitatem, & in futuro perpetuæ mercedis retributionem nos promereri confidimus. Quapropter noverint omnes Chriſti fideles, quòd Saxones, quos à progenitoribus noſtris ob ſuæ pertinaciam perfidiæ ſemper indomabiles, ipſique DEO & nobis tamdiu rebelles, E quouſque illius, non noſtra virtute ipſos & bellis vicimus, & ad Baptiſmi gratiam, DEO annuente, perduximus; priſtinæ libertati donatos, & omni nobis debito cenſu ſolutos, pro amore illius, qui nobis victoriam contulit, ipſi tributarios & ſubjugales devotè addiximus; videlicet, ut qui noſtræ poteſtatis jugum hactenus ferre detrectaverunt; victi jam (DEO gratias) & armis, & fide Domino & Salvatori noſtro JESU CHRISTO & ſacerdotibus ejus, omnium ſuorum jumentorum & fructuum, totiúſque culturæ decimas ac nutrituras, divites ac pauperes legaliter conſtricti perſolvant. Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in provinciam redigentes, & inter Epiſcopos certo limite diſterminantes, ſeptentrionalem illius partem, quæ eſt piſcium ubertate diriſſima, & pecoribus alendis habetur aptiſſi- F ma, pio Chriſto, & Apoſtolorum ſuorum principi Petro, pro gratiarum actione, devotè obtulimus: ſibique in Wigmodia, in loco Bremon vocato, ſuper flumen Wirraham Eccleſiam, & Epiſcopalem ſtatuimus cathedram. Huic parochiæ decem pagos ſubjecimus, quos etiam abjectis eorum antiquis vocabulis & diviſionibus, in duas redegimus provincias, his appellantes nominibus; Wigmodam & Lorgoe. Inſuper ad præfatæ conſtructionem Eccleſiæ, in ſupradictis pagis LXX. manſos cum ſuis colonis offerentes, totius hujus parochiæ incolas, decimas ſuas Eccleſiæ, ſuóque proviſori fideliter perſolvere, hoc noſtræ majeſtatis præcepto jubemus, donamus, & confirmamus, &c. G

Oblatæ Saxoniæ S. Petro à Carolo Magno meminit quoque S. Leo III. hoc nomine Pontifex in Epiſtola ad eundem Carolum, quæ extat Tomo IX. Annalium Baronii, Anno DCC. XCIX. ubi dicitur, Carolum Magnum Montem Eresburg expugnatum Deo cum tota Saxonia obtuliſſe, & per Pontificem Maximum B. Petro conſecrâſſe. Totam nimirum obtulit; quia totam abs ſe devictam S. Petro vectigalem fecit.

CAPUT XXI.

Corſica Inſula. H

G*Regorius VII. lib. 5. Regeſti Epiſt. 4. Anno ſalutis 1077.* Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus Epiſcopis, & viris nobilibus, cunctiſque tam majoribus, quàm minoribus in inſula Corſica conſiſtentibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Scitis fratres & chariſſimi in Chriſto filii non ſolùm vobis, ſed multis gentibus manifeſtum eſſe, Inſulam, quam inhabitatis, nulli mortalium, nullique poteſtati, niſi ſan-

A ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ex debito, vel juris proprietate pertinere: & quod illi, qui eam hactenus violenter, nihil ſervitii, nihil fidelitatis, nihil penitus ſubjectionis, aut obedientiæ B. Petro exhibentes, tenuerunt, ſemetipſos crimine ſacrilegii, & animarum ſuarum gravi periculo obligaverunt: cognoſcentes autem per quosdam fideles noſtros & veſtros amicos vos ad honorem, & juſtitiam Apoſtolici principatus, ſicut oportere cognoſcitis, velle reverti, & diu ſubtractam ab invaſoribus juſtitiam B. Petro veſtris temporibus, veſtríſque ſtudiis redhiberi, valdè gaviſi ſumus: ſcientes; vobis hoc non ſolùm ad præſentem, ſed etiam ad futuram provenire utilitatem, & gloriam. Nec diffidere quidem, aut quidquam in hac cauſa vos dubitare oportet: quoniam ſi modò veſtra voluntas firma, & erga B. Petrum fides immota permanſerit, habemus per miſericordiam Dei in Tuſcia multas Comitum, & nobilium virorum copias ad veſtrum adjutorium, ſi neceſſe fuerit, defenſionémque paratas.

B Quapropter quod in hac re opportuniſſimum nobis viſum eſt, miſimus ad vos fratrem veſtrum Landulfum Piſanæ Eccleſiæ Epiſcopum, cui etiam inter vos vicem noſtram in ſpiritualibus commiſimus, ut terram ex parte B. Petri & noſtra vice ſuſcipiat, & eam cum omni ſtudio, & diligentia regat, & de omnibus rebus ac cauſis B. Petro, & nobis per illum pertinentibus ſe intromittat: cui vos pro amore & reverentia ejuſdem beati Petri Apoſtolorum Principis obedire, & fideliter in omnibus aſſiſtere volumus, & Apoſtolica auctoritate monemus: & ut magis ſecurus, magíſque ad omnia inter vos [C] promptus eſſe valeat, fidelitatem quoque ſi poſtulaverit, præmiſſa tamen ſancti Petri & noſtra, noſtrorúmque ſucceſſorum, non denegetis, nec aliqua occaſione ſibi facere recuſetis. Dat. Romæ 16. Kalend. Octob. Indict. prima. *Ejuſdem argumenti eſt Epiſtola ſecunda libri quinti.*

CAPUT XXII.

Regnum Luſitaniæ ſeu Portugalliæ. Ex Tom. 12. Card. Baronii.

Anno Redemptoris 1179. Dux Portugalliæ Alphonſus primus titulum Regis ab Alexandro III. accepit ob res adversùs Sarracenos præclarè geſtas: quæ cuncta accepta ferens divinæ gratiæ, gratus Deo ipſe obtulit regnum illud [D] *S. R. E. ſub cujus jugiter protectione conſiſteret, perſoluturus annis ſingulis loco cenſus duas auri marcas. Extat de his diploma ejuſdem Alexandri Papæ in turri de Tombo dicta, in qua aſſervantur monimenta Regum, idémque datum hoc Redemptoris anno, & Pontificis ipſius vigeſimo. Eſt de his mentio in Epiſtolis Innocentii Papæ III. quarum una ex Codice Vaticano deſcripta, ſic habet.*

E Innocentius, &c. Sancio illuſtri Regi Portugalliæ. Serenitatem regiam volumus non latere, nos in Regeſtis bonæ mem. Lucii Secundi Romani Pontificis reperiſſe, quòd recolendæ memoriæ Alphonſus pater tuus quatuor auri uncias annuatim Romanæ Eccleſiæ conſtituit cenſuales, ad quarum ſolutionem ſe & hæredes ſuos in poſterum obligavit. Cæterùm cùm idem pater tuus uſque ad tempora felicis mem. Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri Ducis eſſet nomine appellatus; ab eodem meruit obtinere, ut tam ipſe, quàm ejus hæredes regio nomine vocarentur. Ut autem idem pater tuus ſacroſanctam R. E. matrem tuam honore debito prævenire, & ut devotionem, quam circa ipſam habebat, oſtenderet in effectu, centum Byzantios annuatim Romanæ Eccleſiæ conſtituit cenſuales; quos poſt ſuſceptionem regii nominis nec ipſe ſolvit, nec tu poſtmodum ſolvere curâſti. [F] Cúmque id felicis recordationis Clementi Papæ prædeceſſori noſtro relatum fuiſſet, magiſtro Michaëli tunc Eccleſiæ Romanæ Notario, quem ad partes Hiſpaniæ deſtinaverat, per ſuas dedit literas in mandatis, ut te ad ſolvendum cenſum annuum monere diligentiùs & inducere procuraret, & ſi opus eſſet, auctoritate fretus Apoſtolica compellere non differret: Tu autem eidem, prout tibi placuit, reſpondiſti, quòd dictus pater tuus præfato Alexandro anteceſſori noſtro pro annuali cenſu decem annorum mille aureos miſerat: & cùm nondum illi decem anni eſſene expleti, ipſos centum aureos iterum ſolvere minimè tenebaris, licèt illos eidem prædeceſſori noſtro non pro cenſu, ſed ex devotione, quam ad eum habebat, liberaliter donaviſſet: Rogamus igitur regiam ſerenitatem, monemus, conſulimus, & hor- [G] tamur per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus prædictum cenſum dilecto filio fratri Rainerio perſolvere non poſtponas: alioquin noveris, nos eidem dediſſe firmiter in mandatis, ut te ad ſolutionem illius diligenter moneat, & inducat, & ſicut expedire viderit, appellatione remota compellat. Dat. Romæ apud S. Petrum 8. Kal. Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

Ejuſdem argumenti ſunt ex Epiſtolis Innocentii typis excuſis, Epiſt. 144. 151. 152. & hac, quam Baronius ex manuſcripto Codice profert.

Innocentius, &c. A. illuſtri Regi Portugallenſi & hæredibus ejus in perpetuum.

H Manifeſtis probatum eſt argumentis, quòd inclytæ recordationis Alphonſus avus tuus per ſudores bellicos, & certamina militaria inimicorum Chriſtiani nominis intrepidus extirpator, & propagator diligens Fidei orthodoxæ, ſicut devotus filius & Princeps Catholicus multimoda obſequia impendit ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri tuæ, dignum nomen, & exemplum imitabile poſteris derelinquens. Æquum eſt autem, ut

A quos ad populi regimen & ſalutem diſpenſatio cæleſtis elegit, Apoſtolica Sedes ſincero proſequatur affectu, & in juſtis poſtulationibus ſtudeat efficaciter exaudire. Proinde nos attendentes tuam perſonam, ornatam prudentia, juſtitia præditam, atque ad regni gubernationem idoneam, eam ſub beati Petri & oostra protectione ſuſcipimus, & regnum Portugallenſe eum integritate honoris regni, & dignitate, quæ ad Reges pertinet, nec non & alia loca, quæ cum auxilio cœleſtis gratiæ de Saracenorum manibus eripueris, in quibus jus ſibi non poſſunt Chriſtiani Principes circumpoſiti vendicare, ad exemplar felicis memoriæ Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri, qui hæc præfato avo tuo per privilegii paginam conceſſiſſe dignoſcitur, tuæ ſublimitati concedimus, & auctoritate Apoſtolica confirmamus.

Ut autem ad devotionem & obſequium B. Petri Apoſtolorum Principis, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ vehementiùs accendaris: **B** hæc ipſa hæredibus tuis duximus concedenda, eóſque ſuper iis, quæ conceſſa ſunt, Deo propitio, pro injuncto nobis Apoſtolatus officio defendemus. Tua itaque intererit, fili chariſſime, ita circa honorem, & obſequium matris tuæ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ humilem & devotum exiſtere, & ſic te ipſum in ejus opportunitatibus, & dilatandis Chriſtianæ Fidei finibus exercere, ut de tam devoto, & glorioſo filio Sedes Apoſtolica gratuletur, & in ejus amore quieſcat.

Ad indicium autem, quòd præſcriptum regnum B. Petri juris exiſtat, pro amplioris reverentiæ argumento progenitorum tuorum veſtigiis inhærendo, ſtatuiſti duas marchas auri annis ſingulis nobis, noſtriſ- **C** que ſucceſſoribus perſolvendas; quem utique cenſum ad utilitatem noſtram, & ſucceſſorum noſtrorum Bracarenſi Archi-Epiſcopo, qui pro tempore fuerit, tu & ſucceſſores tui curabitis aſſignare, &c.

CAPUT XXIII.

Reges Angliæ.

HOC *manifeſtum evadit ex literis Alexandri II. Papæ, quarum partem recitat Baronius Tom. 11. Anno Chriſti 1068.* Alexander Guillelmo Regi Anglorum, &c. Novit prudentia tua Anglorum regnum, ex quo nomen Chriſti ibi clarificatum eſt, ſub Apo- **D** ſtolorum Principis manu & tutela extitiſſe, donec quidam membra mali capitis effecti, zelantes ſuperbiam patris ſui ſatanæ pactum Dei abjecerunt, & Aoglorum populum à via veritatis averterunt. Paulò pòſt: Nam, ùt benè nôſti, donec Angli Fideles erant, piæ devotionis reſpectu ad cognitionem religionis annuam penſionem Apoſtolicæ Sedi exhibebant, ex qua pars Romaoo Pontifici, pars Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, quæ vocatur ſchola Anglorum, in uſum fratrum deferebatur.

Henricus II. Rex Angliæ Epiſt. ad Alexandrum III. quæ inter Epiſtolas Petri Bleſenſis tenet locum 136. **E** Quoniam ergo vos extulit Deus in eminentiam officii paſtoralis ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus, licèt abſens corpore, præſens tamen animo me veſtris advolvo genibus, conſilium ſalutare depoſcens. Veſtræ juriſdictionis eſt regnum Angliæ, & quantum ad feudatarii juris obligationem, vobis duntaxat obnoxius teneor & adſtringor. Experiatur Anglia, quid poſſit Romanus Pontifex. Et quia materialibus armis non utitur, patrimonium B. Petri ſpirituali gladio tueatur. Contumeliam filiorum poteram armis rebellibus propulſare, ſed patrem non poſſum exuere. Nam & Hieremia teſtante, nudaverunt lamiæ mammas ſuas, lactaverunt catulos ſuos.

Anglia Patrimonium S. Petri, teſte ipſo Rege Henrico II

Thren. 4.

Henricus II. Rex Angliæ contra S. Thomam Cantuarienſem & Alexandrum III. Papam irritatus hanc legem revera exlegem tulerat Anno 1164. Ut Denarii B. Petri non reddantur ampliùs Apoſtolico, ſed diligentiùs colligantur, & ſerventur in theſauro Regis, & expendantur ad ejus præceptum. *Et cùm duo* **F** *Priores Ciſtercienſes, quibus exactio & collectio hujus denarii commiſſa fuerat, ne hiſcere quidem contra Regem auderent, exſurrexit Petrus Bleſenſis, & S. Petri cauſam egit; nec infeliciter, ut ipſe teſtatur in Tractatu contra Depravatorem ſuorum Operum. Lege Baronium Tom. 12. Anno 1164.*

Knuto Rex totius Angliæ, Danamarchiæ & Norvvegiæ in quodam diplomate apud Malmesburienſem lib. 2. Faciatis, ut antequam in Angliam veniam, omnium debita, quæ ſecundùm legem antiquam debemus, ſint perſoluta, ſcilicet eleemoſyoa pro aratris, & decimæ animalium ipſo anno procreatorum, & Denarii, quos Romam ad S. Petrum debetis ſive ex urbibus, ſive ex villis &c.

G *In legibus Angliæ latis à Wilhelmo ſeniore Rege apud Rogerum in Annalibus Anglicanis parte poſteriore. Pag. 603.* Omnis, qui habuerit triginta denariatas vivæ pecuniæ in domo ſua de proprio ſuo, Anglorum lege, dabit denarium S. Petri; & lege Danorum dimidiam Marcam. Iſte verò denarius debet ſubmoneri in ſolemnitate ſancti Petri & Pauli, & colligi ante feſtivitatem, quæ dicitur ad vincula S. Petri, ita ut ultra alium diem noo detineatur.

Si quiſquam detinuerit, ad cuſtodiam Regis clamor deferatur, quoniam Denarius hic eleemoſyna Regis eſt, juſtitia faciat denarium reddi, & forisfactionem Epiſcopi **H** & Regis. Et ſi quis plures domos habuerit, de illa, ubi reſidens fuerit, in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli denarium reddat.

CAPUT XXIV.

Regnum Hiberniæ.

T*Eſtatur hoc Epiſtola Hadriani Papæ IV. ad Henricum II. Anglorum Regem apud Cardin. Baronium Tom. 12. anno 1159. in qua Pontifex in ceteris iſthæc.* Sanè Hyber-

A Hyberniam & omnes Inſulas, quibus Sol juſtitiæ Chriſtus illuxit, & quæ documĕnta fidei Chriſtianæ cœperunt, ad jus B. Petri & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ (quod & ſua nobilitas recognoſcit) non eſt dubium pertinere. Unde tantò in eis libentiùs plantationem fidelem, & germen gratum Deo inſerimus, quantò id à nobis interno examine diſtrictiùs proſpicimus exigendum.

Significâſti ſiquidem nobis, fili in Chriſto chariſſime, te Hyberniæ inſulam, ad ſubdendum illum populum legibus, & vitiorum plantaria inde extirpanda, velle intrare, & de ſingulis domibus annuam unius denarii B. Petro velle ſolvere penſionem, & jura Eccleſiarum illius terræ illibata & integra conſervare. Nos itaque pium & laudabile deſiderium tuum cum favore congruo proſequentes, & petitioni tuæ B benignum impendentes aſſenſum, gratum & acceptum habemus, ut pro dilatandis Eccleſiæ terminis, pro vitiorum reſtringendo decurſu, pro corrigendis moribus, & virtutibus inſerendis, pro Chriſtianæ religionis augmento Inſulam illam ingrediaris, & quod ad honorem Dei, & ſalutem illius terræ ſpectaverit, exequaris: & illius terræ populus honorificè te recipiat, & ſicut dominum veneretur; jure nimirum Eccleſiaſtico illibato & integro permanente, & ſalva B. Petro & ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ de ſingulis domibus annua unius denarii penſione, &c.

Polydorus lib. 13. Hiſtor. Anglicanæ, de Henrico II. Angliæ Rege, qui partem Hyberniæ occupârat: Inſulæ præſidiis firmandæ, ejúſ- C que ſtatui collocando ſumma ope ſibi ſtudendum ratus Dublinum proficiſcitur, ubi convocatis Regulis ac Epiſcopis, agitat de imperio inſulæ ſibi ac ſuis poſteris Regibus perpetuando. Id Hyberni poſſe fieri, niſi auctoritate Romani Pontificis, negabant, quòd jam inde ab initio, poſt Chriſtianam religionem acceptam, ſeſe ac omnia ſua in ejus ditionem dedidiſſent; atque conſtanter affirmabant, non alium habere ſe Dominum, præter ipſum Pontificem; id quod etiam nunc jactitant. His auditis, Rex per Legatos quàm primùm Alexandrum (*Tertium*) Pontificem oravit, ut Hyberniam, quam ipſe nuper domuerat, ad Regnum Angliæ ſua auctoritate adjungeret; quod haud gra- D vatè fecit Pontifex; *iis tamen conditionibus, quas jam ex Epiſtola Hadriani Papæ audivimus.*

CAPUT XXV.

Regna Angliæ & Hyberniæ Sedi Apoſtolicæ non tantùm tributaria facta ſunt ob Denarium S. Petri, ſed & feudataria à Joanne Angliæ & Hyberniæ Rege.

L*iquet hoc ex ſanctione Joannis Regis promulgata Anno ſalutis 1213. Recitatur à Matthæo Weſtmonaſterienſi in Floribus, & eſt talis,*

Univerſitati veſtræ notum facimus, quòd E cùm Dominum, & matrem ſanctam Eccleſiam in multis offenderimus, & propter hoc ipſum divina miſericordia indigere noſcamur, nec quid dignè offerre poſſumus pro ſatisfactione, Deo & Eccleſiæ debita facienda, niſi noſmetipſos, & regna noſtra velimus humiliari, pro illo, qui ſe humiliavit pro nobis uſque ad mortem, gratia ipſa ſancta inſpirante, ad optimum conſilium Baronum meorum, offerimus, & liberè concedimus Deo & ſanctis Apoſtolis ejus Petro & Paulo, & S. Romanæ Eccleſiæ matri noſtræ, ac domino Papæ noſtro, Innocentio Tertio, & ſucceſſoribus ejus, omne jus patronatus, quod habemus in Eccleſiis Anglicanis, totúmque regnum Angliæ, & regnum Hyberniæ, cum omni jure & pertinentiis ſuis pro remiſſione peccatorum noſtrorum, & totius generis noſtri, tam vivis, quàm defunctis. Et amodò illa à Deo, F & Eccleſia Romana, tanquam feudarius, recipientes, & tenentes in præſentia prudentis viri Pandulphi, domini Papæ ſubdiaconi, & familiaris, fidelitatem exinde domino Papæ Innocentio, ejúſque ſucceſſoribus Catholicis, & Eccleſiæ Romanæ, ſecundùm ſubſcriptam formam facientes, & homagium legium, in præſentia domini Papæ, ſi coram eo eſſe poſſemus, eadem faceremus. Succeſſores noſtros, & hæredes de uxore noſtra in perpetuum obligantes, ut ſimili modo ſummo Pontifici, qui pro tempore præfuerit Eccleſiæ, ſine contradictione dictam fidelitatem præſtent, & homagium recognoſcant, & nos inſuper vacantiis Eccleſiarum cuſtodiam perpetuò amittamus.

G Ad judicium autem hujus noſtræ perpetuæ oblationis, & conceſſionis, volumus & ſtabilimus, ut de propriis & ſpecialibus redditibus prædictorum regnorum noſtrorum, pro omni conſuetudine, quam pro ipſis facere debemus, ſalvo per omnia denario ſancti Petri; ſcilicet mille marcas ſterlingorum Eccleſia Romana percipiat annuatim, ſcilicet in feſto S. Michaëlis quingentas marcas, & in Paſcha quingentas marcas, ſeptingentas marcas pro regno Angliæ, & trecentas pro regno Hyberniæ, H ſalvis nobis, & hæredibus noſtris, juſtitiis & libertatibus, & regalibus noſtris.

Quæ omnia, ſicut prædicta ſunt, rata eſſe volentes, & perpetua, atque firma, obligamus nos, & ſucceſſores noſtros contrà non venire. Et ſi nos, vel aliquis ſucceſſorum noſtrorum hoc attentare præſumpſerit, quicunque fuerit ille, niſi admonitus reſipuerit, cadat à jure regni.. Et ut charta obligationis, & conceſſionis noſtræ ſemper firma permaneat, ab hac hora, in antea fidelis ero Deo, & B. Petro, & Eccleſiæ Romanæ, & Domino Papæ Innocentio, ejúſque ſucceſſoribus catholicè intrantibus.

Digitized by Google

Patrimonium verò B. Petri, & ſpecialiter A regem Angliæ & regni Hyberniæ, ero adjutor ad tenendum & defendendum contra omnes homines pro poſſe meo; ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Evangelia, &c.

Hujus donationis meminit quoque Innocentius III. Pontif. in literis ad univerſos Chriſti fideles apud Matthæum Pariſienſem in Hiſt. Anglicana in Rege Joanne: ubi iſta Pontifex. Regnum ſuum tam Angliæ, quàm Hyberniæ B. Petro & Eccleſiæ Romanæ conceſſit, recipiens illud à nobis in feudum ſub annuo cenſu mille marcarum, fidelitatis nobis inde B præſtito juramento, ſicut per privilegium ejus apparet aurea bulla munitum.

Porrò, ut ad Denarium S, Petri revertamur, ejus conſtituendi & ſubditis in regno ſuo indicendi primus Auctor fuit Inas Rex, de quo Polydorus lib. 4. Hiſt. Anglicanæ. Officia ejus Regis, *(Inæ)* pietatis plena, infinita produntur, & illud in primis, quòd regnum ſuum Romano Pontifici vectigale fecerit, ſingulis argenteis nummis, quos denarios vocant, in ſingulas domos impoſitis. Fecit idem ejus exemplo, ùt opinor, ductus Offa Merciorum Rex, qui non multò poſt id tempus regnavit. Fuit is annus ſalutis circiter DCC.XL. Hoc vectigal, prout quidam ſcribunt, auxit poſtbac Ethelvolphus, ſeu Aturphus Rex, qui ùt proximo libro demonſtrabitur, totius ferè inſulæ imperium obtinuit. Omnis Anglia hoc tempore iſthoc vectigal, pietatis & religionis cauſa, Romano Pontifici pendit domeſticatim collatum, & nummi illi argentei vocantur vulgò denarii D. Petri, quos Pontificius quæſtor, quem non inſcienter collectorem nuncupant, exigit. Nos hanc olim quæſturam aliquot per annos geſſimus, ejúſque muneris obeundi cauſa, C primùm in Angliam venimus.

De Offa Merciorum Rege idem Polydorus lib. 4. Hiſtoriæ Anglicanæ. Offa, quem verè ſuorum delictorum pœnitebat, viſus ſibi nequaquam plena manu de commiſſis Deo ſatisfeciſſe, trajecto properè Oceano, Romam ſe contulit veniæ conſequendæ cauſa, Romanóque Pontifici Adriano Primo regnum ſuum vectigale fecit, impoſito tributo ex ſingulis nummis argenteis, quos denarios vocant, domeſticatim in annos ſingulos conferendis, qui fuit Annus ſalutis humanæ, DCC. LXXV.

D *Idem Polydorus lib. 5. de Ethelvolpho Rege.* Haud multò pôſt Romam voti cauſa petivit, ubi à Leone Quarto Pontifice benignè acceptus, fecit Romano Pontifici eam quoque inſulæ partem, quam Egbertus pater ad regnum adjunxerat, vectigalem, imitatus Inam, id quod ſuprà memoravimus; legéque ſancivit, ut qui ex ſuis poſſeſſionibus, triginta denariorum vectigal in ſingulos annos caperent, aut plures domos haberent, pro iis, quas habitarent, ſinguli ſingulos denarios quotannis Romano Pontifici, ad diem feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, vel ſummum, ad vincula Petri ſolverent, quam le- E gem quidam, licèt falsò, Alvredo ejus filio aſſignant. Fuit is annus ſalutis humanæ, DCCC. XLVII.

Matthæus Weſtmonaſterienſis de Ina Rege, Anno Domini 727. Statutum eſt generali decreto, per totum regnum occidentalium Saxonum, in quo prædictus Ina regnabat, ut ſingulis familiis denarius unus, qui Anglicè *Romeſcot* appellatur, B. Petro & Eccleſiæ Romanæ mitteretur.

In hunc S. Petri denarium ab Anglis pendi ſolitum horribiliter declamitant Sectarii, præſertim F *Lutherus in Gloſſematis ſuis ad Donationem Conſtantini, Tom. 6. German. Ienenſi, ubi vocat,* den Peterspfennung, *& mentitur, in ſingula capita fuiſſe ſtatutum; & confeciſſe quotannis novem auri* Tonnas, *hoc eſt, novies centena millia aureorum: & quemlibet hujus generis nummum* æquivaluiſſe dimidiato noſtro Bazio. *Sed hæc tam immenſa ſumma ipſa granditate ſua improbabilitatem ſuam ſtatim patefacit. Utcunque tamen ſit, quæro, num Angli hodie, quàm olim ſint opulentiores, eò quòd non pendant ampliùs numiſma illud S. Petri? Ego certè ſive privatos, ſive Optimates intuearis; omnes, ne uno quidem filo & pilo ob negatam hujus denarii penſionem locupletiores factos exiſtimo: fortè longè egentiores evaſerunt; quod & illis accidit, qui tot ditiſſima Monaſteria, & ſacerdotum collegia, & florentiſſimos Epiſcopatus diripuerunt, eorúmque fortunas in ſuum verè infortunium converterunt.*

Lubet autem hic ad calcem audire, quid Gre- G *gorius VII. ad Wilhelmum Regem Anglorum ſcripſerit lib. 1. Regeſti epiſt. 70.* Rebus ſancti Petri, quæ in Anglia colliguntur, ſic te, ùt tuis, invigilare admonemus; ſic liberalitati tuæ, ùt tua committimus, ut pium & propitium debitorem Petrum reperias, & eum tibi ex debito ſubvenire admoneas, quem ſibi multa te tribuiſſe non latebit.

Adjungamus & hoc, quod Rogerus in Annalibus Anglicanis memoriæ prodidit, quod neſcio, num diverſum ſit ab eo, quod ſuprà à Polydoro expoſitum eſt. Eodem anno (851.) Ethelvolfus Rex decimam totius Regni ſui partem ab omni regali ſervitio & tributo liberavit, & in ſempiterno graphio in Cruce Chriſti pro re- H demptione animæ ſuæ, & anteceſſorum ſuorum uni & trino Deo immolavit; ſic quoque magno cum honore Romam perrexit, filiúmque ſuum Elfredum, quem plus cæteris dilexit, quémque jam antea Romam miſerat, etiam nunc ſecum illò deducens, ibidem anno integro remoratus eſt; quo peracto, ad patriam ſuam remeavit, adducens ſecum Iuthinam Caroli Francorum Regis filiam: Vixit verò, poſtquam Roma rediit, duobus annis; qui inter cætera bona opera, quæ geſſit, omni anno trecentas manculas denariorum Romam portari præcepit; centum, in honore S. Petri ad emendum oleum,

A oleum, quo impleantur omnia luminaria illius Eccleſiæ in vigilia Paſchæ, & ſimiliter in galli cantu: centum etiam in honore S. Pauli Apoſtoli eadem de cauſa; centum verò * manculas Univerſali Papæ Apoſtolico. [* *Mancuſas.*]

CAPUT XXVI.

Regnum Scotiæ.

HOc Regnum ad jus B. Petri pertinuiſſe, manifeſtum fit ex diſceptatione Bonifacii VIII. Papæ cum Eduardo I. Rege Angliæ, **B** *qui cùm Scotiæ Regnum armis ſuum ad imperium adjunxiſſet, reprehenſus eſt à Pontifice, quòd S. Petri jus violare non timuiſſet. Reclamârunt quidem fortiter Angli, ſibique jus in Scotiam competere, ſcriptis ad Pontificem literis, conati ſunt oſtendere; ſed Bonifacius id, quod affirmaverat, proculdubio non ſine idoneis argumentis affirmaverat. De qua controverſia legatur Matthæus Weſtmonaſterienſis in Floribus, Anno M. CCC. I. Et Thomas Walſinghamus in Eduardo I. Et Polydorus lib. 17. Hiſt. Anglicanæ.*

CAPUT XXVII.

Regnum Poloniæ.

C *DItmarus lib. 6. ſcribit Bolizlaum Ducem Poloniæ conqueſtum, ſibi per inſidias Henrici Germaniæ Regis integrum non eſſe,* promiſſum principi Apoſtolorum cenſum perſolvere. *Audis, inquit Baronius, Anno 1013. Excuſaſſe Boleslaum ſeſe, quòd non miſerit cenſum promiſſum Apoſtolicæ Sedi propter Henrici Regis inſidias: erat cenſus iſte ab exordio, ùt apparet, converſionis Polonorum, pietatis ergo promiſſus annis ſingulis principi Apoſtolorum, & ejus loco ſucceſſori Romano Pontifici perſolvi conſuetus.*

De eodem vectigali Longinus rerum Polonicarum ſcriptor apud Baronium, Anno 1041. ubi **D** *agit, quomodo Caſimirus jam Diaconus, qui Cluniaci Monaſticam vitam profeſſus fuerat, diſpenſatione ſummi Pontificis ad regni culmen aſcenderit: nam ea lege vinculis ſolutus eſt Caſimirus,* ut Polonorum regiones ac Regnum in ſignum præſtiti per Apoſtolicam Sedem acceptíque in magno neceſſitatis ſuæ articulo beneficii B. Petro & ſucceſſoribus Romanis Pontificibus de quolibet capite nobilium (capitibus circumſcriptis) uſualem nummum annis ſingulis ſolvat. *Vide Baronium loco cit.*

Primitus porrò cenſum S. Petro ex Poloniæ Regno decretum fuiſſe ob coronam Regiam Polonorum Duci Boleslao à Sede Apoſtolica conceſſam, veriſimile videtur; Licèt enim nonnulli ab Othone III. Imp. id factum tradant, gravior tamen eſt Petri Damiani auctoritas, qui in vita S. Romualdi Diadema regium Duci Polonorum à Sede Apoſtolica transmiſſum teſtatur. Vide Baron. Tom. 10. Anno M.

CAPUT XXVIII. **E**

Regnum Hungariæ.

SAncto Stephano Hungarorum Duci coronam regiam à Sylveſtro II. Pontif. Maximo miſſam, atque adeò Ducatum illum ad Regni ſublimitatem evectum fuiſſe, Anno Redemptoris M. ſcriptum reliquit Cartaitius Epiſcopus in vita ſancti Stephani Tom. 4. Surii, hiſce verbis: Deinde Quarto à patris obitu anno, divinitus permotus eundem Aſtricum Præſulem, qui etiam Anaſtaſius dictus eſt, ad ſanctorum Apoſtolorum limina miſit, à Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſore petitum, ut recèns converſæ Pannoniæ largam benedictionem impertiret, Strigonienſem Eccleſiam ſua auctoritate Metropolim conſtitueret, reliquos Epiſcopatus ſua benedictione firmaret, & ipſum Ducem regio diademate cohoneſtaret, ut eo fultus honore, quæ divinæ gratiæ adjutorio cœpiſſet, ea magis magíſque promovere, ac ſtabilire poſſet.

Per idem tempus etiam Meiſca Polono- **F** rum Dux Chriſtianam complexus Fidem Legatos ſuos Romam miſerat, ut Pontificis benedictionem, & regium Ipſi titulum impetrarent. Aſſenſerat quidem Pontifex, & jam coronam egregio operi confici curaverat, quam ei mitteret, ſua benedictione adjuncta. Sed quia novit Dominus, qui ſunt ejus, qui etiam duobus Apoſtolis propoſitis Matthiam ſocio ſuo prætulit, & cum Apoſtolis annumerandum curavit: illa corona Stephanum ornari voluit, poſtea feliciùs gloria ſempiterna coronandum.

Nocte enim ejus diei, quo ſtatuerat Pon- **G** tifex coronam Polonorum Principi dare perferendam; apparuit ei Angelus Domini, atque ad eum. Noveris, cras, hora diei prima, ignotæ gentis nuntios ad te venturos, ſuo Duci coronam regiam, & Apoſtolicæ benedictionis munus abs te expetituros. Eam ergò coronam, quam parari juſſiſti, illis incunctanter tribue, ad ipſorum Ducem eam aſportaturis; nec dubites, illi eam cum regni gloria pro vitæ ejus meritis deberi. Itaque craſtina luce, ea hora, qua prædictum erat, Præſul Aſtricus ad Pontificem venit, demandatúmque ſibi officium **H** prudenter exequens, ſanctíque Ducis res geſtas ordine referens, à Sede Apoſtolica Regni coronam petiit, oſtendens dignum eſſe Ducem eo honore, & dignitate: quippe qui divina fretus ope multos ſibi populos ſubjugâſſet, multóſque infideles ſua potentia ad Chriſtum convertiſſet. Iis auditis mirè exhilaratus Pontifex, precibus illius libenter annuit; crucémque ante regem, ceu Apoſtolatûs inſigne geſtandam adjunxit. Ego, inquiens, ſum Apoſtolicus: at ille meritò Chriſti Apoſtolus dici

A poteſt, cujus opera tantum populum ſibi Chriſtus requiſivit. Atque ea cauſa, quemadmodum divina gratia ipſum docebit, Eccleſias Dei unà cum populo noſtra vice ei ordinandas relinquimus.

Omnibus impetratis, quæ poſtulârat, Antiſtes Aſtricus lætus ad ſuos revertitur, illud ſecum ferens, cujus cauſa iter illud emenſus erat. Allatis verò Apoſtolicæ benedictionis literis cum corona & cruce, Præſules cum Clero, Comites cum populo in laudes Dei prorumpunt, & Deo dilectus
B Stephanus Princeps ungitur in Regem, & diademate regio feliciter coronatur.

Caterùm, S. Stephanum novum Regem, ut ſe gratum exhiberet, Sedì Apoſtolica Hungaria Regnum obtuliſſe, teſtatur Gregorius VII. lib. 2. Regeſti epiſt. 13. ad Salomonem Regem Hungaria, qui cùm ex ſuo Regno à Ioiade Beli filio ſeu Geiſa ejectus fuiſſet, & ad Henricum IV. Regem Germania, opis quarenda gratia, confugiſſet; id factum Gregorius tanquam in Sedis Apoſtolica prajudicium vergeret, interpretatus, has ad eum dedit literas. Anno ſalutis 1074.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Salomoni Regi Ungarorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Literæ tuæ ad nos tardè propter moram nuncii tui allatæ ſunt: quas quidem multò
C benigniùs manus noſtra ſuſcepiſſet, ſi tua incauta conditio non adeò B. Petrum offendiſſet. Nam ſicut à majoribus patriæ tuæ cognoſcere potes, Regnum Ungariæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ proprium eſt, à Rege Stephano olim B. Petro cum omni jure, & poteſtate ſua oblatum, & devotè traditum.

Prætera Henricus piæ memoriæ Imperator, ad honorem S. Petri Regnum illud expugnans, victo Rege, & facta victoria, ad corpus B. Petri lanceam, coronámque tranſmiſit, & pro gloria triumphi ſui, illuc regni direxit inſignia, quò principatum dignitatis ejus attinere cognovit.

Quæ cùm ita ſint, tu tamen in cæteris quoque regia virtute, & moribus longè diſcedens, jus & honorem ſancti Petri, quan-
D tum ad me, imminuiſti, & alienâſti, dum ejus Regnum à Rege Teutonicorum in beneficium (ſicut audivimus) ſuſcepiſti. Quod ſi verum eſt, qualiter gratiam B. Petri, aut noſtram benevolentiam ſperare debeas, tu ipſe, ſi juſtitiam vis attendere, non ignoras, videlicet, te non aliter eam habiturum, nec ſine Apoſtolica animadverſione diu regnaturum, niſi ſceptrum regni, quod tenes, correcto errore tuo, Apoſtolicæ, non Regiæ majeſtatis beneficium recognoſcas. Neque enim nos timore, vel amore, aut aliqua perſonali acceptione, quantum Deo adjuvante poterimus, debitum honorem ejus, cujus ſervi ſumus, irrequiſitum relinque-
E mus. Verùm ſi hæc emendare, & vitam tuam (ùt Regem decet) inſtituere, & Deo miſerante, adornare volueris, proculdubio dilectionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſicut matris dilectus filius, & noſtram in Chriſto amicitiam plenè habere poteris. Dat. Romæ 5. Kalend. Novembris, Indictione decima tertia.

CAPUT XXIX.

Regnum Bohemiæ.

F *Vicina, conjuncta & affinia Regna ſunt Hungaricum, Polonicum, & Bohemicum. Ut igitur duo priora ſancto Petro vectigalia eſſe voluerunt; ſic eodem pietatis ſtudio, regnum Bohemia, etiam quando Ducatûs titulo inſigniebatur, Sedì Apoſtolica, cauſa pietatis certam penſionem perſolvit. Teſtatur id Gregorius VII. lib. 2. Regeſti Epiſt. 7. ad Uratiſlaum Bohemia Ducem, cujus en tibi partem.*

Pervenit ad nos nuncius veſter, qui magnæ devotionis, & fidelitatis veſtræ exhibitionem nobis retulit, & quæ B. Petro ſub
G nomine cenſus miſiſtis, videlicet centum marcas argenti ad menſuram veſtri ponderis, fideliter præſentavit. Quod quidem gratanter accepimus; ſed charitatem veſtram multò ardentiùs, amabiliúſque, quaſi quibuſdam animi brachiis ad vos uſque porrectis, amplectimur, qui mentem veſtram, & deſiderium magis ac magis erga reverentiam Apoſtolicæ Sedis accendi perpendimus. Beatus autem Petrus, quem vos diligitis, & cui celſitudinem potentiæ veſtræ humiliatis, copioſa vobis proculdubio retributionis munera præparabit, & à ſuo vos munimine tam in præſenti, quàm futuro ſeculo lætificabit, &c.

Dux iſte Uratislaus Regio honore decoratus eſt, Anno 1086. ut ſcribit Coſmas Pragenſis, in fine ſui Chronici, & Dubravius lib. 9. Hiſtoria Bohemica.

CAPUT XXX.

Bavaria.

Sanctum Petrum in Bavaria habuiſſe bona quadam vectigalia, expreſsè colligitur H *ex epiſt. 63. Joannis Papa VIII. qua eſt ad Carolomannum, Ludovici Germania Regis filium: ubi ad finem iſthac leguntur.* Pallium verò veſtra petitione inclinati, Theomaro Archi-Epiſcopo (*Salisburgenſi*) conſuetudinaliter dirigentes, optamus, ut hoc decore interiùs fulgeat in oculis interim judicis, quo nitet exteriùs humanis obtutibus, cuíque quæſo, committite ea, quæ apud Bagoariam B. Petrus Apoſtolus habet, uti nobis annualiter reditus ejus Romam tranſmittat.

Et epiſt. 64. ad ipſum Theomarum: Inter hæc ea, quæ B. Petrus Apoſtolus apud Bagoariorum terram jure proprietatis poſſidet,

A tuæ induſtriæ ſagacitatíque committimus; quatenus amodò & deinceps annuos eorum reditus Romam ſine mora transmittas. *Datum Menſe Novemb. Indict. 11.*

CAPUT XXXI.

Ducatus Apuliæ, Calabriæ atque Siciliæ: itémque Principatus Capuæ.

LEO *Oſtienſis lib. 3. Chronici cap. 15.* Per hos etiam dies *(Anno 1059. Nicolaus Papa)* & Richardo Capuanum principatum, & Roberto *(Guiſcardo)* Apuliæ, Calabriæ atque Siciliæ Ducatum confirmavit, accepta priùs ab eis cum ſacramento Romanæ Eccleſiæ fidelitate, cenſúque quotannis per juga boum ſingula denariis duodecim.

B ## *Juramentum Roberti. Ex Baronio Tom. 11. Anno 1059.*

EGo Robertus Dei gratia & ſancti Petri Dux Apuliæ & Calabriæ, & utroque ſubveniente, futurus Siciliæ, ad confirmationem traditionis, & ad recogoitionem fidelitatis, de omni terra, quam ego propriè ſub dominio meo teneo, & quam adhuc ulli Ultramontaoorum unquam conceſſi, ut teneat: promitto, me annualiter pro uooquoque jugo boum penſiooem ſcilicet duodecim denarios Papienſis monetæ perſoluturum B. Petro, & tibi domino meo Nicolao Papæ, & omoibus ſucceſſoribus tuis, aut tuis, aut tuorum ſucceſſorum nunciis. Hujus autem peoſionariæ reddiooonis erit ſemper terminus, finito vere anoo, ſanctæ Reſurrectionis die Dominico.
C Sub hac conditione hujus perſolvendæ penſionis obligo me, & omnes meos, ſive hæredes, ſive ſucceſſores tibi Domino meo Nicolao Papæ, & ſucceſſoribus tuis. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Evangelia.

Huic juramento aliud additum eſt, quod Fidelitatis *nominari conſuevit, illúdque eidem Nicolao Pontifici idem Robertus Guiſcardus ſic exhibuit.*

Ego Robertus Dei gratia, & ſancti Petri Dux Apuliæ & Calabriæ, & utroque ſubveniente, futurus Siciliæ, ab hac hora, &
D deinceps ero fidelis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tibi Domino meo Nicolao Papæ: In conſilio, vel in facto; unde vitam, aut membrum perdas, aut captus ſis mala captiooe, non ero. Conſilium, quod mihi credideris, & cootradices, ne illud manifeſtem, oon manifeſtabo ad tuum damnum, me ſciente. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ubique adjutor ero ad tenendum, & ad acquirendum Regalia ſancti Petri, ejúsque poſſeſſiooes, pro meo poſſe, contra omoes homines; & adjuvabo te, ut ſecurè, & booorificè teneas Papatum Romanum, terrámque ſancti Petri, & principatum: nec invadere, nec acquirere quæram, nec etiam E
deprædari præſumam absque tuo, tuorúmque ſucceſſorum, qui ad honorem ſancti Petri intraverint, certa licentia, præter illam, quam tu mihi concedes, vel tui conceſſuri ſunt ſucceſſores.

Penſionem de terra ſancti Petri, quam ego teneo, aut tenebo, ſicut ſtatutum eſt, recta fide ſtudebo, ut illam anoualiter Romana habeat Eccleſia. Omnes quoque Eccleſias, quæ in mea perſiſtunt dominatione, cum earum poſſeſſionibus dimittam in tua poteſtate. Et defenſor ero illarum ad fidelitatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Et ſi tu, vel tui ſucceſſores ante me ex hac vita migraveritis, ſecundùm quod monitus fuero à melioribus Cardinalibus, Clericis Ro- F
manis, & Laicis, adjuvabo, ut Papa eligatur, & ordinetur ad honorem ſancti Petri. Hæc omnia ſupraſcripta obſervabo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tibi, cum recta fide, & hanc fidelitatem obſervabo tuis ſucceſſoribus ad honorem ſancti Petri ordinatis, qui mihi firmaverint ioveſtituram, à te mihi conceſſam. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Evaogelia.

Similibus juramentis obſtrinxit ſe Robertus Gregorio VII. ùt videre licet apud Card. Baronium, Anno Chriſti 1080. nam cùm vix verbo à nunc recitatis differant, cauſa nihil eſt, cur exſcribantur; cœpta eſt autem Sicilia à Sarracenorum tyrannide liberari, Anno Redemptoris 1038. Vide hoc anno Baronium. Poſtea G
Anno 1130. data eſt Sicilia Rogerio in Feudum *titulo Regio ab Anacleto Schiſmatico Antipapa. Sed Anno 1139. Rogerius à legitimo Pontifice Innocentio II. Rex Siciliæ declaratus eſt, accepto in Feudum Siciliæ Regno, Ducatu Apuliæ, & Principatu Capuæ. Extat apud Baronium, Anno 1139. diploma* Inveſtituræ, *in quo, inter alia, hæc Innocentius Pontifex.* Nos ergo ejus *(Honorii)* veſtigiis inhærentes, & de potentia tua ad decorem & utilitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ ſpem atque fiduciam obònentes, regnum Siciliæ, quod utique (prout in antiquis refertur hiſtoriis) regnum fuiſſe, non dubium eſt, tibi ab eodem anteceſſore noſtro conceſſum, cum iotegritate hooori regii, & dignitate Regibus pertinente, excellentiæ tuæ concedimus, & Apoſtolica auctoritate firmamus. Ducatum quoque A- H
puliæ tibi ab eodem collatum, & inſuper Principatum Capuanum integrè nihilominus noſtri favoris robore communimus, tibíque concedimus. Et ut ad amorem, atque obſequium B. Petri Apoſtolorum Principis, & noſtrum, ac ſucceſſorum noſtrorum vehementiùs adſtringaris, hæc ipſa, id eſt, regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ, hæredibus tuis, qui nobis, & ſucceſſoribus ooſtris (niſi per nos, & ſucceſſores ooſtros remanſerit) ligium homagium fecerint, & fidelitatem, quam tu

jurà-

jurâſti, juraverint, tempore videlicet com- A petenti, & loeo non ſuſpecto, ſed tuto nobis, & ipſis, atque ſalubri, duximus concedenda: eóſque ſuper his, quæ conceſſa ſunt, Deo propitio manutenebimus. Quod ſi per eos ſortè remanſerit; iidem hæredes tui nibilominus teneant, quod tenebant ſine diminutione.

Cenſus autem ſic, ùt ſtatutum eſt, id eſt, ſexcentorum ſchiſſatorum, à te tuisque hæredibus nobis noſtríſque ſucceſſoribus ſin- B gulis annis reddatur, niſi ſortè impedimentum interveniat: removente verò te impedimentum, nihilominus perſolvetur. Tua ergo, fili charíſſime, intereſt ita te erga honorem, atque ſervitium matris tuæ S. R. E. devotum, & humilem exhibere, ut de tam devoto, & glorioſo filio Sedes Apoſtolica gaudeat, & in ejus amore quieſcat. Siqua ſive Eccleſiaſtica, ſecularíſve potentia huic noſtræ conceſſioni temerè contraire tentaverit; donec præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione coërceat, indignationem Dei omnipotentis, & B. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus incurrat, & quouſque reſipuerit, anathematis ſententia percellatur, Amen.

CAPUT XXXII.

C

Principatus Capuæ.

JUsjurandum fidelitatis, quod fecit Richardus Princeps Domino ſuo Gregorio Papæ.

Ego Richardus Dei gratia, & S. Petri Capuæ Princeps, ab hora & deinceps ero fidelis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ Sedi, & tibi Domino meo Gregorio univerſali Papæ. In conſilio, vel in facto, unde vitam aut membrum perdas, vel captus ſis mala captione, non ero. Conſilium, quod mihi credideris, & contradixeris, ne illud manifeſtem; non manifeſtabo ad tuum damnum, me ſciente. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, tibíque adjutor ero ad tenendum, & acquirendum, & defendendum regalia S. Petri, ejúſque poſſeſſiones recta fide contra omnes homines, & adjuvabo te, ut ſecurè, & honorificè teneas Papatum Romanum, terram S. Petri, & Principatus nec invadere, nec acquirere quæram, nec etiam deprædari præſumam, abſque tua, tuorúmque ſucceſſorum, qui ad honorem S. Petri intraverint, certa licentia, præter illam, quam tu mihi concedes, vel tui conceſſuri ſunt ſucceſſores.

D Penſionem de terra S. Petri, quam ego teneo, & tenebo, ſicut ſtatutum eſt, recta fide ſtudebo, ut illam ſancta Romana annualiter habeat Eccleſia. Omnes quoque Eccleſias, quæ in mea perſiſtunt dominatione, cum earum poſſeſſionibus dimittam in tuam poteſtatem, & defenſor illarum ero ad fidelitatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Regi verò Henrico, cùm à te admonitus fuero, vel à tuis ſucceſſoribus, jurabo fidelitatem, ſalva tamen fidelitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Et ſi tu, vel tui ſucceſſores ante me ex hac vi- E ta migraverint, ſecundùm quod monitus fuero à melioribus Cardinalibus, & Clericis Romanis, & Laicis, adjuvabo, ut Papa eligatur, & ordinetur ad honorem S. Petri. Hæc omnia ſuprà ſcripta obſervabo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & tibi recta fide. Et hanc fidelitatem obſervabo tuis ſucceſſoribus ad honorem S. Petri ordinatis, ſi mihi firmare voluerint inveſtituram à te mihi conceſſam. Actum Capuæ octavo Kalend. Octob. Indictione duodecima.

CAPUT XXXIII.

Regnum Sardiniæ.

G*Regorius VII. lib. 8. Regeſti Epiſt. 10. ad Orzaccum Judicem Caralitanum.* Nolumus ſcientiam tuam latere, nobis F terram veſtram à multis gentibus eſſe petitam: maxima ſervitia, ſi eam permitteremus invadi, fuiſſe promiſſa: ita ut medietatem totius terræ noſtro uſui vellent relinquere, partémque alteram ad fidelitatem noſtram ſibi habere. Cúmque hoc non ſolùm à Normannis, & à Tuſcis, ac Longobardis, ſed etiam à quibuſdam ultramontanis crebrò ex nobis eſſet poſtulatum, nemini in ea re unquam aſſenſum dare decrevimus; donec ad vos Legatum noſtrum mittentes animum veſtrum deprehenderemus.

Igitur quia devotionem B. Petro te habere G in Legato ſuo monſtrâſti; ſi eam (ſicut oportet) ſervare volueris, non ſolùm per nos nulli terram veſtram vi ingrediendi licentia dabitur; ſed etiam ſi quis attentaverit, & ſeculariter & ſpiritualiter prohibebitur à nobis, ac repulſabitur. Auxilium denique B. Petri, ſi in ipſius fidelitate perſeveraveritis, proculdubio quòd non deerit vobis, & hic & in futurum promittimus. Dat. 3. Non. Octobris.

CAPUT XXXIV.

Epiſcopatus Bambergenſis.

H*Unc totum S. Petro obtulit S. Henricus* H *Imperator, ùt manifeſtum fit ex vita ejuſdem Imperatoris: Et in recognitionem hujus rei debuit Epiſcopus Bambergenſis quotannis equum album cum* ſella Romano Pontifici conſentanea *offerre. Fuldenſis quoque Abbatia, & alia nonnulla Germaniæ cœnobia ad S. Petrum olim ſpectârunt; quamvis poſtea Leo IX. permutationem cum Henrico II. Imp. fecerit, & alia eorum loco in Italia acceperit: de qua re Hermannus in Chronico, Anno 1053.* Imperator cum Domino Papa, multíſque Epiſcopis, & Principibus Natalem Domini Wormatiæ egit. Ubi cum Papa (ſicut dudum cœperat) Fuldenſem Abbatiam, aliáque nonnulla loca, & cœnobia, quæ ſancto Petro antiquitus donata

A nata feruntur, ab Imperatore repoſcens exegiſſet; demum Imperator pleraque in Ultramootanis partibus ad ſuum jus pertinentia pro Ciſalpinis illi quaſi per concambium tradidit. *Hæc Hermannus.*

Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 85. hac ratione aſſerit perveniſſe ad Sedem Apoſtolicam Beneventum. Nam ait; Tunc inter ipſum Apoſtolicum, & Imperatorem facta eſt commutatio de Benevento, & Bambergenſi Epiſcopio, ſicut jam ſuprà retulimus.

B *Egit autem hac de re Leo eodem lib. 2. cap. 47.* Hic idem Auguſtus (*Henricus*) ex ſui patrimonii ſumptibus conſtruxit Eccleſiam ad hooorem ſancti Georgii; quam advocato Benedicto Papa conſecrari fecit; Epiſcopalémque in ea ſedem conſtituens, B. Petro ex integro obtulit, ſtatuto per ſingulos annos cenſu, equo uno optimo albo, cum ornamentis omnibus & phaleris ſuis, centúmque Marchis argenti. Poſtmodum Leo IX. Papa Vicariatus gratia, * Beneventum ab Henrico Cooradi filio accipiens, prædictum Bambergenſe Epiſcopium ſub ejus ditione remiſit; equo tamen, quem prædiximus, ſibi ſervato. Inter cæteras autem virtutes, quas idem Imperator habuiſſe narratur, adeò caſtè vixiſſe fertur: ut ad mortem veniens Epiſcopis, Abbatibúſque præſentibus Cunigundam conjugem ſuam propinquis tradidiſſe dicatur, ac dixiſſe; Recipite, quam mihi tradidiſtis virginem veſtram.

* *hoc eſt, per commutationem.*

CAPUT XXXV.

C *Regna Sueciæ & Nortvvegiæ.*

AUguſtinus Steuchus lib. 2. de Donatione Conſtantini. Suecia quoque & Norvvegia, ùt ſubjectæ, ſolvunt Romanæ Eccleſiæ vectigal; quod in antiquis ſummorum Pontificum monumentis, & in antiqua Bibliotheca Lateranenſi coospicitur. Omnes enim domus Sueciæ ſolvunt cenſum Apoſtolicæ Sedi ſingulos denarios.

CAPUT XXXVI.

Romanum Imperium.

D *ROmanum Imperium à ſummis Pontificibus primùm ad Francos, poſtea ad Germanos translatum eſſe; Imperatores item non niſi à Romanis Pontificibus Imperialem unctionem & coronationem accipere, acceptámque illis in acceptis referre, manifeſtum fit ex tribus libris Bellarmini de Translatione Imperii, & ex noſtra eorundem librorum Defenſione; itémque ex Apologia, quam pro Baronio contra Calviniſtam quendam evulgavimus: cui rei probandæ vel una epiſtola Ludovici Junioris Imp. ſufficit, quam miſit ad Baſilium Macedonem Imp. Conſtantinop. ex qua in Baroniano Apologetico epitomen confecimus. Integram invenies apud Baronium Anno Redemptoris 871. Nec opus plura hic addere. Prædicantes noſtri hæc omnia negant. Imperatores, Reges, Principes affirmant. Quibus fidem habebimus?* E

CAPUT XXXVII.

Concluſio.

EX his facilè ſtatuet æquus lector, an, quod Hæretici calumniantur, Romanus Pontifex ſit Antichriſtus, & filius perditioois, *de quo ad Theſſalonicenſes S. Paulus.* F *Quis enim credat, Carolum Magnum, & tot Caroli ſucceſſores fortiſſimos, & partim quoque ſanctitate præcellentes Imperatores, & aliorum Regnorum Reges ab Antichriſto diadema Imperiale vel regium accipere; tantóſque Heroas tot divitiis, tot regnis ac provinciis Antichriſti tyrannidem & truculentiam conſtabilire voluiſſe? Quis ſibi perſuadeat, tantos principes ſua regna Antichriſto vel* tributaria *vel penitus* Feudataria *feciſſe, ùt à plerìſque Europæ Regibus factum? Quis aures & animum non occludat, quando Novatores vociferantur, Sedem Apoſtolicam eſſe* cathedram peſtilentiæ: *& curiam Romanam;* ſpeluncam latronum? *An veriſimile eſt, Imperatores, Reges, ac Principes potentiſſimos tanta beneficia in Sedem Apoſtolicam collaturos & congeſturos fuiſſe; ſi eorum animis tam fœda de Sede Petri exiſtimatio inſediſſet?*

G *Præterea, ſi Papa, Cardinales, Eccleſia & Curia Romana iis moribus eſſent, quibus à Schiſmaticis, Hæreticis, aliiſque turbulenti cerebri declamatoribus depinguntur; Imperatores, Reges & Principes nunquam adduci potuiſſent, ut in hos tam profanos & nefarios tam munifici eſſent, eìſque integras provincias ac civitates, imò & regna donarent, vel ſi minùs donarent; certè ad annuam pecuniæ penſionem obligarent. Neque, niſi rerum omnium imperitus, vel potiùs delirus, affirmabit, Principes fuiſſe deceptos; vel nimio zelo excæcatos, ut quod videndum erat, videre nequirent: nam hoc non eſt principes excuſare, ſed immenſæ ſtultitiæ cujusdam accuſare, quaſi qui clara in luce non perſpexerint, quæ ex ſuis tenebricoſis cavernis & latibulis tam acutè lynces hæretici intuentur. Quis tantorum Principum de Sede Petri, judicia & præjudicia munificentiſſimis factis largiſſimè teſtata pluris non faciat, quàm obſcuriſſimorum homuncionum Satyras & Invectivas, quas odium & livor concepit, dictavit, & in chartas retulit?*

H *Addamus & hoc. Sub exordium quinti Evangelii contentiſſimis vocibus clamabant Lutherus, Huttenus, & ſimiles Furii,* Romam eſſe ioexplebilem voraginem, Scyllam & Charybdim inexhauſtam: totius Germaniæ pecunias eò, ſpecie & nuodinatione Indulgentiarum, confluere: A Romanis infinitos theſauros ex Germania exportatos. *Quæro, num Lutheri ſectatores jam, quando ne unum quidem obolum amplius pro Indulgentiis expendunt;*

A *dunt; vel uno propterea obolo opulentiores ſint, quàm olim, quando Indulgentias venerabantur? Certè, ùt hæreſis alia multa damna, ita & egeſtatem ac mendicitatem ſecum adducit, efficitque, ut nihil ſufficiat; omnibus quaſi in nihilum evaneſcentibus, ùt quotidiana experientia docet. Quapropter frivolis criminationibus annumeretur, quod iſti de Gazis Perſicis ex Germania Romam abſportatis cauunt; nam ùt Sectarii propter abjectas Indulgentias contemptámque Romam ditiores non evaſerunt; quod factum oportuit, tantis theſauris jam in Germania remanentibus: ita nec catholici propter venerationem Indulgentiarum & cultum Romæ facti ſunt egentiores: imò fortunarum ſuarum aliquam jacturam feciſſent, ſi ad Lutheranos tranſiiſſent, quorum Prædicantes, nihil habent Evangelicum, præter,* ſemper egere; *ùt ſcitè alicubi ſcripſit Eraſmus.*

B *In Catholicorum templis tantum adhuc auri, argenti, gemmarum, Margaritarum, & aliorum Cimeliorum aſſervatur, ut integro exercitui alendo abundè ſufficiant. Collige ex Lutheranis & Calvinianis fanis vaſa aurea & argentea, & ſi quid aliud eſt pretioſæ ſupellectilis. Bone Deus, quàm exigua erit copia. Quàm tenuis apparatus. Et tamen ea occupârunt Templa, in quibus olim erat horum omnium numerus propemodum innumerus? Quò devenerunt? Non comparent ampliùs in theſauris Eccleſiaſticis. Nec in privatorum ciſtis. Quò igitur devenerunt? Ratio quidem hercle apparet, inquit ille,* argentum οἴχεται. Elotum, epotum, comeſum, *abſumptum eſt. Ite, nihil eſt, ait ille in* Myſſa Alchymiſtica.

C *Ad ravim uſque detonuerunt Lutherani contra* Annatas, Taxam pœnitentiariæ, *& neſcio quas* exactiones *Romanas. Dicite, quaſo, ſed bona fide: ſuntne Epiſcopi & Archi-Epiſcopi Lutherani, qui Catholicorum Epiſcopatus, & quidem admodum opimos, tenent, nunc ditiores, cùm Romano Pontifici nec pro pallio nec pro confirmatione, nec ratione alicujus alterius tituli quidquam pendunt; quàm erant illi catholici, qui Paſtori ſummo aliquam pecuniæ ſummam perſolvebant? Sunt in Anglia Archi-Epiſcopi & Epiſcopi, ſed Calviniani. Quis credat Archi-Epiſcopos Cantuarienſem & Eboracenſem hodie, quando nihil cum Romana Sede commercii habent, opibus florentiores eſſe, quàm orthodoxos illos Epiſcopos, qui Vicario Chriſti, Petrique ſucceſſori dabant, quæ ex debito danda erant?*

D *Sæpe oſtendi ex Luthero, Sarcerio, Saravia, Povelo, aliiſque Lutheranis & Calvinianis buccinatoribus, quàm Prædicantes arctè & contentè habeantur à ſuis, & quàm curta ſupellectile cogantur eſſe contenti: exhauſtis jam omnibus Eccleſiaſticis reditibus, vel ſi qui adhuc ſupererant, aliorſum verſis atque abreptis. Audiamus hic Lutherum in caput quartum Deuteronomii Tom. 1. Novorum Operum fol. 501.* Man ſehe doch nur darauf, wie ſich die Evangeliſchen Fürſten jetzt ſtellen, wann man ſoll eim Dorffpfarrherrn ſeinen Zehenden, und anders ſein Einkommen raichen, auch die Leute dahin halten, daß ſie verdienten Lohn geben, oder ein dreyßig Gulden zur Beſoldung zulegen, ſo ſagen ſie, wir ſeynd geitzig, es könne die Pfaffen niemand erfüllen, ꝛc. Darum wil man jetzt den Predigern ihre Unterhaltung nicht geben, Wann man ſie ſoll ernehren, ſo zehlet man ihnen die biſſen Brods ins Maul. Tantùm animadvertatur, quo modo Evangelici (*Lutherani*) Principes ſe gerant, quando parochis (*Prædicantibus*) paganis decimæ, aut alii reditus ſunt dandi; aut ſubditi eò impellendi, ut debitum ſtipendium perſolvant, vel triginta aureos, auctarii loco, adjiciant. Mox clamitant, Popos eſſe avaros; Quapropter Prædicantibus jam ad ſuſtentationem ſuam nihil præbere volunt: imò cùm victus ſuppeditandus eſt, omnes buccellæ, quas in os inſerunt, annumerantur. E F

Idem Lutherus in cap. 6. Evangelii S. Joannis Tom 2. Novorum operum. Könte man die Prediger hunger ſterben laſſen, ſo thäte man es zum aller willigſten, Verfolgen auch die Prediger, und könten ſie dieſelbigen zum Land hinaus jagen, ſo thäten ſie es viel lieber. Si Prædicantes fame enecare poſſent, nihil illis gratius accideret. Perſequuntur itidem Prædicantes; quos ſi exturbare penitus poſſent, longè libentiùs id agerent. *In Margine addit Aurifaber hoc ſcholium.* Jetzt ſolteſt du heiliger Luther leben, und ſehen, wie es durch einander gienge. Jam vivere deberes ſancte Luthere, & intueri, quid rerum agatur: *quaſi dicat: Tempore Lutheri fuiſſe auream, vel certè argenteam ætatem; at nunc agi ferream vel plumbeam. Sed ſatis de his, quorum labyrinthum ſi ingrediaris, nullum exitum invenias.* G

APPENDIX PRIMA.

DE EDICTO DONATIONIS CONSTANTINIANÆ,

ET NOVO AD ID COMMENTARIO.

H *Cum iſte Commentariolus jam prælum ſubjiſſet, oblatus eſt mihi recèns excuſus liber, qui Græcolatinam donationem Conſtantini Magni, & ad eam Commentarium, & præterea quandam Conſtitutionem Othoni III. Imp. adſcriptam, cum aſſimili explicatione complectebatur. Etſi autem de hoc argumento ſatis copiosè ſcripſi in Apologia pro Illuſtriſſimo Cardinali Baronio cap. 21. ab inſtituto tamen hujus opuſculi, quod nunc evulgo, nihil abhorrens me facturum cenſui, ſi breviter quædam ex novo hoc Commentario enotarem,*

&

A *& ad examen vocarem. Et quia Auctor latere voluit, lateat ſanè, per me licet; tametſi magis latuiſſet, ſi encomiaſtes illius in ſuo* Rationali *ſilere, quàm loqui maluiſſet.*

Ac primùm quidem in peroratione ſua & alibi ſæpius, tantùm non coronam ſibi depoſcit ob larvam Conſtantiniano Edicto detractam; ùt & ob proditum ejus Auctorem. Sed ſi hoc coronam meretur, non hujus, ſed Baroniano capiti imponenda erit; Baronius enim, quod iſte diffiteri nequit, jam pridem Tomo 3. Annalium Eccleſiaſticorum ad Annum Chriſti CCC. XXIV. & copioſiùs Tomo 12. ad Annum Redemptoris M. C. XCI. Edictum ſub nomine Conſtantini venditatum, commentis accenſendum docuit; B *quod & à nonnullis ante Baronii Tomos factitatum. Baronius quoque ante iſtum patefecit, quemnam Othonianum diploma Edicti hujus architectum faciat, nempe Joannem* Digitorum, *ſeu* Mutium, *ſeu* Mutilum, *ſeu* Murcium. *Quare non eſt, quòd tantopere de prodito abs ſe figmenti hujus fabro iſte glorietur: cujus certè argumentum, quo edictum falſitatis convincere conatur, viribus caret: & eſt iſtud.* Duodecim extant diverſæ editiones hujus do- Fol. 33. nationis; ergo commentitia eſt. *Perinde ac ſi diceret*: Octo vel novem vel decem extant diverſæ inter ſe editiones Bibliorum partim ex Hebræo, partim ex Græco; ergo Biblia ſunt fictitia, vel ſaltem non injuria in dubium trahuntur. *Quantum ponderis in hoc argumento, tantum eſt & in illo priore; neque arbitror, tanto diſcrimine ullam Edicti hujus verſionem ab aliis diſtare, quantum translationes Bibliorum Tremelii, Junii, Münſteri, Caſtalionis, &c. ab editione veteri, ac vulgata diſcrepant.*

C *Nec firmius eſt argumentum à Stylo ævi Conſtantiniani, cum quo, ait iſte,* phraſin Edicti non ſatis congruere. *Si edictum hoc contineret ea, quæ Calviniano & Lutherano ſtomacho arrident*; ùt Papam Romanum non eſſe omnium Antiſtitum ſupremum; Eccleſiam Romanam non eſſe omnium Eccleſiarum caput & matrem: Non decere, ut Papa divitias atque integras provincias poſſideat, ſublimíſve in equo aut mulo vehatur: *Si, inquam, hæc & ſimilia effata in Edicto illo ineſſent, jam Conſtantiniani ævi ſtylum & totum ſtyli genium Calvinianis criticis redoleret. An non ipſa Conſtantini ætate latinæ linguæ maxima inclinatio jam facta fuerat? An non etiam tunc latina vocabula Græcis, & hæc illis permiſceri cœpta ſunt?*

Forſitan tertium telum erit penetrabilius. D *Videamus:* Nemo veterum hujus Edicti meminit: ergo commentitium eſt. *Reſpondeo, an non ſat vetuſti Auctores, qui ante quingentos, & quod excurrit, annos vixerunt, ùt Leo IX. qui certè hujus Edicti non meminit, ùt nuperi; ſed ùt vetuſti; nec Græcis illud intrepidè objeciſſet, ſi illud à Græcis tam facilè novitatis accuſari potuiſſet. Et quot veterum monumenta hodiéque in lucem emergunt, de quorum tamen fide tam non dubitamus, quàm ut plura* E *ejuſdem generis quotidie eruantur, optamus. Taceo Acta Sylveſtri, quibus hoc Edictum inſertum; quia forſan oggeret, à recentioribus intruſum, vel ipſa Acta in fabulis numerabit. Verùm, ut ita agat, nobis tamen ſemper liberum erit quærere, unde hæc comperta habeat; neque ullam unquam reſponſionem afferet, quæ adverſario os ſic oppilet, ut penitus obmuteſcat.* F

Hæc non diſputo, ut Edicto huic fidem adſtruam; ſed eò duntaxat, ut oſtendam, iſtum nondum attudiſſe eas probationes, per quas Pontifex de poſſeſſione Urbis Romanæ & aliarum Provinciarum dejectus ſit, aut propter quas dejici debeat; aut ſignum dandum Principibus; ut adverſus Pontificem arma capiant; quid enim aliud ſunt hæc ex præfatione ad Magnæ Britanniæ Regem verba, quàm claſſicum? Fas erit, ut quemadmodum Superioris ævi infelicitate & tenebris ad ſuum commodum abuſi (*Pontifices*) creverunt, ita horum felicitate, & luce divinarum humanarúmque literarum renata, confuſi deprimantur, ut quantum illis noſtra cœcitas indulſit, tantum divina jam illuſtratio detrahat.

Crede mihi cuivis hæc tentanti, & buccinæ tuæ ſonum ſequi volenti citiùs detrahentur ſua, quàm S. Petro ſua, citiúſque deprimetur, quàm G *deprimat, quiſquis S. Petrum deprimere volet. Olla Calviniana ſi cum* Petra *certamen ineat, quid lucri faciet, niſi hoc, ut ex inſultu in fruſta minuta diſſiliat? Meritò autem mireris, cur duo iſti ſpiritus, Calvinianus & Lutheranus tubam ſemper inflent, ut Pontifex privetur iis, quæ juſtiſſimè à multis annorum centuriis tenet, nec tamen vel minima ſollicitudine tangantur ob tot florentia regna, quæ Machomet Chriſtianis per ſummum nefas ademit?*

Illud verum non eſt, quamvis ut verum obtrudatur Magno Regi, itémque Principi, quibus iſte ſuum plumbum pro auro conſecravit; Romanos Pontifices, non alio magis, quàm H iſto à Conſtantino fulcro uſurpatæ potentiæ uſos eſſe. *Quod ſanè à vero quàm longiſſimè abit; nam præter Leonem IX. vix proferet Scholiaſtes, ullum Pontificem, qui Edicti hujus diſertè meminerit; tantum abeſt, ut præſules Romani puppim & proram* potentiæ ſuæ *in eo collocârint: nam quod ad ſpiritualem ſeu Eccleſiaſticam poteſtatem attinet, pro* fulcro *immoto & & inconcuſſo, & ne à portis quidem inferorum concutiendo, habent illam Domini ſententiam Matth. 16.* Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &c. Et tibi dabo claves regni cælorum, &c. *Nôſti cætera. Item illam Domini juſſionem:* Paſce oves meas, &c. *His nixi Pontifices canunt cum B. Davide*: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo! &c. Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum, ſi exſurgat adverſum me præ-

A lium, in hoc ego ſperabo. *Nec pro præcipuo* fulcro *potentiæ temporalis, habent Romani Pontifices Conſtantinianum diploma, prout hodie vel falſum, vel falſatum extat; ſed aliorum Imperatorum, Regum ac Principum indubitatas donationes, quas in hoc noſtro Opuſculo recitavimus; & Lectori in unum quaſi faſcem comportatas, fideliter repræſentavimus, ut ſilens præteream alios juſtiſſimos titulos, quibus Romani Antiſtites, ea, quæ poſſident, tenent. Quamvis ipſa per ſe donatione Conſtantini, meritò quoque nitantur, cùm eam fictitiam eſſe nemo hactenus evidenter demonſtraverit.*

B *Quocirca cùm iſte in altera ad Sereniſſimum Venetiarum Principem Epiſtola, ſeſquipedalibus verbis ampullatur*, Pontificibus Romanis nullam habendam fidem, utpote, qui in re tanta, commentitio diplomate univerſum mundum deceperint; & totam potentiæ ſuæ machinam fictitio Edicto inædificârint; *caveat, ne ſibi omnem fidem adimat, cùm, quod tanta aſſeveratione affirmat, à vero remotum ſit; nullúsque Pontificum; his* tibicinibus, *ùt iſte loquitur, poteſtatem ſuam ita firmârit, ut ſi fortè ſubtraherentur, neceſſe eſſet, totam molem impoſitam labefactari ac corruere. Caveas, quæſo, ne quis tua verba uſurpans lectores moneat, ut diſpiciant*, quid *tibi* fidei ultra habendum ſit, qui velut omne humanum genus cum poſteritate cerebro caſſum ratus, talia (*lædoriarum & pſeudologiarum*) portenta fingere auſus, ficta producere & obtrudere non dubitâſti, & an errare poſſis, cui fallere ludus eſt. Denique quid om-
C nino ſani & ſinceri ab illo exſpectandum, qui in ſumma *ſcriptionis* ſuæ conſtituenda tali fide & integritate verſatus agnoſcitur; *quique in tota hac diſceptatione parùm dialecticè diſſerit: nec videt hanc conſecutionem eſſe vitium expertem.* Inſtrumentum Donationis Conſtantinianæ, quod vulgo circumfertur, ſuppoſititium eſt; Ergo ipſa etiam Donatio exiſtimari debet falſa. *Dialecticus paulò oculatior oggeret, hoc non ſequi, poſſe enim fieri, ut donationis factæ legitimum inſtrumentum diuturnitate temporis periêrit, aut additione & detractione corruptum fuerit, & hoc, quod jam teritur, in ejus locum ſucceſſerit.*

Addet, hanc donationem fortaſſis per ſolos te-
D *ſtes absque ullo Inſtrumento peractam. Adjunget & hoc, ex ſpuriis tabulis hujus donationis per ſe nihilo magis confici, hanc donationem eſſe fictitiam, quàm ſi quis Celſus aut Julianus ſententiam Pilati, quæ in plurium manibus verſatur, & à quibusdam non ex fæce plebis legitimi inſtrumenti loco habetur; fictitiam eſſe evincat; & poſtea ulteriùs progreſſus, ipſam etiam veritatem Evangelii, quæ Chriſtum à Pilato damnatum eſſe prodit, exterminare tentet, aut exterminatam cenſeat, eò quòd falſum inſtrumentum ſit exterminatum.*

Neque Baronius ipſam Donationem, ſed Donationis diploma, prout hodie apud Græcos & La- E *tinos legitur, falſitatis accuſavit. Donationem certè probabilibus conjecturis niti demonſtrat. Neque obſtat, quòd Imperatores poſt Conſtantinum Romæ & alibi in Italia, tanquam in ſuis provinciis imperitârunt; nam ùt benè monet Cardinalis Baronius*, inuſus *ſeu non uſus rei, non arguit, rem non eſſe conceſſam. Scribit enim Dio lib. 53. Senatui Romano olim ab Auguſto tributas Africam, Aſiam, Numidiam, Epirum, Græciam, Dalmatiam, Macedoniam, Bithyniam, Pontum, Cyrenen, Siciliam, Sardiniam, & Hiſpaniam Bæticam, & tamen poſteriores Imperatores has provincias arbitratu ſuo adminiſtrârunt: & in ipſo Edicto Conſtantiniano expreſsè dicitur, Sylveſtrum Diademate Imperiali, ſibi à Conſtantino oblato, uti noluiſſe, idémque teſtatum reliquit Leo IX. Pontifex Epiſt. ad Michaëlem Imperatorem Conſtantinopolitanum. An ideo coronam regiam Conſtantinus non conceſſit, aut donavit, quia Sylveſter ea uti recuſavit?*

Nec illud de nihilo eſt, quòd illuſtriſſimus F *Card. Baronius rectè annotavit; Francorum Chriſtianiſſimos Principes ſuis in Donationum Diplomatis profiteri, ſe ditiones à Longobardis ablatas, Romanæ Eccleſiæ reſtituere.* Si enim Romana Eccleſia, *inquit Baronius*, ante collata illa à Francorum Regibus privilegia jam potiebatur rerum dominio, unde illud ſibi, niſi jure debitum, potuit vendicâſſe, cùm certum ſit, illud nulla factum armorum vi, atque violenta graſſatione?

Ex Francicis donationibus prima eſt Pipini Regis: Anno Chriſti DCC. LV. quam ſuprà recitavimus. At ante hanc, Pontifices Romanos multas provincias poſſediſſe, manifeſtum fit ex duabus Epiſtolis Stephani Papæ ad Pipinum apud Baronium Anno DCC. LV. Et ex illa, quam ſub B. Petri nomine ad eundem Regem miſit; in his enim advocat Pipinum cum Francis, ut ablata à Longobardis reſtituat B. Petro.

Pipini donationem multis annis anteceſſit illa, G *de qua Paulus Diaconus de Geſtis Longobardorum lib. 6. cap. 28.* Hoc tempore (*nimirum Anno Redemptoris DCC. IV. Ex Card. Baronii computatione*) Aripertus Rex Longobardorum donationem Patrimonii Alpium Cottiarum, quæ quondam ad jus pertinuerant Apoſtolicæ Sedis, ſed à Longobardis multo tempore fuerant ablata, reſtituit; & hanc donationem aureis exaratam literis Romam direxit.

Ubi vides, etiam hunc Regem prædictas ter- H *ras, Eccleſiæ Romanæ non tam donâſſe, quàm reſtituiſſe; quia jam quondam ad jus Apoſtolicæ Sedis pertinebant. Ergo ante Aripertum; ergo diu ante annum ſalutis DCC. IV. Licèt Chronicon Reicherſpergenſe donationem hanc ad præcedentem annum referat: quam donationem, vel potiùs antiquæ poſſeſſionis confirmationem, confirmavit poſtea Luitprandus Rex, ùt ſcribit idem Paulus lib. 6. cap. 43. Nec reticet Chronicum Reicherſpergenſe. Cùm ergo certo certiùs conſtet, Ro-*

manam

A manam Eccleſiam ante Francorum Reges & Imperatores, & ante Aripertum Regem Longobardorum, varias provincias ſua in ditione tenuiſſe, neque de alio titulo acquiſiti Dominii publicis Literarum monumentis aliquid conſtet, non improbabiliter hoc jus ex Donatione Conſtantini derivatur.

Si quis principium temporalis poſſeſſionis referat ad annum Domini DCC. XXVI. & DCC. XXVII. quando Roma, & tota fermè Italia à Leone Iſauro propter Iconoclaſticam impietatem deſcivit; hoc tamen ad multas illas cortes & villas Alpium Cottiarum referri non poteſt, cùm multis annis antea ad jus Apoſtolicæ Sedis ſpectârint, ùt antea vidimus: & quod Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ ſcribit, Romam Romanúmque Ducatum prædicto anno in poteſtatem Pontificis Romani Gregorii II. ſponte conceſſiſſe; id non tam de jure novo tunc acquiſito; quàm de veteri tunc ad uſum revocato accipi & explicari poteſt.

B Hæc & ſimilia non abſque veriſimilitudine pro Donatione Conſtantiniana diſputare licet; etiamſi apertè concedamus, Diploma, quod hodie ſupereſt, commentitium eſſe. Debebat profectò iſte donationem ab Inſtrumento, & hanc ab illa diſcriminare; falsúmque cum probabili non miſcere; qui etiam in Epiſtola ad Regem miratur, qui fieri potuerit, ut Aquilonigenæ, & toto orbe diviſi Britanni, & Germanicæ originis coloni Angli, Saxones, Nortmanni, Latiali Flamini (Romano Pontifici) ceu nexu mancipióque proprii, aut duro Marte ſubacti, capitis cenſum perſolverint, & qui Conſtaotini jugum excuſſerant, ejus Dooatario obooxii ſubditique facti fiot. At non miraretur, ſi eodem ſpiritu, quo priſci illi, caleret; qui id fecerunt ducti pietatis & propriæ ſalutis amore, & inſuper religione in Deum, ac reverentia erga S. Petrum C Apoſtolum, ejúſque in terra ſucceſſorem Romanum Pontificem; quod iſtum docebunt illa, quæ ſuprà de Denario S. Petri ex variis Hiſtoricorum monumentis commemoravimus. Si ſpiritus Calvini & Lutheri hæc non capit, id ideo fit; quia mallet S. Petrum ſpoliare, quàm muneribus exornare; Non dare, ſed prædari ſolet. Ex quo genio prodiit hoc quoque Epiphonema. Verùm bene, gratia ſuperis, habet, & ô mactos animi majores tuos, Rex Magne, quorum virtute rejecto alieno jugo, Denarium illum S. Petri ereptum Roma plangit, libertate recuperata jam Rom-ſceob apud vos inter caſca & exoleta habetur.

D Mihi hîc primùm occurrit illud Propheticum. Iſaiæ cap. 9. Et erunt, qui beatificant populum iſtum ſeducentes, & qui beatificantur, præcipitati. Et illud ejuſdem cap. 3. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant. Deinde, neſcio quos iſte majores Jacobi Regis intelligat. Nam ſi Scoticam ſucceſſionem ſpectare velimus, nullus omnino reperietur, qui ejuſdem fidei cum Jacobo Rege fuerit. Si Anglicanam; præter unam Reginam, alium non monſtrabis. Nam Eduardus fermè puer obiit, credere ſolitus, quidquid Protector dictabat. Henricus VIII. nec Lutherum, nec Zuvinglium ſequebatur; quia utriuſque ſectatores in cineres vertebat. Denarium quidem ſancto Petro ademit, ùt & Eduardus, & Eliſabetha; ſed utri potiùs Regis hujus majores ſequendi erant, num tres iſti noviſſimi? an tot centeni alii, quà Sanctimoniæ laude præſtantes, quà veſtutatis canicie venerabiles, Offa, Ina, Ethelvolphus, alii, qui hoc religioſum tributum partim inſtituerunt, partim Deo & S. Petro religiosè perſolverunt? At dic bona fide, num tu vel Anglicanam Rempublicam univerſim, vel ſingulas familias ſigillatim opulentiores nunc arbitraris, quàm olim, quando pium hoc vectigal S. Petro pendebant: cujus amiſſio tam non angit Romam, quàm eandem excruciat florentiſſimi quondam Regni interitus ſpiritualis, & tot millium animorum perditio inæſtimabilis. E

Vide autem, quàm cautè & circumſpectè iſte ſcribat. In notis ad fictitium Diploma Othonis ex Othone Friſingenſi lib. 4. Chronici cap. 3. repetit hæc verba. Exhinc, (id eſt, à tempore Donationis Conſtantinianæ, & ob Donationem Conſtantinianam) Romana Eccleſia occidentalia regna, tanquam ſui juris, à Conſtaotino Magno ſibi tradita affirmat; in argumentúmque tributum, exceptis duobus Francorum regnis, uſque hodie exigere non dubitat. Id tributum, inquit Scholiaſtes, in ſingula hominum capita pro recognitiooe impoſitum Denarii S. Petri nomine ſat ootum, in ipſas uſque Britanoias invectum, quod in legibus Anglo-Saxooum veterum Rom-ſceob dicitur. Eadem fermè ſcribit Commentator ad Diploma Conſtantinianum, fol. 78. 79. F Fol. 20.

At his obſtat I. quòd Anglorum Reges Denarium S. Petri ſuis indixerunt non ob donationem Conſtantinianam; non impulſu ullius Romani Pontificis; ſed liberè, ob ſolum amorem cæleſtis Numinis, & S. Petri Apoſtoli, curámque ſalutis propriæ; ùt concorditer Anglicani ſcriptores tradunt, quorum teſtimonia ſuis jam locis produximus. G

Deinde Hybernia cenſum S. Petro perſolvebat, ùt ſuprà vidimus; at Conſtantinus Hyberniam in ſua poteſtate nunquam habuit. Si igitur Germania & Francia ab hoc tributo excipiebantur, quòd duo hæc regna Conſtantinus nunquam poſſederit, oportuiſſet Hyberniam quoque excipi. At non fuit excepta: ſignum igitur eſt alia de cauſa, quàm ob Donationem Conſtantini hoc vectigal Hyberniæ fuiſſe impoſitum.

Adhæc pleráque alia Europæ Regna penſionem nonnullam S. Petro quotannis offerebant, ùt antea oſtenſum, non propter Conſtantinum, ſed quia ipſi Reges ſe S. Petro obligatos cupiebant, cæleſtem tutelam & proſperos in rebus agendis ſucceſſus ex hac obligatione ſibi polliciti. Exempla non parca manu, ſed modio, quin & trimodio jam antea admenſus ſum. H

Præterea, ſi Denarius S. Petri manavit ex

 Dona-

Donatione Conſtantini, tum fieri non poteſt, ut
A *Joannes Diaconus, is qui vitam S. Gregorii qua-*
tuor libris complexus eſt, Donationis Conſtantinia-
næ primus Auctor & promulgator fuerit, ùt ſcho-
liaſtes nobis perſuadere contendit. Nam Offa Rex
Anno DCC. LXXV. Denarium S. Petri Regno
ſuo impoſuit, teſte Polydoro, lib. 4. Hiſtoria An-
glicæ: Joannes verò Diaconus, quem iſte primum
Diplomatis & Donationis Conſtantini conditorem
facit; multis pòſt annis vixerit, nempe ſub Ca-
rolo Calvo, ùt dicit ſcholiaſtes, hoc eſt, anno
DCCC. LXXVI. & ſub Joanne VIII. Pontifice,
quem alii ſeptimum *nuncupant, cui vitam S.*
Gregorii à ſe conſcriptam dedicavit.

Forſan reſpondebit, Joannem Diaconum non
fuiſſe Auctorem rumoris & perſuaſionis de Dona-
tione Conſtantiniana, ſed Diplomatis. At ſi
hoc nobis oggerat, ipſemet vinea ſua cadet; quia
B *in toto ſuo commentario nil aliud contendit, quàm*
pervulgatam opinionem de Donatione Conſtanti-
ni non aliunde fluxiſſe, quàm ex fictitio diploma-
te in Joannis Diaconi officina procuſo.

Illud non nemini nimis poëticum, imò ridi-
culum videbitur, quod ſcholiaſtes in præfatione
ad Britanniæ Regem ſcribit. Ipſe te Conſtan-
tinus coràm appellat, Cæſar, Regem, Mag-
num, Maximus, Britannus, Britannum.
Et optimi Principis famam improborum
artibus indignè ſugillatam, quem pro im-
minutore Imperii & abdicatore traductum
iverunt, manes ejus & umbræ quiritantur:
Et quia cum potentibus adverſariis res eſt,
potentiſſimi ſimul & ſapientiſſimi Regis ſup-
petias vindiciáſque expoſcunt.

At, niſi fallor, Conſtantinus Magnus ex lu-
cidis illis cæli ſedibus his ſua gloria tam ſtrenuis
C *aſſertoribus accinet.* Non his auxiliis, nec
defenſoribus iſtis tempus eget. *Patrocinio ve-*
ſtro nihil mihi opus. Aliò id transferte & con-
vertite. Non novi vos: nam qui Eccleſiam
Romanam, in qua ad ſempiternam beatitudi-
nem renatus ſum, nec agnoſcis, nec au-
dit, ille mihi, ex Chriſti monito, Ethnicus
eſt & publicanus. Coquit te cura imminuti Im-
perii. *Recupera primùm, quæ Mahometani &*
alii inde, abſtulerunt, & ubi recuperaveris,
tum redito, ut diſpiciamus, quid ſtatuendum
de illis, quæ Romana Eccleſia, meo & ſucceſſo-
rum meorum, aliorúmque Regum conceſſu ac mu-
D *nificentia poſſidet. Zoſimum Ethnicum, aut Ju-*
lianum quempiam hæc, quæ tu blatis, dece-
bant, non illum, qui Chriſtum & Evangelium
fert in ore; O ſi & in pectore. Chriſto & S.
Petro ſi quid dederis, cum magno lucro dederis;
id expertus ego, quidquid tu poſt tot annorum
curricula contrà garrias. Si ſapere neſcis, ſaltem
tacere diſcas.

Vocas me Maximum. *Verebar, ne* Maxi-
mus *eſſem, niſi* Maximus *à te prædicarer. Si*
tibi Maximus *ego, cur fol. 38. & 39. tan-*
tùm non in Neronem aut Diocletianum me trans-
formas? Cur Juliani, Zoſimi & aliorum in me
convicia regeris? Peccavi quædam, ùt homo;
ſed primùm, baptiſmatis; pòſt, etiam lacryma-
rum ac pœnitentiæ ſalutaribus undis ablutus ſum.
Tu quando vel unam guttulam ob ſcelera tua ex E
oculis tuis effudiſti? Cur cum Zoſimo, & Ju-
liano rides meum baptiſmum, & hos baptiſterio
meo adjunctos verſiculos?

Inſons eſſe volens, iſto mundare lavacro,
Seu proprio premeris crimine, ſeu patrio.

An baptiſmus tibi ludus? Ita credo; alioquì
non ſubjungeres. Qui verſus neſcio quam
operis operati perſuaſionem redolentes, non
abludunt ab eo, quod Zoſimus de illo ſcri-
bit. &c. *Si baptiſmus non eſt lavacrum re-*
generationis, & ſi non eluit commiſſa piacula,
fruſtra ſuſcipitur. At ſi lavacrum regeneratio-
nis eſt, & malè facta eluit, ùt teſtantur divi-
na oracula, nihil rebus meis conducibilius atque
ſalutarius agere potui, quàm ut ad hanc ſcele-
rum & flagitiorum omnium expiationem confu- F
gerem, quidquid tu cum Zoſimo & Juliano, im-
piis capitibus, dicaciter in hoc meum factum
effutias. Apage cum his honoris & nominis mei
vindicibus, quos non magis agnoſco, quàm
Eunapium, Zoſimum, Julianum. Qui Sylveſt-
ro, & ſucceſſoribus, hoc eſt, cathedra Petri
jungitur, is meus eſt; cæteris anathema mitto &
dico.

Caſtigantur notationes non-nullæ.

F*Ol. 36. & 37. hiſtoriam de curata leprà*
Conſtantini in baptiſmo vellicat & mor-
ſicat. Ait; non deeſſe, qui curatæ G
lepræ *converſioniſque hiſtoriam & confeſſionem*
quinto Conſtantino, qui Copronymus dicebatur,
convenire autument; citátque Alciatum, Cu-
ſpinianum, Egnatium, Platinam, nuperos
nimirum Auctores, qui vetuſtis cedant oportet.
Quis enim veterum hoc de Copronymo memoriæ
prodidit? quin longè aliud quiddam de eo, cùm
baptizaretur, ſcriptum reliquerunt: futuri ma-
li non obſcurum ſignum. Quamquam Platina
(nam alios inſpicere haud libuit) non dicit, quod
illum dicere Scholiaſtes fingit; ſed; fortaſſe
ex Elephantiæ morbo, quem Conſtanti-
nus Copronymus incurrerit, natam opinio-
nem de lepra magni Conſtantini ob ſimi-
litudinem nominis. *Nihil Platina de Conſtanti-*
ni hujus converſione; nihil de Confeſſione; nam in per-
fidia ſemel intimis medullis imbibita pertinax in-
teriit: nihil de lepra in baptiſmate depulſa. Et altio-
ribus hæc de Magni Conſtantini lepra narratio
radicibus firmata eſt, quàm ut Platina aut al- H
terius novitii conjectoris levi conjectura convelli
aut everti poſſit.

Poſtea videtur, hanc de lepra hiſtoriam ad ſpiri-
tualem transferre velle; profértque Gregorii Tu-
ronenſis verba de Clodoveo Rege, lib. 2. cap. 13.
Procedit novus Conſtantinus ad lavacrum,
deleturus lepræ veteris morbum. *Ubi clarum,*
de ſpiritali lepra ſermonem eſſe; quandoquidem
Clodoveus corporali lepra non laboravit; præſertim
cùm Gregorius ſubjungat; Sordentéſque ma-
culas

culas geſtorum antiquorum recenti latice
A deleturus. *At hoc nihil eſt; nam verba Gregorii alluſionem ad corporalem lepram Conſtantini continent; quæ alluſio non negat veram, &, ut ſic loquar,* realem *Conſtantini lepram; imò quia vera lepra fuit, ideo Gregorius de Clodoveo jam ad expiatrices undas eunte loquens, ad corporalem illam luem Conſtantini alluſit.*

In Edicto dicit Conſtantinus, ſe ab omni lepræ ſqualore mundatum. *Scholiaſtes*: Cur non potiùs à nævis morum, vulneribus & cauteriis conſcientiæ? *Ab his quoque ſe expurgatum fuiſſe, ſatis profitetur, hoc ipſo, quòd ſe baptizatum*, & trina merſione verbi ſalutis *à Sylveſtro* purificatum *dicit. Miraculum depulſæ lepræ nominatim exprimi debebat; quia extraordinarium erat; neque enim baptiſmus ſemper ex corporibus leproſorum, qui baptiſmum ſuſcipiunt; lepram propulſat.*

B *Dicit id factum*, beneficiis beatorum Petri & Pauli. *Scholiaſtes*: Cùm par utriuſque meritum agnoſcat, in Petrum tamen ferè ſolum gratus & munificus eſt. *Imò & in Paulum; quia, ſi ex veteri dicto*, amicorum omnia ſunt communia; *quantò magis cælitum? Itaque quod Petro fit, hoc & Paulo fit, & vice verſa. Deinde quàm Conſtantinus in S. Paulum quoque ſeorſim munificus fuerit, docebit te Anaſtaſius in Sylveſtro, ſi legere digneris. Addo, etiamſi Conſtantinus in S. Petrum munificentior fuiſſet, id propter Apoſtolicum Principatum, quo Petrus, ſupra omnes Apoſtolos eminuit, accidiſſet.*

At ut Scholiaſtes feſtivus ſit, etiam de facetiis aliquid nobis guſtandum apponit; nimirum, Pauli idem propemodum, quod olim Pollucis fatum videri, qui quam communem cum fratre in Foro ædem habebat, ſolius Caſtoris vocabatur. *Lepidè; fermè dixeram*, Lucia-
C nicè. *Dicam*, Calviniſticè; *& Leporem ſatis expreſſero. Certè in ipſo Edicto non ſemel duo iſti Apoſtoli conjunguntur, ùt & plerunque in literis Pontificum, quibus aliquid mandant & vetant. Phraſis inſuper antiquiſſima eſt;* Ad limina Apoſtolorum; *nempe Petri & Pauli. Eundem diem feſtum communem habent; & quoties S. Petro proprius dies ſeorſim dicatus eſt; non omittitur commemoratio S. Pauli, tanquam individui Comitis; idémque commemorationis honos contingit S. Petro in Feſtis S. Pauli.*

Ait Scholiaſtes: Locum de imaginibus Petri & Pauli, Conſtantino à Sylveſtro oſten-
D ſis, tangi à Carolo Magno lib. 2. de Imaginibus cap. 13. *Non à Carolo, ſed à* Pſeudo-Carolo, *ùt nuper in Horto S. Crucis monſtratum, & alibi aliàs: qui tamen, quiſquis demum hujus libri faber fuerit, factum nec negat, nec in dubium revocat: eùm Scholiaſtes, Carolo Magno, ùt ipſe quidem cenſet, ſapientior videri volens, fabulis id accenſeat: nobiſque perſuadere cupiat, efſictum ad imitationem ejus, quod de Stephano Papa commemorat Regino, Anno Chriſti DCC. LIII. Non libet totam narrationis ſeriem exſcribere. Videat, cui libitum, apud Baronium, Anno DCC. LIV. vel ipſum Reginonem. Si id, quod* E
Scholiaſtes inde conficere conatur, ad Dialecticam formam breviter redigas, hæc collectio procudetur. Regino narrat, Apoſtolos Petrum & Paulum apparuiſſe Stephano Pontifici Pariſiis apud S. Dionyſium ægrotanti, eíque optatam ſanitatem contuliſſe: ergo quòd iidem Apoſtoli Conſtantino Magno apparuiſſe dicuntur, commentitium eſt, quippe ex apparitione Stephano Papæ facta exſculptum. *Qui hujus conſecutionis acumen non perſpicit, ille oculos ſuos Collyrio ex Pharmacopoleio Calvini inungat, & ſtatim ad hæc talia pervidenda, vel lynx vel certè lynceus fiet.* F

Ait Conſtantinus; ſe ſibi elegiſſe Principem Apoſtolorum & ejus ſucceſſores firmos apud Deum eſſe Patronos. *Scholiaſtes*: Affectus hic in eos Apoſtolos planè Francicus apparet, ſi conferas locum Aimoini lib. 5. cap. 2. *Et mox proponit verba Aimoini, quibus declarat ſummum amorem Caroli Magni erga Romam, S. Petrum, Petrique ſucceſſorem Romanum Pontificem. Et ô fortunatos Francos, quamdiu Francicum hunc in Sedem Apoſtolicam affectum ſartum tectum retinuerint; nec Francicum ſolummodo, ſed & Conſtantinianum; nam ut nunc Edictum, de quo diſceptamus, taceam, ex aliis hiſtoriarum monumentis liquet, Conſtantinum Magnum in Roma, & S. Petri, Sediſque Apoſtolicæ cultu Carolo Magno nihil conceſſiſſe, ſed & illum & hunc, ùt rerum geſtarum gloria, ſic pietate in Deum Deique illuſtres amicos, præſertim ſanctum Petrum, & ejus ſucceſſorem, fuiſſe Magnos, imò Maximos.*

Jubet Edictum, ut Romana Eccleſia, Princi- G
patum teneat tam ſuper quatuor præcipuas Sedes, ſcilicet Antiochenam, Alexandrinam, Conſtantinopolitanam & Hieroſolymitanam, quàm etiam ſuper omnes in orbe terrarum Eccleſias. *Scholiaſtes:* Hoc dudum poſtea Bonifacio Papæ à Phoca Imperatore tributum ſcribunt Paulus Diaconus, Beda, &c. De quo tamen nihil apud Græcos Zonaram, Glycam, &c. *Vides in dubium vocari à Scholiaſte id, quod de Principatu traditur, eò quòd poſteris ſæculis Phocas ſimile decretum pro Romana Eccleſia ediderit. At ne teruncio quidem digna eſt hæc collectio:* Poſtea ſimile quid factum eſt: ergo antea non eſt factum. *Quæſo, cur idem non potuit fieri bis, imò & ſæpius, antea & po-* H
ſtea? Quanquam neque hoc Edictum, neque Phocæ conſtitutio Romanæ Eccleſiæ Eccleſiaſticum Principatum dedit, hunc enim divinitus accepit & obtinet; ſed à Deo datum declaravit & notificavit, idque propterea, ne quis peſtilenti ambitionis vento circumagitatus, Primatum indebitè contra leges divinas atque humanas, vel ſaltem æqualitatem cum Romana Eccleſia ſibi vendicaret. Nec refert, quòd altum ſit ſilentium de hoc Phocæ facto apud Græcos; An non ſat fideles teſtes de re latina, deni illi latini, quos Scholiaſtes profert? Quibus potiùs habenda fides? Decem Latinis affirmantibus, an quaternis Græcis (tot enim citat) ſilentibus?

Exiſti-

A *Exiſtimabat Baronius Tom. 3. Anno Redemptoris 324. Edictum Conſtantinianum confictum ab aliquo Græco, duplici fine, altero, ut Romanam Eccleſiam deprimeret, quaſi primatum ſolius Imperatoris beneficio poſſideret, ac proinde, eodem, denuo privari poſſet, ſi ita Imperatori videretur; Altero, ut Sedi Conſtantinopolitanæ inter Patriarchales thronos locum præpararet. Scholiaſtes putat, ex Phocæ ſanctione & Græcorum de ea ſilentio,* ſatis evinci formulam Conſtantinianam non fuiſſe à Græco homine excogitatam & confictam: *(at quomodo hoc inde evincatur, perſpicacioribus perpendendum relinquo)* præſertim cùm ne ſecundo quidem loco ponat Conſtantinopolin *(quod ordinaverat Juſtinianus Novella 131. in principio)* ſed deſpicatim ad infimum detrudat.

B *At in illa ipſa Edicti editione, quam nobis Scholiaſtes exhibet, anteponitur Sedes Conſtantinopolitana Hieroſolymitanæ, atque adeò in ultimum locum non detruditur: Deinde ut Edicti hujus Auctor Conſtantinopolitanam Sedem poſtremo loco collocâſſet, ùt quidem in aliquibus hujus Diplomatis Editionibus ultimo loco ponitur; id ei non fuiſſet probroſum, ſed valde honorificum; quid enim honorificentius, quàm Eccleſiam priùs Heracleæ Ponticæ ſubjectam in Collegium Eccleſiarum Patriarchalium cooptari? Et ea mente erant Græci,, ut illis ſatis eſſet, ſi ſemel Conſtantinopolitana Eccleſia Patriarchalibus Sedibus accenſeretur, etiam poſtremo loco; quia temporis progreſſione ſperabant, arte Pelaſga facilè effectum iri, ut aliæ Sedes de ſua ſtatione depellerentur; & Conſtantinopolitano Throno ſecunda, imò & prima, (ùt jam ab aliquot ſeculis factum) arrogarentur. Qui grande quid plerumque fraudibus molitur, is pedetentim procedit,* C *& ſæpè contentus eſt, fundamentum poſuiſſe, cui alii ædificium imponant; vel ova poſuiſſe, quæ alii excludant: vel ſcintillas ſparſiſſe, ex quibus poſtea horribile incendium naſcatur.*

Nec Baronius, inequitat Zonaræ; *ſed Scholiaſtes Baronio; qui ſecutus eſt verſionem Wolphii, cum quo expoſtulet Scholiaſtes, ſi Zonaræ genuinum ſenſum non expreſſit. Wolffio, non Baronio hanc odam accinat.* Quod non feciſſet, ſi Græci ſermonis mediocrem peritiam habuiſſet. *Negari non poteſt, Wolphium Græci ſermonis etiam plusquam mediocrem cognitionem habuiſſe; & tamen non aliter, quàm Baronius retulit, Zonaræ locum vertit: nempe; Conſtantinus* Byzantium in Patriarchatus dignitatem D reſtituit; *quo ſignificatur, olim quoque ante Conſtantinum Eccleſiam Conſtantinopolitanam fuiſſe Patriarchicam. Quod meritò Baronius, tanquam à vero alieniſſimum, explodit. Certè ſi Scholiaſtes maluiſſet rem attentiùs perpendere, quàm Baronio linguæ Græcæ ignorantiam objicere (etſi hanc Baronio quidem objicit, ſed imprudens Wolphium tangit) vidiſſet verbum ἀνήγαγε, quo Zonaras uſus, verti poſſe, ùt vertit Wolphius; nam ἀνάγειν eſt etiam, inter cætera,* reducere. *Cum ergo Zonaras dixit: Conſtantinus Eccleſiam Byzantinam εἰς τιμὴν ἀνήγαγε πατριαρχικὴν, ad verbum vertere poſſis;* Reduxit eam ad honorem & dignitatem Patriarchalem: *hoc* E *autem, quid aliud eſt, quàm quod Wolphius vertit?* In Patriarchatus dignitatem reſtituit.

Subjungit Zonaras. τῇ πρεσβυτέρᾳ ῥώμῃ τὰ πρεσβεῖα τηρήσας διὰ τὴν πρεσβυγένειαν, καὶ τὸ ἐκεῖθεν τὴν βασιλείαν ἐνταῦθα μετενεχθῆναι. *Quæ verba ſic tranſtulit Wolphius:* Romæ veteri, ob ætatis prærogativam, & imperium inde huc tranſlatum, principatu relicto. Locus ſummè eſt notandus, *inquit Scholiaſtes,* quòd nulla alia cauſa, quàm ipſius Urbis prærogativa, ſedem Romanam caput extuliſſe veriſſimum ſit. *Imò, falſiſſimum; nam Romana Eccleſia Primatum Eccleſiaſticum nunquam fundavit in politico Principatu Urbis Romanæ, eò quòd domiti orbis caput eſſet; nugamenta hæc ſunt recentiorum Græcorum Schiſmatis morbo laborantium; inter quos & Zonaras; ſed in illo Domini promiſſo:* Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, &c. Et tibi dabo claves regni cælorum, &c. *Et in illo:* Paſce oves meas. F *Prærogativam Urbis oggeſſerunt Græci, ut viam ſibi ad Stramentitium ſuum primatum munirent, quaſi penes Imperatorem eſſet, Primas tribuere vel adimere cuicunque vellet.*

Verba Edicti ſunt: Juſtum quippe eſt, ut ibi lex ſancta caput teneat Principatus, ubi Sanctarum legum inſtitutor Salvator noſter B. Petrum Apoſtolatus obtinere præcepit cathedram, ubi & Crucis patibulum ſuſtinens beatæ mortis poculum ſumpſit, &c. *Scholiaſtes citat quendam Barlaamum Græcum, qui Latinos ita argumentari ſcribit.* Petrus Romæ eſt mortuus; ergo Epiſcopus Romanus tenet locum Petri. *Subjungit Græculus:* Hinc ſequi, Epiſcopum Hieroſolymitanum eſſe omnium ſupremum; tanquam eum, G qui ſummi ſacerdotis noſtri locum teneat, & tantò majorem, quantò Chriſtus major eſt Petro. *Idem reſponſum dat Latinis Nilus à Scholiaſte itidem productus.*

Sed nemo Latinorum argumentationem ita nudam & rudem inſtituit. Quid enim? Num ſi S. Petrus Mediolani aut Byzantii obiiſſet; Epiſcopus Mediolanenſis, aut Byzantinus idcirco omnium caput atque Princeps eſſet? Quod ergo Latinorum argumentum? Iſtud. S. Petrus Romæ, tanquam Romanus & univerſalis Epiſcopus, atque adeò, ùt caput omnium aliorum mortuus eſt; ergo Romanus Epiſcopus, Petri in eadem H *cathedra ſucceſſor, itidem univerſalis Epiſcopus eſt, quandoquidem idem jus ſucceſſori, qui talis eſt, competit, quod anteceſſori competebat.*

Putat Scholiaſtes, Antiochiam potiùs, quàm Romam Principatum obtinere debuiſſe, hanc enim priùs tempore à S. Petro edoctam: hanc Petri prædicationem libenter amplexam: in hac Chriſtianorum nomen natum; & inde ipſam urbem θεόπολιν vocatam. *Verùm ſi tam ardens deſiderium Scholiaſten tenet, cognoſcendi, cur Roma Antiochiæ antepoſita fuerit,*

A *rit, neceſſe eſt, ut Chriſtum examinet, cur Petro mandârit, ut Romæ cathedram principalem, & omnibus aliis jura dantem figeret: non enim probabile eſt, id à Chriſto factum abſque juſta cauſa; quam fortè S. Leo indicat ſerm. de SS. Apoſt. Petro & Paulo, ubi dicit:* Beatiſſimus Petrus, princeps Apoſtolici ordinis ad arcem Romani deſtinatur Imperii, ut lux veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur ſalutem, efficaciùs ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet. *Porrò, quòd Antiochia Theopoleos nomen tulit, id longe poſt Chriſtianiſmum exortum, & aliam ob cauſam, factum, ex Nicephoro lib. 17. cap. 3. & ex Cedreno in Juſtiniano intelliges. Juſtinianus enim hoc nomen Antiochiæ indidit.*

B *Jubet Edictum, Eccleſiam Lateranenſem, tanquam* caput & verticem omnium Eccleſiarum in univerſo orbe terrarum coli, dici & prædicari. *Scholiaſtes:* Atqui olim ſuprema veneratio fuerat Baſilicæ S. Petri apud Romam. *Imò Lateranenſi, velis nolis:* Lateranenſis enim Eccleſia, *inquit Petrus Damianus epiſt. lib. 2. epiſt. 1.* Sicut Salvatoris eſt inſignita vocabulo, qui nimirum omnium caput eſt Electorum: ita mater & quidam apex ac vertex eſt omnium per orbem Eccleſiarum. Hæc ſeptem Cardinales habet Epiſcopos, quibus ſolis poſt Apoſtolicum,
C ſacroſanctum illud altare licet accedere, &c. Hæc igitur ad honorem condita S. Salvatoris Eccleſia, culmen ac ſummitas totius Chriſtianæ Religionis effecta, ut ita dixerim, Eccleſia eſt Eccleſiarum, & ſancta ſanctorum. *Hæc & plura in hanc ſententiam Damianus. Neque verum eſt, Lateranenſem Eccleſiam hunc tantum honorem poſteris demùm ſæculis adeptam eſſe; neque hoc evincitur ex Anonymis Francorum Annalibus (quos iſte citat) ad Annum D. CCC. LXXVIII. nihil enim aliud dicunt, quàm Joannem Pontificem* omnes theſauros, ex S. Petro ad palatium Lateranenſe tranſtuliſſe, *& id, eam ob cauſam, ne in prædonum manus inciderent. An ideo ante hoc Joannis factum Eccleſia Lateranenſis primas in Eccleſiarum numero non tenebat? Valde autem neceſſarium erat, ut iſte nos doceret, Eccleſiam S. Petri fuiſſe olim extra urbis murum ejúſque pomærium. Scilicet rem tam reconditam nemo ante hanc admonitionem noverat.*

D *In Edicto dicitur, Conſtantinum ex egeſta terra fundamenti Eccleſiæ Lateranenſis duodecim abſportâſſe cophinos in honorem duodecim Apoſtolorum.* Exemplo Neronis aut Veſpaſiani apud Suetonium, *inquit Scholiaſtes. Quæ notatio adeò placuit Scholiaſtæ, ut eam nobis bis oppoſuerit: quâ ſua diligentia hoc perquam egregium argumentum innuit.* Veſpaſianus reſtitutionem Capitolii aggreſſus, ruderibus purgandis manus primus admovit, ac ſuo collo quædam extulit: ergo quod de Conſtantino ſcribitur, id ad Veſpaſiani exemplum confictum eſt. *Argutè profectò: quam quidem colligendi rationem ſi ſequi velimus; plurima*
E *poſterorum præclarè facta in dubium revocabimus, vel penitus labefactabimus; cùm iis ſimilia ab aliis olim quoque ſint patrata. Vide Baronium in Notationibus ad Martyrologium Romanum, 18. Novembris. Nec minùs lepidum eſt, quòd dicit, hoc excogitatum ad imitationem Caroli Calvi,* qui proprios humeros Reliquiis Sanctorum Medardi, Sebaſtiani, &c. transferendis ſuppoſuit; *teſte Nithardo lib. 3. Quæ connexio inter* cophinos, *quibus rudera efferuntur; & inter feretrum, quo Sanctorum Lipſana deportantur, ut alterum ex altero fingere & pingere liceat? Uſum* luminariorum *in Eccleſiis antiquum non eſſe, falſitatis vel ipſe Vigilantius calumniator coarguit; qui uſum cereorum inſectari non potuiſſet, niſi in Eccleſia catholica uſitatus fuiſſet.*

F *Ait Edictum: Conſtantinum Baſilicas SS. Apoſtolorum Petri & Pauli* variis rebus decorâſſe. *Omnino variis, ut ipſemet Scholiaſtes notat ex Anaſtaſio in Sylveſtro, & ex Hadriani I. Pontificis epiſt. 35. ad Carolum Magnum, nondum in lucem edita, quæ gratiarum actiones continentur, inquit Scholiaſtes, & plurimæ petitiones pro reſtitutione patrimonii S. Petri, ubi etiam meminit Donationis Conſtantinianæ, temporibus Sylveſtri Papæ factæ, & aliorum, qui pro anima ſuæ ſalute multa donârunt B. Petro, quæ à Longobardis erepta fuerant; & addit; in Lateranenſi Scrinio eas donationes haberi. Gratia Scholiaſtæ, qui hæc ex Adriani epiſtola enotârit. Hinc enim eluceſcit, opinionem de Donatione Conſtantiniana longè eſſe antiquiorem Joanne Diacono, quem putat iſte Diplomatis Conſtantiniani, & per hoc perſuaſionis de Donatione, primum fuiſſe conditorem & auctorem.*

G *Occaſione ſtemmatum & ornamentorum, quæ in Edicto Conſtantinus Sylveſtro Papæ conceſſiſſe dicitur, dentes non ſemel in Pontifices Romanos Scholiaſtes exſerit, dictitans,* non pompam, non magnificentiam, non opulentiam; ſed humilitatem, tenuitatem & paupertatem Pontifices decere. *Scilicet hoc curat populus Calvinianus. Fingamus Pontificem Romanum quovis, quantumvis egeno, Prædicante Lutherano aut Calviniano egentiorem, & ab omni famulorum turba deſertiorem eſſe; an ideo placeret huic*
H *Scholiaſtæ? An ideo Calvino valediceret, & ſub ſignis atque* bandis *Papæ ſtipendia faceret? Certè non magis quàm nunc, cùm Pontifex dono Dei & Chriſtianorum Principum liberalitate ad hoc potentiæ & majeſtatis, etiam externæ, culmen provectus eſt. Nec ab Imperatoribus calami ſui mordacitatem abſtinet; quos fol. 97.* cæcitatis arguit, *quòd crediderint, ſe imperium quaſi ab Eccleſia dependens obtinere: nominatim vapulare cogitur Sigiſmundus Imperator, qui in Reformatione ſua lib. 2. cap. 10. id palàm faſſus eſt, repetita hujus dependentiæ origine ab ipſo Conſtantini Magni ævo & exemplo. Verùm hac de re ſatis diſputatum eſt in Defenſione trium librorum Bel-*

A *larmini de translatione Imperii, & in Apologia pro Illuſtriſſimo Baronio: Nec multis opus eſt, potior apud quemlibet intelligentem debet eſſe auctoritas Imperatorum, iſtud de ſe, & imperio ſuo diſertè affirmantium, quàm homuncionum ignobilium ex privatis luſtris id præfractè, & inverecundè negantium.*

Dicit Edictum; Conſtantinum Stratoris *officio functum, equitante Sylveſtro. Scholiaſtes:* Hoc ùt Conſtantino nunquam in mentem venit, (*unde ſcis, nunquam in mentem veniſſe?*) ita de Pipino Franco ferè iiſdem verbis refertur ab Ivone & Anaſtaſio. *Quid ergo? An quia id factum à Pipino, & à Ludovico II. ùt refert Anaſtaſius in Nicolao, ideo à Conſtantino Magno non eſt factum? Num tu iterum hac vel ſimili collectione nos beabis?* Pipinus officio ſtratoris functus eſt: ergo non Conſtantinus.

B *Ais:* Cur Auctor diplomatis non addidit etiam pedum oſcula, quæ apud Francos ſummæ venerationis erga Reges & Principes ſignum? *Hic iterum videre mihi videor inſigne argumentatricis ſcientiæ ſpecimen:* Edictum ſilet de oſculo, pedibus Sylveſtri per Conſtantinum lato: ergo id non eſt factum. *Vel:* ergo mos oſculandi pedes Pontificis, tunc non erat in uſu. *Quaſi verò, quidquid geſtum eſt, in litteras relatum fuerit. Certè hæc reverentiæ erga Chriſti Vicarium Petrique ſucceſſorem exhibitio, à Conſtantini pietate nequaquam aliena fuit. Mos olim erat oſculari pedes Regum Franciæ, ùt dicit Scholiaſtes, & Imperatorum quoque Conſtantinopolitanorum, ùt planum fit ex Codini libello de officiis Eccleſiæ & aulæ Conſtantinopolitanæ; neque ullus contrà mutit aut hiſcit; at quamprimùm iſti aliquid de oſculo pedum Pontificiorum audiunt; enimverò jam toti ſunt in fermento, & præ bilis copia vix ſe capiunt.*

C *Ait Scholiaſtes: Si Conſtantinus occidentales Imperii provincias Sylveſtro donavit, ùt in Edicto dicitur:* Periit ergo fructus liberalitatis ſuæ Ludovico Pio, Carolo Magno, Pipino præcipuè, de quo Ravennæ marmorea inſcriptio extat in hæc verba: PIPINUS PRIMUS AMPLIFICANDÆ ECCLESIÆ VIAM APERUIT, ET EXARCHATUM RAVENNÆ CUM AMPLISS. cætera vetuſtas delevit. *Minimè periit, etiamſi Donatio Conſtantini vera eſſet; quia non minus beneficium eſt donata jam olim alicui conſervare, vel per vim ablata reſtituere, quàm de novo donare.*

D *Ridet Scholiaſtes Guntherum, quòd in Hiſtoria capta à Balduino Conſtantinopoleos viſionem quandam de extruenda Conſtantinopoli Conſtantino oblatam commemoret. Intonat,* γραϊδίων ὀνειροπολέντων λογύδρια. *Sed ſi in culpa Guntherus, in eadem longè magis erunt Græci, nominatim Codinus in libello de origine Conſtantinopoleos. Aut ſi iſti extra noxam, liceat & Gunthero Latino cum illis impunè abire; præſertim cùm non omne illud, quod iſti ſomniis aniculorum accenſent; verè ſit anile ſomnium, alioqui quid ab iſtis ſomniatoribus in anilia ſomnia non converteretur? Vix Orcus tutus foret.* E

Edicti verba ſunt: Unde congruum perſpeximus, noſtrum Imperium & regni poteſtatem orientalibus transferri ac transmutari regionibus. *Scholiaſtes:* Unde, quid ſequebatur, niſi throni etiam præſulatúſque prærogativam transferri? Quod ipſum Imperatores quidam ante Phocam voluerunt. *L. 6. & 15. C. de* ſacroſanctis Eccleſ. *Minimè hoc ſequitur; quia Eccleſiaſticus Principatus non pendet ab Imperio: ſed à Deo Deique inſtitutione. Quapropter quocunque Imperii ſedes transferatur, vel translata ſit; immota manet, manſitque Sedes Apoſtolici Principatus. Neque leges citatæ id aſſerunt, quod eis tribuit Scholiaſtes: nam in ſexta hoc ſolum aſſeritur, Conſtantinopolitanam urbem gaudere* privilegiis Romæ veteris. *Quod ſi non ad urbem, ſed ad Eccleſiam referatur, id inprimis intelligi debebit, de privilegiis ab Imperatoribus conceſſis, non de prærogativis divinitus acceptis; in hæc enim humanæ poteſtati nihil eſt juris.* F

Secundò, ſi Conſtantinopolitana Eccleſia eſt æquata Romanæ, non ergo à Romana Eccleſia throni præſulatúſque prærogativa ablata eſt; quia ſi cum ſede Imperii ablata & translata fuiſſet, Conſtantinopolitana Eccleſia non ei æquata, ſed prælata eſſet.

In Lege XV. vocant Imperatores Eccleſiam Conſtantinopolitanam matrem ſuam, & Chriſtianorum orthodoxæ religionis omnium. G *Quid tu? An ideo cum translatione Sedis imperialis, prærogativæ Romani throni migrârunt in Thraciam? Qualibet Eccleſia mater eſt ſuorum civium, & omnium Chriſtianorum* orthodoxæ religionis, *quatenus omnes, qui orthodoxam religionem amplectuntur, uno charitatis & fidei vinculo colligantur.*

Addit Scholiaſtes: Hoc vel mulier intellexit, *nimirum cum Sede Imperii translatum eſſe Eccleſiaſticum primatum;* Anna, inquam, Alexii Filia, *quæ lib. 1. Alexiados poſt convicia in Gregorium VII. dicit:* Translato Byzantium & H ademto Romanis Imperio, μεταπέπτωκε καὶ ἡ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις, & in eam rem ſynodi Chalcedonenſis meminit. *Intelligentior ergo fuit hæc Anna, quàm Juſtinianus Imperator, qui Novella 131. adeò ſibi non perſuaſit, Eccleſiaſticum Principatum Conſtantinopolin cum Imperio migrâſſe; ut Romanæ Sedi primas tribuat, & ab omnibus tribuendas ſanciat. Quomodo hoc fieri potuit, ſi cum Imperio ſimul etiam Eccleſiaſticus Principatus in Thraciam conceſſit?*

Intelligentior itidem fuit hæc Anna, quàm omnes alii Græci uſque ad exortum ſchiſma: qui inter Patriarchas ſemper primum locum Romano Papæ tribuerunt, quod certè non feciſſent, ſi Romam cum Imperio Eccleſiaſticum Primatum amiſiſſe exiſtimâſſent. At citat Anna Canonem

Con-

A Concilii Chalcedonenſis. *Non diſputabo hic de fide Canonis illius; nam id jam abundè præſtitum eſt Tomo ſecundo Bellarminianæ Defenſionis; hoc dico, ineptè adduci hunc Canonem; non enim dicit, prout ſomniat Anna, cum Imperio Eccleſiaſticum Primatum Conſtantinopolim veniſſe; ſed* novæ Romæ throno æqualia privilegia à patribus conceſſa eſſe; *ſic tamen, ut Eccleſia Romana, primas teneat; ſecundas Eccleſia Conſtantinopolitana. Si, ut Canon iſte expreſsè aſſerit, Roma ſua privilegia, primúmque locum retinuit; quomodo, quod affirmat Anna, & Scholiaſtes neceſſariò ex translatione Imperii ſequi contendit;* μεταπέπτωκε καὶ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις, translatus eſt etiam hierarchicus thronorum ordo?

B *Ait in Edicto Conſtantinus; ſe donationis ſuæ literas poſuiſſe ſuper venerandum corpus beati principis Apoſtolorum.* Cur non & S. Pauli? *clamat Scholiaſtes. Si dixiſſet:* Super corpora SS. Apoſtolorum Petri & Pauli; *mox interrogâſſet; cur non ſolius Petri mentionem feciſſet. Ita nunquam deeſt cavillandi materia.* Ut amborum mentio ſuperiùs ſemper ſociata, *inquit Scholiaſtes*, ita & oſſa Romæ credita; *Et quidem ab omni antiquitate. Meritò autem ſuper ſolius S. Petri Reliquias Inſtrumentum poſitum fertur; quia S. Petrus Apoſtolorum Princeps eſt ac Coryphæus; propterea pacta & conventa cum ſucceſſoribus S. Petri inita, meritò S. Petro, ut ſic loquar, præſentantur, ut iis robur inſolubile addat. Scholiaſtes, more ſuo, hoc procuſum arbitratur, ex ſimili facto Caroli Magni, de quo Anaſtaſius Bibliothecarius. Sed jam* C *quoties diximus, cujus ponderis ſint iſta & ſimiles argumentationes an hallucinationes?* Carolus Magnus Inſtrumentum Donationis ſuæ poſuit ſuper corpus S. Petri; ergo falſum eſt, quòd Conſtantinus idem fecerit. *Vel;* Ergo id, quod de Conſtantino fertur, confictum eſt ex facto Caroli Magni. *Cùm autem Scholiaſtes paſſim aſſerat, Auctorem Edicti id procudiſſe ex factis & moribus Francicis; mirari ſubit, quomodo fuit oblitus Diplomati inſeruerit illa ex Græcorum officina.* Per hanc imperialem ſacram, &c. Divalia decreta, divinam juſſionem, pragmaticum conſtitutum, plus ſatis ampullarum, *inquit Scholiaſtes,* Credo, D quòd ſe probè ſtylum Græcorum Cæſarum hac ratione exprimere putaret, quos ob iſtam divinitatis affectionem ipſe etiam Carolus Magnus carpit & irridet lib. 4. de Imaginibus cap. 5. *Quomodo tam oſcitanter oblivioſus fuit, ſi ad Francicum genium Diploma conſcribere volens, derepentè in Græciam avolavit, eóſque dicendi modos inſeruit, quos Franci ipſi carperent ac riderent? Hactenus notæ in Notas ad Edictum Donationis Conſtantinianæ.*

APPENDIX SECUNDA. E

DE DIPLOMATE DONATIONIS OTHONIS III. IMP. FACTÆ SYLVESTRO II. PONTIFICI.

R*Ecitavi hoc diploma in Apologia pro Illuſtriſſimo Card. Baronio cap. 21. & ſuppoſititium eſſe multis argumentis demonſtravi; quibus hoc ſolummodo in præ-* F *ſenti addo: Si unquam ab Othone III. hujuſmodi diploma profectum eſſet, haud latuiſſet acerrimos Romanorum Pontificum adverſarios & oppugnatores Henricum IV. & Henricum V. item Fridericum I. & Fridericum II. Impp. quibus cum Pontificibus ingentes contentiones interceſſerunt; at nemo unquam ab hoc Othoniano Diplomate ſubſidium ullum petiit: nemo illud, ut ſuppetias ferret, advocavit; Quis autem credat, Imperatores hoc cauſa ſuæ firmamentum omiſſuros fuiſſe, ſi tunc in rerum natura exſtitiſſet, aut ex Imperatoris officina proceſſiſſet? Et qui fieri potuit, ut Diploma tam memorabile, quod uno, ut ſic loquar, ictu, totam Romanæ Sedis potentiam ſuccidit; omnium notitiam lateret uſque ad annum 1338. vel 1339. & ab hoc tempore rurſus uſque ad ætatem noſtram? Quomodo fieri potuit,* G *ut nullus Chronologorum vel Hiſtoricorum hoc Diploma monumentis ſuis insereret, cùm nonnulli ex illis valdè diligenter in ſua Chronica retulerint ea, quæ quoquo modo ad Pontificiæ majeſtatis imminutionem facere videbantur? Quas turbas dediſſet, quos motus excitviſſet hoc Diploma, quod, præter pauculas ditiones, Romano Pontifici, omnes alias provincias à tot Imperatoribus & Regibus donatas, adimit, ſi unquam Othonis III. Imp. nomine olim promulgatum fuiſſet?*

Viderit ergo Scholiaſtes, quantum Conſtantinianæ Donationi officiat, quando eam ex falſo & ſuppoſititio Inſtrumento falſitatis convincere nititur. Viderit inſuper, an meritò tam inſo- H *lenter glorietur ob hoc* fæneum Edictum, *quaſi jam Pontificem ad incitas redegerit, & omnibus fortunis ſuis exuerit, cùm Cardinalis Baronius hoc Othonianum Diploma Tom. 12. Annalium prior evulgârit, ut iſte tanti theſauri in luminis oras producti laudem, (ſi qua laus eſt) juſtè ſibi vendicare nequeat. Si hoc Othonis III. diploma ſimile eſſet Diplomati Othonis primi, aut Henrici ſancti Impp. mox in ſpuriis numeraretur, & ad Cynoſarges ablegaretur. At jam aureum eſt, imò omni auro charius. Qua de cauſa? Quia contra Pontifices eſt. Nihil facilius, quàm Calviniſtis placere & gratum facere. Pontificibus Romanis detrahe & inſulta; & mox omnium Sectariorum ſermonibus prædicaberis, licèt alioqui bipedum omnium ſis ineptiſſimus. Sed veniamus ad Scholiaſtæ notas.*

A *Qui ampliùs non dubitat, Joannem Diaconum, Conſtantiniani Edicti auctorem & architectum eſſe; & quidem illum Joannem Diaconum, qui vitam S. Gregorii Magni libris quatuor conſcripſit. Et unde huic tanta plerophoria & certitudo? Ex Diplomate Othonis III. in quo Joannes Diaconus cognomento* Digirorum, *ſeu* Mutius, *ſeu* Murcius, præceptum, *hoc eſt, Decretum*, aureis literis ſub titulo Conſtantini Magni ſcripſiſſe dicitur.

Reſpondeo I. Cùm ipſum Othonis Inſtrumentum ſit dubiæ prorſùs ac ſuſpectæ fidei, nihil inde de Auctore Edicti Conſtantiniani tanta certitudine concludi poteſt, quantam Scholiaſtes jactat.

B *II. Litteræ Othonis non tantùm dicunt, Joannem Diaconum ſcripſiſſe Donationem Conſtantinianam; ſed addunt; huic Joanni cognomentum fuiſſe*, Digitorum, *ſeu* Digitorum Mutio, &c. *At quis unquam mortalium audivit, tale cognomentum inditum Joanni Diacono, qui res S. Gregorii literis illuſtravit; quem tamen iſte ait*, poſtea Papam factum, Joannis IX. nomine, *teſtémque laudat Platinam. At Platina hoc non dicit; Fuit quidem Joannes IX. Pontifex ante Pontificatum Monachus & Diaconus, ſed hunc eundem eſſe cum Joanne Diacono, qui vitam S. Gregorii ſcripſit, præter iſtum, nemo aſſeruit: quod neque ipſe affirmâſſet, niſi è re ſua vidiſſet fore; ſi Decreti Conſtantiniani Auctorem, non qualemcunque, ſed Pontificem habere poſſet. Sed quàm verum eſt, Joannem Diaconum, S. Gregorii Biographum, fuiſſe Pontificem, tam verum eſt, eundem cudiſſe Edictum Conſtantinianum; aut Diploma Othonis, qualecunque ſit, hunc deſignâſſe. Proferat nobis Scholiaſtes vel unum ex antiquis Scriptoribus, qui hunc Joannem Diaconum à* digitis *indigitatum memoret; nec parùm veriſimilitudinis aſſerto ſuo conciliabit.*

C *Quanquam ne ex Othoniano quidem Inſtrumento apertè convinci poteſt, Joannem iſtum, quiſquis demùm fuerit, Diploma Donationis Conſtantinianæ primum compoſuiſſe, quia nihil aliud hoc Diploma habet, quàm Joannem iſtum* ſcripſiſſe *Inſtrumentum* ſub titulo Conſtantini Magni, & longa mendacii tempora finxiſſe. *Quæ vera eſſe poſſent, licèt Joannes iſte Edicti Conſtantiniani non primus conditor, ſed Interpres duntaxat ex Græco fuiſſet. Itaque ne ex hoc quidem Othoniano Diplomate apertè redarguitur Baronius, qui vult hoc Edictum à Græcis fuiſſe confictum, & ab his ad Latinos veniſſe, non autem à Latinis ad Græcos. Nec ſolus Baronius eſt in hac opinione, verùm etiam Agylæus à Scholiaſta citatus, & Cujacius. Neque moramur ampullas Scholiaſtæ, qui dicit;* Se liquidò pro-
D nunciare poſſe, ſtylo Joannis Diaconi Latinè compoſitum, & poſtea ab aliquo Græco in Græcam linguam tranſlatum. *Si probationem poſcas, aliam non dabit, niſi hanc: Ita ſibi videri.*

Referat ſuprà, quæ in Edicto Conſtantiniano feruntur de poſſeſſionibus Romanæ Eccleſiæ conceſſis tam in Oriente, quàm in Occidente, & E
Septentrionali plaga & meridiana, videlicet in Judæa, Aſia, Græcia, Africa, Italia, & in diverſis inſulis, &c. *Et tamen jam ea tanquam vera, ex legatione Luitprandi ad Nicephorum Phocam, recitat.*

Carolum, cujus Diploma Othonianum mentionem facit, vult Scholiaſtes, fuiſſe illum, cui Calvi *cognomen. At hoc falſum eſſe, perſpicuè in Apologia Baroniana oſtenſum eſt. Falſum eſt & illud;* tempore Calvi cœptum à Pontificibus antiquiores donationes fingi, ad abolendam memoriam beneficiorum Francorum Regum, Pipini, Caroli, Ludovici, qui eos ſublimaverant & ditaverant. *Calumnias audio: nihil aliud. Quæ enim nox, quæ vel Ægyptiacæ tenebræ clariſſimam illam Francicorum Regum in Sedem Apoſtolicam munificentiam obſcurare, vel ex hominum memoria abolere potuiſſent? Et ut Scholiaſtes in omnes partes ſeſe ver-* F
ſet, & neſcio cujus Eutropiani Continuatoris *ex ſuo Illyrico opem imploret, adjuncto itidem* Abbreviatore *Hiſtoriæ Longobardicæ, Andrea Preſbytero; nunquam tamen verè & ſolidè monſtrabit, ea, quæ Othonianum diploma habet de Carolo*, quem melior Carolus fugaverit, & imperio deſtitutum & annullatum *privaverit; competere Carolo Calvo.*

Ait Scholiaſtes, Theodoricum de Nihem facere mentionem Othonianæ Donationis, Lib. de Privilegiis & Juribus Imperii *his verbis*: Cui (*Sylveſtro*) octo civitates in Marchia Anconitanenſi, quamdiu viveret, pro ejus ſtatu Papali tenendo, decentiùs commendavit. *At in literis Othonis jubetur hæc donatio* eſſe æterna, *nec pro ſolo Sylveſtro, ſed* pro omnibus ejus ſucceſſoribus valitura.

Si quæras: Qua ratione Otho III. dicat: nos G
noſtra conferimus, *&*, de publico noſtro dona conferimus: *cùm jam antea munere aliorum Regum ac Principum Pontifex iſta poſſideret: Reſpondet Scholiaſtes;* hos octo Comitatus & alia pleráque omnia Othoni primo Imperatori à Leone Pontifice in ſolenni ſynodo Romana fuiſſe nominatim reſtituta. *Sed hanc reſtitutionem, ejúſque literas eſſe puras putas gerras, & aniles fabellulas, demonſtratum eſt in Apologia Baroniana cap. 19.*

Addit Scholiaſtes: Neque Othonis primi ævo adhuc auditam fuiſſe Conſtantinianam Donationem, quippe quam pro nupero commento Otho demum Tertius in hoc
Diplomate coarguat. *Et tamen Scholiaſtes in* H
Notis ad Edictum Conſtantini dixerat, Donationis Conſtantinianæ mentionem facere Adrianum primum Pontificem in Epiſtola nondum publicata, ad Carolum Magnum: qui ſanè Othonem primum multis annis anteceſſit.

Neque illud ſilendum, Scholiaſtem, ut inſuetum illum Imperatoribus loquendi modum: Otto ſervus Apoſtolorum, &c. *defendat, citare aliud Privilegium ab eodem Othone III.*

Hambur-

Hamburgenſi Eccleſiæ conceſſum: cujus itidem A *exordium.* Otho ſervus Apoſtolorum, &c. *At Erpoldus Lindenbrogius, qui non ita pridem Septentrionales rerum Germanicarum Scriptores uno in volumine edidit, cum multis Imperatorum ac Regum Diplomatibus, iſtud Hamburgenſi Eccleſiæ conceſſum privilegium integrum evulgavit, hoc Principio* Otho ſervus aliorum &c. *cui potiùs fidem habeo, cùm omnia, quæ in illum Tomum conjecit, profiteatur, ſe* ad fidem veterum Codicum emendâſſe, & partim quoque nunc primùm ex archivis protuliſſe.

Malè habet Scholiaſten, quòd Baronius Tom. 12. fidem Inſtrumenti Othoniani ſurcillet, *ita enim loquitur: reúmque læſæ majeſtatis Pontificiæ proclamet;* dum quæ Benedictus *Pontifex* ſuo Reſcripto ex theſauro Eccleſiæ deprompta, B vel in ipſis tranſumptis pro authenticis & exceptione majoribus haberi voluit, juſſit, imperavit; ipſe *(Baronius)* pro fictitiis & ſuppoſititiis exagitat. *At in toto ſuo* Brevi, *nunquam dixit aut voluit Pontifex, ut omnia, quæ Commiſſarii illi ex Archivo Aſſiſienſi producturi & exſcripturi erant, haberentur pro veris, germanis & ſinceris Inſtrumentis; ſed tantùm hoc imperavit, ut Joannes de Amelio Forojulienſis Archidiaconus, cum ſociis ita apographa ſeu* Tranſumpta *privilegiorum tranſcribenda curaret, ut cum autographis ſeu originalibus congruerent, & in omnibus conſonarent; ſic ut illis tam extra, quàm intra judicium fides haberi poſſet, tanquam cum exemplaribus, ex quibus deſcripta ſunt, & verbis & ſenſu concordantibus. Quod longè aliud eſt, quàm mandare, ut Inſtrumentum habeatur* in ſe *pro vero & legitimo: nam & id, quod falſum, ſpurium & commentitium eſt, ita exſcribi poteſt ex primi-* C *genio exemplari, ut cum illo per omnia concinat; quódque concinat, tam intra, quàm extra judicium credi poſſit ac debeat. Itaque nec Archidiaconus, neque Pontifex, qui privilegia Romanæ Eccleſiæ exſcribi mandavit, aliam fidem huic Diplomati haberi voluit, quàm quod ex reperto exemplari fideliter fuerit expreſſum. Et Scholiaſtes bono viro injuriam facit, dum eum contra publici Inſtrumenti fidem,* planè pro nomine ſuo, *id eſt,* ἀμελῶς in iſto munere verſatum *criminatur*, ut qui voces quaſdam ſequiùs deſcripſerit, *&* *Datum* omiſerit, & ſigillum quoque non benè inſpexerit. D *Quid enim, ſi exemplar Aſſiſienſe* die *&* Anno *carebat? Quid ſi mendosè ſcriptum erat ſive à primo ſuo conditore, ſive ab alio Exſcriptore? Et certè non in Ameliano, ſed in exemplari, ex quo apographum deſumptum eſt, defectum fuiſſe, manifeſtum ſit ex ſubſcriptionibus trium publicorum Notariorum, qui omnes palàm teſtati ſunt;* Tranſumptum, *quoad omnia, cum originali concordare. Ubi obſerva; neminem eorum teſtari, Inſtrumentum hoc Othonianum, eſſe* verum & legitimum *; ſed, apographum ſive Tranſumptum à primigeniis literis non differre.*

E *Si iſte Archidiaconus illo in Archivo reperiſſet Donationis Conſtantinianæ Inſtrumentum, & apographum inde ſolenniter ac juridicè confectum ſimili prorſus ritu ad Pontificem miſiſſet; an ideo fidem apud Scholiaſten inveniſſet? Haud reor equidem, licèt plures Notarii ſubſcripſiſſent, quàm ſint illi Prædicantes, Ludimagiſtri, Æditui & Veſpillones, qui ſubſcriptionibus ſuis* Concordiæ libro *immenſam auctoritatem conciliârunt.*

Addo, licèt in hoc Archivo repertum fuiſſet Inſtrumentum Othonis III. ſimile illi, in quo Donationes *Othonis primi comprehenduntur, omnique juris ac fori ratione obſervata, exemplum inde ſumptum Archidiaconus ad Pontificem miſiſſet; Scholiaſtes fidem non commodaret, ſed, eo viſo, frontem ſtatim corrugaret; & impoſturas ingeminaret.*

Ait Scholiaſtes: Quis, obſecro, iſtud, F quidquid eſt, Othonis nomine exeogitare & membranis illinere poterat? (*Quaſi verò à condito mundo nullus unquam exſtiterit, qui falſa Inſtrumenta confecerit?*) Quis nomen Cæſaris mentiri, & ſigillum imitari audebat? (*ſcilicet hoc nunquam poſt natos homines accidit.*) Cui etiam bono? (*Nulli certè; niſi fortè hoc bonum videatur præbere poſteris calumniandi materiam. Sed, cui niſi malo, hoc videatur bonum?*) An è Pontificis aſſeclis aut miniſtris ullus donationem quidem aliquot Comitatuum, ſed eum acri & acerba vitiorum taxatione conjunctam, comminiſcebatur, eámque Pontifici ſervandam offerebat? (*ſcilicet nullus unquam fuit Schiſmaticus, hæreticus, aut alioqui in Pontificem malè affectus, qui linguam in illum, ejúſque opes & ditiones vibrare horreret. Si nullus unquam tam au-* G *dax extitit, unde ergo tot ſatyræ, tot invectivæ, tot dentati verſiculi, quibus in lucem extrahendis Calviniani & Lutherani indefeſſam operam navant? Non opus erat Pontifici offerre hujus diplomatis figmentum; poterat ſine oblatione ad Pontificem ſeu Archivum Pontificium pervenire, ut & hodie varia ad Papam perveniunt; licèt à ſuis Auctoribus non offerantur.*

Quomodo verò chartam vel falſam, vel ſuſpectam, addo & injuriam vel famoſam H Præſul ſupremus in Chartophylacio ſecretiori recondebat? *Quaſi verò in Chartophylaciis non ſoleant aſſervari omnis generis chartæ, etiam aliquando injurioſæ, & prorſus hoſtiles idque ad poſteritatis memoriam vel cautelam.*

Porrò, quod Scholiaſtes iterum dicit; Benedictum Pontificem hanc Othonianam chartam in uſum probationis ritè faciendæ, per Legatum & Commiſſarium ſpecialem, & oraculo vivæ vocis inſtructum, Avenione trans Alpes miſſum, ex archivis depromi, ſolenniter deſcribi, conferri, auſcultari voluiſſe, & deſcriptum in optima forma authentizâſſe; *id iterum dico, falſum eſt; nam Pontifex nihil in ſpecie de hac charta noverat, quando Commiſſarium iſtum Aſſiſium ablegabat;*

 ſed

A *ſed generatim mandavit partim coràm, vivâ voce, partim datis literis, ut* Privilegia, Regiſtra, Libros & Scripturas, *quæ* Eccleſiam Romanam tangebant, *inquireret*, & de verbo ad verbum per tabelliones tranſcribi, & eorum tranſcripta in formam publicam redigi curaret; *& omnibus ritè peractis ad ſe transmitteret. Eſtne hoc Chartam Othonianam* in optima forma authentizare? *Nam ſi pro authentico, vero & legitimo Inſtrumento aut ipſe habuiſſet, aut ab aliis habendum declarâſſet; oportuiſſet, ut ſe & ſucceſſores ſuos omnibus provinciis abdicaret, & ſolos illos octo Comitatus, qui in Diplomate nominantur, retineret.*

Scire tamen velim, *inquit Scholiaſtes*, quid B in Othoniano textu ſit, quod adeò aſperè Baronii aures radat, animúmve offendat. *Facilis reſponſio. Fraudes & impoſturæ, quæ in hac charta non latent, ſed patent, tam Baronii, quàm cujusvis alterius cordati & intelligentis aures & animum valdè aſperè feriunt.*

Quærit Scholiaſtes; An offendat Baronium indicium factum Sedigiti Diaconi falſarii? *Qui hoc offenderet, cùm Baronius aliquot annis ante Scholiaſten ediderit Inſtrumentum Othonis nomine fucatum, in quo Joannes* digitorum, *ſeu* Mutius, *ſeu* Mutilus, *ſeu* Murcius *Conſtitutionem ſub Conſtantini nomine aureis literis ſcripſiſſe fertur? qui cùm* mutilatis digitis *fuerit, & inde cognomen acceperit, miror,* C *quomodo à Scholiaſte in* Sedigitum *transformetur. Nam* Sedigito *adeò nihil de digitis deeſt, ut potiùs ſuperſit. Maledicentia & criminationibus, ne dicam, mendaciis, quibus Othonianum diploma ſcatet, quis boni & moderati ingenii homo non offendatur, & ab aſſenſu retrahatur? Scilicet Otho III. in Pontificem, quem ùt patrem venerabatur & reverebatur, hanc ſale nigro perfuſam Satyram dictavit. Nam quod Scholiaſtes iterum clamat:* Baronium falſitatem Donationis Conſtantinianæ agnoſcere & damnare, *id iterum falſum eſſe ajo. Non ipſam Donationem, ſed Inſtrumentum Donationis, prout hodie extat, falſi & fraudis coarguit: Donationem probabilibus conjecturis niti palàm docet, ùt in Appendice prima oſtendimus. Seceme tandem hodiernum falſum vel falſatum Donationis Diploma ab ipſa Donatione.*

In Epilogo valdè laudat Scholiaſtes ſuam operam. D *Laudo laudationem: nam niſi ipſe laudâſſet, periculum erat, ne perpetim illaudata maneret, aut non niſi ab illaudatis, vel Calvinianè laudatis laudaretur. Hanc tamen vociferationem ejus laudare nequeo:* Quod quidem omnino acceptandum videtur, *(teſtimonium ſcilicet Baronii, Antonini, Cuſani, Æneæ Sylvii, diploma Conſtantinianum rejicientium)* ut appareat, quàm improbè & perfidè hactenus cum humano genere egerint, qui tale quiddam ſcientes jactaverunt & oſtentârunt *(& quis unquam Conſtantinianæ Donationis Diploma jactavit, & oſtentavit, certò ſciens & perſuaſus, illud eſſe falſum & ſuppoſititium? Nam quiſquis eo, non* E dicis *cauſâ, ſed feriò uſus eſt, is aut certò aut probabiliter, id ſincerum ac legitimum eſſe, aut certè à nonnullis pro hujusmodi haberi, credidit)* neque ſolùm, ùt hiſtoricam veritatem ſcriptis propugnârunt, quod fecit Steuchus Eugubinus, Albanus Bergomenſis, alii *(quare hoc non feciſſent, præſertim quod attinet, ad ipſam Donationem, relicto Inſtrumento, quod ùt inſincerum Baronius repudiat; cùm ipſa Donatio nullo aperto argumento falſitatis convinci queat, ipſique Donationem vero fundamento niti, veriſimiliter exiſtimârint; nam quòd Steuchus vel ullus alius, ſciens Donationem eſſe falſam contra conſcientiam ſuam pro ea, tan-* F *quam vera, dimicaverit, unde monſtrabit Scholiaſtes?)* Vel pro idoneo documento allegârunt, ùt Leo Nonus, ùt Nicolaus III. in C. *Fundamenta De Elect. in VI, (meritò allegârunt, I. quia bona fide, & absque ulla fraude communem tunc perſuaſionem ſecuti id fecerunt. II. Quia non tam Inſtrumentum Donationis, quod jam in manibus hominum verſatur, quàm ipſam Donationem allegârunt, quam Scholiaſtes falſitatis necdum convicit, neque etiam unquam convincet. III. Quamvis Leo IX. Edictum citet, id tamen fecit propter eum, ad quem ſcribebat, & contra quos ſcribebat; qui erant Michaël Imp. Conſtantinopol. & Michaël Epiſcopus ejuſdem Urbis, & Leo Acridanus Præſul, qui Edictum Conſtantini, pro vero & legitimo reputabant & acceptabant. Quapropter non abs re Leo IX. teſtimonium inde contra inauditam illorum præſumptionem & arrogantiam petiit)* ſed pro lege & parte juris etiam venerandum obtruſerunt, G relatum inter Canones à Gratiano, Ivone, Anſelmo, Deus dedit. *(Non eſt verum; neque enim Gratiano, vel ulli alteri Collectori tantum juris & auctoritatis fuit, ut quidquid ipſi in ſuas ſyllogas retuliſſent, & cum canonibus permiſcuiſſent, id jus, lex, aut Canon fieret. Eccleſiæ hæc eſt auctoritas & poteſtas, non hujus vel illius privati. Nunquam autem declaravit Eccleſia, omnia, quæ in Gratiani vel alterius Volumine extant; jus, leges aut Canones eſſe; cùm Gratianus in illud ſuum opus aliquando apertè falſa, & non rarò dubia retulerit.)* Et ipſos denique Imperatores, in actu inaugurationis ad id ſervandum adegerunt, ùt apparet in Clementina; *Romani, De jurejurando. At in* H *hoc Capitulo nulla prorſus fit mentio Edicti Conſtantiniani; ſed tantùm dicitur, Henricum Imp. juráſſe,* quòd manu teneret atque ſervaret privilegia omnia per prædeceſſores ſuos Reges ac Imperatores Romanos præfatæ Romanæ, & aliis quibuslibet Eccleſiis quocunque conceſſa tempore, & continentiæ cujuscunque: ipsáque omnia, & ſpecialiter ac præcipuè per claræ memoriæ Conſtantinum, Carolum, Henricum, Othonem quartum atque Rudolphum prædeceſſores ipſius; ſuper conceſſione, recognitione, advocatione, adnocatione, quitatione, & libera dimiſſio-

A miſſione terrarum & provinciarum Romanæ Eccleſiæ ubilibet poſitarum, &c. *Hæc & ſimilia in illo cap.* Romani, *leguntur, nihil autem in ſpecie de Edicto Conſtantini, ſed in genere de privilegiis & terris, à Conſtantino Eccleſiæ Romanæ conceſſis. At Conſtantinum Magnum Romanæ Eccleſiæ varia privilegia & dona conceſſiſſe, liquet ex Anaſtaſio Bibliothecario in Sylveſtro, nec diffitetur Scholiaſtes, eámque in rem citat Luitprandum in Legatione ad Nicephorum Phocam; qui Luitprandus refert ſe ad Conſtantini privilegia*, quæ penes nos ſunt, *inquit.*

Deinde, licèt in jurejurando, quod Imperatores in ſua Inauguratione præſtant, expreſſè mentio fieret ejus Donationis Conſtantinianæ, quam Scholiaſtes digerere nequit, nihil tamen à ratione alienum fieret, cùm hactenus nemo exſtiterit, qui hanc Donationem evertere potuerit, licèt nonnulli, & in his iſte Calvinianus, ùt & Centuriatores, Cent. VIII. quorum Scrinia Scholiaſtes expilavit, magno conatu id tentârint: at ſucceſſu ſemper defuit.

B *Pergit tonare Scholiaſtes:* Quod modò falſum ac commentitium fatentes, negare non poterunt, ſe hucuſque Deo pariter hominibúſque palàm illuſiſſe, & non jam inſcitiæ, ſed falſimoniæ notam infamiámque indelebilem contraxiſſe, omnémque in poſterum ſibi fidem apud mortales abrogâſſe. *Quàm ſonorè & grandiloquè. Sed quod in immerentes confert, hoc, ùt opinor, in caput, meritiſſimè Scholiaſtæ recidet: qui explicet nobis velim, quidnam Catholici nunc cogantur* falſum & commentitium *fateri? Num Conſtantinum Magnum privilegia & ingentia dona Eccleſiæ Romanæ conceſſiſſe? At hoc nullus unquam Catholicus aut negavit, aut negat, aut negaturus eſt. An Donationem Conſtantinianam Romanæ Urbis & finitimarum provinciarum fictitiam eſſe nunc fatentur? Atqui tantum abeſt, ut Baronius, quem* C *iſte potiſſimùm inceſſit, hoc fateatur; ut palàm ſcribat, eam probabilibus conjecturis niti, eáſque conjecturas in medium quoque proferat. An Donationis Inſtrumentum, quod hodie extat,* falſum & commentitium, *vel ſaltem falſatum eſſe, nunc fatentur? Fateor, fateri hoc Baronium; An ideo ruunt duo priora? An ideo ipſa Privilegia & Donatio Conſtantini concidunt, & in fumum abeunt? An tu Donationem ex hoc Inſtrumento excogitatam, non inſtrumentum ex vera donatione confictum arbitraris? Scio, prius illud tibi perſuaſum: ſed necdum vidi efficacia argumenta, quorum vi adactus in iſtam opinionem* D *deſcenderis; cùm opinio de donatione, te ipſo teſte, jam Adriani I. temporibus exſtiterit; Inſtrumentum autem Donationis ſub Carolo Calvo demum à Joanne Diacono procuſum fuerit.*

Necdum finis Periclea vel Sophoclea Megalophonia. Neque magnæ ingenuitatis argumentum haberi poterit, ſi quod à ſe confictum perpetuò defendere nequiêrunt, non ultrò, neque veritatis amore, ſed argumentis confoſſi, (*ubi hæc argumenta? Certè tuus Commentarius ea non exhibet*) teſtibus tabulíſque convicti (ubi iſti teſtes? ubi tabulæ? *Ampullæ & phaleræ ad populum*) veróque victi tandem reliquerunt, velutíque captum ruptis muris oppidum, defenſionis inopia, dediderunt. (*Quàm grandibus dictis grandes nugas actitat Scholiaſtes? Quàm forti brachio auras diverberat?*) præſertim verò, cùm culpam ſuam neque adhuc agnoſcant, aut deprecentur (*Mirum, ni Romanus Pontifex cum tota Curia ſua* Myrtiletum *ſe conferat, & coram iſto, vel Paræo hanc tantam culpam flexis genibus deprecetur; quia enim Baronius dicit, Diploma Conſtantinianum, quod hodie extat, eſſe vel corruptum vel fictitium; oportet, ut ipſe etiam Pontifex fateatur, ſibi nihil unquam à Conſtantino donatum. O collectionem: cujus ineptiam inſcitam, ne Nicer quidem omnibus ſuis undis abluat.* E F

Denique quantulum eſt, *inquit Scholiaſtes,* falſitatem vitiúmque Inſtrumentorum confiteri, ſi non, quod per ea perperam geſtum, effectúmque eſt, omne ſimul reſcindatur, ablata, extorta, emuncta reſtituantur; ſua ad Dominos redeant, furtivis nudata coloribus cornicula riſum exhibeat. *Animadverto, quò collinges. Patienter exſpecta: fortè voto tuo ſatisfiet, ſi non craſtino, ſaltem perendino die. At quid, ſi Pontifex dicat, ſe nihil poſſidere ex Inſtrumento, quod Baronius credit eſſe falſum, ſeu falſatum? Si hoc dicat, ùt veriſſimè dicere poterit: nihil ergo ob Inſtrumenti hujus falſitatem detectam reſtituere debebit. Quid ſi* G *dicat, ſe pleraque ſuorum poſſidere ex Donatione Conſtantini, non ex hoc Inſtrumento; Item ex Donatione Regum Longobardorum, Francorum, & Germanorum, quò te vertes? Quid ſi dicat, ſe ne tum quidem ad reſtitutionem obligatum iri, licèt Othonis III. decretum ab Othone proceſſiſſet. Potiorem enim apud Donatarium eſſe debere, tot Regum & Imperatorum Othonem antegreſſorum, & ſubſecutorum, voluntatem, quàm unius Othonis inconſultam ſanctionem. Quid ſi jubeat, ut hanc de reſtitutione cantilenam tuis Calviniſtis occinas, quid facies? Si tibi & majoribus tuis tot & tanta donâſſent, nunquam, ſatis ſcio, ea tibi eripi ſineres. Et Pontifex ob tuos clamores è veſtigio de omnibus ditionibus ſuis cedere cogetur, contentúſque vivere octo illis Comitatibus, quos ei larvatus tuus Otho* in concavo lunæ *attribuit.*

H *Ad extremum denuo plenis tibiis, & quidem ſonantioribus, quàm antea, laudes ſuas demodulatur Scholiaſtes. Audi thraſoniſmos.* Ita hoc monſtrum è cubili & tenebris ſuis extractum debellavimus, patrem ùt ſimul ejus & educatorem, ceu digito demonſtraremus, ſuíſque coloribus depictum orbi exhiberemus. *Gratulemur & gaudeamus omnes. Novus Hercules, monſtrorum domitor, nobis natus eſt. Quid gloriaris? Quid inſtar Plautini militis te effers? An non Baronius plurimis annis ante hunc tuum Commentitium Commentarium, Annali Tertio,*

&

& ante aliquot annos Annali Duodecimo Inſtru- A *mentum hoc falſitatis innata, vel ſaltem importata & aſſuta coarguit, & ex cujus officina in Othoniano commento proceſſiſſe affirmetur, toti mundo patefecit? Quid tu poſt illum attuliſti, niſi plura & cultiora verba; quibus inaniſſima argumentula tua veſtiviſti; veniámque expoſuiſtis propter qua, qui Pontificem provinciis ſuis everti vel evertendum credat, hic* Peponem pro corde habeat neceſſe eſt. *Si autem tam inſolenter gloriaris, quia Donationem Conſtantini, & Pontifices inſectatus es, hanc laudem jam dudum Valla & Centuriatores tibi praripuerunt. Sed abjungo. Integrum Conſtantini Edictum reperiet lector Tom. 1 Conciliorum Biniana editionis, inter res Sylveſtri Pontificis; nam apud Gratianum diſt. 96. & in Commentariis Balſamonis in Photii Nomocanonem, truncatum extat. Othoni affictum Decretum habes in Apologia pro Baronio cap. 21. Et Tom. 12. Baronii Anno 1191. unà cum Brevi Benedicti XII. & Inſtrumento Joannis de Amelio Archidiaconi Forojulienſis.*

Donatio Conſtantini, ex Luit- B prandi Cremonenſis Epiſcopi ad Nicephorum Phocam legatione.

CONſtaotinus Imperator Auguſtus, qui bancex ſuo nomine condidit civitatem, ſanctæ Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, ùt erat Coſmocrator, multa donaria contulit, nnn in Italia ſolùm, ſed in omnibus penè occidentalibus regnis, nec non de orieotalibus atque meridianis, Græcia ſcilicet, Judæa, Perſide, Meſopotamia, Babylonia, Ægypto, Libya, Ægypto, ùt ipſius teſtantur privile- C gia, quæ penes nos ſunt. Sanè, quidquid in Italia, & io Saxonia, Bnjaria, omnibus Domini mei *(Othonis primi Imperatoris)* eſt, quod ad Apoſtolorum Beatorum Eccleſiam reſpicit, ſanctiſſimorum Apoſtolorum Vicario contulit. Et ſi eſt, ùt Dominus meus *(Otho)* ex his omnibus civitates, villas, milites, aut familiam obtineat, Deum oegavi. *Vult dicere Luitprandus, Othonem Imp. penitus nihil eorum, quæ ad Sedem Apoſtolicam pertinebant, invaſiſſe aut occupâſſe.* Cur Imperator veſter non itidem facit, ut ea, quæ ſuis inſunt Regnis, Apoſtolorum Eccleſiæ reddat, & per laborem atque munificentiam Domini mei *(Othonis)* ditem & liberam, ditiorem ipſe ac liberiorem reddat?

Prioribus verbis manifeſtum eſt, Luitprandum reſpexiſſe ad illa, qua in Diplomate Conſtantiniana Donationis leguntur. Quibus *(Eccleſiis* D *Apoſt. Petri & Pauli)* pro concinnatione Luminariorum poſſeſſiones contolimus, & rebus diverſis eas decoravimus, & per noſtras Imperialium juſſionum ſacras literas tam in Oriente, quàm in Occideote, & ſeptentrionali plaga, & meridiana, videlicet in Judæa, Aſia, Græcia, Africa, Italia, & in diverſis Inſulis noſtram largitatem coòceſſimus, ea prorſus ratione, ut per manus beatiſſimi E Patris ooſtri Sylveſtri Pontificis, ſucceſſorúmque ejus omnia diſponantur. *Nec diſſentiunt hac ab Anaſtaſio Bibliothecario in Sylveſtro.*

Donationem quoque Conſtantini urgebat Sacerdotalis ordo tempore Schiſmatis, quod Eccleſiam vexavit & dilaceravit ſub Alexandro III. Pontifice, & Friderico primo Imperatore, ùt apparet ex lib. 4. Chron. Othonis Friſingenſis cap. 3. & ex libro primo de Antichriſti inveſtigatione Gerhohi, ſeu Gerochi Reicherſpergenſis Prapoſiti, quem nuper adeptus ſum ſtudio & induſtria nobilis & clariſſimi viri D. Chriſtopbori Gevvoldi, *Sereniſſimo Bavaria Duci à Conſiliis; tametſi Cap.* Fundamenta *in VI. Donationem Conſtantinianam tam latè non extendit; ùt legenti planum fiet, cui certè Leo IX. talis ac tantus Pontifex, in Epiſt. ad Michaëlem Conſtantinop. Imperatorem, non leve auctoritatis pondus addit; ùt & Petrus Damianus in Diſceptatione* inter Regium Advocatum, & Eccleſiæ Romanæ F Defenſorem. *Et ante hos Adalhardus Caroli Magni Imperatoris propinquus, & Monaſterii Corbejenſis Abbas* in Libello de Ordine *Palatii apud Hincmarum epiſt. 3. cap. 13. ubi ita ſcribit;* Cujus *(Apocriſiarii ſeu Reſponſalis negotiorum Eccleſiaſticorum)* miniſterium ex eo tempore ſumpſit exordium, quando Conſtantinus magnus Imperator Chriſtianus effectus propter amorem & honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quorum doctrina ac miniſterio ad Chriſti gratiam baptiſmatis Sacramenti pervenit, locum & ſedem ſuam, Urbem ſcilicet Romanam, Papæ Sylveſtro Edicto privilegii tradidit, & Sedem ſuam in civitate ſua, quæ antea Byzantium vocabatur, nominis ſui civitatem ampliando ædificavit: & ſic Reſpooſales tam Romanæ Sedis, quàm & aliarum pracipuarum Sedium in Palatio pro Eccle- G ſiaſticis negotiis excubabant. *Hac Adalhardus, qui ſeptem Imperatorum Conſiliarius fuit (ſi nos non fallit Goldaſtus in Prolegomenis ad tertium Tomum Conſtitutionum Imperialium) Caroli Magni, Ludovici Pii, Lotharii, Ludovici II, Caroli Calvi, Ludovici Balbi, & Caroli Craſſi, itémque Ludovici & Carolomanni Regum: quem tam non eſt credibile hanc ſuam opinionem de Donatione Conſtantini ex Diplomate per Joannem Diaconum confictо accepiſſe, quàm credibile non eſt, Adrianum I. Pontificem eam inde accepiſſe, quippe qui ad Joannis Diaconi tempora non pervenerit.*

Caterùm Gracos poſteriores non modò Romana H *Eccleſia nihil donare conſueviſſe, ſed & ab aliis olim donata ademiſſe; cùm aliunde, tum ex epiſtola Adriani primi ad Conſtantinum & Irenen liquet, ubi inter catera hac Pontifex.* Porrò & hoc veſtrum à Deo coronatum ac piiſſimum poſcimus imperium; ut ſi veram & orthodoxam ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ, Eccleſiæ Romanæ nitimini amplecti fidem; ſicut antiquitus ab orthodoxis Impe-

ratori-

A ratoribus, ſeu à cæteris Chriſtianis fidelibus, oblata atque conceſſa ſunt Patrimonia B. Petri Apoſtolorum Principis, fautoris noſtri, in integrum nobis reſtituere digoemini pro luminariorum concinnationibus ejdem Dei Eccleſiæ, atque alimoniis pauperum, &c. penitus Canonicè ſanctæ Romanæ noſtræ reſtituantur Eccleſiæ. *Hæc Adrianus; cujus ineditam 35. Epiſtolam ſuprà citârat Scholiaſtes. Crediiſſes, vidiſſe ipſum integram Epiſtolam; at non vidit, niſi fallor, ſed tantùm ſummaria ſeu Periochas, quæ extant apud Centuriatores Cent. 8. Et apud Baronium Tom. 9. Anno Chriſti 795. & Tom. 3. Conciliorum Edit. Biniana, ubi non ſatis bona fide iſta Summarii:* qui pro animæ ſuæ ſalute: *mutavit in hunc modum:* Qui pro animæ ſuæ mercede, &c.

Donatio Ariperti Regis Longobardorum, ex lib. 6. Pauli Diaconi de Geſtis Longobardorum cap. 28.

B HOc tempore, *nempe Anno Chriſti 704.* Aripertus Rex Longobardorum, donationem Patrimonii Alpium Cottiarum, quæ quondam ad jus pertinuerant Apoſtolicæ Sedis, ſed à Longobardis multo tempore fuerant ablatæ, reſtituit, & hanc donationem aureis exaratam literis, Romam direxit. *Vide Anaſtaſium in Joanne VII.*

Confirmatio ejusdem Donationis, ex cap. 43. lib. 6. ejusdem Pauli.

C EO tempore, *Anno Chriſti 715.* Luitprandus Rex Donatiooem Patrimooii Alpium Cottiarum Romaoæ Eccleſiæ confirmavit. *Vide Anaſtaſium in Gregorio II.*

Donatio Ludóvici Pii Imperatoris, ex Volaterrano, lib. 3. Geograph.

DE pietate Ludovici in Romanum Pontificem, inquit Volaterranus, multa Bibliothecarius (Anaſtaſius) refert; civitates, quas ei dono dedit, enumerat. Ego quoque ex antigrapho D *vetuſti libri, quod in Bibliotheca Vaticana hodie continetur, ubi ejus enarratur donatio, apographum excerpſi.*

In nomine Domini Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Ego Ludovicus Imperator concedo tibi B. Petro Principi Apoſtolorum, & per te, Vicario tuo, Domno Paſchali ſummo Pontifici, Succeſſoribúsque ejus in perpetuum Civitatem Romanam, cum ſua juriſdictione, omnibúsque circà terris, civitatibus, portubus ac maritimis locis Hetruriæ. In ea denique mediterranea, Urbem veterem, Balneoregium, Viterbium, Soanam, Populoniam, Roſellas, Peruſium, Maturanum, Sutrium, Nepet. Verſus Campaniam; Anagniam, Signiam, Ferencinum, Alatrum, Patricum, E Fruſinonem cum omnibus circà oppidis & vicis. Nec non exarchatum Ravennæ integrum, ſicuti piæ recordationis Carolus pater, & item Pipinus avus noſter B. Petro dudum conceſſēre: videlicet Raveonam, Bovium, Æmiliam, Forum populi, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam, Cerviam. In Marchia, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auximum, Numanam, Eſium, Forum Sempronij, Feretrum, Urbinum, Territorium Valnenſe, Callium, Luceolos, Eugubium. In Campania; Soram, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam.

Patrimonia quoque ad noſtram pertinentia ditionem; Beneventanum, Salernitanum, F Calabriæ inferioris & ſuperioris, ac Neapolitanum, Ducatum inſuper Spoletinum, Tuder, Otriculum, Narniam; reliquáque ejus ditionis. Inſulas quoque inferi maris, Corſicam, Sardiniam, Siciliam. Quæ omnia, piæ memoriæ Pipinus avus; deinde Carolus Imperator genitor noſter per Atherium & Mainardum Abbates ad hoc ſponte miſſos B. Petro ejúſque Succeſſoribus ſcripto conceſſerunt; nos item probamus, atque concedimus.

Præterea ſummi Pontificis deligendi Romano Concilio poteſtatem eſſe volumus, modò ſine diſcordia fiat: ac poſt conſecrationem legati ad nos, ſucceſſoréſque noſtros reges Francorum conciliandæ charitatis & amicitiæ cauſà mittantur, ſicut G temporibus Domini Caroli atavi, & Pipini avi, & poſtremò Caroli genitoris noſtri mos fuit. Hanc igitur noſtram voluntatem ſcripto ac jurejurando firmamus, & per Legatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Theodorum Domno Paſchali miſimus, manúque propria me ſubſcripſi: Ego Ludovicus. *Subſcripſēre quoque tres ejus filii: Epiſcopi X. Abbates VIII. Comites XV.* Bibliothecarius, Manſionarius, Oſtiariúſque unus.

Inſequente deinde tempore Otto Imperator apud eundem librum ſub Joanne XII. in hæc ſe ſubſcripſit: Ego Otto Imperator, pro animæ noſtræ, filiíque ac parentum noſtrorum ſalute H hæc omnia ſuprà dicta tibi B. Petre, ſucceſſoribúſque tuis libenter concedo. *Subſcripſeréque Epiſcopi X. Abbates duo, Comites V. Optimates VIII. anno ſalutis M. CCCC. LXII. Indictione V. Sub Henrico autem, ſubſcripſēre Epiſcopi XIV. Abbates IV. Duces III. Comites VIII. Optimates VIII. Hactenus Volaterranus.*

Verba Volaterrani.

Othonis Magni, & Henrici ſancti Imp. donationes integras habes ſupra fol. 633. & 635.

Oggerunt Sectarii, Inſtrumentum hoc differre ab illo, quod Gratianus ſuo Volumini intexuit, & quod Baronius ex Vaticanis monumentis deprompſit Tom. IX. Anno DCCC. XVII. At jam in Apologia Baroniana cap. 8. reſpondi; ſi qua differentia inter hæc exemplaria eſſet; potiùs Gratiano & Vaticanis monumentis credendum eſſe, quàm recentioribus. Deinde Reſpondeo, non eſſe

A *ſe ullum diſcrimen inter diploma, quod Volaterranus ex Vaticana quoque Bibliotheca recitat, & inter alia; niſi quòd Baronianum prolixius eſt; quia integrum; breviora, Gratiani & Volaterrani; quia in Epitomen redacta. Quis autem neſcit, & olim fuiſſe, & noſtro itidem ævo hunc morem vigere, ut privilegia in Compendium redigantur, quò paucis, quæ ſit eorum ſumma, perſpici queat? Certè Gratiano ſolenne fuit* Epitomatoris, *atque adeò* Abbreviatoris *officio fungi.*

Donatio Vidonis Imperatoris, ex Sigonio lib. 6. de Regno Italiæ.

B *ANno DCCC. XCI. 9. Kalend. Martii, Vido à Stephano Pontifice Imperator eſt conſecratus. Qui* ut ſe Pontifici gratum præberet, privilegia ac dona à Pipino Rege, Carolo & Pio Imperatoribus Romanæ Eccleſiæ data probavit.

Teſtimonium Adriani I. Pontif. de munificentia Caroli Magni, in Sedem Apoſtolicam.

Fllius & ſpiritualis compater noſter Dominus Carolus Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, noſtris obtemperans monitis, atque adimplens in omnibus voluntates, omnis Heſperiæ occiduæque partis barbaras nationes ſub ſuis proſternens conculcavit pedibus, &c. Unde per ſua laborioſa certamina eidem Dei Apoſtolicæ Eccleſiæ ob nimium a-
C morem plura dona perpetuò obtulit poſſidenda, tam provincias, quàm civitates, ſeu caſtra & cætera territoria, imò & patrimonia, quæ à perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti, eidem Dei Eccleſiæ reſtituit, cujus & jure eſſe dignoſcebantur: ſed & aurum atque argentum quotidie pro luminariorum concinnatione ſeu alimoniis pauperum non deſinit offerendo, quatenus ejus regalis memoria non derelinquatur in ſæculum ſæculi. *Hæc & plura hujus generis Adrianus Epiſt. ad Conſtantinum & Irenen. de Caroli erga S. Petrum liberalitate; qua ab eodem Pontifice in illis etiam Epiſtolis, quorum periocha duntaxat extant, non ſemel deprædicata eſt, ùt docent ſummaria, quæ adhuc ſuperſunt. Quomodo autem hæc Regum*
D *Francicorum Pipini, Caroli Magni, Ludovici Pii munificentia in Eccleſiam Romanam Centuriatoribus Magdeburgenſibus arrideat, intelliges, ſi evolvere velis Centuriæ octavæ, & Centuriæ nonæ caput ſeptimum, quod eſt* de politia & gubernatione Eccleſiæ. *Nec opus ire per ſingula; vel ex hoc unico totum intelliges; quando Pontificem & Pipinum Regem nominant* duos prædones, qui mutuas operas tradiderint.

Porrò principatum & potentiam temporalem, atque adeò opes & divitias cum principatu Eccleſiaſtico ritè ac legitimè conjungi poſſe, & reipſa itidem in Catholica Eccleſia copulari: & donationes Eccleſiæ factas, & à Pontificibus Romanis aliiſque acceptatas, Deo placere, copioſè oſtendit Bellarminus lib. 5. de Pontifice cap. 9. & 10. Quòd ſi ſimiles donationes & oblationes Lutheranis & Calvinianis Prædicantibus obvenirent, forſan occlamandi finem facerent. At Quintum hoc Evangelium non eſt Dativum; *ſed* Ablativum; *nec docet donare, ſed harpagare; nec templa ditare; ſed expilare. A* Verre *progenitum credas, ita accuratè omnia ſuo everriculo everrit. Qua de re extant ipſorum Prædicantium threnodia & lamentationes longè longiores & flebiliores, quàm* Threni *Hieremiæ.* E

Obſervatio pro literis in Diplomate Henrici Imp. fol. 635.

F *TOm XI. Anno Chriſti M. XIV. ita ſcribit Illuſtriſſ. Baronius:* Contulimus hoc privilegium cum quatuor diverſis manuſcriptis, atque ita ob nonnulla, in quibus variant, diſtinximus, ut A. Codicem Cencii Camerarii. B. Volumen Privilegiorum Romanæ Eccleſiæ. C. Autographum molis Adriani. D. noſtrum manuſcriptum denotet.

QUÆSTIO

Utrum Alexander III. Papa pede calcârit cervicem Friderici I. Imp. cum illo Epimetro; ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.

G *AFfirmant magno cum ejulatu, propè dixeram, ululatu, omnes Sectarii, eámque ob cauſam, Alexandrum & univerſos Pontifices ad inferos, & ſi quid inferis inferius eſt, ablegandos exiſtimant; ùt videre eſt in* Schardiano Hypomnemate; *& in præfatione Lutheri, quam Anno 1545. præfixit* Libello, *cujus inſcriptio.* Pabſts Treu *Hadriani IV.* und *Alexandri III.* gegen Kanſer Friderichen Barbaroſſa geübt. *quæ præfatio uno anno ante Lutheri obitum, vel potiùs exitium cuſa, tam furioſa & maniaca eſt, ut non ab homine, ſed à Furiarum maxima in Pontifices effuſa videatur, quibus ad extremum hoc odarium accinit.* Ja wohl, was ſolten die läſterlichen Buben und Gottes Verächter, die groſſen groben Eſel, Tölpel, Knebel, Rültze, Filtze, Rangen, Klötze, Pöcke, unvernünfftige Narren, deß Teufels Larven und Butzen dencken, ohn was dem Teuffel wohl gefällt? *Nec ferre volunt Adverſarii, ut quiſquam de fide hujus facti dubitet, aut inquirat, num tanta certitudine nitatur; quanta ab ipſis venditatur. Sed* H

Tom. 8. Jen. Germ. Sua & ſuorum elogia tribuit Lutherus Pontificibus.

tamen

A tamen velint nolint, pati debent, ut & nos ſuper hac re ſententiam noſtram aperiamus; & num rumor ille hiſtoria ſit an fabula, accuratiùs inveſtigemus.

Reſponſio ad Quæſtionem.

RESpondeo igitur cum Illuſtriſſimo Card. Baronio Tom. 12. Annalium, Anno Redemptoris 1177. id, quod de Imperatoris Friderici calcato collo in conventu Veneto, fertur, fabulam eſſe, non hiſtoriam.

Probatur I. Quia Romualdus, Archi-Epiſcopus Salernitanus, qui Venetiis toti actioni & reconciliationi Imperatoris cum Pontifice interfuit, & quidquid agebatur, coràm vidit, & in literas accuratiſſimè retulit, nullum verbulum de calcata cervice habet: non omiſſurus utique rem tanti, & tam inauditi exempli, ſi contigiſſet. Cùm alia omnia minutiſſimè in ſuo Chronico perſequatur.

B Nec dici poteſt, omiſſum hoc à Romualdo, Imperatoris ſtudio & amore; nam Wilhelmi Regis Siciliæ legatus erat; cujus rebus potiùs, quàm Friderici Imperatoris ſtudebat; nec premere hoc, Amici erat; ſicut nec inimici prodere; quia potiùs ad laudem, quàm vituperationem Imperatoris pertinuiſſet propter ſubmiſſionem & patientiam.

Nec rectè affirmabis, hoc ſilentio involutum ob Pontificem; quia ſi Pontifex tale quid in frequentiſſimo totius orbis theatro patrare non horruiſſet, cauſæ nihil habebat Romualdus, cur illud literis non mandaret. Nec Romualdi incuriæ ſeu negligentiæ id meritò adſcribes: quia cùm minutiſſima, quæ in illa pacificatione inter Pontificem & Fridericum; Inter hunc & Wilhelmum Regem Siciliæ, itèmque Lombardos acciderunt, ultróque & citro dicta & acta ſunt, tam ſtudioſè literarum monumentis conſignârit, veriſimile non eſt, eum rem novitate ſua prorſus obſtupeſcendam oſcitanter præteriiſſe.

II. Summum hac de re ſilentium eſt apud Au-
C ctores ejuſdem ætatis, ut eſt ille, qui Alexandri Papæ geſta conſcripſit, quorum partem huc ſpectantem exſcripſit Baronius 1177. Item Rogerius in Annalibus Anglicanis. Nec ex Epiſtolis Alexandri III. quas ad varios de eodem negotio dedit, ullum veſtigium hujus facti elucet: Nequè Alexander taciturus fuiſſe videtur, ſi quid ſimile vel à ſe, tot teſtibus, patratum; vel à Friderico toleratum fuiſſet: quem poſt pedum oſcula ad pacis oſculum amantiſſimè recepit, & humaniſſimè habuit ac tractavit, omnèmque operam dedit, ne ullius impedimenti interventu cœpta pacis tractatio perturbaretur.

III. Nullus ex ſcriptoribus, facti illius aſſer-
D toribus conventui Veneto interfuit; quis igitur non videt, Romualdo, Archi-Epiſcopo Salernitano, qui coràm omnia ſpectabat, uniúsque ex præcipuis Comitiorum illorum Principibus erat, & monumentis ipſius Alexandri Papæ, potiùs fidem habendam quàm aliis, qui non viſa, ſed vano rumore jactata in chartas retulerunt?

IV. Quis ſibi perſuadeat, Fridericum, acerrimi, & ſatis irritabilis ingenii principem hoc paſſurum fuiſſe, qui ob paucula Hadriani IV. verba & Legatorum Hadriani reſponſum, ita cum ſuis aliquando exarſit, ut legati contra jus gentium in præſentiſſimum ſalutis diſcrimen inciderint. Vide Baronium Tom. 12. Anno Redemptoris 1157. Certè Fridericus nec tam viliter abjectus, nec tam piè religioſus erat, ut tale quid ſibi inferri ſineret. E

V. Alexander III. vir fuit mitiſſimus, & omni humanitatis genere Eccleſiaſticæ libertatis oppugnatores & oſores ad meliorem mentem revocare conſuetus; ut docet hiſtoria rerum ab ipſo geſtarum, quam Baronius ut diligenter ita & fideliter, ſerie continua per annos ſingulos exequitur; & quid non tentavit, ut Fridericum, F tam gravem & potentem Eccleſiæ Romanæ adverſarium, Deo & ſibi reconciliaret? Quis igitur credat, manſuetiſſimum Pontificem, ſupplicem, & ad pedes ſuos provolutum Imperatorem, tanto probro tam inuſitato & inaudito afficere voluiſſe; cum illa orationis intolerabili acerbitate, & ſarcaſmo mordaciſſimo: ſuper aſpidem & baſiliſcum, &c. immemor Apoſtolici illius moniti: Patres, nolite filios ad iracundiam provocare. Nam quod majus irritamentum iræ Friderici animo ſubjici potuiſſet, quàm hoc factum dicto aculeatiſſimo exaſperatum? Neque reſpondiſſet Fridericus: Non tibi, ſed Petro, ut quidem reſpondiſſe fingitur, ſed recentiſſimè initam amicitiam ſine mora diſſuiſſet, vel potiùs diſcidiſſet: nam cùm per ſe novæ amicitiæ fragiles ſint; quantò citiùs diſrumperentur, ſi tanta rerum & ſermonis indignitas accederet?

VI. Scriptores, qui hoc commentum de conculcatione literis prodiderunt, non paucas alias, eáſque perſpicuas fabulas Relationi ſuæ adſperſerunt: ut Fridericum ingenti exercitu contra Romanam urbem proceſſiſſe; Alexandrum rebus deſperatis, ſumpto coqui ſui habitu, Venetias profugiſſe, ad D. Virginis de Charitate Monaſterium abiiſſe, ab incolis receptum, hortóque præfectum fuiſſe; quem poſt aliquot menſes quidam, cui nomen Commodus, agnoverit, & Sebaſtiano Venetiarum Duci patefecerit, qui, re cognita, mox Senatum congregaverit, cum omni apparatu ad Pontificis diverſorium acceſſerit, agnitúmque ſub tam vili & abjecto habitu Pontificem cum Crucibus, aliíſque ſolennitatibus ad D. Marci Templum cum omni gaudio perduxerit: Et plura hujus ſortis, quæ ob omni vero abire, ex epiſtolis & ſerie rerum geſtarum tam Alexandri, quàm Friderici, & ex Romualdo, qui interfuit, aliiſque ejuſdem ævi commentariis planum apertúmque facit Baronius. G H

Adde, quòd omnes in deſignatione temporis errant, dum pacificationem inter Pontificem & Fridericum integram non referunt ad Annum ſalutis 1177. ſed partim etiam ad annum 1176.

A *partim ad annum 1178. Et multa alia aſſitata admiſcent, quæ nobis Calvinianus Schardius in ſuo Hypomnemate pleno modio admetitur. Cùm ergo ab aliis, iiſque manifeſtis mythologiis non abſtinuerint; mirandum non eſt, ſi & hanc de calcata Imperatoris cervice cupidiùs, quàm veriùs arripuerint, & ad poſteritatis memoriam tranſmiſerint. Sectariis tamen eò magis quidvis ablanditur, quò eſt fabuloſius.*

Hinc etiam tam avidè percenſent, ſuiſque chartis intexunt fabuloſiſſimam illam mataologiam de Friderico Imperatore literis Alexandri Papæ Soldano Prodito. Quod mendacium tam eſt B *inconditum, ut mirer, ullum mortalium extitiſſe, qui voluerit illud ad aures admittere; nedum ad animum & aſſenſum; quod vel ex hoc uno funditus evertitur, quòd Alexander III. multis annis antè obiit, quàm Fridericus ullam cogitationem de ſuſcipienda peregrinatione in Palæſtinam ſuſciperet. Si de hoc incredibili figmento plura cupis, lege quæ Tomo 3. de S. Cruce in Apologia pro Cruciatis Expeditionibus contra Baleum & alios Novatores diſſeruimus; & in Baſilico Doro, ſeu Apologetico contra Regem Angliæ.* Extat. Tom. VII.

DE HÆRETICORUM ARGUMENTO

C

Quod Ducunt interdum à ſuorum Paucitate; aliquando à ſuorum multitudine.

UT alia multa Novatores hujus ætatis à Priſcis hæreticis mutuati ſunt; ita ab iiſdem acceperunt duos diverſos, & inter ſe planè adverſos argumentandi modos; quorum utroque utuntur, cùm argumento à paucitate ſumpto urgentur; nam aliquando negant, paucitatem ſuorum falſæ Eccleſiæ indicium eſſe; interdum ſe Sectatorum paucitate laborare, audacter abnuunt. Illud, ut obtineant, paucitatem juſtorum ex veteri & novo Teſtamento ingeminant: dictitantes, eam boni eſſe naturam, ut anguſtis limitibus circumſcribatur: D Multos eſſe vocatos; paucos, electos. *Malos ſemper extitiſſe innumeros; probos, perquam paucos;* Geneſ. 7. nam Enoch unus inter homines placuit Deo & translatus eſt; (*verba ſunt Donatiſtarum apud S. Auguſtinum lib. de unitate Eccleſiæ cap. 12.*) poſtea toto mundo aquarum inundatione deleto, ſolus Noë cum conjuge & filiis & nuribus ſuis in arca meruit liberari. Geneſ. 5. Adjungunt etiam Loth, quòd ſolus cum filiabus de Sodomis liberatus ſit. Geneſ. 19. De ipſo quoque Abraham, Iſaac & Jacob, quòd pauci fuerint Deo placentes, cæteri idolis dediti & Dæmonibus. Poſtremò jam multiplicato populo Iſraël, jam temporibus Regum in terra promiſſionis, quæ futura omnibus duodecim tribubus diſtributa E commemorat, decem tribus diviſas & traditas ſervo Salomonis, duas autem remanſiſſe filio Salomonis ad Regnum, quod erat Hieruſalem. Sic & nunc, inquiunt, totus mundus apoſtatavit; nos autem tanquam duæ illæ tribus in Templo Dei, hoc eſt, in Eccleſia, permanſimus. *Hæc & ſimilia olim Donatiſtæ; poſtea Lutheriſtæ & Calviniſtæ.*

Sed ùt priſci, ita & recentiores hac ſua Defenſione fumos vendunt. Nam quidquid ſit, de paucitate fidelium antiquæ legis; nunquam Chriſtus, F *aut ante Chriſtum Prophetæ dixerunt, aut prædixerunt, promulgato aut propagato Evangelio, fore tam paucos electos, ut ea paucitas unius provinciæ, vel nationis finibus includeretur; ſed ſemper Eccleſiam, hoc eſt, congregationem fidelium, ita nobis depinxerunt, & oraculis ſuis repræſentârunt, quaſi à mari ad mare, & ab oriente ad occidentem, uno verbo, in omnem terram diffundenda eſſet; neque enim Deus pater filio ſuo pro hæreditate promiſit ſolam Germaniam, aut ſolam Galliam, aut ſolam Angliam; ſed univerſos terræ fines.* Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Pſalm. 2. *En omnes gentes, & terminos terræ, hoc eſt, univerſam terram, Chriſto in Hæreditatem & poſſeſſionem promiſſam cernis, non hunc aut illum terræ angulum. Idem vates alibi:* Reminiſcentur & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ: Pſalm. 21. *ergo non ſola Germania cum nonnullis appendicibus ſuis.* Et adorabunt in conſpectu ejus univerſæ familiæ gentium. *Si univerſæ; ergo non tantùm aliquæ in aliquibus provinciis. Hujus generis de fidelium per univerſum orbem diffuſione, teſtimonia, paſſim in divinis literis occurrunt, neque opus eſt, ea fuſiùs percenſere.*

G *Si dicant Lutherani aut Calviniani, jam olim ſuam ſectam fuiſſe per totum orbem diffuſam; & poſtea, ubi renata eſt, ad ſolius Germaniæ, Galliæ, aut Angliæ limites reſtrictam: meras nugas agent; quomodo enim per totum mundum diffuſa fuit, cùm ne unicum quidem oppidulum, viculum, aut domicilium monſtrare queant, in quo immediatè ante Lutherum & Calvinum eadem doctrina adæquatè per omnia, & quoad omnia, fuerit credita & tradita, quam hodie credunt & tradunt Lutherani ac Calviniani.*

H *Si dicant; doctrinam ſuam olim quidem per omnes gentes pervaſiſſe; at poſtea deſiiſſe & intercidiſſe; Ego mox regeram, hanc reſponſionem non eſſe evaſionem, ſed Lutheranæ & Calvinianæ ſectæ everſionem; nam ſi quando deſiit, non igitur eſt Catholica, Apoſtolica, & Orthodoxa; quia ex promiſſo Chriſti ſcimus, Eccleſiam, verámque doctrinam ac fidem petræ ſolidiſſimæ inædificatam, adversùs quam ne ipſæ quidem Tartareæ inferorum portæ ſint prævalituræ. Quomodo non prævaluerunt, ſi eam in nihilum redegerunt? Ubi ille veritatis ſpiritus Eccleſiæ à Deo donatus, ut maneat cum ea in æternum; ſi fides recta aliquando funditus interiit?*

Sire-

A *Si reſpondeant, coactam in angulos & ſpeluncas, & alicubi fuiſſe, licèt locus deſignari nequeat; non audiam; quia ſcripturam audio, quæ teſtificatur, Eccleſiam eſſe civitatem ſupra montem poſitam, & lucernam in eminenti candelabro lucentem; viámque ad domum Dei ſeu Eccleſiam fore tam tritam ac notam, ut ne ſtultus quidem ab ea ſit aberraturus.*

Si dicant; orthodoxam quoque fidem in exordio Chriſtianiſmi modicis terminis circum- B *ſcriptam fuiſſe; poſtea tamen totum terrarum orbem occupâſſe; idem etiam ſuæ profeſſioni eventurum; Reſpondeo I. meo animo perſuaderi non poſſe, Lutheraniſmum in omnem terram aliquando exiturum; cùm quotidie magis atque magis evaneſcat; & cùm in alias ſectas, tum præcipuè in Calvinianam tranſeat. Nec de Calviniſmo hoc crediderim; nam & ipſe variè ſcinditur, potiúsque in Mahometiſmum aut Atheiſmum abiturus, quàm totum mundum occupaturus videtur.*

Deinde, nimis ſerum eſt, jam poſt tot ſæcula C *à Chriſtianæ religionis ortu tibi blandiri, quaſi fidem profitearis, quæ aliquando ab ortu ſolis uſque ad occaſum diffundenda & dilatanda ſit; nam hoc pridem factum oportuit; & pridem factum fuiſſet; ſi tua fides vera, non falſa & fallax eſſet.*

Nec juvant iſtos Pauci illi, de quibus aliquando ſcriptura; Nuſquam enim affirmat ſcriptura; fideles ita paucos fore, maximè poſt Evangelii ubique locorum prædicationem, ut unius regionis finibus includantur; ſed pauci dicuntur fideles boni, idque non abſolutè, ſed per comparationem ad malos, quorum longè major eſt copia. Nam hanc paucitatem in comparatione multitudinis malorum, eſſe à Domino commendatam *(verba S. Auguſtini audis libro de Unitate Eccleſiæ cap. 13.)* multitudinem autem bonorum, cùm per ſe conſideratur, non tacuiſſe ſcripturas, legant & videant, quàm plura teſtimonia reperiantur. Unde enim ipſum ſemen Abrahæ, ſicut D ſtellæ cæli, & ſicut arena maris promittitur, *niſi propter innumeram multitudinem? &c.* Geneſ. 15. Unde multi filii deſertæ magis, quàm ejus, quæ habet virum? Unde multi ab Oriente Matth. 8. & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Jacob in regno cælorum; filii autem regni ibunt in tenebras exteriores, hoc eſt, impii Judæi? &c. Unde Apocalypſis millia millium dicit eſſe Sanctorum Eccleſiæ filiorum? Ecce ipſi dicuntur multi, qui dicuntur & pauci. Quare, niſi multi per ſe ipſos conſiderati, pauci autem in conſideratione iniquorum. *Hæc S. Auguſtinus Donatiſtis; ego Lutheriſtis & Calviniſtis; qui quando ſuam paucitatem jactant, eis non injuria oggeſſeris, longè pauciores Schwenckfeldianos; & Anabaptiſtas eſſe, quàm Lutheranos, aut Calvinianos; ac proinde illos juſtiùs paucitatis laudem, ſi qua laus eſt, ſibi vendicare. Idem & S. Auguſtinus Donatiſtis de paucitate gloriantibus objecit Rogatiſtas & Maximinianiſtas; qui longè pauciores erant, quàm Donatiſtæ. Porrò ad id, quod Donatiſtæ occinebant de diviſione duodecim tribuum Judaicarum, reſpondet S. Auguſtinus;* E Deus has tribus juſſerat ſeparari, non ut religio, ſed ut regnũ divideretur, & hoc modo vindicaretur in regnum Juda. Deus autem nunquam jubet ſchiſma aut hæreſin fieri: neque enim quia & in orbe terrarum plerunque regna dividuntur, ideo & Chriſtiana unitas dividitur, cùm in utraque parte Catholica inveniatur Eccleſia. *Ibidem oſtendit S. Auguſtinus, in Regno itidem Iſraëlis fuiſſe multos bonos. Nam & in illa parte, quam pro exemplo perditionis ponunt, id eſt, in Iſraël, fuerunt ſancti Prophetæ. Ibi erat ille memorabilis Helias, ut de aliis taceam,* cui etiam dictum eſt; reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal. Ideo nequaquam pars illa populi, tanquam hæreſis fuiſſet, deputanda eſt. *Ita S. Auguſtinus.* F

Verùm quidquid tandem diviſio illa tribuum, & utriuſque Regni populus ſignificârit, hoc de Chriſtiana Eccleſia certum & exploratum eſt, eam nunquam defectione aliqua ita imminutum iri; ut ad paucos unius provinciæ vel nationis homines redigenda ſit: & quoties quis aliquos de tali paucitate gloriantes audit, tum ſe Africanos Donatiſtas ab inferis reſuſcitatos audire, quin & deteſtari, meminerit.

Altero argumento à multitudine mirificè triumphârunt olim Hæretici, ut planum ſit ex diſceptatione quadam de hujus ipſius argumenti vi ac G *pondere, quæ Græcè & Latinè extat Tom. 2. Operum S. Athanaſii fol. 246. A quorum more non deflectunt hodierni Novatores, quibus interdum ſuorum multitudo grandiſſima apparet: nominatim Sereniſſimo Regi Angliæ in ſua præfatione Monitoria, ad Imperatorem, Reges ac Principes Chriſtianos, ubi præ admiratione vix ſe capit, quomodo tam brevi tempore Calviniſmus tam longè latéque diffundi potuerit; & vix ſe continet, quò minùs exclamet:* Digitus Dei hic eſt. *De quo plura in Apologia contra Regem Angliæ.*

Cæterùm, ut horum intempeſtivam jactan- H *tiam infringas, diligenter obſervabis, iſtos nec gloriari, nec gloriari poſſe, multitudine quaquaverſum diffuſa, qualis eſt, multitudo eorum, qui in Catholica Eccleſia degunt; ſed ea tantùm, quæ unius vel aliquarum provinciarum finibus comprehenditur: quæ magna quidem eſt ſeorſim & abſolutè ſpectata; parva autem eſt per comparationem ad Catholicos. Fateor, multos eſſe Lutheriſtas: ſed incomparabiliter plures Catholicos eſſe ſcio; nam & Catholici multis in locis, ubi Luthericolæ ſunt; & multis in locis Catholici ſunt, ubi Luthericolis nullus locus relictus eſt. Multi ſunt Calviniſtæ. At hos itidem Catholici longiſſimè ſuperant; quia multis in locis Catholici cum Calvinicolis permiſti ſunt; Et plurimis in provinciis Catholici ſoli omnia obtinent; ubi Calvino cum ſuis non benedictio, ſed æterna maledictio accinitur.*

Fallunt ergo iſti, cùm multitudinem ſuam prædicant; quia non prædicant multitudinem univer-

 ſalem,

A *ſalem, quam non habent; ſed localem, & provincialem, vel nationalem: qua non eſt Catholica; nam Catholica Eccleſia non partem orbis, ſed totum orbem à Deo accepit: Quocirca cùm Catholici de multitudine ſua gloriantur, jure id faciunt; quia Catholica Eccleſia nota eſt* eſſe ubique: *non in unum vel alterum angulum ſeu parvum, ſeu magnum detrudi, ùt accidit Hæreſi.*

In diſceptatione ſeu oratione antea citata: quæ eſt contra illos, qui μόνῳ τῷ πλήθει, ſola multitudine veritatem dijudicandam docent.

B *Quapropter cùm Hæreticus multitudinem ſuorum decantat; tu recine illud ſeu D. Athanaſii, ſeu alterius Auctoris:* Quid multitudinem nobis ingeris, quaſi alteram turris Babylonicæ extructionem Deo minitans ad inſanæ illius multitudinis exemplum? Multitudo ſuo aliquid arbitratu ſine demonſtrationibus comprobans, eſt illa quidem idonea ad incutiendum metum, ſed ad perſuadendum nullo modo: *multitudo nimirum hæretica localis & angularis, ut ita loquar.* Quot enim hominum millia mibi perſuaſerint, ut diem noctem eſſe ſtatuam? Ut æreum numiſma pro aureo agnoſcam & accipiam? Ut noxium Pharmacum pro utili alimento ſumam? Si rerum terrenarum gratia non curamus *multitudinem* ψευδωνύμων, falsò nominatorum, cur in cœleſtibus dogmatibus ſimplicem multitudinis nutum intuebor, *ab iis* nimirum diſceſſurus, quæ magno conſenſu multiſque ſcripturarum teſtimoniis jam inde ab antiquiſſimis temporibus ſunt tradita?

Tunc autem maximè utendum eſt argumentis, quæ prædictus Auctor pro paucitate contra C *hæreticorum multitudinem affert; quando, ùt ſæpe in Germania civitatibus & oppidis uſuvenit, omnibus turmatim ad Lutherum vel Calvinum deſciſcentibus, nonnulli ex Catholicis conſtantiores, quàm ut avitam religionem deſerant, hoc vel ſimili ariete conquatiuntur: Ecce quanta multitudo ad Lutheri, & Calvini caſtra tranſit? Num tu omnibus prudentior, & intelligentior cenſeri cupis? Num tu paucorum veſtigia, quàm tantæ multitudinis ſequi præoptas? Hoc caſu tempus poſtulat, ut quis contenta voce exclamet:* Non audiemus Dominum dicentem? Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Et iterum: Anguſta eſt porta, & ſtricta via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniant eam? Quis igitur ſana mente præditus non malit in paucorum eſſe numero, per anguſtam por- D tam ad ſalutem ingredientium; quàm aſſociari multis illis per latam ad interitum ruentibus? Quis verò, ſi ætas ſua in tempus certaminis Stephani incidiſſet, non ab illius potiùs ſtare partibus exoptâſſet, qui ſolus lapidibus obrutus, ſolus omnibus deridendus fuit propoſitus, quàm à vulgo, quod ſeſe id profiteri credebat, quod jure omnes amplexarentur? E Major bonor habendus eſt, vel uni probatæ fidei viro, quàm decem aliorum millibus, qui ſe inſolentiùs jactitant, &c.

Pulchrum igitur eſt, pulchrum, ſive unus aliquis, quæ juſta ſunt, liberè & ingenuè profiteatur: ſive improbus multorum ſenſus infringatur. Age verò & multitudinem diluvio ſubmerſam, conſervato Noacho, tu quidem, ſi placet, antepone: mihi verò permitte, ut ad arcam, paucorum receptaculum accurram. Tu ſi voles cum Sodomitica multitudine conjungito: ego cum Lotbo iter faciam, quamlibet is ſolus à turba, magno ſuo bono divellitur, &c. F

Quomodo igitur non miſerandi illi, qui vim auctoritatémque doctrinæ, ſola applaudentium multitudine metiuntur? nec conſiderant Dominum noſtrum Chriſtum duodecim diſcipulos, ſimplices, illiteratos, pauperes, eos denique, qui nullo negotio capi poſſent, fiducia adversùs mundum gratis muniviſſe? nec duodecim illos decem millia ſequi: ſed decem millia ad duodecim ſe accommodare nutum voluiſſe? Hunc ad modum ſemper vincit veritas, quantumvis apud paucos interim inveniatur.

Hæc præclarè Auctor ille; quibus rectiſſimè utetur, quiſquis objectu multitudinis ad Luthe- G *ri vel Calvini caſtra pellicitur. Neque tamen, qui hanc defenſionem uſurpat, multitudini Catholicæ nihil tribuit; imò plurimum tribuit: quod apertè cum Auctore illo profitetur, & quidem his verbis:* Et ego multitudinem veneror, non eam, quæ ab inquiſitione refugit, *ſolum verbum Dei inſolentiſſimè jactitans*, ſed quæ demonſtrationem exhibet, *hoc eſt, quæ ratione & ratiocinatione utitur, & quid ex quaque re ſequatur, accuratè perpendit:* non quæ acerbè pugnat, *ùt facit multitudo Hæretica;* ſed quæ paternè corrigit, *ùt facit multitudo Ca-* H *tholica:* non quæ gaudet novitatibus; *qualis eſt multitudo Hæretica.* Sed quæ patriam hæreditatem tuetur: *quod diligenter præſtat multitudo Catholica.* Tu verò, qualem multitudinem mihi nominas? Eam nimirum, quæ adulatione & muneribus conducta eſt, eam, quæ ab imperitia & inſcitia abrepta eſt: eam, quæ momentaneam peccati voluptatem præfert vitæ æternæ; id quod multi palàm ſunt confeſſi. Multitudine mendacium roboras? Mali vehementiam innuis. Hòc enim major eſt miſeria, quò plures malo ſunt implicati.

F I N I S.

VOLU-

Digitized by Google

VOLUMEN EPISTOLARUM,

QUAS

ROMANI PONTIFICES,

GREGORIUS III. STEPHANUS III.

ZACHARIAS I. PAULUS I.

STEPHANUS IV. ADRIANUS I.

ET

Pſeudopapa Conſtantinus miſerunt ad Principes & Reges Francorum,

CAROLUM MARTELLUM, PIPINUM,

ET

CAROLUM MAGNUM,

Olim

Studio & cura ipſius CAROLI MAGNI collectum:

Nunc tandem

Publici Juris factum

A

JACOBO GRETSERO

SOCIETATIS JESU

THEOLOGO.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO DOMINO HENRICO, EPISCOPO AUGUSTANO &c.

SÆpe jam mentem meam iſta cogitatio ſubiit; *Reverendiſſime & Illuſtriſſime Princeps;* ut, quoniam variis tam Eccleſiaſticis, quàm politicis Summatibus & Proceribus varia à me conſcripta opuſcula dicavi & obtuli: tandem aliquid mearum lucubrationum ad *Illuſtriſſimam Celſitudinem V.* ablegarem. Cui tacitæ ſuggeſtioni jam dudum obtemperâſſem, niſi me retardâſſent vetera quædam dicta, communi ſermone ita pervulgata, ut in proverbia abiêrint; quorum unum vetat; ne *noctuas Athenis*; alterum, *ne ſylvis ligna;* tertium, *ne fluminibus lymphas* inferamus, labore non tantùm inani, ſed & ridiculo; Enimverò ita mecum ratiocinabar. Quid tu homo alienæ Academiæ de paupertina tua ſupellectile donabis illi *Principi*, cui ex propria Academia hujusmodi munerum copia larga, partim à Philoſophis, partim à Theologis in ſingulos propemodum annos ſubminiſtratur? Nimirum priſcis adagiis in te, cum ludibrio Jaculandis occaſionem dabis. At ubi vidi, id, quod jam præ manibus erat, meum non eſſe, ſed totum, graviſſimis, antiquiſſimis, & ſanctiſſimis Apoſtolicæ Sedis Præſulibus adſcribi debere; formidinem omnem abjeci: nec monumentum, quod nunc publicamus, aliò, quàm ad *Celſitudinem V.* abire volui; quia, ùt dicebam, domi meæ non eſt natum; ſed Romanos Antiſtites, Chriſti in terris Vicarios, & D. Petri ſucceſſores; Collectorem autem, & quaſi al-

terum

terum parentem, habet Carolum Magnum, Heroëm illum incomparabilem; opus à doctiſſimis viris, nominatim à celeberrimo illo Annalium Eccleſiaſticorum conditore, Baronio, ſummis votis expetitum, indefeſſo ſtudio per Bibliothecarum angulos & forulos quæſitum, nec tamen repertum. Ex cujus lectione multiplex ad lectorem utilitas manabit. Inde enim Hiſtoriæ ſacræ multa geſta hauriet, quæ fruſtra aliunde expectet. Nec ignorabat præſtantiſſimus Cardinalis Baronius, quàm inſigniter Tomum IX. ex Epiſtolis Pontificum Pauli & Hadriani ſaginare potuiſſet, ſi earum copia facta fuiſſet.

Inde etiam, quivis intelliget, quanta fuerit Potentiſſimorum Regum *Pipini* & *Caroli Magni* erga Romanam Eccleſiam pietas, quanta reverentia, & obſervantia, quanta liberalitas & munificentia. Quàm prompta in ea ab hoſtium inſultibus defendenda alacritas; nec Regum ſolummodo, ſed generatim omnium Francorum, quibus nihil jucundius accidebat, quàm pro S. Petro, Monarchiæ Franciçæ protectore, arma capere. Hinc inſuper clarè eluceſcet, quanta ſit Hæreticorum quorundam Balathronum impudentia, qui falſi arguere conantur Diplomata Donationum, quibus Pipinus & Carolus S. Petro non modò civitates, ſed & integras Provincias, atque adeò opulentos *Ducatus* obtulerunt, quandoquidem in ſingulis propemodum Pauli & Hadriani Pontificum Epiſtolis, harum oblationum mentio extat: ita, ut cùm Magdeburgenſium Centuriarum Fabri, quorum ſignifer Illyricus, nimia claritate præſtricti, non invenirent, quod contrà hiſcerent; ad convicia verſi, Adrianum & Pipinum *duos prædones* appellârint, qui ad Italiæ devaſtationem, *mutuas operas tradiderint*. Gratius videlicet iſtis eveniſſet; ſi Eccleſia Romana cum univerſo S. Petri patrimonio, in immanium Longobardorum poteſtatem veniſſet, quàm quòd fortunatiſſimis Pipini & Caroli Magni armis in libertatem aſſerta, ditiones, quas antiquitus poſſederat, & Longobardicæ gentis tyrannide amiſerat, recuperavit, non ſine luculenta novarum Provinciarum acceſſione, munere invictiſſimorum Regum.

Jam quod attinet ad Academiam, in qua verſor, & ex qua Volumen hoc ad *Reverendiſſimam Celſitudinem V.* tranſmittitur, eam *C. V.* nec peregrinam, nec alienam, ſatis ſcio, reputat; cùm in *Album* Academicum, jam olim relata, ſacriſque Philoſophiæ ac Juriſprudentiæ hic operata fuerit. Et quis bonarum literarum paulò ſtudioſior neſcit, quantum Academia noſtra clariſſimæ & nobiliſſimæ *KNOERINGERORUM* familiæ debeat, ob locupletiſſimam Bibliothecam, qua à *C. V.* in Epiſcopali throno Anteceſſore *AGOLPHO KNOERINGERO*, Principe literatiſſimo, & omnium Eruditorum Mecœnate ſummo, dotata & donata eſt; non ſine annuo vectigali; ut ſit & præfecto Bibliothecæ ſtipendium, & libris augendis ſumptus: & anniverſariis exequiis *KNOERINGERIANIS* in æde Mariana, non ſine funebri encomio, celebrandis, impenſa. Quem Præſulem, ſi Deus ad Auguſtanæ Eccleſiæ gubernacula admotum, non tantùm terris oſtendiſſet, ſed & diuturniore lucis uſura perfrui conceſſiſſet, næ Academia Dilingana eximium Patronum habuiſſet, cui inter præcipuas curas, hæc etiam una futura erat, ut quoad vires & opes ferrent, dignitatem, decora, & commoda ejus amplificaret.

Sed quod ob immaturam mortem negatum illi, hoc *Celſitudini Veſtræ, Illuſtriſſime Princeps*, ex eodem ſanguine & ſtirpe deſcendenti, reſervatum eſt: quæ Provinciam quaſi Teſtamento ſibi legatam, ſtrenuè adminiſtrat; déque Academia ſua bene merendi nullum fi-

nem facit. Qua beneficentia illud *Illuſtriſſima Celſitudo V.* conſecuta eſt, ut ſub nullius ex antegreſſis Præſulibus Pontificatu, Academia ſtudioſæ juventutis numero, nobilitate, & variorum Religioſorum accurſu magis, ac in præſenti, floruerit, ingenti bono Eccleſiæ & Reipublicæ, majoribus utique adhuc incrementis inſignienda, ſi Deus *Celſitudini Veſtræ* vitam ad plures annos prorogare dignetur, prout omnibus in optatis eſt. Nec occurrit, quod communibus votis convenientius ſubjungam, quàm illud Davidicum. *Fiat. Fiat.* Ingolſtadii, VIII. Die Martii M. DC. XIII.

A

AD LECTOREM.

FAveto, amice Lector, bonam *ſcævam*, ſi Catholicus es, tibi apporto. Si Novator, magnum forſitan malum tibi afferri arbitraberis. Utcunque ſit; en tibi Indiculum, quot cujuſque Pontificum Epiſtolæ in hoc Volumine inſint.

Gregorii Tertii, II.
Stephani Tertii, VIII.
Zachariæ, I.
B Pauli Primi, XXXII.

Quamvis una ex iſtis ſcripta ſit ad Pipinum communi nomine ſenatus & populi Romani.

Stephani Quarti, V.
Adriani Primi, XLIX.

ſicèt una ex iſtis communi Cleri nomine ad Carolum Magnum data ſit.

Conſtantini Antipapæ, II.

Quarum omnium ſumma Centuriam effi-
C ceret, ſi una adhuc Epiſtola acceſſiſſet. Ex quibus ſeptenæ forſan, aut non multò plures leguntur jam, partim Tomo IX. Annalium Illuſtriſſimi Baronii, partim Centuria VIII. Magdeburgenſium cap. 9. quas prœterire nefas duxi, ob reverentiam Caroli Magni; quis enim ſejungat, quas tantus Monarcha uno in volumine copulari voluit? Neque tamen in hac ſylloge ratio temporis admodum accuratè ſervata eſt; nam Epiſtola Zachariæ Pontificis interiicitur Epiſtolis Stephani Tertii, cùm tamen certum ſit, Zachariam Stephano priorem fuiſſe. Conſtantini etiam Pſeudopontificis geminæ Epiſtolæ inter Paulum & Stephanum IV. locum obtinere deberent; cùm Conſtantinus poſt
D Pauli obitum Cathedram Apoſtolicam invaſerit; & tamen ad calcem libri rejectæ ſunt; qui *Neophytus* appellatur; quia Laicus cùm eſſet, & omnis penitus clericalis conſecrationis expers, à turbulentis quibusdam ad ſupremum hoc Apoſtolici officii culmen, nefaria temeritate evectus eſt, ſucceſſu parùm proſpero; vix enim annum, unúmque menſem, in hac tam excelſa ſpecula conſederat, & ecce ruina atque in imum præcipitatio. Qua de re legi poteſt Baronius Tom. IX. Anno Redemptoris DCC. LXVIII.

Sed ut ad Epiſtolas Pauli Pontificis accedamus, Centuriatores Cent. 8. cap. 10. Scripta hujus Pontificis recenſentes, ita ſcribunt, E
vel potiùs calumniantur: *Pontificii collectores Tomorum Conciliorum videntur conſultò Epiſtolas Stephani II. & Pauli, Stephani III. Conſtantini & Adriani omiſiſſe: ne Pontificum artes & fraudes in Francis dementandis, & injuſtè occupandis bonis Imperii, patefierent.*

Cæterùm hanc putidam criminationem F
unus, omnium loco & nomine, ſatis ſuperque refellit Illuſtriſſimus Baronius, flebili illa ſua threnodia, quam texuit ad annum Chriſti DCCLXVII. eò, quòd Pontificis hujus Pauli Epiſtolas adipiſci non potuerit; ut taceam, ſimilem lamentationem ob Epiſtolas Adriani Pontificis ad Carolum Magnum non repertas; quarum omiſſione exiſtimabat, Annales ſuo præclariſſimo ornamento carere. Accipe, Lector, ipſius præſtantiſſimi Cardinalis verba, & judica, num Pontificii de induſtria hujusmodi Epiſtolas oppreſſerint.

De Pauli rebus geſtis opulentiorem tibi appo- G
ſuiſſemus menſam, ſi Epiſtolas ab eo ſcriptas ad Pipinum Francorum Regem, & alios, reperire potuiſſemus, quarum duntaxat argumenta ſummatim perſtricta & recenſita vidimus, à Panvino in Vitis Romanorum Pontificum, eáſque integras haberi in Vaticana Bibliotheca teſtatur: Verùm eaſdem diu quæſitas minimè invenire valuimus, ut eas vel furto, vel alio aliquo modo inde ſublatas exiſtimemus. Cæterùm nihil eſt, quòd ejus fides poſſit in ſuſpicionem adduci, cùm & earundem totidem numero argumenta pariter recitent Novatores: qui pertæſi prolixitatem atque multiplicitatem pariter, ſed magis veritatem, non ipſas integras, ſed ipſarum argumenta tantummodò edidère: quæ ſi non ſimul congeſtæ, ſed per annos ſingulos, quibus ſunt datæ, digeſtæ H
fuiſſent, non faſtidium, vel nauſeam legentibus attuliſſent, ſed maximam voluptatem; utpote, quòd ex eis epiſtolaris hiſtoria, quæ cæteris veritate & ſinceritate præſtat, ignota hactenus, fuiſſet egregiè concinnata: quod, nec tu negaveris, cùm earundem argumenta perlegeris, quæ hic tibi ſubjicimus, ne jejunum penitus dimittamus, quem opiparâ menſâ, (quod optâſſemus) excipere non conceditur. Sed & ex his quoque intelligat, & fateatur, licèt invitus, quàm benè, & optimè de Eccleſiaſticis antiquitatibus mereatur, qui, non fragmenta, vel argumenta reddat Epiſtolarum, ſed ipſas integras edat,

A *edat, non ampliùs perituras, cùm ſic earum perpetuitati benè conſulat, dum eas in Archivo recondens, conſecránſque immortalitati, conſervet poſteris integras.*

Poſthæc idem Baronius viginti oovem Epiſtolarum Pauli *Summaria* ſeu *Periochas* recenſet ex Onupbrio; quod & à Centuriatoribus factum, licèt ipſi viginti ſeptem ſolummodo Epiſtolarum ſynopſin afferant; & præter has, trium aliarum ad Carolum, & Carolomannum meminerint, inſuper etiam Epiſtolæ ad cunctum exercitum Regni Francorum. Quas omnes in hac noſtra Editione Lector inveniet. Maximam certè reptehenſionem merentur Centuriatores, qui cùm, ùt palàm icribunt, triginta & unam bujus Pontificis Epiſtolas manuſcriptas accepiſſent, ne unam quidem ſuis Centuriis inſeruerunt, B cùm tamen aliorum quorundam Pontificum Epiſtolas, & quidem ſatis prolixas, recitare haud gravati fuerint. Forſan timebant, ne Lectores ex lectione tot Epiſtolarum, quas Pontifices ad Pipioum, & alios Francorum Principes dederunt, nimis apertè intelligerent, quanto in pretio Sedes Apoſtolica ſummis Principibus fuerit, Lutherúmque cum ſuis in Pontifices Romanos Diabolicis conviciis execrari iociperent. Nobis certè, illud, quod ſummo vito Baronio negatum eſt, non bona fortuna; ſed divina provideotia obtulit; oempe Pauli Pontificis triginta duas Epiſtolas; utinam emendatiores. Nam codex membraoaceus, quo C uſi ſumus, vetuſtus quidem eſt; & ſatis vetuſto cbaractere exaratus, ſed vitioſiſſimè, ita ut mioor forſan labor eſſet ſtabulum Augiæ expurgare, quàm omnia exemplaris bujus menda tollere, quæ emendet, qui in meliorem codicem inciderit; nos interim arbitrati ſumus, ſatius eſſe Pauli Pontificis Epiſtolas, qualicunque modo, in luce verſari, quàm diutiùs in tenebris deliteſcere & obſoleſcere. Quod etiam de Epiſtolis Hadtiani Pontificis intellectum volo.

D Ut porrò Lector ſciat, quæ Epiſtola cui ſummario apud Baronium & Centuriatores reſpoodeat, id ad quamlibet Epiſtolam annotavimus; ùt & in Adriani Epiſtolis factum: quarum magno deſiderio tenebatur Illuſtriſs. Cardinalis Baronius, ut ex hac ejus oratione apparet Tom. 9. Annalium, Anno Redemptoris DCCXCV. N. I. ubi de Actis Adriaui hæc ſubjecit. *Fuiſſent tanta iſta copioſiore atque luculentiore ſtylo narranda, & non ferreo, eóque obducto rubigine detruncata, nimiáque brevitate decurtata potiùs, quàm declarata, poſteritati tradenda. Sed acceſſit ad damnum, quòd cùm quadraginta quatuor ejuſdem Pontificis Hadriani Epiſtolas Vaticana Bibliotheca poſſideret, ex quibus locupletanda fuiſſet hiſtoria; illis deperditis, earundem fuerint tantummodo argumenta relicta, ſummatim eliſita, quorum hauſtu majorem ſibi ſitim lector* E *accendat, ad fontem anhelans, non ſine ſpe, ut aliquando, ſi quis eſt earundem bonæ fidei poſſeſſor, easdem in lucem prodat, quæ ſuis ſingula locis reddantur.*

Ecce, quod vir ſummus cupidè deſiderabat, id jam præſtamus, & plures etiam, quàm XLIV. hujus tanti Pontificis Epiſtolas evulgamus; quas etiam Centuriatores vidiſſe videntur. Nam Centur. VIII. cap. 10. ita ſcribunt. *Accepimus Adriani 44. Epiſtolas manuſcriptas ad Carolum Magnum, quarum argumenta indicare opera pretium duximus;* qui mox *Summaria* adducunt, ùt & poſtea à Baronio factum; ſed alio ordine Epiſtolarum, quàm in manuſcripto Codice, quem nos ſecuti ſumus, inveniatur, ùt intelliges ex numero Periocharum, quem ex Baronio & Centuriatoribus ad ſingulas Epiſtolas adſcripſimus; ùt jam antea monui.

F Quanquam animadverto, Centuriarum artifices in his Periochis ſeu recitandis, ſeu conficiendis haud ſatis bona fide verſatos eſſe. Baronius dicit, ſe illas exſcripſiſſe ex Onuphrii Panvini de Vitis Pontificum Hiſtoria, quæ in Vaticana Bibliotheca aſſervetur. Unde Centuriatores? ipſi ſilent; ſed res ipſa loquitur, eos, aut eundem Onuphrianum Codicem vidiſſe; (quæ enim his Lavernionibus, eorúmque *ſubadjuvis* & adminiſtris Bibliotheca ooo patuit?) tanta eſt argumentorum, etiam in verbis, utrinque ſimilitudo & convenieotia; aut ſi fortè Epiſtolas integras adepti erant; ùt certè adepti videntur; Synopſes illas Epiſtolis præfixas in aotiquo exemplari reperiſſe, ùt fortaſſis Onupbrius tepererat; &, pto more ſuo, calumnias nonnullas interſperſiſſe; G ex quibus ſunt iſtæ: In Summario ſecundæ Epiſtolæ Adriani: *Invocationem ſanctorum & primatum Eccleſiæ Romanæ aſſerit.* In Summ. quartæ. *Malè citat dictum:* Qui perſeveraverit uſque io finem, ſalvus erit. *Totus eſt pro Invocatione Sanctorum & primatu.* In Summario Decimæ ſextæ: *Invocationem ſanctorum tradit. Gloriatur, quòd Græcorum naves combuſſerit plurimas*, &c. In Summario vigeſimæ nonæ. *Uberrima benedictiones, vel potiùs adulationes*, &c. in Summ. Quadrageſimæ tertiæ. *Totus eſt pro primatu. Multa ſcripturæ dicta congerit, nihil ad propoſitum pertinentia.* Denique in argumento Epiſtolæ ad Egilam: *Abutitur ſacra Scriptura teſtimoniis.* Quæ omnia Centuriarum fabri de Sycophantico ſuo pectore extuderunt; contra mentem ejus, qui primus has Periochas concinnavit.

H Ejusdem ſortis eſt & illud, quo contaminârunt Summarium ſextæ Epiſtolæ Pauli Pontificis. *Petit, ut ad ſe Legatum ſuum mittat, per quem poſſit ei prodere Græcorum conſilia & inſidias.* Ægrè ſcilicet his ſectariis futurum erat, niſi ex Paulo *proditorem* facerent; ſubſtituto *prodendi* odioſo verbo, in

A vicem verbi *aperiendi*, quo Auctor *ſummarii* uſus fuerat. At ſatis de Centuriatoribus.

Illud præterea te nôſſe velim, mi Lector, me veteris Orthographiæ, non admodum ſuperſtitioſam rationem habuiſſe; quia fractus non illabetur orbis, ſive legas *Inluſtris. Inluſter. Inlicitè. Inliciter. Inretitus. Inportabilis. Inmenſus. Aſſumtus* ſeu *Adſumtus*, *Temptatio*, *Adcreſco. Obtimates. Obtimus. Amminiculum. Ammoneo. Jocundus. Jocunditas. Dicio. Suboles. Conloqui. Conlocutio. Conroboro. Conlaudo. Obmiſi. Cotidie. Iſdem*; ſive, ùt nunc fert conſuetudo: *Illuſtris. Illicitè. Irretitus. Importabilis. Immenſus. Aſſumptus. Tentatio. Accreſco. Optimates. Optimus. Adminiculum. Admoneo. Jucundus. Jucunditas. Ditio. Soboles. Colloqui. Collocutio. Corroboro. Collaudo. Omiſi. Quotidie. Idem.*

B Neque quidquam cauſæ eſt, cur quis Pontificibus diem dicat ob violatas alicubi Grammaticæ leges, incultúmque orationis genus: nam Epiſtolæ iſtæ conſcriptæ ſunt iis temporibus, quibus Latina lingua in Italia, ob tot peregrinarum gentium immigrationem, ad exitium ruebat. Sed *quid officit, ô quaſo* (utar enim verbis Arnobii lib. 1. contra Gentes) *aut quam præſtat intellectui tarditatem, utrúmne quid levè, an hirſuta cum aſperitate promatur? Inflectatur, quod acui, an acuatur, quod oportebat inflecti? Aut qui minùs id, quod dicitur, verum eſt, ſi in numero peccetur, aut caſu, præpoſitione, participio, conjunctione? Cùm de rebus agitur ab oſtentatione ſubmotis, quid dicatur ſpectandum eſt, non quali cum amænitate dicatur; nec quid aures commulceat, ſed quas afferat audientibus utilitates; alioqui neceſſe erit, ut abjiciamus ex uſibus noſtris quorundam fructuum genera, quòd cum ſpinis naſcuntur, & purgamentis aliis; quæ nec alere nos poſſunt, nec tamen impediunt perfrui nos eo, quod principaliter antecedit, & ſaluberrimum nobis voluit eſſe natura.*

C Qui elegantiam, & orationis venuſtatem quærit, is non huc, ſed ad M. Tulii, Plinii, Mureti, & ſimilium Epiſtolas divertat. Admodum autem his Epiſtolis perfectiùs intelligendis lectio Anaſtaſii Bibliothecarii in Hiſtoria Pontificum conducet; præſertim, ubi de illis Pontificibus agit, quorum in hoc Volumine monumenta viſuntur. Utitur enim eodem fermè dicendi charactere, & multa vel attingit, vel copioſiùs exponit, quæ in his itidem Epiſtolis vel attinguntur, vel fuſiùs exponuntur.

D Unum addo, & verbis compendium facio. Epiſtolas iſtas debes, candide Lector, Nobili & Eruditiſſimo Domino SEBASTIANO TENGNACEL I. V. D. Cæſareæ Bibliothecæ Viennæ Præfecto, qui eas ad me publicandas humaniter miſit. Quo beneficio omnes Eccleſiaſticæ hiſtoriæ & antiquitatis amantes arctiſſimo nexu ſibi, obſtrinxit.

Vale, mi Lector, & ſi ſaluti tuæ conſultum cupis, à Sede Apoſtolica ne diſcede; aut ſi diſceſſiſti; quamprimùm revertere.

Ad Librum. E

Pontificum ite foras veterum monumenta, diúque
Preſſa ſitu & tenebris, lumine caſſa diu:
In lucem prodite, polóque fruimini aperto,
Delituiſſe ſat eſt hactenus; imò nimis.
Vos TENGNAGELIUS caligine ſolvit & umbris;
Eximio grates ſolvere abite viro.
Sæpius, útque quod egit, agat, rogitate, nec eſcam
Blattis ac tineis tot ſinat eſſe libros.

INSCRIPTIO CODICIS MEMBRANACEI VENERANDÆ VETUSTATIS, SED PESSIME A LIBRARIIS ACCEPTI; F

A | Ω *Regnante in perpetuum Domino & Salvatore noſtro JESU CHRISTO. Anno incarnationis ejusdem Domini noſtri. DCC. XCI. Carolus excellentiſſimus, & à DEO electus Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, anno feliciſſimo regni ipſius XXIII. Divino nutu inſpiratus; Sicut ante omnes, qui ante eum fuerunt, ſapientia & prudentia eminet, ita in hoc opere utiliſſimum ſui operis inſtruxit ingenium, ut univerſas epiſtolas, quæ tempore bonæ memoriæ Domni Caroli Avi ſui; Nec non & glorioſi Genitoris ſui Pippini, ſuisque temporibus de ſumma Sede Apoſtolica, beati Petri, Apoſtolorum Principis, ſeu etiam de imperio ad eos directa eſſe noſcuntur, eò quòd nimia vetuſtate, & per incuriam jam ex parte dirutas atque deletas conſpexerat, denuo memorabilibus membranis ſummo cum certamine renovare ac reſcribere decrevit.* G

Incipiens igitur, ùt ſuprà diximus, à principatu præfati Principis Caroli, Avi ſui, usque præſens tempus, ita omnia exarans, ut nullum penitus teſtimonium, ſanctæ Eccleſiæ profuturum, ſuis deeſſe ſucceſſoribus videatur, ùt ſcriptum eſt; ſapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens; &c.

Hactenus inſcriptio antiqui Codicis. Quam, candide Lector, in ipſo ſtatim veſtibulo tibi repræſentare voluimus, ut operis hujus vetuſtatem ac gravitatem ante omnia diſceres. Vetuſtas eſt, quam in jam tibi H propoſita tabella conſpicaris. Gravitas tergemina eſt, ab Epiſtolarum Auctoribus, à Principibus, ad quos miſſæ Epiſtolæ; & à Collectore. Auctores ſunt Summi Pontifices: Illi, ad quos datæ, ſummi Reges: Collector, Rex potentiſſimus & invictiſſimus, quo poſt Conſtantinum Magnum, occidens vix parem, certè ſuperiorem non habuit.

Obſerva autem; quando juſſu Caroli Magni iſtæ Pontificum Epiſtolæ unum in volumen

A men redactæ ſunt, adhuc in vivis fuiſſe Adrianum Papam; nam Annus Domini DCCXCI. eſt Annus viceſimus Pontificatus Adriani, qui eodem abiit, Anno Redemptoris DCCXCV. Quo temporis ſpatio credibile eſt Adrianum plures ad Carolum Epiſtolas dediſſe.

Succeſſit Adriano Leo III. Carolo Magno conjunctiſſimus & amiciſſimus, quem quis abnuat, ad eundem Principem æquè frequentes literas dediſſe ac Adrianum?

Leonem petulanter inſectatur Illyricus in Catalogo, quaſi *indoctum & barbarum*. *Habeo*, inquit Illyricus, *aliquot ejus Epiſtolas ad Carolum, prorſus rudes & barbaras*. Hæc elegantiſſimus iſte Sclavus; Ex cujus libris B ſi ſolœciſmos & barbariſmos in unum faſcem comportare velis, Codicem, ſi non Calepino, ſaltem Daſipodio ſpiſſitudine parem facilè efficies. Extant Leonis III. tres Epiſtolæ Tom. 3. Conciliorum novæ Edit. p. 445.

Cùm autem Catalogus Teſtium editus ſit Anno M. D. LXII. Et Centuria octava Anno M. D. LXIV. Et in hac Centuria Illyricus ita ſcribat: *Non eſt dubium, quin* (Leo III.) *ad minimum plures Epiſtolas ad Carolum, & ad alios ſcripſerit; ſed malitia Pontificiorum ſuppreſſæ ſunt:* admodum profectò Illyricus mendacii ſuſpectus redditur; nam ſi habuit nonnullas Epiſtolas Leonis, ùt dicit in Catalogo, cur non ſaltem aliquas Centuriæ octavæ inſeruit, præſertim ineditas, aliiſque non viſas, cùm aliorum quorundam Pontificum Epiſtolas Centonibus ſuis inſuere non abhorruerit? Cur ſaltem *Summaria* earum non attulit, ùt fecit in Epiſtolis Pauli & Adriani Pontificum? Quid opus erat dicere, non eſſe dubium, quin ad Carolum plures Epiſtolas dederit, ſi aliquas Leonis ad Carolum Epiſtolas habebat? An uſque adeò obliviosus erat Illyricus, ut Centuriam octavam cum ſuis Rhapſodis conſarcinans, non meminerit ampliùs penes ſe has Epiſtolas extare? Porrò conviciis Illyrici in Leonem III. oppono res geſtas ejuſdem Pontificis, quas Anaſtaſius literis mandavit, & judicium Caroli Magni, qui F Leonem non minùs ac Adrianum coluit, utique id non facturus, ſi talis fuiſſet, qualis à peſſimo plaſte Illyrico effingitur. Sed jam Epiſtolas ipſorum Pontificum audiamus; inter quas audirentur quoque Leonis Epiſtolæ, ſi non omnes, ſaltem aliquæ, niſi eas vel temporis longinquitas, vel Illyrici iniquitas nobis invidiſſet.

EPITSTOLÆ

SUMMORUM PONTIFICUM AD PRINCIPES ET REGES FRANCORUM.

*Iniit Pontificatum Anno Chriſti 731. Mortuus 741 Exſtat apud Baron. Tom. 9. Anno 740. N. 20. & Cent. 8. Magdeb. cap. 10.

*Epiſtola * Gregorii III. Pontificis ad Carolum Martellum.*

I.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo Subregulo. Gregorius Papa. Nimia fluctuamur tribulatione, & lacrymæ die noctúque ab oculis noſtris non deficiunt, quando conſpicimus cotidie, & undique Eccleſiam ſanctam Dei à ſuis, in quibus ſpes erat vindicandi, deſtitui filiis. Propterea coartati dolore in gemitu & luctu conſiſtimus, dum cernimus id, quod modicum remanſerat, præterito anno, pro ſubſidio & alimento pauperum Chriſti, ſeu luminario- D rum concinnatione, in partibus Ravennatium, nunc gladio & igni cuncta conſumi à Luithprando & Hilprando Regibus Langobardorum: ſed in iſtis partibus Romanis mittentes * plura exercita ſimilia nobis fecerunt & faciunt, & omnes * ſalas ſancti Petri deſtruxerunt, & peculia, quæ remanſerant, abſtulerunt, & nulla nobis apud te, excellentiſſime fili, refugium facientibus pervenit hactenus conſolatio; ſed ùt conſpicimus, dum indultum à vobis eiſdem Regibus eſt motiones faciendi, quòd eorum falſa ſuggeſtio pluſquam noſtra veritas apud vos recepta eſt; & timemus, ne tibi reſpiciat ad peccatum; quando nunc, ubi reſident ipſi Reges, ad exprobrationem noſtram ita proferunt verba dicentes: *Adveniat Carolus, apud quem refugium feciſtis, & * exercitus Francorum, & ſi valent, adjuvent vos, & eruant de manu noſtra.*

*Plures exercitus. * B. Scalas. *Exercitus

O quàm inſanabilis dolor pro his exprobrationibus in noſtro retinetur pectore, dum tales ac tanti filii, ſuam ſpiritualem matrem, ſanctam Dei Eccleſiam, ejúſque populum H peculiarem, non conantur defendere; potens eſt, cariſſime fili, ipſe Princeps Apoſtolorum, ob à Domino ſibi conceſſam poteſtatem, defendere domum, & populum peculiarem, atque de inimicis dare vindictam, ſed fidelium filiorum mentes probat. Non credas, fili, falſidicis ſuggeſtionibus ac ſuaſionibus eorundem Regum. Omnia enim falsò tibi ſuggerunt, ſcribentes circum-

ventiones, quòd quaſi aliquam culpam A commiſſam habeant eorum duces, id eſt, Spoletinus & Beneventanus. Sed omnia mendacia ſunt. Non enim pro alio, (ſatisfaciat tibi veritas, fili) eoſdem Duces perſequuntur capitulo, niſi pro eo, quòd noluerunt, præterito anno, de ſuis partibus, ſuper nos irruere; &, ſicut illi fecerunt, res ſanctorum Apoſtolorum deſtruere, & peculiarem populum deprædare, ita dicentes ipſi duces; quia contra Eccleſiam ſanctam Dei, ejúſque populum peculiarem non exercitamus: quoniam & pactum cum eis habemus, & ex ipſa Eccleſia fidem accepimus; B ideóque mucro eorum deſævit contra eos. Nam ipſi prædicti duces parati fuerunt, & ſunt, ſecundùm antiquam conſuetudinem eis obedire; ſed illi retinentes iram pro eo, quod ſuperiùs diximus, per exquiſitam occaſionem, volentes illos, & nos deſtruere & invadere; ideo utroſque perſequentes veſtræ bonitati ſuggerunt falſa, ut & duces illos nobiliſſimos degradent, & ſuos ibidem pravos ordinent duces, & multò ampliùs cotidiè & ex omni parte Dei Eccleſiam expugnent, & res B. Petri Principis Apoſtolorum diſſipent, atque populum peculiarem captivent.

*B. penitus

C Tamen ut rei veritas vobis * declaretur, Chriſtianiſſime fili, jubeas, poſt ipſorum Regum ad propriam reverſionem, tuum fideliſſimum Miſſum, qui non à præmiis corrumpatur, dirigere, ut propriis oculis perſecutionem noſtram, & Dei Eccleſiæ humiliationem, & ejus rerum deſolationem, & peregrinorum lacrymas * conſpiciat, & tuæ bonitati omnia pandat. Sed hortamur bonitatem tuam coram domino, & ejus terribili judicio, Chriſtianiſſime fili, ut propter dominum & animæ tuæ ſalutem, ſubvenias Eccleſiæ S. Petri, & ejus peculiari populo, eoſdémque Reges ſub nimia celeritate refutes, & à nobis repellas, & jubeas eos ad propria reverti. Non deſpicias deprecationem meam, neque claudas aures tuas à poſtulatione mea; ſic non tibi ipſe Princeps Apoſtolorum claudat cœleſtia regna.

*B. conſpicietur, & tuæ devotioni omnia pandantur.

D Conjuro te * in dominum vivum & verum, & ipſas ſacratiſſimas claves Confeſſionis B. Petri, quas vobis ad Regnum dimiſimus, ut non proponas amicitiam Regum Langobardorum amori Principis Apoſtolorum, ſed velociùs & ſub nimia feſtinatione ſentiamus, poſt Deum, tuam conſolationem, ad noſtram defenſionem, ut in omnibus gentibus declaretur veſtra fides, & bonum nomen: quatenus & nos cum Propheta mereamur dicere. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Jacob.* Harum autem litterarum portitor, * Anchard veſter fidelis, quod oculis ſuis vidit, & nos ei injunximus, omnia tuæ benignæ excellentiæ viva voce enarrabit. Et petimus bonitatem tuam coram Deo teſte & judice, ut nimis feſtinanter noſtros lenias dolores, & lætabunda nobis celeriter mittes nuncia, ut læti effecti animo, die noctúque pro te tuíſque fidelibus, coram ſacris ſanctorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli Confeſſionibus domino fundamus preces. E

* B. per Deum.

Pſal. 19.

*B. Antbardus, & in marg. Autbardus.

Item Epiſtola Gregorii ſecunda ad Carolum miſſa ſimiliter pro defenſione ſanctæ Eccleſiæ.

II.

Domno excellentiſſimo filio Carolo Subregulo Gregorius Papa. Ob nimium dolorem cordis & lacrymas, iterata vice tuæ excellentiæ neceſſarium duximus ſcribendum, confidentes, te eſſe amatorem filium beati Petri Principis Apoſtolorum, & noſtrum; & quòd pro ejus reverentia, noſtris obedias mandatis, ad defendendam Eccleſiam Dei, & peculiarem populum, qui jam perſecutionem & oppreſſionem gentis Langobardorum ſufferre non poſſumus. Omnia enim luminaria ad ipſius Principis Apoſtolorum, & quæ à veſtris parentibus, & à vobis * offerta ſunt, ipſi abſtulerunt, & quoniam ad te, poſt dominum, confugium fecimus, propterea nos ipſi Langobardi in opprobrium habent, & opprimunt. Unde & Eccleſia ſancti Petri denudata eſt, & in nimiam deſolationem redacta; tamen omnes noſtros dolores ſubtiliùs in ore poſuimus præſenti portitori, tuo fideli, * quæ in auribus tuæ Excellentiæ ſuggerere debeat. Tu autem, fili, habeas cum ipſo Principe Apoſtolorum, hîc & in futura vita, coram omnipotenti Deo noſtro; ſicut pro ejus Eccleſia, & noſtra defenſione diſpoſueris & decertaveris, ſub omni velocitate, ut cognoſcant omnes gentes tuam fidem & puritatem, atque amorem, quæ habes erga Principem Apoſtolorum, B. Petrum & nos, ejúſque peculiarem populum zelando & defendendo; ex hoc enim tibi poteris immortalem & æternam acquirere vitam.

Extat Cent. 8. Magdeb. cap. 10.

F

* oblata.

* Centur. quos

G

Item Epiſtola tertia, quam transmiſit Stephanus Papa ad Domnum regem Pippinum & Carolum vel Carolomannum, ſeu omni Generalitati Francorum. In nomine ſancti Petri conprehenſa, poſtquam per ſemetipſum jam dictus Papa in Francia fuit, & ſecunda vice voluit adjutorium obtinere contra Langobardos.

Stephanus III. Electus Anno Chriſti 752. Mortuus 757.

H

III.

Petrus vocatus Apoſtolus à JEſu Chriſto Dei vivi filio, qui ante omnia ſæcula cum patre regnans in unitate Spiritus ſancti, in ultimis temporibus pro noſtra omnium ſalute incarnatus & homo factus, nos ſuo redemit precioſo ſanguine per volun-

Extat apud Bar. 755. & Cent. 8. cap. 10.

A voluntatem paternæ gloriæ, quemadmodum per ſanctos ſuos deſtinavit Prophetas in ſcripturis ſanctis, & per me, omnis Dei Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, caput omnium Eccleſiarum Dei, ipſius redemptoris noſtri ſanguine ſuper firmam fundata Petram, atque ejusdem almæ Eccleſiæ Stephanus præſul, gratia, pax & virtus ad eruendam eandem ſanctam Dei Eccleſiam, & ejus Romanum populum mihi commiſſum de manibus perſequentium, pleniùs miniſtretur à Domino Deo noſtro, vobis viris excellentiſſimis Pippino, Carolo & Carlomanno tribus Regibus, atque ſanctiſſimis Epiſcopis, Abbatibus, Presbyteris, vel cunctis religioſis monachis, verùm etiam Ducibus, Comitibus & cunctis generalibus exercitibus & populo Franciæ commorantibus.

Ego Petrus Apoſtolus, dum à Chriſto,
B Dei vivi filio, vocatus ſum ſupernæ clementiæ arbitrio, illuminator ab ejus potentia totius mundi ſum præordinatus, ipſo Domino Deo noſtro confirmante: *Ite, docete*
Matth. 28. *omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.* Et iterum: *Acci-*
Joan. 21. *pite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, & mihi ſuo exiguo ſervo & vocato Apoſtolo, ſingillatim ſuas commendavit oves, cùm ait. *Paſce oves me-*
Matth. 16. *as, paſce agnos meos.* Et rurſum: *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves regni cælorum, quæcunque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis, & quæcunque ſolveris ſuper terram erunt ſoluta & in cælis*: Quamobrem omnes, qui meam audientes impleverunt prædicationem,
C profectò credant, ſua in hoc mundo, Dei præceptione, relaxari peccata, & mundi atque ſine macula in illam progredientur vitam; Etenim * quia illuminatio Spiritus ſancti in veſtris refulſit præfulgidis cordibus, vóſque amatores effecti eſtis ſanctæ & unicæ Trinitatis per ſuſceptum Evangelicæ prædicationis verbum: profectò in hac Apoſtolica Dei Romana Eccleſia nobis commiſſa, veſtra futuræ retributionis ſpes tenetur adnexa: ideóque ego Apoſtolus Dei Petrus, qui vos adoptivos habeo filios, ad defendendum de manibus adverſariorum hanc Romanam civitatem; & populum mihi à Deo commiſſum, ſeu & domum, ubi ſecundùm carnem requieſco, de contaminatione gentium eruendam, veſtram omnium dilectionem provocans adhortor, & ad liberandam Eccleſiam Dei, mihi à divina po-
D tentia commendatam, omnino proteſtans admoneo pro eo, quòd maximas afflictiones & oppreſſiones à peſſima Langobardorum gente patiuntur.

* Cent. quibus.

Nequaquam aliter teneatis, amantiſſimi, ſed pro certo confidite, per memetipſum,* tanquam in carne, coram vobis, vivus adſiſterem, per hanc adhortationem validis
E conſtringimus atque obligamus adjurationibus; quia ſecundùm promiſſionem, quam ab eodem Domino Deo & redemptore noſtro accepimus, peculiares inter omnes gentes, vos omnes Francorum populos habemus. Itaque proteſtor & admoneo, tanquam in ænigmate, & firma obligatione conjuro vos Chriſtianiſſimos Reges, Pippinum, Carolum & Carlomannum, atque omnes ſacerdotes, Epiſcopos, Abbates, presbyteros, vel univerſos religioſos monachos, vel cunctos judices: item Duces, Comites, & cunctum Francorum regni populum, & tanquam præſentaliter, in carne vivus adſiſtens coram vobis, ego Apoſtolus Dei Petrus: ita firmiter credite vobis* adhortationis alloqui verba, quia etſi carnaliter deſum, ſpiritualiter autem à vobis non deſim; quoniam ſcriptum eſt: *Qui ſuſcipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem ſuſcipit Prophetæ.*

* Bar. tanquam in carne coram vobis vivum adſiſtere, & per hanc adhortationem validis conſtringere, atque obligare adjurationibus.

* B. per adhortationis alloqui verbum.

Matth. 10.

F Sed & Domina noſtra, Dei genitrix ſemper Virgo MARIA, nobiſcum vos magnis obligationibus adjurans proteſtatur, atque admonet & jubet, ſimul etiam throni atque dominationes, & cunctus cœleſtis militiæ exercitus: nec non & Martyres atque Confeſſores Chriſti, & omnes omnino Deo placentes, & hi nobiſcum adhortantes & conjurantes proteſtantur; quatenus doleat vobis pro civitate iſta Romana, nobis à Domino Deo commiſſa, & ovibus Dominicis in ea commorantibus, nec non & pro ſancta Dei Eccleſia, mihi à Domino commendata, & defendite atque liberate eam ſub nimia feſtinatione de manibus perſequentium Langobardorum, ne, quod abſit, cor-
G pus meum, quod pro Domino JEſu Chriſto tormenta perpeſſum eſt, & domus mea, ubi per Dei præceptionem requieſcit, ab eis contaminentur, & populus meus peculiaris lanietur ampliùs, nec trucidetur ab ipſa Langobardorum gente, qui tanto flagitio periurii rei exiſtunt, & transgreſſores divinarum ſcripturarum probantur. Præſtate ergo populo meo Romano, mihi à Deo commiſſo in hac vita, fratribus veſtris, Domino cooperante, præſidia totis veſtris viribus, ut ego Petrus vocatus Dei Apoſtolus, in hac vita, & in die futuri examinis, vobis alterna impendens patrocinia, in regno Dei lucidiſſima ac præclara vobis præparentur tabernacula; atque præmia æternæ retributionis, & infinita Paradiſi gaudia vobis pollicens adinvicem tribuam, dummodo meam Romanam civitatem, & populum meum peculiarem, fratres veſtros,
H Romanos, de manibus iniquorum Langobardorum nimis velociter defenderitis.

Currite, currite per Deum vivum & verum, vos adhortor & proteſtor, currite & ſubvenite, antequam fons vivus, unde ſatiati & renati eſtis, areſcat, antequam ipſa modica

A dica favilla de flagrantiſſima flamma rema-
nens, ex qua veſtram lucem cognoviſtis,
extinguatur: antequam mater veſtra ſpiri-
talis, ſancta Dei Eccleſia, in qua vitam ſpe-
ratis percipere æternam, humilietur, inva-
datur, & ab impiis involetur, atque conta-
minetur. Proteſtor, vos dilectiſſimi filii mei
adoptivi, per gratiam Spiritus ſancti pro-
teſtor, & nimis coram Deo terribili, crea-
tore omnium, adhortor atque admoneo,
ego Apoſtolus Dei Petrus, & unà mecum ſan-
cta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia,
quam mihi Dominus commiſit, ne patia-
mini perire hanc civitatem Romanam, in
qua corpus meum conſtituit Dominus, quam
& mihi commendavit, & fundamentum fi-
dei conſtituit, liberate eam, & ejus Ro-
B manum populum, fratres veſtros, & ne-
quaquam invadi permittatis à gente Lango-
bardorum. Sic non ſint invaſæ provinciæ
& poſſeſſiones veſtræ à gentibus, quas igno-
ratis, non ſeparemini à populo meo Roma-
no; ſic non ſitis alieni aut ſeparati à regno
Dei & vita æterna; quidquid enim poſce-
tis à me, ſubveniam vobis videlicet, &
patrocinium impendam; ſubvenite popu-
lo meo Romano, fratribus veſtris, & per-
fectiùs decertate, atque finem imponite ad
liberandum eos. Nullus enim accipit co-
ronam, qui non legitimè decertaverit, &
vos decertate fortiter pro liberatione ſanctæ
Dei Eccleſiæ, ne in æternum pereatis.

C Conjuro vos, conjuro, ùt præfatum eſt,
dilectiſſimi per Deum vivum, & omni-
no proteſtor, minimè permittatis, hanc ci-
vitatem meam Romanam, & in ea habitan-
tem populum ampliùs à gente Langobar-
dorum laniari, ne lanientur & crucientur
corpora & animæ veſtræ in æterno atque in-
extinguibili tartareo igne cum Diabolo, &
ejus peſtiferis Angelis, & ne diſpergantur
ampliùs oves Dominici gregis, mihi à Deo
commiſſi, videlicet populus Romanus, ſic
non vos diſpergat & projiciat Dominus,
ſicut Iſraëliticus populus diſperſus eſt; de-
claratum quippe eſt, quòd ſuper omnes gen-
tes, quæ ſub cœlo ſunt, veſtra Francorum
gens, prona mihi Apoſtolo Dei Petro ex-
titit, & ideo Eccleſiam, quam mihi Do-
minus tradidit, vobis per manus Vicarii
D mei commendavi ad liberandum de mani-
bus inimicorum. Firmiſſimè enim tenete,
quòd ego ſervus Dei, vocatus Apoſtolus,
in omnibus veſtris neceſſitatibus, dummo-
dò precati eſtis, auxiliatus ſum, & victo-
riam, per Dei virtutem, vobis de inimi-
cis veſtris tribui, & in ante attribuam ni-
hilominus, credite, ſi ad liberandum hanc
meam civitatem Romanam nimis velociter
occurreritis. Mementote & hoc, quomodo
& inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ, dum con-
tra vos prælium * ingruerunt, à vobis, qui
parvo numero contra eos fuiſtis, * proſter-

* B. inceperunt.
* B. proſterni

nere feci; pro quo decertate hanc meam E
velociter adimplere admonitionem, ut per-
fectiùs meum adipiſci mereamini auxilium
per gratiam, quæ data eſt mihi à Chriſto
Domino Deo noſtro.

Ecce, filii cariſſimi, prædicans admonui
vos, ſi obedieritis velociter, erit vobis per-
tingens ad magnam mercedem, & meis ſuf-
fragiis * adjuvati, & in præſenti vita om-
nes veſtros inimicos ſuperantes, & longæ-
vi perſiſtentes bona terræ comedetis, & æter-
na procul dubio fruemini vita. Sin autem,
quod non credimus, & aliquam poſueri-
tis moram, aut adinventionem, minimè ve-
lociter hanc noſtram implendam adhorta-
tionem, ad liberandam hanc meam civita-
tem Romanam & populum in ea commo-
rantem, & ſanctam Dei Apoſtolicam Eccleſi-
am, mihi à Domino commiſſam, ſimul & ejus F
Præſulem, ſciatis vos ex authoritate ſanctæ
& unicæ Trinitatis, per gratiam Apoſtola-
tûs, quæ data eſt mihi à Chriſto Domino,
vos alienari pro tranſgreſſione noſtræ adhor-
tationis à regno Dei & vita æterna. Sed
Deus & Dominus noſter JEſus Chriſtus, qui
nos ſuo pretioſo redimens ſanguine, ad lu-
cem perduxit veritatis, Nos quoque prædi-
catores & inluminatores totius mundi con-
ſtituit, det vobis ea ſapere, ea intelligere,
eáque diſponere nimis velociter, ut celeri-
ùs hanc civitatem Romanam & * omnem
populum, ſeu ſanctam Dei Eccleſiam mi-
hi à Domino commiſſam, ad eruendum oc-
curratis, quatenus miſericorditer, ſicut fi-
delibus ſuæ potentiæ, meis pro vobis in-
tervenientibus ſuffragiis, & in præſenti vi- G
ta longævos, ſoſpites, & victores conſerva-
re jubeat, & venturo in ſæculo dona ſuæ
remunerationis faciat multipliciùs promere-
ri, cum ſanctis & electis ſuis. Bene valete.

* Adjuti. B. adjuvari.
* B. ejus.

*Item Epiſtola ejusdem Papæ ad dom-
num Regem Pippinum & Carolum vel
Carlomannum, ſeu omni generalitati,
in nomine ipſius Papæ comprehenſa pro
deſolatione, & devaſtatione ſanctæ Dei
Eccleſiæ & urbis Romanæ per Georgi-
um Epiſcopum, & Warneharium Ab-
batem, & Thomaricum Comitem* H
*miſſos ipſius Apoſtolici directa, poſtu-
lando nimis cum adjurationibus adju-
torium contra Langobardos.*

IV.

DOmnis excellentiſſimis Pippino, Ca-
rolo & Carlomanno tribus regibus
& noſtris * Romanorum patriciis;
ſeu omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Presby-
teris & Monachis, ſeu glorioſis Ducibus,
Comitibus vel cuncto exercitui Regni & Pro-
vinciæ Francorum; Stephanus Papa & om-
nes Epiſcopi, Presbyteri, Diacones, ſeu
Duces, Carthularii, Comites, Tribuni &
uni-

Extat apud Bar. Tom. 9. Anno 755. & Cent. 8. cap. 10.
* Bar. Romanis.

A universſus populus & exercitus Romanorum omnes in affictione poſiti.

Quanta luctuoſa & amariſſima triſtitia circumvallati, quantáque anxietate atque anguſtia coartati ſimus, & quantas, crebreſcentibus continuis malis, oculi noſtri deſtillantes profundant lacrymas, credimus, *B. & Cent. Segmenta, quòd & ipſa omnium elementorum * figmenta enarrent, quis enim harum tribulationum conſpector non lugeat? Quis auditor harum nobis inhærentium calamitatum non ululet? Quamobrem cujusdam bonæ mulieris, Suſannæ pudicæ, verba Daniel. 13. loquimur. *Anguſtiæ nobis undique & quid agamus, ignoramus.* O Chriſtianiſſimi, ecce venerunt nobis dies anguſtiæ, præſtò ſunt dies fletus & amaritudinis: quoniam quod timebamus, à Langobardis evenit; Pro quo anguſtiati, afflicti, & ex omni circumquaque B parte circumdati, ab eorum nequiſſimo Haiſtulfo Rege & gente. Cum Psal. 78. Propheta Dominum deprecantes dicimus. *Adjuva nos DEus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui libera nos*, &c. Et rurſum; Psal. 34. *Apprehende arma & ſcutum, & exſurge in adjutorium noſtrum*; Ecce enim cognitum habetis, quomodo pacis fœdera à præfato impio Haiſtulfo Rege & omni gente diſſipata ſunt, & qualiter nihil juxta, ùt conſtituit, & per vinculum Sacramenti confirmatum eſt, valuimus impetrare, & jam in ipſis Januariarum Kalendis cunctus ejuſdem Langobardorum exercitus Tuſciæ partibus, in hanc civitatem Romanam conjunxerunt, C & reſederunt juxta portam B. Petri, atque B. Pancratii & Portuenſem; Ipſe verò Haiſtulfus cum aliis exercitibus, conjunxit ex alia parte, & ſua fixit tentoria juxta portam ſalariam, & cæteras portas: & ſæpius no- *B. dixerit, bis * direxit; Aperite mihi portam ſalariam, & ingrediar civitatem, & tradite mihi pontificem veſtrum; & patientiam ago in vobis; Si minus; ne muros evertens, uno vos gladio interficiam, & videam, quis vos eruere poſſit de manibus meis.

D Sed & Beneventani omnes generaliter in hanc Romanam urbem conjungentes, reſederunt juxta portam B. Joannis, & B. Pauli Apoſtoli & cæteras iſtius Romanæ urbis portas, & omnia extra urbem prædia longè latéque ferro & igne conſumpſerunt, domos omnes comburentes penè ad fundamenta deſtruxerunt; Eccleſias Dei incenderunt, & ſacratiſſimas Sanctorum imagines in ignem projicientes, ſuis gladiis conſumpſerunt, & munera ſancta, id eſt, corpus Domini noſtri JEſu Chriſti, in ſuis contaminatis vaſibus, quos folles vocant, miſerunt, & cibo carnium copioſo ſaturati; comedebant eadem munera; velamina altarium Eccleſiarum Dei, vel omnia ornamenta, quod nimis crudele etiam dici eſt, auferentes in propriis utilitatibus uſi ſunt; ſervos E Dei Monachos, qui pro officio divino in Monaſteriis morabantur, plagis maximis tundentes, plures laniaverunt, & ſanctimoniales fœminas atque Recluſas, quæ ab infantia & pubertatis tempore pro Dei amore ſeſe clauſuræ tradiderunt, abſtrahentes cum magna crudelitate polluerunt, qui etiam & in ipſa contaminatione alias interficere viſi ſunt, & omnes domos cultas B. Petri igni combuſſerunt, vel omnium Romanorum, ùt dictum eſt, domos comburentes extra urbem funditus deſtruxerunt, & omnia peculia abſtulerunt, & vineas ferè ad radices abſciderunt, & meſſes conterentes, omnino devorârunt; & neque domui ſanctæ noſtræ Eccleſiæ; neque cuiquam in hac Romana urbe commoranti ſpes remanſit vivendi: Quia, ùt dictum eſt, omnia ferro & igne conſumpſerunt, & multos homines interfecerunt. Sed & copioſam fa- F miliam B. Petri, & omnium Romanorum, tam viros, quámque mulieres, jugulaverunt, & alios plures captivos duxerunt. Nam & innocentes infantulos à mammillis matrum ſuarum ſeparantes, ipsáſque vi polluentes interemerunt ipſi impii Langobardi; & tanta mala in hac Romana provincia fecerunt, quanta certè nec paganæ gentes aliquando perpetratæ ſunt. Quia etiam (ſi dici poteſt) & ipſi lapides noſtras deſolationes videntes, ululant nobiſcum. Quinquaginta & quinque dies hanc afflictam Romanam civitatem obſidentes, & ex omni parte circumdantes prælia fortiſſima die noctúque cum peſſimo furore inceſſanter cum diverſis machinis & adinventionibus plurimis contra nos ad G muros iſtius Romanæ urbis commiſerunt, ut ſuæ poteſtati, quod avertat Divinitas, ſubjiciens; omnes uno gladio idem inimicus Haiſtulfus interimeret, ita enim cum magno furore exprobrantes nos aſſerebant. *Ecce circumdati eſtis à nobis, veniant nunc Franci, & eruant vos de manibus noſtris.* Nam & civitatem Narnienſem, quam beato Petro conceſſiſtis, abſtulerunt, & aliquas civitates noſtras comprehenderunt, quamobrem conſtricti vix potuimus, marino itinere, præſentes noſtras literas & Miſſum ad veſtram Chriſtianitatem dirigere, quas & cum magnis lachrymis ſcripſimus.

Unde, dilectiſſimi nobis, peto vos, & H tanquam præſentialiter adſiſtens cum divinis myſteriis conjuro coram Deo vivo & vero, & ejus principe Apoſtolorum beato Petro, ut ſub nimia feſtinatione nobis ſubveniatis, ne pereamus. Non nos derelinquatis; ſic non vos derelinquat Dominus in omnibus veſtris actibus. Non nos ſpernatis, ſic non vos ſpernat Dominus, ejus invocantes potentiam. Ne elongetis à nobis auxilium veſtrum, Chriſtianiſſimi, ſic non elonget Dominus auxilium ſuum à vobis, dum ingreſſi fueritis contra inimicos veſtros ad dimican-

A micandum. Adjuvate nos ſub magna velocitate, dilectiſſimi nobis; occurite, occurrite, & ſubvenite nobis, antequam gladius inimicorum ad cor noſtrum pertingat. Peto vos, ne pereamus. Ne quando dicant gentes, quæ in cuncto orbe terrarum ſunt, ubi eſt fiducia Romanorum, quam, poſt Dominum in Regibus & in gente Francorum habebant? non nos permittatis perire, & ne differatis nobis ad ſolatia dandum, nec à veſtro ſeparetis auxilio, ſic non ſitis alieni à Regno Dei, & ne obduret Dominus aurem ſuam veſtras ad exaudiendas preces, & ne avertat faciem ſuam à vobis in illo futuro examinis die, quando cum B. Petro, & cæteris ſuis Apoſtolis ad judicandum ſederit omnem ordinem, omnémque poteſtatem humanam, & ſæculum per ignem, dicatúrque, quod avertat Divinitas;

Matth. 25. *neſcio vos*, quia non auxiliati eſtis Dei Eccleſiæ, & defendere minimè procurâſtis ejus periclitantem peculiarem populum.

B Audite nos dilectiſſimi, audite nos & ſubvenite nobis, ecce adeſt tempus ſalvandi nos; ſalvate nos, antequam pereamus Chriſtianiſſimi: omnes etenim gentes quæ circumquaque ſunt poſitæ & ad veſtram, per Dei potentiam, Francorum fortiſſimam gentem, refugium fecerunt, ſalvæ factæ ſunt, & ſi omnibus auxilium impertire non differetis, multò ampliùs ſanctam Dei Eccleſiam, & ejus populum de inimicorum impugnatione debueratis liberare. Conſiderate dilectiſſimi, & omnino percogitate, per Deum vivum vos conjuro, quoniam poſt Deum, & ejus Principem Apoſtolorum, noſtræ omnium Romanorum animæ in vobis pendent, & ſi perire, quod abſit, contigerit, penſate,

C in cujus animam reſpiciat ad peccatum. Certè enim omnino credite Chriſtianiſſimi, ſi nobis aliqua evenerit calamitas, quod abſit, periclitandi, vos de omnibus ante tribunal Dei eritis reddituri rationem, ſed magis, dilectiſſimi nobis, agite & liberate, poſt Deum, in vobis confugientes, ut fructum bonum afferentes, in futuri examinis die mereamini dicere, Domine noſter Princeps Apoſtolorum B. Petre, ecce nos clientuli tui, curſum conſummantes, fidem ſervantes tibi, Eccleſiam Dei à ſuperna clementia tibi commendatam de manibus perſequentium defendentes liberavimus, & adſiſtentes immaculati

D coram te, offerimus tibi pueros, quos nobis commiſiſti de manibus inimicorum eruendos, hoſpites atque incolumes exiſtentes. Tunc & in præſenti vita & in futuro ſæculo cœleſtium præmiorum gaudia adipiſci mereamini, audientes paternam deſiderabilem vocem illam inquientis: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis præparatum eſt ab origine mundi.*

Matth. 25.

Quare direximus præſentem noſtrum Miſſum Georgium reverendiſſimum ac ſanctiſſimum fratrem & Coëpiſcopum noſtrum. E Atque Warneharium religioſum Abbatem Miſſum veſtrum, & Thomaricum Comitem magnificos eoſdem noſtros Miſſos, qui vobis omnes noſtros dolores & cunctas deſolationes, quas à Langobardorum gente, & eorum protervo Rege paſſi ſumus, & aſſiduè patimur, vobis ſubtili enarratione, quæ propriis oculis viderunt, viva voce edicere debeant; quibus & in omnibus, tanquam nobiſmetipſis credere jubeatis, & noſtram liberationem nimis feſtinanter procurare, & conjuro vos per Deum vivum & verum, ut nequaquam ampliùs diſcredatis noſtras afflictiones, & neglectum ponatis ad liberandum nos. Ne, quod abſit, ſi ampliùs credere diſtuleritis, & neglexeritis nos eruendum, F nobis, quod avertat Divinitas, irruat calamitas pereundi, & vobis pertineat ad magnum detrimentum, & peccatum, atque condemnationem in præſenti & æterna vita; quia vobis animas omnium noſtrorum Romanorum tradidimus: ſed magis magiſque vos, ùt præfatum eſt, conjuramus, per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, Trinitatem indiviſam, ut noſtras tribulationes, & anguſtias, atque dolores, & deſolationes, credere ſine qualibet ambiguitate jubeatis, & nobis propter Deum ſubvenire & ad liberandum nos de manibus Langobardorum inimicorum noſtrorum nimis feſtinanter occurrere jubeatis; ut fructum afferentes copioſum, vitam æternam, intercedente beato Petro, perfrui mereamini. Præfatus verò Warnebarius pro amore beati Petri loricam ſe induens per muros iſtius afflictæ G Romanæ civitatis, vigilabat die noctúque, & pro noſtra omnium Romanorum defenſione atque liberatione, ùt bonus athleta Chriſti, decertavit totis ſuis cum viribus. Bene valete.

Item Epiſtola Zachariæ Papæ ad domnum Pippinum miſſa, quæ prætitulata eſt ſub Majorum Domus *nomine, eò quòd nondum in Regis dignitatem eſſet elevatus, unà cum Capitulis ſuis conſultis; etiam dicto Domno Pippino vel ſacerdotibus in partibus Franciæ, qualiter reſpondendum, ſcripſit jam dictus Pontifex.*

Pontifex creatus Anno ſalutis 741. Obiit 752.

V.

H

DOmno excellentiſſimo atque Chriſtianiſſimo Pippino Majori Domus, ſeu dilectiſſimis nobis univerſis Epiſcopis Eccleſiarum & religioſis Abbatibus atque cunctis Dominum timentibus Principibus, in regione Francorum conſtitutis; Zacharias Epiſcopus ſanctæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ in Domino ſalutem, gratia vobis & pax à Deo patre omnipotente & Do-

Extat Tom. 9. Bar. Anno 744. & Cent. 8. cap. 10.

A & Domino JEſu Chriſto, unico filio ejus, & ab Spiritu ſancto miniſtretur.

Gaudio magno gaudemus in Domino, addiſcentes per relationem ſublimiſſimi, & à Deo ſervati prædicti filii noſtri Pippini, veſtram omnium bnnam converſationem, & quòd in bonis & Deo placitis diſpoſitionibus, unanimes atque cooperatores eſtis. Ita & Eccleſiæ Dei & venerabilia loca per univerſam veſtram provinciam ſita, atque earum Præſules ſacerdores & religioſi Abbates, ùt condecet, in ſancto habitu & converſatinne ſacerdotali conſervetis, vacantes orationibus, inſiſtenres precibus ad implorandam divinam potentiam, & cælitus victoriam tribuendam adversùs paganos & infideles gentes propugnatnribus veſtris. Etenim vo-
B bis in vera confeſſione & ſimplici corde ad Dominum accedentibus, ſicut Moyſes, ille
Exod. 17. amicus Dei, orando pugnabat,* & JEſu Na-
* B. & Jonathas. *Ita etiam Centuriatores.* ve cum populo Iſraël bella Domini prælian-
do, vincebar. Ita & vos agere oporter, cariſſimi mihi, ut ſitis adjutores populo veſtro orando, & bonis actibus inhærendo, delinantes à curis & negotiis ſecularibus. Scriprum eſt enim: *vacate & videte, quo-*
Pſal. 45. *niam ſuavis eſt Dominus.* Et iterum: *Accedite*
Pſal. 33. *ad eum, & illuminamini, & vultus veſtri non erubeſcent.*

Principes & ſeculares homines atque bellarores convenir curam habere & ſollicitudi-
C nem, contra inimicorum aſtutiam, & provinciæ defenſionem, Præſulibus verò, ſacerdotibus atque Dei ſervis pertinet ſalutaribus conſiliis & orationibus vacare, ur vobis orantibus, & illis bellantibus, Deo præſtante, provincia ſalva perſiſtat, fiátque vobis in ſalutem, laudem & mercedem perpetuam. Ex hnc quippe Præſularus veſter apparebir in ſanctitate, & principatus dilecti filii noſtri Pippini approbabitur per ſubjectorum poteſtatem & bnnum diſpoſitum. Itaque, ùt flagitavit à nobis, cum veſtro conſultu, ſuperiùs effatus filius noſter Pippinus, ut de omnibus capitulis, quibus innotuit, reſponſum demus, in quantum Dño dante valemus; de uno quoque capitulo inferiùs conſcriptum, juxta quod à ſanctis Patribus traditum habemus, & ſacrorum Cannnum ſanxir auctnritas, etiam & nos quod Deo inſpirante Apoſtolica authoritate decernere potuimus, mandavimus in reſponſis.

D Primum capitulum: *Quomodo honorari debeat Metropolitanus Epiſcopus à Chorepiſcopis & parochialibus Presbyteris.* In Canone ſanctorum Apoſtolorum capitulo triceſimo quinto ſcriprum eſt. *Epiſcopos gentium ſingularum ſcire convenit, quis inter eos primus habeatur*, quem velur caput exiſtiment, & nihil ampliùs, præter ejus cnnſcientiam, gerant; quum illi ſoli ſingula, quæ parochiæ propriæ, & villis, quæ ſub ea, competant, ſed nec ille præter omnium conſcien-
E tiam faciat aliquid. Sic enim unanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtum in Spiritu ſancto.

Item in Canone Antiocheni Concilii capitulo nono continetur ita. *Per ſingulas regiones Epiſcopos convenit nôſſe, Metropolitanum Epiſcopum totius Provinciæ ſollicitudinem gerere,*
F *propter quod ad Metropolim omnes, undique, qui negotia videntur habere, concurrent, nnde placuit eum & honore præcellere, & nihil amplius, præter eum, cæteros Epiſcopos agere, ſecundùm antiquam à patribus noſtris regulam conſtitutam, niſi ea tantùm, quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſionéſque ſubjectas. Unuſquiſque enim Epiſcopus habeat ſuæ Parochiæ poteſtatem, ut regat, juxta reverentiam ſingulis competentem & providentiam gerat omnis poſſeſſionis, quæ ſub omni eſt poteſtate. Item, ut Presbyteros & Diaconos ordinet, & ſingula ſuo judicio comprehendat. Amplius autem nil agere* tentet præ-* * B. præter Antiſtitem Metropolitanum tentet.*
ter Antiſtitem Metropolitanum. Nec Metropolitanus aliquid gerat, ſine cæterorum ſacerdotum conſilio.

Item ex libro decretorum B. Leonis Papæ capitulo 32. enntinetur. *Igitur ſecun-*
G *dùm ſanctorum Patrum Canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos, Metropolitanos ſingularum provinciarum Epiſcopos, quibus ex delegatione noſtra fraternitatis tuæ cura prætenditur, jus tradita ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita ut à regulis præſtitutis nulla aut negligentia, aut præſumptione diſcedant, aut in habitn aut in inceſſu ſanctitatis.* Nam & nos ab Apoſtolica auctoritate ſubjungimus, ut Epiſcopus juxta digniratem ſuam Indumentis utatur, ſimili modo & presbyteri Cardinales, & qui monachica vita velle habeant vivendi, plebi quidem ſibi ſubjectæ præclarlori veſte induti debitum prædicationis perſolvant, & in ſecreto propoſitum ſervent ſui cordis; ut qui videt in abſcondito Deus, reddat illis in palàm. Scriptum quippe eſt; *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris* Pſal. 4.
compungimini. Non enim nos honor commendar veſtium, ſed ſplendor animarum.

H Monachi verò lanea indumenta, juxta normam & regulam * monachicæ diſciplinæ * *Monaſticæ.*
atque traditionem ſanctorum probabilium Patrum ſine intermiſſione utantur. Si enim abrenunciantes ea, quæ ſeculi ſunt, tora ſe Deo intentione contulerunr, de omnibus licitis debent abſtinere, ut quantum corpori ſuo ſuſtinuerint laborem, rantum remunerationis præmium à Deo percipere mereantur. Apoſtolis quippe divinum datum eſt mandatum, duas tunicas non habendi. Tu- *Matth. 10.*
nicas dixir Chriſtus; utique laneas, non lineas: qui ergo obediêrir Dominico præcepto, bonis actibus inhærens, habebit vitam æternam.

Item ex Canone Antiocheni Concilii capitulo decimo, de his, qui vocantur Chorepi-

A ſcopi decretum eſt; *Qui in vicis, vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamvis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & ut Epiſcopi conſecrati ſint, tamen ſancta Synodo placuit, ut modum proprium recognoſcant, & gubernent ſubjectas ſibi Eccleſias, earúmque moderamine curáque contenti ſint, ordinent etiam lectores, & ſubdiaconos atque Exorciſtas, quibus Promotiones iſta ſufficiant. Nec Presbyterum verò, nec Diaconum audeant ordinare præter civitatis Epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione ſubjectus eſt. Si quis autem transgredi ſtatuta tentaverit, depoſitus, quo utebatur, honore privetur. Chorepiſcopum verò civitatis Epiſcopus ordinet, cui ille ſubjectus eſt.*

B Secundo capitulo de Epiſcopis, presbyteris, & diaconibus damnatis, quòd priſtinum officium uſurpare oon debeaot: Ex libro Canooum ſanctorum Apoſtolorum capitulo Viceſimo nooo dictum eſt. *Si quis Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus depoſitus juſtè ſuper certis criminibus, auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum, hic ab Eccleſia penitus abſcindatur.*

C Tertium capitulum de presbyteris ſupervenientibus ex Coocilio Carthaginenſi capite undecimo: *Si quis Presbyter contra Epiſcopum ſuum inflatus ſchiſma fecerit, anathema ſit. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Si quis presbyter à præpoſito ſuo correptus fuerit, debet utique apud vicinos Epiſcopos conqueri, ut ab ipſis ejus cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari, quod niſi fecerit, ſed ſuperbia, quod abſit, inflatus ſecernendo ſe ab Epiſcopi ſui communione ſubduxerit, ac ſeparatim cum aliquibus faciens ſacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur & locum amittat. Si querimoniam juſtam adverſus Epiſcopum non habuerit, inquirendum erit.*

Quartum capitulum de presbyteris agrorum, quam obedientiam debent exhibere Epiſcopis & presbyteris Cardinalibus, ex
D Concilio Neocæſarienſi capitulo 13. ita continetur; *Presbyteri ruri, & in Eccleſia civitatis, Epiſcopo præſente, vel presbyteris urbis ipſius, offerre non poſſunt, nec panem ſanctificatum dare, calicémque porrigere. Si verò abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, ſolidare debebunt. Chorepiſcopi quoque ad exemplum quidem & formam ſeptuaginta videtur eſſe; ut quod miniſtraverunt propter ſtudium, quod erga pauperes exhibent, honorentur.*

Quintum capitulum de monachis, id eſt, ancillis Dei, de quibus flagitatum eſt, ſi liceat eas ad Miſſarum ſolemnia, aut Sabbatho ſancto publicè lectiooes legere, & ad Miſſas pſallere, aut alleluja vel reſponſorium. De his in libro decretorum beati Gelaſii Papæ cap. 23. deſtinatum eſt; *quid nefas ſit fœminas ſacris altaribus miniſtrare, vel aliquid ex his, quæ virorum ſunt officiis deputata, præſumere.* Nihilominus impatienter audivimus, tantum divinarum rerum ſubjiſſe deſpectum, ut fœminæ ſacris altaribus miniſtrare firmentur, cunctáque, quæ non niſi virorum famulatui deputata, ſexum, cui non E competit, exhibere; niſi quæ omnium delictorum, quæ ſingulatim perſtrinximus, noxiorum reatus eos reſpicit ſacerdotes, qui vel iſta committunt, vel committentes minimè publicando pravis exceſſibus ſe favere ſignificant.

Sextum capitulum de viduis, ſi poſſint in F propriis habitaculis ſuis ſalvare animas. Item ex eodem libro, cap. 21. ita continetur; ut viduæ non violentur à Pontificibus, & ſi profeſſam continentiam, propoſito mutato, calcaverint, ipſæ per ſe rationem Deo pro ſuis ſint actibus redditur; Nam de viduis ſine ulla benedictione velandis ſuperiùs latiùs duximus diſſereodum, quæ ſi propria voluntate profeſſam primi conjugii caſtitatem, mutabili mente, calcaverit, periculi ejus iotererit, quali Deum debeat ſatisfactione placare. Sicut enim ſi ſe forſitan continere oon poterat, ſecundùm Apoſtolum, oullatenus nubere vetabatur: ſic * habitam ſecundùm deliberationem, promiſſam Deo pudicitiæ fidem, debuit cuſtodire. Nos autem, oullum talibus laqueum debemus injicere: ſed ſolùm adhortationes præmii ſempiterni, pœnáſque propooere divini judicii, ut noſtra ſit abſoluta coofcientia, & illarum pro ſe ratiooem Deo reddat intentio.

*B. habita.

Septimum Capitulum de laico pellente G ſuam conjugem, ex Canone ſanctorum Apoſtolorum cap. 48. *Si quis laicus uxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimiſſam duxerit, communione privetur.*

Octavum Capitulum de Presbyteris & Diaconibus, qui ſe à miniſterio Eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſum collectas faciunt, ex Canone Antiocheni Concilii cap. 5. promulgatum eſt. *Si quis Presbyter aut Diaconus Epiſcopum proprium contemnens ſe ab Eccleſia ſequeſtraverit, & ſeorſum colligens altare conſtituat, & commonenti Epiſcopo non adquieverit, nec conſentire vel obedire voluerit, ſemel & iterum convocanti, hic damnetur omnimodo, nec ultra remedium conſequatur, quia recipere non poteſt dignitatem, quòd ſi Eccleſiam turbare & ſollicitare perſiſtit, tanquam ſeditioſus per poteſtates exteras opprimatur.*

Nonum Capitulum de clericis & monachis oon manentibus in ſuo propoſito, quod H interrogatum eſt, in Canone Chalcedonenſi cap. 7. decretum eſt; *Qui ſemel in clero deputati ſunt, aut monachorum vitam expetiverunt, ſtatuimus, neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam, aut hoc tentantes & non agentes pœnitentiam, quò minus * redire debeant, ad id, quod propter Deum primitus * elegerant, anathematizari.*

*B. redirent.
* B. elegerint.

Decimum capitulum de clericis, qui ſunt in * Prochiis, Monaſteriis, atque Martyriis,

* Hoſpitalibus.

ex

A ex Canone Chalcedonenſis Concilii cap. 9. ita decretum eſt: *Clerici, qui præficiuntur Ptochiis, vel ordinantur in Monaſteriis & Baſilicis Martyrum, in Epiſcoporum, qui in unaquaque civitate ſunt, ſecundùm ſanctorum Patrum traditiones, poteſtate permaneant. Nec per contumaciam ab Epiſcopo ſuo deſiliant; qui verò audent evertere hujuſmodi formam quocunque modo, nec proprio ſubjiciuntur Epiſcopo, ſiquidem clerici ſunt, Canonum correptionibus ſubjacebunt, ſi verò laici vel Monachi fuerint, communione priventur.*

Undecimum capitulum, qui clerici etiam ab uxoribus abſtinere debeant, ex Concilio Africano cap. 37. ita continetur. *Præterea cùm de quorundam clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentia referretur, placuit Epiſcopos, & Presbyteros ſeu Diaconos ſecundùm propria ſtatuta, etiam ab uxoribus continere; quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico removeantur officio: cæteros autem clericos ad id non cogi, ſed ſecundùm uniuscujusque Eccleſiæ conſuetudinem obſervari debere.*

Duodecimum capitulum, de his, qui B uxores, aut viros dimittunt, ut ſic maneant, ex Concilio ſupraſcripto Africano, cap. 69. ita continetur. *Placuit, ut ſecundùm Evangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab uxore, neque dimiſſa à marito, alteri conjungantur; ſed ita maneant, aut ſibi invicem reconcilientur, quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur.*

Decimum tertium capitul. Inquiſitum eſt, C quod Monachus, ſi clericus factus fuerit, quid * agi debeat. Ex Decreto B. Innocentii Papæ. Cap. 17. continetur. *De Monachis, qui diu morantur in Monaſteriis, & poſtea ad clericatus ordinem pervenerint, non debere eos à proprio propoſito deviare; Aut enim, ſicut in monaſterio fuit, & quod diu ſervavit, in meliori gradu poſitus, amittere non debet; Aut ſi corruptus poſtea baptizatus, & in Monaſterio ſedens, ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poterit; quia nec benedici cum ſponſa poteſt, jam antea corruptus; quæ forma ſervatur in clericis, maximè cùm vetus regula hoc habeat, ut quiſque corruptus baptizatus, clericus eſſe voluiſſet, ſponderet, ſe uxorem omnino non ducere.*

* B. agere.

D Decimum quartum cap. Quòd Presbyteri aut Diaconi, ſi in aliquo crimine prolapſi fuerint, non poſſint per manus impoſitionem pœnitentiæ remedium conſequi. In Decreto beati Leonis Papæ. cap. 16. decretum eſt ita; *Alienum eſt à conſuetudine Eccleſiaſtica, ut qui in Presbyterali honore aut Diaconii gradu fuerint conſecrati, hi pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi; quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendit, ſecundùm quod ſcriptum eſt; Sacerdos ſi peccaverit, quis orabit pro illo? Unde hujuſmodi lapſis ad promerendum miſericordiam Dei ſecreta eſt expetenda ſeceſſio, ubi illis ſatisfactio fuerit digna, ſed etiam fructuoſa.*

E Decimum quintum cap. pro eo, quòd interrogatum eſt de laicis, qui Eccleſias in ſuis proprietatibus conſtruunt, quis ipſos debeat regere, aut gubernare. *A ſanctis Patribus ita ſtatutum eſt, & in præceptis Apoſtolicis continetur. Juxta petitoris imploratum, ut ſi in quolibet fundo cujuſcunque Juris Oratorium, ſive Baſilica fuerit conſtructa, pro ejus devotione in honorem cujuſcunque Sancti, in cujus Epiſcopi parochia fuerit fundatum Oratorium aut Baſilica, percepta primitus donatione legitima, id eſt, * præſtantem tot, geſtiſque municipalibus allegatis, prædictum Oratorium per Miſſas publicas ſolenniter conſecrabis*, ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptiſteria conſtruantur, nec presbyter conſtituatur Cardinalis; ſed & ſi Miſſas ibi facere malueril, ab Epiſcopo noverit, presbyterum poſtulandum, quatenus nihil tale à quolibet alio ſacerdote nullatenus reſiſtatur, niſi ab Epiſcopo fuerit ordinatum.

* B. præſtante.

F Sextum decimum capitulum de clericis, qui proprias Eccleſias relinquunt, quid de eis agi debeat, ex Canone ſanctorum Apoſtolorum, cap. 15. ita continetur. *Si quis Presbyter aut Diaconus, aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parochiam pergat ad alienam, & omnino Presbyter declinans Epiſcopi ſui conſcientiam in aliena parochia commoretur, hunc ulteriùs miniſtrare non patimur, præcipuè ſi vocatus ab Epiſcopo redire contempſerit, in ſua inquietudine perſeverans. * Tamen tanquam laicus ibi communicet.*

* B. Sed tanquam. Cent. cauſam tanquam.

G Decimum ſeptimum capitulum. Item pro Epiſcopis, qui alterius clericos ſuſceperint, ut excommunicentur, in eodem Concilio cap. 16. continetur. *Epiſcopus verò, apud quem memoratus eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans tanquam clericos, fortè ſuſceperit, velut magiſter inquietudinis communione privetur.*

Decimum octavum capitulum, qui clerici uxores ſortiri debeant, * in 27. cap. Canonum ſanctorum Apoſtolorum decretum eſt; *Innuptis autem, qui ad clerum provecti ſunt, præcipimus, ut ſi voluerint, uxores accipiant, ſed lectores cantoreſque tantummodo.*

* In 2. & 7. ſic & Cent.

H Nonum decimum capitulum, ut nullus Presbyter aut Diaconus ſine commendaticiis epiſtolis ſuſcipiatur, in eodem Canone ſanctorum Apoſtolorum continetur. *Nullus Epiſcoporum peregrinorum aut Presbyterorum, ſeu Diaconorum ſine commendaticiis ſuſcipiatur Epiſtolis, & cùm ſcripta detulerint, diſcutiantur attentiùs, & ita ſuſcipiantur, ſi prædicatores pietatis extiterint. Sin minùs, neque neceſſaria ſubminiſtrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia à ſurreptione multa proveniunt.*

Viceſimum capitulum de virginibus velatis, ſi deviaverint, quid de illis agendum

A ſit; in libro Decretorum B. Innocentii Papæ, cap. 14. adſertum eſt. *Quæ Chriſto ſpiritaliter nubunt, & à ſacerdote velantur, ſi poſtea vel publicè nupſerint, vel ſe clanculo corruperint, non eas admittendas eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is, cui ſe conjunxerat, de mundo receſſerit; ſi enim de hominibus hæc ratio cuſtoditur, quæcunque, vivente viro, alteri nupſerit, habeatur adultera; nec ei agendi pœnitentiam licentia concedatur, niſi unus ex his fuerit defunctus: quantò magis de illa tenenda*
B *eſt, quæ antè immortali ſe ſponſo conjunxerat, & poſtea humanas ad nuptias migravit?*

Viceſimum primum capitulum, idem de non velatis virginibus, ſi deviaverint, in eodem libro. 20. cap. continetur. *Hæ verò, quæ nondum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe ſimulaverunt permanere, licèt velatæ non fuerint, ſi fortè nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia* * *ſponſio ejus domino tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolvi, quantò magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigit, ſolvi ſine vindicta non poterit.* Nam ſi Apoſtolus Paulus, quæ à propoſito viduitatis diſceſſerant, dixit, eas *habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; quantò potiùs virgines, quæ prioris promiſſionis fidem frangere ſunt conatæ.* Hæc itaque fratres chariſſimi, ſi plena vi-
C gilantia fuerint ab omnibus Dei ſacerdotibus obſervata, ceſſabit ambitio, iniquitas ſuperata calcabitur, veritas ſpiritali fervore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate animi concordabit. Implebitur edictum Apoſtoli, ut unanimes unum ſentientes, permaneamus in Chriſto, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, non hominibus, ſed Deo noſtro Salvatori placentes.

* B. & Cent. quia ſponſione ejuſmodi tenebatur.

Philip. 2.

Viceſimum ſecundum capitulum de his,
D quæ duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores uxores acceperint in Concilio Neocæſarienſi cap. 2. continetur; *Mulier, ſi duobus fratribus nupſerit, abjiciatur uſque ad mortem; veruntamen in exitu, propter miſericordiam, ſi promiſerit, quòd facta incolumis, hujus conjunctionis vincula diſſolvat, fructum pœnitentiæ in vita* * *permanenti.* Nos autem, gratia divina ſuffragante, juxta prædeceſſorum & anteceſſorum pontificum decreta, multò ampliùs confirmantes dicimus, ut, dum uſque ſeſe generatio cognoverit, juxta ritum & normam Chriſtianitatis & religionem Romanorum, non copulentur conjugiis. Sed nec ſpiritalem, id eſt, commatrem, aut filiam, quod abſit, quis ducat temerario auſu uxorem; eſt namque nefas & pernicioſum peccatum coram Deo & angelis ejus; in tantum enim grave eſt, ut nullus ſanctorum Patrum, neque ſacrarum Synodorum aſſertiones, vel etiam in

* *Sic etiam* Bar. & Cent. *In ipſo Concilio eſt:* Fructum pœnitentiæ conſequatur.

Imperialibus legibus quiſpiam judicatus ſit; E
ſed terribile Dei judicium metuentes ſiluerunt, ſententiam dare.

Viceſimum tertium capitulum de his, qui homicidium ſponte perpetraverunt, in Viceſimo primo capitulo Ancyrani Concilii continetur: *Qui voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiæ jugiter ſe ſubmittant; perfectionem verò circa vitæ exitum conſequantur.*

Viceſimum quartum capitulum, idem de his, qui homicidium non ſponte perpe- F
traverunt; in eodem Canone cap. * 22. continetur. *De homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptem annorum pœnitentiam, perfectionem conſequi præcepit; ſecunda verò, quinquennii tempus explere.*

* XXV. Bar.

Viceſimum quintum capitulum de his, qui adulteras habent uxores, vel ſi ipſi adulteri comprobantur. In Concilio Ancyrano cap. 19. continetur. *Si cujus uxor adulterata fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit; Septem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem conſequi ſecundùm priſtinos gradus.*

Viceſimum ſextum cap. de monachis & G
virginibus propoſitum non ſervantibus in libro Decretorum beati Syricii Papæ cap. 6. continetur. *Præterea Monachorum quoſdam, atque Monacharum abjecto propoſito ſanctitatis, in tantum proteſtaris demerſos eſſe laſciviam, ut priùs clanculo, vel ſub Monaſteriorum prætextu illicita ac ſacrilega ſe contagione miſcuerint: poſtea verò in abruptàm conſcientiæ deſperationem perducti, de illicitis complexibus liberè filios procrearent, quod & publicæ leges & Eccleſiaſtica jura condemnant: has igitur impudicas deteſtabileſque perſonas à Monaſteriorum cœtu electorúmque conventibus eliminandas eſſe mandamus, quatenus retruſæ in ergaſtulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes purificato poſſint pœnitudinis igne decoquere, ut eis, vel ad mortem, ſaltim ſolius miſericordiæ intuitu, per communionis gratiam, poſſit indulgentia ſubvenire.*

Vigeſimum ſeptimum cap. de his, quæ H
non coactè, ſed voluntate propria virginitatis propoſitum ſuſceperunt, quòd delinquant cùm nupſerint, etſi nondum fuerint conſecratæ; in libro Decretorum beati Leonis Papæ cap. 28. continetur. *Puella, quæ non parentum coacta imperio, ſed ſpontaneo judicio virginitatis propoſitum atque habitum ſuſceperunt: Si poſtea nuptias eligunt, prævaricantur & jam, ſi nondum eis gratia conſecrationis acceſſit, cujus utique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent.*

Hæc itaque, cariſſimi nobis & dilectiſſimi, quæ ſuperiùs annexa ſunt, in quantum miſerante Deo, valuimus, inter cætera cap. deflorantes, tam ſanctorum Apoſtolorum, quàm & jam & beatorum Patrum ſanctiones, ſeu & jam & probabilium beatiſſi-

tiſſimorum Pontificum decreta, ùt uniuscujuſque capituli ſententia continet, in brevi eloquio perſtringentes, ad veſtri præſulatus notitiam & prædicationem atque populi vobis à Deo crediti ædificationem, mandavimus miniſtranda, atque perficienda, hortantes veſtram omnium prudentiſſimam ſanctitatem & procerum dilectionem,* omni moderatione non declinantes à dextris aut ſiniſtris, ſed viam regiam incedentes,* conſtantiſſimè obſervetis Apoſtolica mandata, etenim hæc, amantiſſimi nobis, vobis dedimus in mandatis, ut nec nos coram Deo de taciturnitate judicemur; nec vos de neglectu coram eo cogamini reddere rationem, ſicut ſcriptum eſt, in Dominico præcepto; *ſi non veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent.* Itaque nihil excuſationis adhibentes, omnium rationabilium animarum ſalutem procuretis, ita currentes in agone, ut non vituperetur miniſterium veſtrum, ſed magis de palma victoriæ bravium accipietis juxta egregii Apoſtoli dictum, habentes bonis actibus inhærendo, *repoſitam coronam juſtitiæ* in ſiderea manſione, quam vobis reddat in illum diem juſtus Judex Dominus Deus & Salvator noſter JEſus Chriſtus, qui vivit in unitate cum Deo patre omnipotente & ſpiritu ſancto per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

* B. ut omnimoda ratione.
* B. fortiſſimè.
Joan. 15.
2. Tim. 4.

Item Epiſtola Stephani Papæ, ad Domnum Pippinum Regem, ſpecialiter & ſingillatim pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ directa, ùt in ſuperiore ejuſdem continetur Epiſtola, adjutorium volens obtinere contra Langobardos, per Georgium & VVarneharium ſimiliter directa,

VI.

DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Stephanus Papa. Quanta luctuoſa & amariſſima triſtitia circumvallati, quantáque anxietate atque anguſtia coarctati ſimus, & quantas crebreſcentibus continuis malis oculi noſtri diſtillantes profundant lachrymas, credimus, quòd & ipſa omnium elementorum * figmenta enarrent. Quis enim harum tribulationum conſpector non lugeat? Quis auditor harum nobis inhærentium calamitatum non ululet? Quamobrem cujuſdam bonæ mulieris Suſannæ pudicitiæ verba loquimur: *Anguſtiæ nobis undique, & quid agamus, ignoramus.* O filii excellentiſſimi & Chriſtianiſſimi, utinam omnipotens rerum creator Dominus quemadmodum priſcis temporibus Abacuc illum Prophetam ad refocillandum & conſolandum Danielem præcipuum Prophetam abſtruſum in leonum lacu, repentino volatu adportatum ab Angelo miſerat; Ita & nunc ſi dici poteſt, ejus miſericordiſſima longanimitas à Deo ſervatam excellentiam tuam vel unius horæ momento præſentem feciſſet ad contemplandas ærumnoſas & lugubres anguſtias & tribulationes, quas immaniter à Langobardorum gente & eorum nefando Rege patimur. Ecce venerunt nobis dies anguſtiæ, præſtò ſunt dies fletus & amaritudinis, dies anxietatis & gemitus doloris, quoniam, quod timebamus, evenit, & quod verebamur, accidit. Pro quo anguſtiati, afflicti atque oppreſſi, & ex omni circumquaque parte circumdati ab eorum nequiſſimo Haiſtulfo Rege, & eorum Langobardorum gente profuſis lachrymis, percuſſóque pectore cum Propheta Dominum deprecantes dicimus: *Adjuva nos Deus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui libera nos.* Et rurſum: *Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adjutorium noſtrum. Domine judica nocentes nos, & expugna impugnantes nos.* Etenim ſæpius bonitati tuæ innoteſcere videmur, licèt noſtras tribulationes, tamen & nunc luctu & gemitu referendum malorum pericula, quæ ab eodem protervo Rege paſſi ſumus, & ejus gente Langobardorum, magno cogente periculo ſignificandum ſtatuimus.

* B. & Cent. ſegmenta.
Dan. 13.
Pſal. 78.
Pſal. 34.

Jam credimus, Chriſtianiſſime & excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, omnia nobilitati tuæ eſſe cognita, quomodo pacis fœdera ab impio Haiſtulfo Rege & ejus gente diſſipata ſunt, & qualiter nihil juxta ùt conſtituit, & per vinculum Sacramenti confirmatum eſt, valuimus impetrare, etiam quia nullum augmentum nobis factum eſt, potiùs autem poſt deſolationem totius noſtræ Provinciæ, & plura homicidia ab eadem gente perpetrata, etiam quod cum magnis lacrymis & dolore cordis dicimus, agnoſcas excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, in ipſis Januariarum Kalend. cunctus ejuſdem Haiſtulfi Langobardorum Regis exercitus è Tuſciæ partibus in hanc Civitatem Romanam conjunxerunt, & reſederunt juxta portam ſancti Pancratij & Portuenſem. Ipſe verò Haiſtulfus cum aliis exercitibus conjunxit ex alia parte, & ſua fixit tentoria juxta portam Salariam & cæteras portas, & nobis direxit dicens: Aperite mihi portam Salariam, & ingrediar civitatem, & tradite mihi Pontificem veſtrum, & habebo in vobis compaſſionem. Alioquin muros ſubvertens, uno vos gladio interficiam, & videam, quis vos eruere poſſit à manibus meis.

Sed & Beneventani omnes generaliter in hanc Romanam Urbem conjungentes reſederunt, juxta portam beati Joannis Baptiſtæ, & juxta portam beati Pauli Apoſtoli & cæteras iſtius Romanæ Civitatis portas, & omnia extra urbem prædia longè latéque ferro & igne conſumpſerunt, domos omnes comburentes, pene ad fundamenta deſtruxerunt, Eccleſias Dei incenderunt, & ſa-

A ſacratiſſimas Sanctorum imagines in ignem projicientes, ſuis gladiis conſumpſerunt, & munera ſancta, id eſt, Corpus Domini noſtri JESU Chriſti in ſuis contaminatis vaſibus, quos ſolles vocant, miſerunt, & cibo carnium copioſo ſaturati, comedebant eadem munera. Velamina altarium Eccleſiarum Dei, vel omnia ornamenta, quod nimis crudele & dici eſt, auferentes, in propriis utilitatibus uſi ſunt. Servos Dei Monachos, qui pro officio divino in monaſteriis morabantur, plagis maximis tundentes, plures laniaverunt, & ſanctimoniales fœminas atque Recluſas, quæ ab infantia & pubertatis tempore pro Dei amore ſeſe clauſuræ tradiderunt, abſtrahentes cum magna crudelitate polluerunt, qui etiam in ipſa contaminatione alias interficere viſi ſunt, & B omnes domos cultas beati Petri igne combuſſerunt, vel omnium Romanorum, ùt dictum eſt, domos comburentes, extra urbem funditus deſtruxerunt, & omnia pecu lia abſtulerunt, & vineas ferè ad radices abſciderunt, & meſſes conterentes, omnino devoraverunt, & neque domui ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, neque cuiquam in hac Romana Urbe commoranti ſpes vivendi remanſit, quia, ùt dictum eſt, omnia ferro & igne conſumpſerunt, & multos interfecerunt, ſed & copioſam familiam beati Petri & omnium Romanorum, tam viros quàm mulieres jugulaverunt, & alios plures captivos duxerunt. Nam & innocentes infantulos à mammillis matrum ſuarum ſepa- C rantes, ipsáſque vi polluentes interemerunt ipſi impij Langobardi, & tanta mala in hac Romana Provincia fecerunt, quanta certè nec paganæ gentes aliquando perpetrârunt: quia etiam, ſi dici poteſt, & ipſi lapides noſtras deſolationes videntes ululant nobiſcum. Quinquaginta & quinque dies hanc afflictam Civitatem Romanam obſidentes, & ex omni parte circumdantes, prælia fortiſſima die noctúque cum peſſimo furore inceſſanter D contra nos ad muros iſtius Romanæ Urbis commiſerunt, & non deficiebant impugnantes nos, ut ſuæ poteſtati, quod avertat Divinitas, ſubjiciens omnes uno gladio idem iniquus Haiſtulphus interimeret. Ita enim exprobrantes nobis aſſerebant: Ecce circumdati eſtis à nobis, & non effugietis manus noſtras. Veniant nunc Franci, & eruant vos de manibus noſtris. Nam & Civitatem Narnienſem, quam beato Petro tua Chriſtisnitas conceſſit, abſtulerunt; & aliquas civitates noſtras comprehenderunt. Quamobrem afflicti vix potuimus per maximum ingenium marino itinere præſentes noſtras literas & Miſſos ad tuam excellentiſſimam Chriſtianitatem dirigere, quas & cum magnis lacbrymis ſcripſimus, qui etiam probanta veritate dicimus, per unamquamque literam lachrymas ſanguine mixtas ex- E primeremus, & utinam præſtaret nobis Dominus, ut qua hora noſtram luctuoſam exhortationem legeris, in præſentia tua per omnem literam ſanguine plenæ lachrymæ fluerent.

Unde, fili excellentiſſime & ſpiritalis compater, peto te, & tanquam præſentialiter aſſiſtens, provolutus terræ & tuis veſtigiis me proſternens, cum divinis myſteriis conjuro coram Deo vivo & vero, & ejus Principe Apoſtolorum B. Petro, ut ſub nimia feſtinatione & maxima celeritate nobis ſubvenias, ne pereamus: quoniam poſt Dominum, in tuis manibus noſtrûm omnium Romanorum commiſimus animas. Non nos derelinquas, ſic non te derelinquat Dominus in omnibus tuis actibus & operibus. Non nos ſpernas, ſic non te ſpernat Dominus invocantem ejus potentiam. Ne elonges à nobis auxilium tuum, Chriſtianiſſime fili & F ſpiritalis compater, ſic non elonget Dominus auxilium ſuum & protectionem à te tuáque gente, dum ingreſſi fueritis contra inimicos veſtros ad dimicandum. Adjuva nos, & auxiliare noſtri ſub magna velocitate Chriſtianiſſime, ſic adjutorium ſumas à Deo omnipotente, qui te unxit ſuper turbas populorum per inſtitutionem B. Petri in Regem. Occurre, occurre fili, occurre & ſubveni nobis, antequam gladius inimicorum ad cor noſtrum pertingat. Peto te, ne pereamus, ne quando dicant gentes, quæ in cuncto orbe terrarum ſunt: Ubi eſt fiducia Romanorum, quam poſt Dominum in Regibus Francorum habebant? Non nos patiaris perire, & ne moreris, aut differas nobis* ſolatiandum. Nec à tuo nos ſepares aux- G ilio, ſic non ſis alienus à regno Dei, & inſeparatus à tua dulciſſima conjuge, excellentiſſima Regina & ſpiritali noſtra commatre. Non nos ampliùs anxiari & periclitari, atque in luctu & fletu perſeverare permittas bone, excellentiſsime fili & ſpiritalis compater, ſic non ſuperveniat tibi luctus de tuis meíſque dulciſſimis filiis Domno Carolo & Carolomanno excellentiſsimis Regibus & Patritiis. Non obdures aurem tuam ad audiendum nos, & ne avertas faciem tuam à nobis. Ne confundamur in noſtris petitionibus, & ne periclitemur uſque in finem. Sic non obduret Dominus aurem ſuam tuas ad exaudiendum preces, & ne avertat faciem ſuam H à te, in illo futuri examinis die, quando cum B. Petro & cæteris ſuis Apoſtolis ad judicandum ſederit, omnem ordinem, omnem ſexum, omnémque poteſtatem humanam, & ſeculum per ignem: dicatúrque tibi, quod avertat Divinitas: Neſcio te, quia non auxiliatus es Dei Eccleſiæ, & defendere minimè procurâſti ejus peculiarem populum periclitantem.

Audi me fili, audi me, & ſubveni nobis. Ecce adeſt tempus ſalvandi nos, ſalva nos an-

* *ad ſolatiandum.*

A antequam pereamus Chriſtianiſsime Rex. Quid enim melius, quídve elegantius aut egregius, quàm periclitantes & in anguſtia poſitos ſalvare? Scriptum quippe eſt: Qui ſalvat, tanquam qui ædificat. Hinc enim præcipuus Iſaias Propheta ait: Subvenite oppreſſo. Omnes enim gentes, quæ circumquaque ſunt poſitæ, & ad veſtram per Dei potentiam Francorum fortiſsimam gentem refugium fecerunt, ſalvæ factæ ſunt: & ſi omnibus gentibus auxilium impertire non differtis, & per vos ſalvæ efficiuntur, multò ampliùs ſanctam Dei Eccleſiam, & ejus populum de inimicorum impugnatione debueratis liberare. O quanta fiducia in noſtro

B inerat corde, quando veſtrum melliſluum cnnſpicere meruimus vultum, & in caritatis vinculo ſumus alligati atque connexi, in magna quiete & ſecuritate nos permanere. Sed dum à vobis ſperabamus lucem videre, eruperunt tenebræ, & facta ſunt noviſsima noſtra pejora prioribus. Conſidera fili, conſidera, & omnino pereogita, per Deum vivum te conjuro, quoniam & noſtra, & omnis Romanorum populi animæ poſt Deum & ejus Principem Apoſtolorum in tua à Deo protecta excellentia, & gente Francorum à Deo tibi commiſsa pendent; quia, ùt prælatum eſt, in gremio tuo noſtras commiſimus animas: & ſi perire, quod abſit, & avertat divina clementia, nos contigerit, perpende obſecro, & omni modo perpenſa, in cujus animam reſpiciat ad peccatum. Certè enim omnino crede

C Chriſtianiſſime, ſi nobis aliqua evenerit calamitas, qund abſit, periclitandi, tu de omnibus, à Deo protecte, dilectiſsime nobis, ante tribunal Dei eris redditurus rationem, cum omnibus tuis Judicibus, quoniam, ùt prælatum eſt, nulli alio, niſi tantummodò tuæ amantiſsimæ excellentiæ, vel dulciſsimis filiis, & cunctæ genti Francorum per Dei præceptionem, & beati PETRI ſanctam DEI Eccleſiam, & noſtrum Romanorum Reipublicæ populum commiſimus protegendum.

D Ecce omnes noſtros dolores & anxietates atque anguſtias tuæ à Deo protectæ bonitati innotuimus. Tu verò excellentiſſime fili, & ſpiritalis compater, age & libera poſt Dominum in te confugientes, ut fructum bonum afferens in futuri examinis die merearis dicere: Domine meus princeps Apoſtolorum B. Petre, ecce ego clientulus tuus, curſum conſummans, fidem tibi ſervans, Eccleſiam à ſuperna clementia tibi commendatam de manibus perſequentium defendens, liberavi, & aſſiſtens immaculatus coram te, offero tibi pueros, quos mihi commiſiſti, de manibus inimicorum eruendos, ſoſpites atque incolumes exiſtentes: tunc & in præſenti vita regni gubernacula tenens, etiam & in futuro ſæculo cum Chriſto regnans,

E cæleſtium præmiorum gaudia adipiſci merearis, audiens nimirum paternam deſiderabilem vocem illam inquientis: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis præparatum eſt ab origine mundi.* (Matth. 25.) Incolumem excellentiam tuam ſuperna gratia cuſtodiat.

* Embolum.

*Germani vocant, ein Einlag / vulgo etiam Poſtſcriptum.

* Opere namque direximus ad veſtram Chriſtianiſſimam excellentiam præſentem noſtrum Miſſum Georgium reverentiſſimum ac ſanctiſſimum fratrem & coëpiſcopum noſtrum, atque Warneharium religioſum Abbatem, Miſſum veſtrum, ſeu Thomaricum & Comitem, magnificos item Miſſos noſtros, qui vobis noſtros omnes dolores & cunctas deſolationes, quas à Langobardorum gente & eorum protervo Rege paſſi ſumus, & aſſiduè patimur, vobis ſubtili enarratione, ſicut propriis oculis viderunt, viva voce dicere debeant, quibus & in omnibus tanquam nobiſmetipſis credere lubeat Chriſtianiſſima excellentia veſtrs, & noſtram

F liberationem nimis feſtinanter procurare. Et conjuro te per Deum vivum & verum, à Deo protecte fili & ſpiritalis compater, ut nequaquam ampliùs diſcredas noſtras afflictiones, & nullo modo neglectum ponatis ad liberandum nos, ne, quod abſit, ſi ampliùs credere diſtuleris, & neglexeris nos eruendum, nobis, quod avertat Divinitas, inruat calamitas pereundi, & vobis pertineat ad magnum detrimentum & peccatum atque condemnationem, in præſenti & æterna vita: quia vobis animas omnium noſtrûm Romanorum tradimus, ſed magis

G magiſque, ùt prælatum eſt, conjuramus te à Deo ſervate excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, Trinitatem indiviſam, ut noſtras tribulationes & anguſtias atque dolores & deſolationes credere lubeatis ſine qualibet ambiguitate, & nobis propter Deum ſubvenire, & ad liberandum nós de manibus Langnbardorum inimicorum noſtrorum nimis feſtinanter occurrere digneris, ut fructum afferens copioſum, victor, intercedente B. Petro, ſuper omnes barbaras nationes efficiaris, & vitam æternam

H poſſideas. Præfatus verò Warneharius Abbas pro amore B. Petri loricam ſe induens, per muros iſtius afflictæ Romanæ civitatis die noctúque vigilavit, & pro noſtra omnium Romanorum defenſione atque liberatione ùt bonus athleta Chriſti totis ſuis viribus decertavit.

*Oportuitque.

A *Item Epiſtola ejuſdem Stephani Papæ, ad Domnum Pippinum Regem, & Carolum & Carolomannum, pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ, quia * Haiſtulfus irritum fecerat pactum, quod cum eis fecerat, & ſuum Sacramentum non conſervaverat, ſicut pollicitus eiſdem Regibus fuerat, &c.*

* *Aiſtulphus.*

VII.

DOmnis excellentiſſimis filiis Pippino Regi & noſtro ſpiritali compatri, Carolo & Carolomanno item Regibus, & utriſque patritiis Romanorum. Stephanus Papa. Dum regni veſtri nomen inter cæteras gentes erga ſinceram fidem B. Petri principis Apoſtolorum lucidiſſimè fulſerit, valde ſtudendum eſt, ut unde glorioſiores cæteris gentibus, in ſervitio B. Petri vos omnes
B Chriſtiani aſſerunt, inde omnipotenti Domino, qui dat ſalutem regibus, pro defenſione ſanctæ ſuæ Eccleſiæ perfectiùs placeatis, ut fidem, quam erga eundem principem Apoſtolorum colitis adjutricem in omnibus habeatis; optaveramus quidem, præcellentiſſimi filii, ampliùs protelando noſtram locutionem dilatare, ſed quia pro multis ab iniquo Haiſtulfo Rege Langobardorum nobis ingeſtis tribulationibus, cor noſtrum omnino atteritur dolore, & tædet ſpiritus noſter, ideo à multorum ſermonum prolixitate declinavimus, & unum, quod eſt neceſſarium, excellentiſſimæ Chriſtianitati veſt-
C ræ innoteſcere ſtuduimus, à Deo protecte noſtérque ſpiritalis compater, & vos dulciſſimi filii, pro mercede animarum veſtrarum, quemadmodum miſericors Deus noſter cælitus victorias vobis largiri dignatus, juſtitiam beati Petri, in quantum potuiſtis, exigere ſtuduiſtis, & per donationis paginam reſtituendum confirmavit bonitas veſtra.

Nunc autem, ſicuti primitus Chriſtianitati veſtræ de malitia ipſius impii Regis ediximus; Ecce jam mendacium & iniqua perverſitas, atque ejus perjurium declaratum eſt; Antiquus quippe humani generis hoſtis diabolus ejus perfidum invaſit cor, & quæ
D ſub vinculo Sacramenti adfirmata ſunt, irrita facere * viſus eſt, nec unius enim palmi terræ ſpatium beato Petro ſanctæque Dei Eccleſiæ, vel reipublicæ Romanorum reddere paſſus eſt; tantò quippe à die illo, à quo ab invicem ſeparati ſumus, nos affligere, & in magna ignominia ſanctam Dei Eccleſiam habere conatus eſt, quantò non poſſunt hominum linguæ enarrare, quia etiam & ipſi lapides, ſi dici poteſt, tribulationem noſtram magno ululatu flerent, & ita nos viſus eſt affligere, ut denuo in nobis innovata fuiſſet infirmitas; nimis namque lugeo, excellentiſſimi filii, cur verba noſtræ infelicitatis non audientes, mendacium plusquam veritatem credere voluiſtis, illudentes vos & irridentes: Unde & ſine * affectu juſtitiæ beati Petri, ad proprium ovile & populum E nobis commiſſum, ſumus reverſi; omnes denique Chriſtiani ita firmiter credebant, quòd beatus Petrus, princeps Apoſtolorum nunc per veſtrum fortiſſimum brachium ſuam percepiſſet juſtitiam; dum tam maximum ac perfulgidum miraculum veſtris feliciſſimis temporibus demonſtravit, talémque vobis immenſam victoriam Dominus Deus & Salvator Jeſus Chriſtus per interceſſiones ſui principis Apoſtolorum pro defenſione ſanctæ ſuæ Eccleſiæ largiri dignatus F eſt, ſed tamen boni filii credentes eidem iniquo Regi, quod per vinculum Sacramenti pollicitus eſt, propria veſtra voluntate per donationis paginam beato Petro ſanctæque Dei Eccleſiæ, & reipublicæ, civitates & loca reſtituenda confirmâſtis; ſed ille oblitus fidem Chriſtianam & Deum, qui eum naſci præcepit, irrita, quæ per Sacramentum firmata ſunt, facere * viſus eſt. Quapropter *iniquitas in verticem illius deſcendit*, patefactus quippe eſt laqueus, quem effodit, & in eo, pro ſuo mandato & perjurio, incidit.

* *ſ. auſus eſt.*

* *affectu.*

Vide Bar. Anno 755. N. 24. & ſeq.

* *auſus eſt*

Pſal. 7.

Conjuro vos, filii excellentiſſimi, & à G Deo protecti, per Dominum Deum noſtrum & ſanctam ejus glorioſam ſempérque Virginem genitricem Mariam, Dominam noſtram, omnéſque virtutes cœlorum, & per beatum Petrum Principem Apoſtolorum, qui vos in reges unxit, ut doleat vobis pro ſancta Dei Eccleſia, & juxta donationem, quam eidem protectori veſtro Domino noſtro beato Petro offerre juſſiſtis, omnia reddere & contradere ſanctæ Dei Eccleſiæ ſtudeatis: & nequaquam jam ipſius nequiſſimi regis, vel ejus judicium, * ſeductuoſa verba, & illuſionis mandata credatis: ecce enim patefactum eſt ejus mendacium, ut nequaquam ulteriùs vires credendi habere poſſit; ſed magis, cognito ejus iniquo ingenio & iniqua voluntate, ejus fraudantur inſidiæ, & quod ſemel beato Petro polliciti eſtis, & per donationem * veſtram manu firmatam, pro mercede animæ veſtræ, beato Petro reddere & contradere feſtinate. H

Vide hanc donationem apud Bar. loc. cit. Num. 26. & 27.

* *ſeductoria*

* *veſtra.*

* Beatus denique Paulus Apoſtolus ait, *melius eſt non vovere, quàm poſt votum non reddere*; Et enim nos omnes cauſas ſanctæ Dei Eccleſiæ in veſtro gremio commendavimus, & vos reddetis Deo & B. Petro rationem in die tremendi judicii, quomodo decertaveritis pro cauſa ejuſdem Principis Apoſtolorum, & reſtituendis ejus civitatibus & locis. Vobis denique, multis jam devolutis temporibus, hoc bonum opus reſervatum eſt; ut per vos exaltetur Eccleſia, & ſuam Princeps Apoſtolorum percipiat juſtitiam. Nullus meruit de veſtris parentibus tale præfulgidum munus, ſed vos prælegit & præſcivit Deus ante tempora æterna, ſicuti ſcriptum eſt:

* *Hæc ſententia eſt Eccleſiaſtæ cap. 5. Cur ergo adſcribitur S. Paulo? Quia Pontifex ſenſum ſpectavit. Extat autem ſenſus 1. Timoth. 5. ubi viduæ, quæ primam fidem irritam fecerunt, damnationem habere affirmantur.*

A est: *Quos præſcivit & prædeſtinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, illos & juſtificavit*; vocati eſtis, juſtitiam ipſi Principi Apoſtolorum ſub nimia feſtinatione facere ſtudete; quia ſcriptum eſt: *Fides ex operibus juſtificatur.* De omnibus verò tribulationibus noſtris, quas paſſi ſumus, vel denuo patimur, Deo auxiliante, Folradus, filius, veſter conſiliarius & ejus ſocii, enarrabunt vobis, & ita agite de cauſa beati Petri, ut & in hac vita victores, favente Domino exiſtatis, & in futuro, intercedente ipſo Principe Apoſtolorum beato Petro, gaudia poſſideatis æterna. Bene valete excellentiſſimi filii.

Rom. 8.

Jacob. 2. ubi fides ſine operibus mortua dicitur: & multa de juſtificatione ex operibus recenſentur.

B *Item Epiſtola ejuſdem ad Domnum Pippinum regem per Folradum Capellanum & Georgium Epiſcopum atque Joannem Sacellarium. Poſt mortem * Haiſtulfi directa, in qua continentur gratiarum actiones, & benedictiones uberrimæ pro victoria & reſtitutione ſanctæ Dei Eccleſiæ, poſcens in futurum ea, quæ deerant reſtituenda.*

** Mortuus eſt Anno Chriſti 756.*

VIII.

Extat apud Bar. Tom. 9. Anno 756. & Cent. 8. cap. 10.

DOmno excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Stephanus Papa. Explere lingua, Excellentiſſime fili, non valemus, quantum tuo opere, tua vita delectamur, facta quippe diebus noſtris virtute divina miracula vidimus, quòd per Excellentiam tuam ſancta omnium Eccleſiarum Dei mater & caput, fundamentum fidei Chriſtianæ, Romana Eccleſia, quæ valde ab boſtium impugnatione * periculorum impugnationibus lamentabatur, magna nunc gaudii ſoliditate, nimirum eſt tranſlata atque confirmata, & mœrentes Chriſtianorum animæ tuo fortiſſimo præſidio maximè ſunt relevatæ lætitia; pro quo in veſtro opere & noſtra exultatione libet cum Angelis exclamare; *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Et quia elapſo anno, iſto in tempore, valdè ab hoſtium depopuloſa impugnatione ſauciati, & ultra citráque circumdati affligebamur, nunc autem tuo potentiſſimo auxilio erepti ab imminentibus periculis, immenſo exultamus gaudio, & benedicentes nomen Domini cum pſalmograpbo conſona dicimus voce: *Hæc eſt, immutatio dextræ altiſſimi.* Et rurſum: *Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia;* cujus enim vel ſaxeum pectus tam benigno opere à tua præclara bonitate peracto cognitóque, non ſtatim in omnipotentis Dei laudibus, atque in tuæ Excellentiæ amorem molleſcat? Hæc me, fateor, Excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater, quæ per te mirabiliter facta ſunt, ſæpè convenientibus ex univerſo orbe terrarum nationibus, dicere, ſæpè cum eis pariter admirari delectat, & extenſa voce mellifluæ tuæ Excellentiæ laudes perſolvere indeficienter, hæc me plerumque etiam in momento horarum excitant indeflexibili oculo pro immenſa bonitatis tuæ & univerſæ gentis Francorum ſoſpitate omnipotenti Deo fundere preces. Denique, amantiſſime & à Deo inſpirate victor felix, & divina providentia fortiſſime Rex, qualiter beatus Petrus Apoſtolorum Princeps tuæ devotionis affectum: quem pro ejus cauſa decertans adhibuiſti, ſuſceperit, ipſa cunctis liquidò vita veſtra teſtatur; ſcriptum quippe, *vota juſtorum placabilia*, libet quippe omnino, Excellentiſſime fili, tuæ bonitati magnas gratiarum perſolvere laudes, & nomen Domini, pro tam maxima benignitate glorificantes exhilarata voce canere; *Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitans plebem ſuam, & redemptionem facere* cupiens populo ſuo, ſuſcitavit te nobis, Chriſtianiſſime victor noſtris diebus fortiſſimum liberatorem; quid enim aliud, quàm novum te dixerim Moyſen, & præfulgidum aſſeram David Regem, quoniam quemadmodum illi ab oppreſſionibus allophylorum populum Dei liberaverunt; ita quoque tu, benedicte à Deo victor, fortiſſime Rex, tuo certamine, Eccleſiam Dei, & ejus afflictum populum, ab hoſtium impugnatione eruere ſtuduiſti.

C ** Ita quoque Centur. ſed Bar.* Quæ valde ab hoſtium impugnationibus lamentabatur.

Luc. 2.

D *Pſal. 76.*

Pſal. 29.

E

Proverb. 15.

F

Luc. 1.

Benedictus es, eximie fili, à Deo excelſo, qui fecit cœlum & terram: Et benedictus Deus, quo protegente, boſtes in manibus tuis ſunt, benedicat tibi Dominus pulchritudo juſtitiæ, & tuos amantiſſimos natos, meóſque ſpiritales filios, Domnum Carolum & Carolomannum, à Deo inſtitutos Reges Francorum, & Patricios Romanorum, cum Chriſtianiſſima eorum matre, excellentiſſima Regina, dulciſſimáque conjuge, fidele Dei, ſpiritali noſtra commatre, tueatur, & in omnibus protegat, dilatet Deus ſemen veſtrum, & benedicat in æternum, atque ſolium regni fruendum perenniter concedat, & univerſam gentem Francorum ſub veſtra ditione permanentem illæſam cuſtodiat.

G

Vale in Domino Rex benigniſſime; quia per te ſanctæ Dei Eccleſiæ inimici humiliati ſunt, & magna lætitia ipſa ſancta Dei Eccleſia eſt relevata, & ejus peculiaris populus jocundatur, & per te benedictus dicitur, pro quo & ejus benedictio ſuper te pleniùs eſt effuſa, gaudium enim uberrimum in univerſum orbem terrarum intuliſti, magna ſunt hæc, & omnipotentis Dei laudibus tribuenda, ſed inter hæc miſericordiſſimi Dei noſtri clementiam, indeſinenter petimus, ut cœleſtis ſui regni * gaudia vobis tribuat viciſſitudine.

H

** B. & C. gaudio vobis tribuat viciſſitudinem.*

Quapropter cum magna fiducia, tanquam præſentialiter, coram tuo mellifluo conſiſtens aſpectu flexis genibus petens peto

A te, & omnino coram Deo vivo deprecor, ut jubeas firmiter in hoc bono opere, ſicut certè confidimus usque in finem permanere pro ſanctæ Dei Eccleſiæ perfecta exultatione & ejus populi deliberatione, & integra ſecuritate, & plenariam juſtitiam eidem Dei Eccleſiæ tribuere digneris, atque optimum & veloeem finem, in cauſa fautoris tui B. Petri, adhibere jubeas; ut civitates reliquas, quæ ſub unius Dominii ditione erant connexæ, atque conſtitutos fines, territoria, etiam loca & ſaltora, in integro matri tuæ ſpiritali ſanctæ Eccleſiæ reſtituere præcipiatis, ut populus Dei, quem à manibus inimieorum redemiſti, in magna ſecuritate & delectatione, tuo auxilio adjutus, vivere
B valeat, quoniam & filius noſter Deo amabilis Folradus, fidelis veſter, omnia conſpiciens * ſatisfactus eſt. quòd nequaquam ipſe populus vivere poſſit extra eorum fines, & territoria atque poſſeſſiones, absque civitatibus illis, quæ ſemper cum eis ſub unius dominii ditione erant connexæ; peto te fili, peto te coram Deo vivo, & fortiter conjuro, Spiritalis Compater, ut in hoc bono opere perfectiùs maneas, & non hominum blandimentis aut ſuaſionibus, vel promiſſionibus, quod abſit, faveas, & in aliam declines partem, ſed magis verè timens Deum, omnia, quæ beato Petro ſub jure jurando promiſiſti, adimplere jubeas, & ſicut cœpiſti, plenariam juſtitiam illi impertire.

* Bar. & Cent. ſatis teſtatus eſt.

C Etenim tyrannus ille, ſequax Diaboli, Haiſtulfus devorator ſanguinum Chriſtianorum, Eeclefiarum Dei deſtructor, divino ictu percuſſus eſt, & in inferni voraginem demerſus, in ipſis quippe diebus, quibus hanc Romanam urbem devaſtandam profectus eſt, poſt annui ſpatii circulum, ita divino mucrone percuſſus eſt, ut profectò in eo tempore, quo fidem ſuam tentans diverſa piaculi ſcelera perpetratus eſt: in eo & ſuam impiam finiret vitam. Nunc autem, Dei providentia, per manus ſui Principis Apoſtolorum beati Petri, ſimul & per tuum fortiſſimum brachium, præcurrente induſtria Deo * amabilis viri Folradi, tui fidelis, noſtri dilecti filii, ordinatus eſt Rex ſuper gentem Langobardorum Deſiderius, vir mitiſ-
D ſimus & ita præſentia ipſius Folradi ſub jure jurando pollicitus eſt, reſtituendum B. Petro civitates reliquas; Faventiam, Imolam & Ferrariam cum eorum finibus, ſimul & jam & ſaltora, & omnia territoria. Nec non & Auſimum, Anconam & Humanam civitates cum eorum territoriis, & poſtmodum per Garinodum ducem, & Grimoaldum nobis reddendum ſpopondit civitatem * bonam cum finibus ejus & in pacis quiete cum eadem Dei Eccleſia & noſtro populo ſemper manſurum profeſſus eſt; atque fidelem erga à Deo protectum Regnum veſtrum eſſe teſtatus eſt: & petiit nos, quatenus bonitatem tuam deprecaremur, ut cum eo & cuncta gente Langobardorum magnam pacis concordiam confirmare jubeas. E

* Vide Bar. Anno 756. N. 3. & ſeq.

* Bononiam.

Nam & Spoletini Ducatus Generalitas per manus B. Petri, & tuum fortiſſimum brachium, conſtituerunt ſibi Ducem, & tam ipſi Spoletani, quámque etiam Beneventani, omnes ſe commendare per nos à Deo ſervatæ Excellentiæ tuæ cupiunt, & imminent anhelantiùs in hoc deprecando bonitatem tuam. Unde petimus te, Excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater, ut ſi prædictus Deſiderius, quemadmodum ſpopondit, juſtitiam ſanctæ Dei Eccleſiæ ſuæ, Reipublicæ Romanorum, B. Petro protectori tuo pleniùs reſtituere, & in pacis quiete cum Eccleſia Dei, & noſtro populo, F ſicut ita * pactibus, à tua bonitate confirmatis, continetur, permanſerit cum univerſa ſua gente, jubeas in id, quod petiit, tuas à Deo inſpiratas aures inclinare; hoc interea anhelantiùs, ut nimis velociter, eidem Deſiderio Regi, obteſtando, admonendo, etiam & præcipiendo, dirigere jubeas, ut reliquas civitates, loca, fines & territoria atque patrimonia & ſaltora, in integro ſuæ Eccleſiæ reddere debeat, & tale fundamentum, & optimum finem in cauſa ejus imponere jubeas, ut auxiliante Domino ipſa ſancta Dei Eccleſia ſecura maneat, usque in finem ſæculi, ut plenaria juſtitia à juſto judice, Domino Deo noſtro, & memoriale nomen tibi in ſæcula maneat, vel etiam cunctæ Chriſto protectæ genti veſtræ Francorum.

* pactis, B. partibus.

Inſpiratus autem à Deo nimis feſtinanter G cauſam ſanctæ Eccleſiæ perficies; quia ſunt aliæ Canonicæ cauſæ, quas perficere debeamus, pertinentes ad magnam Regni tui laudem, & magnam animæ tuæ, vel cunctæ gentis Francorum, immenſam mercedem, & hoc obnixè poſtulamus præcelſam bonitatem tuam, ut inſpiratus à Deo, & ejus Principe Apoſtolorum beato Petro, ita diſponere jubeas de parte Græcorum, ut fides ſancta Catholica & Apoſtolica per te integra & inconcuſſa permaneat in æternum, & ſancta Dei Eccleſia, ſicut ab aliis, & ab eorum peſtifera malitia liberetur, & ſecura reddatur, atque omnia proprietatis ſuæ percipiat; unde pro animæ veſtræ ſalute, indefeſſa luminariorum concinnatio Dei Eccleſiis permaneat, & eſuries pauperum egenorum vel peregrinorum nihilominus * reſecetur, & ad veram ſaturitatem perveniant.

* f. relevetur.

Qualiter autem cum Silentiario locuti H fueritis, vel quomodo eum tua bonitas abſolverit, unà cum exemplari litterarum, quas ei dederitis, nos certiores reddite, ut ſciamus, qualiter in communi concordia agamus, ſicut inter nos & Fulradum, Deo amabilem, conſtitit. Ipſe verò dilectus filius noſter Folradus in omnibus cauſis, juxta

A ta tuam præceptionem, peregit, & maximas gratias illi egimus pro ſuo certamine, qui videlicet ad vos revertens: omnia qualiter acta ſunt, bonitati veſtræ intimabit; præſentes verò fideliſſimos noſtros, id eſt, Georgium Reverendiſſimum ac Sanctiſſimum fratrem & coëpiſcopum noſtrum, atque Joannem Regionarium, noſtrúmque Sacellarium, petimus, ut hilariori ſuſcipiens vultu, in omnibus acceptare jubeas, & quicquid noſtra vice bonitati tuæ locuti fuerint, eis in omnibus credere digneris, atque cum effectu cauſæ & lætabundis nuntiis ad nos remeandos abſolvere jubeas. Nam & boc obſecramus bonitatem tuam, ut nimis celeriter ad nos * conjungendum abſolvere præcipias Reverendiſſimum fratrem & coë-
B piſcopum noſtrum Wicharium.

** B. & C. commigrandum.*

Omnipotens autem Deus in cunctis actibus tuis, Excellentiſſime Victor Rex, ſuæ dextræ extenſione te protegat, tibíque & præſentis vitæ proſpera & poſt multorum annorum curricula, gaudia æterna concedat, faciátque cum tua dulciſſima conjuge, Excellentiſſima Regina, ſpiritali noſtra Commatre, & veſtris meíſque dulciſſimis Filiis maximo gaudio jocundari, & Regni veſtri gubernacula à Deo vobis conceſſa perfrui, & qui in præſenti vita regni poteſtatem tenetis, & jam futuro in ſæculo cum Chriſto in æternum regnetis, promerentes illam dominicam promiſſionem audire: *Venite benedicti Patris mei;* pro eo, quòd certamen
C bonum certati eſtis, curſum conſummâſtis, fidem ſervâſtis. Sumite poſitas vobis coronas, & accipite regnum vobis ab origine mundi præparatum. Nam & ex boc præcelſæ & à Deo cuſtoditæ Excellentiæ veſtræ innoteſcimus; quia petiit nobis optatus religioſus Abbas veſtri Monaſterii ſancti Benedicti pro monachis ſuis, qui cum tuo germano profecti ſunt, ut eos abſolvere jubeas, ſed qualiter tua fuerit voluntas, ita de eis exponere jubeas. Incolumem excellentiam tuam gratia ſuperna cuſtodiat.

Matth. 25.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ ad Domnum Pippinum, Carolum, & Carlomannum dilectum, in quo con-
D *tinetur, quòd Haiſtolfus irritum fecerat pactum & juramentum, quod iisdem Regibus de juſtitia ſancti Petri pollicitus fuerat cum nimiis adjurationibus, iterum poſtulans adjutorium obtinere contra eundem.*

IX.

Extat apud Bar. Anno 755. & Cent. 8. cap. 10.

DOmnis excellentiſſimis filiis Pippino Regi & noſtro ſpiritali compatri, ſeu Carolo & Carolomanno item Regibus, & utriſque patritiis Romanorum. Stephanus Papa. Providi & ſapientiſſimi Salomonis Prophetica, ita fertur aſſertio. *Nomen bonum ſuper miſericordiam.* E Nomen quippe bonum eſt, fidem, quam quis pollicitus fuerit, immaculato corde & pura conſcientia cuſtodire, & operibus implere. Nomen enim bonum eſt, totis viribus ad exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, per quam & ſalus Chriſtianorum exiſtit, decertare. Bonum enim inter omnes gentes de vobis exiit nomen; ſi operibus fuiſſet impletum: Redemptor namque noſter miſericors & multùm miſerator Dominus, illis propitiator exiſtit, quos omnino tota mentis integritate fideles, & defenſores ſanctæ ſuæ Eccleſiæ cognoverit: qualis remuneratio, aut merces ſub cœlo exiſtimanda & coæquanda eſt, ad eam, quæ F pro defenſione Dei Eccleſiæ, & domus beati Petri eſt rependenda? Ideo namque excellentiſſimam & a Deo protectam bonitatem veſtram ſuper turbas populorum, & multarum gentium idem Rex Regum & Dominus dominantium ſalvos vos inſtituit, ut per vos ſancta Dei Eccleſia exaltetur, poterat namque alio modo, ùt illi placitum fuiſſet, ſanctam ſuam vindicare Eccleſiam, & juſtitiam ſui principis Apoſtolorum exigere; ſed quia mentem & conſcientiam veſtram à Deo profecte ſpiritalis Compater, & dulciſſimi filii, probare voluit, ideo noſtram infelicitatem ad vos venire præcepit. Tradidimus enim corpus & animam noſtram in magnis laboribus viam ſpatioſam & longinquam provinciam, valde fiſi in veſtra fide, per Dei nutum, illuc profecti ſumus, afflicti in nive & frigore, æſtu & aquarum inundatione, atque validis fluminibus & atrociſſimis montibus, ſeu diverſis periculis.

Etenim dum veſtris mellifluis obtutibus G præſentati ſumus, omnes cauſas principis Apoſtolorum in veſtris manibus commendavimus, quoniam quidem, inſpirati à Deo, aurem petitionibus noſtris adcommodare dignati eſtis, & vos B. Petro polliciti eſtis, ejus juſtitiam exigere & defenſionem ſanctæ Dei Eccleſiæ procurare, & ut verè fideles Deo, pura mente, pro defenſione Dei Eccleſiæ, dimicandum properâſtis. Sed omnipotens Dominus, qui conterit bella ab initio, qui ſuperbos humiliat, & humiles exaltat, ilico juſtitiam B. Petri veſtræ bonitati, & omnibus Chriſtianis demonſtravit, & tale præfulgidum miraculum oſtendit, quale omnino glorioſum eſt referendum: illi enim inimici Dei & ſanctæ Eccleſiæ, qui in ſua fe- H rocitate confidebant, veloces pedes habentes ad effundendum ſanguinem, ſuper brevem numerum populi veſtri irruerunt, & ita per manum B. Petri omnipotens Dominus victoriam vobis largiri dignatus eſt, ut illi, qui innumerabiles exiſtebant, à paucis hominibus fuiſſent interempti, & humiliati ſunt ipſi inimici beati Petri usque ad terram; & ita timorem & tremorem

A rem in illis Dominus inmiſit per interceſſio-
nes B. Petri, ut ad nibilum devenirent. Non
enim gladius hominis, ſed gladius Dei eſt,
qui pugnat; videns namque ſuam deceptio-
nem iniquus Haiſtolfus Rex cum ſuis Deo de-
ſtructis judicibus, per blandos ſermones, &
ſuaſiones atque Sacramenta illuſerunt pruden-
tiam veſtram, & plus illis falſa dicentibus,
quàm nobis veritatem aſſerentibus, eredidi-
ſtis.

Magno namque dolore & triſtitia, excel-
lentiſſimi filii, cor noſtrum repletum eſt.
Cut minimè bonitas veſtra nos audi-
re voluit? Omnia denique, quæ per Dei juſ-
ſionem vobis locuti ſumus, veraciter edixi-
mus, & jam patefacta ſunt, ùt facta ipſa
demonſtrant; etenim ſicut primitus Chri-
ſtianitati veſtræ ediximus, iniquus Haiſtol-
fus Rex, ingreſſo in ejus perfido corde Dia-
bolo, omnia, quæ per Sacramentum beato
B Petro, per noſtros Miſſos, reſtituenda pro-
miſit, irrita fecit, & nec unius palmi ter-
ræ ſpatium beato Petro reddere voluit. A
die enim illo, à quo melliflua bonitate veſtra
ſeparati ſumus, tantum nos affligere, & tri-
bulare viſus eſt, quantum non poteſt os
hominis enarrare, in magna namque deſpe-
ctione ſanctam Dei Eccleſiam & noſtram
humilitatem & veſtros Miſſos habere viſus
eſt, quia etiam & ad noſtram propriam ani-
mam auferendam mala ejus imperatio &
ſummiſſio facta eſt. Quid multa dicimus?
tantum nos tribulavit, quia etiam, ſi dici
poteſt, & ipſi lapides pro nobis flerent, ta-
men omnia veſter conſiliarius Fulradus Pres-
C byter & Abbas, unà cum ſuis ſociis, ſi Deum
præ oculis babent, omnia vobis enarrare
poſſunt. Non enim, quia jam reddere, ùt
conſtituit, propria beati Petri voluit, ſed
* B. ſcamaras. etiam * ſcameras atque deprecationes ſeu
devaſtationes in civitatibus & locis beati
Petri facere ſua imperatione nec ceſſavit, nec
ceſſat: oblitus quippe eſt Deum, qui fecit
eum, & fidem Chriſtianam transgreſſus
eſt, quomodo ulteriùs credendus eſt ſive
ipſe, ſive ejus conſentanei, qui in tanta Dei
myſterii Sacramenta præbuerunt, & nolue-
runt conſervare? Verè enim omnia vobis
prædiximus de ejusdem impii regis menda-
D cio & falſitate, & quemadmodum diximus,
manifeſta ſunt vobis, & perjurium ejus de-
elaratum eſt.

Pro quo peto vos excellentiſſimi & à Deo
protecti filii, & nimis obſecro, doleat vobis
pro ſancta Dei Eccleſia, & beati Petri cauſa,
& quæ per donationem beato Petro offe-
rendum promiſiſtis, ei poſſidendum con-
tradere debeatis, mementote, & ſemper in
veſtris præcordiis firmiter tenete, quod pro-
miſiſtis eidem janitori regni cælorum. Nul-
la jam vos ſeducat ſuaſio aut acceptilatio,
conſiderate, quàm fortis exiſtit exactor idem
princeps Apoſtolorum B. Petrus, videte
omnia, quæ ei promiſiſtis, & per donatio-
nem offerendum polliciti eſtis, contradere E
feſtinare, ut non lugeatis in æternum, & con-
demnati maneatis in futura vita. Vita
enim hujus mundi brevis eſt, & ſicut
umbra declinatur, & ſicut veſtimen-
tum inveteraſcit. Illam vitam æternam,
quam vobis B. Petrus pro ſua cauſa & juſti-
tia promiſit, tota mente & integro corde
quærite: Decertate bonum opus, quod cœ-
piſtis, implere, & quæ per donationem ma-
nu veſtra confirmâſtis, protectori veſtro B.
Petro teddere feſtinate, quoniam ſcriptum Eccleſ. 5.
eſt: *Melius eſt non vovere, quàm vovere, &
votum non reddere.* Sciatis enim, quia ſicut
Chirograpbum, veſtram donationem prin-
ceps Apoſtolorum firmiter tenet, & neceſſe
eſt, ut ipſum Chirographum expleatis, ne
dum juſtus judex ad judicandum vivos &
mortuos, & ſæculum per ignem, advene- F
tit, in futuro judicio, idem princeps Apo-
ſtolorum idem Chirograpbum demon-
ſtrans, nullam babere firmitatem, deſtri-
ctas cum eo faciatis rationes, ſed magis ex-
plete, quod promiſiſtis, velociter, ut iterum
vitam æternam, quam ab ipſo principe A-
poſtolorum promiſſam habetis, poſſideatis.

Conjuro vos, excellentiſſimi & à Deo pro-
tecti filii, per Deum omnipotentem, qui
continet omnia ſua potentia, & per ſan-
ctam ejus matrem glorioſam ſemper virgi-
nem Mariam, Dominam noſtram, atque per
virtutes cœlorum, & per beatos principes
Apoſtolorum Petrum & Paulum, atque per G
tremendum judicii diem, ubi omnes con-
ſtrictè, ad reddendum de noſtris factis ra-
tionem, abſiſtere habemus, ubi nulla eſt in-
genioſa exeuſatio, velociter & ſine ullo im-
pedimento, quod B. Petro promiſiſtis per
donationem veſtram, civitates & loca, atque
omnes obſides & captivos B. Petro reddite,
vel omnia, quæ ipſa donatio continet; quia
ideo vos Dominus per humilitatem meam,
mediante B. Petro, unxit in Reges, ut per
vos ſancta ſua exaltetur Eccleſia, & princeps
Apoſtolorum ſuam juſtitiam ſuſcipiat.

Magnum deſiderium in noſtro corde ha- H
bebamus veſtros mellifluos vultus aſpicere,
& de veſtræ jocunditatis lætitia gaudere,
juxta quod ſapientiſſimus ait Salomon: *per
vicos & plateas quæſivi, quem dilexit anima* Cant. 3.
mea; & certè, quos diligimus, per Dei juſ-
ſionem, invenimus, & quos deſideravimus,
amplexi ſumus, pro quo diffuſa eſt ſuper
vos benedictio & gratia B. Petri, ùt Domi-
ni fuit proviſio, quod nullus de veſtris pa-
rentibus meruit ſuſcipere, vos ſuſcepiſtis, &
& princeps Apoſtolorum, præ cæteris regi-
bus & gentibus vos ſuos peculiares faciens,
omnes ſuas cauſas vobis commiſit, & vos
reddetis rationem Deo, quomodo pro ju-
ſtitia ipſius Janitoris regni regnorum decer-
taveritis; cunctus namque noſter populus
Reipublicæ Romanorum, magno dolore &
ama-

A amariſſimis lachrymis unà nobiſcum tribulantur, pro eo, dum ad tam longam & ſpacioſam provinciam properavimus, & præ fatigio validi itineris, caro noſtra minuata eſt; ſic vacui & infructuoſi, ſine effectu juſtitiæ reverſi ſumus, attamen nos infelices, juxta Dominicum præceptum egimus, & omnes cauſas B. Petri vobis commendavimus, & vobis pertinet hoc ſive ad peccatum ſive ad mercedem. Nam & omnes gentes ita firmiter tenebant, quòd beatus Petrus nunc per veſtrum fortiſſimum brachium ſuam percepiſſet juſtitiam, & factum non eſt, & in magno cordis ſtupore de hoc omnes evenerunt.

Sed peto excellentiſſimam bonitatem veſtram, ut vituperium hoc agentibus auferatis, & omnibus fidem veſtram operibus oſtendite, eò quòd fides, ùt ſcriptum eſt,
B ſine operibus otioſa eſt, cum qua enim fiducia aut fortitudine ad expugnandos inimicos veſtros pergere poteſtis, ſi juſtitiam beati Petri, ùt promiſiſtis & initiaſtis, non perfeceritis? ſi enim, ùt cœpiſtis, operibus adimpleveritis, eritis ſemper victores & fortiſſimi ſuper veſtros inimicos, & præſens regnum per multorum annorum ſpacia cum bona poſſidebitis fama, & vitam percipietis æternam. Tanto operi direximus ad vos Wilharium Reverentiſſimum & Sanctiſſimum fratrem & coëpiſcopum & fidelem, qui vobis omnia de noſtra tribulatione & cauſa B. Petri proprio ore enarret, cui in omnibus credere jubeatis, & exitum bonum
C in cauſa B. Petri ponere. Incolumem excellentiam veſtram, gratia ſuperna cuſtodiat. Bene valete.

Item Epiſtola ejuſdem Papæ per Droctegangum Abbatem directa, in qua continentur gratiarum actiones & uberrimæ benedictiones.

X.

DOmno excellentiſſimo filio Pippino Regi, Stephanus Papa. Præſens Droctegangus Abbas ſacris liminibus protectoris tui beati Apoſtolorum principis Petri, & noſtris obtutibus præſentatus impoſita ſibi
D verba ſalutationis ac ſoſpitatis, à Deo ſervatæ atque amantiſſimæ Excellentiæ tuæ * innumeras omnipotenti Deo læti effecti gratias referentes egimus, petentes ejus divinam miſericordiam, licèt peccatores & indigni, ut pro ſua te protegat pietate, excellentiſſime fili, & multò ampliùs atque perfectiùs ſuo timore tuum regnum confirmet & amore Apoſtolico, quatenus & præſenti vita * longè feliciter fruaris, & æternæ beatitudinis conſors, fructu Apoſtolici amoris, effici merearis, etenim præſens

* *exponens, vel ſimile quid.*

* *longeva.*

Droctegangus, fidelis tuus Miſſus, juxta E quod nobis locutus fuit, congruum per eum tuæ ſublimiſſimæ bonitati in ore ponentes remiſimus reſponſum, cui & in omnibus credere jubeas, fili, quia in omnibus, quæ mandâſti, Chriſto cooperante, ſalutaria tibi mandavimus, ſed imple Dominicum dictum, ſicut ſcriptum eſt; *Quoniam qui perſeveraverit uſque in finem, ſalvus erit.* Ex hoc enim centuplum accipies & vitam poſſidebis æternam. Hoc autem petimus, fili, ut dum Miſſos tuos ad nos remittere juſſeris, cum reſponſis hunc Joannem, virum religioſum cum eis mittere jubeas; fidelis enim tuus eſt, & prudenter reportat reſponſa. Bene vale.

Item Epiſtola ejuſdem Papæ generalis, in qua continentur gratiarum actiones, & uberrimæ benedictiones. F

XI.

STephanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, viris glorioſis, noſtríſque filiis omnibus Ducibus, gentis Francorum. Læta gaudet ſancta mater Eccleſia in provectu fidelium filiorum. Propterea etſi corpore abſentes, ſpiritu verò præſentes, glorioſam prudentiam, atque dilectionem veſtram, ſublimiſſimi filii, ac ſi præſentialiter amplectentes, in oſculo pacis, ſalutamus in Domino dicentes; *Benefac Domine bonis & rectis corde.* Quoniam fiduciam habemus, *Pſal.* 124. quòd Deum timetis, & protectorem veſtrum B. Petrum, principem Apoſtolorum, diligitis, & cum tota mentis devotione pro G ejus perficienda utilitate in noſtra obſecratione cooperatores & adjutores eritis, pro certo tenentes, quòd per certamen, quod in ejus ſanctam Eccleſiam veſtram ſpiritalem matrem feceritis, ab ipſo Principe Apoſtolorum veſtra dimittantur peccata, & pro capti curſu laboris, centuplum accipiatis de manu Dei, & vitam poſſideatis æternam.

Idcirco obſecramus atque conjuramus veſtram ſapientiſſimam charitatem per Deum, & per Dominum noſtrum JEſum H Chriſtum, & diem futurum examinis, in quo omnes pro noſtris facinoribus erimus reddituri rationem, ante tribunal æterni judicis, ut nulla interponatur occaſio, & non ſitis adjutores, ad obtinendum filium noſtrum à Deo ſervatum Pippinum, excellentiſſimum Regem, pro perficienda utilitate fautoris veſtri beati Apoſtolorum Principis Petri, ſicut per præſentem Droctegangum religioſum Abbatem, ejúſque concomites direximus, quatenus vobis concurrentibus, dum noſtra deprecatio fuerit impleta, ipſo Principe Apoſtolorum, cujus cauſa eſt, largiente, veſtra deleantur peccata, & ùt habet poteſtatem à Deo conceſſam, ſicut claviger

Digitized by Google

A viger regni cœlorum vobis aperiat januam, & ad vitam introducat æternam; ſed attendite, filii, & ad participandum hoc quod optavimus, ſtudioſiùs elaborate, ſcientes, quòd ſi quis declinaverit in aliam partem, ab æternæ beatitudinis hæreditate erit alienus; ſcriptum quippe eſt, *qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit. Diligentibus namque Deum omnia cooperantur in bonum.* Bene valete.

Matth. 10. Rom. 8.

*Exemplar præcepti, quod fuit factum * à Paulo, ſanctæ recordationis Pontifice, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & univerſali Papa.*

* Iniit Paulus Pontificatum Anno Chriſti 757. obiit Anno 767.

XII.

B Summa. 2. apud Bar. & Cent.

PAulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, præcellentiſſimo filio Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, & per eum venerabili Monaſterio B. Sylveſtri Confeſſoris Chriſti atque Pontificis, & cunctæ Monachorum Congregationi, *nam & in poſterum illic conſiſtentium in perpetuum. Salubri providentia, quidquid venerabilium locorum requirit utilitas, illis nimirum committendum credimus eſſe perſonis, quibus divinæ illuſtrationis gratia diffuſa, ea, quæ pertinent ad laudem Redemptoris noſtri, & ad maximum redintegrationis ſtatum ſanctorum locorum pertinere monſtratur, totis conatibus perficere nituntur. Et quoniam conſtat præcelſa C eximietas veſtra à nobis petiſſe Monaſterium. Scilicet B. Sylveſtri Pontificis atque Confeſſoris, ſitum in monte * Serapt, nec non & alia illi tria ſubjacentia Monaſteria, ſancti ſcilicet primi Martyris Stephani, & B. Andreæ Apoſtoli, atque Victoris univerſis rebus & poſſeſſionibus, locis etiam & diverſis præſidiis, vel omnibus eis generaliter pertinentibus, in integrum, ecce præcelſæ excellentiæ veſtræ, voluntati annuentes, per hujus præcepti ſeriem, noſtrum monaſterium B. Sylveſtri, cum prædictis aliis tribus ei ſubjacentibus Monaſteriis, id eſt, B. Stephani, atque beatorum Andreæ & Victoris, D cum omnibus eis generaliter & in integro pertinentibus, à præſenti quinta decima Indictione, & in perpetuum, pro ſuſtentatione peregrinorum & alimoniis fratrum noſtrorum, Chriſti pauperum, atque Monachorum, illic nunc & inpoſterum ſpiritalem vitam degentium, firma ſtabilitate vobis concedimus, & per vos in præfato venerabili monaſterio hanc noſtram Apoſtolicam exarationis præceptionem perenniter permanendam, concedimus atque largimur; quatenus veſtro ſtudio ea, quæ ad laudem Redemptoris noſtri, & meliorem ſtatum prædictorum venerabilium Monaſteriorum pertinere noſcuntur, in omnibus, Deo auſpice, pro æterna excellentiæ veſtræ memoria, & maxima remunerationis mercede, nihilominus proficiant decernentes. E

* quin.

* Soracte. Vide Bar. 747. N. 9.

Itaque ſi quo tempore præceptum illud, quod à ſanctæ recordationis prædeceſſore noſtro, beatiſſimo Domino Zacharia Papa: quod Carlomanno, germano noſtro, de eodem Monaſterio emiſſum eſt, vel aliud quodlibet de ipſis præfatis monaſteriis munimen, ubi repertum fuerit, cauſam inanem atque vacuam eſſe, nullam in ſe habentem firmitatem ſtatuentes interea & hac Apoſtolica cenſura divinii judicii obteſtatione, & anathematis interdictione hæc, quæ ad laudem Dei dinoſcimur conſtituiſſe pro ſuſten- F tatione peregrinorum, ut dictum eſt, & cunctæ Monachorum illic conſiſtentis congregationis, ſtabilitate, in perpetuo permanere illibata.

Exemplar Epiſtolæ, ubi Paulus Diaconus & Electus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſignificans de tranſitu Stephani Papæ per Immonem miſſæ, Miſſum domni Pipini Regis.

XIII.

DOmno excellentiſſimo filio Pippino Regi Francorum & patritio Romanorum Paulus Diaconus, & in Dei G nomine electus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ cum gravi gemitu & immenſo mœrore cordis. Innoteſcimus à Deo protectæ Excellentiæ tuæ, potentiſſime Victor Rex, Dei vocatione, de hac luce, ad æternam requiem eſſe ſubtractum ſanctæ recordationis Dominum & Germanum meum Stephanum Papam. In cujus etiam tranſitu & ipſi lapides, ſi dici poteſt, nobis conflentes lacbrymaverunt, in cujus Apoſtolatus ordinem à cuncta populorum caterva, mea infelicitas electa eſt, & dum hæc agerentur, convenit Romam Immo Chriſtianiſſimæ excellentiæ tuæ Miſſus, & cum eo loquentes, unà cum noſtris optimatibus, aptum perſpeximus eum hic detineri, donec Dei providentia H ſacra Apoſtolica benedictiona illuſtrati fuiſſemus, & tunc pleniùs ſatisfactus de noſtra vel * cuncti puritate & dilectione, quam erga tuam benigniſſimam excellentiam, & cunctam gentem Francorum gerimus, eum ad vos repedandum, cum noſtris Miſſis Apoſtolicis abſolveremus, quoniam nos pro certo agnoſcas, Excellentiſſime & à Deo protecte noſter, poſt Deum, auxiliator & defenſor Rex, quòd firmi & robuſti uſque ad animam & ſanguinis noſtri effuſionem in ea fide & dilectione & caritatis concordia atque pacis fœdere, quæ præfatus beatiſſimæ memoriæ Domnus & germanus meus ſanctiſſimus Pontifex vobiſcum confirmavit, permanentes, & cum noſtro populo permanebimus uſque in finem. Unde & indeſinenter extenſis palmis ad cælum pro vitæ inco-

Summ. 1. apud Bar. & Cent.

* f. populi.

A incolumitate Excellentiæ tuæ atque dulciſſimorum filiorum & excellentiſſimæ Reginæ ſoſpitate, Domini DEI noſtri, exoramus clementiam tuam, ut ſemper tuum auxilium & firmiſſima protectio extendatur ſuper nos. Incolumem excellentiam tuam gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ Pauli ſanctæ recordationis Romani Antiſtitis per Andream & Gundricum miſſa, in qua continentur gratiarum actiones & poſtulationes, volendo adjutorium obtinere contra Langobardos.

XIV.

B DOmno excellentiſſimo, filio & noſtro ſpiritali compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa, cum maximo honorificentiæ conatu & dilectionis affectu. Quas præclara excellentia veſtra miſit literas, afferentibus Andrea & Gunderico, ſolertiſſimis viris, Chriſtianitatis veſtræ Miſſis, acceptantes ſuſcepimus * litteras, quibus ſolita gratulatione, lætitia relegentes, & mente & corde oppidò ſumus lætati, dum per eas optata nobis deſideria, affectio & lætitia, multum de veſtra proſperitate nobis compertum eſt, Deo omnipotenti immenſas referentes grates, qui nos juxta, ùt crebrò optamus, de veſtra immenſa ſoſpitate, lætos reddere annuit, nihil enim nobis dulcius, nihil ſuavius in hac vita extitit, quàm C veſtræ incolumitatis gaudia aſſiduè proſperis relationibus addiſcere, dum nimirum proſperitatis veſtræ lætitia, ſanctæ Dei Eccleſiæ * exultatio, & omnium orthodoxorum extitit uberrima defenſio, & eis denique à vobis directis ſyllabis, nos certos, & in omnibus reddidiſtis vos paratos adeſſe in adjutorium & defenſionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, in quibus neceſſitas ingruerit, atque in ea vos fide & dilectione firmiter eſſe permanſuros cum B. Petro Apoſtolorum Principe, atque beatiſſimæ recordationis domno & germano meo Stephano ſanctiſſimo Papa; ſolliciti eſtis omnia adimpleri, & in- D violabiliter conſervari affirmantes, quæ eidem Dei Apoſtolo polliciti, & ob veniam delictorum veſtrorum confeſſi eſtis; quod quidem nos, dum cor Excellentiæ veſtræ in manu Dei eſt, & divina benedictione ſanctæ unctionis gratia, per Apoſtolum ejus, & regni cœlorum clavigerum, B. Petrum in Regem excellentiſſime, atque præcellentiſſime Rex, eſſe dignoſcitur unctus, magna nobis id eſt confidendi ſpes, quod in ea ipſa caritate & dilectione atque promiſſione, quam cæleſtis regni Janitori ſpondere ſtuduiſtis, vos firmiter eſſe permanſurum, dum & procul dubio & per litteras & veſtros ſedulò deſtinatos Miſſos nobis confidendi materia conferetis.

* *Videtur redundare.*

* *Exaltatio.*

Unde & nos firmiter in veſtra caritate & E dilectione, cunctis diebus vitæ noſtræ erimus permanſuri, & nullus nos poterit, per quamlibet temporum interruptionem, à veſtro amore & charitate, atque dilectione, * quem medio noſtrûm adnexa eſt, ſeparare; pro quo obnixis deprecarionibus quæſo, & coram terribili futuro judicio Excellentiam veſtram conjurans deprecor, ut, juxta quod ex veſtro mellifluo ore prolata, & beato Petro promiſſa ſunt, firma conſtantia permanere jubeatis, reſpuentes inimicorum ſanctæ Dei Eccleſiæ & fidei Orthodoxæ impugnationum impias ſuaſiones, & inanes promiſſiones, & Deo magis & beato Petro ſemper placere procurate, qui vobis præſentis Regni gubernacula tribuit: quatenus & temporalis regiæ poteſtatis, vel culmen largiri dignatus eſt, cœleſtia quoque vobis regna perenniter tribuat poſſidenda, & immenſas F de hoſtibus Apoſtolorum Principis ſuffragiis, largiri dignetur victorias.

* *quæ in*

De eo verò, quod innotuit Excellentia veſtra, vobis * Aderio Langobardorum Rege eſſe inſinuatum, nullam malitiam vel invaſionem à Langobardis in noſtris partibus fuiſſe illatas; omnino credat nobis benevola Excellentia veſtra, non veridicè in hoc vobis direxiſtis, etenim benigniſſime fili, & ſpiritalis noſter compater, Chriſtianiſſime Rex, dum tantæ ab eiſdem Langobardis devaſtationes, in noſtris finibus ac civitatibus factæ fuiſſent, & à nobis ex hoc ammonitus fuiſſet, comminationis ſuæ ad nos direxit litteras, quas neceſſitate coacti, infra noſtras Apoſtolicas litteras hoc præterito anno, veſt- G ræ excellentiæ dreximus intuendas, hoſtiliter quippe in civitate noſtra * Synogalienſi per gentes, ferro & igne, quæ extra eandem civitatem conſiſtebant, devaſtaverunt, & plurimam exinde auferentes prædam, aliquantos ibidem interfecerunt homines. Similiter & in partes Campaniæ, id eſt, caſtro noſtro, quod vocatur Valentis, hoſtiliter inruentes, talia, ſicut paganæ gentes, egerunt, de quibus uſque hactenus nequaquam juſtitiam ab eis recipere valuimus. Et ideo excellentiæ veſtræ direximus, ut veſtrum annuiſſetis dirigere Miſſum, quatenus ejus præſentia inter partes juſtitiæ perveniſſent, ut non ex hoc aliqua à noſtra vel Langobardorum parte ad eaſdem perveniendum juſtitias dilatio perveniret.

* *à Deſiderio.*

* *Senogallienſi.*

Unde pro veſtra ampliſſima ſatisfactione H ad probationem fecimus, in præſentia prædictorum veſtrorum fidelium Miſſorum, cum jam dictis Langobardorum Regis Miſſis, & ſatisfacti ſunt veſtri Miſſi de tantis iniquitatibus, & cognoverunt * veſtram veritatem & eorum mendacium; & ob hoc non poſſumus tantas ab eis nobis illatas malitias tacere, ſed neceſſe nobis veſtro regali culmini, utpote, poſt Deum, hujus provinciæ

* *noſtram.*

A liberatori, cuncta innoteſcere, quò per vos omnis iſtius provinciæ à vobis redemptæ populus, ad ſuam pertingere valeat juſtitiam.

Interea præcellentiſſime ac benigniſſime Rex, Chriſtianiſſime fili, & ſpiritalis Compater, ſuſcepimus & menſam illam, quam olim ſanctæ recordationis Domino & Germano noſtro beatiſſimo Stephano Papæ, & per eum beato Petro Apoſtolo obtuliſtis: quam & cum hymnis & canticis ſpiritalibus Letaniæ laudes ſolenniter Deo referentes, infra aulam ipſius Principis Apoſtolorum introduximus, quámque veſtri Miſſi in ſacram Confeſſionem, ſuper corpus ſcilicet ejuſdem cælorum regni Janitoris ex veſtri perſona obtulerunt: quam & chriſmate unctionis ſanctificantes, & ſacram oblationem ſuper eam
B imponentes, ſacrificium laudis Deo omnipotenti, * paterna animæ veſtræ remunerationem & regni veſtri ſtabilitate * offeruimus, decernentes Apoſtolica cenſura ſub anathematis interpoſitione nulli unquam licere, eam ab Eccleſia B. Petri alienare, & ecce memorale veſtrum in eadem Apoſtolica aula fulgens permanet in æternum, cujus remunerationem vos credite à juſto retributore Domino Deo, & beato Apoſtolorum Principe Petro in cœleſtibus regnis adepturum.

* pro paterna animæ veſtræ remuneratione.

* obtulimus.

C De Regio itaque & Petro, quod innotuiſtis, omnino agnovimus, ſed hoc in veſtræ voluntatis arbitrio relaxamus, ut qualiter vobis placuerit, ita ex eis agatis ſive illis apud vos eos detinendo, ſive etiam ad nos abſolvendo, quoniam omnino, quæ vobis placita ſunt, & nobis omnino congrua & proſpera eſſe videntur. Præfati denique Miſſi veſtri omnia, quæ à vobis injuncta extiterunt, liquidiùs nobis retulerunt, de quibus ad ſingula reſponſum reddimus, eóſque de cunctis informatos ad vos enarrandum abſolvimus, perficientes & cauſam prædicti Andreæ, ùt ejus fuit voluntas & veſtra extitit
D præceptio.

Omnipotens autem Dominus, qui dives eſt in miſericordiis, ſuæ extenſionis brachio vos continua defenſione protegat, & omnes adverſarios ac rebelles veſtris regalibus ſubjiciat veſtigiis, tribuens longæviter ac ſalubriter, unà cum excellentiſſima filia & ſpiritali noſtra Commatre, benigniſſima Regina & amantiſſimis natis Carolo & Carolomanno, excellentiſſimis Regibus & Patriciis Romanorum, atque Giſila nobiliſſima, regni gubernacula poſſidenda, & æterna præmiorum gaudia, cum ſanctis & electis perfruenda. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ ad Domnum Regem Pippinum miſſa pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſignificans, quòd Deſiderius Pentapolim deprædavit, & omnia alimenta populi, ferro & igne conſumpſit; & quia Albinum Ducem Spoletinum in vinculis detruſit, & quia Dux Beneventanus, in Oſorotana civitate retruſus, alium Ducem Argiſem in Benevento conſtituit, & quia locutus eſt cum Miſſo imperiali Georgio, & invitavit exercitum Imperatoris in Italia contra Ravennam, & exercitum de Sicilia contra Otorantanam civitatem, & profeſſus eſt eam tradere partibus imperialibus, vel aliis pluribus capitulis. E

XV.

DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri Pippino Regi Francorum & Patricio Romanorum Paulus Papa. Quotiens perſpicua eximietatis veſtræ merita, myſtica conſideratione cernens, cordis oculis confero; oppidò me admirari convenit; intemeratam ſuperfluámque Excellentiæ tuæ mentis conſtantiam & ferventiſſimum affectum, * quod circa Dei amorem, & ejus principis Apoſtolorum inceſſanter geſtas, quoniam Deo magis, quàm hominibus favere niteris. Unde perſpicuum eſt, vos præ omnibus Regibus & potentibus, piis pollere operationibus, quia abſumpto cæleſti triumpho ultro te, excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater, ad liberandam Dei Eccleſiam adhibuiſti, & ideo, ut ipſum piæ operationis veſtræ certamen effectui mancipetur, crebrò nos congruit, ſicut liberatori ipſius ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ejus peculiaris populi, Apoſtolicos dirigere apices. F G

Summ. 26. apud Cent. & Bar.

* quem.

Primùm omnium, nobis ſuper omnia nectarea dulcia exiſtunt, & deſiderabilia proſperitatis veſtræ gaudia addiſcere. Deinde verò, quæ ſanctæ Eccleſiæ Dei & nobis conſiſtunt neceſſaria, quantocyus intimare. Ut verò, excellentiſſime fili, & noſter ſpiritalis Compater, agnoſcas, nos pridem per Apoſtolicas litteras eximietati tuæ innotuiſſe, qua in his partibus à Deſiderio Langobardorum Rege impiè peracta ſunt, atque crudeliter perpetrata. Igitur dum tam perniciosam ejus operationem cerneremus, aptum proſpeximus, præſentem fideliſſimum veſtrum Miſſum Rodbertum, hic apud nos detinere, quatenus quid cœpta jam ſacti Deſiderii Regis, vel Langobardorum populi malitia pareret, præſentialiter agnoſcens atque conſpiciens veſtram certiorem reddidiſſet eximiam præcellentiam; etenim ſicut H

A ſicut pridem, ecce & nunc, innoteſcimus
à Deo ſervatæ Excellentiæ veſtræ, quòd præ-
fatus Langobardorum Rex Pentapolenſium
per civitates tranſiens, quas beato Petro
pro magna animæ veſtræ mercede contuli-
ſtis, ferro & igne omnia ſata, & univerſa,
quæ ad ſumptus hominum pertinent, con-
ſumpſit, ſicque Spoletinum & Beneventa-
num, qui ſe ſub veſtra à Deo ſervata pote-
* deſpectum. ſtate contulerunt, ad magnum * ſpretum
Regni veſtri, deſolavit, atque ferro & ig-
ne eorundem Ducatum, loca & civitates
devaſtavit, & comprehenſum Albinum du-
* & cum eo Satrapas. cem Spoletinum, * cum eo Satrapibus,
qui in fide B. Petri & veſtra Sacramentum
præbuerunt, infixis in eis peſſimis vulneri-
bus, in vinculis detinet.

B Appropinquante autem eo Benevento,
ilico Dux Beneventanus fugam arripuit in
Otorantinam civitatem, & dum diu immi-
neret, ut ex ipſa ſua civitate, exire eun-
dem Ducem ſuaderet, & nequaquam in eo
ſuam adimplens voluntatem, conſtituit du-
cem alium in eodem Beneventano Ducatu
nomine Argis, & confeſtim dirigens Nea-
polim idem Deſiderius Rex, accerſivit Geor-
gium imperialem Miſſum, qui ad vos Fran-
ciam directus fuerat, cum quo nefariè clàm
locutus eſt, iniens cum eo conſilium, atque
ſuas Imperatori dirigens litteras, adhortans
eum, ut ſuos imperiales dirigat exercitus
in hanc Italiam provinciam, & Ipſe Deſide-
rius cum univerſo Langobardorum populo
C profeſſus eſt, Deo ſibi contrario, auxilium
præfatis imperialibus exercitibus impertire,
quatenus ex una parte, ipſius exercitus, &
ex alia iiſdem Deſiderius cum univerſo Lan-
gobardorum populo utrique dimicantes
Ravennatium civitatem comprehendere que-
ant, ſuámque Imperator, quod Dominus non
permittat, adimplere valeat, in quocunque
voluerit, voluntatem. Nam & cor cum eo-
dem Georgio imperiali Miſſo conſtituit, ut
* dromonum. * Dromonorum Siciliæ iſtorum in Otoran-
tina civitate dirigatur, ut tam Græci, quàm
Langobardi ipſam obſidentes comprehen-
dere valeant civitatem, eámque concedat
Imperatori, cum hominibus & facultatibus,
D quæ in ea conſiſtunt, & tantummodo Du-
cem illum, atque ejus nutritorem Johan-
nem prædicto Regi reſtituat.

Poſt verò diſſolutionem eorundem Du-
catuum conjunxit hic ad nos Romæ itidem
Langobardorum Rex, & cum eo loquentes,
nimis eum adhortati ſumus, & per ſacratiſ-
ſimum corpus B. Petri, atque etiam per tuam
à Deo protectam excellentiam, fortiter il-
* Immolam. lum conjuravimus, ut civitates illas, id eſt *
Immulas, Bononiam, Auſimum & Ancon-
am, quas nobis præſentialiter, ſimul per
veſtros Miſſos, id eſt, Folradum, Deo
amabilem, Abbatem & Presbyterum, atque
Rodbertum excellentiſſimæ Chriſtianitati
tuæ, & per te etiam B. Petro Apoſtolorum E
principi pollicitus eſt redditurum, reſtituere
deberet, quod minimè adquieſcere inclina-
tus eſt, ſed ſimulans, ùt certè Strofarius va-
rias occaſiones adhibuit, inquiens, ut ſi
ſuos, quos illic Francia habere videtur, ob-
ſides reciperet, tunc in pacis concordia no-
biſcum converſaretur.

Unde petimus te, excellentiſſime Fili &
ſpiritalis Compater, & obnixè deprecamur
à Deo inſpiratam eximietatem tuam, ut ju- F
beas perfectam liberationem ſanctæ Dei Ec-
cleſiæ, & ejus peculiaris populi exercere,
& ita id, quod magna animæ tuæ mercede
B. Petro pollicitus es, firmiter permanere;
ipſúmque Deſiderium, Langobardorum Re-
gem fortiter conſtringere digneris, ut pro-
latam à Deo promiſſionem B. Petro, pro-
tectori veſtro, reſtituere debeat, atque in
omnibus adimplere, cuſque ſtudii ſit bene,
potentiſſime Rex, ſicut cœpiſti, perfectiùs
hanc ſanctam Dei Eccleſiam & ejus peculia-
rem populum de hoſtium incurſione erue-
re; ut annuente Deo, certamen benignæ
operationis tuæ, uberrimè fœcundetur, qua-
tenus in die adventus Domini Dei & Salva-
toris noſtri JEſu Chriſti, luceas, ſicut ra-
diantiſſimus Sol, inter univerſos reges &
potentes, atque merearis ipſam ſanctam Dei
Eccleſiam, & ejus populum, tuo adminicu-
lo ereptum, divinæ majeſtati, abſque ulla
læſionis ſævitia, offerre, & tunc centuplum
remunerationis ab eodem Domino Deo
noſtro, juſto judice, percipere, & vitam
æternam poſſidere merearis.

Conjuro te, fili excellentiſſime, per omni- G
potentem Deum, & ejus principem Apo-
ſtolorum B. Petrum, ut benigno intuitu &
libentiſſimo animo noſtras preces audire
jubeas, ut & Deus tibi omnipotens, in his,
quæ ejus potentiam deprecatus fueris, ſuæ
divinitatis aures inclinet, & victorem te ſu-
per omnes barbaras nationes faciat. Omnes
enim omnino gentes, quæ ſuper faciem uni-
verſæ terræ conſiſtunt, compertum habent
tuum certamen, quod ad defenſionem ſan-
ctæ Dei Eccleſiæ adhibuiſti, & magnum te ac
præcipuum Regem laudabiliter aſſerunt.
Sed & nos bonam tuam famam longè latéque
protelare atque dilatare non deſiſtimus in eo, H
quòd certè, poſt Deum, ſicut murum in-
expugnabilem, tuam firmiſſimam fidem in
noſtro pectore conferimus, magnam in te,
poſt Dei præſidium, poſſidentes ſpei fidu-
ciam, quod & plerumque ob tam tuæ im-
maculatæ promiſſionis fideíque meritum
conſecuti ſumus; etenim magnopere præ-
ſentes noſtros Miſſos, id eſt, Reverendiſſi-
mum & Sanctiſſimum fratrem & coëpiſco-
pum noſtrum Georgium, atque dilectum
filium noſtrum Stephanum Presbyterum,
ad veſtram à Deo cuſtoditam Excellentiam
miſimus: dúmque veſtris Deo amicabilibus

 veſti-

* Radberto.

veſtigiis fuerint, unà cum * Rodberto, fideA liſſimo veſtro Miſſo præſentati, cuncta viva voce Chriſtianiſſimæ Excellentiæ tuæ, quæ acta ſunt, & rei exigit meritum, nobíſque neceſſaria exiſtentia intimabunt, maximo namque deſiderio noſtro anbelabat animus, Apoſtolicas Excellentiæ veſtræ dirigere literas ſalutationis ac viſitationis, ob cauſam rerum eventus ſignificandum, & minimè valuimus imminentibus circumquaque Langobardorum Regis inſidiis.

B Attamen ecce jam duas Apoſtolicarum litterarum adſertiones Excellentiæ veſtræ, clàm, per maximam induſtriam, miſimus, & ignoramus, ſi ad vos ipſæ pervenerint litteræ, unde ambigimus, ne à Langobardis comprehendantur. Pro quo & nunc per prænominatos noſtros Miſſos alias vobis litteras miſimus, quaſi obtemperantes præfati Deſiderii regis voluntati * ſuos hoſpites abſolvendum & pacem confirmandum. Sed bone Excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater, ideo iſtas literas tali modo exaravimus, ut ipſi noſtri Miſſi ad vos Franciam valerent tranſire; quoniam ſi hoc non egiſſemus, nulla penitus ratione per Langobardorum fines tranſire valuiſſent, ſed ſuſceptis ipſis litteris, earum ſeriem nullo modo perficiatis, neque præfatos * hoſpites permittatis parti Langobardorum reſtituere, potiùs autem conjuramus te Excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater per Deum vivum, & corpus B. Petri, ut fortiter ipſum Deſiderium vel ejus Langobardorum gentem conſtringere jubeas; quatenus præfatas, quas pollicitus eſt, civitates tuæ melliſluæ Excellentiæ, & per te B. Petro, fautori tuo, reſtituat, quoniam nullam, ùt præfatum eſt, de his, quæ primitus pollicitus eſt, cum eo firmam valuimus ſtabilire convenientiam.

* ad ſuos obſides.

C

* obſides.

D Oramus autem omnipotentem Deum, ut pio intuitu de throno majeſtatis ſuæ, ſuper vos veſtrúmque regnum reſpiciat, & ſua dextera Excellentiam veſtram circumtegat, atque in omnibus muniat, & præſentis vitæ curſum ſalubriter exſequi, & regni potentiam gubernare permittat per plures annorum metas, unà cum excellentiſſima, & à Deo ſervata filia, & ſpiritali noſtra commatre, atque amantiſſimis veſtris meíſque filiis, & gaudeatis de eorum florigero germine, & * mittat omnipotens Deus, ut ſemen veſtrum ſplendidiſſimum, usque in finem mundi * eundem regni fruatur culmen, etiam venturo in ſæculo infinita gaudia cum ſanctis & electis ſuis vobis concedat, quatenus ſicut in præſenti vita, & in futura beatitudine adepti promiſſam vobis mercedis coronam, cum Chriſto regnare mereamini. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* permittat.

* idem.

* *Embolum.*

E Pro veræ benedictionis cauſa, direximus vobis Apallateam unam ſpatam ligatam in gemmis cum balteo ſuo, annulum unum, habentem * Iſacinthum, ſtoracinum pallium unum, habentem Paones, quam parvam benedictionem petimus, ut, excepta injuria, ſuſcipere jubeatis. Domino Carolo & Carolomanno pro magna Apoſtolica benedictione annulos ſingulos habentes * yacinthos.

* *Vide epiſtol.* 6.

* *Hyacinthum.*

* *hyacinthos.*

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ ad Domnum Pippinum regem directæ pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & pro monaſterio, quod ei conceſſit prope montem Serapten ſitum gratias magnas referendo.

F

XVI.

DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri Pippino Regi Francorum & Patricio Romanorum Paulus Papa. Dum divinas ſcripturarum hiſtorias, in noſtro memoriali revolvimus, & diverſorum Dei electorum merita perpendimus, & veſtræ divinæ inſpirationis ſtudia, in noſtræ mentis intuitu conferentes: novum te * gentes Moyſen in his diebus refulſiſſe, præcellentiſſime fili & ſpiritalis Compater, comperimus. Ille quidem, ut Iſraëliticum populum ex affligentium erueret oppreſſionibus à divina majeſtate præcepta ſuſcepit. Tu quoque præcellentiſſime atque eximie Rex ad liberandam ſanctam univerſalem, Catholicam, & Apoſtolicam Dei Eccleſiam divinitus es inſpiratus. Per illum denique Dominus in monte Sina, legis mandata G eidem Hebraico populo obſervanda tradidit, & lumine eum claritatis ſuæ illuſtravit. Per te quoque Redemptor noſter, Dei hominúmque Mediator, Eccleſiæ ſuæ & univerſo populo Chriſtiano, ejus pretioſo redempto ſanguine, pacem tribuit, & ejus fidei orthodoxæ perfectam contulit defenſionem: Et ſicut idem Moyſes legislator abominationes gentium & culturam dæmonum exterminavit, ita & tu, Chriſtianiſſime Regum, hæreticorum ſchiſma & auctores impii dogmatis reſpuiſti. Pro quo merito, divinæ gratiæ lumine & oleo ſanctificationis inter fideles Reges, qui olim Deo placuerunt, unctus connumeratúsque comprobaris. Unde libet certè Pſalmigraphi vocem & laudem Excellentiæ veſtræ canere: Invenit te Dominus H benigniſſime Regum, fidelem ſibi, & præcepta ejus ſervantem, & ideo oleo ſancto unxit te, & ecce manus ejus auxiliabitur tui, & brachium ipſius confortabit te.

Sumt. ac apud Ba. & Cent.

* *gentibus*

Pſal. 88.

Nec mirum tam benigniſſimum Regem, tanto divino munere eſſe præornatum, quoniam

A niam *ſpiritus ubi vult, & in quibus vult, inſpirat.* Et profectò in eis inſpirat, qui piis fulgent operibus, ſicut veſtra fulgere dinoſcitur Excellentia; nam qualiter dilectionis veſtræ amor erga B. Petrum Apoſtolorum principem & circa noſtram caritatem ferveſceret, licèt ſolitè veſtris apicibus atque Reſponſalibus diſcurrentibus excellentiſſima Chriſtianitas veſtra pronunciaverit, nunc tamen per eas, quas in præſenti, per harum latorem, miſiſtis Syllabas, ampliſſimè nobis paternitatis veſtræ affectum protuliſtis, ſignificans, bone excellentiſſime fili, & ſpiritalis compater, & noſter, poſt Deum, defenſor & liberator, firma perſeverantia in amore ipſius principis Apoſtolorum, &
B noſtra charitate permanſurum; quod quidem nos ſecuri de veſtra immutabilis verbi pollicitatione * exiſtetimus. Scimus enim cui credidimus & certi ſumus, omnia, verbis juxta ùt aſſeris, perfici. Quid itaque ex hoc veſtræ valebimus rependere Excellentiæ? Aut quam viciſſitudinem reddere potuerimus pro tantis beneficiorum ſuffragiis, quæ ſanctæ Dei Eccleſiæ & Chriſtianorum fidei inferre præcelſa eximietas veſtra dignata eſt, dum ad referendas gratiarum laudes mens noſtra, die noctúque provocatur?

Joan. 3.

Extiterimus.

Admirandum mihi potiùs eſt, & valde ſtupendum; quomodo oris mei loquacitas tantorum præſidia beneficiorum proferre
C queat: veruntamen calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo, & crebrò elevatis oculis & palmis extenſis ad æthera divinam pro vobis indeſinenter expoſcam clementiam, ut ipſe ſuper vos de throno majeſtatis ſuæ reſpiciat, & regni veſtri faſtigium foveat, atque immenſas vobis de cœlo tribuat victorias, & omnes barbaras gentes veſtris proſternere dignetur veſtigiis, & terminos regalis veſtræ potentiæ dilatet. Etenim nos, fili excellentiſſime & ſpiritalis Compater, teſtem proferimus veritatis Deum, in cujus manu cor excellentiæ veſtræ * corrigatur, quod ſicut ſæpius * noſtri recordationis, Dominum & Germanum noſtrum, ſanctiſſimum Stephanum Papam, & per eum, cum ſancta Dei Eccleſia confirmatum eſt, permanentes permanebimus, veſtris obtemperantes voluntatibus, & abſit à nobis, quòd à veſtro, quoquo mo-
D do, ſeparemur amore, nulla quippe præmiorum datio, nulla promiſſionis qualitas, nulláque blandimentorum ſuaſio, nos, ſicut ſæpius diximus, à veſtra charitate poterit avellere, ſed peto & tanquam præſentialiter obſecro mellifluam excellentiam veſtram, ut ampliſſimam jam fatæ ſpiritalis veſtræ matris Eccleſiæ exaltationem perficere, & firmiſſimus Chriſtianorum fidei defenſor exiſtere jubeas benigniſſime Regum; quatenus ex boc memoria nominis veſtri, uſque in finem mundi, in domo Domini

** regatur.*
** noſtræ.*

celebretur, & ſuffragiis Apoſtolorum & præſentis vitæ proſpera & æternæ beatitudinis vobis tribuantur gaudia. E

Interea, Excellentiſſime fili, & ſpiritalis compater, quia inſpiratus à Deo nobis monaſterium illud ſecus montem * Saraptem ſitum, concedere dignatus es, magnas atque innumerabiles gratiarum actiones eximiæ præcellentiæ veſtræ referimus, ſit vobis ex hoc Dominus retributor, & dignam cœleſtium præmiorum remunerationem in æterna beatitudine concedat. Nos quidem monaſterium illud ad laudem Dei, & veſtri memoriam, atque æternam mercedem noſtro Monaſterio dinoſcimur ſubdidiſſe; ut quia beatus Sylveſter, Chriſtianorum illuminator fidei, cujus ſanctum corpus in F noſtro Monaſterio à nobis reconditum requieſcit, ibidem perſecutionem paganorum fugiens, converſatus eſt, juſtum proſpeximus, ut ſub ejus fuiſſet ditione, ubi ipſum reverendum requieſcit corpus. Veruntamen nos penitus, neque de boc monaſterio, neque de aliis quibuslibet cauſis, extra veſtram voluntatem, nequaquam quippiam agere volumus, ſed ùt veſtra fuerit voluntas, de omnibus agere ſtudemus. Itaque noſter animus lætus effectus eſt, & Deo omnipotenti, & veſtræ præcellentiæ, immenſas retulimus grates, in id, quòd noſtram deprecationem à Deo inſpiratus exaudire dignatus es benigniſſime Rex, & præceptum regalis veſtri culminis noſtro Monaſte- G rio dirigendum pronuntiâſtis, firmam ejuſdem ſanctæ manſionis procurantes, nunc & retro cunctis temporibus; Unde petimus* divinam clementiam, ut, ſicut vos noſtrum Monaſterium, quod ad laudem Dei conſtitutum eſt, confirmare ſtudetis, ita veſtrum regnum confirmare ſuper omnes gentes dignetur. Et pro certo ſciat excellentiſſima Chriſtianitas veſtra, quòd omnes illos Martyres, qui pro Chriſti nominis confeſſione ſuum fuderunt ſanguinem, & in eodem ſancto requieſcunt Monaſterio, firmiſſimos apud divinam clementiam habebitis interceſſores.

** Soraſten.*

De eo verò, quod innotuiſtis de noſtra H vos certos effici ſoſpitate, nos, bone & Chriſtianiſſime Rex, in eo ſoſpes fatemur eſſe, dum veſtri corporis ſoſpitas & ſalus animæ, opitulante Deo, adcreſcit; quia veſtra ſalus, noſtra eſt proſperitas. His prælibatis, omnipotens rerum opifex, & arbiter Deus, ſua vos gratia foveat, & longævo ac proſpero ſenio regalis culminis ſceptra, cum magna victoria vobis, cum dulciſſima veſtra conjuge, præcelſa filia, & ſpiritali noſtra commatre, Domina BERTRADA, eximia REGINA & amantiſſimis veſtris, noſtriſque FILIIS, eximiis regibus & patriciis Romanorum Domnis Carolo & Carolo-

A manno, nec non & domna Giſila nobiliſſima perfrui concedat, & cœleſtis regni gaudia cum ſanctis & electis poſſidenda per infinita tribuat ſæcula. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ad Domnum Pippinum regem per Witmarum & Gerbertum Abbates atque Hugbaldum directa, in qua continentur gratiarum laudes, pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & poſtulans, ut ſemper in id decertare debeat.

XVII.

B

Semm. 24. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Dum tam maxima nobis dilectionis affectio erga veſtram à Deo inſpiratam excellentiam inſiſtit, ob hoc, ſicut terra ſitiens imbriferam deſiderat inundationem, ita quoque veſtræ proſperitatis cupimus addiſcere nuncia, & de veſtris profectibus gratulari, in hoc quippe noſtri cordis eſt devotio exultandi, dum nimirum ſalus veſtra, noſtra exiſtit ſecuritas. Interea duarum epiſtolarum ſeries, quas veſtra direxit excellentia, cum magno ſuſcepimus a-
C more; unam quidem primitus per Petrum primum Defenſorem Miſſum noſtrum; & aliam per præſentes fideliſſimos veſtros Miſſos Widmarum ſcilicet & Gerbertum Abbates, atque Hugbaldum, virum illuſtrem, quarum paginam indagantes, mox liquidò cuncta in eis exarata didicimus; immenſas, protinus de noſtro referentes laudes, qui nos de veſtra annuit ſoſpitate gratulari.

Inipſis denique veſtris relationibus ſolitam nobis à Deo illuſtratæ mentis veſtræ conſtantia protulit ſpei fiduciam, in id, quod
D impenſiùs innotuiſtis, atque ſeduló ex operibus demonſtráſtis, vos totis viribus pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & fidei Orthodoxæ defenſione eſſe decertaturos, & in ea vos fidei pollicitatione permanſuros. Quam B. Petro, Principi Apoſtolorum, noſtróque prædeceſſori, Domino & Germano beatiſſimo Stephano Papæ ſpopondiſtis. Unde & in noſtra fixi charitatis connexione, ideo juxta id, quod petendo direximus, præfatos ad nos veſtros videmini direxiſſe Miſſos; qui apud Langobardorum imminerent Regem, pro diverſis ſanctæ Dei Eccleſiæ cauſis ac juſtitiis, & in noſtro aſſiſterent ſolatio; pro quo innumerabiles vobis referimus gratiarum actiones; quia verè, ſicut benignus Rex & amator ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Dei Eccleſiæ agere, Chriſtianiſſime fili & ſpiritalis Compater ſemper ſtudes, & profectò erit tibi Dominus & in præſenti & futura dignus retributor. E

Nos itaque, Excellentiſſime, & à Deo protecte fili, & ſpiritalis Compater, firmi in veſtræ charitatis dilectione permanemus. Nec eſt ulla rerum aut temporum qualitas, quæ nos à veſtra charitate poſſit ſeparare; quia tu verè noſter, poſt Deum, conſtas eſſe defenſor & auxiliator.

Præfati denique Miſſi veſtri, in noſtri præſentia, cum Langobardorum Miſſis, nec non & Pentapolenſium, ac ſingularum noſtrarum civitatum, hominibus adſiſtentes, F comprobatio coram eis facta eſt, de habitis inter utraſque partes aliquibus juſtitiis, videlicet de peculiis inter partes reſtitutis. Nam de finibus civitatum noſtrarum & patrimoniis beati Petri, ab eiſdem Langobardis retentis atque invaſis, nihil uſque bactenus, etiam ea, quæ primitus reddiderant, denuo invaſerunt. Unde conſtitit, ut noſtri ac ſingularum noſtrarum civitatum Miſſi, ad Deſiderium Langobardorum Regem, cum veſtris progredi debeant Miſſis, ut in eorum atque prædicti Regis præſentia, pro eiſdem finibus ac patrimoniis, comprobatio fiat, nobiſque omnia juxta pactionem reſtituantur, & neſcimus, quid ex hoc proveniendum ſit; attamen per præfatos veſtros Miſſos, rei agnoſcere poteſtis meritum.

Quapropter quæſumus à Deo protectam G Excellentiam veſtram, ut ita diſponere jubeat, ut plenarias de omnibus recipere valeamus juſtitias, quatenus idem B. Petrus, Princeps Apoſtolorum, pro cujus reſtituendis luminariis decertatis, firmiſſimus vobis ſit auxiliator, ac optimus remunerator: Nam pro certo agnoſcat excellentiſſima Chriſtianitas veſtra; quia ſi nobis præfati civitatum noſtrarum ab eiſdem Langobardis invaſi fines, atque patrimonia reddita non fuerint, etiam ea, quæ primitus reddiderunt, invadere inſidiabuntur, quapropter obnixè petimus Chriſtianitatem veſtram, ut veſtra ſolita diſpoſitione exaltatio ſanctæ Dei Eccleſiæ, & iſtius à vobis redemptæ, cum Dei virtute, provinciæ ſalus proficiat, & ea omnia, quæ veſtri Miſſi ſibimet à veſtra præcellentia injuncta habuerunt, nobis liquidiùs referentes, ad ſingula eis reſponſum reddidimus, & de omnibus eos informavimus, quæ veſtræ Excellentiæ referre debeant, noſtráſque petitiones veſtris ſtudeant intimare auribus.

His itaque præmiſſis Dei noſtri omnipotentis exoramus clementiam, ut ſua vos fovere annuat gratia, & præſenti temporali regno in longo ſenio cum proſperitate corporis & ſalute animæ perfrui concedat. Unà cum dulciſſima conjuge veſtra excellentiſſima Regina filia & ſpiritali noſtra commatre, atque præcellentiſſimis veſtris natis; & cœleſtia H

Digitized by Google

A leſtia quoque vobis per infinita tribuat præmiorum gaudia poſſidenda. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ad Domnum Pippinum Regem per Haribertum Abbatem, & Dodonemcomitem directæ, in qua continentur uberrimæ benedictiones & gratiarum laudes, de firmo atque incommutabili pollicitationis verbo & magna perſeverantia in perficiendis cauſis Apoſtolicis.

XVIII.

Summ. 23. Bar. & Cent. B

DOmno Excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri Pippino Regi Francorum & Patricio Romanorum Paulus Papa. Explere verbis nequeo & penitus ſermonum copia nequaquam complecti valeo, excellentiſſime & revera præ cunctis regibus Chriſtianiſſime atque orthodoxe Regum; quantum veſtris meritis, atque piis operationum ſtudiis intima cordis noſtri affectio congratulatur, dum profectò veſtro certaminis præſidio & laborioſo conamine, ſancta Catbolica & Apoſtolica univerſalis mater veſtra ſpiritalis, Dei Eccleſia, atque orthodoxa Chriſtianorum fides, ab æmulorum inpugnationibus ereptæ conſiſtunt, & ex hoc indeſinenter, ab omni populo Chriſtiano, Redemptori noſtro Domino Deo, ob tantum veſtrum adhibitum beneficii adminiculum, referuntur laudes. Unde meritò Chriſtianiſſime fili, & ſpiritalis Compater, cum egregio illo ac præcipuo David Rege, & eximio Prophetarum in cœleſtibus regnis participem te eſſe omnium fidelium mentes opinantur; quia ſicut honorum C infulis, ita quoque & operibus eum coæquare Chriſtianitas tua, ùt ipſa rei operatio demonſtrat, dignoſcitur. Ille enim, erepta ab Allopbylis arca Domini, cum bymnis & canticis ſpiritalibus ac Pſalterii modulatione exultans jocundabatur. Tu quoque fundamentum & caput omnium Chriſtianorum, ſanctam Romanam redimens Eccleſiam, & univerſum ei ſubjacentem populum, gaudens atque lætus omnipotenti Domino Deo noſtro offerre ſatagis, cujus tam pii operis perfectionem adbibere benignitas tua anbelat, de quo jam repoſitam D ſibi in cœleſtibus arcibus præmiorum credat conſequi remunerationem.

Properantes ſiquidem ad vos, præſentes ſolertiſſimi viri Haribertus ſcilicet Abbas, & Dodo Comes, excellentiæ veſtræ fideliſſimi Miſſi, detulerunt nobis mellifluas, & nimis deſiderabiles ſyllabas, à veſtra præclara Chriſtianitate directas, in quibus ſolicitè nos de veſtro firmo atque incommutabili pollicitationis verbo, & magnæ perſeverantiæ conſtantia, quam in Apoſtolicis perficiendis cauſis gerere videmini, certos reddere ſtuduiſtis; quod quidem nos firmi & om- E nino freti in veſtro benigno propoſito exiſtimamus, fine tenus vos permanſuros atque perfectiùs operaturos, id quod B. Petro Apoſtolorum principi, & prædeceſſori Domno & germano noſtro beatiſſimo Stephano Papæ, polliciti eſtis.

Interea ferebatur, & boc in eiſdem veſtris apicibus, quia id, quod & præſentes de parte veſtra velle habuiſtis, nos debere cognoſci; ſcriptis nequaquam propalare maluiſtis, ſed informatis de ſingulis cauſarum meritis, præfatis veſtris Miſſis, quæ noſtris deberent innoteſcere auribus, & ita juxta, ùt à vobis præcepta ſunt, egerunt, quod F quidem nos de ſingulis, quæ nobis affati ſunt, liquidiùs eos informavimus, qualiter noſtram vitam à Deo, inſtitutæ regali veſtræ potentiæ enarrare debeant, ſed & præſentes noſtros Miſſos, id eſt, Joannem Subdiaconum & Abbatem, atque Petrum primum Defenſorem cum eis pariter ad veſtra regalia direximus * veſtigia; quos petimus benignè ſolitè à vobis ſuſcipi, & quicquid vobis ex noſtra informatione enarraverint, eis in omnibus credere jubeatis, ut perfecta liberatio atque exaltatio ſanctæ Dei Eccleſiæ & fidei orthodoxæ proficiat, & meritò repoſitam vobis in G cœlo conſequamini mercedis coronam.

* faſtigia.

Deus autem omnipotens, qui in excelſis habitat, & bumilia reſpicit, qui palmo univerſum mundum concludit, in cujus manu omnia regnorum jura conſiſtunt: ſua vos protegat gratia, & è cœlo vobis tribuat victorias, ſubjiciens veſtro regali, culmini omnes adverſantes nationes, ævíſque ac proſperis temporibus regni gubernacula faciat poſſidere; cum excellentiſſima filia, & noſtra ſpiritali commatre, benigniſſima Regina, dulciſſima veſtra conjuge, atque amantiſſimis natis Carolo & Carlomanno, excellentiſſimis regibus, & nobiliſſima atque excellentiſſima Giſila, noſtra ſpiritali filia, & vitam æternam, per infinita vobis tribuat ſæcula poſſidendam. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Pippinum Regem per Wilharium Epiſcopum atque Dodonem & Wichardum directa, in qua continentur gratiarum actiones, ejuſdem Papæ, fidei conſtantia, ut nullus favor, aut terror ab ejus amore aut charitate ullo modo poſſit ſeparare.

H

XIX.

Summ. 21. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio noſtro, & ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Pau-

A Paulus Papa. Ad referendas gratiarum actiones præclaræ ac benigniſſimæ Excellentiæ veſtræ ob tanta beneficij præſidia ſanctæ Dei Eccleſiæ & populo Romano à vobis irrogata; nullus, ùt opinor, humanus ſermo ſufficere valebit. Neque præmia hujus mundi ad horum remunerationem digna vobis poſſunt rependi, veruntamen eſt unus ſolus & verus, in tribus * ſubſtantiis conſiſtens, Deus, [* perſonis.] qui juſta regni gaudia & victoriæ triumphum impertire ac retribuere Excellenriæ veſtræ poteſt, interea properantibus ad nos, Wilchario ſcilicet, Reverendiſſimo fratre & Coepiſcopo noſtro, atque Dodone, & * Wichardo [* Vulchardo.] fideliſſimis veſtris Miſſis, obtulerunt nobis mellifluos ac deſiderantiſſimos apices, à veſtra deſtinatos Chriſtianiſſima Excellentia; quos intuentes protinus agnita proſperitate veſtræ lætiriæ, ſolito exultationis gaudio, interna pectoris noſtri viſcera redundaverunt, B Crearotem noſtrum ac Redemptorem Dominum Deum continuis precibus implorantes, ut diu nos ac ſedulò de veſtra ampliori jocunditate, & cœlitus de hoſtibus conceſſis vobis victoriis, annuat gratulari. At verò, excellentiſſime fili, & ſpiritalis compater, per eaſdem honorabiles veſtras ſyllabas, certiſſimam nobis ſolitæ pollicitationis fiduciam contuliſtis: vos firma perſeverantia decertaturos fore, ad defenſionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & univerſi populi Romani, atque totius Provinciæ, juxta id, quod polliciti eſtis beato Petro, & ejus Vicario, Prædeceſſori noſtro, domno & germano meo, ſanctæ recordationis, Stephano Papæ, & in ea vos ſponſionis fide permanſuros, & profectò, bone Chriſtianiſſime, atque à DEO inſtitute Rex, magna nobis in hoc credendi materia * conferitur. [* confertur.] Nec enim aliter fidelium mentes æſtimare poſſunt, quàm id, quod crebrò à vobis pro C intuitu operarum cernimus, & rei experimentum didicimus.

Sed bone potentiſſime Regum, ecce nunc opportunitas, ecce neceſſitatis dies cogunt, & tempus ingruentis meriti exigit, ut ſanctæ Dei Eccleſiæ, & huic à vobis liberatæ provinciæ ſolitè ſubvenire atque ſuccurrere quantocyus Chriſtianitas veſtra ſatagat. Nos quippe, poſt Deum, & ejus ſanctam glorioſam Genitricem, atque ſacratiſſimos ipſius Apoſtolos, fiduciam noſtram alibi non habemus, niſi in veſtram præclaram excellentiam: tu enim, poſt D Deum, nobis refugium, Chriſtianiſſime Rex, tu cum Dei brachio firma exiſtis opitulatio, & veſtri à Deo confortati Regni ſecuritas, noſtra eſt inmenſa lætitia; quò tam nos, quámque univerſus noſter populus iſtius provinciæ, (divina vos ſatisfaciat majeſtas,) firmi atque immobiles in veſtra charitate, ac dilectione, & Regni veſtri à Deo protecti Francorum, amoris conſtantia permanentes permanebimus, & nullus nos E poterit humanus favor aut terror à veſtri amoris dulcedine, charitatíſque affectu ſeparare, ſed una nobis erit in veſtro amore vita ac mors.

Quia verò innotuiſtis, ob hoc vos præſentes direxiſſe Miſſos, ut agnoſcere per eos valuiſſetis, utrum nobis à parte Langobardorum plenariæ ſactæ fuiſſent juſtitiæ an non: ipſi omnino cauſæ meritum comperti ſunt, & callidam verſutiam, atque ſolitè falſiloquam propoſitionem eorundem veſtrorum, noſtrorúmque æmulorum agnoverunt, eíſque ad vos revertentibus, Deo propitio, veſtris propalabunt in auribus, eis denique de ſingulis, quæ à vobis injuncta habuerunt, nobis referentibus, ſingillatim de omnibus reſponſum reddentes, in eorum poſuimus ore, quæ veſtræ Excellentiæ ſuggerere debeant; effectum ex hoc à veſtra adipiſci optantes excellentia. F

Deus autem omnipotens, de throno ſuæ Majeſtatis ſuper vos, regnúmque veſtrum, atque amantiſſimam conjugem, præcelſam Reginam, ſpiritalem verò commatrem noſtram, atque dulciſſimos, veſtros quidem carnales natos, noſtros autem ſpiritales filios, nec non & ſuper univerſum Francorum populum, reſpicere dignetur, & ſui brachii dextram ſuper vos extendat, atque victorias vobis de cœlo concedat, omnéſque adverſarios ante faciem veſtram proſternat, & præſentem vitam longo ſenio, & futuram beatitudinem vobis tribuat perenniter poſſidendam. Deus te incolumem cuſtodiat Excellentiſſime fili.

G

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Regem Pippinum, per Flavinum Capellanum & Joannem Subdiaconum & Abbatem, atque Pamphilum Defenſorem Regionarium ſanctæ Eccleſiæ directæ, in qua continentur gratiarum actiones, de ipſis Miſſis, qualiter unà cum Miſſis imperialibus, bonorificè ſuſcepti ſunt & cætera.

XX.

DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. [Sirm. 22. Bar. & Cent.] H Cùm regalis potentiæ culmen plùs fidei virtute, quàm bellatorum armis videatur præſidio & fortitudine circumtegi, quid mirum, excellentiſſime & verè orthodoxe Regum, ſi ſtudiorum veſtrorum conatus, ad protegendum Dei inſtitutionem ac fidei Chriſtianorum cenſuram, impenſiùs inminere non deſiſtat, & ob hoc & cæleſtis vobis

A vobis victoria datur, & proſpera à redemptore noſtro credite præcellentiæ veſtræ fore largitura. Remeantibus ſiquidem ad nos Miſſis noſtris, quos ad veſtram præclaram Excellentiam directos habuimus, Johanne videlicet Subdiacono & Abbate, atque Pamphilo Defenſore Regionario, ſpiritalis Matris veſtræ, ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, unà cum veſtro Miſſo, Flagino Cappellano, attulerunt nobis honorabiles, & nimis deſiderabiles Chriſtianitatis tuæ literas, quas cum nimio jocunditatis gaudio ſuſcipientes ac relegentes, protinus earum adſertio, tanquam ſuavitatis flagrantia nos adficiens ac ſalutaris, providentiæ fomento medens lætos effecit.

B Porrò Chriſtianiſſime Rex, amantiſſime fili, & ſpiritalis compater, innotuit benignitas veſtra, qualiter noſtri ac Imperatoris Miſſi à vobis ſuſcepti ſunt, & quemadmodum illis de ſingulis, quæ præclaro culmini veſtro affati ſunt, reſpondere ſtuduiſtis, eos, pro amore fautoris veſtri beati Petri, nequaquam ſuſcipi, aut illis reſponderi adquieſcentes abſque noſtrorum Miſſorum præſentia; ſed & ipſi noſtri legati, ea ipſa nobis retulerunt. Unde licèt nos ob tantam cordis veſtri ſinceram affluentiam, quam erga ſpiritalem matrem veſtram, Dei Eccleſiam & noſtram fragilitatem habere videmini, digna rependere non valemus, eſt tamen protector veſter Dominus Deus noſter, qui vos regnare juſſit, & ſanctam ſuam Eccleſiam ad defendendum vobis commiſit, qui dignam præmiorum in præſenti ac futura vita, præcellentiæ veſtræ rependere poteſt remunerationem.

C Itaque & literas, quas vobis, ſimulationis ac illuſionis cauſa ipſi imperiales Miſſi attulerunt, nobiſque à vobis directas ſuſcipientes, earum agnovimus ſeriem, & omnino in hoc benignitatis veſtræ pia conſideratio, exultationis lætitiam nobis intulit; quia verè conſtat, non pro humano favore, ſed pro Dei timore, ita vos peregiſſe, ſed & ea, quæ præfati noſtri Miſſi cum imperialibus Miſſis de obſervatione fidei orthodoxæ & pia patrum traditione, in veſtri præſentia diſputantes altercati ſunt, nobis liquidiùs per eadem veſtra ſcripta innotuiſtis, ſimúlque & exemplar litterarum, quas præfato Imperatori direxiſtis, reſponſionis quippe modum & ſolutionem petitionum, de his, quæ ab eo vobis intimata fuit, nobis dirigere à Deo D illuſtrata excellentia veſtra annuit: verùm etiam & quemadmodum, eiſdem imperialibus Miſſis reſponſum reddidiſtis, & unum ex eis * Anthi tiempe Spatarium cum veſtris Miſſis regiam direxiſtis Urbem, & alium, videlicet Syneſium Eunuchum, apud vos detinuiſtis, ſimili modo nobis minutiùs intimâſtis, agnitiſque omnibus à vobis, pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & fidei orthodoxæ defenſione, peractis, lætati ſumus gaudio magno, & ita nobis placabilia exiE ſtunt, ſicut certè, non hoc humano conſilio, ſed Dei providentiæ intuitu vos talia egiſſe, ac reſpondiſſe ambiguum non eſt. Verè enim, Domine Rex, fili Chriſtianiſſime, & ſpiritalis Compater, ſpiritus Dei intimi cordis tui illuſtrat piam conſiderationem, & qui Spiritus ſancti gratia redundat, non aliis, niſi quæ ſpiritalia ſunt, exuberat, quoniam cor potentiæ veſtræ in manu Dei conſiſtens, in ſuo procul dubio illud inclinat beneplacito.

fortè, Antimum ſeu Anthymum.

F Direxiſtis ſiquidem nobis per eadem veſtra ſcripta ſignificantes, quòd nulla ſuaſionum blandimenta vel promiſſionum copia vos poſſit avellere ab amore & fidei promiſſione, quam B. Petro, principi Apoſtolorum, & ejus vicario, prædeceſſori & germano noſtro ſanctæ recordationis Domno Stephano Papæ, polliciti eſtis, ſed in ea ipſa vos charitate & ſponſionis fide fine tenus fore permanſuros, & quidem nos, præcellentiſſime Regum, experimento comperimus, & operibus comprobavimus, vos firma atque robuſtiſſima conſtantia, in ea ipſa ſponſione in finem permanere, & in vobis confidimus, quòd ſi univerſi mundi theſaurorum copia in conſpectu veſtro offeratur, ac tribuatur, nullo modo in aliam partem, veſtram firmam, & à Deo impulſam mentem declinare inflectereque valebit; quoniam vos omnipotens Dominus, præ cunctis regibus ſæculi, elegit, & in vobis complacuit, ut veſtro certamine ſancta univerſalis DEI Romana Eccleſia, & caput omnium Eccleſiarum, ac firmamentum fidei Chriſtianæ ab inpugnatorum inſidiis liberata extitiſſet, & illud, quod à conſtitutione ſæculi, Dominus per vos perfici decrevit, ecce mirabiliter operatum eſt.

G Unde magnam poſt Deum in veſtro regali culmine ſpei fiduciam habemus; quòd perfectiùs ipſa ſancta Dei Eccleſia atque hæc miſerrima, & afflicta provinciola, à perfidia inimicorum liberetur; quia antiquus humani generis hoſtis non deſinit inimicorum corda pulſare, ut ſuas jaculentur ſolitè inſidias, ſed bone orthodoxe Rex, tuo ſolito certaminis præſidio, eorum, cum Dei virtute, ſtude confringere malitiam; ut ſancta Dei Eccleſia & populus ejus peculiaris perfectiùs ab inimicorum ſævitia liberetur, & meritò ſuffragiis Apoſtolorum circumſepti, mercedis vobis in cœlo repoſitam coronam conſequi mereamini. Dreximus itaque H Excellentiæ veſtræ juxta, ùt intimâſtis, ſignum noſtrum per præſentem Miſſum veſtrum.

Interea & hoc innoteſcimus Chriſtianitati veſtræ, quòd jam ſæpius nos petiſſe dinoſcitur Taſſilo Bavariorum Dux, ut noſtros Miſſos ad veſtram præclaram Excellentiam dirigi annuiſſemus, ut ea inter vos provenirent, quæ pacis ſunt. Unde nos data oc-

A caſione libentiſſimè noſtros Miſſos, id eſt, Philippum, dilectum filium noſtrum presbyterum, atque Urſum, noſtrum etiam fidelem ad veſtri præſentiam viſi ſumus direxiſſe, tranſacto Majo menſe, eo videlicet modo, ut qualiter veſtra fuiſſet voluntas, ita peragere debuiſſetis; & properantibus ipſis noſtris Miſſis uſque Ticinum, adverſa ſuſpicione arreptus Deſiderius, Langobardorum Rex, minimè eos permiſit ad veſtram à Deo conſervatam Excellentiam pertranſire, tamen & eaſdem litteras, quas vobis dirigebamus, infra hæc noſtra ſcripta Chriſtianitati veſtræ tranſmiſimus. Itaque & hoc à Deo protectæ Chriſtianitati veſtræ, aptum duximus intimandum. Quòd relectis imperialibus litteris, vobiſque * deſertis per præfatos Antiſpatarium & Syneſium Eunuchum, quas nobis ob earum ſeriem intuendam, pro amore B. Petri, fautoris veſtri,
B dirigere dignati eſtis, reperimus in eis adnexum, quòd veſtri ac noſtri homines, qui ipſas imperiales ſyllabas, quæ vobis nobiſque directæ ſunt, vel diriguntur, interpretantur non juxta, ùt ibidem exaratum eſt, ſed aliud pro alio falsè interpretari audent, & Miſſi, qui inter partes properant, non ſicut illis injungitur, ſed acceptilationis præmio corrupti, alia pro aliis, deſerunt, & in hoc perpendat veſtra excellentia, quanta eſt inimicorum malitia; dum contra animas eorum, non quæ veritatis ſunt, ſed per hanc occaſionis verſutiam iniqua proferunt mendacia in id, quòd nec ſuis nec veſtris ac noſtris credant Miſſis. Dum & vos ſatisfacti eſtis de veſtris hominibus, ſimili modo & nos de noſtris, quòd nullo modo hoc agere penitus præſumant.

* delatis.

C Satisfaciat omnipotens Deus, qui cordis ac renum ſcrutator eſt, mellifluum cor excellentiæ veſtræ, quòd nequaquam noſtrúm quiſpiam, ùt ipſi adſerunt, talia agere perpetravit, ſed in hoc vehementer idem Imperator iraſcitur, & occaſionis verſucias adhibet, pro eo, quòd nequaquam ſiluimus ei prædicandum ob conſtitutionem ſanctarum imaginum, & fidei orthodoxæ integritatem. Nam illud in ipſis ſuis apicibus adſerunt, quòd dilectus filius noſter Chriſtophorus primicerius & conſiliarius, ſine noſtra auctoritate, nobis quaſi ignorantibus, ſuggeſtiones illas, quas ſæpius ei direximus, feciſſet, & alias pro aliis ejus ac veſtris Miſſis relegiſſet, & in hoc teſtem & judicem proferimus De-
D um, quòd ita nequaquam eſt. Nihil enim ipſe noſter conſiliarius extra noſtram voluntatem aliquando egit vel agere præſumpſit, quoniam noſtri prædeceſſoris ac germani, Domni Stephani Papæ ſimul & noſter ſincerus atque probatiſſimus fidelis extitit, & in omnibus exiſtit, & ſatisfacti ſumus de ejus immaculata fide & firma cordis conſtantia, & ob hoc credimus, illud, quod nobis falsè profertur, non improperium, ſed bravii corona nobis à Deo computatur, & idcirco E
utriſque nobis Dominus adjutor eſt, & non timebimus, quid nobis faciat homo. Habebimus enim, poſt Deum, & clypeum protectionis, & arma virtutis, veſtram à Deo illuſtratam præclaram excellentiam. At verò Chriſtianitas veſtra ſuos jubeat inquirere Miſſos, & in omnibus vos ſatisfaciatis; quoniam mendacium contra nos idem adſeruit Imperator, eò quòd eam direximus ſuggeſtionem, eis relegentes pariter cum ipſis, quæ direximus & confirmavimus, tamen & ejus exemplar, à nobis vobis directum, apud vos habere videmini.

His præmiſſis, flexis poplitibus, unà cum F
univerſa plebe Dei, polorum cœlorum opificem Dominum Deum verum exoramus, ut vobis præſentis vitæ longævitatem cum magna de hoſtibus victoria concedat, & æterna gaudia tam Excellentiæ veſtræ, quámque Chriſtianiſſimæ Reginæ, filiæ & ſpiritali noſtræ commatri, amantiſſimæ veſtræ conjugi, atque dulciſſimis natis excellentiſſimis Carolo & Carlomanno regibus Francorum & Patriciis Romanorum largiri dignetur. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad G
*Domnum Pippinum Regem per Petrum Presbyterum directæ, in qua continetur * Abbaſciatum Remedii Epiſcopi & * Audecarii Comitis, qualiter juſtitias B. Petri Apoſtolorum principis apud Deſiderium, quondam Regem, ex parte receperit, & reliquas juſtitias faciendum pollicitus eſt.*

* Legatio.
* Antegarii.

XXI.

DOmino excellentiſſimo filio, & no- H
ſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Quia excellentia veſtra merito bonorum operum, ſuperno examine, fuerit comprobata, ipſis jam in manifeſto rerum exhibitarum effectu demonſtratum eſt; dum nimirum, adepta deſuper divinæ ſapientiæ participatione, regalis faſtigii ſceptra cœleſti benedictione conſtet * effectius promeruiſſe. Unde cùm ſibi hanc ab omnipotente Deo gratiam miſſam eximietas veſtra non ambigit, profectò ei placere, qui eam contulit, tutis intendit niſibus, & pro ejus, quam ſuo eruit, divino nutu, certamine, ſcilicet ſanctæ univerſalis Eccleſiæ, & exaltationis vigore, decertare non deſiſtit, cordis ſui oculis à Deo protegenda eximietas veſtra, adhibens illa, quæ ſibi, pro hujuſcemodi laboris fructu, à B. Apoſtolorum principe Petro, cœlorúmque regni clavigero, ætherea promiſſa ſunt præmia. Ubi jam non humana inter homines gloria,

Samm. 20. Bar. & Cent.

* Efficacius.

A gloria, ſed inter angelos, divina nunquam amittenda felicitate gaudetur: exultáque & lætare feliciſſime Rex, quia tuo, annuente Deo, certamine, ſanƈta ſpiritalis mater veſtra, univerſalis Dei Eccleſia, ab æmulorum inſidiis erepta atque exaltata triumphat, fidéſque orthodoxa tuo zelo, & fortitudinis brachio illibata ab hæreticorum jaculis conſiſtit.

Pro quo beatus & juſtus effeƈtus es in omnibus operibus tuis, fili dulciſſime & ſpiritalis compater viƈtorioſiſſime, eximiéque Rex. Innoteſcimus ſiquidem præcelſæ Chriſtianitati veſtræ, quòd nuper dum ad nos * conjunxiſſent fideliſſimi veſtri, ſcilicet à Deo amabilis Remedius veſter atque * Aucharius glorioſiſſimus dux, conſtitit inter eos & Deſiderium Langobardorum Regem, ut per totum inſtantem Aprilem menſis iſtius 13. Indiƈtionis, omnes juſtitias fautoris veſtri, B. Petri, Apoſtolorum principis, omnia videlicet patrimonia, jura etiam & loca, atque fines & territoria diverſarum civitatum noſtrarum Reipublicæ Romanorum,

** pervenissent.* ** Andegarius.*

B rum, nobis pleniſſimè reſtituiſſet. Unde ex parte quidem eaſdem juſtitias nobis idem Langobardorum Rex feciſſe dinoſcitur, & reliquas omnes juſtitias ſe profitetur, atque omnino ſpondet nobis eſſe faƈturum. Quapropter impenſiùs nos præfatus Deſiderius Langobardorum Rex obſecratus eſt, ut veſtræ à Deo proteƈtæ excellentiæ noſtris Apoſtolicis relationibus intimare debuiſſemus, & ecce ſicut noſtro, poſt Deum, liberatori, hoc ipſum eximiæ atque ſublimiſſimæ, & à Deo proteƈtæ Chriſtianitati veſtræ, per has Apoſtolicas noſtras, innotuimus ſyllabas, dirigentes magnoperè ad veſtram à Deo inſpiratam præcelſam ſublimitatem præſentem dileƈtum filium noſtrum

C Petrum Presbyterum, quem petimus, benigno ſolitè aſpeƈtu à vobis ſuſcipi & cum effeƈtu atque proſpero nuntio, de perfeƈta plenariáque juſtitia diverſarum cauſarum fautoris veſtri B. Petri, Apoſtolorum principis, ad nos remeandum abſolvere dignemini. Si verò in ea, * quæ præfatus Deſiderius Rex, vel ejus Langobardorum gens, profitentes pollicentur, permanſerint ſponſione, nobiſque omnia, ſecundùm ùt conſtiot, & paƈtorum fœdera continent, reſtituta ab eis nobis fuerint, tunc à Deo conſervandæ excellentiæ veſtræ meritum intimantes innoteſcemus ei.

** quæ.*

D Unde obſecrantes petimus, & obnixè deprecamur, imò & conjuramus te Excellentiſſime atque Chriſtianiſſime Rex, amantiſſime fili, & ſpiritalis Compater, per omnipotentem Deum, & B. Petrum, qui te in Regem unxit, ut perfeƈtiùs ea, quæ pertinent ad exaltationem, & ad * ampliatam liberationem ſanƈtæ Dei Eccleſiæ, & iſtius

** ampliorem.*

E à vobis redemptæ provinciæ, ſicut B. Petro & noſtro prædeceſſori pontifici ſanƈtæ recordationis Domno & germano noſtro, beatiſſimo Stephano Papæ polliciti eſtis, cunƈta perficere & adimplere jubeatis, quatenus promiſſam & repoſitam vobis mercedis coronam de manu omnipotentis Dei recipiatis, orantes de reliquo omnipotentis Dei noſtri miſericordiam, ut ſua vos circumtegat gratia, unà cum dulciſſima conjuga, excellentiſſima Regina, filia & ſpiritali noſtra Commatre, atque amantiſſimis natis, id eſt, præcelſis regibus, & præſentis regni culmen & triumphum viƈtoriæ poſſidere, & æterna gaudia in cæleſtibus regnis cum ſanƈtis perfrui concedat. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

F *Item Epiſtola ejuſdem Papæ, ad Domnum Pippinum regem direƈta, in qua continentur lamentationes, eò quòd Deſiderius Rex conſilium iniit cum Georgio imperiali Miſſo, qui hic Franciæ adfuit, ut Imperator ſuum exercitum in Italia contra Ravennam vel Pentapolim ad Romanam urbem ad comprehendendum mittat, & ipſe Deſiderius, cum univerſo regno Langobardorum in ejus adjutorium vel ſolatium ea mala ad perpetrandum decertet, & quia cotidie ſcamaras & deprædationes in eorum finibus faciebant,* G *cum nimiis adjurationibus poſtulans adjutorium obtinere contra ipſos Langobardos, & ideò minimè in hoc volumine eſt ſcripta, quia præ nimia vetuſtate jam ex parte erat diruta, tamen alia capitula in eadem non continentur inſerta, ſed ſicut in ſuperiore Epiſtola legitur, ſic & in iſta ſcriptum reperitur.*

Deeſt ergo hæc Epiſtola. Nec ejus meminerunt in Summariis Bar. & Centuriatores. Facilior tamen jaƈtura eſt, ſi nihil aliud continebat, quàm ſuperior Epiſtola.

H *Item exemplar generale ejuſdem Papæ ad cunƈtum exercitum à Deo proteƈtum Regni Francorum, in qua continentur gratiarum aƈtiones & uberrimæ benediƈtiones, pro certamine eorum, & ut magis in ſervitio Dei omnipotentis, & ſanƈtæ Dei Eccleſiæ, certando perſeverent, animum, Domini Pippini Regis ad hoc peragendum excitent.*

XXII.

Paulus ſervus ſervorum Dei, omnibus dileƈtis nobis Epiſcopis & venerabilibus Presbyteris & Abbatibus at-

A que religioſis Monachis, glorioſis etiam Du-
cibus & Comitibus ſeu univerſæ Chriſto di-
lectæ generalitati exercitus à Deo protecti
Regni Francorum conſtitutis: conſideranti-
bus nobis, & velut ignitam coram noſtris
aſpectibus ſplendifluam, Chriſto amabilis
fortitudinis veſtræ fidem, & laborioſum
certamen adhibentibus, quod liberationi
ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ
Eccleſiæ, quæ vos verbo prædicationis,
peculiaritatis modo ſinceros genuit filios,
exhibere totis niſibus * ſtudemini, magna
nobis admirandi inhæret qualitas, & hæc
laudis præconia veſtro nomini & benedictæ
generationi proferre in univerſo non deſi-
B ſtimus orbe terrarum. O dulciſſimi atque
amantiſſimi nobis, quam viciſſitudinis re-
penſationem veſtro exercitui conferemus?
Aut quæ theſaurorum copiæ dignæ ſint, ad
tot beneficiorum præſidia, quæ ſanctæ Ec-
cleſiæ contuliſtis? & licèt in hoc mentis
conſideratio & poſſibilitas coartetur vobis
digna rependere, verumtamen eſt judex
juſtus in cœlis, Dominus Deus noſter, qui
digna veſtrorum retribuet operum merita.
Verè enim elevatum eſt nomen generis ve-
ſtræ ſuper multas generationum nationes,
& Regnum Francorum vibrans emicat in
conſpectu Domini: quod talibus benigniſ-
ſimis Dei Catholicæ & Apoſtolicæ ſanctæ
Eccleſiæ liberatoribus præornatur Regibus;
C Novus quippe Moyſes, oovúſque David in
omnibus operibus ſuis effectus eſt Chriſtia-
niſſimus, & à Deo protectus filius, & ſpi-
ritalis Compater Dominus Pippinus, Dei
nutu victorioſiſſimus Rex, per quem exalta-
ta Dei Eccleſia triumphat, & fides Catho-
lica ab hæreticorum telo illibata conſiſtit.

Bar Sum. 29. Centuriatores extra reliquarum ordinem hujus Epiſtolæ Sumarium collocant.

* *ſtudetis.*

Et vos quidem, chariſſimi, gens ſancta,
regale ſacerdotium, populus adquiſitionis,
cui benedixit Dominus Deus Iſraël, gaude-
te & exultate, quia nomina veſtra, Regúm-
que veſtrorum exarata ſunt in cœlis, & mer-
ces veſtra magna eſt coram Deo & Angelis
D ejus. Firmum quippe, beatiſſimum Pe-
trum Apoſtolorum principem, cui à Re-
demptore noſtro ligandi ſolvendíque pec-
cata, in cœlo ac in terra conceſſa eſt pote-
ſtas, adepti eſtis protectorem; ſed omnipo-
tens Dominus, ejuſdem ſui Apoſtoli inter-
ceſſionibus, benedicat, protegat, atque
confortet & corroboret Deo amabilem com-
munitatem veſtram, actúſque veſtros, in
beneplacito ſuo diſponat, tribuens vobis à
cœlo victoriam, fines veſtros dilatet, ſub-
jiciens excellentiſſimis Regibus veſtris, om-
nes barbaras nationes ad perfectam libe-
rationem & exaltationem ſanctæ univerſa-
lis Dei Eccleſiæ, & fidei orthodoxæ integri-
tatem, détque vobis ea ſapere, quæ illis
ſunt placita, & multò ampliùs corda veſtra
in amore beati Petri, & ejus Apoſtolicæ
Sedis illuſtret, fideliſque ſtudio ejus præce- E
ptis Apoſtolicis obtemperantes, veſtrorúm-
que regum mandata obſervantes, & præſen-
tis vitæ curſum cum victoria & bona fama
exequi, & æterna gaudia cum cœli civibus
perfrui mereamini.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ ad Domnum Pippinum, glorioſum Regem, per Georgium Epiſcopum directæ, in qua continentur gratiarum actiones pro liberatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & in Embolo poſtulat, ut filium ejus, qui tunc natus fuit, ex ſacro Baptiſmatis fonte excipere mereretur.

XXIII.

Domno excellentiſſimo filio noſtro,
ſpiritali compatri Pippino Regi Fran-
corum & Patricio Romanorum Pau-
lus Papa. Solet epiſtolaris * latio mentem
ſemper vi ſua reficere, & materia quodam-
modo charitatis exiſtere. Quia ergo ſpiri- F
talium dilectio ſincera filiorum paternos ſu-
ſtinet deſideranter affectus, ſumma nos cum
alacritate implere convenit, quod puræ
conſcientiæ depoſcit affectus; & licèt ad
reddenda paternæ charitatis officia, proli-
xitate itineris imminente, raritas portito-
rum impediat. Quotiens autem neceſſitas
inciderit occaſionis, Excellentiſſimam Chri-
ſtianitatem veſtram non deſiſtimus ſcriptis
diſcurrentibus, viſitare & honore ſolito am-
plectentes, * utilitate quatenus hoc, * quod
oculis carnalibus * præſentium videre non
poſſumus eos aliquatenus ſcriptis valeamus
alternantibus intueri. Itaque ita ubique, Deo
illuſtrante, excellentiæ veſtræ merita diffu-
ſa divulgavit opinio, ut ex rebus ab ea ge-
ſtis, omnibus laudabiliter demonſtretur.
Unde in quantum valet noſtri oris aſſertio,
protenſæ laudationis atteſtatione, veſtræ
eximietati gratiarum reddentes actiones, G
aptum proſpeximus, præſentem Sanctiſſi-
mum atque Reverentiſſimum fratrem Geor-
gium, & coëpiſcopum noſtrum, illuc uſ-
que ad veſtra præclara DEO invitabilia tranſ-
mittendum veſtigia, cui ſingillatim omnium
ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Dei Eccleſiæ, &
iſtius à vobis redemptæ provinciæ utilitatum
neceſſitates, à DEO protegendæ ſublimitati
veſtræ excellentiæ referendas commiſimus.
Sed petimus à Deo ſervate fili, & ſpiri- H
talis Compater, benigniſſime Rex noſtér-
que, poſt Deum, liberator, & obnixè de-
precamur, ut jubeas eundem noſtrum Miſ-
ſum benigno ſolitóque gratulationis aſpe-
ctu commendatum ſuſcipere, noſtríſque po-
ſtulationibus, quæ ad exaltationem ſanctæ
Dei Eccleſiæ, & maximè ad tuæ animæ
mercedem, & æternam memoriam reſpi-
ciunt,

Summ. 19. apud Bar. & Cent.

* *f. relatio.*

* *Videtur hic etiam reponendum: viſitaro.*

* *hos. quos.*

* *præſentes.*

Digitized by Google

A ciunt, à Deo impulſas benignitatis tuæ aures & congruum, atque velociorem de cunctis adhibere digneris effectum: quoniam, ſublimiſſime Regum, amantiſſime fili, & ſpiritalis Compater, ad hoc te omnipotens Deus ſanctæ ſuæ Eccleſiæ voluit, per manus beati Petri, liberatorem adeſſe, ut tuo ſolito præſidio pleniſſima ſalus & redemptio ſanctæ ſuæ Dei Eccleſiæ, & iſtius provinciæ proficiat, orantes Dominum Deum noſtrum, quia actus veſtros ita ſua pietate diſponat, quatenus Excellentiæ veſtræ præſentis vitæ ſpatia, cum proſperitate diſponat, * victoria regni gubernacula perfruens longæviter exequatur, & ad promiſſionis æternæ præmia, cum dulciſſima conjuge, excellentiſſima Regina, ſpiritali noſtra Commatre & eximiis natis, id eſt, Regibus, cum ſecuritate pertingat, & in cœleſtibus regnis, cum ſanctis & electis ſuis, utroſque veſtrûm B idem omnipotens DEUS faciat perenniter gratulari. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* victoriam.

Embolum, de quo in argumento Epiſtolæ.

INterea, ſublimiſſime Regum, noſtræ perlatum eſt notioni, quòd, Dei nutu, novum Regem, ex veſtris viſceribus, ad exaltationem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ omnipotens Deus contulit: de cujus nativitate, maximo gaudio ſumus relevati. Unde obnixè te petimus, ut à ſacratiſſimo Baptiſmatis lavacro eundem maximum veſtrum filium ſuſcipere mereamur. Quatenus duplex Spiritus ſancti gratia in medio noſtrûm, & geminæ feſtivitatis nobis oriatur lætitia.

C *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Pippinum regem directæ, in qua continentur, quòd ſex Patricii cum trecentis navibus, & ſtolo de Sicilia in partibus Romæ vel Franciæ properant, & de juſtitiis ſanctæ Dei Eccleſiæ, quas Deſiderius coram Miſſis ſuis facere promiſit; quia nihil exinde, ſicut pollicitus fuit, adimplevit.*

XXIV.

Summ. 17. apud Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri Pippino Francorum Regi, & Patricio Romano-D rum Paulus Papa. A Deo inſtitutæ præcellentiæ veſtræ his noſtris Apoſtolicis Syllabis, bone potentiſſime Rex, fili Excellentiſſime, & ſpiritalis COMPATER, ſicut noſtro, poſt Deum, liberatori, ea, quæ ad agnitionem noſtram, de diverſis adveniunt partibus, ſummopere innoteſcere ſtudemus. Agnoſcat ſiquidem Eximietas veſtra, intimâſſe nobis quoſdam ſinceriſſimos fideles, ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ noſtræ Eccleſiæ: quòd ſex Patricii, deferentes ſecum trecenta navigia, ſimúlque & Sicilienſem * ſtolum, in hanc Romanam urbem abſoluti à * Regia Urbe: ad nos properant. Quid E ii velint agere, aut pro qua diriguntur cauſa, rei veritatem ignoramus, hoc tantùm nobis nuntiatum eſt, quòd ad nos progredi, & ad veſtram ſummè laudabilem præcellentiam in Franciam ingredi ſunt diſpoſiti, eaſdémque nobis deſtinatas litteras, infra hæc noſtra ſcripta veſtræ excellentiæ direximus intuendas.

* claſſem. * Conſtantinopoli.

Itaque & hoc conſervandæ eximietati veſtræ innoteſcimus, quòd quemadmodum in præſentia Miſſuum veſtrorum conſtitit, cum Deſiderio Langobardorum Rege, ut noſtras Romanorum juſtitias, ex omnibus Langobardorum civitatibus pleniùs primitus acciperemus, & ita poſtmodum ad vicem ex omnibus noſtris civitatibus integras Langobardis faceremus juſtitias, freti in F hujuſcemodi ejus pollicitatione, quam in præſentia prædictorum Miſſuum veſtrorum exhibuit, noſtros Miſſos direximus ad eaſdem recipiendas faciendáſque juſtitias: Ipſe verò varias adhibens occaſionum verſutias, nequaquam nobis primitus, ùt conſtitit, plenarias de omnibus ſuis civitatibus facere voluit, quas exquirimus, juſtitias, & ita demum ſuas in integro ex omnibus noſtris civitatibus recipere, ſed ſingillatim tantummodo de una civitate facere, & de alia recipere maluit, volens per hoc dilationem inferre, ne pars noſtra Romanorum propriam conſequatur juſtitiam, & ecce noſtri Miſſi nihil impetrantes, ad nos, ſine effectu reverſi ſunt, & plures deprædationes ex tunc, atque multa & inaudita mala in noſtris immittit finibus. Unde ecce ſuas con- G feſtim direxit litteras, per quas, confidens in ſua ferocitate, Deum præ oculis non habens, nec beatum principem Apoſtolorum Petrum metuens, comminationes nobis direxit, & inania detractionum verba pertulit, quas & de præſenti infra hanc noſtram exarationis ſeriem veſtro præfulgido, & à Deo inſtituto culmini direximus, ut earum præcelſa eximietas veſtra agnoſcens textum, conſideret, quanta ſit ejus malitia, & elationis cordis ſuperbia, in id, quod contra B. Petrum, & veſtram regalem potentiam, ſe erigens malitias nobis comminatur inferre.

Sed nos ſpem noſtram, poſt Deum, ſi- H cut inexpugnabilem murum, firmiſſimam, in veſtram à Deo conroboratam excellentiam habemus, pro quo flexo poplite te petimus, & per nos etiam B. Petrus, Apoſtolorum princeps, veſtram adgreditur eximiam præcellentiam, quatenus inſpiratus ab omnipotente Deo, qui vos ſanctæ ſuæ Eccleſiæ defenſorem, ac liberatorem conſtituit, ſalutem noſtram ampliſſimè pro-

A curare & contra omnium noſtrorum inimicorum ferocitatem & arrogantiam ſolitus auxiliator & protector noſter exiſtere jubeas, Chriſtianiſſime & ſpiritalis Compater, quatenus lucratiſſimum præmium à redemptore noſtro Domino Deo, intercedente B. Petro, Apoſtolorum principe, conſequi mereamini, & ſicut terrenum & ita cœleſte regnum cum ſanctis & electis Dei per infinita ſæcula conſequi mereamini.

B De omnibus verò ſubtili enarratione, præſenti Coniberto, veſtro fideliſſimo Vaſſo injunximus cuncta liquidiùs veſtræ regali potentiæ ſuggerere; ſed & hoc obnixè poſtulamus, benignam excellentiam veſtram, ut Miſſos veſtros aptos, quales vobis placuerint, ad nos dirigere debeatis, qui in noſtro inveniantur eſſe auxilio, unus tamen ex eis uſque Ticinum properare debeat, ut, dum cum Deſiderio Rege loquutus fuerit, quicquid eis in reſponſis reddiderit, veſtræ excellentiæ renunciet, reliqui verò duo cum veſtro diſpoſito & ordinatione, apud nos conjungere feſtinent, ut in noſtro, ùt dictum eſt, conſiſtant auxilio. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

C *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Pippinum regem per Langbard directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & uberrimæ benedictiones pro vita, & incolumitate ipſius, vel Domini Caroli & Carlomanni, nobiliſſimis liberis ejus, volens adjutorium obtinere, cum multis adjurationibus contra Langobardos, & in * Embolum continetur præceptum, quod Marino presbytero direxit, de titulo Chryſogoni & de libris, quos ei tranſmiſit.*

* Embolo.

XXV.

Summ. 18. apud Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum Paulus Papa. D Properans ad nos harum litterarum transvector, Langbard ſcilicet illuſtris vir, fidelis eximietatis veſtræ Miſſus, detulit vobis nectaream atque florigeram à Deo protectæ Excellentiæ veſtræ Syllabarum relationem, cujus adnexam paginam enucleatiùs perſcrutantes, quæ textus ejus loquebatur, ad ſingula comperimus. In ipſis quippe ſublimitatis veſtræ affatibus, deſiderabilem nobis & ſuper omnia hujuſmodi delectamenta amplexabilem ſoſpitatis veſtræ lætitiam agnoſcentes, uberiore noſtri animi ovantes gaudio, maximè E ſumus relaxati, in id, quòd optata noſtri promeruimus comperire cordis, & poſtmodum noſtris à veſtris Deo imitabilibus veſtigiis revertentibus Miſſis, & ea ipſa veſtræ proſperitatis gaudia deferentes à nobis in reſponſis, gemina exultationis jocunditas noſtro inſerta eſt cordi. Nam & dum in auribus omnis ſacerdotum cleri, etiam optimatum & reliqui populi, ampliata veſtra inſonuiſſet proſperitatis lætitia, & ex hoc nimio gaudio repleti gratulantes, exultârunt unà nobiſcum in Domino, agnita nimirum proprii, poſt Deum, defenſoris ſoſpitate.

F Porrò excellentiſſime & à Deo ſervate fili, & ſpiritalis Compater, vehementi dilectione vos erga amorem Apoſtolorum principis, B. Petri, atque circa noſtram charitatem vos flagrare experimento didicimus, præſertim dum ipſa excellentiæ veſtræ Epiſtola charitatis calamo cernitur eſſe conſcripta; etenim ex corde lingua tinxerat, quod in chartæ refundebat paginam. Quam ob rem magnas gratiarum actiones à Deo protectæ Excellentiæ veſtræ referimus, quoniam dum nimirum divina te clementia, per interventum ſui principis Apoſtolorum, defenſorem atque opitulatorem, benigniſſime Rex, ſanctæ ſuæ conſtituit Eccleſiæ, cura veſtræ eximietati inſiſtat perfectam redemptionem iſtius provinciæ atque exaltationem hujus ſacroſanctæ Eccleſiæ procurare. G Unde Domini Dei noſtri, unà cum univerſo populo nobis commiſſo, imploramus clementiam, ut ſua vos protegat gratia, & victoriam vobis de cœlo miniſtrans, cunctas barbaras nationes veſtris ſubjiciat veſtigiis, & longæviter regni gubernacula faciat promereri, unà cum dulciſſima veſtra conjuge, excellentiſſima regina, ſpiritali noſtra commatre, & veſtris noſtriſque amantiſſimis natis Domno Carolo & Carlomanno potentiſſimis Regibus, & Domna Giſila excellentiſſima, & vitæ æternæ cum electis Dei concedat gaudia.

H Peto itaque & deprecor te, Excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater, atque per omnipotentem Deum, & corpus B. Petri, cujus & optimus fidelis exiſtis, conjuro, & maximis ſupplicationibus depoſco, quatenus jubeas ſedulè in tuo ſancto, & à Deo inſpirato mellifluo corde * confertum retinere; illud, quod vos ſanctæ recordationis Domnus & germanus noſter beatiſſimus Stephanus Papa, Dei nutu admonuit, atque deprecatus eſt peragendum, & in ea charitate atque amicitia permanere, cunctáque qualiter vos terribili adhortatione petiit ad id, implere, & effectui mancipare jubeatis, ut perfectam mercedem, & repoſitam pleniſſimè redemptionis noſtræ coronam à juſto judice omnium conditore,

* compertum.

A re, Domino Deo noſtro, qui vos in regem unxit; conſequi mereamini, & gaudia æterna beatitudinis cum ſanctis & electis Dei, dum plebem Dominicam perfectiùs liberans atque ſanctam Dei Eccleſiam defendens, divinæ majeſtati illæſum à ſævientium malitia præſervaveris, pro quo & magna, poſt Deum, benigniſſime Rex, in tuæ pollicitationis ſponſione, quam B. Petro contuliſti, ſpei gerimus fiduciam, unà cum omni populo iſtius provinciæ à vobis redempto.

B Salutant itaque communem excellentiæ veſtræ Chriſtianitatem, cuncti ſacerdotes & clerus iſtius ſacroſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ. Salutant vos, & cunctus procerum ſenatus atque diverſi populi congregatio, optantes unà nobiſcum, de veſtra ampliſſima proſperitate & uberrima lætitia diu gaudere & in Domino Deo ſalutari noſtro exultare. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Embolum.

C Per aliam quippe epiſtolam ſuam, à Deo protecta eximietas veſtra ſicut certè ſuo benè cupienti patri direxit, quatenus Titulum protectoris veſtri beati Chriſti martyris Chryſogoni cum omnibus ſibi pertinentibus dilectiſſimo atque fideliſſimo vobis Marino presbytero concedere deberemus: De quo & præceptum nobis dirigi petiſtis, quòd nempe ob veſtram dilectionem, & in eo, quòd fidelis veſter, noſtérque idem ſanctiſſimus atque dilectiſſimus Marinus presbyter exiſtit, præfati tituli præceptum, cum omnibus locis & poſſeſſionibus ſibi pertinentibus, urbanis vel ruſticis, vobis exaratum, atque manu noſtra roboratum, per harum latorem direximus eximietati veſtræ deportandum. Direximus etiam excellentiſſimæ præcellentiæ veſtræ & libros, quantos reperire potuimus, id eſt, Antiphonale & Reſponſale, in ſimul artem * Grammaticam Ariſtotelis, Dionyſii Areopagitæ libros, Geometricam, Orthographiam, Grammaticam, omnes Græco eloquio ſcriptores, nec non & horologium nocturnum.

* f. Dialecticam.

D *Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ ad Dominum Pippinum regem, per Wulfardum & ſocios ejus directæ, in qua continentur uberrimæ laudes, & de Miſſis Apoſtolicis vel Græcorum in Francia morantibus, ſeu de * Georgio & Petro.*

* Centur. Gregorio Epiſcopo.

XXVI.

Summ. 16. apud Bar. & Cent.

Domno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Francorum Regi, & Patricio Romanorum Paulus Papa. Votiva cordis noſtri E deſideria, & intimi pectoris affectum, ut veſtræ Excellentiæ beneficiorum ſuffragia ſanctæ Dei Eccleſiæ vota proferentes, optabilem, nimiſque amabilem ſalutem præcelſæ Chriſtianitati veſtræ, atque excellentiſſimæ, & noſtræ benigniſſimæ filiæ & commatri, optimæ Reginæ; ſimúlque amantiſſimis ac præclaris veſtris, noſtriſque in Chriſto amabilibus filiis, Carolo & Carlomanno, excellentiſſimis Regibus Francorum, & patriciis Romanorum, nec non & omnibus Reverentiſſimis fratribus noſtris, ac dilectiſſimis nobis Epiſcopis, presbyteris, etiam religioſis Abbatibus, ſimúlque & cunctis optimatibus, judicibus, Ducibus videlicet & Comitibus, nec non & univerſo à F Chriſto protecti Francorum Regni populo vobis ſubjacentibus, deſtinamus perennem ſalutem perſiſtentes etiam unà nobiſcum, & in oſculo charitatis vos amplectentes, univerſi ſanctiſſimi fratres noſtri Epiſcopi, presbyteri etiam, & cunctus ſanctæ & ſpiritalis matris veſtræ Romanæ Eccleſiæ clericorum ordo, & procerum, optimatum & univerſi Romani magni vel minoris congregatio ſedulis interventionibus pro vita, & incolumitatis veſtræ lætitia, cœlitúſque vobis concedendis victoriis, divinam nobiſcum deprecantes clementiam. Et verè debitum vobis eſt, excellentiſſime fili; noſtérque, poſt Deum, defenſor ac liberator ſolitæ honorificentiæ affectum perſolvere, & impenſiùs ſalutationis verba promere, & ea, quæ ad regni veſtri immenſam * exultationis laudem, & animæ veſtræ ſalutem reſpiciunt, ampliſſimè prolatari.

* Exaltationis.

Igitur regreſſis noſtris Miſſis, quos ad ve- G ſtræ regalis clementiæ veſtigia deſtinatos habuimus; Petro ſcilicet Notario Regionario ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, & Joanne Manſionario Confeſſionis Baſilicæ fautoris veſtri, B. Petri, conjungentibus etiam & veſtris Miſſis, Wulfardo nempe, ejúſque ſociis; protulerunt nobis honorandas, nimiſque deſiderandas Syllabas præcellentiæ veſtræ, quas cùm in conventu fratrum conſacerdotúmque meorum, & cleri atque cuncti laicorum ordinis cœtu legiſſemus, noſtri ac H veſtri Miſſi, ea ſibimet à vobis injuncta, de veſtra immutabilis mentis conſtantia, & puritatis integritate, quam pro ſpe ſanctæ Dei Eccleſiæ & fidei orthodoxæ habere videmini, retuliſſent: illicò nimio gaudio repleti, elevatis ad æthera oculis, extenſiſque palmis, immenſas omnipotenti Deo noſtro, & veſtræ excellentiæ tulimus grates: Angelicam illam pro veſtris meritis divinæ ejus potentiæ canentes laudem. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Neque enim, bone Rex, aliter mentes fidelium credere poterant, quàm quòd in earum ex operibus cerneu-

Luc. 2.

A cernentes comperimus à vobis peractum, qui pro intuitu bumanas ſuaſiones & inanes promiſſiones reſpuentes, nihil amori & certamini, quod erga beatum Petrum geritis, præponere maluiſtis, ſed omnia terrena lucra, velut lutum, quod pedibus conculcatur, reputantes, ei vos placere, ejúſque mandatis totis niſibus obtemperare veſtræ imminet curæ, & idcirco, ecce bone Rex, & præcelſe fili, & ſpiritalis Compater, theſaurizâſti tibi theſauros infinitos in ſidereis arcibus, ubi ærugo non prævalet, nec tineâ ea, quæ juſtis tribuenda ſunt, conſumi poſſunt, dum ita mirabiliter præcelſæ excellentiæ veſtræ opera rutilant, quis de vobis quoquomodo ambigere poſſit, dum ea, quæ B.
B Petro polliciti, & ob veniam veſtrorum concedere ſtuduiſtis delictorum, illibato ejus jure perenniter permanenda conſervare ſatagitis, & veſtris à vobis & à Deo conſervandis magnis exhortationibus committitis; & ideo nobis nimis vel cuncto populo noſtro, confidendum eſt in bujuſmodi pio propoſito immutabilis conſtantia mentis, vos veſtráſque ſoboles & univerſum Regnum Francorum firmiter eſſe permanſuros; quoniam juxta, ùt nobis exeellentia veſtra innotuit; ſcimus, cui credimus, & certi ſumus.

C De noſtra itaque puritate & dilectione, quam erga vos & cunctum à Deo protectum Regnum Francorum habere dinoſcimur: Credimus jam vos pleniſſimè eſſe ſatisfactos, pro quo & ampliori certificatione Deum cœli teſtem proferentes, in ea nos charitatis dilectione, quam ſanctæ recordationis Domno & germano noſtro, beatiſſimo Stephano Papa, & per eum cum omnibus ſucceſſoribus pontificibus, vos veſtræque ſuboles, & cuncta veſtra proles, atque univerſum Regnum Francorum uſque in finem ſæculi conſervare ſpopondiſtis, & nos etiam, atque noſtros ſuceceſſores pontifices, confitemur eſſe permanſuros pro exaltatione ſanctæ Dei Ecelesiæ, & fidei orthodoxæ defenſione. Nulla nos rerum qualitas ab eadem charitatis confirmatione potens poterit ſeparare.

D Direxit itaque nobis excellentiæ veſtræ Chriſtianitas, ſignificans de Miſſis noſtris, veſtríſque atque Græcorum, qui à Regia urbe reverſi ſunt, eos apud vos eſſe detentos interim, quòd aggregaris veſtris ſacerdotibus, atque optimatibus conjieere ſeu perpetrare valeatis, quid de his, quæ vobis directa ſunt, reſpondendum ſit; & quidem nobis hac de re aliter confidendum non eſt à vobis reſponderi; niſi, quæ ad exaltationem ſacroſanctæ ſpiritalis matris veſtræ Romanæ Eccleſiæ, caput omnium Eccleſiarum Dei, atque orthodoxæ fidei, pertinere noſcuntur, & quia, quod ſemel beato Petrò, & pro æternæ vitæ retributione obtuliſtis; E
nulla vos deberet ratione, ab ejus jure & poteſtate ſeparare; ſcimus enim, quòd nulla apud vos ſuaſionis fabulario prævalet, dum divina verba & Apoſtolica documenta, firmiter in veſtro corde retinetis adnexa. Et ecce ſicut nobis per veſtras literas, & noſtros veſtróſque Miſſos maximam confidendi materiam intuliſtis, præſtolamur lætabunda hac de re nunria à vobis ſuſcipi, & ſolitè de veſtro benigno mentis propoſito gratulari. Et boc præcelſa Chriſtianitas veſtra per eaſdem ſuas à nobis petiit ſyllabas, Georgium Epiſcopum, & Petrum Presbyterum in veſtro permanere ſervitio, nos debere concedere; & quidem præcellentiſſima veſtra benignitas agnoſcat, nos jam dudum de hoc veſtræ obtemperâſſe voluntati, per Andream quippe religioſiſſimum Miſſum veſtrum, ſicuti popoſciſtis, in exaratis deſtinatis Apoſtolicis ſyllabis, eos vobis dignoſcimur conceſſiſſe; intimantes, ut ſive retinendos, ſive etiam abſolvendos eſſe veſtra fuiſſet voluntas, ita de eis peragere deberetis. Unde F
etiam & nunc in veſtro voluntatis arbitrio relaxamus, aut qualiter vobis de eis placuerit tam retinendos, quàm abſolvendos faciatis; dum ſemel à nobis vobis conceſſi ſunt, ſed utinam ipſi placabiles in veſtro poſſint eſſe ſervitio: pro quo dirigite nobis, quid de Epiſcopatu prædicti Georgii, & de Eccleſia, quæ prænominato Petro commiſſa eſt, peragere debeamus; ne ampliùs illis admonitis in nimiam neglectus incuriam deveniant.

Interea duos veſtros Miſſos, id eſt, Wul- G
fardum & ejus ſocium, ſecundùm veſtram præceptionem pro utilitatibus ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, ſpiritalis matris veſtræ, in his partibus retinuimus. Illud præterea Excellentia veſtra innotuit, Deſiderio vos Langobardorum regi direxiſſe, ut Saxulum, puerum noſtrum, qui à nobis fugam arripuerat, reddere deberet. Sed agnoſcat Chriſtianitas veſtra, quod etiam vos creditum & cognitum habere puto, * conjunxiſſe boc præterito, aut tum in tempore eundem Deſiderium Langobardorum Regem ad Apoſtolorum Limina, cauſa orationis, eundémque noſtrum puerum ſecum deferens nobis contradidit. Cum eodem quippe Rege, H
pro juſtitiis inter partes perficiendis, loquente, conſtitit, ut veſtris ejúſque Miſſis per diverſas civitates progredienribus, ipſæ præparatæ fuiſſent juſtitiæ; & ecce, Deo propitio, de partibus Beneventanis atque Tuſcanenſibus & fecimus, & adinvicem noſtras recepimus. Nam de Ducatu Spoletino, noſtris vel Langobardorum Miſſis, illic adhuc exiſtenribus, ex parte juſtitias feeimus ac recepimus. Sed & reliquas, quæ remanſerunt, modis omnibus, pleniſſimè inter partes facere ſtudent. In * embolin verò direxit

* *perveniſſe.*

* *In Embolo, vel Embolio.*

A rexit nobis à Deo protecta excellentia veſtra, præfatum vos Deſiderium admonuiſſe Reges Neapolitanos ac Cajetanos conſtringere, ob reſtituenda patrimonia protectori veſtro beato Petro illic Neapoli ſita, & largiri * electis ſolitè ad ſuſcipiendam Epiſcopalem conſecrationem, ad hanc Apoſtolicam properandi ſedem. Quapropter maximas de hoc, & de omnibus Excellentiæ veſtræ referimus grates.

* licentiam.

His præmiſſis, omnipotens Dominus Deus noſter ſua vos continua protectione circumtegat, & ab omnibus adverſitatibus eripiat & veſtris veſtigiis omnes barbaras ſubjiciat nationes, concedens vobis & præſens regnum feliciter per multorum annorum curricula, unà cum amantiſſima conjuge & præcelſis filiis perfrui, & vitam æternam B cum ſanctis tribuat poſſidendam. Deus te incolumem cuſtodiat excellentiſſime fili.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Dominum Pippinum Regem, per Wulfardum directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & uberrimæ laudes, pro defenſione, ſanctæ Dei Eccleſiæ, poſcens adjutorium, contra Langobardos, eò quòd ipſi Langobardi in magna arrogantia permanentes, & juſtitias ſanctæ Dei Eccleſiæ minimè reddentes.

XXVII.

C Domno excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Lator præſentium litterarum ſolertiſſimus Wulfardus, Eximietatis veſtræ fideliſſimus, plenas jocunditate nobis attulit litteras, quas & cum ingenti lætitia mancipantes atque lectioni referantes, magna exultatione ovantes relevati ſumus agnito ſcilicet per eas præfulgidæ excellentiæ veſtræ dilectionis affectu erga Apoſtolicam ſanctam Romanam Eccleſiam, atque fautorem veſtrum, cœlorum regni Janitorem, principem Apoſtolorum, beatum Petrum à vobis exhibito; Qua de re juges omnipotenti Deo efficaciùs perſolvimus grates profectò, dum tam præcipuum fortiſſimúmque virorum, his in diebus ſanctæ ſuæ contulit Eccleſiæ tutorem.

D Interea Chriſtianiſſime Dei providentia, victor Rex, gemina feſtivitatis peregimus gaudia, in eo, quòd optata cordis adepti deſideria, in vinculo ſpiritalis fœderis pariter ſumus adnexi, præfatus nempè ſodalitatis veſtræ illuſtris Miſſus, precioſiſſimum nobis ſupernæ gratiæ munus attulit * Sabanum videlicet, in quo noſtra dulciſſima, atque amantiſſima ſpiritalis filia, ſacratiſſimo lavacro abluta, ſuſcepta eſt; quem & cum magna jocunditate, aggregata populi cohorte, infra * auram ſacrati corporis, auxiliatricis veſtræ, B. Petronillæ, quæ pro laude æterna memoriæ nominis veſtri, nunc dedicata dinoſcitur, celebrantes Miſſarum ſolemnia, cum magno gaudio ſuſcepimus, & per allatum eundem Sabanum, eam, tanquam præſentialiter, nos ſuſcepiſſe gaudemus. Unde quia amor fidei veſtrum be- E nignum ignivit cor nobis per vinculum ſpiritalis fœderis adhærendum: juxta quod Domno, & germano meo, beatæ recordationis, ſanctiſſimo Stephano Papæ ſpopondiſtis, magnas gratiarum actiones à Deo protectæ Excellentiæ veſtræ perſolvimus, implorantes crebrò divinam miſericordiam, ut * ævis vos ac proſperis in ſolio regni conſervans tueatur temporibus, & magno gaudio de ipſius ſpiritalis noſtræ filiæ perfecta ætate vos jocundari permittat, ad exaltationem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ.

* Extat eadem vox apud S. Bonifacium Epiſt. 10. & 145. Hic linteum illud ſignificat, quod filiola Pippini jamjam baptizata tegumentum præbuit.

* f. aram.

* longævis.

F Et quia copioſa nobis, ipſa Spiritus ſancti ſcilicet compaternitatis gratia, quæ, opitulante Deo, inter nos rata conſiſtit, auctoritas, fiduciam contulit, peto & deprecor, benigniſſime ſpiritalis Compater, optime Rex, ut cœptum redemptionis Dei Eccleſiæ & plenariæ juſtitiæ B. Petri perficere jubeas bonum opus, direxit quippe nobis inſignis bonitas veſtra, per ſuos affatos ſibi innoteſcere adverſantium cauſarum eventus, unde certam à Deo protectam eximietatem veſtram reddimus: nihil nos uſque hactenus recepiſſe de his, quæ per noſtros Legatos Excellentiæ veſtræ petendo mandavimus, ſolitè namque perfidi & maligni illi in magna arrogantia cordis permanentes; nequaquam inclinantur juſtitiam beati Petri reſtituere. Tamen omnia qualiter acta ſunt, G referentibus veſtris Miſſis agnoſcere poteſtis: & ſubſequentem noſtrum Miſſum ad vos dirigimus, dignas vobis gratias de omnibus referentes, & cuncta per eum eximietati veſtræ dirigimus in reſponſis de his, quæ in antea provenerint. Sergio verò Archiepiſcopo, juxta id, quod veſtræ innotuit Excellentiæ, indeſinenter imminemus, ut ſuæ reſtituatur Eccleſiæ. Petimus autem Excellentem bonitatem veſtram, ut Reverendiſſimum & Sanctiſſimum Fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Wulcharium, ſicut præfatus, beatæ recordationis, domnus & germanus meus, ſanctiſſimus Stephanus Papa, eum benignæ eximietati veſtræ commendavit, in omnibus commendatum habere jubeatis. His prælibatis trinus & unus De- H us noſter ſua vos extenſionis dextera protegat, cum dulciſſima conjuge, excellentiſſima Regina, ſpiritali noſtra Commatre, atque amantiſſimis veſtris meſque filiis in ſolio regni ſoſpites permanentes, & in præſenti vita, & in æterna beatitudine uberrimè concedat valere. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

A *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Regem Pippinum, pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ, directa, in qua continentur uberrimæ laudes. Et Embolo continetur, ut præfatus Domnus Rex Pippinus, Deſiderio regi Langobardorum, ſuam præceptionem dirigeret, ut ſi neceſſe exigeret, auxilium præſtare deberet, tam Ravennæ, quàmque aliis maritimis civitatibus, ad dimicandum contra inimicorum impugnationem.*

XXVIII.

Sum. Cent. 14. Literas proditorias Sergii Ravennatis Epiſcopi mittit, & petit auxilium. Ambiguè admodum; ſuſpicari enim quis poſſet, ipſum Sergium proditorias literas ſcripſiſſe: Quod non eſt ita; ut docet hæc Epiſtola.

DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum Paulus Papa. Præcelſæ, & à Deo ſervatæ Chriſtianitati veſtræ, eximie fili, & ſpiritalis Compater, ſicut noſtro, poſt Deum, liberatori, ea, quæ ſuperveniunt, vel aguntur in his partibus, quantocius ſignificare vobis procuramus, & ideo his Apoſtolicis relationum ſyllabis mellifluæ, & à Deo inſtitutæ regalis veſtræ potentiæ culmini innoteſcimus, ſuſcepiſſe nos, poſt abſolutionem noſtrarum litterarum, ſyllabas à ſanctiſſimo fratre noſtro Sergio, Archiepiſcopo Ravennate, quas Leon imperialis ejus ſanctitati, Ravennatum B provinciæ, viſus eſt direxiſſe; & ecce infra has noſtras Apoſtolicas litteras præclaræ excellentiæ veſtræ, earum inſtar, direxiſſe; ut ſuaſionis verſutiam in eis annexam, præfulgida Excellentia veſtra agnoſcens, meritò ſanctæ Dei Eccleſiæ, fideique orthodoxæ defenſionem, perfectiùs ſtudeat procurare; quatenus repoſitam ſibi in cœleſtibus regnis coronam mercedis à Domino Deo noſtro percipere mereatur: optantes vos de reliquo ævis & proſperis ſemper in Domino valere temporibus. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Embolum. Exemplar denique Epiſtolæ ſecretò directæ à quibuſdam fidelibus Veneticis ſanctiſ- C ſimo fratri noſtro Sergio Archiepiſcopo ſimul & ex litteris, quas idem ſanctiſſimus vir nobis direxit, infra hæc noſtra ſcripta vobis miſimus, & peto, & tanquam præſentialiter deprecor, atque per omnipotentem Deum conjuro excellentiſſimam Chriſtianitatem veſtram, ut nimis velociter dirigere jubeatis veſtram præceptionem Deſiderio Regi Langobardorum, ut, ſi neceſſe exegerit, auxilium præſtare debeat, tam Ravennæ, quàm Pentapoleos maritimis civitatibus ad dimicandum contra inimicorum impugnationem.

D *Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Pippinum Regem per Georgium Epiſcopum & Stephanum Presbyterum ſeu Radbertum, Miſſos directæ, in qua continentur gratiarum actiones pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & præfatus Papa poſcens, ut Dominus Rex Pippinus Deſiderio Regi ſuos obſides reſtitueret, & pacis fœdera cum eo confirmaret.* E

XXIX.

DOmno excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Dum tam copioſam omnipotens Deus ſuæ benignitatis humano generi crebrò irrogat miſericordiam, valde adminiſtrandum eſt, quid retribui ejus potentiæ divinæ, aut quas carminum laudes longanimitati ipſius humana fragilitas referre valeat, quòd quidem nos, tanto ejus relevati beneficio, licèt meritis nequaquam ſuffragantibus, nos ejus potentiæ melodicas F perſolvemus grates, tamen, juxta Pſalmographi monita, *calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini* inceſſanter *invocabo*; inquiens. *Magnus es Domine, & magna opera tua. Magnificat* namque *anima mea Dominum*; caro & lingua benedicit: Quoniam reſpiciens reſpexit ſuper humilitatem noſtram, & ad tam præcipuum pontificale culmen, non noſtris proſequentibus meritis provexit, quamobrem dum, eo dignante, mediator Dei & hominum ſpeculator animarum inſtitutus ſum, commiſſa ſic Apoſtolatus cura provocat atque hortatur omnino, & indeſinenter compellit ſalutem populi Dei pio ſtudio procurare, & pacem in cunctis gentibus cum magna cordis conſtantia prædicare, quoniam profectò beatitudinis gratiam promerentur, qui intrepidè illam prædicare maluerint; ſcriptum quippe eſt; G *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Et rurſum: *Quàm ſpecioſi pedes Evangelizantium pacem, Evangelizantium bona*; Etenim Excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater, quoniam Deus omnipotens ex utero matris ſuæ te prædeſtinatum habens, ideo te benedicens & in regem ungens, defenſorem te & liberatorem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ conſtituit; Pro quo ea, quæ ad utilitatem ipſius H ſanctæ Dei Eccleſiæ reſpiciunt, per hos noſtros Apoſtolicos apices benignæ excellentiæ tuæ deprecandum maturavimus; agnoſcat ſiquidem excellentiſſima bonitas tua; quia * conjungens ad Limina Apoſtolorum Excellentiſſimus filius noſter Deſiderius Rex; pacificè atque cum magna humilitate; cum quo ſalutaria utrarumque partium locuti ſumus, & pollicitus eſt nobis reſtituere civitatem Immolas, ea videlicet ratione, ut noſtros ad tuam Excellentiam dirigere debeamus Miſſos, & ſuos obſides, quos ibidem ad vos habere videtur, recipere debeat, & pacem cum eo confirmare ſtudeatis.

Summ. 13. apud Bar. & Cent. — *Pſal. 115.* — *Tob. 13.* — *Luc. 2.* — *Matth. 5.* — *Rom. 10.* — * *perveniens.*

Unde

A Unde petimus te, excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater, ut jubeas ipſos obſides prædicto filio noſtro Deſiderio Regi reſtituere, & pacis fœdera cum eo confirmare, & in magna amicitia cum eo cooverſari, ut, annuente Deo, tuis lætabundis temporibus populus Dei utrarumque partium in magna ſecuritate & pacis quiete degere valeat, quatenus longævum te omnipotens Deus in ſolio regni conſervare dignetur. Ideò enim direximus præſentes noſtros fideliſſimos Miſſos, id eſt, Reverendiſſimum & Sanctiſſimum fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Georgium, atque dilectum filium noſtrum Stephanum presbyterum, unà cum Rodberto veſtro Miſſo, ad veſtram à Deo ſervatam excellentiſſimam prudentiam, ut ea ipſa eximietati veſtræ enarrare debeant. His præmiſſis, petimus divinam miſericordiam, ut * ævis ac lætabundis temporibus in ſolio regni piis inhærens operibus, cooſervare dignetur, & vitam æternam coocedat. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* *longævis.*

B *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Regem Pippinum pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ directæ, in qua continentur gratiarum actiones & ubertimæ benedictiones pro integritatis orthodoxæ fidei obſervatione.*

XXX.

C DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum PAULUS Papa. Dum tanto veſtræ ſublimiſſimæ Excellentiæ beneficio & impenſo opitulationis adminiculo, ſancta ſpiritalis mater, & peculiaris veſtra univerſalis Dei Eccleſia dinoſcitur relevata, quæ humana lingua ſufficere valeat, ad hujus benignæ veſtræ operationis merita gratiarum referre actiooes? & licèt in hoc humanæ conſiderationis capacitas rependere nequeat, veruntamen ille, qui potens eſt, omnipotens & inviſibilis Dominus Deus noſter, cujus ordinatione veſtra Regalis potentia con-D firmata conſiſtit; interventionibus ſacri principis Apoſtolorum, B. Petri, dignam vobis remunerationem in præſenti vita, & in futura beatitudine retribuet, præſertim dum & fortiſſimus ſanctæ orthodoxæ fidei, & venerabilium patrum piæ traditionis defenſor eſſe videris, excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater, & ob hæc ipſa, quæ veneranter colis, & defendere ſtudes, orthodoxam fidem ſemper habebis adjutricem; & profectò cœleſtis tibi, contra adverſantium cuneos, adminiſtrabitur victoria.

E Interea quoniam magno affectu circa veſtram à Deo protectam eximiam Excellentiam ferveſcimus, debitum viſitationis & ſalutationis naviter procuravimus ſublimitati veſtræ perſolvere, eximie fili & ſpiritalis Compater, hoc interea veſtram meminiſſe volumus excellentiam, ouper nobis direxiſſe, quatenus in pacis dilectione cum Deſiderio Langobardorum rege converſare ſtudeamus, quòd quidem, ſi ipſe excellentiſſimus in vera dilectione & fide, quam veſtræ excellentiæ, & ſanctæ Dei Romanæ Eccleſiæ ſpopondit, permanſerit, utique & nos in charitate firma & ſtabili pace cum eo permanſuri erimus, obſervantes illud Dominicæ præceptionis documentum. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* *Matth. 5.*

F Hoc itaque innoteſcimus Chriſtianiſſimæ eximietati veſtræ, eò quòd convenit, inter nos & eundem Langobardorum Regem, ut pariter nos in Ravennatium urbe præſentare ſtudeamus ad perficiendas quaſdam utilitates ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, & pertractandum pro Græcorum malitia, qui cotidie imminent in ipſam Ravennatem ingredi civitatem. Dúmque pariter præſentati, quiequid locuti fuerimus, vel rei exegerit meritum, excellentiſſimæ, & à Deo protectæ eximietati veſtræ innoteſcemus. G Orantes de reliquo divinam clementiam, ut ad perfectam exaltaoonem ſanctæ Dei Eccleſiæ & orthodoxæ fidei defenſionem, de * ævis & proſperis temporibus excellentiſſimam Chriſtianitatem veſtram, in ſolio regalis potentiæ, cum dulciſſima conjuge, excellentiſſima Regina, ſpiritali noſtra Commatre, atque amantiſſimis natis conſervare, & protegere dignetur, tribuens vobis æterna cœleſtis patriæ gaudia poſſidenda. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* *longævis.*

H *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Regem Pippinum, in qua continentur benedictiones, & præfatus Papa poſcens, ut Dominus Rex Pippinus, ſuos Miſſos partibus Romæ dirigeret, & ſibi de ſalute vel ſoſpitate ſua innoteſceret, & qualiter in itinere egiſſet & quo modo Dominus inimicos ejus, in manus ipſius tradidiſſet, & ſub pedibus ejus humiliáſſet.*

XXXI.

DOmno excellentiſſimo & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum Paulus Papa. Quoties fidelium Dei ſpiritalia referuntur ſtudia, protinus audientium mentes ignitæ in Dei amore & mandatis divinis efficiuntur, atque ad ſupernæ conſiderationis merita ampliſſimè ad laudem Dei pre- *Summ. n. Bar. & Cont.*

A proferre, & perennibus temporibus permanenda ſcripturæ teſtimoniis tradere, * dum veſtro coocurſu & auxilio, Eccleſiæ Dei exaltatio, & fidei ortbodoxæ * profligatur dcſenſio, pro quo benedictus & laudabilis in omnibus Regibus coram DEO & bominibus eſſe dinoſceris, Chriſtianiſſime Rex, & nomen benignitatis tuæ exaratum fulget in conſpectu divinitatis. Etetiim dum hujus evoluto temporis ſpatio, quo nos nec veſtræ ſoſpitatis relationem meruimus ſuſcipere, nec penitus agnoſcere, quid circa vos agerctur, vel qualiter in itinere, quo profecti eſtis, peregiſtis, nimis anxietatis fervore, deſiderii noſtri affectio in boe ipſum addiſcendum ſcdulò provocatur; præſertim, dum & à tioſtris veſtriſque inimicis, adverſa nobis de ipſis partibus ad-
B nuntiantur. Unde deſiderium magnum nobis inbæret veſtræ ſoſpitatis gaudia addiſcere, & veſtris ſalutaribus profectibus gratulari, & contra inimicorum contritionem agnoſcere. Pro quo, quæſumus, ut certos nos, ſicut deſideramus, per veſtros ountios, de veſtra proſperitate & lætitia reddere jubeatis, quooiam veſtra ſalus ooſtra eſt proſperitas, & veſtra exaltatio, tioſtrum proeul dubio eſt gaudium & immenſa ſecuritas, * dignámquc ex boc Dei deprecamur potentiam, ut ipſe protector noſter, & cum ejus angelis dignetur præcelleotiſſi-
C mam Chriſtianitatem veſtram tueri & gubernare, ut in cœleſtibus regnis, & cum ſanctis & electis, qui ab inirio mundi placuerunt Deo, multipliciter conſequaris mercedem, optaotes quidem, ut oos certiores veſtra ſi ſaciat à Deo protecta Excellentia; quid erga vos, aut Chriſtianam geotem veſtram agere videmini, & quomodo DEUS noſter veſtros ac noſtros bumiliavit inimicos, & ùt ſati ſumus, certos nos, ſicut deſideramus, de veſtra proſperitate, & lætitia reddere jubeatis. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* accenduntur, vel aliquid ſimile.
* procuratur.
* divinámque.

D *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Pippinum Regem, in qua continentur gratiarum actiones, & de ſanitate ipſius, ſeu Caroli, & de Marino, presbytero, atque de Ravenna, qualiter contra eandem mala machinantur conſilia.*

XXXII.

Sumn. 10. Bar. & Cant.

DOmnō excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum Paulus Papa. Eximiæ & à Deo protectæ excellentiæ veſtræ, harum deſcrente portitore, deſtinatos apices omni plenos dulcedine ac amore, quos cum magno venerationis affectu acceptantes, liquidiùs cun-
E cta in eis inſerta agnovimus: inter hæc quippe, excellentiſſime fili, veſtra tiobis præcelſa innotuit benignitas, qualiter divina Dei noſtri favente miſericordia, ſani atque ſoſpites & illæſi exiſtentes ſitis, ſimul cum excellentiſſimis natis veſtris, ſpiritalibus noſtris filiis, Carolo & Carlomanno, magnis Regibus; atque Domna Bertrada Regina dulciſſima * ſpiritali commatre ooſtra, nec non & Giſila nobiliſſima noſtra Filia. Quibus agnitis magoas ac innumerabiles polorum arbitro ac Regi Regum Domino Deo noſtro retulimus laudes, quoniam juxta id, quod anhelantiùs optantes deſideramus, veſtram addiſcere meruimus ſoſpitatem; pro quo Dominum Deum tioſtrum ſedulis deprecationibus imploramus, qui nos per multorum curricula annorum de veſtra integra ſoſpitate ſaciat exultare, cò quòd veſtra ſalus, noſtra eſt exultatio, & veſtra proſperitas noſtrum, procul dubio, exiſtit gaudium.

* Conjuge veſtra.

F Et hoc in veſtris regalibus apicibus continebatur adſcriptum, quatenus vobis innoteſcentes ſignificaremus, ſi circa ſanctam Dei Eccleſiam, atque noſtram mediocritatem, vel populi oobis commiſſi ſalus aut integritas profligaretur. Nam & de hoc magnas & innumerabiles gratias Deo omnipotenti, & veſtræ excellentiæ referimus, quia ſicut revera Chriſtiaoiſſime, & verę Dei cultor Eccleſiam Dei & populum veſtræ Excellentia viſitare tion piget, ſed boc tion noſtris meriris, ſed divina provcniente miſericordia agitur, dum omnia proſpera circa ſanctam Dei Eccleſiam, atque tioſtram
G mediocritatem, vel nobis eommiſſum populum exiſtunt, pro quo Deum cœli, penitus omnium bonorum largitorem, rogabimus, vobis pro boc præcipuo ac pio opere ſit retributor, ob tantam benignitatem & ſollicitudinem, quam circa ſanctam Dei Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, vel ejus * ſamiliarem populum habere dinoſcimini.

* peculiarem.

H Sed & hoe in ipſis veſtris relationum apicibus continebatur, per veſtros vobis fuiſſe nuntiatum legatos, quòd à quibuſdam malignis & mendacium proſerentibus, io iſtis partibus divulgatum eſſet; quia ſi aliqua tiobis tieceſſitas eveniret, nullum nobis auxilium præbere volueritis: De quo tiefario dicto nequaquam tiobis fuit, aut eſt hæſitatio; quia, divioa faciente miſericordia, magnam in vobis, poſt Deum, ſpem & fiduciam babemus; agooſcentes, quòd, Deo propitio, nullum de quacunque parte erit impedimentum, vobis deſenſionem atque auxilium ſanctæ Dei Eccleſiæ, vel ejua peculiaris populi impertiendi, juxta id, quod B. Petro Apoſtolo, per beatæ memoriæ prædeceſſorem, domnum & germanum

noſtrum,

A noſtrum, ob remedium animæ veſtræ & veniam delictorum veſtrorum, pollicentes ſpopondiſtis, quod in perpetuis temporibus, Domino annuente, firmum ac robuſtum credimus permanere.

At verò, unde nobis Chriſtianiſſima veſtra direxit Excellentia, quòd ſi quis è veſtris adverſariis, aut contemptoribus ad nos venerit, nullo modo cum eis nos, aut in eorum ſocietate miſceri, abſit à nobis, ut hanc rem faciamus, dum profectò veſtri, B inimici ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri exiſtunt; Quapropter teſtatur veritas; quia ubi veſtros amicos agnoverimus, tanquam amicos & fideles ſanctæ Dei Eccleſiæ oblectare & amplecti cupimus; & ubi veſtros inimicos invenerimus, veraciter, tanquam inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtros proprios, ita eos reſpuimus, atque perſequimur; quia veſtri amici ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtri exſtunt, & hi, qui inimicitias contrà vos machinantur, profectò inimici ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri eſſe comprobantur.

De Miſſis verò veſtris ac noſtris, quia ad Regiam Urbem ſimul properaverunt, de quibus petiit nos veſtra præclara excellentia, ſibimet à nobis ſignificari, ſi quid ex eis ad- C diſcere potuimus, cognoſcat veſtra à Deo protecta eximietas, quòd in his diebus nihil ab ipſis cognoſcere potuimus, dum profectò vobis incognitum non eſt, quòd per tam ſæva hujus hiemalis temporis aſperitate, nullus de illis partibus adveniens nobis adnunciavit, qualiter circa eos agatur, & ideo ad præſens ignoramus, quid vobis de eis veraciter ſignificemus.

At verò de Marino presbytero ſcripſit nobis Chriſtianiſſima Excellentia veſtra, quòd demum in priſtino eſſet conſtitutus honore, ſecundùm qualiter vobis poſtulan- D tes direximus, nos quidem teſtem Deum proferimus, quòd pro nulla alia re pro eo vobis direximus, niſi propter lachrymas & cotidianas lamentationes, quas ejus genitrix effundere non ceſſat, quæ & orbata lumine exiſtit, & ideo vobis direximus, ut apud vos eum abſolvere debuiſſetis; quia nihil de eo vobis fuit aut eſt, ſed nec nobis, niſi tantummodo de ejus iniqua malitia, quam contra ſanctam Dei Eccleſiam maligna atque perverſa motus audacia agere præſumpſit. Sed de hoc, ſicut per anteriores noſtras litteras excellentiæ veſtræ direximus, in veſtro ſit arbitrio vel poteſtate, quid de eodem diſponere volueritis. Nulla nobis de eo cura eſt, niſi ùt prædiximus, qualiter veſtra fuerit voluntas ita de eo diſponere debeatis. At verò nobis direxit excellentia, ot vobis intimare debeamus, ſi nobis idem Marinus ſuas direxit litteras, de quo, teſte veritate, dicimus: nunquam nobis E ſuas direxit litteras ex eo, quando illuc apud veſtram excellentiam properatus eſt. Nam nullo modo vobis vetare habuimus, ſi factum fuiſſet.

Interea nempe ea, quæ à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris, id eſt, de partibus Ravennæ ad nos pervenerunt, aptum proſpeximus veſtræ Excellentiæ intimanda, eò quòd æmuli ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri, atque veſtræ excellentiæ, die noctúque F non deſinant pertractare, qualiter nos ſibi Deo contrario prævalere ac ſuperare poſſint. Tamen & ea ipſa ſcripta, quæ exinde ſuſcepimus, infra has noſtras litteras Excellentiæ veſtræ direximus; quatenus rei meritum addiſcentes agnoſcatis, quòd illi à ſuo maligno propoſito, & ſolita nequitia nequaquam deſiſtunt: pro quo, Chriſtianiſſime bone fili, & ſpiritalis Comparer enixiùs elaborare, atque decertare jubeas, quatenus bonum opus, quod cœpiſti, per te compleatur, & ut ſancta Dei Eccleſia, & ejus peculiaris populus, perfectam habeat liberationem, & ſecuri ab inimicorum inſidiis permaneant.

De reliquo verò petimus divinam Dei noſtri miſericordiam, ut vos per multorum annorum curricula, in ſolio regni veſtri G conſervare dignetur, unà cum excellentiſſimis veſtris natis, noſtríſque ſpiritalibus filiis, Carolo & Carolomanno, Regibus Francorum & Patriciis Romanorum, nec non domna Bertrada excellentiſſima Regina, ſpiritali noſtra commatre, veſtra conjuge, ſimúlque & Giſila nobiliſſima puella, noſtra ſpiritali filia, ad exaltationem & defenſionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſimúlque & ejus peculiaris populi, optantes diu veſtræ proſperitatis gaudia addiſcere, atque immenſam pro vobis divinam implorare clementiam. Incolumem Excellentiam ve- H ſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item Exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Regem directæ, pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & de conlocutione cum Deſiderio Rege in urbe Ravenna.

XXXIII.

Domno excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Dum tanto veſtræ ſublimiſſimæ excellentiæ beneficio & impenſo opitulationis amminiculo ſancta ſpiritalis mater, & peculiaris veſtra univerſalis Dei Eccleſia dinoſcitur relevata, quæ humana lingua ſufficere valeat ad hujus bona veſtræ operationis mérita gratiarum referre actiones?

Summ. 9. Bar. & Cent.

A nes? & licèt in hoc humanæ conſiderationis capacitas rependere nequeat; veruntamen ille, qui potens eſt omnipotens, & inviſibilis Dominus Deus noſter; cujus ordinatione veſtra regalis potentia confirmata conſiſtit, interventionibus ſacris principis Apoſtolorum B. Petri, dignam vobis remunerationem in præſenti vita * beatitudine retribuet: Præſertim dum & fortiſſimus ſuæ orthodoxæ fidei, & venerabilium patrum piæ traditionis defenſor eſſe videris, excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater, & ob hoc ipſam, quam veneranter colis, & defendere ſtudes orthodoxam fidem, ſemper babebis adjutricem, & profectò cœleſtis tibi contra adverſantium cuneos adminiſtrabitur victoria.

Al. futura.

B Interea quia magno amoris affectu circa veſtram à Deo protectam eximiam Excellentiam ferveſcimus, debitum viſitationis & ſalutationis gnaviter procuravimus ſublimitati veſtræ perſolvere, eximie fili & ſpiritalis Compater. Hoc interea veſtram meminiſſe volumus Excellentiam: nuper nobis direxiſſe, quatenus in pacis dilectione cum Deſiderio Langobardorum Rege converſari ſtu- C deamus. Quod quidem ſi ipſe excellentiſſimus vir, in vera dilectione & fide, quam veſtræ Excellentiæ, & ſanctæ Dei Romanæ Eccleſiæ ſpopondit, permanſerit, utique & nos in charitate firma, & ſtabili pace cum eo permanſuri erimus, obſervantes illud Dominicæ præceptionis documentum: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Hoc itaque innoteſcimus Chriſtianiſſimæ eximietati veſtræ, eò quòd convenit inter nos, & eundem Langobardorum regem, ut pariter nos, in Ravennatium urbe præſentare ſtudeamus ad perficiendas quaſdam utilitates ſpiritalis matris veſtræ ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, & pertractandum pro Græcorum malitia, qui eoridie imminent in ipſam Raven- D nam ingredi civitatem. Dúmque pariter præſentati quicquid collocuti fuerimus, vel rei exegerit meritum, excellentiſſimæ & à Deo protectæ eximietati veſtræ innoteſcemus: Orantes de reliquo divinam clementiam, ut ad perfectam exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ & orthodoxæ fidei defenſionem, ævis & proſperis temporibus excellentiſſimam Chriſtianitatem veſtram in ſolio regalis potentiæ, cum dulciſſima conjuge, excellentiſſima Regina, ſpiritali noſtra Commatre, atque amantiſſimis natis conſervare, & protegere dignetur, tribuens vobis & æterna cœleſtis patriæ gaudia poſſidenda. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Matth. 5.

E

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Pippinum Kegem d recte, in qua poſtulat a ljutorium contra Græcos.

XXXIV.

DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Præcelſæ & à Deo ſervatæ Chriſtianitati veſtræ his noſtris Apoſtolicis innoteſcimus apicibus, quòd jam, abſolutis veſtris Miſſis, qui nuper ad nos conjunxerunt, Wulchario videlicet ſanctiſſimo fratre, & Coëpiſcopo noſtro, & Felice religioſo, & Ratberto viro illuſtri, conjunxit ad nos nuntium Miſſum à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſpiritalis matris veſtræ, qui vera nobis ſemper adſolent indicare, ſignificans nobis, quòd nefandiſſimi Græci, inimici ſanctæ Eccleſiæ Dei, & orthodoxæ fidei expugnatores, Deo ſibi contrario, ſuper nos & Ravennatium partes inruere cupiunt, atque motionem facere. Unde quia alibi, F poſt Deum, & B. Petrum, noſtra ſpes non eſt, niſi apud veſtram nobiliſſimam Excellentiam, ideo obnixis deprecationibus petimus te, excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater, ut jubeas propter Deum, & reverentiam B. Petri, ſalutem iſtius provinciæ à vobis redemptæ, procurare, & confeſtim veſtrum dignemini dirigere Deſiderio Langobardorum Regi Miſſum, ut ſi neceſſitas fuerit, ſignificatum, auxilium nobis, pro incurſione eorundem inimicorum, impertire debeat, præcipiens Beneventanis atque G Spoletinis ſeu Tuſcanis, nobis è vicino conſiſtentibus, ut ipſi noſtro occurrant ſolatio; Deprecantes & hoc à Deo inſtitutam Excellentiam veſtram, ut ad nos, boc adveniente Martio menſe, veſtrum dirigere jubeatis Miſſum, qui bic Romæ nobiſcum demorari debeat, & ipſa ſi neceſſitas exigeret, apud Deſiderium imminere debeat Regem, pro eodem nobis tranſmittendo ſolatio: quia, ùt pleniſſimè ſatisfacta eſt veſtra Excellentia, non ob aliud ipſi nefandiſſimi nos perſequuntur Græci, niſi propter ſanctam & orthodoxam fidem & venerandorum patrum piam traditionem, quam cupiunt deſtruere atque conculcare.

Somm. 8. Bar. & Cent.

H Pro quo jubeat ſolitè veſtra benigna diſponere Excellentia, ut eorundem inimicorum ad nihilum redigatur veſania, & perfectiùs hæc provincia, veſtro certamine redempta, & à vobis B. Petro pro remedio animæ veſtræ conceſſa, ab æmulorum inſidiis veſtra conſueta permaneat protectione, vobíſque copioſa in cœlis adſcribatur merces, & nominis veſtri laus, & univerſæ gentis exaltatio, ſicut etiam factum eſt, & nunc multò ampliùs, in univerſo orbe terrarum divul-

A divulgetur, atque, intercedente B. Petro, victoriæ triumphum è cœlo vobis Dominus ſuper omnes tribuat gentes, dum veſtro auxilio confuſis expugnatoribus ſanctæ orthodoxæ fidei, pax & lætitia, & obſervatio Chriſtianorum fidei in omnibus prædicata fuerit Eccleſiis, meritóque ex hoc cœleſtia vobis à Deo conferantur gaudia. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Pippinum Regem directæ, de monacho quodam Acoſina ab Alexandrino Patriarcha directo.

XXXV.

Summ. 7. Bar. & Cent. DOmno excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum,
B Paulus Papa. Quia Spiritus ſancti gratia præveniente, cor benignæ eximietatis veſtræ amor Dei inflammavit, profectò conſtat, à Deo ſervate præcellentiſſime Rex, piis te profectibus adhærere, & dum tantam in vobis cumulatam gratiam conſpicimus, omnino nobis & omnibus Chriſtianis fiduciæ materia de vobis admiſſa eſt, quòd ea, quæ ad cultum Dei & veræ fidei orthodoxæ obſervantiam reſpiciunt, toto mentis conatu vos eſſe operaturos conſpicimus.

C Inter hæc verò ſublimiſſime fili, & ſpiritalis Compater, ſi quid ad nos pervenerit, libentiſſimè, ſicut orthodoxo Regi & defenſori fidei Chriſtianæ ſignificamus: Innoteſcimus quippe, jam abſolutis veſtris Miſſis, conjunxiſſe ad nos navigium à partibus Africæ, in quo quidam monachus Acoſina ab Alexandrino Patriarcha cum literis directus advenit, quarum inſtar, præfulgidæ excellentiæ veſtræ miſimus intuendum, ut ea, quæ nobis pro integritate fidei, ab orientalibus præſulibus & cæteris nationibus diriguntur, agnoſcatis, & læteur cor veſtrum in hujuſcemodi eorum affectu, quem in mandatis Dei habere videntur: quia dum piæ conſiderationis ſtudio mens veſtra intenta exiſtit, nimirum oppidò gaudere vos credimus, ſi ea vobis, quæ pro integritate fidei pertinent, innoteſcimus: ſed ipſa ſancta orthodoxa, quam venerando colitis, fides, vos & in præſenti vita longæviter cum victoria foveat, & æterna cum ſanctis tribuat
D gaudia poſſidenda. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ generalis populi, Senatúſque Romani ad Domnum Pippinum Regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & de litteris, quas Dominus Pippinus Rex eidem populo direxit pro fide ſervanda, erga ſanctam E *Dei, Romanámque Eccleſiam, & Dominum Paulum Apoſtolicum.*

XXXVI.

DOmno excellentiſſimo atque præcellentiſſimo, & à Deo inſtituto magno victori Pippino Regi Francorum & Patricio Romanorum, omnis ſenatus atque univerſa populi generalitas à Deo ſervatæ Romanæ urbis. Si interiùs mente operum veſtrorum ſtudia humanus voluerit ſenſus penſare, nihil, ùt opinamur, ad horum viciſſitudinem dignum poteſt exiſtimari, aut in hac temporali vita rependi, ſed tantummodo illa ſunt conſideranda vobis retribui à juſto judice Domino Deo noſtro, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe: hæc nempe vobis digna F eſt retributio, dum nimirum veſtro certamine ſancta Dei Eccleſia atque Chriſtianorum orthodoxa fides dinoſcitur eſſe defenſa; omniúmque noſtrûm conſtant procurata ſalutis remedia; & quia, præcellentiſſime Domine Rex, dignatus eſt Deus noſter redemptionem ſuæ ſanctæ Eccleſiæ, noſtrúmque omnium operari, meritò nos convenit operum ejus mirabilia decantare conſona cum Propheta canentes voce: *quoniam magnificata ſunt opera tua Deus, omnia in ſapientia feciſti, repleta eſt terra mirabilibus tuis, quis enim loquatur potentias Domini, auditas faciat omnes laudes ejus?* Lætantur enim cœli & exultat terra, in eo, quòd talem Dominus Deus noſter ſuæ ſanctæ Eccleſiæ contulit defenſorem; per quem cum fiducia nomen Domini in ſancta aula ejus glorificatur. Pſal. 103. Pſal. 105.

Directas itaque præcellentiſſimæ ac Chriſtianiſſimæ benignitatis veſtræ litteras, magno honoris affectu accepientes ſuſcepimus, G & ita in earum ſuſceptione læeti ſumus, tanquam ſi veſtram excellentiam præſentialiter conſpiceremus, gemina feſtivitatis gaudia nobis inferentes, dum veſtram lætitiam ampliſſimè comperimus; quoniam nihil nobis dulcius, Domine Rex, in hac vita exiſtit, quàm de veſtris proſperitatibus gratulari, dum veſtra ſalus noſtra poſt Deum eſt ſecuritas. At verò in ipſis veſtris H mellifluis apicibus nos ſalutari providentia veſtra & ammonere præcellentia veſtra ſtuduit, firmos nos ac fideles debere permanere erga B. Petrum, principem Apoſtolorum, & ſanctam Dei Eccleſiam & circa beatiſſimum & coangelicum ſpiritalem patrem veſtrum, à Deo decretum Dominum noſtrum Paulum ſummum Pontificem & univerſalem Papam, pro quo omninò lætari ſumus in tam veſtra prudentiſſima admonitione.

A tione. O quanta divina adſpiratione interna viſcerum noſtrorum præcordia, in nobis, veſtris fidelibus, redundant. Verè enim, Domne Rex, profectò ſpiritus Dei in veſtro mellifluo inhabitat corde, & ideo tam ſalutari conſilio, veſtros benè cupientes admonere ſtuduiſtis; Nos quidem, præcellentiſſime Regum, firmi ac fideles ſervi ſanctæ Dei Eccleſiæ, & præfati ter beatiſſimi & coangelici ſpiritalis patris veſtri, Domni noſtri, Pauli ſummi Pontificis & univerſalis Papæ conſiſtimus, quia ipſe noſter eſt pater, & optimus Paſtor, & pro noſtra ſalute decertare condie non ceſſat, ſicut & ejus germanus, ſanctæ recordationis, beatiſſimus Dominus Stephanus Papa, fovens B nos & ſalubriter gubernans, ſicut revera rationales ſibi à Deo commiſſas oves, dum nimirum & mitiſſimus & verè in omnibus miſericors exiſtit; imitator effectus beati Petri, cujus vices gerit, & dum ejus vicarius conſiſtit, nos quidem, excellentiſſime ac Chriſtianiſſime Domne Rex, firmam fiduciam in hujuſcemodi veſtra habemus pollicitatione, ſed obnixè deprecamur, & tanquam præſentialiter veſtris regalibus provoluti veſtigiis, petimus, etiam & per nos beatus Petrus, veſtram adgreditur excellentiam, ut jubeas, benigniſſime Regum noſtérque poſt Deum, defenſor, ita ſolitè decertare ac diſponere, ut perfecta ſanctæ Dei Eccle- C ſiæ exaltatio, & fidei noſtræ orthodoxæ, omniúmque noſtrûm * profligetur defenſio: petentes & hoc coram DEO vivo, qui vos in Regem per ſuum Apoſtolum, beatum PETRUM, ungi præcepit, ut dilatationem hujus provinciæ à vobis de manu gentium ereptæ perficere jubeatis, & in eo, quod cœpiſtis, bono permaneatis opere, quatenus in magna ſecuritatis quiete degere valeamus, & ex hoc æternam vobis in cœlo exoratam retributionis mercedem recipiatis, quoniam maximam, poſt Deum, & B. Petrum, in veſtri fortiſſimi Regni brachio poſſidemus ſpem, & credimus in omnipotentis Dei noſtri miſericordiam, quod ampliſſimè nobis ea noſtra ipſa ſpes operum veſtrorum inferat fructum.

* procuretur.

D Exaudi Domine Rex ſupplicationem noſtram omnium bene cupientium vobis & libentiſſimè aures tuas accommoda in hoc ipſum, quod poſtulamus; ſic te exaudiat Dominus in omnibus tuis petitionibus. Tu enim poſt Deum, noſter es defenſor & auxiliator, etſi omnes capitis noſtri capilli linguæ effecti fuerint, non valebunt ob tanta veſtra beneficia dignas referre gratiarum actiones. Veruntamen in quantum mens noſtra valet, laudis veſtræ præconia in omnibus gentibus divulgamus; Unde elevatis oculis extensíſque palmis ad æthera, Dominum Deum noſtrum immenſis exoramus precibus, ſua vos foveri gratia, mittens E angelum potentiæ ſuæ propugnatorem ante faciem veſtram, qui omnes adverſarios veſtros expugnans, veſtris ſubjiciat veſtigiis, regníſque veſtri dilatet terminos, & victoriam vobis è cœlo concedat, ad perpetuam atque perennem ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtram immenſam ſecuritatem, ævíſque ac feliciſſimis temporibus regale culmen vobis, ac excellentiſſimæ Dominæ Reginæ, atque præclaris veſtris natis, excellentiſſimis Regibus concedat poſſidendum & æterna præmiorum cum ſanctis & electis multipliciter tribuat gaudia. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

F *Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Pippinum Regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ut Miſſum ſuum Romam dirigeret.*

XXXVII.

DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum Paulus Papa. Dum illa, quæ noſtris ſtipendiis aguntur, nulla poſſunt oblivione deleri, quantò magis illa, quæ ad laudem Redemptoris Domini Dei noſtri, ejúſque ſacratiſſimæ Eccleſiæ, & beati Petri, Apoſtolorum principis, geruntur, nec temporum prolixitate, nec diverſitate qualitatum, oblivioni mandantur, ſed ſemper ad gloriam ſupernæ potentiæ, & fidelium ejus pio exemplo permanent declarata; ſcias excellentiſſime fili, & ſpiritalis Compater, bone orthodoxe Rex; præcelſa veſtra & pia operatio & in cœlo coram angelis Dei illuſtrata fulget, & in univerſo orbe terrarum laudabiliter in cunctis G gentibus permanet vulgata, quoniam veſtro, poſt Deum, auxilio, & optimo certamine ſancta ſpiritalis mater veſtra, Dei Eccleſia, conſtat ab inimicorum inſidiis erepta, & orthodoxa Chriſtianorum fides ab impugnatoribus defenſa; pro quo exulta in Domino & lætare benigniſſime Rex; quia nomen excellentiæ tuæ, in libro vitæ exaratum rutilat in conſpectu Dei. Interea, dum tanta noſtro cordi deſiderii capacitas imminet, de veſtra proſperitate lætos certóſque effici aptum proſpeximus, miſſis ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtris relationibus. Excellentiæ H veſtræ perſolvere, * dum nihil nobis dulcius nihilque ſuavius in hac vita exiſtit, quàm de veſtra proſperitate in Domino jocundari, in eo, quòd veſtra ſalus, ſanctæ Dei Eccleſiæ, & fidei exaltatio & vera defenſio, ut ſemper ſcripſimus, exiſtit; unde & à te, quia corporali viſione procul ab invicem conſiſtimus, per noſtras tamen relationes amore mutuo ſpiritaliter adnecti deſideramus.

Sanm. 6. Bar. & Cent.

* debitum, vel vinculum, ut infra, Epiſt. 41.

Itaque

A Itaque nimis deprecamur Excellentiam
veſtram, ſicut per anteriores noſtras literas
poſtulandum direximus, ut jubeatis veſtrum
fideliſſimum Miſſum hic ad nos Romam di-
rigere, qui nobiſcum pro inſidiis inimico-
rum demorari debeat, per quem & meri-
tum rei, ut cauſæ eventus exegerit, Excellen-
tiæ veſtræ debeamus ſignificare, unde nunc
direximus ad veſtram à Deo ſervatam Ex-
cellentiam præſentem Petrum, primum De-
fenſorem ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, fideliſſi-
mum Miſſum, cui de omnibus Apoſtolicis
cauſis injunximus benignitati veſtræ enar-
randum, quem petimus hilari à vobis ſuſcipi
animo, eúmque pro amore fautoris veſtri
B. Petri Apoſtolorum principis, in omni-
bus acceptare, atque noſtris precibus aurem
benignitatis veſtræ adcommodare dignemi-
B ni, & ad nos cum effectu atque lætabundis
nuntiis abſolvere jubeatis; ſupplici depre-
catione te bone orthodoxe Rex, quæſu-
mus poſtulantes, ut ſis nobis, poſt Deum,
firmus protector ac defenſor, conſtanter in
eo, quod cœpiſti, bono ac pio redemptio-
nis ſanctæ Dei Eccleſiæ permanens opere.
Optimè enim præcellenti veſtræ Chriſtiani-
tati compertum exiſtit, quanta qualíſque ſit
impia hæreticorum Græcorum malitia, in-
hianter meditantes atque inſidiantes, quali-
ter Deo illis contrario ſanctam Catholicam
& Apoſtolicam Eccleſiam humiliare atque
conculcare, & fidem ſanctam orthodoxam
atque ſanctorum Patrum traditionem de-
ſtruere poſſint.

C Sed tu, bone potentiſſime Rex, viriliter,
ſicut verè orthodoxus, eiſdem impiis reſiſte-
re hæreticis, atque ſolitè ſanctam Dei Eccle-
ſiam & Chriſtianorum orthodoxam fidem,
tuo à Deo protecto ſolito auxilio, atque con-
gruo diſpoſito defendere digneris, quoniam
magnam, poſt Deum, in veſtra Excellentia
& fortiſſimi regni veſtri brachio exiſtit fidu-
cia, & credimus, quòd, Deo cooperante,
eadem noſtra ſpes firma permanens ad opta-
tum perducatur deſiderium, ut meritò ex
hoc à juſto Domino Deo noſtro, vobis in
præſenti & futura vita tribuatur remunera-
D tio, beato principe Apoſtolorum interve-
niente, pro cujus amore in ejus decertatis
cauſis, lætíque ſolitè de veſtro propoſito
effecti, cum Propheta conſona canere va-
leamus voce; ſalvum fac Domine Chriſtia-
niſſimum Pippinum Regem, quem oleo
ſancto per manus Apoſtoli tui ungi præce-
piſti, & exaudi eum, in quacunque die in-
vocaverit te. Cum his verò deprecationi-
bus, & hoc ejus pietatem quæſumus, ut
longo ſenio regni potentiam excellentiæ ve-
ſtræ, commatri à Deo protectæ Reginæ,
atque amantiſſimis natis veſtris Domnis Ca-
rolo & Carlomanno, præcelſis Regibus Fran-
corum & patriciis Romanorum, atque no-
biliſſimæ Dominæ Giſilæ ſalubriter conce-
dat poſſidendam, tribuens vobis & æternam E
in cœleſtibus regnis beatitudinem perfruen-
dam. Incolumem Excellentiam veſtram
gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Pippinum Regem directæ, de ſanitate, vel incolumitate ejus percunctandum, ſimúlque, & de Miſſis ſuis, qui ad regiam fuerunt directi urbem.

XXXVIII.

DOmno excellentiſſimo filio & noſtro *Somm. ſ. Bar. & Cent.*
ſpiritali Compatri Pippino Regi Fran-
corum, & Patricio Romanorum Pau-
lus Papa. Præmiſſis noſtris apicibus & af- F
fatibus, per Droctegandum & Wulkardum,
Deo amabiles, fideliſſimos veſtros Miſſos,
ſumus impenſiùs deprecari eximiam excel-
lentiam veſtram, ut nos certiores atque læ-
tiores reddere annueretis, de veſtra ampliſ-
ſima ſoſpitate & de eo, quo profecti eſtis
itinere, qualiter erga vos Dominus eſſet
operatus, & dum tanto evoluto tempore
nullam à vobis reſponſionis ſeriem de hu-
juſcemodi re agnovimus, vehementer no-
ſter attritus eſt animus. At verò per diver-
ſos ex ipſis regionibus, liminibus Apoſtolo-
rum advenientes peregrinos, didicimus, ſoſ-
pitem te ad propria, præcellentiſſime fili, &
ſpiritalis Compater, eſſe, annuente Deo, re-
verſum. Unde magno gaudio noſter ani-
mus relevatus eſt.

Quapropter, deſtinatis præſentibus noſtris G
Apoſtolicis Syllabis, viſitationis cauſa, ob-
nixè petimus, ut dignetur ſublimis veſtra
Excellentia, quantocyus nos de ampliſſima
incolumitatis veſtræ ſoſpitate lætos reddere,
ſignificans, Chriſtianiſſime fili, & ſpiritalis
Compater, qualiter erga vos & excellentiſ-
ſimam filiam, & ſpiritalem noſtram com-
matrem & eximios filios agatur, ut noſter
animus maxima jocunditatis exultet lætitia,
quoniam nimio deſiderio ferveſcimus, ve-
ſtram ſedulè addiſcere ſoſpitatem, & de ve-
ſtro gaudio exultare: quoniam veſtra ſalus
exaltatio eſt ſanctæ matris veſtræ Eccleſiæ,
& proſperitas veſtra noſtra eſſe probatur læ-
titia.

Itaque præcellentiſſime fili, & ſpiritalis H
Compater, bone & optime Rex, ecce ha-
ctenus nullam rei veritatem de noſtris Miſ-
ſis, qui à regia profecti ſunt urbe, addiſcere
valuimus, quid erga eos ageretur, & ideo
nequaquam vobis quippiam de eis ſignifica-
re valuimus. Dum verò rei agnoſcere po-
tuerimus veritatem, confeſtim eximiæ ex-
cellentiæ veſtræ dirigemus in reſponſis.

His præmiſſis, Deum cœli petimus, ut
vobis & præſentis vitæ longævitatem, &

A regni gubernacula cum excellentiſſima Regina filia & ſpiritali noſtra commatre, Chriſtianiſſima Regina, veſtráque dulciſſima conjuge, atque amantiſſimis veſtris natis, noſtríſque filiis, iiſdem eximiis regibus & patriciis Romanorum perfruendum concedat, & cœleſtis regni participes faciat, nóſque permittat de veſtra ampliſſima ſoſpitate ſemper gratulari. Incolumem excellentiam veſtram graria ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Pippinum Regem directæ, de Marino presbytero & ejus iniquo conſilio & de conſecratione ipſius.

XXXIX.

Summ. 4. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum Pau- B lus Papa. Omnino compertum habet veſtra Chriſtianiſſima excellentia, qualiter Marinus presbyter noſter ibidem ad vos moratur, iniqua operatione contra ſanctam Dei Eccleſiam fidémque ortbodoxam, Deo ſibi contrario, cum Georgio quodam imperiali à ſecretis, conſilia Sedi noſtræ contraria & veſtræ ſimili modo ingerere cupiens, quod quidem & idem Imperator veſtræ à Deo protectæ excellentiæ per ſuas innotuit litte- C ras. Unde quia defenſorem fidei orthodoxæ atque propugnatorem gregis ſui, vel populi Chriſtiani liberatorem Chriſtianiſſimam bonitatem veſtram, B. Apoſtolus & princeps Apoſtolorum Petrus eligere, & confirmare dignatus eſt, idcirco adoptamus, atque deprecamur eximiam bonitatem veſtram, optime Rex & ſpiritalis compater, ut jubeas ſanctiſſimo fratri noſtro Wulchario Epiſcopo præcipere, quatenus ipſe eundem Marinum presbyterum, noſtra vice, Epiſcopum conſecrare debeat, & in una civitatum veſtrarum illis in partibus conſtitutâ, in qua præviderit veſtra ſapientiſſima eximietas eum ordinare diſponite, quatenus perpetrati ſceleris ſui recordans, ſe iniquè egiſſe pœniteat, ne in eo, quod abſit, anti- D quus humani generis hoſtis, mentem illius vagantem inveniens, quaſi in ſublime extollat, ſæviſſiméque quoquo modo valeat funditus diſperdere; ſed magis, ùt confidimus in veſtram benigniſſimam excellentiam, atque à Deo præclaram cordis veſtri dilatationem, huic noſtræ poſtulationi veſtra præclara excellentia aurem adcommodare dignetur, quatenus & ille ſecurus de hujuſcemodi re perſiſtat, & nos pro veſtra immenſa lætitia atque ſoſpitaris gaudio indeſinenter Dominum Deum cœli exorare jubeamus. Bene valete.

E *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum, & Carolomannum Reges directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & de litteris ab eis directis, & ut cum Domino Genitore eorum, ſemper pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ decertare debeant.*

XL.

Summ. 28. Baronius, Cent. extra ordinem mentionem faciunt trium Epiſtolarum ad Carolum & Carolomannum.

DOmnis excellentiſſimis filiis Carolo, & Carolomanno Regibus Francorum, & Patriciis Romanorum Paulus Papa. Quanto decoris nitore regalis gloriæ faſtigium ornetis, ex boc utique omnibus patenter datur intelligi, dum nimirum, ſicut præclaro genere orti, piis operibus ac dignis videmini illuſtrari moribus. F Unde unam quidem hujus divini muneris gratiam poſſidetis ex genere, & alia fruimini ex opere, & nec mirum, ſi tantis infulis gloriæ nobilitas veſtra pollet, dum profectò ſcriptum eſt: *Generatio rectorum benedicetur.* (*Pſal. 111.*) Glorificamus enim atque conlaudamus Dei noſtri clementiam, qui tantam vobis Spiritus ſancti gratiam contulit, jam nempe prædeſtinatos vos habuit, antequam de materno prodiretis utero, quoniam *quos præſcivit, & prædeſtinavit; quos prædeſtinavit, hos & vocavit, quos vocavit, illos & magnificavit.* (*Rom. 8.*) Verè enim magnificavit Dominus miſericordiam ſuam ſuper vos, & in Reges per ſuum Apoſtolum B. Petrum, vos ungens, defenſores ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, atque fidei orthodoxæ conſtituit, ut participes, in hoc bono opere, veſtri Chriſtianiſſimi efficiamini genitoris, pro quo digna vobis erit in cœleſtibus regnis cum eo conceſſa remuneratio, & cum omni eritis ſanctorum computati collegio.

G Interea reverſus ad nos Petrus primus Defenſorum, Miſſus noſter, detulit nobis, quas direxiſtis litteras, quibus relectis, magna cor noſtrum repletum eſt lætitia. Per has quippe innotuiſtis excellentiſſimi atque præcellentiſſimi filii, vos ſemper in amore B. Petri & ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Dei Eccleſiæ, atque noſtro, eſſe permanſuros, & viriliter decertaturos pro ipſius ſanctæ Dei Eccleſiæ, atque fidei orthodoxæ defenſione, & quidem nobis, boni præcellentiſſimi Reges, de veſtra firma hujuſcemodi conſtantia, omnino confidendum eſt, magnam, poſt Deum, in vobis babentes H ſpem. Sed omnipotens Dominus, qui dives eſt in miſericordiis, ad perfectam vos perducat ætatem, tribuens vobis longæva ac felicia tempora, corroborétque in vobis fortitudinem brachii ſui, atque victores vos ſuper omnes barbaras efficiat nationes; dilatans regni veſtri terminos, atque de veſtro præclaro ſemine ſuper regale ſolium potentiæ

A tentiæ veſtræ uſque in finem ſæculi ſedere permittat, pro æterna ſanctæ ſuæ Eccleſiæ univerſali exaltatione & fidei orthodoxæ defenſione.

Sed pero, excellentiſſimi filii, ut imitatores veſtri Chriſtianiſſimi genitoris efficiamini, ejúſque Deo placita ſequentes veſtigia, ut, ſicut ipſe operibus omnibus gentibus demonſtravit, ita quoque & vos bonum, quod cœpiſtis, opus perficere ſtudeatis, & viriliter cum eo decertare, quatenus ampliſſima ſanctæ Dei Eccleſiæ procuretur exaltatio, dum veſtro auxilio B. Petrus receperit juſtitias ſuas, dignámque ex hoc coram Deo, & Angelis ejus, eodem principe Apoſtolorum, B. Petro interveniente, cœleſtium præmiorum recipiatis remunerationem, & veſtri nominis memoria laudabilis maneat in ſæculum ſæculi di-
B vulgata. Deus autem omnipotens, qui cuncta ex nihilo ſuæ potentiæ verbo firmavit, ſuis vos divinis adhærere faciens mandatis, veſtra in beneplacito ſuo dirigat ſtudia, tribuátque vobis prudentiæ induſtriam, qualiter regni culmen gubernare valeatis, atque adverſantium gentium nationes veſtris ſubjiciat pedibus, & ſicut in præſenti vita regalem vobis conceſſit dignitatem; ita quoque & cœleſtia vobis conferat præmiorum gaudia.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ ad Domnum Carolum & Carlomannum, Regibus directæ, in qua continentur gratiarum actiones & uberrimæ benedictiones.

XLI.

C DOmnis excellentiſſimis filiis Carolo & Carolomanno Regibus Francorum & patriciis Romanorum Paulus Papa. Miſſam relationem Excellentiæ veſtræ deferentibus harum gerulis Droctegango ſcilicet & Wulfardo, religioſis Abbatibus, ſuſcipientes votivo ſumus incolumitatis veſtræ nuntio relevati, optantes, ut vitam actúſque veſtros ſua miſericordia Dominus & protegat, & diſponat, atque ad perfectam perducat ætatem. Per eaſdem ſiquidem Syllabas innotuiſtis, maximam vos tenere verecundiam in id, quòd interim munerum commoda per harum latores nobis dirigere non
D valuiſtis. Sed quid eſt, dulciſſimi atque amantiſſimi filii, victorioſiſſimi Reges, quòd nos muneribus veſtris lætificare inhiatis? Nulla enim alia munera deſideramus, quàm veſtræ incolumitatis proſperitatem ſedulè addiſcere, & de veſtris profectibus gratulari. Hæc eſt locupletatio noſtra, * veſtram, quam inhianter amplectamur, * exultationibus jocunditatem; hæc eſt exaltatio ſanctæ Dei Eccleſiæ, & defenſio fidei orthodoxæ, veſtræ protectionis integritas. Vos E quippe Dominus elegit, præ omnibus Regibus & liberatores ſanctæ ſuæ Catholicæ & Apoſtolicæ conſtituit Eccleſiæ, & in Reges per manus B. Petri ungi dignatus eſt.

* f. veſtra.
* f. exultationis jocunditas.

Sed omnipotens Dominus, per quem reges regnant, ad perfectam vos perducat ætatem, & ſolium regni vobis, veſtróque præclaro ſemini, * ævis proſperiſque temporibus ad exaltationem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ & ampliſſimam Chriſtianorum orthodoxæ fidei defenſionem concedat poſſidendum, tribuens vobis è cœlo victorias, omnéſque barbaras nationes veſtris Deo imitabilibus ſubjiciens veſtigiis, & æternæ vitæ gaudia largiri dignetur, quatenus, ſicut in præſenti vita regnatis, & venturo in ſæculo cum Chriſto regnare mereamini, dicátque omnis populus: *Amen, fiat, fiat.* Bene valete. Pſal. 105.

* f. longævis. ſic forſan & alibi legendum.

F *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum & Carlomannum, Regibus directæ, in qua continentur pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ.*

XLII.

DOmnis nobiliſſimis atque excellentiſſimis filiis Carolo, & Carlomanno Regibus Francorum & patriciis Romanorum, Paulus Papa. Olim omnipo- G tens DEUS cernens populi ſui Iſraëlitici lamentationem & impiam ab Ægyptiis illis illatam oppreſſionem, miſertus eſt eis mittens, famulum ſuum Moyſen, per quem ſigna & prodigia exercens eundem ſuum eripuit populum, & per eum, legem illis inſtruens, ad optatam eos illis perduxit requiem. Cui etiam Joſue, ut prælietur bella Domini, adnectitur, atque alios ſui divini nominis cultores, eis conceſſit auxiliatores; ſed in omnibus illis non ita complacuit ejus divina majeſtas, ſicut in David rege; ſervum meum ſecundùm cor meum, in oleo ſancto unxi eum, cui & regnum & ſemini ejus in æternum glorioſè tribuit poſſidendum. Sic enim, præcellentiſſimi atque nobiliſſimi filii, à Deo inſtituti reges, idem Dominus Deus noſter in veſtra Chriſtianiſſima complacuit excellentia atque in utero matris vos ſanctificans ad tam magnum regale pervexit culmen, mittens Apoſtolum ſuum beatum H Petrum, per ejus nempe Vicarium, & oleo ſancto vos, veſtrúmque præcellentiſſimum Genitorem ungens, cœleſtibus replevit benedictionibus, & ſanctam ſuam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam atque orthodoxam Chriſtianorum fidem vobis commiſit exaltandam, atque viriliter defendendam. Quod profectò, excellentiſſimi filii, Spiritus ſancti gratia repleti & cœleſti protectione adjuti agere totis niſibus * ſtatuiſtis, & veſtro

* ſtuduiſtis.

A veſtro auxilio atque certamine ipſa ſancta Dei Eccleſia, ſpiritalis mater veſtra, ab inimicorum inſidiis liberata exultat, in Domino JEſu Chriſto, & in conſpectu divinitatis veſtra effulgent pia opera, & cum David atque Salomone regibus & cæteris Dei cultoribus veſtra in cœleſtibus regnis adſcripta ſunt nomina.

B Interea, dum tanto veſtro beneficio dinoſcimur eſſe relevati, amor nos hortatur, Chriſtianiſſimi ac dulciſſimi filii, de veſtra proſperitate ſedulè addiſcere, & in Domino gratulari; & ideo viſitationis atque ſalutationis paterno affectu, his noſtris Apoſtolicis apicibus, perſolvimus vinculum, magnopere præſentem Petrum primum Defenſorum, ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, noſtrúmque fidelem Miſſum, ad veſtram dirigentes excellentiam, quatenus deſiderabilem noſtra vice referat ſalutem; quem petimus benignè à vobis ſuſcipi, & de veſtra per eum ſoſpitate nos certos lætóſque reddi, obnixè petentes, dulciſſimi filii, excellentiam veſtram, ut pia veſtigia ſequentes, imitatores efficiamini Chriſtianorum parentum veſtrorum, nempe & proavi atque Excellentiſſimi, & à Deo inſtituti magni Regis, genitoris veſtri, & præcellentiſſimæ Genitricis veſtræ, à Deo conſervandæ Reginæ, qui verè præ omnibus Regibus fideles Deo & B. Petro eſſe comprobantur; quorum merita in C cœleſtibus regnis fulgent. Unde & petimus miſericordiſſimam Dei noſtri longanimitatem, ut ſua vos gratia protegens, * ævis & proſperis temporibus regalia ſceptra concedat perfruenda, dilatans terminos Regni veſtri, & victorias vobis de cœlo tribuat, omnéſque adverſarios veſtris proſternat veſtigiis, & ſicut terrenum, ita & cœleſte regnum vobis per infinita ſæcula tribuat poſſidendum. Bene valete.

* *longævis.*

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Pippinum Regem directæ, de Simeone vel Monacho Remedii Epiſcopi.

XLIII.

D DOmno excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum PAULUS Papa. Cùm charitatis amor, quem erga veſtram à Deo illuſtratam inſignem gerimus Excellentiam, noſtro enucleatiùs vigeat cordi, curæ idcircò noſtræ exiſtit, excellentiſſime Regum, veſtræ gnaviter & præclaræ totis obtemperare niſibus voluntati, præſertim dum & ampliſſimo veſtræ excellentiæ præſidio relevati, &, poſt Deum, ab inſidiatorum videamur ſævitia erepti; & ideo quotiens nobis relationum veſtrarum apices perferuntur, gratuito acceptantes animo, confeſtímque quod eorum textus E eloquitur, effectui ſatagimus mancipandum. Unde ſuſceptis in præſenti à Deo protectæ Excellentiæ veſtræ ſyllabis, nempe relectis protinus, cuncta, quæ ferebantur in illis, libenter adimplevimus, in eis ſiquidem comperimus exaratum, quòd præſentes Dao amabilis Remedii, germani veſtri, Monachos, Simeonis ſcholæ cantorum priori contradere deberemus, ad inſtruendum eos in pſalmodiæ modulatione, quam ab eo adprehendere, tempore, quo illie in veſtris regiminibus extitit, nequiverant. Pro quo valdè ipſum veſtrum aſſeritis germanum triſtem effectum in eo, quòd non ejus perfectè inſtruxiſſet monachos.

F Et quidem benigniſſime Rex ſatisfacimus Chriſtianitati tuæ, quòd niſi Georgius, qui eidem ſcholæ præfuit, de hac migraſſet luce, nequaquam eundem Simeonem à veſtri germani ſervitio abſtrahere niteremur; ſed defuncto præfato Georgio, & in ejus idem Simeon, utpotè ſequens illius, accedens locum, ideo pro doctrina ſcholæ, eum ad nos accerſivimus, nam abſit à nobis, ut quippiam, quod vobis, veſtriſque fidelibus oneroſum exiſtit, peragamus quoquomodo. Potiùs autem, ùt præfatum eſt, in veſtræ charitatis dilectione firmi permanentes, libentiſſimè, in quantum virtus ſuppetit, voluntati veſtræ obtemperandum decertamus.

G Propter quod & præfatos veſtri Germani monachos, ſæpe dicto contradimus Simeon, eóſque optimè collocantes, ſolerti induſtria, eandem pſalmodiæ modulationem inſtrui præcepimus & crebrò, in eadem, donec perfectè eruditi efficiantur pro ampliſſima veſtræ excellentiæ, atque nobiliſſima germani veſtri dilectione Eccleſiaſticæ doctrinæ cantilenas diſpoſuimus efficaci cura permanere, optantes de reliquo excellentiam veſtram * ævis ac proſperis temporibus, in Domino valere, & regni perſrui ſceptro atque triumphales de hoſtibus, in- H tercedente B. Petro, conſequi victorias. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* *longævis.*

*Item exemplar Epiſtolæ * Stephani Papæ ad Domnum Carolum Regem & ejus præcelſam genitricem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & collaudans Itherium Abbatem, & poſtulans, ut ei digna retributio, pro ſuo certamine fieret.*

* *Stephanus IV. Electus Anno 768. Mortuus Anno 772.*

XLIV.

DOmnæ religioſæ filiæ Bertradæ Deo ſacratæ, ſeu Domno filio Carolo Regi Francorum, & Patricio Romanorum,

Hujus epiſtol. meminerunt Centuriatores

A rum, Stephanus Papa. Dum tantos bene-
ficiorum in diverſis Apoſtolicis cauſis atque
utilitatibus à vobis, cumulatis ſuffragiis, ni-
mia jocunditatis lætitia ſancta ſpiritalis mater
veſtra, univerſalis Dei Eccleſia relevata ex-
ultat, nulla, ùt opinor, oris aſſertio ad re-
ferendas ſanctiſſimæ religioſitati veſtræ at-
que Chriſtianiſſimæ præcellentiæ tuæ, gra-
tiarum laudes ſufficere valebit; ſed tamen
licèt digna vobis, ab hominibus pro tanto
veſtro pio opere rependi non poſſit viciſſi-
tudo, veruntamen miſericors DEUS noſter,
qui potens eſt, & ſcit bonis bona reddere,
ipſe copioſam laborum veſtrorum vobis cœ-
leſtium retribuet præmiorum recompenſa-
tionem; ſed & noſtra ſincera cordis habita
erga vos affectio, ſedulò pro vobis divinæ
non deſiſtit majeſtati orationum perſolvere
vota.

Cont. 9. cap. 10. ubi de hoc Pontifice agunt, quem ipſi vocant Stephanum tertium. Et Bar. Anno 772. qui etiam citant Epiſtolam ejuſdem Stephani ad Pipinum initio Pontificatûs ſcriptam, qua petiit, ut homines doctos Romam mittat ad Synodum: quæ in noſtro apographo non comparet.

Itaque præſens Itherius, religioſus ac pru-
dentiſſimus vir, & revera noſter & veſter
B ſincerus fidelis, quem cum ſuis concomi-
tibus, & reliquis veſtris Miſſis pro exſequen-
dis faciendíſque juſtitiis fautoris veſtri, beati
Petri, direxiſtis, ad nos conjungens, ilicò
in partes Beneventani profectus eſt Duca-
tus, pro recolligendo, illis in partibus ſito
patrimonio ejuſdem protectoris veſtri, A-
poſtolorum principis, qui videlicet ſoller-
tiſſimus vir, in omnibus, ſecundùm veſtram
noſtrámque decertavit voluntatem ſuíque
laboris conſtantiam, juxta ùt à vobis illi
præceptum eſt, in ipſis Apoſtolicis exhibuit
utilitatibus, unde n..nis cor noſtrum in ejus
defenſionis certamine, & firma operationis
perſeverantia, lætatum eſt; quia profectò
ſecundùm quod, cœleſtis muneris gratia,
magnæ ſcientiæ illuſtratur prudentia, piis
quoque meritis atque immutilatæ fidei de-
coratur integritate, tantam in eo reperimus
fidelitatem in veſtro noſtróque ſervitio,
quantam diutiſſimè noſtra ardentiùs de eo
optabat agnoſcere mens.

C Unde maximas atque innumerabiles gra-
tiarum actiones religioſiſſimæ ſobrietati ve-
ſtræ, * atque præſentialiter, Chriſtianiſſimæ
excellentiæ tuæ referimus; & ideo obnixè,
tanquam præſentialiter, benignitatem ve-
ſtram petimus, ut ampliſſimam ſavoris ve-
ſtri gratiam atque largitatis munificentiam,
& dignam conſolationem eidem religioſo
viro, pro ejus laborioſo certamine, quod in
veſtro atque noſtro, ùt dictum eſt, Apoſto-
lico ſervitio exhibuit, impertire jubeatis;
quatenus ſicut ab omnipotenti Deo, inter-
cedente B. Petro, digna operis ejus in cœ-
leſtibus regnis exarata fertur remuneratio,
ita & à vobis conſolationis conſequatur o-
pem.

** quaſi vel tanquam.*

D Omnipotens autem Deus noſter, ſacris
Apoſtolorum principum interventionibus,
ſua vos circumtegat gratia, & præſentis vi-
tæ proſpera, & æterna felicitatis vobis mul- E
tipliciter tribuat gaudia. Incolumem reli-
gioſitatem veſtram atque Excellentiam tuam
gratia ſuperna cuſtodiat.

Item Exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Carolum & Carlomannum Reges directæ, prohibendo atque cum nimiis adjurationibus obligando, ut de gente Langobardorum uxores minimè acciperent.

XLV.

DOmnis excellentiſſimis filiis Carolo & F
Carlomanno Regibus Francorum &
patriciis Romanorum Stephanus Pa-
pa. Dum omnium electorum Dei præci-
puam vitam, & digna operum merita, in
noſtram memoriam revolvimus, invenimus
profectò nulla eos potuiſſe qualitatis diver-
ſitate ab eorum cordis ſtatu, & priſtina ſpon-
ſionis conſtantia amoveri. Unde & variis
antiqui hoſtis ſuaſionibus ac blandimentis
circumvallati, immutabiles in ſuæ mentis
firmitate conſtat permanſiſſe, & ob hoc cum
triumpho victoriæ ad optata pertingere
meruerunt gaudia, & nimirum conſideran-
dum eſt, quia ſi quis quibuſdam ſuaſionibus
demulcitus, victus fuerit, à recto confeſtim
tramite, qui ducit ad vitam æternam, per
abrupta declinans devia * recontendat, ut
ex hoc in proclivem delabatur noxam; Nam
plerúmque certum eſt, quia idem antiquus
hoſtis per infirmam naturam fidelium men-
tes ſubripere nititur; Hinc eſt enim, quòd G
olim primo homini in Paradiſo conſtituto,
per infirmam mulieris naturam, peſtiferis
valuit ſuadere blandimentis, divinum tranſ-
gredi mandatum, & ob hoc diræ mortis
humano generi inrepſit excidium: & ideo,
præcellentiſſimi filii, magni Reges, tantò ſtu-
dioſiùs ejuſdem molimini reſiſtendum eſt;
ne quemquam ſuis irretire valeat argumen-
tis, quantò cernimus ſuis crebrò inſidiis ad
decipiendum fidelium corda inſiſtere.

** ire contendat.*

Itaque noſtræ perlatum eſt notioni, quod H
certè cum magno cordis dolore dicimus,
quòd Deſiderius Langobardorum Rex, ve-
ſtræ perſuadere dinoſcitur excellentiæ, ſuam
filiam uni ex veſtra fraternitate in connubio
copulare, quod certè, ſi ita eſt, hæc pro-
pria Diabolica eſt immiſſio, & non tam ma-
trimonii conjunctio, ſed conſortium nequiſ-
ſimæ adinventionis eſſe videtur. Quoniam
plures comperimus, ſicut divinæ ſcripturæ
hiſtoria inſtruimur, per alienationis injuſtam
copulam, à mandatis Dei deviare, & in
magno devolutos facinore: quæ eſt enim,
præcellentiſſimi filii, magni Reges, talis de-
ſipientia, ut penitus vel dici liceat, quòd
veſtra præclara Francorum gens, quæ ſuper
omnes gentes enitet, & tam ſplendiflua ac

A nobiliſſima regalis veſtræ potentiæ proles; perfida, quod abſit, ac fœtentiſſima Langobardorum gente polluatur, quæ in numero gentium nequaquam computatur, de cujus natione, & leproſorum genus oriri certum eſt. Nullus enim, qui mentem ſanam habet, hoc vel ſuſpicari poteſt, ut tales nominatiſſimi Reges, tanto deteſtabili atque abominabili contagio implicentur: quæ enim *ſocietas luci ad tenebras? aut quæ pars fideli cum infidele?* (2. Cor. 6.) Etenim, mitiſſimi, & à Deo inſtituti benigniſſimi Reges, jam Dei voluntate & conſilio, conjugio legitimo, ex præceptione genitoris veſtri copulati eſtis, accipientes, ſicut præclari & nobiliſſimi Reges, de eadem veſtta patria, ſcilicet ex ipſa nobiliſſima Francorum gente pulcherrimas conjuges, & eorum vos oportet amori eſſe adnexos.

B Et certè non vobis licet, eis dimiſſis, alias ducere uxores, vel extraneæ nationis conſanguinitate immiſceri; etenim nullus ex veſtris parentibus, ſcilicet neque avus veſter, neque proavus, ſed nec veſter genitor, ex alio regno, vel extranea natione, conjugem accepit, & quis de veſtro nobiliſſimo genere ſe contaminare aut commiſcere cum horrida Langobardorum gente dignatus eſt, ùt nunc vos ſuademini, quod avertat Dominus, eadem horribili gente pollui. Itaque nullus, externæ gentis aſſumpta conjuge, C innoxius perſeveravit. Advertite, quæſo, quanti qualéſque potentes per alienigena conjugia, à præceptis Dei declinantes, & ſuarum ſequentes uxorum alienigenæ gentis voluntatem, validis innexi exceſſibus, immenſa pertulêre diſcrimina. Impium enim eſt, ut vel penitus veſtris aſcendat cordibus alias accipere uxores ſuper eas, quas primitus vos certum eſt accepiſſe. Non vobis convenit tale peragere neſas, qui legem Dei tenetis, & alios, ne talia agant, corripitis. Hæc quippe paganæ gentes faciunt. Nam, abſit hoc à vobis, qui perſectè eſtis Chriſtiani, & gens ſancta, atque regale eſtis ſacerdotium. Recordamini & conſiderate, quia oleo ſancto uncti per manus Vicarii beati Petri, cœleſti benedictione eſtis ſanctificati, & cavendum vobis eſt, ne tantis reatibus D implicemini. Mementote hoc, præcellentiſſimi filii, quòd ſanctæ recordationis prædeceſſor noſter Dominus Stephanus Papa, excellentiſſimæ memoriæ genitorem veſtrum obteſtatus eſt, ut nequaquam præſumeret dimittere Dominam & genitricem veſtram, & ipſe, ſicut revera Chriſtianiſſimus Rex, ejus ſalutiferis obtemperavit monitis.

Nam & illud Excellentiam veſtram oportet meminiſſe, ita vos B. Petro & præſato Vicario ejus, vel ejus ſucceſſoribus ſpopondiſſe, ſe amicis noſtris, amicos eſſe, & ſe inimicis, inimicos, ſicut & nos in eadem E ſponſione firmiter dinoſcimur permanere, & quomodo nunc contra animas veſtras agere cnntenditis, & cum noſtris inimicis conjunctionem ſacere vultis, dum ipſa perjura Langobardorum gens ſemper Eccleſiam Dei expugnantes, & hanc noſtram Romanorum provinciam invadentes, noſtri eſſe comprobantur inimici? Itaque & hoc peto ad * veſtri referre ſtudete memoriam, (* veſtram.) eò quòd dum * Conſtantinus Imperator nitebatur perſuadere, (* Copronymus.) ſanctæ memoriæ, mitiſſimo veſtro genitori, ad accipiendum conjugio filii ſui germanam veſtram, nobiliſſimam Giſilam, neque vos * aliæ nationi (* alii.) licere copulari, ſed nec contra voluntatem Apoſtolicæ Sedis Pontificum quoquo modo vos audere peragere: & quam ob cauſam nunc contra Apoſtolica mandata, & voluutatem Vicarii Apoſtolorum principis, agere conamini, quod nunquam veſter Pater perpetravit? An neſcitis, quòd non infelicitatem noſtram, ſed B. Petrum, cujus, licèt immeriti, vices gerimus, ſpernitis? F Scriptum eſt enim: *Qui vos recipit, me recipit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* (Matth. 10. Luc 10.) Recordamini peto, excellentiſſimi filii, quomodo * vos fide dicere viſus eſt præſatus veſter Domnus (* vobis fideliter. Sic corrigit Bar.) ac genitor, promittens in veſtris animabus, Deo & B. Petro, atque ejus Vicario, antè ſato, ſanctæ recordationis, prædeceſſori noſtro, Domno Stephano Papæ, firmiter debere vos permanere, erga ſanctæ Eccleſiæ fidelitatem, & omnium Apoſtolicæ ſedis Pontificum obedientiam, & illibatam cbaritatem: & poſtmodum prædeceſſori G noſtro Domno Panlo Papæ eadem vos, unà cum eodem veſtro genitore, certum eſt plerúmque per Miſſos & ſcripta promiſiſſe, & poſt deceſſum antefati, ſanctæ memoriæ, patris veſtri, & vos ipſi ſæpius tam per veſtros Miſſos, quámque per litteras, ſimúlque & per Sergium, fideliſſimum noſtrum, nomenculatorem, & per alios noſtros Miſſos nobis ſpopondiſtis, in eadem vos veſtra promiſſione, ſicut genitor veſter, circa ſanctam Dei Eccleſiam, & noſtram fidelitatem, eſſe perſeveraturos.

H Sed & illud quæſo ad veſtram reſerte memoriam, qualiter vos præfatus Dominus Stephanus Papa, in ſuo tranſitu, per ſua ſcripta, ſub terribili adjuratione, adbortari ſtuduit, firma ſtabilitate vos eſſe permanſuros, erga dilectionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & illibatam charitatem Apoſtolicæ ſedis Pontificum; & omnia vos adimplere, juxta veſtram eidem Dei Apoſtolo adhibitam ſponſionem, & * nunc iſta eſt veſtra promiſſio. (* Fort. ubi eſt.) O quantum laborem ſuſtinuit iſdem præcipuus ac beatiſſimus Pontifex, qui ita imbecillis exiſtens, tanto ſe exhibuit prolixi itineris periculo, & niſi Dominus præſtò fuerit, in vacuum ejus labor deducetur, fuitque

Digitized by Google

A que nobis iter illud, quod ibidem idem noſter prædeceſſor in Franciam properavit in magnam ruinam, dum noſtri inimici plùs nunc, quàm pridem in ſuperbiæ ferocitatem elevati ſunt; & ecce, quod verebamur, evenire cernimus, converſáque eſt noſtra lætitia in luctum, & facta ſunt noviſſima mala pejora prioribus, & unde exſpectabamus nobis lumen oriri, eruperunt tenebræ.

B Quapropter & B. Petrus, princeps Apoſtolorum, cui regni cœlorum claves à Domino Deo traditæ ſunt, & cœlo ac terra ligandi ſolvendíque conceſſa eſt poteſtas, firmiter excellentiam veſtram, per noſtram infelicitatem, obteſtatur, ſimúlque & nos unà cum omnibus Epiſcopis, presbyteris, & cæteris ſacerdotibus atque cunctis proceribus, & clero ſanctæ noſtræ Eccleſiæ; Abbatibus etiam & univerſis religioſis, divino cultui deditis, ſeu optimatibus & judicibus vel cuncto noſtro Romanorum iſtius provinciæ populo, ſub divini judicii obteſtatione vos adjuramus, per Deum vivum & verum, qui eſt judex vivorum & mortuorum, & per ejus ineffabilem divinæ majeſtatis potentiam, atque per tremendum futuri judicii diem, ubi omnes principes & poteſtates, & cunctum humanum genus, cum tremore aſſiſtere habebimus, nec non & per omnia divina myſteria, & ſacratiſſimum corpus B. Petri, ut nullo modo quiſquam de veſtra fraternitate præſumat filiam jam dicti Deſiderii Langobardorum Regis in conju-

C gium accipere. Nec iterum veſtra nobiliſſima germana, Deo amabilis Giſila, tribuatur filio ſæpe fati Deſiderii; nec veſtras quoquo modo conjuges audeatis dimittere; ſed magis recordantes, quæ B. Petro Apoſtolorum principi polliciti eſtis, viriliter eiſdem noſtris inimicis Langobardis reſiſtite, diſtringentes eos firmiter, ut propria ſanctæ Dei Eccleſiæ Romanæ Reipublicæ reddere debeant, eò quòd omnia, quæ vobis polliciti ſunt transgredientes, nos cotidie adfligendo & opprimendo non ceſſant: etiam quia aliquid nobis reddere minimè ſunt inclinati; etiam & noſtros invadere fines noſcuntur, & tantummodo per argumentum in præſentia de veſtris Miſſis ſimulant juſtitias nobis facere. Nam nihil ad effectum perducitur, & quidquam ab eis, de noſtris juſtitiis, nequaquam recipere valuimus.

D Unde ecce, ut cuncti noſtri dolores ſubtiliter veſtris auribus ſuggerantur, direximus noſtros Miſſos, videlicet Petrum, dilectum filium noſtrum, presbyterum, & Pampbilum, Defenſorem Regionarium ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, quos & de imminente nobis tribulatione; nec non & de ſingulis cauſis ſubtiliter informavimus, veſtro regali intimandis culmini, & petimus, ut ſolita benignitate eos ſuſcipere, noſtræque petitioni veſtras à Deo inſpiratas aures, adcommodare dignemini, & ampliſſimam liberationem, atque exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſpiritalis matris veſtræ, & iſtius à vobis redemptæ provinciæ defenſionem perficere jubeatis, ut perfectam remunerationem à juſto judice, Deo noſtro, intercedente ejus principe Apoſtolorum, B. Petro, ſuſcipiatis. E

Præſentem itaque noſtram exhortationem atque adjurationem, in Confeſſione B. Petri ponentes, & ſacrificium ſuper eam atque hoſtias Deo noſtro offerentes, vobis cum lachrymis ex eadem ſacra Confeſſione dreximus: & ſi quis, quod non optamus, contra bujuſmodi noſtræ adjurationis atque exhortationis ſeriem agere præſumpſerit, ſciat ſe auctoritate Domni mei, B. Petri, Apoſtolorum principis, anathematis vinculo eſſe innodatum; & à regno Dei alienum, atque cum diabolo & ejus atrociſſimis pompis, & cæteris impiis æternis incendiis concremandum, deputatum. At verò qui obſervator & cuſtos iſtius noſtræ exhortationis extiterit, cœleſtibus benedictionibus à Domno Deo noſtro illuſtratus, æternis præmiorum gaudiis, cum omnibus ſanctis & electis Dei, particeps effici mereatur. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. F

ANNOTATIO.

Recitant hanc Epiſt. integram Baronius Anno DCCLXX. Et Centuriatores Cent. 8. cap. 10. quam dicunt, plenam eſſe pontificiis artibus. *Sed num fraus vel techna dehortari Reges jam aliis deſponſos, ne contra fidem datam alias uxores ducant? Hanc enim potiſſimùm ob cauſam Stephanus tanta orationis vehementia hoc matrimonium cum Langobardorum gente diſſuaſit, ùt liquet ex ipſa Epiſtola, & rectè etiam obſervavit Baronius. Quamvis Pontifex etiam alias bujus conjugii diſſuadendi cauſas habuerit.* G

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem, & ejus præcelſam genitricem directæ de Chriſtophoro, & Sergio filio ejus, qui cum Dodone, & cæteris Francis, Stephanum Papam, interficere conati ſunt. H

XLVI.

Domnæ religioſæ filiæ Bertradæ, Deo conſecratæ, ſeu Domno excellentiſſimo filio Carolo Regi Francorum, & Patricio Romanorum Stephanus Papa. *Hujus Epiſtola Summarium recitant Bar. & Cent.* Cum magno dolore & gemitu cordis, tribulationis atque mortis periculum, quod nobis per ſequaces diaboli, jam eveniebat, ecce

A ecce ſubtiliùs per has noſtras Apoſtolicas Syllabas à Deo conſecratæ religioſitatis veſtræ, atque præcellentiſſimæ Chriſtianitatis tuæ auribus intimare ſtudemus, eò quòd nefandiſſimus Chriſtophorus, & Sergius nequiſſimus ejus filius, conſilium ineuntes cum Dodone, Miſſo germani tui Carlomanni Regis, nos interficere inſidiabantur. Unde cum eodem Dodone, & ejus Francis, cum aliquibus eorum nequiſſimis conſentaneis aggregantes exercitum ſuper nos, in Lateranenſium ſanctum Patriarchatum, cum armis ingreſſi ſunt, confringentes & januas atque omnes cortinas ipſius venerandi Patriarchii, lanceis perforantes, atque intus in Baſilicam Domni Theodori Papæ, ubi nullus auſus eſt aliquando, vel etiam cum cultro ingredi, cum loricis & lanceis, ubi
B ſedebamus, introjerunt, ſicque ipſi maligni viri inſidiabantur nos interficere, ſed omnipotens Deus cernens rectitudinem cordis noſtri, quòd nulli unquam malum cogitavimus, de eorum nos eripuit manibus, & vix per multum ingenium dum hic apud nos Excellentiſſimus filius noſter Deſiderius Langobardorum Rex, pro faciendis nobis diverſis juſtitiis B. Petri exiſterer, per eandem occaſionem valuimus, cum noſtro clero, refugium facere ad protectorem veſtrum; & continuò direximus noſtros ſacerdotes ad eoſdem malignos Chriſtophorum atque Sergium, ut ab eadem iniquitate, quam pertractaverant nobis ingerere, reſipiſcerent, & ad nos ad B. Petrum pro-
C perarent. Illi mox, ùt audierunt, de præſenti, cum Dodone & ejus Francis, turmas facientes, & portas civitatis claudentes, fortiter reſiſtebant, & nobis comminabantur, atque in civitatem nos ingredi minimè permittebant: & dum in eadem perfidia permanerent, & cognoviſſet univerſus noſter populus eorum iniquum conſilium, de præſenti eos dereliquerunt, qui etiam & plures per murum deſcendentes ad nos, properaverunt. Alii verò portam civitatis aperientes, ad noſtri progreſſi ſunt præſentiam, & ita ipſi maligni viri coacti atque nolentes, ad nos in Eccleſia ſancti Petri ſunt deducti; quos interficere univerſus populus nitebantur, & vix de eorum manibus eos valuimus eripere, & dum infra civitatem, * nocturno
D ſilentio ipſos ſalvos introducere diſponeremus, ne quis eos conſpiciens interficere, ſubirò hi, qui eis ſemper inſidiabantur, ſuper eos irruentes, eorum eruerunt oculos, Deo teſte dicimus, ſine noſtra voluntate atque conſilio.

Unde magno dolore noſtrum atteritur cor, & credite nobis à Deo conſecrata filia, atque excellentiſſime fili, niſi Dei protectio, atque beati Petri Apoſtoli, & auxilium Excellentiſſimi filii noſtri Deſiderii Regis fuiſſet; jam tum nos, quámque noſter clerus E
& univerſi fideles ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri, in mortis decidiſſemus periculum. Ecce quantas iniquitates & diabolicas immiſſiones hìc ſeminavit, atque operatus eſt prædictus Dodo, ut qui debuerat in ſervitio beati Petri, & noſtro fideliter permanere, ipſe è contrario, animæ noſtræ inſidiabatur, non agens juxta id, quod à ſuo Rege illi præceptum eſt, in ſervitio beati Petri & noſtra obedientia fideliter eſſe permanſurum, & certò credimus, quòd dum tanta ejus iniquitas ad aures excellentiſſimi filii noſtri Carlomanni Regis pervenerit, nullo modo ei placebit, in eo, quòd in rantam deminorationem atque devaſtationem ſanctam DEI Eccleſiam is Dodo, cum præfatis ſuis nefandiſſimis ſequacibus, cupiebat deducere; & ideo noſtras tribulationes & an- F
guſtias atque pericula à Deo inſtitutæ religioſiſſimæ Chriſtianitati tuæ, atque Excellentiæ veſtræ innotuimus, quoniam profectò omnipotens Deus, credentes in ſe, & confidentes in ejus miſericordiâ non dereliquit.

Agnoſcat autem Deo amabilis religioſitas veſtra atque Chriſtianiſſima excellentia tua, eò quòd in nomine Domini bona voluntate nobis convenit cum præfato Excellentiſſimo, & à Deo ſervato filio noſtro Deſiderio Rege, & omnes juſtitias B. Petri ab eo plenıùs & in integro ſuſcepimus; tamen & per veſtros Miſſos de hoc pleniſſimè eritis ſatisfacti. Deus autem omnipotens G
ſua vos protectionis dextera circumtegat, & præſentis regni gubernacula * ævis atque * *longævis.*
proſperis temporibus perfrui annuat, & æterna præmiorum gaudia multipliciter faciat adipiſci. Incolumem religioſitatem veſtram, atque Excellentiam tuam gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad DomnumCarolum, & CarlomannumReges directæ, in qua continentur uberrimæ benedictiones, & pro eorum fraternitatis concordia, gratiarum actiones, & de juſtitiis ſancti Petri.

XLVII.

DOmno excellentiſſimis filiis Carolo, H
& Carolomanno Regibus Francorum, & Patriciis Romanorum Stephanus Papa. Benedictus Dominus DEUS noſter, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolator & propitiator exiſtit omnium invocantium eum in veritate. Ipſe enim redemptor noſter preces clamantium ad ſe exaudiens mœrentium tribulationes ad gaudium convertit, quòd certè nunc in nobis atque univerſo peculiari populo ſanctæ Dei Eccleſiæ ejus, divinæ pietatis clementiam & miſericordiæ benignitatem

Meminerunt hujus Epiſtolæ Bar. & Cent.

A tem cernimus eſſe diffuſam, in eo, quòd noſtræ orationis vota exaudiens & mœroris noſtri lamentationem, quam uſque hactenus habuimus ex ipſa diviſione diſcordiæ, quam antiquus hoſtis, inimicus pacis, intra veſtram fraternitatem immiſerat; nunc, Deo propitio, eodem peſtifero æmulo confuſo, in cnmmunem dilectionem & concordiam, ùt verè uterinos & germanos fratres, vos connexos eſſe diſcentes, in magnam lætitiam convettere dignatus eſt.

B Itaque præcellentiſſimi filii, magni victorioſiſſimi Reges & Dei providentia noſtri Romanorum Patricii, conjungentes ad nos fideliſſimi ac ſolertiſſimi veſtri Miſſi, ſcilicet Gauzibertus Reverendiſſimus & Sanctiſſimus frater noſter Epiſcopus; atque Fuchbertus religioſus & Ansfredus ſeu Helmgarius glorioſiſſimi veſtri, detulerunt nobis honorabiles, & nimis deſiderabiles Syllabas veſtras à Deo inſtituta regali potentia directas; per quas innotuiſtis, contentionis rixas ac litigia inter vos verſata fuiſſe, ſed, annuente Domino; nunc ad veram dilectionem, & unitatis concordiam, & fraternum amorem converſi extitiſſe videmini; quo audito, magno gaudio atque lætitia, unà cum univerſo populo noſtro iſtius provinciæ, à vobis redemptæ, repleti ſumus, C & gemina feſtivitatis gaudia peregimus immenſas Deo noſtro omnipotenti referentes gratiarum actiones, atque victricem ejus clementiam collaudantes, conſona cum prophetica voce cantantes atque dicentes. Benedictus es Domine Deus noſter & benedicta omnia opera tua; ecce enim nunc gaudet Deus noſter in cœlis, gaudet & univerſus chorus Angelorum, & in terra etiam cunctus exultat populus Chriſtianus, & ſolus Diabolus inimicus pacis, & diſcordiæ ſeminator, luget, dum victum ſe eſſe & ſuperatum conſpicit: non enim aliter fidelium mentes exiſtimare poterant pervenire, quàm quod nunc factum eſſe gaudemus, ſi Deus omnipotens illam pacem & fraternam dilectionem in vobis multiplicet, & multiplicatam corroboret, quam ſuis donavit D ſanctis Apoſtolis. Unde de veſtra unitate etiam ſancta ſpiritalis mater veſtra, Dei Eccleſia, & ejus univerſus populus exultat.

** námque.* * Nam ſi verò & in his ipſis veſtris ferebatur apicibus, tota veſtra virtute vos eſſe decertaturos, pro exigendis juſtitiis protectoris veſtri, B. Petri, & ſanctæ Dei Eccleſiæ, atque in ea promiſſione amoris, quæ à veſtro pio genitore, ſanctæ recordationis, Domno Pippino, eidem principi Apoſtolorum, & ejus Vicariis, facta eſt, polliciti eſtis eſſe permanſuros, & plenarias juſtitias ſanctæ Dei Eccleſiæ, atque ejus exaltationem eſſe operaturos. Et quidem nos, excellentiſſimi filii, Chriſtianiſſimi magni E Reges, omnino de hoc certi, atque in omnibus ſatisfacti ſumus; quòd nulla hominum ſuaſio, aut theſaurorum copioſa datio vos poterit declinare, aut ab eadem veſtra promiſſione, quam B. Petro ſpopondiſtis, quoquomodo immutare, tamen nunc firmitatem veſtram comprobavimus, dum non corruptori & fragili homini, ſed Deo omnipotenti & ejus Apoſtolorum principi, placere procurâſtis. Unde obnixè, tanquam præſentialiter, petimus, & coram Deo vivo, qui vos regnare præcepit, conjuramus Excellentiam veſtram, ut plenarias juſtitias B. Petri, ſub nimia velocitate, ſecundum capitulare, quod vobis per præſentes veſtros fideliſſimos Miſſos, direximus, exigere, & B. Petro reddere jubeatis; ſicut & veſtra continet promiſſio, & omnia, quæ B. Petro, & ejus Vicariis, cum veſtro, ſanctæ memoriæ, progenitore promiſiſtis, adimplere dignemini, quatenus intercedente eodem principe Apoſtolorum, F perfectam ab omnipotenti Deo in præſenti vita, & futura beatitudine ſuſcipiatis, poſt Deum in nobis habemus fiduciam, & in veſtro amore atque caritatis dilectione firmiter, uſque ad animam & ſanguinis effuſionem, unà cum univerſo populo permanemus, atque permanebimus. Tamen & de boc & de omnibus juſtitiis B. Petri prædictis veſtris Miſſis ſubtiliùs locuti ſumus, veſtro regali culmini cuncta enarranda, & jam, ſicut terra ſitiens imbrem præſtolatur; ita veſtrum auxilium & congruum effectum de noſtris petitionibus poſtulamus.

G Et videte, excellentiſſimi filii, quia obteſtamur vos per tremendum diem judicii. Etiam B. Petrus per nos vos adhortatur, atque obteſtatur, ut ſub nimia velocitate ipſas juſtitias ejuſdem principis Apoſtolorum exigere à Langobardis jubeatis, fortiter eos cum Dei virtute diſtringentes, ut ſua propria idem princeps Apoſtolorum, atque ſancta Romana Eccleſia recipiat; nam ſi, quod non credimus, ipſas juſtitias exigere neglexeritis, aut diſtuleritis, ſciatis vos de iſtis rationem fortiter ante tribunal Chriſti eidem principi Apoſtolorum eſſe H facturos. Si quis autem vobis dixerit, quòd juſtitias B. Petri recepimus, vos ullo modo ei non credatis. Deus autem omnipotens ſua vos dextera protegat, & victoriam vobis de cœlo tribuat, ſuúmque angelum ante faciem veſtram mittat, qui vos præcedat, & inimicos veſtros coram veſtris proſternat veſtigiis, atque à Deo inſtituti regni veſtri terminos dilatet, & præſenti regno longæviter ac proſperè gubernacula perfrui faciat; etiam & poſt hujus vitæ longævitatem, cœleſtia vobis regna per infinita tribuat ſæcula poſſidenda.

A *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolomannum Regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & poſtulabat, ut filium ſuum, ex fonte ſacri Baptiſmatis ſuſcipere mereretur.*

XLVIII.

Summar. apud Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio Carolomanno, Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Stephanus Papa.
B Dum tantam piæ conſiderationis gratiam, atque efficacem ſollertiam creator noſter omnipotens Dominus, veſtro mellifluo regali cordi pro defenſione & exaltatione ſanctæ ſuæ Eccleſiæ infundere dignatus eſt, præcellentiſſime fili ac benigniſſime Rex, idcirco opinatiſſimi nominis tui præclara memoria, & indita cœlitus prudentia in toto orbe terrarum divulgata permanet, etiam in cœleſtibus regnis digna operum tuorum refulgent merita. Unde beatus es, bone Chriſtianiſſime Rex, quòd quidem nos conſpecta fidei tuæ conſtantia, quam in Apoſtolicis cauſis, & noſtri amoris fervore habere dinoſceris, firmi in tua dilectione permanentes ſedulò eidem noſtro conditori, pro immenſa veſtra lætitia, & à Deo inſtituti regni veſtri ſtabilitate, preces fundere nequaquam deſiſtimus.

C Interea conjungentes ad nos Beraldus, religioſus Abbas, & Audbertus, vir inluſter, detulerunt nobis honorandas, nimíſque deſiderabiles ſyllabas à Deo protectæ excellentiæ veſtræ, quas cum magno honoris affectu ſuſcipientes atque relegentes, quæ in eis ferebantur, omnino agnovimus; ſed & ipſi veſtri fideliſſimi Miſſi, ea, quæ à veſtra à Deo protecta Excellentia injuncta habuerunt, nobis ſubtiliùs retulerunt. De quibus, ſicut veſtris fidelibus, ad ſingula eis reſponſum reddidimus, veſtro à Deo inſpirato culmini liquidò enarrandum.

D At verò, quia amoris veſtri fervor in noſtris firmiter viget præcordiis, magna nobis deſiderii ambitio inſiſtit, præcellentiſſime Regum, ut Spiritus ſancti gratia ſcilicet compaternitatis affectio, inter nos adveniat; pro quo obnixè quæſumus Chriſtianitatem tuam, à Deo inſtitute bone Rex, Excellentiſſiméque fili, ut de præclaro ac regali veſtro germine, quod vobis Dominus pro exaltatione ſanctæ ſuæ Eccleſiæ largiri dignatus eſt, in noſtris ulnis ex fonte ſacri baptiſmatis, aut etiam per adorandi chriſmatis unctionem ſpiritalem ſuſcipere valeamus filium, ut eadem, Deo proſperante, compaternitatis gratia in medio noſtrûm corroborata, magna lætitia, ex hoc tam nos, quámque univerſus noſter populus pariter relevati, exultare valeamus E
in Domino.

Deus autem omnipotens, per quem reges regnant, & principes imperant, ſua vos protegat gratia, & victoriam vobis de cœlo, pro ſuæ ſanctæ Eccleſiæ defenſione tribuat, atque longævos & ſoſpites in ſolio regni pariter cum Excellentiſſima & Chriſtianiſſima filia noſtra, Regina, dulciſſima veſtra conjuge, & amantiſſimis natis conſervare, & cœleſtis regni æterna gaudia concedere dignetur poſſidenda. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ Adriani Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, pro vita & ſanitate Domni regis, & uxoris vel filium ejus, nec non & pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & poſtulans, ut filium ſuum ex ſacro Baptiſmatis fonte ſuſcipere mereretur. F

XLIX.

Summ. 35. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Dum nimio provocati amore aptum duximus, primitus quidem à Deo protectæ excellentiæ veſtræ, ſeu ſpiritalis filiæ noſtræ Reginæ proles, etiam Epiſcopos & Presbyteros, nec non & univerſos optimates, cunctúmque præclaræ gentis veſtræ Francorum populum, ad veſtrum à Deo confortatum regnum pertinentem, his noſtris Apoſtolicis viſitare apicibus, & certos de veſtra ſalute ac lætos effici, impenſiùs proſperitatis ambientes integritatem. Igitur dum ad G
nos reverſi fuerunt Miſſi ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Dei Eccleſiæ, à veſtigio, à Deo protecti regni veſtri, id eſt, Reverendiſſimus frater noſter Philippus Epiſcopus, & Megiſtus, dilectiſſimus filius noſter Archidiaconus, retulerunt nobis de fidei & charitatis veſtræ conſtantia, quam erga B. Petrum, Apoſtolorum principem, & noſtram humilitatem habere dignati eſtis, pro veſtræ animæ mercede. Hoc audito, magno gaudio noſter relevatus eſt animus, & cœpimus Deo laudes referre, & beato principi Apoſtolorum Petro, pro exaltatione regni veſtri, atque filiæ noſtræ, Reginæ, conjugis veſtræ, prolis etiam, & pro cunctis Francis, fidelibus B. Petri Apoſtoli, atque veſtris.

At verò illud, unde veſtræ eximietati per H
jam dictos noſtros Miſſos, ſcilicet Reverendiſſimum fratrem noſtrum Philippum Epiſcopum, & dilectiſſimum noſtrum Megi-

ſtum

A ſtum Archidiaconum dignati eſtis nobis repromittere, ut in ſanctam diem Paſchæ ad limina beati Apoſtolorum principis Petri, unà cum ſpiritali filia noſtra Regina, Domino auxiliante, properare debuiſſetis, ut filium, qui nunc vobis procreatus eſt, à ſacro Baptiſmate, in ulnis noſtris ſuſciperemus, ſicut terra ſitiens imbrem, ita & nos exſpectantes fuimus mellifluam excellentiam veſtram; & dum appropinquâſſet ipſe dies ſanctus Paſchæ, & nullum mandatum de adventu veſtro ſuſcepiſſemus, aut de Miſſis veſtris, ſecundùm placitum, quod inter nos extiterat, valde triſtes effecti ſu- B mus. Sed obnixè te petimus, præcellentiſſime & magne Rex, ut ſecundùm quod inter nos conſtitit, pro ipſo ſancto Baptiſmate noſtrum adimplere jubeas deſiderium, de eodem eximio veſtro filio, quatenus duplex Spiritus ſancti gratia in medio noſtrûm adcreſcat, & gemina feſtivitatis lætitia nobis celebretur, & hoc deprecamur veſtram excellentiam, amantiſſime fili, & præclare Rex, pro Dei amore & ipſius clavigeri regni cœlorum, qui ſolium regni patris veſtri vobis largiri dignatus eſt, ut ſecundùm promiſſionem, quam polliciti eſtis, eidem Dei Apoſtolo, pro animæ veſtræ mercede, & ſtabilitate regni veſtri, omnia noſtris temporibus adimplere jubeatis, ut Eccleſia C Dei omnipotentis, id eſt, B. Petri Apoſtoli, cui claves regni cœlorum ab omnium opifice, facinorum nexus ſolvendi, ſimúlque ligandi attributa eſt facultas, in omnibus ampliùs atque ampliùs ſancta Dei Eccleſia exaltata permaneat, & omnia ſecundùm veſtram pollicitationem adimpleantur, & tunc vobis in cœleſtibus arcibus adſcribatur merces, & bona opinio in univerſo mundo.

Et ſicut temporibus B. Sylveſtri, Romani pontificis, à ſanctæ recordationis piiſſimo Conſtantino, magno Imperatore, per ejus largitatem, ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia elevata, atque exaltata eſt; & poteſtatem in his Heſperiæ partibus largiri dignatus eſt, ita & in his D veſtris feliciſſimis temporibus atque noſtris, ſancta Dei Eccleſia, id eſt, B. Petri Apoſtoli, germinet atque exultet, & ampliùs atque ampliùs exaltata permaneat, ut omnes gentes, quæ hæc audierint, edicere valeant: *Pſal. 19.* *Domine, ſalvum fac regem, & exaudi nos in die, in qua invocaverimus te:* quia ecce novus Chriſtianiſſimus Dei Conſtantinus Imperator, his temporibus ſurrexit, per quem omnia Deus ſanctæ ſuæ Eccleſiæ B. Apoſtolorum principis Petri, largiri dignatus eſt. Sed & cuncta alia, quæ per diverſos Imperatores, Patricios, etiam & alios Deum timentes, pro eorum animæ mercede, & venia delictorum in partibus Tuſciæ, Spoleto ſeu Benevento, atque Corſica, ſimul & Sauinenſi patrimonio, B. Petro Apoſtolo, ſanctæque Dei & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ conceſſa ſunt, & per nefandam gentem E Langobardorum, per annorum ſpatia abſtracta atque ablata ſunt, veſtris temporibus reſtituantur. Unde & plures donationes in ſacro noſtro ſcrinio Lateranenſi reconditas habemus, tamen & pro ſatisfactione Chriſtianiſſimi regni veſtri, per jam fatos viros, ad demonſtrandum eas vobis, direximus, & pro hoc petimus eximiam præcellentiam veſtram, ut in integro ipſa patrimonia B. Petro & nobis reſtituere jubeatis, & dum omnia per veſtrum congruum diſpoſitum, ſancta Dei Eccleſia effectum ſuſceperit, ipſe princeps Apoſtolorum, B. Petrus, ante tribunal omnipotentis clementiam pro veſtra ſoſpitate atque longævitate, & exultatione à Deo confortati regni F veſtri deprecetur. Magnoperè enim direximus apud veſtram eximiam præcellentiam, id eſt, Reverendiſſimum & Sanctiſſimum fratrem noſtrum Philippum & Andream, Epiſcopos, ſeu Theodorum Ducem noſtrum, quibus & in ore poſuimus, ut veſtræ à Deo protectæ excellentiæ minutiùs enarrare debeant; quibus & eis in omnibus credere debeatis, & ſolita benignitate eos ſuſcipere jubeatis, pro amore fautoris veſtri, B. Petri Apoſtoli, ut, dum ad nos reverſi fuerint, cum effectu cauſæ, ante Confeſſionem ipſius Dei Apoſtoli, cum omnibus Epiſcopis, & ſacerdotibus, atque cuncto clero, ſenatu & univerſo noſtro populo, G pro veſtra ſoſpitate atque longævitate & exaltatione Regni veſtri Domino fundere valeamus preces, ut ævis temporibúſque eximietatem veſtram conſervare dignetur, ad exaltationem ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Dei Romanæ Eccleſiæ, & ſicut terrena gaudia largitus eſt, ita & cœleſtia tribuat ſempiterna. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continentur de fide & conſtantia ipſius, & Anaſtaſio Miſſo ipſius Apoſtolici, qui in Francia demoratus fuerat. H

L.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Deſiderantiſſimæ veſtræ excellentiæ ſcripta ſuſcepimus, in quibus tantum de abſenti collocutione gaviſi ſumus, quantum & ipſum, qui locutus eſt, ſemper mihi cupio eſſe præſentem, quas relegentes, & de veſtra immenſa proſpe-

Extat hujus Epiſt. ſummar. apud Bar. Tom. 9. Anno Chriſti 795. Summ. 32. & apud Cent.

 ritate

A ritate agnoſcentes, nimis ſumus gratulati, quoniam veſtra proſperitas, noſtra eſſe comprobatur lætitia; & veſtra exaltatio, noſtra exiſtit, poſt Deum, ſecuritas; ferebatur enim in ipſis regalis veſtræ potentiæ apicibus, quòd remeantes ad vos Miſſi veſtri, ſcilicet Wulcharus, ſanctiſſimus frater noſter Archiepiſcopus, & Dodo, religioſus Abbas, vobis retuliſſent, quòd ea, quæ eis à vobis injuncta fuiſſent, benignè atque amabiliter à nobis eſſent ſuſcepta. Sed cognoſcit omnipotens Deus noſter, cui arcana cordis reſerata aſſiſtunt; quia omnem B Miſſum, à veſtris regalibus obtutibus directum, cum nimio amore, & decenti honore ſuſcipere ſtudemus, & omnem veſtram voluntatem ſincera mentis integritate implere ſatagimus, atque cum proſperitate ad vos repedandum abſolvere feſtinamus, neque ullis nos poſſe hujus mundi tranſitoriis ac labentibus opibus, vel humanæ ſuaſionis blandimentis, ab amore & dilectione veſtræ mellitæ ſublimitatis, vel ab eis, quæ vobis polliciti ſumus, declinare; dum hic advixerimus, ſed firmi & ſtabiles in veſtra permanemus charitate.

Abſit namque à nobis, chariſſime & nimis nobis dulciſſime fili, ut ea, quæ inter C nos mutuò coram ſacratiſſimo corpore fautoris tui B. Apoſtolorum principis Petri, confirmavimus atque ſtabilivimus, per quemvis modum irrita facere * adtemptemus, quoniam & nos ſatisfactus veſtrum culmen deprecari viſus ſum, ſi quis de nobis nequiſſima dicta veſtris auribus proferre maluerit, cupiens per fallaciam ſe vobis commendare, nullam credulitatis illi admittatis copiam; quia, ùt prædiximus, nos firmi in veſtra permanemus dilectione, magis dum & Salvator deſignanter expreſſit dicens: *In hoc cognovimus, quòd mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis in invicem.*

* *attentemus,*

Joan. 13.

Interea continebat ſeries Excellentiæ veD ſtræ, quòd accedente proximo menſe Octobri, dum, Deo favente, in partibus Italiæ adveneritis, omnia, quæ B. Petro, regni cœlorum clavigero, & nobis polliciti eſtis, ad effectum perducere maturabitis: lætitia enim patris eſt profectio filiorum, & de eorum provectu, naturalis affectus congaudet; quapropter ſalutis tuæ agnoſcentes perfectionem, hilares redditi ſumus, & quia pro augmento & exaltatione matris ſuæ, ſanctæ Dei Eccleſiæ, in Italiam deſtinatis properare, ut perficiatur, magis magiſque optamus. Sed Deus & Dominus noſter JEſus Chriſtus faciat nobis in propinquo de veſtra præſentia gaudere, & unà vobiſcum in invicem exultare.

De Miſſis nempe noſtris, Andrea videlicet coëpiſcopo, ſeu Pardo * Egumeno, unde nobis intimandum direxiſtis, ut cum E Miſſis veſtris poſſeſſorem, fratrem noſtrum, Epiſcopum, atque Dodonem, religioſum Abbatem, à veſtris regalibus veſtigiis repedantes, dirigeremus; ita adimplere velociùs deſtinavimus. Sed Pardus Egumenus, propter imbecillitatem corporis ſui, proficiſci minimè valuit, & direximus in vicem illius Valentianum Epiſcopum.

* *Hegumeno, id eſt,*

Monachorum præfecto, ſeu Antiſtite.

Illud verò, quod de Anaſtaſio, Miſſo noſtro, nobis indicâſtis, quòd aliqua importabilia verba, quæ non expediebat, vobis locutus fuiſſet, unde valdè triſtes effecti fuiſtis, & pro hoc adhuc apud nos eum detinetis: nimis noſter frangitur animus, dum Langobardi & Ravennates fatentur, inquientes, quia nullo modo Rex in Apoſtolica permanet charitate, dum ejus Miſſum apud ſe detinet. Sed neque ab ipſis F mundi exordiis cognoſcitur eveniſſe, ut Miſſus protectoris tui B. Petri, magnus vel parvus, à quacunque gente detentus fuiſſet, ſed jubeat nobis eum veſtra ſollicitudo dirigere, & ſeveriſſimè eum ſciſcitantes, juxta noxam ei repertam eum corripiemus. Nam de Langobardo illo, qui cum eodem Anaſtaſio, Miſſo noſtro, ad vos properavit, nomine Gaidifridus, unde nobis ſignificâſtis, ut, dum in noſtro fuiſſet palatio, fraudem agebat adverſus veſtram regalitatem, inſuper & veſtro ſuaſiſſet Notario, falſas conficere litteras, per quas nos cupiebat in ſcandalum vobiſcum mittere, quod avertat divinitas, neque invenietur homo, qui nos poſſit, per quemvis modum adverſus vos in iracundiam provocare: ſed teſtis G nobis eſt Deus, qui occulta hominum cognoſcit, per nullum argumentum eum infidelem vobis cognovimus; ſed, ut breviùs dicamus, ſi ille, qui ab amatore tuo, B. Petro, ad vos deſtinatur, talia ſuſcipere meruit, quid conſiderandum eſt de nefandiſſimis & nimis ſtrophariis Paſchali & Saratino, qui talia, ùt & vos per honorandos veſtros apices inſinuâſtis, in hac Romana urbe, agere auſi ſunt, quale nunquam ab exordio mundi auditum eſt; fortaſſe & dum talia egiſſent, & veſtris obtutibus ſe conjunxiſſent, non ambigentes pro reatu, quem operati ſunt, vos deprecati ſunt, ut eos in noſtram reduceres gratiam; ſed magis coram veſtra præſentia, & noſtris Miſſis, de- H tractionibus vacabant; & miror valdè, quòd illos, qui talia & inaudita de his, coram veſtris obtutibus proferebant verba, in magnis deliciis habere dinoſceris. An neſcit veſtra præcellentia, quia ſi quæcunque perſona, de qualibet gente, adverſa, aut inania de veſtra eximia celſitudine retuliſſet verba, dignam in eum exercentes vindictam vinctum eum uſque ad veſtram direxiſſemus excellentiam; ſicut & de Paulino egimus.

Pro

Pro quo deprecamur, atque conjuramus præcellentiam veſtram, dulciſſime fili, per redemptorem Dominum noſtrum JEſum Chriſtum, ut viriliter, Deo vobis inſpirante, exurgatis, & miſeræ & flagitioſæ præſumptionis, ùt pium regem decet, regalem vindictam vobis de eis exercere jubeatis, ut in hoc cognoſcant gentes, quia ob amorem B. Petri, magnam in nobis habeatis dilectionem, ut qui nobis dolentibus condolent, ita & nobis lætantibus congaudeant, aut nobis eos dirigere digneris; ut omnipotens Deus, reſpiciens de excelſo, pro juſta vindicta à nobis eis inferenda, concedat tibi unà cum Excellentiſſima filia noſtra Regina, & amantiſſimis natis longa ſpatia vitæ per metas annorum, & ego licèt peccator, dum de eis perfectam ſuſcepero juſtitiam, magis ac magis, ùt ago, ante ipſius Janitoris Regni cœlorum ſacram Confeſſionem aſſiduò, pro veſtra incolumitate fundere valeam preces. Incolumem excellentiam gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ ad Domnum Regem Carolum directæ, in qua continentur gratiarum actiones, pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & de Miſſis Domini Regis, qui autumni tempore Romam venire debuerunt.

LI.

Summ. 33. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum, Adrianus Papa. Dum in tanta ſecuritatis lætitia, ſpiritalis mater veſtra, ſancta DEI Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, conſiſtens exultat, ob hoc opinatiſſima nominis veſtri memoria in univerſo orbe terrarum dilatata atque laudabiliter permanet divulgata, etiam ab Apoſtolica aula ob veſtrorum veniam delictorum ſedulò à nobis, & cunctis ſacerdotibus, orationum vota, & ſacrificiorum hoſtiæ divinæ offeruntur majeſtati. Itaque, præcellentiſſime fili, recordari credimus à Deo protectam Chriſtianitatem veſtram, nobis direxiſſe in reſponſis per Andream, Reverendiſſimum & Sanctiſſimum fratrem noſtrum Epiſcopum, quòd hoc autumni tempore veſtros ad noſtri præſentiam ſtuderetis dirigere Miſſos, qui nobis omnia ſecundùm veſtram promiſſionem contradere deberent: & exſpectantes fuimus uſque hactenus per totum Septembrem & Octobrem & præſentem Novembrem menſem, ipſos veſtros ſuſcipere Miſſos, & de veſtra ſoſpitate per eos agnoſcere; & dum minimè ad nos advenirent, direximus noſtras Apoſtolicas litteras uſque Papiam, ad judices illos, quos ibidem conſtituere viſi eſtis, ut nobis ſignificare deberent de adventu eorundem veſtrorum Miſſorum, qui ita nobis direxerunt in reſponſis: nequaquam ad nos veſtros nunc eſſe profecturos Miſſos. Unde magnum deſiderium noſtro imminet cordi, & interea mentis noſtræ viſcera, in veſtro ardentiùs ſerveſcunt amore; idcircò cupientes de veſtra proſperitate certos lætóſque effici, magnopere ſtuduimus præſentes noſtros Miſſos, ſcilicet antefatum Andream, ſanctiſſimum fratrem noſtrum Epiſcopum, & Pardum, Deo amabilem, dilectum filium noſtrum Egumenum, ad veſtra regalia tranſmittere veſtigia, viſitantes, & ſalutantes per eos tam præcellentiſſimam Chriſtianitatem veſtram, quámque excellentiſſimam filiam noſtram, amantiſſimam conjugem veſtram, à Deo illuſtratam Reginam, & dulciſſimos ac nobiliſſimos natos vaſtros, prædictis quidem noſtris Miſſis cuncta in ore ſubtiliùs poſuimus, eóſque diligenter informavimus, quæ de ſingulis cauſis, veſtræ à Deo protectæ excellentiæ, noſtra vice, enarrare debeant, eóſque benignè atque hilari vultu à vobis ſuſcipi petimus, eorúmque ſermonibus, quos ooſtra vice protulerint, credere, & aurem benignitatis veſtræ adcommodare, cunctáque perficere & adimplere dignemini, quæ, ſanctæ memoriæ, genitor veſter, Domnus Pippinus Rex B. Petro unà vobiſcum pollicitus, & poſtmodum tu ipſe, à Deo inſtitute magne Rex, dum ad limina Apoſtolorum profectus es, ea ipſa ſpondens confirmâſti, eidémque Dei Apoſtolo præſentialiter, manibus tuis, eandem obtuliſti promiſſionem. Nos enim magnam fiduciam habemus, in veſtri cordis firma conſtantia, & certi ſumus omnino de benigno mentis veſtræ propoſito.

Unde & copioſum à vobis ſuſcipere præſtolamur fructum, ut, ſicut cœpiſti, bonum opus perficias; tuíſque temporibus ſancta Dei Eccleſia multò ampliùs exaltata permaneat; quatenus omnipotens Dominus, intercedente beato Petro, principe Apoſtolorum, dignam vobis remunerationem tribuat, & in cœleſtibus regnis cum ſanctis & electis, poſt hujus vitæ longævitatem perenniter exaltandos vos recipiat; per te enim, bone victorioſiſſime Rex, præfata ſancta univerſalis Dei Eccleſia, de inimicorum impugnationibus erepta, magno, ùt dictum eſt, triumphat gaudio, & orthodoxa Chriſtianorum fides, veſtro præſidio in priſtino venerationis ſtatu permanet immutilata. Pro quo obnixè quæſumus, ut de veſtra proſperitate nos quantocyus certos reddere jubeatis; quia veſtra ſalus noſtra eſt ſecuritas, & veſtra lætitia noſtrum eſſe comprobatur gaudium.

A um. Unde firmi in veſtro amore & dilectionis charitate permanentes, inceſſanter divinam deprecamur clemenniam, ut ſua vos gratia multipliciter tueatur, tribuens præcellentiæ veſtræ, atque Excellentiſſimæ filiæ noſtræ, Reginæ & amantiſſimis natis veſtris, longævis ac proſperis temporibus regni gubernacula poſſidenda, veſtríſque veſtigiis cunctas barbaras nationes proſternat, dilatans multipliciter terminos regni veſtri, etiam & cœleſtis regni gaudiis vos faciat eſſe participes. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

*Centur. chartam inſertitiam vocant.

* *Embolum de protervia Leonis Archi-Epiſcopi.*

B ET hoc veſtræ à Deo protectæ excellentiæ innoteſcimus, eò quòd, poſtquam à vobis reverſus eſt Leo Archi-Epiſcopus in nimiam ſuperbiam elevatus, nullo modo noſtris præceptionibus, ſicut antea, obedire voluit, ſed brachio forti uſque hactenus in ſua poteſtate detinere videtur, Imolam atque Bononiam dicens: quòd eaſdem civitates, nullo modo B. Petro, neque nobis conceſſiſtis; niſi tantummodo eidem Leoni Archi-Fpiſcopo. Unde dirigentes ibidem noſtrum Miſſum, id eſt, Gregorium Sacellarium, qui judices earundem Civitatum ad nos deferre deberet, & Sacramenta in fide B. Petri, & noſtra, atque Excellentiæ veſtræ à cuncto C earum populo ſuſciperet; ſed nequaquam idem Archi-Epiſcopus eundem noſtrum Sacellarium illuc ire permiſit; Nam & Dominicum, quem nobis in Eccleſia B. Petri tradidiſtis atque commendâſtis, comitem conſtituimus in quandam breviſſimam civitatem, Gabellenſem, præceptum ejuſdem Civitatis illi tribuentes, ſed minimè illum permiſit ipſum actum agere, ſed dirigens exercitum, vinctum eum Ravennam deduxit, & ſub cuſtodia habuit. Nam & de aliis civitatibus Æmiliæ, id eſt, Faventia, Ducatu Ferrariæ Comiado, & Foro Livii, & Foro populi Cæſina, & Bobio, ſeu Tribunatu decimo, nullum hominem exinde ad nos, pro ſuſcipiendis præcepris actionum, advenire permiſit; nam illi omnes parati erant ad nos conjungere.

D De reliquis verò civitatibus, utrarumque Pentapoleos ab Arimino uſque Eugubium omnes, more ſolito, ad noſtri advenerunt præſenriam, & præcepta actionum de ipſis civitatibus à nobis ſuſceperunt, & in noſtro ſervitio atque obedientia fideliter cuncti permanent, niſi ſolummodo ipſe Archi-Epiſcopus in ſua ferocitatis ſuperbia exiſtit: ſed petimus te coram Deo vivo, præcellentiſſime fili, ut nullo modo hoc tibi placeat, ut ea, quæ, ſanctæ memoriæ, genitor tuus, & tu ipſe B. Petro conceſſiſtis E atque obtuliſtis, quod abſit, temporibus veſtris, auferantur, & Eccleſia B. Petri per malignos homines, qui iniqua immittunt, humilietur; ſed magis ſemper per vos exaltata permaneat.

ANNOTATIO.

PRopter iſtam rebellionem & pervicaciam meruit Leo iſte collocari ab Illyrico in Catalogo teſtium veritatis pag. 68. Scilicet quò quis eſt contumacioris & inflexibilioris cervicis, eò plus gratiæ apud Illyricum reperit, & eò omni exceptione Lutheranæ veritatis major teſtis eſt. Et tamen, ſi Leo iſte reviviſceret, Illyricum, tanquam nefarium Novatorem, execraretur, & in malam crucem abire juberet. Obſerva autem, Illyricum ex imperitia neſciviſſe, qui ſint apud Adrianum Pontificem oletani Canones; *non enim à loco ita nominantur, ſed à vetuſtate; nam* oletanum *Adriano* F *nihil eſt aliud, quàm vetuſtum & priſcum.*

Item Exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continentur uberrimæ benedictiones pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & de epiſtola Joannis Patriarchæ Gradenſis.

LII.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo, G Regi Francorum & Langobardorum atque Patricio Romanorum Adrianus Papa. Dum tanta amoris dilectio, & firma charitatis integritas, inter nos, Deo auſpice, corroborata exiſtit, magnum nobis imminet ſervoris deſiderium, de veſtra immenſa proſperitatis lætitia certos effici. Quapropter paterno ſinceritatis affectu, veſtram à Deo protectam excellentiam ter & in Domino plurimùm oſculantes, quæſumus, ut nos celeriùs de veſtra ſoſpitatis integritate, atque præcellentiſſimæ filiæ noſtræ, à Deo illuſtratæ magnæ Reginæ dulciſſimæ filiæ noſtræ, nec non & excellentiſſimorum filiorum veſtrorum, nos lætos quantocyus efficere ſtudeatis in eo, quòd expectantes uſque fuimus veſtros ſuſcipere H Miſſos, ſed nondum ad nos pervenerunt, & ob hoc maxima nos dilectionis affectio cogit ſinceram cordis noſtri puritatem veſtro regali culmini enucleanter proferre, dum nimirum veſtra ſalus, noſtra eſt lætitia, & proſperitatis veſtræ commoditas, noſtra eſt exultatio. Itaque innoteſcimus Excellentiæ tuæ ſuſcepiſſe nos epiſtolam directam nobis à Joanne Patriarcha Gradenſi; viceſima ſeptima enim die Octobris menſis ipſa ad nos pervenit epiſtola, & protinus nec potum, nec cibum ſumpſimus,

Samm. 29. Bar. & Cent.

A mus, neque nos, neque hujus ſcriptor noſtræ Apoſtolicæ relationis, ſed eadem hora eodémque momento ipſam antefati Patriarchæ Epiſtolam, eum his noſtris Apoſtolicis Syllabis vobis tranſmiſimus. Itaque valde triſtes effecti ſumus, quoniam aſiſoniatas bullas ejuſdem epiſtolæ reperimus, à Leone Archi-Epiſcopo, primitus relecta nobis directa eſt, & in hoc comprobare poteſt excellentiſſima Chriſtianitas veſtra, qualis eſt fraudulenta fides ipſius Leonis Archi-Epiſcopi; quia non pro alio præſumpſit eandem epiſtolam primitus reſerare ac relegere, niſi, ut omnia, quæ ibi adſcripta ſunt, ùt certè omnibus manifeſtum eſt, adnuntiarer, tam Arghiſo Duci Beneventano, quàm reliquis noſtris, veſtríſque ini-B micis, & dubium non eſt, cuncta jam præfatis æmulis ab eodem Archi-Epiſcopo eſſe adnuntiata, nos quidem, veritate teſtante, coram Deo, dicimus puriter & fideliter, in veſtro permanentes amore, juxta quod, inter nos præſentialiter in aula Apoſtolica confirmatum eſt, ea, quæ ad nos perveniunt de præſenti cum magna eaurela vobis ſtudemus denunciare, quia poſt Deum, & B. Petrum alibi noſtra ſpes & fiducia non eſt, niſi in veſtra à Deo protecta Excellentia, tu enim, dulciſſime magne à Deo illuſtrate Rex, noſter cum Deo defenſor & protector exiſtis, quia per te ſancta Dei Eccleſia ſpiritalis mater tua exalrata, magno exultat gaudio, confidentes cuncta à vobis C B. Petro promiſſa velociter effectui mancipanda.

Sed Deus omnipotens, in cujus manu omnia mundi regna conſiſtunt, ſua vos multipliciter foveat gratia, & beatorum Apoſtolorum principum Petri ac Pauli interceſſionibus, longo ac proſpero ſenio regni gubernacula poſſidere & pariter cum excellentiſſima filia noſtra Regina & amantiſſimis natis gaudere, & cœleſtia præmiorum cum ſanctis perenniter vos faciat adipiſci regna. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Embolum de Leone Archi-Epiſcopo.

D ETenim innoteſcimus excellentiſſimæ Chriſtianitati veſtræ, eò quòd, quando à veſtra regali veſtigio reverſus eſt Leo antefarus Archi-Epiſcopus, in magnam ſuperbiam Tyrannicam elationem pervenit, & nullo modo, ſicut antea, noſtris Apoſtolicis obtemperare inclinatus eſt mandatis, & nullum ex Ravennatibus vel Æmilia pro accipiendis præceptis, de diverſis actionibus, ad nos venire permiſit, ita eis indignatus comminatus eſt, dicens, quòd ſi quis ex eis, ad nos venire præſumpſiſſet, non potuiſſet venire. Nam Pentapolenſes omnes obedientes exiſtentes in noſtro A- E poſtolico ſervitio, ad nos proni, ſicut tempore prædeceſſoris noſtri, Domini Srephani Papæ, properaverunt, & præcepta de ſingulis eorum civitatibus, more ſolito, acceperunt. De reliquis verò civitatibus Æmiliæ, ſimúlque & Gabello, qui à oobis ibidem ordinati ſunt, ab eo exinde projecti ſunt, & alios ex eis in vinculis detinet. At verò de civitatibus Imolenſi ſeu Bononienſi, ita profanizat dicens; quòd veſtra excellentia ipſas civitates minimè B. Petro, & nobis conceſſit, ſed ſibi ipſe Archi-Epiſcopus à vobis fuiſſe conceſſas ac traditas aſſerir, ſub ſua poteſtate permanendas. Unde nullum hominem ex eiſdem civitatibus ad nos venire permiſit, ſed ipſe ibidem actores, quos voluit, ſine noſtra auctoritate ordinavit, & in ſua eas detinet poteſtate, & F oon tibi placeat excellentiſſime fili, ut taoto deſpectui hanc Apoſtolicam habear ſedem, oon reputans, de ſua promiſſione, quam B. Petro, & ejus Vicariis jurejurando adhibuir, ſed ſicut tranſgreſſor mandatorum Dei in perjurii reatus incidit; etenim nos firmiter credimus, & magnam habemus fiduciam, quòd omnia, quæ B. Petro per veſtram donationem offerenda promiſiſtis, adimplere, pro magni regni veſtri ſtabilitate, & æterna vobis conſereoda retributione, ſtudeatis.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, per Andream & Anaſtaſium, pro juſtitia ſanctæ Dei Eccleſiæ, & de Leone Archi-Epiſcopo, qui ad jam præfatum Dominum Regem properavit. G

LIII.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum Adrianus Papa. Reverrenres ad nos Miſſi noſtri, quos ad veſtram à Deo illuſtratam præcellentiam nuper viſi ſumus direxiſſe, ſcilicet Andreas Reverendiſſimus frater noſter Epiſcopus, & Anaſtaſius Cubicularius H detuleruot oobis honorandos atque melliſluos benigniſſimæ Chriſtianitatis veſtræ apices, quorum ſeries, dum noſtris recitaretur auribus, liquidò cuncta in eis adnexa didicimus, ſed & ipſi præfati veſtri Miſſi indeminutè nobis omoia, quæ illis à vobis injuncta ſunt, detulerunt pleniſſimè, adferentes de veſtra benevola puritate, & magna cordis conſtantia, quam erga B. Petrum, principem Apoſtolorum, & noſtram mediocritatem ſecundùm veſtram promiſſionem habere videmini, pro quo nimio repleti gaudio, ilico, extenſis palmis, ad æthe-

Somm. 90. Bar. & Cent.

ra,

A ra, omnium creatori Domino Deo noſtro immenſas tulimus grates, impenſiùs pro veſtra proſperitate ejus divinam exorantes elementiam, ut confirmet idem Dominus Deus noſter, hoc ipſum in veſtro florigero pectore, quatenus velociorem atque copioſum fructum ſanctæ ſpiritalis mater veſtra, Romana noſtra Eccleſia, caput omnium Eccleſiarum Dei, de veſtra conſequatur promiſſione.

B Sed bone dulciſſime atque præcellentiſſime fili, Domine mi, à Deo inſtitute magne Rex, deprecor & obnixè peto, tanquam præſentialiter, eoram tuis adſiſtens obtutibus, cum magna fiducia, ut velociter ea, quæ beato Petro pro magna animæ tuæ mercede, & à Deo protecti regni veſtri ſtabilitate, beato Apoſtolorum principi Petro, cœlorum regni clavigero, per tuam donationem offerenda ſpopondiſti, adimplere jubeas, quatenus idem princeps Apoſtolorum multò ampliùs tibi protector & auxiliator apud divinæ majeſtatis potentiam exiſtat; pleniſſimè enim ſatisfactus es, præcellentiſſime Regum, qualis fortiſſimus ac validus ipſe Janitor Regni cœlorum, beatus Petrus, tuæ extitit excellentiæ adjutor, & quomodo ejus ſacris interventionibus omnipotens Dominus Deus noſter, victoriam C tibi tribuit, regnúmque Langobardorum tuæ tradere juſſit poteſtatis ditioni, & in antea magnam habeto fiduciam, quia ejus ſuffragiis circumvallatus, tuis regalibus veſtigiis cæteras barbaras nationes omnipotens Dominus ſubſternet: quia nos omnino ſatisfacti ſumus, & magnam habemus fiduciam, in veſtri cordis conſtantia, celeriter vos omnia perficere, quæ eidem Apoſtolo Apoſtolorúmque principi ſpopondiſtis: optimè enim cognoſcimus, qualis firmitas & integritatis ſtabilitas inter nos, DEO auſpice, in Apoſtolica aula corroborata eſt, & ſcimus, cui credidimus, & certi ſumus.

D De eo verò, quòd innotuiſtis, ad vos properâſſe Leonem Archi-Epiſcopum, nos quippe, ùt reſtatur veritas, libentiſſimè acceptamus eos, qui ad veſtra regalia accelerant veſtigia; quoniam una dilectio, una charitas, eadémque puritatis affectio inter nos conſiſtit, & ſi præfatus Archi-Epiſcopus nobis direxiſſet, ad veſtri ſe præſentiam velle proficiſci, gratuito animo noſtrum Miſſum cum eo direxiſſemus. Itaque præſens veſter Miſſus aliam nobis obtulit præcellentiæ veſtræ epiſtolam, cujus conſertam paginam diſcentes, valde noſter lætatus eſt animus in veſtræ mentis benigno propoſito, Redemptorem noſtrum multipliciter deprecantes, ut longo ac proſpero ſenio, cum magna de hoſtibus victoria, cœleſtis Regni gubernacula, pariter cum excellen- E tiſſima, & à Deo protecta filia noſtra benigniſſima & verè Chriſtianiſſima Regina, fideliſſimáque amatrice beati Petri, dulciſſima verò veſtra conjuge, atque amantiſſimis natis vos perfrui annuat, tribuens vobis & cœleſtis regni cum ſanctis perenniter poſſidenda gaudia. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directa, in qua continetur de protervia Leonis Archi-Epiſcopi Ravennatium civitatis.

LIV.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, *Summ. 31. Bar. & Cent.* F Adrianus Papa. Pervenit ad nos, eò quòd protervus, & nimis arrogans Leo Archi-Epiſcopus Ravennatium civitatis, ſuos ad veſtram excellentiſſimam benignitatem, ad contrarietatem noſtram, falſa ſuggerendo direxit Miſſos; etenim præcellentiſſime Magne Rex, poſtquam veſtra Excellentia à civitate Papia in partes Franciæ remeavit, ex tunc tyrannico atque procaciſſimo intuitu rebellis B. Petro & nobis exititir, & in ſua poteſtate diverſas civitates Æmyliæ detinere videtur, ſcilicet Faventiam, Forum populi, Forum Livii, Cæſinas, Bobium, Comiadum, Ducatum Ferrariæ, ſeu Imolas G atque Bononias, aſſerens, quòd à veſtra excellentia ipſæ civitates, unà cum univerſa Pentapoli illi fuiſſent conceſſæ, & continuò direxit Theophylactum Miſſum ſuum per univerſam Pentapolim hoc ipſum denuntians, cupiens eoſdem Pentapolenſes à noſtro ſervitio ſeparare; ſed ipſi nullo modo ſe illi humiliare inclinari ſunt; nec à ſervitio B. Petri, & noſtro recedere maluerunt, magis autem firmi in noſtris Apoſtolicis mandatis; quemadmodum extiterunt ſub noſtro prædeceſſore, Domno Stephano Papa, cui ſanctæ recordationis genitor tuus, ſimúlque & præclara excellentia tua ipſum Exarchatum, ſub jure B. Petri permanendum tradidit, in omnibus firmiter permanere noſcuntur.

H Nam prænominatas civitates, ùt dictum eſt, Æmyliæ, ipſe nefarius Archiepiſcopus in ſua poteſtate detinens, ibidem actores, quos voluit, conſtituit, & noſtros, quos ibidem ordinavimus, projicere viſus eſt. Sed & cunctas actiones infrà civitatem Ravennarium ipſe ordinavit, & ecce, quod nunquam ſperavimus, in magnam humilitatem ſancta ſpiritalis mater tua, Romana Eccleſia veniſſe dinoſcitur, & nos etiam in nimiam

A nimiam deminorationem atque deſpecti eſſe videmur, dum ea, quæ poteſtativè temporibus Langobardorum detinentes ordinare ac diſponere videbamur, nunc, temporibus veſtris, à noſtra poteſtate impii atque perverſi, qui veſtri noſtríque exiſtunt æmuli auferre conantur, & ecce improperatur oobis à plurimis ooſtris inimicis, exprobrantes nos & dicentes; quid vobis profuit, quòd Langobardorum gens eſt abolita, & Regno Francorum ſubjugata? & ecce jam nihil de his, quæ promiſſa ſunt, adimpletum eſt, inſuper & ea, quæ antea B. Petro conceſſa ſunt à ſanctæ recordaoionis domno Pippino rege; nunc ablata eſſe ooſcuntur; etenim illud, quod anteſatus nefandiſſimus Archiepiſcopus aſſerit proponens occaſiooem, in ea poteſtate ſi-
B bi Exarchatum Ravennatium, quam Sergius Archiepiſcopus habuit, tribui, nos, excellentiſſime fili, quemadmodum tempore domni Stephani Papæ, qui illuc in Franciam profectus eſt, cui & ipſe Exarchatus traditus eſt, ita & noſtris temporibus eum ſub noſtra poteſtate diſponere atque ordinare volumus, & omnes in boc cognoſcere poſſunt, qualem poteſtatem ejus beatitudo, in eandem Ravennatium urbem, & cunctum Exarchatum habuit, qui etiam Archiepiſcopum Sergium exinde abſtulit, dum contra ejus voluntatem agere, ſpiritu ſuperbiæ, nitebatur.

C Etenim ipſe noſter prædeceſſor cunctas actiones ejuſdem Exarchatus, ad peragendum diſtribuebat, & omnes actores ab hac Romana urbe, præcepta earundem actionum accipiebant. Nam & judices ad faciendas juſtitias omnibus vim patientibus, in eadem Ravennatium urbe reſidentes, ab hac Romana urbe direxit, Philippum videlicet illo in tempore presbyterum, ſimúlque & Euſtachium quondam Ducem, & ut pleniùs de boc ſatisfacere Chriſtianiſſima excellentia veſtra poteſt, dignetur advocare prædictum Philippum Epiſcopum, eóque de hujuſmodi re inquiſito, certiſſimè veritatem agnoſcere poteſtis; quia omnia ita ſunt, quemadmodum innotuimus, & non
D tibi placeat, bone & excellentiſſime fili, ut in tantum deſpectum atque bumilitatis deminorationem ſancta Dei Eccleſia Romana, ſpiritalis mater tua, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum Dei, veniat, ſed magis peto te coram Deo omnipotente, ut ita diſponere jubeas, eundémque Archiepiſcopum ſub noſtra poteſtate contradere digneris, ut à nobis cunctus Exarchatus diſponatur, ſicut ſæpefatus Domnus Stephanus, beatiſſimus Papa, temporibus ſanctæ memoriæ, genitoris veſtri Domni Pippini diſponere viſus eſt, quatenus veſtris feliciſſimis temporibus, ipſa ſancta univerſalis Dei E
Eccleſia, exaltata permaneat, & ex hoc in præſenti vita, ſuffragiis Apoſtolorum B. Petri & Pauli, regni gubernacula longo ſenio cum immenſis victoriis poſſidere etiam & in futura beaotudine cœleſtia regna adipiſci mereamini. Ecce enim magnopere direximus ad veſtra regalia veſtigia præſentem Anaſtaſium, fideliſſimum noſtrum Cubicularium, cui & in ore poſuimus, quæ, noſtra vice, veſtræ excellentiæ enarrare debeat, quem in omnibus vobis commendantes cuncta illi credere, & ad nos cum proſpero ountio & effectu cauſæ abſolvere jubeatis. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

*Item exemplar Epiſtolæ ad Domnum Carolum Regem directæ per * Gausfridum Abbatem, in qua continetur de victoria ipſius prædicti Regis, & de Epiſcopis Piſano, & Lucano, ut ad proprias ſedes atque Eccleſias pro ſua pietate remeare concederet.* F

* B. & Cent. Ausfridum. In marg. Bar. Austridum.

LV.

Domno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Reverſus à veſtris à Deo dilectis regalibus veſtigiis præſens Gauſfridus habitator civitatis Piſanæ; noſtríſque præſentatus obtutibus, retulit nobis de immenſis victoriis, quas vobis omnipotens & redemptor noſter Dominus Deus, per interceſſiones B. Petri, principis Apoſtolorum, concedere dignatus eſt, ſed & de veſtra proſperitate nos certos in omnibus reddidit. G Quo audito, vehementi exultationis lætitia noſter in Domino ovans relevatus eſt animus, & protinus, extenſis palmis ad æthera, Regi Regum, & Domino dominantium opimas laudes retulimus, enixiùs deprecantes ineffabilem ejus divinam clementiam, ut & corporis ſoſpitatem, & animæ ſalutem vobis tribuat, & multipliciter de hoſtibus victorias tribuat, omnéſque barbaras nationes veſtris ſubſternat veſtigiis.

Summ. 26. Bar. & Cent.

H Et certè, crede nobis magne Chriſtianiſſime Rex, bone præcellentiſſime fili, maximam habeto fiduciam; quia dum tu fideli ſtudio in amore ipſius principis Apoſtolorum, ſecundùm tuam promiſſionem, permanſeris, & cuncta eidem Dei Apoſtolo adimplere ſtudueris, & ſalus tibi & immenſa victoria ab omnipotenti Deo tribuetur indeſinenter, & quidem nos Deum proferimus teſtem, cui omnium cordium occulta reſerata exiſtunt, ab illo tempore,

A die, quo ab hac Romana urbe in illas partes profecti eſtis, cotidie momentaneis etiam atque ſingulis horis, omnes noſtri ſacerdotes, ſeu etiam religioſi Dei famuli, monachi, per univerſa noſtra Monaſteria, ſimúlque & reliquus populus tam per titulos, quàm per Diaconos trecentos, Kyrie eleyſon, extenſis vocibus pro vobis Deo noſtro adclamandum non ceſſant, flexíſque genibus eundem miſericordiſſimum Dominum Deum noſtrum exorantes, ut & veniam delictorum vobis, & maximam proſperitatis lætitiam etiam, & copioſas victorias vobis multipliciter è cœlo concedat.

B Ipſe retulit nobis ſiquidem Gausfridus, dum à vobis abſolutus reverſus eſt, voluit eum interficere * Allo Dux: Unde dum vellet ipſe Gausfredus ad veſtra denuò reverti veſtigia, poſuit exploratores atque inſidiatores in itinere; qui eum interficerent. Quo cognito, apud nos refugium fecit, & dum ſe petiſſet ad veſtra abſolvi veſtigia, dum jam aderat, tum habuimus Anaſtaſium noſtrum Miſſum ad veſtram excellentiam dirigendum, eum ad veſtram præſentiam cum ipſo noſtro Miſſo abſolvimus, quem petimus, ut pro amore B. Petri & noſtra poſtulatione benignè ſuſcipere, & protectionis atque favoris veſtri opem illi impertiri dignemini, deprecantes & hoc, ut * maſſas illas, quas ei conceſſiſtis, per veC ſtram auctoritatis largitatem poſſideat. Sed & hoc nimis quæſumus atque poſtulamus benignitatem tuam, ut Epiſcopos illos, id eſt, civitatis Piſanæ ſeu Lucanæ Regii, ad proprias ſedes atque Eccleſias, & plebes eis commiſſas abſolvere jubeatis reverti, quia ita, bone Rex, excellentiſſime fili, animæ tuæ expedit, ut ipſi Epiſcopi propriis ſedibus reſtituantur, omnéſque Dei Eccleſiæ ſuis præſulibus ornatæ conſiſtant, & cunctus DEI populus in magna lætitia veſtris feliciſſimis temporibus degere valeat, vobíſque hoc reſpiciat ad æternam mercedem;

D Nos itaque firmi in veſtra charitate permanentes ideò ea, quæ pertinere cognoſcimus ad ſalutem animæ tuæ fiducialiter vos ſatagimus deprecari, ut Deus noſter omnipotens veſtris ſemper placatus exiſtat piis operibus, & copioſam vobis ex hoc in præſenti & futura vita tribuat remunerationem. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* Allonis fit etiam mentio infrà Epiſt. 65.

* f. manſos illos.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de fide vel Conſtantia ipſius Apoſtolici ergà prædictum regem. E

LVI.

Domno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Recordari vos credimus, excellentiſſime & à Deo protecte fili, & magne Rex, quomodo diſpoſuiſtis veſtros prudentiſſimos ac fideliſſimos Miſſos, ut cum noſtris pariter Miſſis pergerent ad ſuſcipiendum in integro patrimonium noſtrum Ravennenſe, quod pro veſtræ animæ mercede, & venia delictorum B. Petro, protectori veſtro, concedi juſſiſtis. F Dum verò noſtri veſtríque illuc pergerent Miſſi, inventi ſunt ibidem fideliſſimi atque ſeniores teſtes, annorum plùs minùs centum, qui teſtificantes ſuper altare, intus Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, in loco quidem Forobono, coram ſanctis Evangeliis, in præſentia fideliſſimorum ac nobiliſſimorum veſtrorum Miſſorum, ſcilicet Itherii nobiliſſimorum & * Magunarii tantummodo veſtri Miſſi, abſque præſentia noſtrorum Miſſorum, adfirmantes dixerunt: quòd & ipſi veſtri vobis ſuppliciter, ſicut teſtes illi jurati patefecerunt, referre poſſunt, quomodo antiquitus ipſe B. Petrus, ſanctáque noſtra Romana Eccleſia G idem detinuit patrimonium, & minimè ipſum ſuſcepimus in integro patrimonium, vel noſtris Miſſis contraditum eſt, ſicut iſti teſtes adfirmantes, coram ſanctis Chriſti Evangeliis teſtificantes dixerunt.

Sed petimus te, excellentiſſime fili, & magne Rex, atque ſpiritalis compater, ut veſtram adprehendere debeant dexteram, & jurantes dicant ipſi veſtri nobiliſſimi, quid de eodem patrimonio Sauinenſi B. Petri præviderunt atque cognoverunt; teſtem enim invoco Deum, quia nullorum fines irrationabiliter appeto, ſed, ſicut ex antiquitus fuit, ipſum jam factum patrimonium, & id in integro B. Petro Apoſtolo conceſſiſtis, ita ſuſcipere optamus, * quaH tenus petimus veſtram præcelſam regalem potentiam, ut pro amore ejuſdem Dei Apoſtoli, atque noſtro, ipſos jam fatos fideliſſimos Miſſos veſtros, aut unum ex illis, cum alia perſona, quæ vobis placuerit, dirigere jubeatis, ut ipſum patrimonium Savinenſe, ſicut cœpiſtis, in integro, juſtitia annuente, nobis contradatur. Quapropter uſque in finem perſeverare debeat veſtra regalis potentia, ſicut idem patrimonium

Sanon. 25. Bar. & Cent.

* Moregarii. Cent. Machinarii.

* Videtur redundare, aut aliquid deeſt, cum quo cohæreat.

A nium in integro eidem Dei Apoſtolo, pro veſtræ animæ mercede, conceſſiſtis atque tradidiſtis, ut hic, & in futuro, à Domino Deo noſtro, & ab ipſo clavigero regni cœlorum, retributionem boni operis ſuſcipere mereamini, unà cum excellentiſſima filia noſtra, domna regina, noſtráque ſpiritali commatre, & veſtra nobiliſſima prole, atque memoriale veſtrum in Eccleſia ejuſdem Dei Apoſtoli opinatiſſimè in æternum permaneat. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

B *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Dominum Carolum Regem directæ, in qua continetur de Mauricio Epiſcopo, quòd Hiſtrienſes ei oculos eruiſſent.*

LVII.

Domno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa: Credimus, quòd jam ad veſtræ à Deo protectæ excellentiæ aures pervenit

C de Epiſcopo Mauricio Hiſtrienſi; qualiter, dum eum fidelem B. Petri & noſtrum cognoviſſent, nefandiſſimi Græci, qui in prædicto ibidem territorio reſidebant Hiſtrienſi, & dum per veſtram excellentiam diſpoſitus fuit prænominatus Mauricius Epiſcopus, ut penſiones B. Petri, quæ in ſuperiùs nominato territorio jacebant, exigeret, & eas nobis dirigere deberet, zelo ducti tam prædicti Græci, quámque ipſi Hiſtrienſes, ejus oculos eruerint, proponentes ei, ut quaſi ipſum territorium HISTRIENSE veſtræ ſublimi Excellentiæ tradere debuiſſet.

D Propterea petimus à DEO protectam excellentiam veſtram, amantiſſime fili, & magne Rex, ut jubeas dirigere Marcario Duci præcipiendum, ut jam fatum Mauricium Epiſcopum, qui in viſione veſtræ excellentiæ præſentatus eſt, ut eum in ſuo Epiſcopio reverti faciatis pro veſtræ animæ mercede, eò quòd ipſe jam dictus Epiſcopus ad nos properavit, & nos eum iterum direximus ad Marcarium ducem Forojulienſem, ut qualiter à vobis fuerit diſpoſitus, ita peragere debeat; Et hoc petimus Excellentiam veſtram, ut per veſtrum congruum diſpoſitum ipſa adprehendatur, prout E ſalus populi, qui ibidem commoratur, proveniat. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

*Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Dominum Carolum Regem directæ pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & de Poſſeſſore & * Rabigaudo, ipſum Apoſtolicum deſpicientes Spoleto ad Hildebrandum ducem perrexerant, & inde Benevento pervenerant.* * Rabigaudo.

LVIII.

Domno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Omnino confidimus & certi ſumus, quòd tua à Domino protecta excellentia in his, quæ pariter loquentes inter nos convenerunt, firmiter atque immutabiliter permanere ſtudeat; & charitatis vinculum in medio noſtrûm corroboratum, toto mentis adniſu, atque ſincero affectu, obſervare procuret; dum nos, Deo F propitio, in ea ipſa habita in invicem dilectionis concordia cum magna ſinceritate mentis ſatagimus perſeverare; quia, Deo teſte, dicimus, à quo cum veſtra melliflua Chriſtianitate in alterno amicitiæ amore colligati ſumus, maximam in tua à Deo inſpirata benignitate habere videmur fiduciam, quòd omnes cauſas ſanctæ Dei Eccleſiæ, & provinciæ noſtræ, ſalubri mancipentur effectui. *Sæcul. 24. Bar. & Cent.*

At verò, excellentiſſime & à Deo ſervate G fili, bone & optime Rex, tuæ per hujus noſtræ Apoſtolicæ relationis ſeriem deducimus notioni, quòd dum ad nos perveniſſet de fideliſſimorum veſtrorum Miſſorum adventu, ſcilicet Poſſeſſoris, ſanctiſſimi fratris noſtri Epiſcopi, ſeu & Rabigaudi, religioſi Abbatis, in magno gaudio noſter relevatus eſt animus, quoniam deſiderabiliſſimum eſt, adſiduè Miſſos excellentiæ veſtræ ſolitè eum magno gaudio & decenti honore ſuſcipere, & per eos de veſtræ ſublimitatis ſoſpitate certos eſſe. Unde nos illico ſecundùm qualiter Miſſos veſtræ regalis potentiæ decet, omnem præparationem ſeu & caballos obviam eis direximus. Illi H nempe, dum Peruſium conjunxiſſent, relaxan-

A laxantes recto itinere ad nos conjungendum, ſecundùm qualiter à veſtro à DEO protecto culmine directi fuerunt, & ut veſtros honorandos apices relegentes invenimus nos deſpicientes, ad Hildebrandum in * Spoletium perrexerunt, dirigentes nobis per noſtros Miſſos; quòd tantummodò cum Hildebrando loquimur, & deinde ut directi ſumus, unà vobiſcum apud Domnum Apoſtolicum conjungemus. Poſtmodum enim, dum cum prædicto Hildebrando locuti fuiſſent, & apud eum diutiùs morarentur, noſtras Apoſtolicas eis adjurantes direximus Syllabas; per Deum omni-
B potentem, & vitam excellentiſſimi filii noſtri Domini Caroli Magni Regis, ùt directi eſtis, ad nos conjungere fatagite, ut unanimiter pertractemus, quod ad exaltationem ſanctæ DEI Eccleſiæ pertinuerit, & ad laudem regni veſtri præcellentiſſimi filii, agere ſtudeamus, & tunc per diſpoſitum, ùt ejus præcellentiæ decet Miſſos, apud Beneventum vos proficiſci diſponemus.

* Spoletum.

C Sed illi, neſcimus quid pertractantes, ſtatim à Spoleto in Beneventum perrexerunt, nos in magna derelinquentes ignominia, & Spoletinos ampliaverunt in protervia. Unde valde hanc noſtram perturbaverunt provinciam, & pro hac re in magna triſtitia noſter jacet animus; quia quantum per illos exſpectabamus ſuſcipere ſperata nuncia de exaltatione ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, ſicut & in veſtris reperimus honorandis apicibus, & noſtri nobis tulerunt Miſſi, qualiter à veſtra regalitate injunctum habuerunt, in tanta afflictione & deminoratione conati ſunt.

D Sed recordari te credimus, dulciſſime atque amantiſſime fili; qualiter nos beniginiſſimo veſtro ore affari eſtis, dum ad limina beatorum principum Apoſtolorum Petri & Pauli properati eſtis; quia non aurum, neque gemmas, aut argentum, vel literas, & homines conquirentes, tantum faſtidium cum univerſo à DEO protecto veſtro Francorum exercitu ſuſtinuiſſetis, niſi pro juſtitiis B. Petri exigendis, & exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ perficienda, & noſtram ſecuritatem ampliare certantes, ſed tanquam præſentialiter coram veſtris melliſluis regalibus obtutibus aſſiſtentes, obſecrantes petimus veſtram à Deo fundatam E regalem potentiam, ut de tanta & tali tribulatione, in qua nos ipſi veſtri dereliquerunt Miſſi, velociter per fideliſſimos & beniginiſſimos veſtros Miſſos, nos conſolari & lætificari jubeatis, quia & ipſum Spoletinum Ducatum vos præſentialiter obtuliſtis, protectori veſtro B. Petro, principi Apoſtolorum per noſtram mediocritatem, pro animæ veſtræ mercede, & ita obnixè quæſumus, præcellentiſſime fili, ut noſtram deprecationem de prædicta afflictione & prænominato Spoletino Ducatu celeriùs effectui mancipetis, quatenus dignam à miſericordiſſimo Deo noſtro, intercedente B. Petro, Apoſtolorum principe, pro cujus amore & reverentia aurem noſtris petitionibus accommodare inſpiratus fueris, ſuſcipias mercedem; quia, Deo teſte dicimus, nil niſi F veſtram cupimus exaltationem & lætitiam, dum, annuente Deo, magna inter nos atque inſolubilis charitatis concordia corroborata eſt, permanentes in his, quæ mutuò inter nos aſſerentes confirmavimus. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

*Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur, quòd Hiltibrandus & * Aragis, atque Rodgans, nec non & * Regimbaldus Duces conſilium inierant, qualiter ſe in unum conglobarent cum Græcis & Adalgiſo, terra marique ad dimicandum contra Romam & Italiam, & ſub nimiis adjurationibus poſtulans adjutorium contra eos.* G

* *Bar. & Cent. Arogis.*
* *Raginaldus, Reginaldus.*

LIX.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum & Langobardorum atque Patricio Romanorum Adrianus Papa. Reminiſci conſideramus à Deo H protectam excellentiam veſtram, quod ſæpius vobis innotuimus de Hiltibrando Spoletino Duce, ſeu Arigiſo Beneventano Duce, atque Rodgauſo Forojuliano de ſæviſſimo conſilio, quod erga nos atque vos gerere non differunt. Nunc verò dum fideliſſimi veſtri Miſſi, revera ſanctiſſimus frater noſter

Summ. 22. Bar. & Cent.

* *Rabigaudus.* noſter Poſſeſſor Epiſcopus, atque * Rabigaudus, religioſus Abbas à Benevento repedantes, per prædictum Hildibrandum ad A nos properant; nimis nos obſecrantes, propter nominati Hilcibrandi noxam, ut ei veniam tribueremus, adſerentes, ut apud eum noſtrum indiculum & obſides pro ſua dubitatione, * & Hildibrandus noſtris ſe præſentaret obtutibus; nos quippe ſecundùm fideliſſimorum Miſſorum veſtrorum dictum, illuc uſque Spoletum, direximus Stephanum noſtrum fideliſſimum dudum Sacellarium, qui cùm eum affatus fuiſſet; & tunc noſtros ibidem deſtinâſſemus obſides, ipſe nempe noſter Miſſus, cùm apud eum conjunxiſſet, in magna eum invenit protervia, eò quòd Miſſos Arigiſi, Beneventani Ducis, ſeu & Rodcauſi Forojuliani, nec non & Regnibaldi Cluſinæ civitatis Ducem, in Spoletio cum præfato reperit Hiltibrando, adhibentes adverſus nos pernicioſum conſilium, qualiter, Deo eis con- B trario, proximo Martio menſe adveniente, utroſque ſe in unum conglobarent, cum caterva Græcorum & Athalgiſo, Deſiderii filio, & terra maríque ad dimicandum ſuper nos irruant, cupientes banc noſtram Romanam invadere civitatem, & cunctas Dei Eccleſias denudare; atque ciborium fautoris veſtri, B. Petri, auferre, vel noſinetipſos, quod avertat Divinitas, captivos deducere, nec non Langobardorum Regem integrare, & veſtræ regali potentiæ reſiſtere.

* *mitteremus, vel aliquid ſimile deeſſe videtur.*

C Ob hoc, præcellentiſſime Rex, & dulciſſime fili, peto te, & tanquam præſentialiter adſiſtens cum divinis myſteriis, conjuro coram Deo vivo & vero, & ejus principe Apoſtolorum B. Petro, ut ſub nimia feſtinatione, & maxima celeritate nobis ſubvenias, ne pereamus; quoniam, poſt Deum, in tuis manibus noſtras omnium Romanorum commiſimus animas, ne nos derelinquas aut differas * ſolatiandum, ut dicant gentes, quæ in cuncto orbe terrarum ſunt, ubi eſt fiducia Romanorum, quam poſt D Deum, in Regem & regnum Francorum habebant, & tu de omnibus, à Deo protecte dilectiſſime fili, ante tribunal Dei eris redditurus rationem, quoniam, ùt præfati ſumus, tuæ dulciſſimæ ſublimitati, per Dei præceptionem, & B. Petri, ſanctam Dei Eccleſiam, & noſtrum Romanorum Reipublicæ populum commiſimus protegendum, E & ita ad limina protectoris tui B. Petri Apoſtolorum principis properare ſatagito, ut cunctos adverſarios ſanctæ Dei Eccleſiæ atque noſtros ſeu veſtros, regalis veſtri culminis ſubſternantur veſtigiis, & ea, quæ eidem Dei Apoſtolo, veſtris propriis pro animæ veſtræ mercede obtuliſtis manibus, ad effectum perducatis, ut fructum bonum offerens in futuri examinis die merearis dicere; Domine meus, princeps Apoſtolorum, B. Petre, curſum conſummavi, fidem tibi ſervans, Eccleſiam Dei à ſuperna clementia tibi commendatam, de manibus perſequentium defendens liberavi, & adſiſtens immaculatus coram te, offero tibi F pueros, quos mihi commiſiſti de manibus inimicorum eruendos, ſoſpites atque incolumes exiſtentes, tunc & qui in præſenti vita regni gubernacula tenes, etiam & in futuro ſæculo cum Chriſto regnans cœleſtia præmiorum gaudia adipiſci merearis, audiens nimirum paternam deſiderabilem vocem illam inquientis. *Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis præparatum eſt ab origine mundi.* Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* *ſolatium, ne.*

Matth. 25.

*Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Regem directæ, in qua continetur de tranſitu Conſtantini Imperatoris, & de Ragmaldo Duce Cuſinæ, præfatus Papa poſtulans, ut ipſum * actum Domnus Rex ei habere non permitteret, eò quòd multa mala in Caſtello Felicitatis indeſinenter agere non deſiſtebat.* G

* *Ducatum.*

LX.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum Adrianus Papa; Excellentiſſimæ & à Deo protectæ Chriſtianitati veſtræ his noſtris Apoſtolicis innoteſcimus apicibus, perveniſſe ad H nos, nunnis præcurrentibus, quòd Conſtantinus Imperator, divina evocatione, de hac ſubtractus eſſet luce, ſed quia certum non didiceramus, bac de re veſtræ à Deo protectæ excellentiæ indicare diſtulimus. Nunc verò ſuggeſſit nobis ſanctiſſimus ac reverendiſſimus frater noſter Stephanus, Nea-

Summ. 21. Bar. & Cent.

A Neapolitanæ urbis Epiſcopus, per has Syl-
labas ea ipſa nobis intimare, quas & ſepti-
ma die præſentis Februarii Menſis ſuſcipien-
tes, eáſque peragrantes confeſtim veſtro
regali culmini ſignificare maturavimus, &
pro magna ſublimitatis veſtræ ſatisfactione
eoſdem affatus, infra hæc noſtra ſcripta vo-
bis directa, poſuimus.

Interea & hoc veſtræ præcellentiæ, dul-
ciſſime & amantiſſime fili, dirigimus de
perfido illo & ſeminatore zizaniorum atque
inſtigatore humani generis æmulo Raginal-
do, dudum in Caſtello Felicitatis Caſtaldio,
qui nunc in Cluſina civitate dux eſſe videtur,
B eò quòd plurima mala per ſuas iniquas ſum-
miſſiones, ſpiritali matri veſtræ, ſanctæ DEI
Eccleſiæ, & nobis ingerere non deſinit, dum
omnino ea, quæ beato Petro, principi A-
poſtolorum, à veſtra Excellentia, pro ani-
mæ veſtræ mercede, oblata ſunt, per ſuum
iniquum argumentum, abſtollere anhelat,
& in ſuo proprio ſervitio ea habere deſide-
rat; unde & per ſemetipſum cum exerci-
tu in eandem civitatem noſtram Caſtelli Fe-
licitatis properans, eoſdem Caſtellanos ab-
ſtulit, & nequaquam credimus, benigniſ-
ſime fili, & Chriſtianiſſime Rex, quòd pro
C prædicti Raginaldi Ducis exaltatione, mu-
tationem feciſſet veſtra à DEO corroborata
regalitas, unà cum excellentiſſima filia no-
ſtra, Regina, atque dulciſſimis natis ve-
ſtris, vel cuncto à DEO inſtituto Franco-
rum exercitu, niſi pro ſuſtentatione ama-
tricis veſtræ, ſanctæ DEI Eccleſiæ, ut in
veſtro benigno certamine perenniter per-
manens eniteret.

D Idcirco poſcimus, & nimis ſupplicando
inſiſtimus, veſtram à Deo illuſtratam po-
tentiam, ut ob amorem beati Petri Apo-
ſtoli, nullo modo prænominatum Raginal-
dum, ibidem, in Tuſciæ partibus, eſſe
permittatis. Sed neque illum ei agere * (* concedatis.)
cedatis, & non vobis hoc durum pareat,
pro dilectione, qua in invicem compagi-
nati ſumus, fiducialiter hoc petere deduci-
mus, & obtinere ſperamus, eò quòd &
ſub Deſiderii temporibus, jurgia & ſcanda-
la frequenter ſeminare non omittebat. Sed,
excellentiſſime fili, ut nos, poſt Deum, in
tuo fortiſſimo brachio unà cum univerſo
noſtro populo ſperamus, & die noctúque
pro veſtra ſoſpitate, atque victoriis divinam E
exoramus clementiam, ita cum omnibus
cauſis ſanctæ Dei Eccleſiæ diſponere acce-
leretis, ut ſancta Dei Eccleſia & noſmetipſi
tuis feliciſſimis temporibus permaneamus,
ut ſicut temporalia largitus eſt, ita & cœ-
leſtia tribuat poſſidenda. Incolumem ex-
cellentiam veſtram gratia ſuperna cuſto-
diat.

Item Exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad F
*Domnum Carolum Regem directæ, in qua
continetur de camerado vel trabibus
ſeu lignamine, quod neceſſe erat ad ip-
ſam Eccleſiam ſancti Petri faciendum,
& de corpore ſancto, quod
* Fulgatus petiit.* (* Fulradus)

LXI.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo,
Regi Francorum & Langobardorum (Saeum. 28. Bar. & Cent.)
atque Patricio Romanorum, Adria-
nus Papa. Directus à veſtigio regalis ex-
cellentiæ veſtræ * Ado, Deo amabilis Dia- (* Oddo.)
conus, noſter veſtérque fidelis, multa no-
bis conſueta, quæ erga nos, & B. Petrum
Apoſtolorum principem, geritis, retulit.
Quatenus omnipotenti Deo & ejusdem A-
poſtolo gratias egimus, indeſinenter oran-
tes pro veſtra ſoſpitate atque ampla victo-
ria. Porrò dilectiſſime atque excellentiſſi- G
me fili, ſicut direxiſtis nobis noſtram peti-
tionem adimpleri pro trabibus ad reſtaura-
tionem ſanctæ Eccleſiæ, poſcimus veſtram
à Deo promotam excellentiam, ut Kalendis
Auguſti, hic, ad limina B. Petri, fautoris
veſtri, ſi fieri poteſt, paratæ inveniantur,
ut exinde ſempiterna memoria veſtra, &
hic & in futuro permaneat. De *Camarado* H
autem, quod eſt Ypochartoſa ad renovan-
dum in baſilica beati Petri Apoſtoli, nu-
tritoris veſtri, priùs nobis unum dirigite
Magiſtrum, qui conſiderare debeat ipſum
lignamen, quod ibidem neceſſe fuerit, ut
ſicut antiquitus fuit, ita valeat renovari, &
tunc, per veſtræ regalis præcellentiæ juſſio-
nem, dirigatur ipſe Magiſter in partibus
Spoleti, & * demandationem ibidem de (* f. de mandatione.)
ipſo faciat lignamine, quod in prædicto
Ypochartoſin, hoc eſt, *camarado*, neceſſe fue-
rit; quia in noſtris finibus tale lignamen
minimè reperitur, & pro hoc ſanctiſſimus
frater

A frater noſter Wulcharius Archiepiſcopus, nunc minimè fatigetur venire, dum ipſum lignamen per ſemetipſum ſiccetur; quia dum viride eſt, non audemus exinde opera, qualiacunque facere.

* Odo. Præfatus autem * Addo Deo amabilis Diaconus, olim dum cum fratre noſtro Fulrado, Deo amabili, religioſo Abbate & Presbytero, huc veniſſet, petiit nos, ut ei corpus ſanctum tribueremus, ſed nos, ſicut jam dudum vobis direximus, per revelationem territi, nullo modo audemus ex ipſis ſanctorum corporibus amplius quid exagitare, ſed ſi veſtra voluntas fuerit in corpore B. Candidi Martyris, quod apud Wulcharium, fratrem noſtrum Archi-Epiſcopum, rejacet, ſi mutatum non eſt;
B ſed ipſum eſt, quod, ſanctæ recordationis, prædeceſſor noſter, Domnus Paulus Papa conceſſerat dudum Aciulfo Presbytero, unà vobiſcum ipſum illi concedimus ſanctum corpus, quia per concilium & fide dignas perſonas, teſtimonium reddentes, ejus locum atque Eccleſiam reperimus, unde à jam fato Domno Paulo Papa ipſum ſanctum corpus apud jam dictum Aciulfum Presbyterum, conceſſum eſt.

C De partibus autem Neapolitanis, ſicut cum nefandiſſimis Græcis ſeu Beneventanis
* conſiliant * conciliant, qualiter vobis inſinuantes per noſtras Apoſtolicas Syllabas direximus, omnia minutiùs in ore poſuimus fideliſſimi veſtri Miſſi, ſcilicet Addoni Diacono, quod vobis enucleatius ſimúlque per ordinem enarrare debeat, ut ſicut ſemper, &
D nunc per veſtram à DEO confirmatam regalem potentiam, ſancta Eccleſia exaltata triumphet in ampliato honore, unà cum ſpiritali filia noſtra, Regina, ſeu præcellentiſſima veſtra prole, à terreno regno fulgentes in perpetuum, cum ſanctis omnibus regnare mereamini. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ pro exaltatione ſanctæ Eccleſiæ & de orationibus ipſius Apoſtolici. E

LXII.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Melliſluæ, & à DEO protectæ tuæ excellentiæ, benigniſſime fili, honorabiles ſuſcepimus Syllabas, quibus & cum nimio amore liquidò informati ſumus, ſed omnipotens, clemens & miſericors Deus, in cujus manu cor excellentiæ tuæ, bone & Deo imitabilis fili, regitur, corroboret cor & mentem tuam, & brachium ſuæ potentiæ tibi extendat. Nos quidem die no- F
ctúque nunquam deſiſtimus, cum ſacerdotibus, cunctóque Chriſtiano populo, in Confeſſione beati Petri, principis Apoſtolorum, ſuppliciter exorare, ut unà cum excellentiſſima filia noſtra Regina, & præcellentiſſima veſtra nobiliſſima prole, victorem te ſuper omnes barbaras nationes faciat, quatenus omnes ſub tuo brachio humiliati veſtigia pedum tuorum, prorſus oſculentur, & Eccleſia Dei, à veſtra à Deo inſtituta regali potentia * nimirum exalte- * ſpinium.
tur, nunquam enim, credimus, quod ſemel pollicitus es, ſuper venerabile corpus beati Petri, Clavigeri regni cœlorum, ut quælibet falſa poteſtas ſeu principatus, poterit tuam firmiſſimam excellentiam ſegre- G
gare, à charitate & amore, quem à cunabulis tuis B. Petro, principi Apoſtolorum, habuiſti, ſed in ea fide, & dilectione, ſimúlque & promiſſione te confidimus permanere, in qua & nos firmi & ſtabiles, quod facie ad faciem polliciti ſumus, Domino præſidiante, & B. Petro principe Apoſtolorum mediante, uſque in finem manemus. Unde omnipotens pius & miſericors DEUS, longo ac proſpero ſenio, H
unà cum præcellentiſſima filia noſtra, Regina, & nobiliſſima ſobole regni gubernacula faciat perfrui, & vitam æternam vobis tribuat poſſidendam. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Sanm. 19. Bar. ibid.

Item

A *Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ ad Domnum Regem Carolum directæ, in qua prædictus Papa poſtulans, ut Domnus Rex revertens à Saxonia ad Limina ſancti Petri properaret, quemadmodum ei pollicitus fuerat.*

LXIII.

B Domno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa; Dum tanta ſecuritatis lætitia ſpiritalis mater veſtra, ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia dilatata laudabiliter permanet, etiam in Apoſtolica aula, ob veſtrorum delictorum veniam, ſedulò à nobis, & cunctis Dei ſacerdotibus, orationum vota & ſacrificiorum hoſtiæ divinæ * proferuntur majeſtati.

Summ. 18. Bar. & Coit.

* offeruntur.

C Itaque præcellentiſſime fili, conjungentes ad nos fideliſſimi veſtri Miſſi, ſcilicet Poſſeſſor, ſanctiſſimus frater noſter Epiſcopus, & Rabigaudus religioſus Abbas, detulerunt nobis deſideratiſſimas veſtræ ſublimitatis Syllabas, quas & cum nimio amoris dulcedine acceptantes, ſuſcepimus, relegentéſque, & de veſtra immenſa proſperitate agnoſcentes, magnas omnipotenti Deo noſtro tulimus D laudes, qui nobis tam benigniſſimum ac Chriſtianiſſimum Regem ſuæ Eccleſiæ detulit defenſorem. Continebatur quippe in ipſis veſtris regalibus apicibus, quòd, Domino protegente, remeantes vos à Saxonia, mox & de præſenti, Italiam vel ad limina protectoris veſtri, B. Apoſtolorum principis Petri, ad implenda, quæ ei polliciti eſtis, properare deſideratis: de quo audito nimis noſter lætatus eſt animus, unà cum univerſo noſtro populo, eò quòd nimis deſiderabiles ſumus prominentiſſimum veſtrum conſpicere vultum.

E Quoniam ſatisfaciat tibi veritas, dulciſſime & amantiſſime fili, atque à Deo inſtitute magne Rex, in eadem ſponſione, qua in invicem, ante ſacram ejuſdem Dei Apoſtoli Confeſſionem adnexi ſumus, firmi atque incommutabiles, diebus vitæ noſtræ, cum univerſo noſtro populo permanere ſatagimus. F Unde & charitas veſtri regalis culminis nos provocat ſedulò de veſtra ſoſpitate addiſcere; & cognoſcat veſtra conſpicua excellentia, quia ſi mora de veſtro adventu provenerit, magna nobis imminet voluntas, ibidem in veſtrum adventum, ubicunque vos valuerimus conjungere, obviam proficiſci.

G Interea notioni veſtræ excellentiæ deducimus de prædictis fideliſſimis Miſſis, quia ſicut ad nos pervenerant, & veſtræ regali potentiæ per noſtros apices intimandum direximus, dum nobis præſentati fuiſſent ipſi Miſſi veſtri, fideles in ſervitio fautoris veſtri B. Petri Apoſtolorum principis, & noſtro atque veſtro reperimus, pro quo petimus, ut benignè eos ſuſcipere jubeatis.

H His prælibatis, divinam exoramus clementiam, ut ſua vos gratia multipliciter tueatur, tribuens vobis atque excellentiſſimæ filiæ noſtræ, Reginæ, & amantiſſimis veſtris natis longæva ac proſpera tempora, regni gubernacula poſſidenda, veſtriſque veſtigiis cunctas barbaras nationes proſternat, dilatans multipliciter terminos regni veſtri, etiam, & cœleſtis regni gaudiis vos faciat eſſe per infinita ſæcula participes. Incolumem excellentiam veſtram, Domne fili, ſuperna gratia cuſtodiat.

Item

A *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur, quòd Neapolitani cum Græcis Civitatem Terracinenſem invaſiſſent.*

LXIV.

Summ. 17. Bar & Cent. Principium corruptum eſt.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum Adrianus Papa; Nullum plus credimus victorioſiſſimæ regalis excellentiæ veſtræ uti præſidium, quàm quod erga B. Petrum, Apoſtolorum Principem, & pro ejus ſanctæ Eccleſiæ exaltatione, ſicut cœpiſtis, usque in finem decertari, quatenus ſalutantes triumphatoriſſimæ erga vos benevolentiæ veſtræ per hos noſtros affatus enucleatiùs vobis de partibus iſtis inſinuamus, qualiter nefandiſ- [B] ſimi Neapolitani, & Deo odibiles Græci præbente malignum conſilium Arighis, Duce Beneventano, ſubitò venientes, Terracinenſem Civitatem, quam ſervitio beati Petri Apoſtolorum Principis, & veſtro atque noſtro antea ſubjugavimus, nunc autem in valido conſilio, iterum ipſi jam fati nefandiſſimi Neapolitani, cum perverſis Græcis invaſi ſunt. Nos quidem ſine veſtro conſilio, nullatenus ibidem dirigere voluimus. Sed poſcimus veſtram à Deo promotam regalem excellentiam, ut, ſicut ſolita eſt, pro amore B. Petri, clavigeri regni cœlorum, diſponere debeat, & celeriter nobis Wulfri- [C] num dirigere, ut hic apud nos Kalendis Auguſti paratus eſſe feſtinet, atque talem eidem mandationem facere jubeatis, ut cum omnibus Tuſcanis ſeu Spoletanis, atque eum ipſis nefandiſſimis Beneventanis in ſervitio veſtro paritérque noſtro ad recolligendam ipſam Civitatem Terracinenſem adveniant, ſimúlque Domino annuente ad expugnandum Cajetam ſeu Neapolim, noſtrum recolligentes patrimonium, quod ibidem in Territorio Neapolitano ponitur, occurrant; ut eos in omnibus ſubjugantes, ſub veſtra atque noſtra ſint ditione.

[D] Placitum quidem cum * ipſi fallaees Neapolitani per Miſſum eorum nomine Petrum in feſtum ſanctum Paſchæ habuimus, patrimonium nos B. Petri Apoſtoli, quod ibidem in Neapoli ponitur, exquirentes, & in veſtro ſervitio eos ſubjugare deſiderantes, ut quindecim obſides ex nobiliſſimis eorum filiis nobis dantes, ipſam civitatem Terracinenſem illi colligerent, ſub ea videlicet ratione, ut iſſent ad patricium eorum in Sicilia, & ſi noſtrum patrimonium reddere voluiſſent, ipſam civitatem & obſides reciperent. Sed nos ſine veſtro conſilio neque obſides, neque ipſam civitatem reddere habuimus, eò quòd pro veſtro ſervitio ipſos obſides apprehendere cupiebamus; quia eorum malignum conſilium

* ipſis fallacibus Neapolitanis.

aliud non eſt, niſi unà cum infideliſſimo [E] *Arighi Duce Beneventano tractantes, & quotidie Miſſos nefandiſſimi patricii Siciliæ ipſo * Arighi ſuſcipiente, impedimentum jam fatus * Arighis ſolus fecit, ut minimè nos obſides à jam dictis Neapolitanis reciperemus; quia quotidie ad iſtam perditionem filium nefandiſſimi Deſiderii dudum nec dicendi Regis Langobardorum expectat, ut unà cum ipſo pro vobis nos expugnent. Sed hoc petimus veſtram à Deo promotam excellentiam, ut nulla qualisvis perſona vobis pro hoc impedere valeat, pro amore B. Petri & noſtro; quia nullo modo poteſt eos ſinere, ut vobiſcum pariter ab illis derideamur; quia noſtra virtus atque gloria unà cum B. Petro Apoſtolorum Principe vos eſtis. Nos quidem pro nihilo deputamus [F] ipſam civitatem Terracinenſem, ſed ut non per illum, vitium incurrat, ut infideles Beneventani, ſicut deſiderant, locum invenientes, à veſtra ſubtrahantur fide: idcirco iſta vobis inſinuantes dirigimus, ut per veſtrum adminiculum, ſicut fati ſumus, Eccleſiâ protectoris veſtri B. Petri Apoſtoli exaltatâ, laus veſtra atque victoria in univerſo mundo ſonetur, & in perpetuum unà cum excellentiſſima filia noſtra Regina, atque præcellentiſſimis veſtris ſuboles cum Sanctis omnibus regnare mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* Arichi. * Arichi. * Arichis.

[G]

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de venundatione Mancipiorum genti Paganæ Saracenorum facta; & prædictus Papa excuſans, Romanos nunquam tale ſcelus perpetrâſſe, ſed à Langobardis & Græcis eos traditos eſſe dicit.

LXV.

[H] Summ. 16. Bar & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum Adrianus Papa. Inſignis præconii veſtræ à Deo fundatæ regalis potentiæ Syllabas ſuſcepimus, & Deo omnipotenti gratias egimus, qui nos certos reddidit de ſoſpitate à Deo protecti regni veſtri, ſimul & de ſpiritali filia noſtra, Regina, dulciſſima veſtra conjuge, & prole, *& pro cunctis Epiſcopis, diverſis ſacerdotibus, ſenatu, & univerſo à Deo conſervato populo Francorum; cognitor enim & ſcrutator cordium, & renum, Deus noſter; quia & ſincerè, ſine qualibet occaſione, in veſtra melliflua regalis potentiæ permanemus charitate, & deprecamur Dei omnipotentis clementiam eum noſtris Epiſcopis, ſacerdotibus, clero, atque ſenatu & univerſo noſtro populo, ut vobis indeſinenter vi-

* Videtur aliquid deeſſe pertinens ad preces fuſas pro Carolo, & univerſi Regni ſtatibus.

 ctorias

A ctorias tribuat, & veſtrum dilatet Regnum ad exaltationem ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Dei Romanæ Eccleſiæ, & ſalutem populi nobis à Deo commiſſi; quia veſtra exaltatio, noſtra eſt lætitia; & ſemper deſideramus & cupimus, quæ bona ſunt atque proſpera, de veſtro à Deo protecto regno, & omnium Francorum, ſalutaria addiſcere, quia nos poſt Deum, in alio fiduciam non habemus, niſi in veſtro fortiſſimo brachio, & ſicut Prædeceſſor noſter, Domnus Stephanus Papa, bonam habuit fiduciam in Genitore veſtro, ſanctæ recordationis, Domno Pippino Rege, ita & nos multò ampliùs in veſtro fortiſſimo regno confidimus, &

B certi permanemus.

Reperimus etiam in ipſis veſtris mellifluis apicibus de venalitate mancipiorum, quaſi per noſtros Romanos venundati fuiſſent genti nefandæ Saracenorum; ſed nunquam, quod abſit, in tale declinavimus ſcelus, aut per noſtram voluntatem factum fuit, ſed in litoraria Langobardorum ſemper navigaverunt, nec dicendi Græci, & exinde emebant ipſam familiam, & amicitiam cum ipſis Langobardis fecerunt, & per eoſdem Langobardos ipſa ſuſcipiebant mancipia. In quibus & direximus exinde Alloni duci, ut præpararet plura navigia, & comprehenderet jam dictos Græcos, & naves eorum incendio concremaret, ſed noluit noſtris ob-

C temperare mandatis; quia nos nec navigia habemus, nec nautas, qui eos comprehendere potuiſſent, tamen in quantum valuimus, Domino proferimus teſte, quia magnum exinde habuimus certamen, cupientes hoc ipſum ſcelus vetare, qui & naves Græcorum gentis in portu Civitatis noſtræ Centumcellenſium comburi fecimus, & ipſos Græcos in carcere per multa tempora detinuimus, ſed à Langobardis, ùt præfati ſumus, multa familia venundata fuit, dum famis inopia eos conſtringebat, qui alij ex eiſdem Langobardis, propria virtute, in navigia Græcorum aſcendebant, dum nullam habebant ſpem vivendi.

D De ſacerdotibus autem noſtris, quod vobis falsò, & contra Deum, & animam eorum, ſuggerere auſi ſunt, mentita eſt iniquitas ſibi, & nulla eſt, Domino annuente, in noſtris ſacerdotibus pollutio; nec talia credere debet veſtra ſublimitas. Dum verò, Domino cooperante, per interceſſiones ſanctæ ſemper Virginis Mariæ, Dominæ noſtræ, & B. Petri Apoſtolorum Principis in vinculo charitatis atque dilectionis nos adnectere dignatus eſt; nunc verò quærunt æmuli noſtri, qui ſemper zizania ſeminaverunt, aliquam, illis Deo contrario, inter partes malitiam ſeminare. Sed Domino auxiliante, per interceſſiones B. Petri Apoſtoli, prævalere minimè habebunt, quia nos cum Domini virtute talem in veſtro regali cul-

mine habemus fiduciam; dicit enim Pſalmiſta: *Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa, & linguam * maliloquam*, qui talia nobis inaudita mala ſuggerunt, & crimina in noſtris ſacerdotibus ponunt, Deus autem noſter ſuæ protectionis dextera vos conſervare dignetur ad exaltationem ſanctæ Dei Romanæ Eccleſiæ. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. E

Pſal. 11.

** magniloquam.*

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de trabibus majoribus ad Eccleſias reſtaurandas: quas Domnus Rex ei dare præceperat, & ipſos actores negligentes nihil exinde, ſicut eis à dicto rege injunctum fuerat, feciſſe dicit, & de ſtanno ad ipſam Eccleſiam ſancti Petri recooperiendam. F

LXVI.

Domno excellentiſſimo filio, noſtróque ſpiritali Compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum. Adrianus Papa. Sæpè veſtræ à Deo protectæ regali potentiæ poſcentes direximus, ut pro mercede animæ veſtræ trabes majores ad Eccleſias Dei reſtaurandas per veſtrum Regale præſidium emittere juberetis, & nullum ab illis, quibus præceptum eſt, ſuſcepimus effectum, quatenus & ipſæ Eccleſiæ, in quibus nobis trabes majores neceſſariæ ſunt, ex parte ruerunt, & alias ruere conſpicimus, & ipſas trabes præſtolantes, quid agemus, neſcimus, & pro hoc in magna triſtitia degentes exiſtimus. G Quapropter obnixè veſtram triumphatoriſſimam excellentiam poſcentes quæſumus, ut nulla deinceps eveniat mora, ſed per veſtrum à Deo protectum regale diſpoſitum nobis ipſas trabes majores celeriùs emittere præcipiatis: ut nullo modo quemlibet neglectum ponere audeant, quia confidentes proſus exiſtimus, quantæ Dei Eccleſiæ ex ipſis trabibus reſtauratæ fuerint, in veſtrum ſempiternum memoriale ſeu Domnæ Reginæ, veſtræque nobiliſſimæ ſubolis reſtaurantur; quapropter poſcimus, ut veſtrum, proprium idoneum Miſſum dirigere jubeatis, qui ipſos actores, qui pro jam dictis trabibus neglectum H ponere auſi ſunt, diſtringere debeat, ut ipſe nobis eas tradere per veſtrum diſpoſitum ſtudeat, ut exinde, magnam, ùt ſaci ſumus, recipere valeatis mercedem.

Bar. ibid. Summ. 15.

Porro & hoc veſtræ regali potentiæ innoteſcimus, quia Arichis Beneventanus dux juſtitias de hominibus ſuis quærens, exercitum duxit ſuper Amalfitanos Ducatus Neapolitani, & undique eos circumvallans incendit omnes poſſeſſiones eorum atque habitacula foris poſita, quo audito, Neapolitani

A litani direxerunt in adjutorium ipſorum plures homines vincentes eos, interfecerunt plurimam multitudinem ducatus Beneventani. Unde cùm cæteros plures, tum optimates captivos apud ſe habent, quod in his verò partibus actum eſt, vobis enucleatiùs enunciare feſtinavimus.

Simili modo & hoc recordari credimus veſtram à Deo promotam præcellentiam, qualiter pro amore B. Petri, clavigeri regni cœlorum, & ejuſdem Eccleſiæ reſtaurationis, pro ipſius aulæ tecto, veſtra excellentia nobis eſt pollicita dirigere ſtanni libras mille. Simili modo & Itherius, veſter fideliſſimus per veſtrum eximium diſpoſi- B tum, ſimiliter alias mille libras dirigere promiſit, pro quo poſcentes petimus veſtram regalem præcellentiam, ut ipſum ſtannum nobis per veſtrum bonum diſpoſitum dirigere jubeatis; quia ipſa Eccleſia fautoris veſtri B. Petri, tempore verno ab aquis nimis invaluit, & unde ejus aulæ tectum reſtauremus, minimè habemus. Sed obnixè petimus, ut per comites veſtros, qui in Italia ſunt actores, ipſum jam dictum ſtannum dirigere jubeatis, per unumquemque comitem libras centum, ut dignam pro hoc ab ipſo Dei Apoſtolo retributionem ſuſcipere mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

C *Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directa, in qua continetur de* molivo atque marmore Palatii Ravennatæ civitatis prædictus Papa Domni regis ditioni, vel quicquid exinde facere voluiſſet, libenti animo ſe tribuere dicit.*

* muſivo.

LXVII.

Summ. 12. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum atque Patricio Romanorum Adrianus Papa. Præfulgidos atque nectareos regalis potentiæ veſtræ per D Aruinum ducem ſuſcepimus apices, in quibus referebatur, quòd Palatii Ravennatis civitatis muſiva atque marmora, cæteráque exempla tam in ſtrato, quámque in parietibus ſita, vobis tribueremus, nos quippe libenti animo & puro corde, cum nimio amore veſtræ excellentiæ, tribuimus effectum, & tam marmora, quámque muſivum, cæteráque exempla de eodem palatio vobis concedimus auferenda; quia per veſtra laborioſa regalia certamina, multis bonis fautoris veſtri B. Petri, clavigeri regni cœlorum, Eccleſia cotidiè fruitur, quatenus merces veſtra copioſa adſcribatur in cœlis.

Suſcepimus etiam per eundem Aruinum, equum utilem unum à vobis directum, alius autem, qui cum ipſo directus eſt, defectus in ipſo itinere, mortuus eſt. Unde ob veſtram memoriam maximas referimus E grates. Sed ſecundùm noſtrum amorem, quem ex intimo corde erga veſtrum habemus præfulgidum regnum, tales nobis famoſiſſimos emittite equos, qui ad noſtram ſeſſionem facere debeant, in oſſibus atque plenitudine carnis decoratos, qui dum in omnibus aſpectibus laudabiles exiſtunt, veſtrum præfulgidum triumpbis laudare valeant nomen, & pro hujuſmodi re, ſicut ſoliti eſtis, dignam ab ipſo Dei Apoſtolo ſuſcipere valeatis retributionem, ut unà cum Domina Regina veſtráque nobiliſſima prole, in hoc mundo regnantes, in ætheriis arcibus vitam æternam adipiſci mereamini. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. F

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de territorio Sauinenſe, qualiter Itherius & Maginarius Miſſi Domni Regis ipſum territorium in integro partibus ſancti Petri reddere voluerunt, ſed propter iniquos homines minimè potuerunt.

LXVIII.

Summ. 12. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum atque Patricio Romanorum Adrianus Papa. Ad referendum præcellentiſſimæ regalis potentiæ ve- G ſtræ beneficiis gratias, mens humana, ùt reor, fari non poteſt, de tantis laborioſis certaminibus, quæ erga fautorem veſtrum B. Petrum, Apoſtolorum principem, & nos geritis, * cotidiè bonitas ſuffragia, quatenus ab ipſo Dei Apoſtolo dignam retributionem, & hìc & in futuro veſtra protectiſſima excellentia proculdubio credat habere.

* Hæc depravata ſunt.

Euntes autem apud Sauinenſe territorium noſtri veſtríque fideliſſimi Miſſi, videlicet filius noſter, Itherius, venerabilis Abbas ſeu Maginarius religioſus Capellanus, ſicut per veſtrum bonum diſpoſitum, voluerunt nobis contradere in integro jam fatum Saui- H nenſe territorium; & minimè potuerunt, mittentes varias occaſiones perverſi & iniqui homines, tamen & ipſi jam fati fideliſſimi Miſſi, omnia vobis ſubtiliter vice noſtra referre poſſunt. Quapropter veſtræ à Deo protectæ regali potentiæ Reverendiſſimum Miſſum noſtrum Stephanum, dudum Sacellarium, direximus ſuggerendum, ut pro mercede animæ veſtræ, ſicut cœpiſtis, ita in integro jam * fato territorio Sauinenſe B. Petro, regni cœlorum clavigero, contradere jubeatis, ut ipſe Dei Apoſtolus, pro veſtra à Deo promota regali præcellentia præcipuè ſuffragans, cum ſanctis omnibus regnare mereamini; quatenus pro ejuſdem

* fatum territorium.

A Dei Apoſtoli amore, & mercedis animæ veſtræ, unum è duobus jam fatis Miſſis, cum præfato Stephano Miſſo noſtro, nobis dirigere jubeatis, ut, ſicut exantiquitus fuit, & in veritate jam fati veſtri fideles Miſſi ſatisfacti ſunt, in integro nobis contradere præcipiatis, & ſigna inter partes conſtituentes, ut ſine qualibet contentione aut controverſia maneamus, ut opinatiſſima veſtra memoria pro hoc in cœleſtibus regnis maneat ampliſta. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & de territorio Sauinenſi, quemad- B *modum prædictus Rex ſancto Petro pollicitus fuerat, quod in integro contradere juberet.*

LXIX.

Summ. 14. Bar. & Cent. DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali compatri Carolo Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum Adrianus Papa. Beatus David Rex & Propheta, Spiritu ſancto repletus, pro futuri regni veſtri erga beati Petri Apoſtolorum principis, ſanctam Eccleſiam benevolentia; dignáque ſolatia ac ſplendidiſ- *Pſal. 67.* ſima rutilantia orans, canit & dicit. *Manda Domine virtutem tuam, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis à templo ſancto tuo, quod eſt in Jeruſalem; tibi offerunt reges munera.* Ex quibus muneribus ditata ſpiritalis mater veſtra ſancta Catholica & Apoſtolica Roma- C na Eccleſia, per veſtra à Deo protecta laborioſa certamina, relevata exultat, à templo ſancto B. Petri, fautoris veſtri. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis*, crebrò orantibus in vobis triumphum, & mandat cotidie virtutem ſuam per B. Petrum, Apoſtolorum principem, vobis ſubjiciens omnes barbaras nationes, dilatans atque ampliùs exaltans in toto orbe terrarum veſtrum ſplendidiſſimum regnum; & quoniam non valet linguæ noſtræ ſerculum, ùt dignum eſt, de veſtro præcelſo mihíque dulciſſimo amore explicare, Apoſtolica voce proclamamus *Hebr. 1.* dicentes: *Multifariè, multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, noviſſimè die-* D *bus iſtis*, per unigeniti ſui magnificæ operationis virtutem oſtendit magnalia in orbe terrarum, donans vobis, per B. Petrum, ** quibus.* clavigerum regni cœlorum, victorias, * quas dextera Dei cooperante & protegente, multis documentis de veſtris allatis muneribus, Eccleſia B. Petri enituit, tam de civitatibus, quàm de diverſis territoriis ſub integritate ** oblatis.* eidem Dei Apoſtolo à vobis * offertis, & ideo poſcentes veſtram à Deo promotam regalem clementiam petimus, ut ſicut à ve- E ſtra prærectiſſima excellentia B. Petro, nutritori veſtro, pro luminariorum concinnationibus atque alimoniis pauperum Sauinenſe territorium ſub integritate conceſſum eſt, ita id tradere integrum eidem Dei Apoſtolo, præſidiante veſtro præcellentiſſimo anniſu, dignemini. Quicquid enim regni cœlorum Janitori, B. Petro Apoſtolo, adſertis, in ſempiterna memoria pro vobis, ſimúlque & præcellentiſſima filia noſtra, & ſpiritali commatre Domna Regina, & pro veſtris nobiliſſimis atque excellentiſſimis natis, nec non & pro omni Chriſto dilecta genealogia veſtra, ſacrificium puriſſimum atque bolocauſtum divinæ ſuavitatis odore fragrante in ara veſtri pectoris, ejus inviſi- F bili majeſtati mactatis, & pro tam magna vobis conceſſa à Deo ſuper omnes Reges, per B. Petrum, gratia, nullus ſit de adverſariis, qui veſtro mellifluo cordi ſuadere valeat, ab amore B. Petri Apoſtoli, protectoris veſtri, ſeu à noſtra dilectione, quam uſque optantes permanemus, ut non deficiat laus veſtra per totum orbem terrarum de ore hominum, victorias vobis à Deo conceſſas prædicantium ac disfamantium.

Magnoperè enim direximus veſtræ regali potentiæ fideliſſimos Miſſos noſtros, videlicet dilectiſſimum filium noſtrum Agathonem Diaconum, ſeu Theodorum eminentiſſimum conſulem, & ducem, noſtrúmque nepotem, qui vice noſtra vobis enucleatiùs G ſicut ejus in ore poſuimus poſcentes ſuggerant; quos petimus, pro amore B. Petri, Apoſtoli, benignè cum nimio amore eos ſuſcipere, & illis pro cauſis Beati Petri, principis Apoſtolorum, veſtræ à Deo protectæ regali potentiæ ſuggerentibus dignemini obaudire preces, ut, dum à vobis remeaverint, & nobis veſtram renuntiaverint proſperitatem, referentes, ſimul de cauſis ejusdem Dei Apoſtoli effectum, & noſter pro hoc relevatus fuerit animus; dignè *Pſal. 19.* valeamus cum Propheta pſallentes orare: *Domine ſalvum fac regem, & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.* Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam ſuam, quam cœpit, perficiat, atque vitam veſtram, unà cum præcellentiſſima filia noſtra, & ſpiritali com- H matre, Domna Regina, veſtráque nobiliſſima prole, & hic per multorum annorum circula extendat: ſimul gubernacula annuat in ampliori culmine victoriis perfrui, & poſt longa tempora, ſenióque * profecto, ** provecto.* in cœleſtis vos patriæ congregationem recipiat, ut ibidem ſine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

ADMONITIO.

PEriochæ hujus epiſtolæ in manuſcripto Codice nulla eſt. Ex Baronio igitur accipe iſtud Summarium. Carolus per Georgium Epiſcopum

A copum Papæ de ſuis certaminibus & laboribus pro B. Petro ſuſceptis indicaverat; Quare Adrianus ipſi gratias maximas agit, commendans ipſi Georgium Epiſcopum.

LXX.

Summ. 41. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio, noſtróque ſpiritali Compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum. Adrianus Papa. Omnipotens Deus repertor omnium, in cujus manu ſunt omnia jura regnorum, reperiens, ſecundùm cor ſuum, veſtram excellentiſſimam regalem potentiam, ipſe eam ad magnam conſolationem atque exaltationem ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ conceſſit Eccleſiæ, quem B vice Apoſtolica poſcimus, præmia vobis vitæ donari æternæ. Quapropter ſuſcipientes Georgium Reverentiſſimum & Sanctiſſimum Epiſcopum noſtrum à veſtra triumphatiſſima præcellentia, tanta bona de veſtro laborioſo certamine atque beneficia, quæ erga beatum Petrum, clavigerum regni cælorum, & nos geritis, denunciavit; quæ ſi enucleatiùs exarare voluiſſemus, nullus ori noſtro ſufficeret ſermo, ùt opinor. Sed ipſe princeps Apoſtolorum, fautor veſter, B. Petrus, pro cujus amore hæc omnia geritis, ipſe veſtrum protegat, atque in omnibus dirigat in triumphis regnum.

C Verùm fidelem ipſum reverendiſſimum & ſanctiſſimum præfatum Epiſcopum, veſtrum noſtrúmque reperientes nimis eum vobis commendari poſcimus, ut ſecundùm ſuam certam fidem atque dilectionem, quam erga vos & nos gerit, ita conſolatus, prorſúsque totus, nobis poſcentibus, à veſtra præfulgida regali potentia mereatur per ſe * clamare, ut dum per noſtram ſuggeſtionem, veſtram ampliatam ſuper ſe præcipuam habuerit undique benevolentiam, quietùs pro vobis valeat fundere preces, nósque in Confeſſione B. Petri, Apoſtolorum principis, ſolitas orationes enixiùs pro vobis fundentes, ſuper omnes barbaras nationes victores inveniamini, atque unà cum præcellentiſſima filia noſtra, & ſpiritali commatre, domna Regina, veſtrâque nobiliſſima ſubole regni gubernacula in ævum fruentes in ætheriis arcibus cum ſanctis omnibus regnare mereamini. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* f. amari

D ADMONITIO.

NEque huic Epiſtolæ præfigitur Periocha in Cod. M. S. Apud Baronium & Centuriatores ita concipitur. Ipſum mendacii arguit & objurgat, quòd Ravennam ad electionem novi Pontificis legatos ſuos direxerit. *Sed quiſquis hic Summarium fecit, parùm attentè Epiſtolam legit. Nullum enim in ea verbulum, ex quo* E *evinci queat, Carolum, tantum Imp. mendacii accuſatum eſſe. Abſit hæc accuſatio à tanto Pontifice; qui neque Carolum objurgat, ſed ſimplici narratione exponit, quid vetus mos in Electione Archi-Epiſcopi Ravennatis ferat; modeſtiſſimè ſimul rogans, ut Carolus malevolorum ſermunculis aures ſuas occludat.*

LXXI.

Summ. 39. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio, noſtróque ſpiritali compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Directus à veſtra inſigni regali præcellentia, videlicet Ermenbertus religioſus presbyter, inter reſponſionis ſuæ verba, obtulit nobis commemoratorium, ùt aſſerebat, veſtræ Excellentiæ exaratum, ſcilicet de electione Epiſcoporum Ravennatis Eccleſiæ; quia quando Sergius Archi-Epiſcopus obiit in electione Leonis Archi-Epiſcopi fuerunt F Miſſi veſtri Hucbaldus vel pares ſui. In hoc enim omnino valde veſtram excellentiam meminiſſe credimus; quia quando prædictus Sergius Archi-Epiſcopus obiit, per ſuam arrogantiam Michaëlius præſumptor invadere auſus fuit Eccleſiam Ravennatem, & per auxilium Deſiderii ſæviſſimi Regis, ipſam enormiter invadens Eccleſiam, diu detinebat, & à ſuo proprio rectore deſtituta atque viduata manebat; tunc ad prædeceſſorem noſtrum, ſanctæ recordationis, Domnum Stephanum Papam, prædictus Hucbaldus à veſtra directus regali excellentia pro cæteris cauſis, ab eodem præfato Domno Stephano Papa, per veſtrum à Deo roboratum regale adminiculum, Ravennam miſſus eſt, ut eundem præfatum Michaëlium invaſorem ex ipſa Ravennate Eccleſia expelleret, & huc Romam, tanquam tranſgreſ- G ſorem ſacrorum canonum, deferret; nam nos nullo modo meminimus, neque à prædeceſſoribus noſtris, ſanctis Pontificibus, neque à ſanctæ recordationis, præcellentiſſimo genitore veſtro, Domno Pippino, magno Rege, neque à veſtra in triumphis regali victoria Miſſum ad electionem Ravennæ directum eſſe, tam in electione Johannis Archi-Epiſcopi, quàm in electione Gratioſi Archi-Epiſcopi ejusdem, ſed dum de hac luce contigiſſet migrare Archi-Epiſcopum civitatis Ravennatium, olitaria traditione clerus & plebes conſiſtens ſedis Apoſtolicæ petebant immutilatam doctrinam, quatenus una concordia, una eadémque vo- H luntate, unóque conſilio conglobati, Apoſtolicam ſuſcipientes admonitionem, talem ſibi eligerent paſtorem, qui nec à ſacris canonibus reſpueretur, nec ullo extra capitulo poſſit obſiſtere: qui cum iocunditate decreti omnium manuum ſubſcriptione roborati ad noſtram Apoſtolicam Sedem occurrebant, proprium ſibi antiſtitem conſecran-

 dum,

A dum, ſicut & nunc canonicè factum eſt, petentes.

Itaque his omnibus veſtram ſuadentes regalem excellentiam quæſumus, ut linguas doloſas, quæ adversùs ſanctam Romanam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam garrire ſimulant, procul dubio longè à vobis reſpuantur, & nullo modo iis iniquis & doloſis credere jubeatis; quia ſicut in * Commonitorium illud referebatur, pro honore veſtri Patriciatus nullus homo eſſe videtur in mundo, qui plus pro * veſtra regali excellentia decertare moliatur exaltatione, quàm noſtra Apoſtolica aſſidua deprecatio, & ſicut in noſtris præcordiis, niſibus totis, ubique ſuper omnes vos honoravimus & honoramus, ita ampliùs ac ampliùs honorem regni veſtri præcellere omnibus, qui in mundo eſſe noſcuntur, optamus: veruntamen & de ipſa benevolentia, quam in veſtrum gerimus culmen honoris, in univerſo intonuit mundo, B ſicut nempe omnibus patet; quia die noctúque in Confeſſione fautoris veſtri, B. Petri, non intermittimus fundere preces, ut unà cum Domna Regina veſtráque præcelſa prole ævis temporibúſque in hoc mundo victores regnantes, in vita æterna ſine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

*Commonitorio illo.

*veſtra regalis excellentia.

SUMMARIUM EX BARONIO.

C *Indicat, quomodo contentionem Monachorum ad ſe Miſſorum compoſuerit. Et quòd Potho Abbas cum decem Monachis ad Carolum Regem proficiſci voluerit; ut ibidem quoque de objectis criminibus ſe purgaret.*

LXXII.

Summ. 40. Bar. & Cent.

Domno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Præcelſas ac à Deo inſpiratas, per Reverendiſſimum & Sanctiſſimum Poſſeſſorem Archi-Epiſcopum, fideliſſimum Miſſum veſtrum, ſagaciſſimas præcipuáſque Syllabas ſuſcipientes, valde in his noſter relevatus eſt animus, regales triumphos in eis atque ſoſpitates reperientes, & pro hoc magnas omnipotenti Deo tulimus grates, in aula fautoris veſtri, beati Petri Apoſtoli divinam exorantes clementiam: D referebatur quippe in ipſis veſtris regalibus apicibus; quia cauſa veſtra, noſtra ſit; & noſtra, veſtra, in hoc verò freti exiſtimus; quia divina inſpiratione veritas hæc, procul dubio, à vobis exarata prorſus omnibus manifeſta ac certa ſplendeſcit; & quò ad noſtrum judicium canonicè ſimúlque regulariter contentiones inter monachos venerabilis Monaſterii ſancti Vincentii, & Abbates ejuſdem Monaſterii, ſcilicet Autbertum & Pothonem diſcuti atque examinari veſtra direxit præcelſa regalis excellentia: E Ipſe quippe præfatus Autbertus Abbas, dum callem itineris peragraret, repentina morte occupatus minimè noſtris Apoſtolicis valuit ſe manifeſtare præſentiis.

Quapropter convenientes plures ex primatibus Monachis cum præfato Pothone Abbate ipſorum, adſtiterunt omnes pariter in conſpectu Apoſtolici decreti noſtri, qui reſidentes, unà cum reverendiſſimo & ſanctiſſimo poſſeſſore Archi-Epiſcopo, ſeu Anſoaldo Abbate venerabilis Monaſterii ſancti Petri, pariter Aquilino Abbate, * deua regio atque Raginbaldo Abbate venerabilis Monaſterii ſanctæ Dei genitricis, ſimúlque Giſulfo Abbate, Venerabilis Monaſterii ſancti Petri, Hiltibrando duce, Taciperto & F Prandulo, ſimúlque noſtris adſtantibus ſervitiis, Theophylacto Bibliothecario, Stephano Sacellario, Campulo Notario, Theodoro duce, & cæteris pluribus, & dum ingreſſus fuiſſet Rodigauſus ejuſdem Monaſterii Monachus, referebat adverſus eundem Pothonem Abbatem teſtimonium dicens: Domine dum curſum horæ ſextæ explêſſemus, & ſecundùm conſuetudinem pro regis incolumitate, ejúſque prole propheticum decantaremus Pſalmum, videlicet: *Deus in nomine tuo ſalvum me fac*; ſubitò ſurrexit Abbas & pſallere noluit: Item referebat, quia pariter peragrantes, cœpit mihi Abba dicere; quid tibi videtur de hac cauſa, quia exinde exſpectavi ſignum videre, & minimè vidi. Tunc ego reſpondi: Deus G omnipotens humiliet cor ipſius, & faciat nos incolumes reverti; quia non ſunt talia noſtra merita, ut taliter agnoſcere mereamur: & dixit mihi Abba iterum, quia ſi non mihi fuiſſet pro Monaſterio & terra Beneventana, talem eum habuiſſem ſicut unum canem; & iterum adverſus eum addidit; quia tanti ex Francis remanſiſſent, quantos ego in humero * vedare valeo.

*locus corruptus.

Pſal. 53.

*vellare.

Et dum à nobis ſciſcitatus fuiſſet præfatus Potho Abba, ſi ita eſſet, cum nimia ſatisfactione reſpondit dicens; quia ſemper congregatio noſtra pro ejus excellentia, ſimúlque pro ipſius prole, proculdubio in monaſterio pſallit: Sed dum in opera eſſem cum H ipſo, & cæteri infantes, expleta oratione, proſtrati in terra initiantes pſallerent: *Deus in nomine tuo ſalvum me fac*, ſubitò ſurrexi pro opera, quæ ad utilitatem ipſius Monaſterii fiebat, de itineris verò collocutione, nullo modo ad injuriam ejus regalis excellentiæ quicquam locutus ſum, niſi fatus ſum; quòd ſi pro Monaſterii deſertione, ſeu terra illa mihi non fuiſſet, omnino in talem pergere habuiſſem locum, ubi neminem curâſſem. Porrò de Francis, quod fatus eſt: Nullo modo talia protuli, aut ex meo exivit

Pſal. 53.

Videtur aliquid deeſſe.

A exivit ore; ſed cùm talia ex omni parte mihi opponit, * & à nobis interrogatus fuiſſet prænominatus Rodigauſus, ſi hæc alii cum eo audiſſent, tunc adfirmavit, quia ſolus eſſet, & nullus ſecum alius audiſſet, tunc plures ex ipſis priores Monachi aſſerebant teſtimonia pro ipſo Rodicauſo dicentes: quia in ſtupro captus cum propria nepte ſua, ex presbytero Monachus effectus eſt, & tale crimen adverſus Abbatem noſtrum imponere minimè valebit; quia à ſacris canonibus reſpuitur.

B Et introducti ſunt alii tres Monachi, qui cum Hiltibrando Duce venerunt, & cum Autberto Abbate morati erant, adſerentes adverſus Potbonem Abbatem, quia nos cupientes ad excellentiſſimum Regem peragrare, à cuſtodia comprehenſi ſumus, & in carcerem miſſi. Ad hæc reſpondit ante dictus Abba. Veritas eſt, quia cuſtodes habui in ponte, non ut eos, qui ad Regem irent, devetarent. Sed eos, qui ſuam regulam relinquunt, & ad ſuum vomitum in ſæculo, peccato imminente, revertunt, eos comprehendere juſſi, & tunc, quando dicunt, ibidem minimè fui, ſed ad magnum Regem iter carpebam.

C Tunc nos liquidiùs pertractantes, & ſacrorum Canonum inſtituta inquirentes, reperimus in Concilio Chalcedonenſi, cap. 18. confirmante ita: *Conjurationis & conſpirationis crimen & ab exteris eſt legibus prohibitum, multò magis hoc in Dei Eccleſia ne fiat, admonere convenit: & ſi qui ergo clerici vel Monachi reperti fuerint conjurantes aut conſpirantes, aut inſidias ponentes Epiſcopis aut clericis, gradu proprio penitus abjiciantur.* Item cap. 21. *Clericos aut laicos accuſantes Epiſcopum, aut clericos, paſſim & ſine probatione, accuſationem recipi non debere, niſi priùs eorum diſcutiatur exiſtimationis opinio.* Simul & in Africano Concilio cap. 8. fertur: *Præterea ſunt quàm plurimi non bonæ converſationis, qui exiſtimant majores natu, vel Epiſcopos paſſim vagéque in accuſatione pulſandos, debent tam facilè*

D *admitti, nec ne?* Aurelius Epiſcopus dixit: *Placet igitur charitati veſtræ, ut is, qui aliquibus ſceleribus irretitus eſt, vocem adverſus majorem natu non habeat accuſandi? Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt. Si criminoſus eſt, non admittatur, placet,* & hæc omnia conſiderantes, & quoniam habet has proprius hoſtis inſidias, ut quos in pravorum actuum perpetratione, Deo ſibi reſiſtente, decipere non valet, opiniones eorum falſas ad præſens ſimulando dilacerat, & quia utrum vera eſſent, an non, diſtricta diutiùs per triduum feciſſemus inquiſitione perquiri, & nullam in ea de his, quæ dicta fuerant, culpam inveniſſemus, ſed ne quid nobis videretur omiſſum, aut veſtro potuiſſet cordi dubium remanere, præfatum Abbatem Pothonem, Sacramentum proferre decrevimus: quia nulla talia pro infidelitate regalis veſtræ potentiæ dixiſſet. Sed nec aliquando eidem magno regi infidelis fuit, vel erit cunctis diebus vitæ ſuæ: Simul & alii decem primates Monachi ipſius venerabilis Monaſterii, quinque ex genere Francorum, & quinque ex genere Langobardorum ſtatuimus, ut præberent Sacramentum; quia nunquam audièrunt ex ore Abbatis, quamlibet infidelitatem adverſus veſtram regalem excellentiam, ipſi verò petièrunt ſe omnes pariter ad veſtram regalem venire præſentiam; nos quippe illorum exquirentes fidem, erga veſtram regalem venire potentiam ſivimus properare, ſolitè pro vobis in Confeſſione beati Petri, clavigeri regni cœlorum, non omittentes fundi preces, ut unà cum Domna Regina, veſtráque ſubole, multorum annorum curriculis hic pollentes cum ſanctis omnibus ſine fine regnare mereamini. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. E F

Omnes ex clero Romano.

Paulus presbyter, Venerandus presbyter. Faroaldus, Adalbertus, Gaudioſus. Benedictus Diaconus, Joſue Diaconus. Hermenfridus, Raginbertus, Autſcarius, Gregorius, Agemodus, David, Gaidualdus, Ariolfus, Stephanus. Garibaldus, Gregorius, Savinus, Aldoſinto, Rothbertus, Ratchis, Haribertus, Leo, Martinianus, Allo, Majo, Beaptulfus, Cunvaldus, Leminoſus, Magnus, Urſus, Autbaldus, Aldefuſus, Petrus. Anſualdus. Allo. Petrus. Gratioſus. Faroaldus. Urſus. Adualdus.

LXXIII.

Deſtinavit nobis per veſtros apices à Deo conſtituta regalis potentia, quia, Deo ſibi contrario, Agarenorum gens cupiunt ad debellandum veſtros introire fines. Hoc verò cognito, in magna exinde tribulatione atque afflictione poſiti ſumus, ſed nequaquam Dominus Deus noſter talia fieri permittat, nec B. Apoſtolorum Petrus princeps. Nos verò dulciſſime fili & magne Rex, inceſſanter pro vobis cum omnibus noſtris ſacerdotibus atque religioſis Monachis, & cuncto clero vel univerſo populo noſtro, Domini Dei noſtri deprecamur clementiam, ut ipſam nec dicendam Agarenorum gentem vobis ſubjiciat, & veſtris eam ſubſternat pedibus, ut minimè prævalere adverſus vos valeant, quia ſicut populus Pharaonis demerſus eſt in mari rubro, eò quòd non crediderint Deo, ita & in hac vice Dominus Deus noſter, per interceſſiones B. Petri Apoſtoli, in veſtris eos tradat manibus. Confortamini autem & eſtote robuſti; quia Dominus omnipotens confidentibus in eum G H

veſtri

veſtri regni dabit victoriam de inimicis
A veſtris atque noſtris, & ſicut indeſinenter
die noctúque, ante Confeſſionem ejuſdem
Dei Apoſtoli, Domini deprecamur majeſta-
tem, ut veſtrum dilatet regnum, ita nos fa-
ciat de veſtra ſoſpitate & exaltatione regni
veſtri ſemper in Domino exultare, in qui-
bus & ante aliquantos dies iſtius Maij men-
ſis, quòd veſtros ſuſcepiſſemus apices, di-
reximus apud veſtram à Deo protectam ex-
cellentiam, Andream & Philippum ſanctiſ-
ſimos Epiſcopos, atque Theodorum, emi-
nentiſſimum noſtrum nepotem pro conſo-
latione atque viſitationis cauſa & proſperita-
tis veſtræ lætitiam agnoſcere, & hoc peti-
mus te, amantiſſime fili, ut pro amore fau-
B toris veſtri beati Apoſtolorum principis Pe-
tri benignè eos ſolitè ſuſcipere jubeatis, ut
cum gaudio & effectu cauſæ, & exaltatione
ſanctæ Dei Romanæ Eccleſiæ, ad nos reme-
antes, celeriter eos abſolvere dignemini, ut
ipſe princeps Apoſtolorum pro vobis inter-
cedat ante Domini Dei noſtri majeſtatem,
ut ampliùs veſtrum dilatet regnum & victo-
rias tribuat; nóſque etſi peccatores, ante
Confeſſionem, ipſius Dei Apoſtoli fundere
valeamus preces.

Et hoc agnoſcat à Deo protecta præcellentia
veſtra, quia aliquantas civitates noſtras Cam-
paniæ operantes æmuli veſtri, atque noſtri,
C nefandiſſimi Beneventani, ipſi noſtro populo
perſuadentes ſubtrahere à noſtra ditione de-
certant, unà cum habitatoribus caſtri Cajetani
ſeu Tarracinenſium, obligantes ſe validis
Sacramentis, cum ipſo patricio Siciliæ, qui
in prædicto caſtro Cajetano reſidet, & de-
certant à poteſtate & ditione B. Petri & noſt-
ra, eoſdem Campanos uſurpare, & Patricio
Siciliæ ſubiugare. Nos verò dum hoc ipſum
agnoviſſemus, viribus atque vicibus ad-
monere & prædicare per noſtros Epiſco-
pos, & fideles B. Petri eis direximus, cu-
pientes eoſdem Campanos nos ſalvos ha-
D bere, ut aliqua malitia eis minimè eveniret,
ut ad noſtri præſentiam conjungerent, aut
per unamquamque civitatem primates quin-
que ad veſtram à Deo fundatam præcel-
lentiam deſtinarent. Sed neque ad veſtri præ-
ſentiam eos dirigere valuimus, nec ad noſt-
ros obtutus conjungere voluerunt. Tamen
& Reverentiſſimum fratrem noſtrum Philip-
pum ſeu & Paſchalem, noſtrum nepotem,
eis direximus, ut noſtris ſe præſentarent ob-
tutibus, aut apud veſtram regalem poten-
tiam conjungere properarent. Nec tunc noſt-
ris admonitionibus ſe accomodare volue-
runt. Dum verò eorum nequitiæ prævalere
minimè potuimus, diſpoſuimus, cum Dei
virtute atque auxilio, unà cum veſtra po-
tentia generalem noſtrum exercitum illuc
dirigere, qui eos conſtringere debeant, &
inimicos B. Petri atque noſtri ſeu veſtri
emendare.

Sed petimus te, amantiſſime fili, coram E
Deo vivo, ut nefandiſſimos & Deo odibi-
les Beneventanos, per veſtra ſcripta atque
fideliſſimum veſtrum Miſſum proteſtando
dirigere jubeatis, ut à tali iniqua operatio-
ne reſipiſcant, & in noſtris Campanis talia
non immittant; quia nos per nullum teno-
rem ipſos nefandiſſimos Beneventanos aut
eorum Miſſos recipere volumus; ſed nec ad
conſecrationem Epiſcoporum ſuſcipere,
dum contrarii B. Petri atque noſtri & veſtri
effecti ſunt. Interea petimus te magne Rex,
& dulciſſime fili, ut ſicut à vobis poſcere
per Andream & Philippum, ſanctiſſimos
Epiſcopos noſtros, & Theodorum, emi-
nentiſſimum noſtrum nepotem, direximus, F
ita in omnibus noſtram poſtulationem ad-
implere jubeatis, ut Angelus Dei omnipo-
tentis vos præcedat, & faciat veſtram præ-
cellentiam triumphantem, atque cum mag-
nis victoriis & exaltatione ad proprii regni
veſtri culmen, unà cum omni Deo dilecto
Francorum exercitu, incolumem reverti.

*Item exemplar Epiſtolæ ad Domnum
Carolum Regem directæ, in qua conti-
netur, de Monaſterio ſancti Hilarii Con-
feſſoris in Calligata: orat, ne ipſum,
ſeu hoſpitales, qui per colles Alpium* G
*ſiti ſunt, in ſuſceptione peregrinorum,
ut à nulla magna parváque perſona in-
vadi ſineret.* Apud Bar. & Centur.
ſubjiciuntur iſta. *Ut Gundibrando
Duci Florentino mandet, ut quæ
eidem Monaſterio abſtulit,
reddat.*

LXXIV.

DOmno excellentiſſimo filio, noſtróque *Summ. 38.*
ſpiritali Compatri Carolo, Regi Fran- *Bar. & Cent.*
corum, & Langobardorum, atque patricio
Romanorum, Adrianus Papa. Novimus
regalis excellentiæ veſtræ benignitatem pro
Domini amore, atque B. Petri Apoſtolorum
Principis, à quo meritis & præclara eſt dig-
nitate ditata Eccleſia, & ſicut amans juſti-
tiæ, unicuique ſuffragium impertire. Qua-
tenus petentes quæſumus, ut pro ejuſdem
B. Petri fautoris veſtri amore, noſtráque H
paterna dilectione, ſicut ſolita eſt veſtra
perfulgida regalis potentia, piorum loco-
rum ſolicitudine, reſtaurationis juvamina
ferre: Ita & in * ſubjectis monaſteriis ſpiritalis * *ſanctis.*
matris veſtræ ſanctæ noſtræ Romanæ Eccle-
ſiæ, quibus aura vibrantiſſima regali in tri-
umphis præcellentia conceſſa atque offerta
ſunt. Scilicet monaſterium ſancti Hilarii
Confeſſoris Chriſti * qui pons in Calligata, * *qui locus.*
unà eum hoſpitalibus, qui per calles Alpium
ſiti ſunt, pro peregrinorum ſuſceptione
poſcimus, ut à nulla magna parváque per-
ſona qualibet invaſione brachium pati ve-
ſtra

A ſtra eximia ſinat clementia: ſed in omnibus pro Monachorum Deo ſervientium laudibus atque ſuſceptione peregrinorum, juſtitiam illic conſervare, ſicut ſolita eſt, dignetur, & invaſionem, quam Gundibrandus Dux Civitatis Florentinæ in eodem monaſterio ingerit, in curte quadam Saſantina, territorio ſcilicet Florentino, arripiens ex ea iniliciter plura peculia, quæ illi minimè pertinent, abſtollenda, emendare * jubemini: ſimúlque terras, quas ex ipſa curte plures homines ſine ratione abſtulerunt, reddere veſtra à Deo inſpirata regalis potentia faciat, & pro amore ejusdem, regni cœlorum clavicularij, & noſtro, præfati Monaſterij Miſſos

*Jubeatis.

B mitiſſimo vultu ac benigniſſima hilaritate eos ſuſcipientes, juſtitiæ, quam à vobis petierint, clementiſſimè, ſicut ſoliti eſtis, accipiant effectum, ut dignam pro ipſis Monachis ſeu peregrinorum ſuſceptione ſuſcipientes mercedem, potiùs valeamus in Confeſſione Janitoris regni cœlorum pro vobis filiáque noſtra, Domna Regina, veſtráque triumphatiſſima prole, divinam exorare clementiam, ut hic ævis temporibúsque regni gubernacula fruentes in ætheriis arcibus conſortes, cum ipſo Chriſti Confeſſore B. Hilario, effecti inveniamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ ad Domnum Carolum regem directæ, in
C *qua continetur de fide vel dilectione, quam erga beatum Apoſtolorum Principem Petrum habere pollicitus eſt, ut inconcuſſa & inſolubilis permaneat, & nulla callida verſutia ab Apoſtolico amore ejus animus disjungi poſſit.*

LXXV.

Summ. 37. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Gratia ſancti Spiritus igniti calore nulla quieſcimus
D plùs ratione, cuilibet terrenæ poteſtatis ſplendido, præterquam veſtræ à Deo promotæ regali potentiæ, cum oportunitas datur, ex totis noſtris præcordiis intimare, quam tam firmam ſtabilémque annexam fideliter, ac ita unanimes in unitate conglobatos eſſe ſperamus, ut nullo modo credamus, quamlibet magnam parvámque perſonam, inter Apoſtolicam ſedem, & veſtram Excellentiam poſſe eam dirimere, talem prorſus veſtrum præfulgidum in triumphis regnum erga amorem B. Petri, Apoſtolorum principis, fautoris veſtri, & noſtram dilectionem agnoſcentes uſque hactenus perſiſtere & indiſſolubilem permanere, quòd nunquam poſſit, quamlibet callida verſutia hominum, ab amore clavigeri regni cœlorum, E
disjungere, quem prorſus auxiliatorem in opinatiſſimis veſtris triumphis, nobis poſcentibus atque precantibus, credimus & propugnatorem habere, procedens & introducens veſtrum præcelſum regalémque triumphum calcare ſuper omnes barbaras nationes, quatenus ſemper pro vobis divinam exorantes clementiam, Deſque timorem præ oculis habentes, atque pro anima, ſanctæ recordationis, præcellentiſſimi genitoris veſtri, Domni Pippini, ſummi Regis, & pro omnibus fidelibus Francis, ſimúlque divinum conſiderantes judicium, nitebamur emendare de pravis atque perverſis actibus, videlicet * Heleutherium & Gregorium, ineptos atque inutiles nugaces; qui pro eorum proterva contumacia; non ſinebant in eorum judicari partibus, Ravennæ inopes atque puſillos opprimentes miſerè, tam in venalitate hominum apud paganas venundantes gentes, quàm * de panis eorum abſque ulla miſericordia avidè deglutiebant, ex qua peſtilentia plurima pars deficientes, atque ruentes diſſipati ſunt: inſuper ignobilium vulgus, catervámque cruentorum nequiter congregantes, non intermittebant cotidie nefandas perpetrare neces. F
Unde dum in Eccleſia, quadam die Miſtarum celebrarentur ſolemnia, & eadem hora quidam Diaconus ſanctum Chriſti Evangelium populis prædicaret, intus in eodem ſanctuario, ab eorum impiiſſimis hominibus ſanguis effuſus eſt innocens, pro ſacrificio laudis homicidium perpetrantes; & dum ipſi certi exiſterent, quòd nos tales iniquas terras atque perverſas operationes minimè illos ut Chriſtiano populo peragere ſineremus, idcirco ſuperba arrogantia elati, G
conati ſunt, ſine noſtra ſcientia, ad veſtros properare regales obtutus, exiſtimantes, ſe per eorum infidelem atque iniquam fallaciam, à fide puritatis & dilectione B. Petri & noſtra vos ſeparare; neſcientes miſeri & infelices; quia qui præcipui fideles ejuſdem Dei Apoſtoli ſunt, & veſtri feliciſſimi regni fideles ſunt, pariter & qui ejus inimici eſſe videntur, veſtri procul dubio inimici ſunt.

*Eleutherium.

*Locus corruptus. Nam, de Panibus.

Quapropter poſcentes quæſumus veſtram H
à Deo protectam regalem potentiam per B. Petrum Apoſtolorum principem, cui à Domino poteſtas ligandi ſolvendíque peccata in cœlo & in terra data eſt, & ipſum ſanctum baptiſma, quod inter nos per Spiritum ſanctum habere videmur, illorum procacitati veſter præfulgidus aſpectus & hilaris minimè manifeſtetur. Neque recipere ipſos nefandos vultu digniſſimo dignemini, ſed tanquam inimicos B. Petri & veſtros exiſtentes, eorum ſuperbam gloriationem reſpuentes, ad nos dehoneſtati per fideliſſimos Miſſos veſtros humiles veniant, ut omnia,

A quæ fati ſumus, eorum comprobemus præſentia: quatenus qui agunt talia, iniqua atque perverſa, per eos emendentur, & illibata oblatio, quæ à ſanctæ recordationis, genitore veſtro, Domno Pippino, magno Rege allata, & veſtris præfulgidis regalibus manibus in Confeſſione B. Petri, clavigeri regni cœlorum, oblata, atque nimirum confirmata ſunt, inconcuſſa & immaculata in æternum permaneant, ut ante tribunal Chriſti ipſe protector veſter, B. Petrus Apoſtolus, dignus retributor vobis appareat, & ſicut in hoc terrenum regnum unà cum præcellentiſſima ſubole veſtra & omnibus fidelibus Francis in triumphis pollentes tuetur & protegit, ita & in ætheriis arcibus cum ſanctis omnibus faciat ſine fine regnare. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

B *Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de ſacratione Petri Epiſcopi, ſeu & de territorio Sauinenſi.*

LXXVI.

Summ. 96. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali compatri Carolo Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum Adrianus Papa. Nectarcas mellifluáſque regalis excellentiæ veſtræ per harum tranſvectorem Petrum Reverendiſſimum & Sanctiſſimum fratrem jam & Coëpiſcopum noſtrum, ſuſcepimus Syllabas, in quibus de ejus ordinatione reperientes, ilico benignæ voluntatis veſtræ mandata, ſicut C ſoliti ſumus, implevimus. Quem petimus pro amore B. Petri, Apoſtolorum principis, fautoris veſtri, & noſtra invicem firma dilectione, in omnibus eum tenentes, ampliùs illum exaltare dignemini. Sic enim decet, ut qui ab Apoſtolica ſede ordinatus fuerit, omnibus in honore Canonicæ inſtitutionis, ſicuti mos antiquitus fuit, partibus illis præcellat. Quantam enim fiduciam atque gloriationem in veſtra præcelſa regali potentia habemus, lingua, ùt reor, humana fari non poteſt; quatenus ipſe jam fatus Petrus Reverendiſſimus & Sanctiſſimus D frater & Coëpiſcopus noſter inſinuare poteſt, quanta amoris ſerventia cor noſtrum in veſtra triumphatiſſima præcellentia die noctúque exiſtit, & dum tantam fiduciam de veſtra à Deo protecta regali excellentia gerentes habemus, nimis expectabiles ſumus, ſicut vobis poſcentes direximus, de Sauinenſi territorio, ut ea, quæ mercede animæ veſtræ, paritérque ſpiritalis filiæ noſtræ, atque commatris, nec non veſtræ nobiliſſimæ prolis, B. Petro Apoſtolorum principi, in integro conceſſiſtis, adimplere per fideliſſimos Miſſos veſtros, qui & cauſam ex parte examinaverunt, ſicut & antiquitus fuit, & E contradere nobis jubeatis, uti ab ipſo regni cœlorum clavigero, dignam retributionem hic & in futuro recipere mereamini.

Enim verò prædictus Petrus Reverendiſſimus & Sanctiſſimus frater & Coëpiſcopus noſter, obtulit nobis Pſeudopyctacium à Paulino, ſicut fatus eſt, pro Theodoſio quondam interpretatum, & à veſtra excellentia nobis directum; habens inſuper * à ſcriptione breviarium Chalcedonenſis Concilii à quodam Verecundo Epiſcopo editum, quem in apocryphis reperientes falſidicum invenietur. Sancta verò Catholica & Apoſtolica ſpiritalis mater veſtra, Romana Eccleſia, non breviter, ſed totum ſanctum & venerabile quartum Chalcedonenſe amplectens prorſus veneratur, & non audet relinquere ſanctum & venerabile ejus conſtitutum, & exſequi à quodam factum breviarium, nullam conſonantiam ſanctæ inſtitutionis habens. Nos quidem pro tanto amo- F re, quem erga veſtram à Deo inſtitutam regalem potentiam habemus, direximus vobis ex eodem ſancto & venerabili Concilio ante actionem ejus exemplar Epiſtolæ ſancti Leonis Pontificis, ad clerum & nobiles Conſtantinopolitanos, atque populum ejuſdem civitatis directæ, poſt actum iniquum & perverſum in * Efeſina urbe ſecundum Concilium adverſus ſanctum & venerabilem Flavianum eundem Conſtantinopolitanum Epiſcopum; condemnans impiiſſimum Dioſcorum atque prophanum Eutychem, adhortans atque commonens prædictum populum, ut in ea fide permaneat, in qua Chriſtianiſſimum principem eorum novit per- G manere, talis enim almus & venerabilis vir, atque in toto orbe ſanctus Leo Papa, noſter prædeceſſor opinatiſſimus prædicabilis fuit, ut ſi aliquid in fide adverſus Thendoſium imperatorem ſcandalizatum fuiſſet, nunquam poſt actum iniquum & latrociniofum ſecundo in Efeſo factum, ipſe præcipuus beatus Pater, ſanctus Leo hæreticos damnans, laudâſſet fidem Theodoſii. Sed magis pariter cum ipſis, velut conſentaneum eum damnâſſet.

* ſ. adſcriptum.

* Epheſina.

Nos quidem, ſicut fati ſumus, apocryſos H libros non ſequimur, ſed eos veneramur & amplectimur, quos ſancta Catbolica & Apoſtolica ſuſcepit Eccleſia, in qua fundati unà cum filia noſtra & ſpiritali commatre Domna Regina, atque veſtra triumphatiſſima ſubole per multorum annorum curricula regno perfrui dignemini, & cum ſanctis omnibus præmia æterna in vita perpetua habere valeamini. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

De

A *De Epiſcopis vel Presbyteris, ut non
militarem induerent armaturam, ſed
ſpiritalem, id eſt, jejuniis & orationi-
bus vacarent, ſeu de venalitate vel
captivatione hominum, vel aliis illici-
tis cauſis, quæ à pravis hominibus per-
petrata erant, ſeu de viſione Jo-
hannis monachi, quæ falſa vel in-
anis eſſe videbatur.*

LXXVII.

Baron. ibid. Summ. 11.

DOmno excellentiſſimo filio, noſtróque
ſpiritali Compatri Carolo Regi Fran-
corum, & Langobardorum, atque Patri-
cio Romanorum, Adrianus Papa. Ortho-
B doxæ fidei pleniſſimos atque nectareos veſt-
ræ à Deo promotæ regalis excellentiæ ſuſce-
pimus affatus, quos referantes veſtram à
Deo promotam ſalutem, ac in triumphis
victorias, ſeu præcellentiſſimæ filiæ noſtræ
Domnæ Reginæ, veſtrorúmque præcellen-
tiſſimum filiorum, atque noſtrorum veſtro-
rúmque fidelium ſoſpiratem, ſimúlque ſin-
ceritatem reperientes, magnas omnipoten-
tis Dei clementiæ retulimus grates.

Illud autem, quod nobis veſtra innotuit
C regalis potentia, per ſuum fideliſſimum
Miſſum; ſcilicet Garamannum, glorioſum
ducem, pro Johanne Monacho atque Pres-
bytero, qui ſicuti in veſtris referebatur re-
galibus apicibus, de captivatione hominum,
& de aliis illicitis cauſis, quæ à pravis per-
petrantur hominibus, vobis enunciâſſet,
ut, Deo propitio, per veſtrum præcelſum
regalem diſpoſitum corrigerentur vel emen-
darentur, quemadmodum à nobis popoſcit
regalis potentia, libenti eum ſuſcepimus ani-
mo, ſolitè in omnibus veſtris accommo-
dantes votis. Talem prorſus ſcimus veſt-
ram regalem excellentiam; quia in his nul-
lius eget monitione, quia, Domino coopi-
tulante, beatóque Apoſtolorum principe
Petro, pro ipſo ſemper ſuffragante, veram
prædicationem orthodoxæ fidei, quam ab
ejus ſuſcepit Eccleſia, illæſam atque immo-
bilem tenens, ultróque irreprehenſibilem
ſine macula vibrans exultat, atque in omni-
bus penitus fulget, & non deſinit emenda-
re ſævos atque iniquos, callidóſque homi-
nes ab illicitis actibus,

D Sed & captivos in ſua propria reverti cre-
bris fecit diebus; fatus quippe eſt nobis præ-
fatus Johannes Monachus, quia dixiſſet vo-
bis, ut omnis Epiſcopus ſpiritalia teneret ar-
ma, & non terrena, quatenus ſi ita eſt, quia
militaria induunt arma; hortantes veſtræ no-
teſcimus à Deo protectæ regali excellentiæ,
ut nullo modo ſic fieri permittat, ſed quos-
cunque in quolibet deferri cupit loco, tam
Epiſcopi, quàm presbyteri orthodoxæ fidei
galeam & ſalutis induti arma, orationibus
vacare gnaviter ſtudeant, ut cuncto popu- E
lo, ea, quæ pro ſalute animæ ſunt, ſpiritale
gerant officium. Cæteri verò Epiſcopi at-
que presbyteri in eorum degentes Eccleſiis,
canonicè unusquisque per veſtrum regale
robuſtiſſimum præſidium ſuum valeant re-
gere populum à Deo ſibi commiſſum.

Porrò de revelatione ejuſdem Iohannis
Monachi, ſicut ejus referebat locutio, verè
ſantaſma eſſe exiſtimatur; Dicebant enim,
quòd vidit primis in ſomnis cœlos apertos,
& dexteram Dei, deinde vidit poſtmodum
ſomnium aliud, turrem magnam, & deſcen-
dentes Angelos, inter quos vidit ſpeciem
hominis, alas habentis aquilæ, mortuíque
exiſtentis; & aliam ſpeciem hominis alas ha- F
bentem columbinas, & dicentem; quia hic
eſt filius Dei; abſit enim à fidelium cordi-
bus, ut fides Chriſtianorum mortua eſſe præ-
dicetur. Nos enim ſpeciem aquilæ alas ha-
bentem, ſicut à ſanctis ſuſcepimus Patribus,
Iohannem Evangeliſtam teſtantur, qui ſecre-
ta cœleſtia hominibus prædicat; *In princi-* Joan. 1.
pio erat Verbum, &c. in ſpecie verò columbæ
Spiritus ſanctus viſus eſt. Nam nunquam
legimus ſpeciem hominis alas columbæ in-
dutam. Quapropter nimis veſtram laudan-
tes firmiſſimam atque laudabilem fidem, in G
hoc cognovimus, quia vos fantaſma ipſas
reputâſtis viſiones, in eo à nobis pro eo veſt-
ra popoſcit regalis potentia, ut nequaquam
à nobis condemnaretur, anathematizaretur
vel flagellaretur, neque aliquam adverſita-
tem ei faceremus; quatenus in his omnibus
veſtræ accommodantes regali petitioni, in quan-
tum neceſſe fuit, ipſum ammonuimus mo-
nachum, atque in proprium ſuum locum
illæſum abſolvimus: Nam ſi veſtrum illi
non profuiſſet regale adminiculum, Eccle-
ſiaſticam illi diſciplinam canonicè inferentes,
ſicuti monacho Cyrillo, à nobis correcto &
emendato, monachicam regulam illi de-
monſtrare irreprehenſibiliter habuiſſemus:
Ob nimium verò amorem veſtrum cum
magna patientia, atque benignitate ſuſcep-
tus commonitúſque, ultro citróque divinis H
præceptis in pace abſolutus eſt. Veſtram re-
galem excellentiam unà cum filia noſtra præ-
cellentiſſima Domna Regina, veſtráque præ-
celſa prole multorum annorum curriculis
regni gubernacula perfrui divina faciat cle-
mentia, ut in hoc mundo ſuper omnes bar-
baras regnantes nationes, in æthereis arci-
bus ſine fine cum ſanctis omnibus regnare
mereamini. Incolumem excellen-
tiam veſtram gratia ſuperna
cuſtodiat.

A *Item Epiſtola ad Domnum Carolum Regem directa, in qua continentur gratiarum actiones pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & de territorio Sauinenſi, qualiter Machinarius fideliſſimus ejusdem præcelſi regis, ipſum territorium cum integritate partibus ſancti Petri contradere voluit. Sed propter iniquos atque perverſos homines minimè potuit.*

LXXVIII.

Summ. 11. Bar. & Cent.

B Domno excellentiſſimo filio, noſtróque ſpiritali Compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum, Adrianus Papa. Divinitus præordinatam veſtram à Deo protectam ſummam regalem potentiam procul dubio credimus; quia ſuper priſtinos omnes ac fideliſſimos orthodoxóſque Reges atque Imperatores, erga ſanctam Catholicam & Apoſtolicam ſpiritalem matrem veſtram, Romanam Eccleſiam, veram dilectionem habentes innumerabilia bona per veſtra laborioſa certamina cotidiè offertis, & pro hoc nempe certi facti eſtote; quia quantùm, caput totius mundi, eandem ſanctam Eccleſiam, ejúſque rectorem, ſimúlque Pontificem amplectendo ſeu fovendo, honorabilitérque glorificando diligitis, tantùm vos B. Petrus, Apoſtolorum Princeps, inconcuſſos facit triumphos hîc & in futuro victores, ſuper omnes regnare Reges; prorſus quippe confidimus; quia quantùm per vos ſancta Catholica & Apoſtolica ſpiritalis mater veſtra, Romana Eccleſia, exaltata triumphat, tantùm cœleſte vos ambire atque hæ-
C reditare, per interceſſionem Apoſtolorum principis, concedit in perpetuum regnum.

Veniente igitur hic apud nos fideliſſimo Maginario, denuntians nobis veſtræ ſoſpitates regalis potentiæ, nimis pro hoc nuntio noſter relevatus eſt animus. Repleti ſumus omni lætitia, & exultatione. Qualiter verò ei præcepit veſtra à Deo promota triumphatiſſima excellentia pro Sauinenſi territorio, ut nobis ſub integritate contraderet, ſicut B. Petro, clavigero regni cœlorum, tribuiſtis; minimè propter malignos
D ac perverſos homines potuit, totam enim juſtitiam, quam beatus Petrus Apoſtolus, protector noſter, ex ipſo territorio habet, præſentialiter, jam ſatus Maginarius, Miſſus veſter, vidit, tam per donationes imperiales, quàm per ipſorum protervorum regum Langobardorum ipſum territorium cum manſis ſibi pertinentibus, enucleatiùs deſignantes. Si verò perfidus Deſiderius dudum Rex, non ſub integritate, ſed tantummodo * maſas nobis, quantum reperiri potuit, quas ex antiquitus ſancta Romana Eccleſia tenuit, ut nullus ex illis partibus Langobardorum auſus eſt reſiſtere; quantò magis veſtræ à Deo protectæ regali potentiæ in omnibus obedientes exiſtentes juſſa veſtra adimplere debuerant. E

* manſos. Sed rectum videtur, Maſas, quo vocabulo utitur etiam Anaſtaſius Bibliothecarius.

Nos quidem neque Imperatoribus neque regibus gratias agimus, niſi tantummodo veſtræ triumphatiſſimæ excellentiæ; quia noviter cum B. Petro Apoſtolorum principi, ſub integritate condonâſtis, pro hoc enim fideliſſimos Miſſos noſtros, unà cum monitionibus noſtris, apto tempore, veſtræ regali potentiæ dirigimus, ut liquida perſcrutatione, divinitus inſpiratus, eas indagans, juſtitiæ B. Petro Apoſtolo eveniant
F ad effectum, ut præcelſum à Deo promotum regale veſtrum culmen, atque memoria veſtra in Eccleſia beati Petri, nutritoris veſtri, uſque in finem ſæculi inter ſanctos nominetur. Sed ſicut ſemper in ejus ſacratiſſima aula orantes pro vobis perſiſtimus. Omnipotens, clemens, & miſericors Deus, in cujus manu, cor excellentiæ veſtræ regitur, unà cum excellentiſſima filia noſtra, & ſpiritali commatre Domna Regina, ſeu Domno Pippino, excellentiſſimo Rege Langobardorum, & proprio ſpiritali filio noſtro, cæteráque veſtra nobiliſſima prole, corroboret cor & mentem veſtram & brachium ſuæ potentiæ vobis extendat, ut vi- G
ctores vos ſuper omnes barbaras nationes faciat. Quatenus omnes ſub veſtro brachio humiliati veſtigia pedum veſtrorum oſculentur, ut ampliùs Eccleſia Dei per veſtram à Deo inſtitutam regalem potentiam, * nimirum exaltata permaneat. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* nimiùm.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de Abbate venerabilis Monaſterii S. Vincentii, qui apud Domnum Regem inſons accuſatus fuerat; & inde ablatus; ut eum venuſto vultu, ac vibrantiſſimo animo, clementiſſimè ſuſciperet, quia falſa crimina ei objiciebantur.

LXXIX. H

Domno excellentiſſimo filio, noſtróque ſpiritali Compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum. Adrianus Papa. Dum tanto ex puro cordis amore omnes generaliter agnoſcunt, quòd erga beatum Apoſtolorum principem Petrum, fautorémque veſtrum, & nos, crebrò fideliter veſtra regalis potentia prorſus gerit, convenit nempè ex totis noſtris præcordiis, quæ ad ſalutem pretioſiſſimæ animæ veſtræ pertinent, libenti ſuggerere animo, proinde ſalutantes paternam dilectionem indica-

Summ. 10. Bar. & Cent.

mua

Digitized by Google

A mus veſtræ præcelſæ regali potentiæ, quia cuncta congregatio venerabilis Monaſterii ſancti Chriſti Martyris Vincentii unam concordiam pro hoc ſimul habentes popoſcerunt à nobis, ut noſtris apicibus pro Abbate ipſorum, qui inſons apud vos accuſatus eſt, intercederemus; imò & per veſtram præfulgidam juſſionem exinde ablatus, veſtris regalibus veſtigiis præſentatus, cum vobis in omnibus commendaremus, eò quòd nullo modo veſtræ regali potentiæ infidelitatis reum quiſpiam ex accuſatoribus ſuis facere aut comprobare valebit, eò quòd omnino falſum ei crimen objicitur, & ideo pro amore B. Petri, regni cœlorum clavigeri, magnoperè petentes fiducialiter quæſumus, B ut eum venuſto vultu ac vibranti animo clementiſſimè recipere jubeatis; juſtum quippe eſt, quemadmodum tam magnam congregationem religioſis moribus ſuis regulariter atque naviter regere valuit, à veſtris præcelſis obtutibus ſoſpitem abſolvi, & in priſtinum ſtatum clementiſſimis juſſis veſtris, nobis poſcentibus reſtitui, quia valde idoneum ad commiſſum ſibi officium ſeu veſtræ fidelitatis, ſicut ab omni ejus congregatione didicimus, eum agnovimus.

Deus omnipotens, in cujus manu omnia regna mundi reguntur; ipſe per ſuffragia, Apoſtolorum principis Petri, ſemper nos faciat de veſtro regali culmine lætari; & in hoc mundo unà cum præcellentiſſima ſubole veſtra ſuper omnes barbaras nationes C dominantes, longo ævo regni gubernacula fruere valeatis, atque in æthereis arcibus, cum ſanctis omnibus, regnare mereamini. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

SUMMARIUM EX BARONIO.

INdicaverat Carolus Rex Adriano per Itherium & Manegarium Abbates, Saxones quoſdam in paganiſmum relapſos eſſe, déque iis, quid agendum eſſet, interrogavit. Reſpondit Adria- D *nus Papa, poſt longam pœnitentiam illos ad conſortium Eccleſiæ poſſe recipi.*

LXXX.

Summ. 9. Bar. & Cent. DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Veſtræ à Deo protectæ regalis excellentiæ ſuſcipientes Miſſos, ſcilicet Itherium & Magenarium, religioſos Abbates, ſciſcitati ſunt nos interrogantes de Saxonibus, qui Chriſtiani fuerunt, & ad paganiſmum reverſi ſunt, qualem pœnitentiam eis ſacerdotes * indicare debeant. Hoc prædeceſſorum noſtrorum, ſanctorum pontificum dudum decretum eſt, quòd, qui reſipiſcentes, & ruinas ſuas cogitantes redire maluerint, ſub longa pœnitentiæ ſatisfactione admittendi ſunt, & iterum pœnitentiæ E ſatisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quàm cordis compunctione penſanda ſunt; & ideo excellentiſſime & à Deo protecte fili, oportet ſacerdotes partibus illis paſtoralem circumdare ſollertiam atque Epiſcopalem induere vigilantiam, & in eorum arbitrio indicere pœnitentiam, conſiderantes piaculum, tam voluntatis quámque extra voluntatem coacti ad ſuum revertentes vomitum; & tunc canonica promere ſententia, quatenus ſi veraciter reverſi in fide orthodoxa maluerint perſeverare, promiſſuros ſe omnem adimplere Epiſcopalem prædicationem, indiculum orthodoxæ fidei exarantes, ſecundùm olitanam patrum traditionem, unum confitentes baptiſmum, ſub jusjurando pollicentes, fidem Chriſtianitatis ſervaturos; in gremio ſuſcipiantur, orthodoxæ fidei Eccleſiæ, ut copioſa merces vobis adſcribatur in cœlis. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. F

• indicere.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones ſeu benedictiones pro cruce, quam ei miſerat, & de territorio Populonienſi ſeu Roſellenſi, ut Domnus Rex ſuos idoneos Miſſos dirigeret, qui ſub integritate ipſas civitates cum ſuburbana earum ei contradere debuiſſent. G

LXXXI.

DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Præcellentiſſimos atque nitidiſſimos Deo dicatæ regalis præcelſæ ſcientiæ veſtræ mellifluos ſuſcepimus verſos, quos reſerantes atque ſingillatim relegentes, eorum robur, cum nimio amplectimur amore, & procul dubio H veſtra credere dignetur regalis poteſtas, quia omnino, ſicut per eos innotuiſtis, à nobis in omnibus perficietur, teſtem enim invoco Deum, cui ſervio in ſpiritu meo, quòd ſine intermiſſione die noctúque ſemper memoriam veſtri facio in orationibus meis obſecrans, tam pro veſtra in triumphis regali victoria, & perpetua ſtabilitate, quámque pro ſanctæ memoriæ genitoribus veſtris, ſimul conjuge veſtra domina * Hiltibranda Regina, filia & ſpiritali commatre noſtra, & nempe eorum memoriale non derelinquetur in æternum. *Summ. 8. Bar. & Cent.*

• Hiltegarda.

Crucem, quam nobis miſiſtis, in ſanctam noſtram Eccleſiam recondentes veſtra me-

A moria in æternum in ea manebit. De ſoſpitate enim noſtra, quam veſtra regalis cupit audire clementia, omnia erga nos, DEO favente, proſpera exiſtunt, quia & nos de veſtra regali ſalute atque victoriis certò audire deſideramus, quoniam veſtra ſalus, noſtra eſt; & hoc magnopere poſcimus; & ſicut per anteriores noſtras Syllabas, veſtram popoſcimus regalem potentiam, ita perficere dignetur, uti denuo eos Miſſos ſuos dirigere jubeat, qui nobis contradere debeant fines Popolonienſes ſeu Roſellenſes, ſicut ex antiquitus fuerunt. Nam ex parte nobis ex ipſis finibus non tradiderunt; ſed quæſumus, ut veſtræ regalis oblationis donatio ſine tenus maneat inconvulſa; præſertim & partibus Ducatus Beneventani idoneos dirigere dignetur Miſ-
B ſos, qui nobis ſecundùm veſtram donationem, ipſas civitates ſub integritate tradere in omnibus valeant, ut ex hoc potiſſimam remunerationem unà cum ſpirituali filia noſtra domna Regina, veſtrâque præcellentiſſima prole ab ipſo regni cœlorum clavigero, B. Petro Apoſtolo, ſuſcipere mereamini. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in quaContinentur gratiarum actiones ſeu benedictiones pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & de Sacramentario expoſito à ſancto Gregorio immixtum,
C *quatenus eum Domnus Rex popoſcerat, per Johannem Monachum, atque Abbatem Civitatis Ravennatium miſerat.*

LXXXII.

Summ. 7. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpirituali compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Iter peragratum annectens Limina beatorum Principum Apoſtolorum Petri ac Pauli, Reverendiſſimus & Sanctiſſimus Huchbertus Epiſcopus deſiderii ſua vota adimplens, obtulit nobis præfulgidos eximióſque veſtros in triumphis regales affatus, quos cum nimio
D cordis amore reſerantes atque relegentes, reperimus in eis, veſtram vibrantiſſimam ac mellifluam nobis deſtinatam ſalutem, ſed nimirum, quòd potiùs * molem deſiderantes præſtolabamur, de veſtra præcelſa regali in triumphis victoria atque ſoſpitate, imò & cunctorum veſtrûm fidelium proſperitate, paritérque & de profectu atque exaltatione ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, in ipſis veſtris regalibus mellifluiſque ſpeculantes apicibus; in his omnibus noſter relevatus eſt animus, & Redemptori mundi retulimus grates, E præcipuè ſatagentes in Confeſſione clavigeri regni cœlorum, fautoris veſtri, B. Petri Apoſtolorum Principis, non omittimus crebrò ſuppliciter divinam pro vobis exorare clementiam; tanta quippe erga veſtram regalem clementiam utimur; quia nobis ſive in ſilentio, ſive poſcentibus, pro profectu atque exaltatione ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, non intermittitis decertare, ut per veſtra laborioſa certamina, magis magiſque permaneat irrefragabiliter & congruè exaltata, & dignum veſtrum nomen adſcriptum in libro vitæ cœleſtis, & regalis memoria in ſæculum ſæculi hæreat.

* videtur redundare.

De Sacramentario verò à ſancto Prædeceſſore noſtro, F Deifluo Gregorio Papa diſpoſito, jam pridem Paulus Grammaticus à nobis eum pro vobis petiit, & ſecundùm ſanctæ noſtræ Eccleſiæ traditionem per Johannem Monachum atque Abbatem Civitatis Ravennatium veſtræ regali emiſimus excellentiæ, quatenus optantes pro veſtra regali invictiſſima excellentia, eundem Dei Apoſtolum, veſtrúmque protectorem poscentes, quæſumus, ut ſemper ubique vos comitans, victores ſuper omnes barbaras nationes efficiat, & unà cum Domna ſpiritali filia noſtra excellentiſſima Regina, veſtraque proſapiæ nobiliſſima prole, longiori ævo in hoc regnantes mundo, in vitam æternam, cum Sanctis omnibus, regnare ſine fine, ejus interventionibus, faciat. G Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de Conſtantino & Paulo Ducibus ipſius Apoſtolici, qui apud præfatum Regem à perverſis hominibus gratis accuſati fuerant, poſtulans, ut unum ex ipſis ſcilicet Paulum, quem ejus obtutibus præſentandum miſerat, ut benignè eum ſuſcipere dignaretur. H

LXXXIII.

Summ. 6. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio, noſtróque ſpirituali Compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum. Adrianus Papa. Ut reor, dici non poteſt, quantùm erga veſtram à Deo conceſſam in triumphis potentiam, atque regalem præcellentiam noſter ex intimo cordis exiſtit amor, & ideo non deſinimus noſtros veſtróſque fideles crebrò veſtræ commendare amplæ regali clementiæ: propterea venientes ad noſtros Apoſtolicos obtutus,

A obtutus, ſcilicet Conſtantinus & Paulus, Duces & noſtri veſtríque, cum nimio mœrore cordis, intimaverunt nobis, quòd auditum illis fuiſſet, ſe apud veſtram regalem potentiam à perverſis hominibus gratis accuſatos, & dum nimis eos fideles erga B. Petri Apoſtolorum principis veſtri, noſtríque ſervitium, agnoſcimus, idcirco unum ex illis, ſcilicet Paulum, glorioſum Ducem ad veſtram triumphatiſſimam regalem potentiam gratuito abſolvimus animo. Atque nimis petentes poſcimus veſtram à Deo inſtitutam præcellentiam, ut, ſicut veſter amor noſtrum complexus eſt auxilium, ita eum benignè ſuſcipere jubeamini, & familiarem apud veſtram regalem potentiam commendatum habere dignemini.

Meminiſſe enim credimus veſtram regalem excellentiam, qualiter in aula fautoris B veſtri, B. Petri Apoſtoli, præfatum Conſtantinum atque Romanum nobis commendare dignati eſtis, confirmantes procul dubio, ut noſtri veſtríque eſſent fideles, quos nempè ſubditos cum omni humilitate fideliter ſervientes vobis nobíſque reperimus, nunquam in ſua vacillantes fide; ſed proni in veſtro noſtróque ſervitio & amore ſemper manentes, quidum in omnibus eis veſtras regales accommodaveritis aures; & ipſum præfatum Paulum, glorioſum Ducem, regali tuitione circumvallatum amplectemini, fructum boni operis per eum ſuſcipientes bonitatis effectum ante B. Petri principis Apoſtolorum corpus, divinam pro vobis, atque ſpiritali filia noſtra, excellentiſſima Domna Regina, veſtráque nobiliſſima prole, exorare valeamus clementiam, ut lon- C giori ævo, in hoc mundo regni gubernaculo fruentes, in vitam æternam cum ſanctis omnibus ſine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de Veneticis, ut de Ravenna ſeu Pentapoli expellerentur, nec non & de Garamanno Duce, qui poſſeſſiones Ravennatis Eccleſiæ violenter invaſiſſet vel exſpoliâſſet.

LXXXIV.

DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Ad aures clementiſſimæ regalis excellentiæ veſtræ intimantes innoteſcimus, quia dum veſtra regalis in triumphis victoria præcipiendum emiſit, ut à partibus Ravennæ ſeu Pentapoleos expellerentur Venetici ad negotiandum, nos ilico in partibus illis emiſimus, veſtram adimplentes regalem voluntatem, inſuper & ad Archi-Epiſcopum præceptum direximus, ut in quolibet territorio noſtro, & E jure ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ, ipſi Venetici præſidia atque poſſeſſiones haberent, omnino eos exinde expellèret, & ſic Eccleſiæ ſuæ jura manibus ſuis teneret.

Summ. 5. Bar.& Cent. D

Quid autem contigit de Garamanno duce, qui ſubitò irruit ſuper prædia & poſſeſſiones ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ in noſtris territoriis ſitas, & non ſolùm eas occupavit, ſed & omnes fruges à prædicta abſtulit Eccleſia, & de aliis piis locis? Nos quidem ſtatim eum adhortari ſtuduimus, ut ſi fidelis veſter exiſteret, ipſas poſſeſſiones piorum locorum reddere prorſus non omitteret, quia & juris Eccleſiæ Ravennatium ſive talium locorum piorum eſſe videntur, & in noſtris territoriis ſitæ ſint. Ille verò nullo modo recordatus eſt, neque ipſas poſſeſſiones reddere voluit, ſed illicitè, eas detinere conatur. Quapropter poſcentes, F veſtram in triumphis regalem potentiam, quæſumus, ut pro amore fautoris veſtri, B. Petri, Apoſtolorum principis, noſtráque paterna dilectione talia illi agere non ſinatis, ſed per veſtram clementiſſimam regalem præceptionem, eum exinde expellere omnino dignemini, ut & noſtra territoria per veſtram regalem tuitionem intacta permaneant, & quæcunque infra ipſa territoria eſſe noſcuntur, irrefragabiliter eorundem locorum poſſeſſione & jure fruamur, quemadmodum veſtra in triumphis victoria, unà cum Domna Regina, veſtráque nobiliſſima prole hìc & in futuro ſine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

G *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem, in qua continetur de Parochiis Epiſcoporum, & de eorum ſacratione, & de honore Patriciatus Domini Regis & alia capitula.*

LXXXV.

DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali Compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Quanto amoris anniſu pro veſtro à Deo promoto & ampliato regno ſerveſcimus, tantùm in ejus H præfulgida regali dulcedine & firma ſtabilitatis conſtantia permanemus; quanta enim jocunditatis lætitia erga veſtram triumphis regalem potentiam cor noſtrum exultat, ſi ſermonibus promere voluerimus, nulla, ùt opinor, ſcripturæ propagata ſufficere valebit ſeries, neque ullus ſermo explicare poteſt, qualiter de veſtris immenſis victoriis atque ſoſpitate, crebrò præſtolantes nuntios, die noctúque penitus divinam pro veſtra regali præcellentia exoramus clementiam, quatenus regales nectareóſque veſtros, per fideliſſimos Miſſos, ſuſcipientes affatus, ſcilicet reverendiſſimum & ſanctiſſimum Bernerardum

Summ. 6. Bar.& Cent.

*Ita quidem apographum, ſed omnia videntur mendoſa; legendúmque: *reperimus in eis, ut veſtræ præcelſæ memoriæ, paritérque, &c. veſtræque nobiliſſimæ prolis, ſimilíque omnis populi vobis à Deo commiſſi.*

A Abbatem; reperimus * in eos veſtris præcelſis memoriis, paritérque filiæ noſtræ domnæ Reginæ, veſtræque nobiliſſimi prole, ſimúlque omni populo vobis à Deo commiſſo noſtris meminerimus orationibus; freta prorſus quippe exiſtat veſtra à Deo promota regalis præcellentia, quia immenſas pro vobis in Confeſſione B. Petri, ſautoris veſtri, jugiter totis viribus, noſtris Apoſtolicis ſuffragiis ingementes fundimus preces, ut ubique ipſe princeps Apoſtolorum vos comitans: omnium adverſantium colla ſub veſtris proſternat pedibus. De noſtra verò proſperitate, quia promittis, gratiſſimam atque ineffabilem babere lætitiam, ſanctæque ſpiritalis matris veſtræ, Romanæ B Eccleſiæ ſtatus ſuper vos redundat: nam ſi aliter, quod abſit, evenerit, ſine veſtra difficile eſt manere triſtitia, nempe in his certi ſumus, quia amat anima amantem ſe, & dilectio compaginat nos, nec dirimere eam quiſpiam valebit, eò quòd in veſtra proſperitate noſtra exiſtit lætitia, & noſtram ſoſpitatem veſtram credimus eſſe in ævum jocunditatem: & dum iniqui ac procaces, qui adverſus matrem veſtram, ſanctam Romanam Eccleſiam, perverſa moliebantur perpetrare, Domino cooperante, cœlorúmque clavigero ſuffragante, per veſtra laborioſa certamina demoliti ad nihilum reda-C cti ſunt, in veritate comperimus, quia ùt veſtra regalis potentia depromſit, illæſa cum ſelicitatis gaudio permanens relevara exultat; ſcriptum quippe eſt: *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.*

Matth. 24.

De cunctis verò, quæ per legatos & epiſtolas noſtras veſtra cognovit excellentia, & ex parte per noſtros reſpondit Miſſos, quibus ore fari prædixit, liquidiùs nobis omnia innoteſcentes, ſolito more, benignè atque amabiliter eos audientes, accommodavimus aures & ſingillatim reddidimus congruum aptúmque reſponſum. Reperimus quippe in ipſis regalibus apicibus veſtris, nil D pro deminutione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ac Apoſtolatus noſtri, ſed magis pro exaltatione & honore * myſteriique noſtri ſervanda rectitudine veſtram illaborare excellentiam, ae petere, ut nullatenus iniquo ori ad ejus mendacium præberemus aſſenſum, quia nec terrenarum facultatum ambitio vel quælibet ſeductio bominum, vos aliquando ab iis, quæ B. Petro Apoſtolo polliciti eſtis, ſeparare poterit; ſed neque à noſtra charitate vel firma dilectione; cùm procul dubio ſcimus, quòd veſtra regalis potentia, quia non pro deminoratione, ſed ſemper pro exaltatione ſpiritalis matris veſtræ, ſauctæ Romanæ Eccleſiæ, decertavit, fama in omnem gentem divulgata ſinetenus dedita, atque exaltata manebit; potiùs autem nos quæſumus veſtram regalem excellentiam, ut nullatenus ſubdolo & homini mendaci, ſicut fertis, præbeatis aſſenſum,

*Miniſteriique.

E qui ſi talia adverſus nos mentiens inventus fuerit, noſtris Apoſtolicis obtutibus, unà cum Miſſo veſtro dirigere dignemini, & ſi mendax apparuerit, ſecundùm ſua perverſa merita, puniatur, ſicut polliciti eſtis claviculario regni cœlorum B. Petro; ita perſiſtere dignemini, quia noſtra promiſſio immutilata atque inconcuſſa ſine quolibet manebit dolo.

Illud autem quod fertis in noſtris apicibus reperiſſe, quòd diœceſes Langobardorum Epiſcopi alter alterius invadentes ac illiciter tenentes in priſtino permanerent errore; omnino ſicut vobis placabile eſt, ſecundùm canonum inſtituta, emendare conamur, quia alterius arripere anhelantes pa-F rochias, in perjurii reatum incurrunt; Langobardorum regum terminos, atque cenſuram ſervantes, procul ab obſervatione canonum, in eorum transgreſſionem labentes, & jurgia atque diſcordias gignentes in molem incidunt errorum; idcirco Apoſtolica prævidimus auctoritate, ut, ſicut canonicè in decretis eorum conſiſtunt, & quando à nobis ordinantur, olitana conſuetudo proclamatur, clerus & plebs conſiſtens Eccleſiæ civitatis illius, elegerunt ſibi Epiſcopum illum, ſic parochiam ejuſdem civitatis præ manibus teneat, & ſi in eorum decretis atque noſtræ Apoſtolicæ ordinationis ſcriptis Canonicè promitur atque ſtatuitur, cur non in ejuſdem civitatis territorio, ubi ordinatus eſt, babeat in integro parochiam ſuam? ſed qui terminos antiquorum patrum transgredientes ſuam conantur immoderationem atque imperitam adimplere voluntatem, judicium ſibi Canonum committunt. G

De filia verò Ermenaldi, quæ, veſte mutata, iterum poſt tergum reverſa, illicitum ſortita eſt matrimonium, noſtris directa, ùt perhibuiſtis, obtutibus canonicè judicanda; prorſus minimè ad nos properavit. Nos omnium Eccleſiarum paſtoralem curam habentes divina prædicare præcepta, non finimus de conſecrationis vitio, quod in partibus Italiæ & Tuſciæ per hæreſin Simoniacam fit; attamen multis locis non ſinitur, & imò & Ravennatium Eccleſiæ civitatis, ſicut Miſſi veſtri, ùt fertis, vobis retulerunt, aſſolet fieri: unde multæ pecuniæ per talem nefandam dationem alienatæ eſſe cernuntur; ut aurum & argentum jam non habentes, & jam ipſæ res Eccleſiarum per Empbyteuſes manu conſcriptas exiſtant alienatæ, & per nefandam dationem afflictæ, & depopulatæ eſſe cernuntur. Abſit enim à nobis, H ut ſuper tales viros, veritate comperta, manus conſecrationis imponeremus, ſed nec ad audiendum aures inclinaremus, etiamſi quælibet nobis poteſtas tales acanoniſtos viros popoſciſſet conſecrari; quia nunquam nos in qualibet electione, nobis invenimus, nec invenire babemus; ſed neque veſtram excellentiam optamus talem rem incumbere.

A re, ſed qualis à clero & plebe cunctóque populo electus canonicè fuerit; & nihil ſit, quod ſacro obſit cordi, ſolita traditione illum ordinamus, nos quippe cum ſubſcriptione decreti à cuncto populo roborati electum ſuſcipientes, & ne videatur viduata morari Eccleſia à proprio rectore, ſicut Canonum inſtituta cenſuerunt, noſtris Apoſtolicis præſentatus, ipſum deducentes electum, enucleatiùs eum de ſingulis indagantes capitulis ſingillatim orthodoxæ fidei, atque divinorum voluminum, interrogamus, an habeat peritiam; & poſtquam nobis fidelem reſponſionem edixerit, & à cæteris olitanis capitulis, quæ à ſacerdotibus cavenda ſunt, mundum ſe eſſe perhibuerit, maximè hæreſi Simoniaca, obteſtantes ſciſcitamur videlicet, aliquam promiſſionem cuiquam, aut dationem fecerit, quia Simoniacum & contra Canones eſt; & dum coram omnibus à no-
B bis interrogatur: Reſpondit; abſit, & nos dicimus, tu videris, & ſi conſcii ſunt, capiti eorum reſpiciat periculum. Unde ſimili modo ſub jusjurando in ſcriptis reſpondent, nunquam ſe aliquid accepturos de manus impoſitione; quanta enim auctoritas B. Petro, Apoſtolorum principi, ejúſque ſacratiſſimæ ſedi conceſſa eſt, cuiquam non ambigimus ignorari: utpore quæ de omnibus Eccleſiis ſas habeat judicandi, neque cuiquam liceat, de ejus judicare judicio, quorumlibet ſententiis ligata Pontificum, ſedes beati Petri Apoſtoli, jus habebit ſolvendi, per quos ad unam Petri ſedem univerſalis Eccleſiæ cura confluit, & nihil unquam à ſuo capite diſ-
C ſidet.

Interea reperimus, in ipſis regalibus apicibus veſtris exaratum, ſicut præterito anno vobis direximus, pro hominibus Ravennatibus, Pentapolenſibus, de quibus ſcripſimus, ut eos nobis dirigeretis, ſicut Beneventano Duci feciſtis, & ùt ſertis, de parte Apoſtolatus noſtri nihil mali, ſed magis, quæ bona ſunt, retulerunt. Sed neque eis neque cuilibet homini, ullatenus in noſtra adverſitate præberetis conſenſum, ſed ſtatim ſi tales reperiſtetis, & hominem & cauſam ad noſtrum judicium mitteretis; nos ab initio, & uſque in finem, talem erga veſtram regalem excellentiam habemus fiduciam, quòd pro nullo terreno homine, ab amore & charitate B. Petri, Apoſtolorum
D principis, noſtráque dilectione, ùt polliciti eſtis, recederis; quia & nos in ea, quam vobis polliciti ſumus, fide, uſque in finem permanebimus: Ipſi verò Ravenniani & Pentapolenſes, cæterique homines, qui ſine noſtra abſolutione ad nos veniunt, faſtu ſuperbiæ elati, noſtra ad juſtitias faciendas contemnunt mandata, & nullam ditionem, ſicut à vobis B. Petro Apoſtolo, & nobis conceſſa eſt, tribuere dignantur, tamen fidelissimi veſtri præfati Miſſi, viderunt ip- E
ſos Ravennianos, quos vobis præſentaverunt, qualiter nobis in ſuperbia extiterunt; ſed quæſumus veſtram regalem potentiam, nullam novitatem in holocauſtum, quod B. Petro, ſanctæ recordationis, genitor veſter obtulit, & veſtra excellentia ampliùs confirmavit, imponere ſatagat; quia, ùt ſaci eſtis, honor Patriciatus veſtri à nobis irrefragabiliter conſervatur, etiam & plus ampliùs honorificè honoratur, ſimili modo ipſe Patriciatus beati Petri, fautoris veſtri, tam à ſanctæ recordationis Domno Pippino, magno Rege, genitore veſtro in ſcriptis in integro conceſſus, & à vobis ampliùs confirmatus, irrefragabili jure permaneat. Sicut enim veſtra regalis excellentia in ſuis tulit apicibus, minimè ei contrarium videretur, quicunque de Epiſcopis aut Comitibus, ſeu cæteris hominibus partibus veſtris, aut no- F
ſtra juſſione complendi, ſive propria voluntate ad nos venire voluerint; ſed nec non noſtræ paternitati diſplicere rectum eſt, qualiſcunque ex noſtris aut pro ſalutationis cauſa, aut quærendi juſtitiam, ad vos properaverit, nihil durius vobis exinde apparet; ſed ſicut veſtri homines ſine veſtra abſolutione ad limina Apoſtolorum, neque ad nos conjungunt, ita & noſtri homines, qui ad vos venire cupiunt, cum noſtra abſolutione & Epiſtola veniant; quia ſicut nos ſemper veſtros homines ſuſcipientes commonemus, ut in vera fide atque puritate cordis, totis eorum viribus, in veſtro maneant ſervitio; ita & vos ſimili modo, quicunque ex noſtris hominibus ad vos venerint, eos omnino obteſtari atque commonere, veſtram regalem prudentiam quæſumus, ut, ſicut genitor veſter, ſanctæ recordationis, Domnus Pip- G
pinus, Magnus Rex, eos B. Petro, ejúſque Vicario conceſſit, & demum excellentia veſtra confirmavit, ſic admonere atque obteſtari jubeamini, ut nullo modo audeant ſe in ſuperbiam elationis efferre, quando ad vos properaverunt, ſed potiùs ſubjecti atque humiles in ſervitio B. Petri & noſtræ præceptionis maneant ſubjecti, & hortamini eos; quia omnino in ſervitio & ditione B. Petri Apoſtoli uſque in finem ſæculi permanebimus; qui ſi tales non reperti fuerunt, à veſtra excellentia, ſimúlque à nobis maneant correpti.

Et hoc pariter poſcimus veſtram à Deo protectam regalem potentiam, ut fideliſſimos noſtros Miſſos, ſimúlque veſtros pro H
amore Dei & B. Petri Apoſtolorum principis, noſtræque dilectionis, eos ultro citróque fovere atque commendatos habere digriemini, quia nimis erga præſidiatorem & protectorem veſtrum, B. Petrum Apoſtolorum principem, & nos, fideles eos reperimus; & ideo petimus, ut ampliùs per veſtrum regale adminiculum, nobis poſcentibus, elevati atque exaltati pro noſtro

amore, in veſtro præfulgido regno, exiſtant; quia quantùm caput totius mundi, ſanctam Romanam, ejúsque rectorem, ſimúlque antiſtitem amplectens, honorabilis térque glorificanda veſtra divinitus prædinata ſumma excellentia diligit, tantùm eam B. Petrus Apoſtolorum princeps unà cum Domna filia noſtra, excellentiſſima Regina, veſtráque nobiliſſima ſubole, & hic longiori ævo, regni gubernaculo perfrui, & in futuro inconcuſſa faciet ſoliditate victrice gaudere. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & de Roſellis & Populonio, & de Civitatibus Beneventanis, vel de inſidiis Græcorum.

LXXXVI.

Bonn. 3. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali compatri Carolo Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Nectareas nimíſque mellifluas, regalis excellentiæ veſtræ ſuſcepimus Syllabas, in quibus agnoſcentes veſtræ ſinceritatis ſalutem, & ſpiritalis filiæ noſtræ Domnæ Reginæ, veſtræque præcelſæ prolis, & quòd in finibus veſtris, Chriſto propitio, omnia proſpera eſſe cernuntur, magnas omnipotenti Deo retulimus grates, qui nos de veſtro regali triumpho crebrò lætos efficit.

De Apoſtolicis verò Syllabis noſtris, quas vobis emiſimus, primum quidem per Aruinum Comitem, poſtmodum verò per ſororem & Bectonem directas, & in veſtris regalibus apicibus reperimus nobis exinde grates referri; prorſus nobis veſtra regalis excellentia credere velit; quia nunquam voluimus, ut Grimualdus, filius Arichis, in Beneventum remeâſſet; niſi propter inimicorum veſtrorum, atque noſtrorum machinationes atque inſidias, ſed verum etiam, ſicut veſtra promiſit nobis regalis excellentia, pro exaltatione atque defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ, & pro veſtro noſtróque profectu, quòd vos, Domino opitulante, & beato Petro, Apoſtolorum principe, comitante, omnimodis illis creditis cum ſumma virtute agere, proculdubio in his credimus, qui opus, quod cœpiſtis, pro exaltatione ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, fine tenus perficietis; & magis magíſque per veſtra laborioſa certamina, exaltata manebit, quia pro hujuſmodi veſtrum regale nomen in libro æternæ vitæ adſcriptum eſt.

Illud autem, quod nobis veſtra intimavit excellentia, ut quicquid de iſtis partibus compertum habuerimus, ſub celeritate omnia veſtræ regali excellentiæ ſignificare niteremur, emiſit nobis Stephanus, Neapolitanus Epiſcopus, per ſuos apices *, diaconia juris ſanctæ noſtræ Eccleſiæ ſibi concedi, in quibus embolum poſuit, ſignificans nobis, de nefando Adalgiſo, filio protervi Deſiderii, & de inſidiis Græcorum. Simili modo & Campulus, Epiſcopus Cajetanus, per ſuas ſecies ea ipſa nobis intimavit, quatenus pro nimio veſtro amore idem embolum, atque Epiſtolam infrà poſuimus; ſed taliter veſtra præcellentia commendare, atque diſponere jubeat, ut exercitus à vobis demandati, ùt nobis direxiſtis, præparati exiſtant, & ubi nobis neceſse fuerit, celeriter occurrere ſatagant.

* Diaconiam.

Reperimus etiam in ipſis veſtris apicibus embolum de civitatibus in partibus Beneventanis, quas B. Petro Apoſtolo, & nobis devota obtuliſtis mente, de Roſellis, & de Populonio, Aruino Duci juſſiſtis, qualiter cum cæteris fidelibus veſtris Miſſis, ita omnia complere debeat, ſicut Deo placeat, & B. Petro Apoſtolo, & nos propterea in his, pro veſtra benevola excellentia, non deſinimus divinam exorare clementiam. Sed quid Miſſis veſtris contigit, veſtra noluerunt adimplere de hujusmodi juſſa, neque de Roſellis & Populonio, neque partibus Beneventanis. Unde Creſcentem & Adrianum Duces, cum fideliſſimis Miſſis veſtris, in partibus Beneventanis direximus, veſtra regalia ſuſcipientes vota, ſed nulla alia illis tradere voluerunt, niſi Epiſcopia, monaſteria, & curtes publicas, ſimul claves de civitatibus ſine hominibus, & ipſi homines in eorum poteſtate introëuntes & exeuntes manent, & quomodo nos ſine homioibus, civitates illas habere potuerimus, ſi habitatores earum adversùs eas machinarentur? Nos quippe in eorum libertate permanentes, ſicut cæteras civitates in partibus Tuſciæ donis veſtris regere, & gubernare eos cupimus omnem eorum habentes legem.

Unde petimus veſtram excellentiam, ut nullus hominum ſit, qui veſtra ſacra vota impedire valeat, & ne meliorem faciatis Grimualdum filium Aragiſi, quàm fautorem veſtrum B. Petrum, clavigerum regni cœlorum, eò quòd ipſe Grimualdus in Capua, præſentibus Miſſis veſtris, laudabat ſe dicens: quia Dominus Rex præcepit, ut qui voluerit homo meus eſſe, tam magnus, quàm minor, ſine dubio eſt tam meus, quàm vel cujus voluerit: quæ, ùt noſtris evenit auribus, optimates Græcorum, in Neapoli ſedentes, inſultantes fremebant dicentes, Deo gratias; quia eorum promiſſa ad nihilum ſunt redacta, ſed eorum cachinnos nos & ſubſannationes, pro nihilo reputamus, quamvis ipſi Græci referebant, quia Miſſi Apoſtolici jam duabus vicibus ſine effectu reverſi ſunt. Ecce enim hujusmodi

remi-

A remittimus in ſervitio B. Petri Apoſtoli, cum veſtris fideliſſimis Miſſis, noſtros, qui vobis omnia liquidiùs ſuggerere debeant, & quæſumus, ut taliter eos, pro hac cauſa diſponere jubeatis, ut fautor veſter beatus Petrus Apoſtolus, ſecundùm veſtram ſacram oblationem, ſuſcipiat effectum, ut hìc & in futuro unà cum Domna Regina veſtráque nobiliſſima prole, exiſtat retributor. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ & de honore pallii ſacerdotalis conceſſi Ermenberto Epiſcopo.

B

LXXXVII.

Summ. 2. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio, noſtróque ſpiritali Compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum, Adrianus Papa. Directus à regali potentia veſtra, Reverendiſſimus & Sanctiſſimus Vir, ſcilicet Ermenbertus Epiſcopus, noſtríſque adpræſentatus Apoſtolicis aſpectibus, obtulit nobis præcelſæ excellentiæ veſtræ, ſagaciſſimos atque honorabiles regales affatus, quos cum nimio amplectentes amore, Regi regum, in cujus poteſtate ſunt omnia regna mundi, gratias egimus, qui nos de veſtra inclyta ſoſpitate lætos crebrò efficit, eò quòd per hujus mundi regna cœleſtia magis ambire atque hæreditare concedit; per B. Petrum Apoſtolorum Principem de ſævitia adverſariorum triumphantes.

C Reperimus quippe in ipſis regalibus affatibus veſtris, ut prælato Ermenberto Epiſcopo pallium ſacerdotalibus infulis decoratum ex Apoſtolica auctoritate concederemus, quia Civitas Metropolis in Aquitania videtur eſſe patria, quæ Bituricas nuncupatur, ubi nunc præfatus venerabilis Vir præeſſe dinoſcitur, curámque paſtoralem devotus exercere videtur; quatenus ignorantes, ſi canonicè in Provinciæ partibus illis jam ordinatus tam à prædeceſſoribus noſtris, quámque à nobis fuiſſet, enucleatiùs eum indagari curavimus, ne uſurpationis locus aliquis ſacerdotibus, in alterius jure concedatur, qui præfatus ſanctiſſimus Vir nobis confeſſus eſt, ut ſub nullius Archiepiſcopi juris ditione eſſe videretur.

D Quapropter pro nimio veſtro regali ex intimo cordis amore, prædicto Ermenberto, à noſtra Apoſtolica ſacratiſſima Sede, atque auctoritate, Archiepiſcopo conſtituto in Metropolitanam Civitatem, quæ Bituricas cognominatur, ſicut dudum mos extitit, ſub jure ſanctæ recordationis * Eccleſiæ degenti, uſum pallii conceſſimus fruendi; & ideo quæſumus, ut per veſtrum præcelſum regale adminiculum, miniſterium ſibi commiſſum, dignè ſibi valeat & canonicè diſpenſare, ſacerdotali moderamine ſuſcipiente affectum, ut dum plebs ſibi conceſſa ab inſidiatoribus inconvulſa atque intacta permanſerit, ſimúlque à veſtro regali culmine tuta fuerit, ab ipſo clavigero regni cœlorum, B. Petro Apoſtolo, dignam mereamini ſuſcipere retributionem, ut unà cum excellentiſſima & ſpiritali filia Domna Regina, veſtráque præcelſa ſubole, Redemptor omnium Deus, longo ac proſpero ſenio ampliùs exaltati regni gubernaculo faciat perfrui, & vitam æternam pariter vobis tribuat poſſidendam. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

* videtur aliquid deeſſe.

E

F

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de Arachiſo Duce Beneventano, qui poſtquam Rex, Carolus à Capuana Urbe revertiſſet, prædictus Arigiſus, Deo ſibi contrario, apud Imperatorem Miſſos ſuos direxerat, petens auxilium & honorem Patriciatus, cupiens fidem, quam pollicitus fuerat, irritam facere, promittens ſe tam in Tonſura, quàm in veſtibus uſu Græcorum perfrui.

G

LXXXVIII.

Baron. ibid. Summ. 4.

DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali Compatri Carolo Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Nectareos ſuaviſſimóſque præcelſos regales apices veſtros cum nimio cordis ſuſcepimus amore, quos reſerantes reperientéſque veſtram regalem ſoſpitatem, ſimul & ſpiritalis filiæ noſtræ Domnæ Reginæ, veſtræque nobiliſſimæ prolis ſalutis proſperitatem, magnas omnipotenti Deo retulimus grates, qui vobis per interceſſiones B. Petri Apoſtoli, fautoris veſtri, nobis velut immeritis, jugiter pro vobis exorantibus, indeſinenter victorias ubique tribuit, & omnia circa vos ſalubriter diſponit tam marcas quámque confinia, magis quippe de ſubjectione Bajuariorum, ſicut nempe prædiximus & optavimus, ita & præſtolantes audivimus, de veſtra præcelſa regali in triumphis victoria.

H Nempe quidem meminiſſe credimus, qualiter vobis per anteriores noſtras Apoſtolicas emiſimus Syllabas de Capuanis, qui ad nos venerunt, per veſtrum regale adminiculum, quatenus dum ipſas noſtras vobis emiſiſſemus Syllabas, poſt aliquantos dies, præfatos Capuanos in Confeſſione protectoris veſtri, B. Petri, Apoſtolorum principis, jurare fecimus, in fide ejuſdem Dei Apoſtoli,

 &

& noſtræ atque veſtræ regalis potentiæ, & A poſt actum Sacramentum unus ex ipſis Capuanis, Gregorius presbyter, nobis petiit ſecreta loqui, aſſerens; quia nullo modo jam quippiam celare poſſum; tale vobis præbens Sacramentum, & dum à nobis enucleatiùs ſciſcitatus fuiſſet, retulit nobis dicens; quia dum Domnus Carolus, magnus Rex, præterito anno, à Capuana urbe reverſus fuiſſet, Arichis, dux ſuus, ad Imperatorem, Deo ſibi contrario, emiſit Miſſos, petens auxilium & honorem Patriciatus unà cum Ducatu Neapolitano, ſub integritate, ſimul & ſuum cognatum Athalgiſum cum manu valida in adjutorium ſibi dirigi, promittens ei tam in tonſura, quàm in veſtibus uſu Græcorum perfrui, ſub ejuſdem Imperatoris ditione.

B Hæc audiens autem Imperator, emiſit illi ſuos legatos, ſcilicet Spatarios duos, in ditionem Siciliæ ad Patricium eum conſtituendum, ferentes ſecum veſtes auro textas, ſimul & ſpatam, vel pectinem, & forcipes, ſicut illi prædictus Arichiſus indui & tonderi pollicitus fuerat, petentes Ramualdum, ejuſdem Archiſi filium in obſidiatum, de Athalchio verò cognito, emiſit ei dicens; quia nunc illum non dirigimus, quem apud illum nunc dirigimus; ſed eum dirigimus cum exercitu in Terviſio, aut Ravenna, qui venientes, Dei nutu, per ſuffragia Apoſtolorum, malignantium conſilia diſſipata repererunt, eò quòd Arichiſus Ducem, vel ipſius filium Waldonem, defunctum invenerunt; & dum ibidem Salerno Atto, fi- C deliſſimus veſter Miſſus, fuiſſet, Beneventani ipſos Græcos minimè recipere voluerunt, ſed poſt reverſionem, prædicti Attonis Diaconi, tunc eos, terreno itinere, à finibus Græcorum deferentes, Salerno receperunt, & cum Athalberga, relicta Arichis, ſeu optimatibus Beneventanis, tribus diebus perſiſtentes conciliati ſunt, ſuadentes ipſi Beneventani prædictis Miſſis Græcorum dicentes; quia nos ad Regem Carolum emiſimus Miſſos noſtros, petentes ab eo, Grimaldum Ducem noſtrum recipere. Inſuper & per Attonem Diaconum, ipſo nobis pollicente, rogam emiſimus, ut penitus eum ducem conſequenter ſuſciperemus; ſed propter hoc morari vos Neapoli convenit; dum uſque ipſum Grimualdum recipere poſſimus ducem: & quod genitor ejus Arigiſus minimè valuit adimplere; Grimualdus ejus filius, dum culmen genitoris ſui adeptus fuerit, D prorſus imperialem voluntatem cum omni ditione, ſicut cum ſuo conſtitit genitore, in omnibus adimpleat, pariter nobis promiſſa explentibus. Quapropter terreno itinere uſque Neapolim eos, cum magno deduxerunt honore, qui Neapolitani ipſos Græcos cum bandis & ſignis ſuſcipientes ibidem degentes prædictæ rei præſtolantes adventum, non deſinunt cum Stephano Epi- E ſcopo & Conſtantino, civibus Neapolitanis adverſa perpetrantes tractare, mittentes ipſi Græci ad Imperatorem, de obitu Arichiſi, filiíque ejus denunciantes; & ab eo exſpectant conſilium, quid agere debeant.

Sed in his omnibus, excellentiſſime, & à Deo protecte fili, ſolertiſſima regalis potentia veſtra nitatur pertractare tam pro exaltatione ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ noſtráque ſalute, quámque Domino protegente, beatóque Petro clavigero regni cælorum præſidiante, pro veſtri invictiſſimi regni in triumphis ſecuritate.

F Porrò & hoc ſicuti per ſe Gregorius presbyter Capuanus nobis innotuit de fideliſſimis Miſſis veſtris, ſcilicet Magenario, religioſo Abbate, ſeu Ioſeph, & Liuderico Comite, atque Gotteramno * hoſtiario, quia [* Oſtiario.] Benevento reverſi Spoletum, ideo exinde fugerunt, eò quòd tale conſilium Beneventani cum Neapolitanis & Surrentinis atque Amalfitanis habuerunt, ut foris civitate Salernitana, juxta mare, veſtros Miſſos applicare facerent, & nocte repentino curſu ſuper eos ruentes Beneventani, pariter cum Neapolitanis, illos interficerent, & poſtmodum proferrent, quia Neapolitani, quaſi ſuper ipſos Beneventanos venientes, exiſtimantes ſeſe Beneventanos, eos clàm occiderent, & præfati Miſſi veſtri hæc cognoſcentes coacti fugam arripuerunt, veſtram conquerentes regalem illuſionem, quòd ſi ipſi Miſſi veſtri * [* locus corruptus.] Salerno Neapolitani cum Amalfitanis & Surrentinis armati ibi abſconſi fuerunt, ut ir- G ruerent cum Beneventanis ſuper ipſos Miſſos veſtros, ut occiderent, quòd nempe certi facti ſumus, omnia eorum nequam conſilia ad nihilum rediguntur, eò quòd talem ampliſſimam fidem, atque ex intimo corde dilectionis amorem, erga B. Petrum, principem Apoſtolorum, & nos, veſtram regalem potentiam omnino habere agnoſcimus; & idcirco omnia vobis, ſicut ipſum Dei Apoſtolum die noctúque, petimus, ſuggerentes ſubijciuntur, & veſtris præfulgidis regalibus plantis ſubſternuntur.

De noſtra verò ſoſpitate, ut inquirendam H direxiſtis, Domino coopitulante, veſtram omnino agnoſcentes ſalutem, valentes pro vobis non deſinimus fundere preces, ut in hoc mundo regni gubernacula multorum curriculo fruentes annorum, & in æthereis arcibus unà cum Domna Regina, veſtráque nobiliſſima ſubole ſine fine regnare mereamini. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item

A *Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de Miſſis Offæ Regis Anglorum, qui ſimul cum Miſſis præfati Regis Caroli Roma properarent, & qualiter prædictus Papa ipſos Miſſos Anglorum honorabiliter ſuſcepiſſet; quemadmodum ei prædictus Rex Carolus per ſuos Legatos mandaverat, ſeu & de aliis capitulis.*

LXXXIX.

Summ. 43. Bar. & Cent. DOmno excellentiſſimo filio noſtróque ſpiritali compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Sagaciſſimos
B nectarcósque à veſtra præcipua regali in triumphis potentia directos ſuos ſuſcepimus liquidos affatus, quos cum nimis ſolito referantes amore, ea, quæ jugiter præſtolabamur, agnoſci priùs comperimus, ſcilicet de inclyta ſoſpitate atque proſperitate veſtra, ſimúlque ſpiritalis filiæ noſtræ Domnæ Reginæ, tam de præcellentiſſima veſtra regali prole, quàm de cuncta ejus fideliſſima familiaritate; ſicut enim à veſtra regali clementia fertur, quòd magnum habet deſiderium, ut frequenter per noſtros Apoſtolicos apices, aut per Miſſum, qualiter erga nos eſſe decernitur, intimaremur, ita potiùs crebris nos aſſiduè ſiſtimus Deſideriis in-
C hianter audire, tam per veſtram regalem exarationem, quàm per præcipuum veſtrum Miſſum de veſtra in triumphis victoria atque proſperitate, imò præfatæ Domnæ Reginæ, ſimúlque veſtræ nobiliſſimæ ſubolis, paritérque cunctorum fideliſſimorum veſtrorum ſubjectorum ſinceritate atque incolumitate. Nempe quidem credere dignemini, quia nullo modo noſtra Apoſtolica deſinunt ſuffragia in Confeſſione B. Petri, clavigeri regni cœlorum, divinam pro vobis exorare clementiam; quia prorſus certiores ſumus, quòd non deſinit veſtra præcelſiſſima regalis benevolentia, pro exaltatione matris ſuæ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ eſt caput omnium Eccleſiarum, & noſtra Apoſtolica paterna proſperitate, penitus ſummo anniſu tractare; ſicut olim, ſanctæ recordationis, genitoris tui Domni Pippini, almi Regis normam ſuſcepit, quia ſicut cœpit, fine tenus immutilatè perfecit; cujus adepti doctrinam celſior ſuf-
D fragiis Apoſtolorum, & noſtris aſſiduis interventionibus, veſtra in omnibus exiſtit regalis potentia.

Porrò in ipſis regalibus apicibus veſtris referebatur, quòd Offa, gentis Anglorum Rex, veſtræ direxiſſet regali excellentiæ, ſignificandum indiculum, ut aliqui æmuli veſtri ac ſui ad noſtra Apoſtolica veſtigia indicarent, quòd idem Offa Rex vobis ſuggereret, ut per ſuam videlicet adhortationem E
atque ſuaſionem, nos à Sede ſancta dignitatis noſtræ, quod abſit, eijcere deberetis, & alium ibidem degente veſtra inſtitueretis rectorem, quod valde nefandiſſimum ac contrarium in oculis veſtris apparuit. Scriptum, & hoc omnino falſum eſſe à veſtra excellentia pro certiſſimo dinoſcitur; quia nec ipſe Offa hanc hortationem minimè vobis fecit, & nullatenus in corde aliter aſcendit, niſit ut paternitas noſtra, per Dei miſericordiam, ejus temporibus, ſanctam Dei Eccleſiam regere & gubernare valeat, ad profectum videlicet omnium Chriſtianorum, in quibus nos omnino procul dubio de veſtra regali potentia confidentes exiſtimus; quia erga noſtram Apoſtolicam paternitatem, ejus benevola atque inexpugnabilis orthodoxa fides * fervens in Spiritu ſancto; quia * fervet.
ùt ignis ardens præcellens manebit; & nullo F
modo antiqui hoſtis verſutia in qualibet hæreſi conuertere eam valebit, contra Catholicam Apoſtolicámque orthodoxam fidem, ſed, ſicut ſpeculum ſine macula, ejusdem orthodoxæ fidei, noſtræque ſummæ ſedis verax & fulgens defenſor vibrantiſſimè in ævum manebit; Præfatæ verò illuvies aſſertionis, quam fateris, ut dici nefas eſt; Offæ regis, nos uſque hactenus talia minimè audivimus; ſed neque nunc audientes credidimus, quòd talia, ſi etiam, ut abſit, paganus fuiſſet, perpetrare cogitâſſet, quantò magis à prædeceſſoribus ſuis Regibus, ſemper ſubjectis in obedientia atque fideli amore ſanctis prædeceſſoribus noſtris pontificibus, & nobis exiſtentibus, hæc inaudita verſutia incredibilis à nobis exiſtimatur?

Attamen ſi Deus pro nobis, quis contra G
nos? *Dominus mihi adjutor eſt, non timebo,* Pſal. 117.
quid faciat mihi homo. Et iterum: *Dominus* Pſal. 26.
illuminatio mea & ſalus mea quem timebo? Dominus defenſor vitæ meæ, à quo trepidabo?
Omnis enim plantatio, quam pater cœleſtis plan- Matth. 15.
tabit, nullus eradicare valebit, quia omnia per Joan. 1.
ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Nos quippe, vel immeriti, ſedem Apoſtolorum adepti vicem B. Petri, principis Apoſtolorum, ſuſcipientes ac tenentes, atque cunctum populum Chriſtianum, nobis à Deo commiſſum, regentes, non ab hominibus, neque per hominem electi ſumus, ſed per JEſum Chriſtum Dominum noſtrum vocati in Evangelium ejus prædeſtinati ſumus, ſicut vas electionis B. Paulus Apoſtolus docuit, quos præſcivit & prædeſtina-
vit; quos prædeſtinavit, hos & vocavit, quos H
vocavit; hos & elegit, quos elegit, hos & glorificavit: & iterum beatus Jacobus Apoſtolus
instruit & docet; *Omne datum optimum, &* Jacob. 1.
omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum, apud quem non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, voluntariè enim genuit nos verbo veritatis: & idcirco vo-

 luit

A luit adamantem & ſilicem (eſſe) propheticum confirmantes ſermonem; nihil metuentes non deſinimus diviourn Verbum gentibus prædieare; ſicut ſeriptum eſt: *Speculatorem dedi te domui Iſraël, & audiens de ore meo verbum, annunciabis eis ex me*, beati enim Petri, clavigeri regni cœlorum, præcepta cenſentes, prædicare non deſinimus regibus ac populis verbum veritatis atque vitæ, pro cujus amore, unà cum fideliſſimis Miſſis veſtris, ùt nobis direxiſtis, prædicti Offæ Regis Miſſos libenti animo ſuſcipientes, congruè hilari vultu ſuper eos, pro veſtra inclita excellentia, reſpeximus, eorum explentes vota, quemadmodum gratias veſtræ à Deo promotæ regali in triumphis potentiæ B referre valeant; quia ſolitè nos veſtram ſatagimus adimplere, ſicut & vos noſtram, voluntatem. Quibus usque in finem perfectè obſervatis divina Majeſtas vos hujus mundI regni gubernacula ævis & temporibus unà eum Domna Regina veſtriſque oobiliſſimis filiis faciat perfruI, & in perpetuum cum Sanctis omnibus triumphantes gaudere. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Ezech. 33.

Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum, in qua continetur de Adventu Adalchiſi partibus Calabriæ, & ut Grimualdum in Benevento ducem non conſtitueret, & de Crvitatibus Beneventanis & Roſellis & Populonio.

C

XC.

DOmno excellentiſſimo filio noſtrôque ſpiritali Compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Venientes ad nos fideliſſimi Miſſi veſtri, ſcilicet Roro capellanus ſeu Betto, poſt veſtram optabilem regalem ſoſpitatem adnunciatam, ſciſcitati ſunt à nobis de oefandiſſimo Athalgiſo, filio Deſiderii Tyranni Regis, ſi ita fuiſſet, quòd, Deo ſibI contrario, in partibus Ita- D liæ veniſſet. Nos verò nuper, quod de ipſo protervo Athalgiſo audivimus, per fideliſſimum Miſſum veſtrum Aruinum Comitem, vobis intimare non omiſimus; quia pro veſtra regali victoria, Deo auſpiee, retractaotes, nullum neglectum ex omni parte ponimus, veſtræ præfulgidæ excellentiæ indicantes, ut, Domino opitulante, atque B. Petro Apoſtolorum Principe comitante, præcipua veſtra regalis providentia prudentiſſimè ſuam noſtrâmque ſalutem procuret. Sie enim de jam dicto nequiſſimo Atbalgiſo, oobis nunciatum eſt, quia in veritate, Deo ſibi contrario, cum Miſſis Imperatoris, in partibus ſcilicet Calabriæ reſidet, juxta confinium Ducatus Beneventani, ùt de ejus invalido adventu, Campulus Epiſcopus civitatis Cajetanæ, per ſuas nobis ſignificavit Syllabas, ſimiliter & de Pentapoli pro ejuſdem Athalgiſi arrogantia nobis in ſcriptis intimaverunt, quatenus ob nimium veſtrum amorem infra alios miſimus apIces, tam Cajeta, quâmque Pentapoli ſeries nobis deſtinatas, nempe quidem ſcimus; quia Ipſe iniquus & perfidus Adalgiſus, pro nulla alia cauſa in iſtis declinavit partibus, niſi tantummodo pro veſtra, noſtrâque contrarietate. Unde oportet, ut firmiſſima veſtra ſacra partibus Beneventanis emittere * veſtra præcelſa regalis excellentia nitatur, ut undIque per veſtrum regale amminiculum imperturbati pariter maneamus.

Sirm. ep. Bar. & Cent.

* Videtur redundare.

Nos verò hæc omnia conſiderantes, dilectiſſime, nimiſque amantiſſime, atque à B Deo protecte prærectiſſime fili, nobis ſic aptum eſſe videtur, ut ſive voluntatem veſtram feceriot ipſi Beneventani, non ullo modo expedit Grimualdum, filium Arichiſi Beneventum dirIgere. Verumtamen ſicut vobis ab omnipotenti Deo noſtro prudentiſſima ſapientia conceſſa eſt, ita ſagaciter pro hujuſmodi re pertractare atque congruè diſponere jubeatis, ut ea, quæ vobis nobiſque expedibilia fuerint, ad perfectum ſalubriter veniant, ut non in quolibet labore pariter eveniamus, ſed ſi ipſi ſæpius dicti Beneventani, minimè veſtram regalem adimpleverunt voluntatem, ſicut vobis polliciti ſunt, ſtatim ibidem taliter exercitus emittere ſtudeatis, ut ad profectum ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, veſtræque regalis perveniat excellentiæ, & ſie illis partibus diſponatur, ut inImicus locum nocendi non inveniat, ſed ſemper veſtra in triumphis exultet in Domino regalis victoria.

G Enim verò unà cum fideliſſimis Miſſis veſtris pertractantes conſiderantéſque, ut ſi minimè ipſi Beneventani adimplere voluerint regalem veſtram voluntatem ad Kalendas Majas, veſter robuſtiſſimus exercitus in confinio præparatus ſuper ipſos irruere Beneventanos inveniretur, & demum pariter penetrantes, in his confirmari, propter æſtivi temporis ægritudinem, non audebimus, & iterum ſi ſuper eos à Kalendis Majis uſque in Septembrem Menſem exercitus non venerint, dubium nobis eſſe videtur, ut for- H tè, Deo ſibi contrario, prædictus nefandiſſimus Adalgiſus, per inſidias Græcorum, non aliquam nobis vobiſque conturbationem facere moliatur; quia jam dicti Miſſi Græcorum cum eo eſſe noſcuntur & alii in Neapoli reſidere videntur. Sed hæc exiſtimantes in veſtro robuſtiſſimo atque à Deo protecto regali arbitrio emiſimus pertractanda, ut qualiter vobis plaeuerit, diſponere celeriter dignetur, nobis intimando per ſuos regales affatus ſuam noſtrâmque ſecuritatis ſalutem.

Qua-

A Quapropter nimis poſcentes, quæſumus veſtram præreƈtiſſimam excellentiam, ut nullo modo pro cauſa Grimualdi filii Arichiſi credere plus cuiquam jubeatis, quàm nobis. Nam pro certo ſciatis; quia ſi ipſum Grimualdum in Beneventum miſeritis, Italiam ſine conturbatione habere minimè poteſtis, eò quòd Leo Epiſcopus ſecreta nobis ſic fatus eſt; quia Adalberga relicta Arighis, tale habet conſilium, ut, dum ipſe Grimualdus filius ejus, Beneventanos fines introjerit, ingenioſè cupit duas filias ſuas ſecum deferre, & quaſi, orationis cauſa, ſanƈtum Angelum in Garganum pergere, & deinde in Tarantum, ubi & theſauros ſuos reconditos habet; quia tantùm octoginta milliaria
B diſtat à ſancto Angelo uſque Tarantum, ſed in hoc minimè veſtra à Deo promota excellentia conſiderare debeat, quòd pro noſtra aviditate, ipſas civitates adquirendum, quas B. Petro Apoſtolo, & nobis condonâſtis, talia vobis inſinuare ſtuduimus, ſed pro magna ſecuritate ſanƈtæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, atque veſtræ præcelſæ regalis exaltationis victoria, ea, quæ audivimus, & agnoſcere potuimus, veſtris regalibus auribus inſinuare nullo modo negleximus. Veſtra quoque regalis excellentia qualiter ei placuerit, & aptum proſpexerit, in omnibus his diſponere provideat. Quapropter magnopere poſcentes
C veſtram clementiſſimam regalem benevolentiam quæſumus, ut pro amore fautoris veſtri, B. Petri clavigeri regni cœlorum, noſtráque in Chriſto ſpiritali paterna dilectione clariter atque ſpecialiter per veſtros regales honorabiles apices Miſſis veſtris dirigere dignemini, ut nullo modo ad vos remeare audeant, niſi priùs ſub integritate civitates in partibus Beneventanis, ſicut eas per veſtram ſacram oblationem B. Petro Apoſtolo & nobis contuliſtis, in omnibus contradere valeant, & juſtitias de Populonio & Roſellis nobis facere ſub integritate ſtudeant. Quia ſunt alii ex Miſſis veſtris, qui contemnere moliuntur & fœdare veſtram ſacram oblationem; ſed ſicut in partibus Tuſciæ civitates, id eſt, Suanam, Tuſcanam, Biternum & Balneum Regis, cæte-
D ráſque civitates, cum finibus & territoriis eorum, B. Petro offerentes condonâſtis, ita in eo modo, civitates in partibus Beneventanis contradere nobis protinus faciatis, ut dum Miſſi veſtri veſtros ſuſceperint regales firmiſſimos affatus, ſine qualibet interpoſita dilatione, nobis eas contradere ſub integritate valeant, ut nullus ſit, qui poſſit exſtinguere veſtrum illibatum ſacrificium, ſed hoc lucri potiſſimum præmium adquirentes dignè mereamini unà cum ſpiritali noſtra filia, Domna Regina, veſtráque nobiliſſima ſubole in æthereis ſine fine regnare arcibus. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de Gente dudum perfida, ſcilicet Saxonum, qualiter Dominus ac Redemptor noſter per præfati regis laborioſa certamina, ad Dei cultum ſuæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ rectitudinem fidei, ſeu ad ſacrum Baptiſmatis fontem uſque perduxiſſet, & de Letaniis, & de jejuniis, & orationibus pro hujuſcemodi re. E

XCI.

DOmno excellentiſſimo filio, noſtróque ſpiritali Compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum, Adrianus Papa. Præſtolatos nimiſque nobis optabiles regales veſtros ſuſcepimus affatus, per fideliſſimum veſtrum latorem atque Miſſum; videlicet Andream, religioſum Abbatem, quos referantes reperimus in eis, de veſtræ præcelſæ regalis potentiæ & compatris ſuboliſque veſtræ, ſeu cunctorum præcipuorum veſtrorum, noſtrorúmque fidelium ſoſpitate & incolumi ac ſinceriſſima proſperitate, in quibus Redemptori mundi conſuetas retulimus grates; magis autem inibi de veſtris à Deo præſidiatis regalibus triumphis comperientes, qualiter ſævas adverſaſque gentes, ſcilicet Saxonum, ad Dei cultum, & ſuæ ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ rectitudinem fidei, perduxeritis, atque Domino auxiliante, & Petri Paulique Apoſtolorum principum interventione ſuffragante, ſub veſtra eorum colla redacta ſunt poteſtate ac ditione, eorúmque optimates ſubjugantes divina inſpiratione, regali annìſu, univerſam illam gentem Saxonum ad ſacrum deduxiſtis Baptiſmatis fontem.

F (margin) G (margin)

H Unde nimis ampliùs divinæ clementiæ retulimus laudes; quia noſtris veſtríſque temporibus gentes paganorum in veram & magnam deductæ religionem, atque perfectam fidem, veſtris regalibus ubſternuntur ditionibus, in hoc quippe freta veſtra à Deo fundata exiſtat potentia, quia ſi, ut pollicita eſt fautori ſuo, beato Petro Apoſtolo, & nobis, puro corde atque libentiſſimo animo adimpleverit, maximas ac robuſtiores illarum gentium, ſuis præcipuis ſuffragiis, veſtris ſubſternet pedibus, ut, nemine eos perſequente, veſtris regalibus ſubjiciantur potentiis, & maximum fructum in die judicii, ante tribunal Chriſti, de eorum animarum ſalute, offerre mereamini digniſſimum * unus, & pro amore animarum lucra infinita mereamini adipiſci in regno cœleſti.

Illud

A Illud autem, quod veſtra regalis intimavit Excellentia, ut in uno Menſe, vel in una die, pro bujuſcemodi operibus, ſcilicet ſtabilitatis veſtræ victoria, laudes Deo gerentes caneremus, & una vel duabus feriis Letanias perageremus, valde boc nobis delectabile exiſtit, quatenus Apoſtolica exarantes cenſura decrevimus, in omnibus noſtris partibus, quæ ſub ditione ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, exiſtunt, ilico celebrari easdem unà nobiſcum, diſponentes emiſimus, Domino protegente, videlicet viceſima tertia die, & viceſima ſexta, atque viceſima octava bujus advenientis Junii Menſis, quæ ſunt inprimis Vigiliæ bea-
B ti Joannis Baptiſtæ, & Natalis ſanctorum Johannis & Pauli, nec non & Vigiliæ B. Petri Apoſtoli,[t] ſimiliter & veſtra regalis potentia in ſuis dirigat univerſis finibus ſeu transmarinis partibus, ubi Chriſtiana moratur gens, ſimiliter perficiendas triduanas Letanias, & ideo tale protelarum emiſimus ſpacium, propter tam longinquas Chriſtianas nationes ultra veſtrum regale morantes regnũ. Nos quippe non ſolùm unam vel duas, ùt nobis inſinuâſtis, celebrandas letanias prævi-
C dimus, ſed etiam pro veſtra, ùt ſoliti ſumus, indeſinenter orare excellentia cupientes, decrevimus perficere, & Redemptori mundi canere laudes, ut ipſæ gentes, quæ per veſtrum regale certamen ad Chriſtianam perductæ ſunt fidem, uſque in ævum per veſtrum maneant adminiculum, & noſtris veſtríſque finibus, omnes repelli faciat ægritudinis morbos, & procul ejiciat peſtilentiam, ut noſtris veſtríſque diebus populus nobis à Deo commiſſus in magna degentes ubertatis affluentia, ſimúlque ſinceriſſimæ ſoſpitatis lætitia longiori ævo, unà cum Domna Regina, veſtráque nobiliſſima prole mereamini regni gubernacula perfrui, & in ætbereis arcibus ſine fine regnare, ut per veſtra laborioſa certamina magis magíſque ſpiritalis mater veſtra, ſancta Romana Eccleſia, maneat exaltata. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

*Item exemplar Epiſtolæ ejusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de Miſſis Græcorum cum * diucitin, id eſt, diſpoſitore Si-*
D *ciliæ, poſt reverſionem Attonis Diaconi, Miſſi Domni Regis à Benevento, cum relicta Arichiſi Ducis conciliati ſunt, qualiter DucatumBeneventanum à poteſtate prædicti Regis per inſidias ſubſtrahere potuiſſent.*

* Diæceta διαιτητὴς administrator.

XCII.

Brow. 13. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio, noſtróque ſpiritali Compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum Adrianus Papa. Meminit ve-
E ſtra à Deo promota regalis excellentia, qualiter ad nos emiſit fideliſſimos Miſſos, ſcilicet Attonem, religioſum Diaconum, & Goteramnum magnificum Oſtiarium, & poſt tergum eorum ad nos venerunt; videlicet, Maginarius religioſus Abbas, & religioſus Joſeph Diaconus, qui nobis fideliter intimaverunt ea, quæ illis injuncta habuit veſtra præreсtiſſima regalis poteſtas, ut ſecundùm noſtrum Apoſtolicum conſilium, in partibus Beneventanis, ita peragerent, qui in noſtri præſentia reſidentes prænominati quatuor Miſſi, id eſt, Maginarius religioſus Abbas, Atto & Joſeph religioſi Diaconi, atque Gotteramnus magnificus Oſtiarius, dum
F adhuc minimè conjunxiſſet noſtris Apoſtolicis obtutibus Luttericus, qui cum præfato Maginario ſeu Joſepb, ad nos Miſſus fuit: tale illis præbuimus conſilium, ut nullo modo ſe alter ab altero ſepararet, ſed præeuntes Atto & Gotteramnus, in oppido Valuæ ibidem expectarent tam Maginarium & Joſeph, quàm Liudericum, quem ſocii ejus apud nos morantes exſpectabant, qui præcedentes ſcilicet Atto cum Gotteramno, nullo modo noſtris accommodaverunt conſiliis; ſed relinquentes penitus Maginarium
G ſeu Joſeph & Liudericum abjerunt ſingulariter Benevento, unde poſt tergum eorum euntes Maginarius cum Joſepb & Liuderico in Benevento jam Attonem & Goteramnum nullo modo invenire valuerunt, eò quòd in Salernum perrexerant ad Albergam relictam Arichis ducis; ubi dum Maginarius cum ſociis ſuis à fidelibus veſtris audiſſent, ſicut nobis ipſi intimaverunt, eò, quòd infideliter agerent tam relicta prædicti Arichiſi Ducis, quámque cæteri Beneventani, erga veſtram regalem excellentiam, atque noſtrum Apoſtolatum, iniqua atque adverſa tractare non deſinunt; fugam arripientes Maginarius cum Joſeph & Liuderico, unà cum Gotteramno, qui ad eos adloquendum venerat à Salerno, introjerunt in finibus Ducatus Spoletini in præfato oppido Valuæ, & ibidem morantur uſque ad veſtrum re- H
galem in triumphis diſpoſitum. Atto verò audiens, ùt fertur, fugiens intus in Eccleſiam Salerni, præ timore, ejusdem Eccleſiæ altare tenuit. Ipſi autem Beneventani ſuadentes, ùt reor, & ſimulantes eum mitigaverunt, & veſtrum clericum fictè miſerunt, ſe ipſos fideles in omnibus commendantes.

Et ob nimium ſuavémque amorem, quem erga veſtrum invictiſſimum gerimus regnum, nullo modo valemus prætermittere, liquidiùs de omni cauſa vobis inſinuare, venientes quippe ad nos de Capua, quam B. Petro Apoſtolorum principi, pro mercede animæ veſtræ, atque ſempiterna memoria, cum cæteris civitatibus obtuliſtis, videlicet Gregorius presbyter, Saductus, Pargulfus, Au-

A Audemundus, Haimo, Landemarus, Warnefridus, Sigulfus, Audualdus, & Corbulus, intimaverunt nobis, quòd, dum Atto diacoous ad veſtram reverſus eſt excellentiam, ſtatim Miſſi Græcorum, duo Spatbarii Imperatoris, cum * Diucitio, quod latinè *diſpoſitor* Siciliæ dicitur, io Lucaniæ Acropoli deſcendentes, terreno itinere, Salernum ad relictam Arigiſi Ducis peragrantes, tertio decimo Kalend. Februar. pervenerunt, qui ibidem cum ipſis tres dies conſiliantes Beneventani, poſt tertium diem uſque Neapolim deduxerunt; Neapolitani verò cum magno obſequio cum ſignis & imaginibus eos ſuſcipientes, Neapolim iogreſſi ſunt, pariter & uſque hactenus cum ipſis Neapolitanis, atque Stephano Epiſcopo ejusdem Neapolitanæ Eccleſiæ, pertractantes exiſtunt.

* *Diœcete.*

B Sed veſtra à Deo promota præreɛtiſſima regalis excellentia, à Deo inſpirata, taliter pertractare debet, ut ſuam & noſtram in omnibus ſecuritatem procuret, & nullius hominis inanes fabulas attendat; neque muneribus ſuadere quiſpiam eam valeat, ſed tantummodo pro exaltatiooe ſpiritalis matris ſuæ ſaoctæ noſtræ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, ſuæque regalis excellentiæ & ooſtræ decertare nitatur; quia, ùt arbitramur, ipſi Beneventani iſtud tempus vernum tranſire patientur, ut æſtivo tempore, Deo illis contrario, vobis in perjurii reatum incurrant: Sed veſtra regalis potentia, ſic illis in triumphis præire ſatagat, ut & illorum proterviam procul dubio imminentem ſub pedibus ſuis conculcet, & ſua exaltatio io toto * profametur mundo, tam de ſua prudentiſſima regali C victoria, quámque de ſacratiſſima oblatiooe, quam in partibus ipſis Beneventanis B. Petro, ſautori ſuo, puro eorde, ob nimium amorem, atque ſempiteroam memoriam, condonavit, ut dum ipſe claviger regni cœlorum B. Petrus Apoſtolus, fautor & protector veſter, in integro veſtram ſuſceperit ſacram donationis oblationem, dignè valeamus in ejus alma Confeſſione tam pro vobis, quámque ſpiritali filia noſtra Domna Regina, veſtráque nobiliſſima ſubole, fundere preces, ut per multorum annorum curricula io hoc mundo regni gubernacula fruentes in æthereis arcibus ſine fine regnare mereamini. Incolumen excellentiam veſtram gratia ſuperna D cuſtodiat.

* *diffametur.*

Item exemplar Epiſtolæ ejuſdem Papæ ad Domnum Carolum Regem, in qua continetur de Præda Perſarum in finibus Græcorum facta, & de diſcordia, quæ inter ipſos erat.

XCIII.

Summ. 94. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio, noſtróque ſpiritali Compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque patricio Romanorum, Adrianus Papa. Dum nimis io noſtro pectore momentis omnibus veſter regnat amor, & multa oobis fiducia magnáque gloriatio apud præcellentiſſimam, atque à Deo promotam veſtram regalem potentiam exiſtit. Convenit nempe, nos pro veſtri præcelſi à Deo protecti regalis culminis ſollicitè eotidiè inquirere ſalute, ut agnito, juxta noſtrum deſiderium, omnia proſpera eſſe apud veſtram excellentiam, ſummas ſanctæ & individuæ Trinitati, & dignas reſeramus grates. In quibus ad aures veſtræ regalis potentiæ intimantes innoteſcimus, de Conſtantinopolitanis partibus, quòd in fines ejus gens Perſarum invadentes atque deprædantes venerunt, uſque in locum, qui dicitur *Moria* à ſexageſimo milliario ejuſdem civitatis Conſtantinopolitanæ. Unde & prædam magoam comprebendentes ſecum detulerunt, & ſicut audivimus, atque ſama fertur, Thius, Regis Perſarum princeps, & dux exercitui nefandiſſimo ipſorum exiſtebat; qui dum reverſus fuiſſet cum iniqua victoria, elatus io ſuperbia mentitus eſt proprio oepoti ſuo, & ab ejuſdem exercitu factus eſt Rex Perſarum; & inſra ſe tumultuantes pugnare adinvicem pro oepote & Thio dicuntur.

Nos verò, petentes divinam elementiam, crebrò pro vobis die noctúque orare prorſos non deſinimus, ut ad exaltationem ſanctæ Dei ſpiritalis matris veſtræ, Romanæ Eccleſiæ, & ooſtram perennem lætitiam longiori ævo in triumphis, & celebri nomine regnantes unà cum excellentiſſima filia ooſtra, & ſpiritali commatre Domna Regina, veſtráque præcellentiſſima prole & ſoſpites in præſenti vita, & in æterna beatitudine vos conſervare dignetur. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Item exemplar Epiſtolæ ejuſem Papæ ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de Diœceſis vel Parochiis Epiſcoporum partibus Italiæ, atque Tuſciæ, quas alterutrum invadentes; & de veſte Monachica, quam contra ſanctos Canones relinquentes, iterum ſecularibus veſtibus induebantur, & ſibi illicito Matrimonio ſociabant,

XCIV.

Summ. 95. Bar. & Cent.

DOmno excellentiſſimo filio, noſtróque ſpiritali Compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Si io rebus ſecularibus ſuum cuique jus, & proprius ordo ſervandus eſt, quantò magis in Eccleſiaſticis diſpoſitionibus nulla debet induci coofuſio, oe ibi diſcordia locum inveniat, unde * pacis debent procedere, quod hac ve-

* *pax deberet procedere, quod hac verè ratione.*

A veneratione ſervabitur, ſi nihil poteſtati, ſed totum æquitati tribuitur. Perlaium ſiquidem ad nos eſt, quòd Langobardorum Epiſcopi, alter alterutrum invadentes opponunt periculum, ſimúlque, Eccleſiaſtica ſtatuta enormiter depoſcentes conantur invadere, & aliorum partes illiciter detinentes, in priſtino errore perſeverare moliuntur. Olim quippe eorum gens in errore exiſtens veſtræ à Deo protectæ regali potentiæ ſervata eſt à talibus malignis & infidelibus actis emendari, ut unde glorioſiores cæteris regibus eminetis, inde omnipotenti Domino, qui dat ſalutem regibus, perfectiùs placeatis, & fidem, quam Catholicè & Apoſtolicè per B. Petrum Apoſtolorum principem, ejúſque Vicarium, orthodoxè venerantes colitis, adjutricem in omnibus habere mereamini.

B Quapropter poſcentes veſtram à Deo promotam regalem excellentiam, quæſumus, ut eorum errores contemnentes, canonicè unusquisque ſuam diœceſim ſacerdotali moderamine tenere, atque diſponere officio Eccleſiaſtico valeat, & ſicut termini ſeculares pro territoriis exiſtunt, atque in judicio ſub jure civitatis & ditionis actoribus diſponuntur; ita ejusdem civitatis Eccleſiæ Epiſcopo diœceſis atque parochiæ non omittantur, ut, dum unusquisque Epiſcopus, per inſtituta ſanctorum Canonum, atque prædeceſſorum noſtrorum, pontificum ſanctorum, privilegiorum & ſanctionum jura receperint, in eorum parochia atque diœceſi, in omni ſacerdotali officio miniſtrantes, dignè valeant pro veſtra à Deo inſtituta regali in Triumphis ampla victoria & præcellentia, fundere preces.

C Porrò & hoc veſtræ ſuggerentes regali excellentiæ innoteſcimus errorem illum, qui in eadem gente Langobardorum callidè regnare, in ſtupris & ſpurcitiis diaboli non deſinit; ſemel quippe Deo ſe voventes, & veſte fuſca monachico habitu induentes, iterum retrorſum revertentes, quod dici nefas eſt, ſæculares veſtes circumferentes, illicito copulari matrimonio perhibentur: quatenus pro hoc ſæpius ammonuimus per Guntfridum & aliis *gaſindis* veſtris epiſtolas dirigentes Raginaldo & Raginbaldo, ut tam deteſtabile ſtuprum devitarent, ſed ipſi nolentes adquieſcere, per eorum contumaciam, filiam Ermenaldi Monachico habitu circumdatam, ſuo nepoti, nomine Nazario, Diabolica D verſutia copulaverunt, & noſtris Apoſtolicis adhortationibus aſſenſum tribuere noluerunt, & eorum adimplentes iniquam præſumtionem, miniſtri diaboli effecti ſunt, & plures in Italia, eorum invitari exemplo non deſinunt, prorſus nempe freti exiſtimus, quia pro hoc Canonicas diſpoſitiones veſtro à Deo protecto regali culmini incognitas non eſſe credimus, qualiter talia tetra connubia eorum vetantes gladii ancipitis ſan- E ctionibus feriunt; & idcirco petimus, ut noſtris veſtríſque temporibus canonicè in omni Chriſtiano populo nobis à Deo commiſſo tale illicitum ſcelus emendetur, ut pro hoc vos ampliùs dignos cultores omnipotentis Domini demonſtretis; quemadmodum ab omni errore Chriſtiano populo eruto valeat cum Propheta clamare: *Domine ſalvum fac regem, & exaudi nos in die, qua invocaverimus te*: quia crebrò in virtute tua lætatur, & ſuper ſalutare tuum exultat vehementer, & fidem ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ amplectens in ævo, ſine errore aſtruens cum ſanctis omnibus F permanebit, nóſque in hoc ovantes, & gratias omnipotenti Domino referentes, ejúſque divinam exorantes clementiam pro vobis, ut regni gubernacula longiori ævo, unà cum Domna Regina, atque præcellentiſſima ſubole fruentes, in æthereis arcibus ſine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Pſal. 19.

*Item exemplar Epiſtolæ Adriani Papæ, * ad Egilam Epiſcopum in partibus * Spaniæ miſſæ, pro fide orthodoxa tenenda, & pro jejunio, VI. Feria & Sabbatho, celebrando.*

* pro, Hiſpania.

XCV.

ADrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectiſſimo Egilæ Epiſcopo. Dudum præcipua gnaráque dilectio tua ad ſedem G Apoſtolicam, quæ eſt caput totius Dei Eccleſiarum, directos affatus, ſecundùm vibrantiſſimam fidem, quam erga B. Petrum, Apoſtolorum principem, & nos ex intimo gerit corde, cum nimio amore ſuſcepimus, ad ea, quæ ejus popoſcit ſollertia, ex divino fonte oriri nitidiùs ac ſaluberrimè ſanctæ noſtræ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ * olitano ritu, orthodoxæ fidei exarantes, imò ſanctorum patrum venerandam inſtitutionem ſine macula ſpeculantes, per eatum, tunc tranſvectores, tuæ emiſimus almitati; & quoniam, ùt fertur, nequaquam ipſi Apoſtolici ad te profecti ſunt apices, noſtris eos habentes Regiſtris exaratos, infra reſcribentes, per harum gerulos, ſcilicet Bellereſonſum ſeu Johannem clericum direximus denuo; ſicut nobis per fideliſſimum Miſſum ſuum, videlicet reverentiſſimum & ſanctiſſimum Petrum, Ticinenſis Eccleſiæ Epiſcopum, præcellentiſſimus ac præfulgi- H dus filius, & ſpiritalis Compater noſter Domnus Carolus Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, pro tua inſigni dilectione poſcendum emiſit, & per ejus regale adminiculum, tuis faventes votis, adimplere prorſus ſtuduimus. Illos verò procaces ac hæreticos homines, qui tuam ſubvertere nituntur orthodoxam fidem,

Bar. ibid. poſt Summ. 44. ut & Centur.

* vetuſto.

Digitized by Google

A dem, & undique te coartantes, anguſtias
& varias tempeſtates ſeminant, Apoſtolico
indutus præcepto, ſimúlque Apoſtolicis
imbutus diſciplinis, ſeu ſaluberrimis ortho-
doxæ fidei ſanctorum Patrum repletus in-
ſtitutis, eos, qui tuas noluerint amplecti re-
ctæ fidei prædicationes, poſt unam & ſe-
cundam admonitionem ſeu increpationem,
tanquam ethnicos & publicanos deputans,
habeto pro nihilo eorum infrunitas inſidias,
Propheta teſtante, qui ait: *Si autem adnun-*
Ezech. 3. *tiaveris impio, & ille non fuerit converſus ab*
impietate ſua & à via ſua impia, ipſe quidem
B *impietate ſua morietur, tu autem animam tuam*
liberâſti: quatenus oportet te, vas electionis
B. Pauli Apoſtoli imitari, præcepta ac veſti-
2. Theſ. 3. gia ſequi: *Subtrahere te ab omni fratre ambu-*
Rom. 8. *lante inordinatè.* Et conſtans eſto: *Quia di-*
ligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.
Potius, nempè ſi doctrinam ſanctæ Catho-
licæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ ſecutus
fueris, non timebis mala, quia fortiſſimus
auctor ac ejus fundator B. Petrus, claviger
regni cœlorum, tecum eſt, usque in finem
Matth. ult. Domino pollicente: *Ecce ego vobiſcum ſum*
omnibus diebus, usque ad conſummationem ſæ-
culi. Nulla quippe hebetudo, atque quæ-
libet ambiguitas aſcendat in ſuaviſſimam ſa-
crámque mentem tuam, eò quòd beati, *qui*
Matth. 5. *perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quo-*
Heb. 11. *niam ipſorum eſt regnum cælorum.* Et iterum
Sancti per fidem vicerunt regna, &c.

Porrò in ipſis referebatur apicibus tuis,
qualiter vobis nimis intentio eſt de ſexta Fe-
ria & Sabbatbo, quòd iſtos duos dies dici-
C mus jeiunio mancipandos. Nequaquam hæ-
reticorum hominum ignaviam, atque im-
piam perverſámque amentiam, inanéſque
ac mendaces ſequere fabulas, ſed magis do-
ctorum noſtrorum, ſanctorum Patrum, ſi-
cut nobis intimant, videlicet B. Sylveſtri,
atque Innocentii Papæ, paritérque almi Hie-
ronymi ſeu Iſidori divinos ſermones anne-
cte, & ex noſtra Apoſtolica olitana regu-
la, Sabbatbo jeiunare, firmiter atque pro-
cul dubio tenens tua non deſinat ſanctitas;
D ſi enim à regia non vis diſcedere via, præ-
dictorum ſanctorum Patrum cenſuram non
deſeras, & beati Auguſtini opuſcula legere
non prætermittas, ubi egregium prædica-
torem atque doctorem ſuum, ſanctum Am-
broſium, meminit pro Jejunio Sabbathi
ſanctam Catholicam & Apoſtolicam noſtram
Romanam nimis laudâſſe Eccleſiam, & quia,
gerente Spiritu ſancto, nullis tentationibus
ſuperari tuam almitatem conjicimus, eas,
quas ſuperiùs polliciti ſumus, liquida
exarationis pagina inſtituemus
ſeries.

Item exemplar Epiſtolæ Adriani Papæ E
ad Egilam Epiſcopum, ſeu Johannem
Presbyterum, de eorum ſacratione, vel Meminerunt
cõnſtantia in partibus Spaniæ prædican- hujus Epiſto-
dum, & de Paſchali feſtivitate, & de la Bar. & Cent.
prædeſtinatione hominis, ſive ad bonum
ſive ad malum, & de coinquinatione
eorum tam in eſcis, quámque in potu,
ſeu & de diverſis erroribus & de eorum
Pſeudoſacerdotibus, qui vivente viro
ſortiuntur uxores, & de libertate ar-
bitrii, vel multis aliis capitulis in par-
tibus illis contra fidem Catholi-
cam ortis.

XCVI.

ADrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei
dilectiſſimo nobis Egilæ Epiſcopo, ſeu F
Joanni Presbytero. Audientes orthodoxam
veſtræ dilectionis in Chriſto conſtantiam, at-
que ita vos antiquæ fidei communioniſque
ſinceris traditionibus inhærentes, ut mentem
Chriſtianæ deditam veritati, nullatenus in-
ficerent prævaricatorum vicina contagia,
magnificavimus Dominum, charitatémque
veſtram indeſinenter laudavimus, quatenus
per earum latores, videlicet Saranum dia-
conum, & Victorinum clericum ſuſcipien-
tes veſtræ dilectionis affatus, enucleatiùs eos
reſerantes, liquidò informati ſumus, &
quoniam pro Sedis Apoſtolicæ principatu,
cujus ſollicitudo delegata divinitus cunctis
debetur Eccleſiis, quàm laudabiliter fidei
veritatem noveritis, & quàm ſollicitè domi-
nico gregi devotionem officii paſtoralis im- G
pendatis, frater noſter Wulcharius Archi-
Epiſcopus provinciæ Galliarum, cui & li-
centiam dedimus de veſtris ordinationibus
atque auctoritatem dirigere, vos pro ortho-
doxæ fidei ſanctæque Catholicæ Eccleſiæ
prædicatione, in partibus Spanienſis provin-
ciæ pro vobis nobis inſinuavit, magníſque
gaudiis triumpbamus, cùm ubique terrarum,
Dominum Sabbaoth, ſemen puræ Confeſ-
ſionis reliquiſſe cognoſcimus, quod non in
petroſa deveniens, æſtu tentationis exaruit,
nec viæ proximum cecidit, vagantibus ini-
micis expoſitum, nec in ſpinis irruit ſuffo-
candum, ſed in bonam terram piæ devo-
tionis, veſtra cœleſti ſatione, diſperſum
in triceſimum & ſexageſimum fructum, cen-
tenariúmque proficit; perfectionem ſcilicet
frumenti Dominici myſtica locutione de-
ſignans. H

Quapropter exultantibus animis confi-
dentiùs incitamus, ut ab omni peſtis incur-
ſu pectora veſtra ſapienter intemerata ſerve-
tis, quoniam *qui perſeveraverit in finem, hic* Matth. 14.
ſalvus erit. Dominus prope eſt, nihil ſolliciti Phil. 4.
ſitis: ſi quidem major eſt, qui in nobis eſt,
quàm qui in hoc mundo, regnúmque Do-

A mini intra nos eſſe, ſcriptura teſtante, ſit certum. Quamvis ergo magna locorum intervalla nos dividant, ſi in unitate fidei noſtræ perſeveraveritis, vobiſcum ſumus; tantùm, ut ſit, auxiliante Domino, conſtantia perſeverans; dicente Apoſtolo: *Vobis enim datum eſt pro Chriſto, non ſolùm ut in eum credatis, ſed etiam, ut pro ipſo patiamini.*

Philip. 1.

Ad quam fortitudinem ſanctarum mentium roborandam, dilectionem veſtram jam ſatus ſanctiſſimus Archi-Epiſcopus * nos illi

* ad

B licentiam cedentes, pro Apoſtolicæ fidei amore direxit, quibus meritò perſiſtentes integritate ornari uſque ad coronam bravii, exoptare non dubitamini.

Ferebatur ſiquidem in ipſis veſtris apicibus, quòd multi in partibus illis in inſipientiam atque cordis dementiam devoluti noſtræ relationis atque admonitionis ſeriem, ſecundùm venerandi Nicæni Concilij inſti-

C tutionem, de paſchali Feſtivitate editam, contemnere audent. *Quòd ſi * plenilunium, quarto decimo ſcilicet die lunæ, ſanctum Paſcha minimè ſit celebratum, ſed prætermiſſo eodem quinto decimo die, in alio ſequentis ſeptimanæ Dominico, quod eſt viceſimo ſecundo lunæ die, paſchalis Feſti gaudia pronunciantur celebranda.* Quòd ſi interiùs mente perpenditur magni ac venerandi Nicæni Concilii trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum ſimul convenientium promulgata Paſchalium Feſtivitatum ratio, procul dubio omnis error, omníſque ambiguitas ab hæſitantium cordibus auferetur, ſed dum plerique propria commenta, ùt acuti, perſpicaces, & mundanæ ſcientiæ gnari, ſpiritalis verò eruditionis ignari, vendicare deſudant, olitanam patrum traditionem deſidioſa ignavia prætereunt, & vera mendacio obumbrare inhiant.

** Locus corruptus. Quondam in Hiſpaniis hæc erat ſententia, ut ſi plenilunium exiſteret Die Sabbathi, atque adeò 14. Luna Sabbatum eſſet, paſcha non celebraretur ſequenti 15. Die, licèt eſſet Dominica; ſed differretur in XXII. diem. Hanc opinionem oppugnat Pontifex, eámque Synodo Nicænæ adverſari oſtendit. Hæc tamen ex ſequenti Epiſtola, ubi de eodem argumento iterum differitur, corrigere licebit. Peccavit enim librarius omiſſione quorundam.*

In eodem quippe magno Nicæno Concilio decemnovennali cyclo patrum confirmato ſententia, ita inter cætera ibidem fertur promulgatum: quòd non ampliùs, quàm uſque ad viceſimam primam lunæ diem, hujus ſacræ Feſtivitatis ſolemnia dilatentur. Quam Paſchæ rationem & Antiochenum demùm venerandum corroborans Concilium, inter reliqua, ita inibi, in primo ſcilicet capitulo, conſtat exaratum: *Omnes, qui auſi fuerint diſſolvere definitionem ſancti*

D *& Magni Nicæni Concilii, congregati ſub præſentia piiſſimi & venerandiſſimi Principis Conſtantini, de ſalutifera ſancti Paſcha ſolemnitate, excommunicandos, & ab Eccleſia eſſe abjiciendos cenſemus;* & ſi tamen contentioſiùs adverſa ea, quæ bene ſunt ſtatuta, perſtiterunt, atrocioribus porrò ſummiſſuros interdictionibus cenſuerunt. Nam & beatiſſimus Dionyſius in ea, quam de ratione Paſchæ promit epiſtola, ita ait: *A duodecimo Kalendarum Aprilium die cunctorum orientalium ſententia, Æquinoctii curſus vernalis conſequatur,*

E *decreverunt, maximè Ægyptiorum peritiam, qui, ùt hujus calculationis gnari doctique ſunt, inquirendam ſpecialiter adnotatur,* * in quo etiam, ſi luna quarta decima celebrandum Paſcha, ſancta Synodus Nicæna ſine ambiguitate firmavit.

** Hæc corrigi poſſunt ex ſequenti Epiſtola.*

Attendite, dilectiſſimi nobis, & illud, quod beatus Proterius Alexandrinæ Eccleſiæ Præſul, Prædeceſſori noſtro, beatiſſimo Leoni Papæ, ob, piæ memoriæ, Marciani Principis juſſum direxit, poſt plurima enim ita ait: *Olim quippe Dominus per Moyſen ſignificans dicit: menſis iſte vobis initium Menſium, primus erit in Menſibus anni, & facies Paſcha Domino Deo tuo, quarta decima Die Menſis primi.* Et poſt pauca ſubjunxit dicens: *Si quando in die Dominico quarta decima Luna reperta, in ſequenti ſeptimana eſt dilatanda feſtivitas, ſicut & veteres patres noſtri fecerunt, quartas decimas lunas occurrentes in aliam Dominicam transferentes.*

Exod. 12.

Unde conſtat, dilectiſſimi, non ampliùs F hujus venerandæ feſtivitatis ſolennitatem differri, quàm uſque in viceſimam primam lunæ diem, jure obſervantes hebdomadæ dierum numerum, dum ſolaris curſus à Lunæ curſu omnino diſcordat; quoniam in ſex quidem diebus Creator omnium Dominus æthereum firmamentum, omnémque ejus ornatum, rutilantia æquoris, atque telluris gignentia, ac elementorum materiam & cunctorum reptilium animantia patravit, & poſtrema è limo hominem finxit feria, & in ſeptimo die requievit ab omni opere, quod patrârat. His nempe ſeptem diebus à quarto decimo lunæ die, quod eſt plenilunium, ſi Dominica tamen occurrerit, quæ G eſt prima & ſancta dies, pro eo, quòd non oportet in ea jejunare, intermiſſis, in alia Dominica, quæ eſt ſancta & prima dies viceſima prima luna, rationis ordo exigit à Chriſtianis ſanctum Paſcha celebrandum; nam ſi in Sabbatho quarta decima luna advenerit, non eſt intermittenda ſubſequens Dominica, quinta decima videlicet lunæ dies, venerantes eandem Dominicam, quæ eſt prima Sabbatorum dies, in qua lux, jubente Deo, in ipſo mundi exordio prodiit, in qua & vera lux Salvator noſter ab inferis carne reſurrexit. Nam ſi octo dies, à 14. lunæ die, quando jejunium ſolvitur, inter- H mittuntur, ut in 22. die lunæ Paſchalis feſtivitas dilatetur: ergo jam non ſeptimana, id eſt, hebdomada, ſed ogdoada, ùt ſtolidi quique & vecordes definiunt, dicenda atque obſervanda eſt. Intuendum quippe & illud ratio ſuadet, quòd ſeptem Hebdomadæ, & non octo intermittuntur à Paſchali Feſtivitate uſque ad ſanctam Pentecoſtem, in qua Paraclitum Spiritum à Patre Redemptor noſter, Dei vivi Filius, poſt glorioſam reſurrectionem ſuam, ſanctis ſuis Apoſtolis miſit; pro quo regia gradimur via,

&

Digitized by Google

A & non declinabimus penitus per tortuoſum, & dumis ac tribulis repletum callem; pergant per eam hi, qui cupiunt oova figmenta, & ſcelerum monumenta compooere, ut meritò ſpinæ & tribuli generentur eis.

Jam quidem dudum deceſſores & prædeceſſores noſtri, ſaocti Pontifices, pro hac quæſtiooe, ſimúlque hæreſi, illis * compatribus mooitorium atque adhortationem dirigentes, congruis epiſtolis B. Cyrilli atque Theophili, nec non & aliorum ſanctorum Patrum, quas denumerare longum eſt, promulgantes docuerunt, quas veſtræ dilectioni gnaras eſſe dubium non eſt; pro quo non ſilemus, chariſſimi, impenſiùs commoocre, ut à falſis fratribus caveatis, & in eo modo, quo ſancta noſtra Romana Eccleſia, Caput omnium Eccleſiarum, Dei Paſchalem celebrat ſolemnitatem, & vos procul dubio celebrare ſtudeatis; ut ſicut pares nos Chriſtianorum fidei religio efficit, æquales nimirum in feſtivitatibus efficiat.

** compartibus.*

B Inſinuavit dilectio veſtra & hoc, quòd quidam pollicentes atque in errore perſeverantes prædicant, ut, qui oon ederit pecudum aut ſuillum ſanguinem, & ſuffocatum, rudis eſt aut ineruditus; nos quidem Apoſtolicis præceptis imbuti atque eruditi, confirmantes prædicamus, quòd ſi quis pecudum aut ſuillum ſanguinem, vel ſuffocatum manducaverit, non ſolùm eruditionis totius alienus, ſed ipſius quoque intelligentiæ communis prorſus extraneus, ſub anathematis vinculo obligatus, in laqueos incidat Diaboli.

C Illud autem, quod alii ex ipſis dicunt, quòd prædeſtinatio ad vitam, ſive ad mortem, in Dei ſit poteſtate; alii iterum dicunt, ut quid rogamus Deum, ne vincamur tentatiooe, quod in noſtra eſt poteſtate, quaſi libertate arbitrii? Revera enim oullam rationem reddere vel accipere valent, ignorantes B. Fulgentii Epiſcopi ad Eugippium presbyterum contra Sermones cujusdam Pelagiani opuſcula directa, quibus iofrà, multa idem pater doeens hæc verba ſubjungit: *Illi autem, dum pro ſe gratiam ſolùm reprehenſibiliter intromittunt, in ſe damnabiliter calcaverunt, qui alios ad vitam, alios ad mortem aſſerunt deſtinatos, adverte, quibus ſe impietatis nexibus ligant: ſi ad bonum prædeſtinatus ſum, contra malum reſiſtere, neceſſe mihi non erit; ſi verò ad malum natus, bonum mihi exercere nihil proderit. Ac ſic in utraque parte intercluſo appetitu laudis & gloriæ; unus ſecuritate, alius deſperatione torpeſcit: ac per hæc otiabitur omnis juſtitiæ exercitatio: Oratio ceſſabit, languebit operatio.* D *Sed non ita eſt, quin potius inceſſanter oremus, quia ipſe Dominus dicit; ſine intermiſſione orate, ne intretis in tentationem. Nihilominus contra omne peccatum non ſolùm oratione, ſed etiam labore luctemur: quia ipſe Dominus præſenti lectione teſtatus eſt, quia unusquisque propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.* E

Hæc omnia reperies quoque in Epiſtola ſequenti.

Hæc verba, quibus Auctor Sermonis illius, veritatem prædeſtinationis nititur oppugnare, inconſiderate atque indiſcretè prolata, Deo nos adjuvante, monſtramus, &c.

Et poſt cætera: *Opera ergo miſericordiæ ac juſtitiæ ſuæ præparavit Deus in æternitate incommutabilitatis ſuæ, & ſicut futurorum operum ſuorum nunquam fuit ignarus, ſic in eorundem operum præparatione, nunquam improvidus; præparavit ergo juſtificandis hominibus merita; præparavit iiſdem glorificandis & præmia, malis verò non præparavit voluntates malas, aut opera mala, ſed præparavit eis juſta & æterna ſupplicia;* F *hæc eſt æterna prædeſtinatio futurorum operum Dei, quam, ſicut nobis Apoſtolica doctrina ſemper inſinuari cognoſcimus, ſic etiam fiducialiter prædicamus; beatus enim Paulus, prædeſtinationem eorum, quos Dominus gratis ſalvat, & evidenter & frequenter inſinuat: ipſe enim dicit de Deo. Nam quos præſcivit, & prædeſtinavit, conformes fieri imaginis filii ejus, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus*, & pòſt: quos autem prædeſtinavit, *hos & vocavit; & quos vocavit, hos* Rom. 8. *& juſtificavit: quos autem juſtificavit, illos & glorificavit. Non utique alios, ſed quos prædeſtinavit, hos vocavit, hos juſtificavit. Nihil incertum in Dei operibus nutat, quia nihil ſuæ prædeſtinationis evacuat; prædeſtinationis igitur ſuæ opera vocatione Deus inchoat, glorificatione conſummat. Non tamen in omnibus, quos vocavit, ſed quos ſecundùm propoſitum vocat; diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum, his, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt.*

G Item poſt multa: *Teneatur ergo prædeſtinationis veritas à fidelibus cunctis, quia quiſquis divinum non credit in hac prædeſtinatione conſilium, non perveniet ad glorioſum ejuſdem prædeſtinationis effectum; quiſquis autem non eſt prædeſtinatus ad gloriam, invenitur ſine dubio præſcitus ad pœnam; quæ ideo in Dei nomine, præparatione prædeſtinata, cognoſcitur, ut per eam infidelitas atque iniquitas puniatur; propter quod beatus Judas Apoſtolus, quoſdam deſtinatos dicit in judicium, his verbis: ſubintroierunt enim quidam homines impii, qui olim præſcripti & prædeſtinati erant in hoc judicium Dei noſtri. Vigilanter autem in doctrina Spiritus ſancti prædeſtinatos impios non dicit ad peccatum, ſed ad judicium, id eſt, non ad impietatem, ſed ad punitionem. Non enim prædeſtinati ſunt ad hoc,* H *quòd vitioſas impietates admittunt, ſed ad illud, quòd judicio æquitatis divinæ recipiunt. Ipſorum enim opus eſt, quod impiè faciunt, Dei autem opus eſt, quod juſtè recipiunt.*

Item poſt cætera: *Proinde quod Auctor illius ſermonis ſubſequenter adjunxit dicens: Quin potiùs inceſſanter oremus, quia ipſe Dominus* Matth. 26. *dicit; ſine intermiſſione orate, ne intretis in tentationem*, & pòſt; *nihilominus contra omne peccatum, non ſolùm oratione, ſed etiam labore lu-*

A *Matth, 11.* *luctemur.* Et iterum: *ſic laborantes vocat Dominus dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam. Sed nos à Deo humiliter gratiam poſcamus, quam collaborantem jugiter habeamus, per quam nos Deus & in labore cuſtodiat, & ad mercedem, peracto labore, perducat.*

Porrò, dilectiſſimi, diverſa capitula, quæ nobis innotuiſtis, id eſt, quòd multi di- B centes Catholicos ſe, communem vitam gerentes cum Judæis, & non baptizatis paganis tam in eſcis, quámque in potu, ſeu & diverſis erroribus, nihil pollui ſe inquiunt; & illud, quod inhibitum eſt, ut nulli liceat jugum ducere cum infidelibus; ipſi enim filias ſuas cum alio benedicant, & ſic populo gentili tradentur; & quod ſine examinatione præfati Presbyteri, ut præſint, ordinantur; & alius quoque immanis invaluit error & pernicioſus, ut etiam, vivente viro, mulieres in connubio ſibi ſortiantur ipſi pſeudoſacerdotes, ſimúlque & de libertate arbitrii, & alia multa; ſicut fati eſtis, quæ longum eſt dicere; quid multis vobis hæreſum ſingula ſcribam? quia olim tem- C pus eſt, quod Priſcilliani dogmatis impleverunt. Quapropter, dilectiſſimi, oportet veſtram induſtriam ſollertiſſimè vigilare, & ſicut decet, Domini ſacerdotes nullos vos canones ignorare, nec quidquam facere, quod Patrum poſſit regulis obviare. Quæ enim à nobis res digna ſervabitur, ſi Decretalium norma conſtitutorum, pro aliquorum libito, licentia populis permiſſa frangatur? Unde conſtat, ut ſi quis de prædictis capitulis obnoxius reperietur, profectò is regulariter conſortio fidelium Dei, utpote corruptor patrum traditionum, extorris efficiatur, & in æterna condemnatione inveniatur.

Cavendum ergo dilectioni veſtræ eſt, mag- D náque diligentia prohibendum, ne per hujuſmodi homines exſtincta dudum ſcandala ſuſcitentur, & de exciſo olim dogmate aliquid in provincia ejuſdem mali germen oriatur, quod non ſolùm in radicibus ſuis creſcat, ſed etiam ſanctæ Eccleſiæ ſubolem veneno ſui odoris inficiat. Qui correctos ſe videri volunt, ab omni ſuſpicione ſe purgent, & obediendo vobis probent ſe eſſe noſtros, quorum ſi quiſquam ſalubribus præceptis ſatisfacere detrectaverit, ſive ille clericus, ſive laicus, ab Eccleſiæ ſocietate pellatur, ne perditor animæ ſuæ ſaluti inſidietur alienæ, & ſicut per nos ſeu almum Archiepiſcopum, in prædicatione orthodoxæ fidei directi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ob amorem B. Petri, principis Apoſtolorum concordes prædicate, ut ſicut unus eſt paſtor noſter Chriſtus Dei vivi filius, omnes ſimul in uno ejus efficiamur aggregati ovili, & quemadmodum unius capitis ſumus membra, unum efficiamur corpus in Chriſto Ieſu Domino noſtro, prome- E rentes ejus, quam ſanctis ſuis contulit cultoribus, qui ejus præcepta cuſtodiunt, & ab initio mundi divinæ ejus placuerunt majeſtati, deſiderabilem promiſſionem, quam ait: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum vobis præparatum ab origine mundi.* *Matth. 25.*

*Item exemplar Epiſtolæ Adriani Papæ F directæ omnibus Epiſcopis per univerſam Spaniam commorantibus, maximè tamen Eliphando vel Aſcarico cum eorum conſentaneis, pro hæreſi vel blaſphemia, quòd filium Dei adoptivum nominant, cum multis capitulis ſanctorum patrum eos reprehendens. Nec non & de Paſchali feſtivitate, ſeu & de ſanguine pecudum, & ſuillo, & ſanguine ſuffocato, quem in errore prædicantes dicunt; ut qui ea non ederit, rudis & in eruditus eſt, quos ſub anathematis vinculo obligatos, & ab Eccleſia extraneos dicit. Similiter & de prædeſtinatione Dei, quòd ſi quis ad bonum prædeſtinatus eſſet, contra malum reſiſtere, neceſſe illi non erat, ſi verò ad malum * notus, bonum illi exercere nihil proderit. Pro quo capitulo Apoſtolicis adhortationibus, eos caſtigans, nec non & de hoc, quia com- G munem vitam cum Judæis, & non baptizatis paganis, tam in eſcis, quàm in potu, ſeu & in diverſis erroribus, * nihil pollui ſe inquiunt, nec non & de filiabus eorum, quas populo gentili tradunt, vel de ſacrationibus eorum, ſeu & de mulieribus, quæ vivente viro ſibi maritum ſortiuntur, ſimúlque & de libertate arbitrii, vel aliis multis, quæ enumerare longum eſt, eos caſtigans cum ſanctorum patrum traditionibus.*

* *natus. vel prædeſtinatus.*

* *videtur deeſſe:* agunt vel ducunt.

XCVII.

H *Meminerunt Epiſtolæ hujus Baronius & Cent.*

ADrianus Papa Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectiſſimis nobis omnibus orthodoxis Epiſcopis per univerſam Spaniam commorantibus. Inſtitutio univerſalis naſcentis Eccleſiæ beati Petri ſumpſit honore principium, in quo regimen ejus & ſumma conſiſtit, ex ejus enim Eccleſiaſtica diſciplina, per omnes Eccleſias religionis jam creſcente cultura, fonte manavit. Nicænæ Synodi non aliud præcepta teſtantur, adeò, ut non aliquid ſuper eam auſa ſit conſtituere, cùm videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri; omnia denique huic noverat Domini

Digitized by Google

mini ſermone conceſſa. Hanc ergo Eccle-
A ſiis toto orbe diffuſis velut caput ſuorum
certum eſt eſſe membrorum, à qua ſi quis
ſe abſcidit, fit Chriſtianæ religionis ex-
torris, cùm in eadem non cœperit eſſe com-
page. Audivimus quippe, quòd quidam
Epiſcoporum in partibus veſtris degentes,
Apoſtolicæ Sedis doctrinam contemnentes,
contra orthodoxam fidei traditionem no-
vas introducere nituntur hæreſes, præter-
mittentes vaſis electionis B. Pauli Apoſtoli,
Gal. 1. ſententiam, quæ ait; *Si quis vobis evan-
gelizaverit, præter quod evangelizatum habui-
ſtis, anathema ſit.* Quapropter exultanti-
bus animis confidentiùs orthodoxam fidem
veſtram incitamus, ut ab omni peſtis in-
curſu pectora veſtra ſapienter intemerata
ſervetis, & rectæ fidei doctrinam, quam
à ſancta noſtra Catholica & Apoſtolica
B Sede, olim prædeceſſores veſtri, à ſanctis
noſtris prædeceſſoribus, ſuſceperunt, uſque
in finem defendere atque obſervare nihil-
Matth. 10. & 24. ominus ſatagatis. *Quoniam qui perſeveraverit
uſque in finem, hic ſalvus erit.*

Quamvis ergo magna locorum intervalla
nos dividant, ſi in unitate fidei noſtræ per-
ſeveraveritis; vobiſcum ſumus; tantùm,
ut ſit, auxiliante Domino, conſtantia perſe-
Philip. 1. verans, dicente Apoſtolo: *Vobis enim datum
eſt pro Chriſto, non ſolùm ut in eum credatis,
ſed etiam ut pro ipſo patiamini.* Dudum verò,
quod Wulcharius Archi-Epiſcopus Gallia-
rum ſuggeſſit nobis pro quodam Egila, ut
eum Epiſcopum conſecraret, valde nimiſ-
que eum in fide Catholica & in moribus at-
que actibus laudans, ut conſecratum veſtris
partibus emitteret ad prædicandum, nos ve-
rò prædicti Wulcharii Archi-Epiſcopi peti-
C tioni credentes, conſuetam illi licentiam tri-
buimus, ut canonicè eum examinaret, qua-
tenus ſi poſt diſcuſſionem, & veram exami-
nationem, rectum & Catholicum eum in-
veniſſet, Epiſcopum ordinaret; & nullam
quamlibet alienam ſedem ambiret vel uſur-
paret, ſed ſolummodo animarum lucra Deo
offerret, qui unà cum Johanne presbyte-
ro in partibus veſtris veniens, quod pejus
eſt, ùt ejus fama in auribus noſtris ſonuit,
non rectè ille Egila prædicat, ſed errores
quoſdam Mingentii magiſtri ſui ſequens, ex-
tra Catholicam diſciplinam, ùt fertur, cona-
tur docere, & alia plura capitula, quæ abſ-
que norma Eccleſiaſtica aliis ſuadere videtur.
Quod ſi ita eſt, veſtra fideliſſima dilectio,
quæ normam & diſciplinam ſanctæ noſtræ
Romanæ Eccleſiæ conſequitur, nullo mo-
do eorum inſaniam credere vel ſequi ſtude-
D at; quia procul dubio minimè nos credi-
mus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ignorare di-
ſciplinam, ſed potiùs admonentes, ad ve-
ram & orthodoxam fidem eos reducere ſtu-
deatis. Porrò & de partibus veſtris pervenit
ad nos lugubre capitulum, quod quidam E-
piſcopi ibidem degentes, videlicet Elipban-
dus, & Aſcaricus; cum aliis eorum con- E
ſentaneis, filium Dei adoptivum confiteri
non erubeſcunt, quòd nullus è qualibet hæ-
reſi antea talem blaſphemiam auſus eſt obla-
trare, niſi perfidus ille Neſtorius; qui pu-
rum hominem Dei confeſſus eſt filium. Qua-
propter nullo modo eorum ſerpentinum
venenum, in qualibet parte veſtram ſubri-
piat vel coinquinet dilectionem; ſed ſancto-
rum principum Apoſtolorum Petri ac Pau-
li divinam tenentes confeſſionem, atque
eorum ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ
Romanæ Eccleſiæ ſequentes traditionem pa-
ritérque præcipuorum ac Catholicorum pro-
babilium patrum dogmata amplectentes, fir-
mi & ſtabiles, atque immobiles, & incon-
cuſſi, unà nobiſcum in eorum luculenta tra-
ditione perſeverare irrefragabiliter, & in-
cunctanter nitimini; inprimis confeſſionem F
B. Petri Principis Apoſtolorum atque clavi-
geri regni cœlorum tenentes, qui ait; *Tu* Matth. 16.
es Chriſtus filius Dei vivi. Deinde vas ele-
ctionis B. Pauli Apoſtoli * ſubpoſterium fi- * Mend. locus; niſi ſubpoſterium, ſit fundamentum, vel ſuppoſitum.
dei, qui inquit; *Proprio filio ſuo non pepercit
Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*, & ſi
ipſi principes Apoſtolorum filium Dei vivi &
proprium confeſſi ſunt, quomodo oblatran- Rom. 8.
tes autumant hæretici, filium Dei adopti-
vum dicere, quo ſolo audito, omnis Chri-
ſtianus gemens paveſcit? unde beatus Atha-
naſius Alexandrinus Epiſcopus, antiquus &
egregius prædicator, de divina Incarnatione
Verbi conſonante ſancta prima Synodo, quæ
in Nicæa; infra cætera ait: Si quis verò ad- G
verſus divinam ſcripturam dicet, alium di-
cens filium Dei, & alium, qui ex Maria, ho-
minem ſecundùm gratiam, & ſi quis Domini
noſtri carnem de ſurſum dixit, & non ex Virgi-
ne Maria, aut immutatam Deitatem in carne,
& confuſam, aut alienatam, aut paſſibilem
Domini Deitatem, aut inadoratam Domini
Dei carnem, ſicut hominis & non adoran-
dam, ſicut hominis & Dei carnem, hunc
anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccle-
ſia; conſentiente, divino Apoſtolo & di-
cente; *Si quis vobis Evangelizaverit, præter* Gal. 1.
quod ſuſcepiſtis, anathema ſit.

Sed & B. Gregorius Nazianzenus, qui & H
Deiloquus, ſcribens ad Cledonium * infra
cætera inquit; *Si quis duos introducit filios,* * ſ. Intra vel, inter. S. Gregor. Naz. orat. 51. edit. novæ Pariſienſis.
*unum quidem, qui ex Deo, & patre, ſecundum
verò, qui ex matre, & non unum & eundem,
is adoptione excidat, quæ promiſſa eſt his, qui
rectè credunt. Naturæ verò duæ, Deus & homo,
ut & anima & corpus; filii verò non duo, neque
dii. Neque enim hic duo homines; quamvis
Paulus quod interius hominis & exterius appel-* 2. Cor. 15.
*lavit. Si oportet continuo dicit, alium & alium
ex quibus Salvator, ſive non quod & ipſum in-
viſibilem viſibili & ſine tempore, quæ ſub
tempore; non alius & alius abſit; utraque unum
verò.* Et infra: *Si quis ex operibus perfectum,
aut poſt baptiſma, aut poſt ex mortuis reſurre-
ctionem*

A *ctionem adoptionem dignus eſt, dicit, ſicut quos pagani * præſcriptos introducunt, anathema ſit.*

*aſcriptitios.

[ANNOTATIO.

LOcus iſte Nazianzeni totus fermè in apographo noſtro corruptus eſt. in editione Billii ita habet convenienter Græco textui. *Si quis duos filios, alterum ex Deo & patre: alterum ex matre, non autem unum atque eundem induxerit; is ab ea quoque filiorum adoptione excidat, quæ rectè credentibus promiſſa eſt. Quamquam enim Deus & homo duæ naturæ ſunt; quemadmodum & anima & corpus; non tamen duo filii, nec dii: quemadmodum ne hic quidem duo homines, tametſi Paulus ad hunc* B *modum internam & externam hominis partem appellaverit. Atque ut paucis rem complectar, aliud quidem atque aliud ſunt ea, ex quibus Salvator (niſi verò id, quod cerni non poteſt, idem eſt cum eo, quod in oculorum aſpectum cadit; & quod temporis expers eſt, cum eo, quod tempori ſubeſt) non tamen alius, atque alius abſit; ambo enim hac conjunctione unum ſunt.*

Infrà: *Si quis ex operibus perfectum fuiſſe, aut poſt baptisma, vel reſurrectionem à mortuis, in filium adoptatum dixerit; quemadmodum quos Græci adſcriptitios inducunt, anathema ſit.*]

Unde præcipuus Amphilochius Iconii Epiſcopus in ſermone ſuo in ſancta Epiphania nos docuit. *Nunc in Spiritu ſancto propter* C *adoptionis gratiam, impoſſibile enim, te accipere auctoritatem adoptionis, & clamare, Abba pater, niſi ſignante adoptionis ſpiritu.* Eſt poſt pauca: *Niſi ille paſſus fuiſſet ſervi forma, nullo modo tu gloriam adoptionis lucrareris.* Et poſt modicum: *Diligite imperiale donum; capite adoptionis dignitatem.* Sed & B. Gregorius Nyſſenus Epiſcopus ſuper Matthæum * diſponens, ita ait; *Si verò pacificus es, adoptionis gratia coronaris.* Quatenus & B. Johannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus, qui & Chryſoſtomus, ad Neophytos ſcribens inſtruit: *Benedictus Deus, iterum dicamus, qui facit mirabilia ſolus, qui facit univerſa, & convertit univerſa; ecce libertatis ſerenitate perfruuntur, qui tenebantur antè captivi, & cives Eccleſiæ ſunt, qui fuerant in peregrinationis errore; & juſtitiæ in ſorte verſantur, qui fuerunt in confuſione peccati; non enim ſunt tantùm liberi, ſed & ſancti, non tantùm ſancti, ſed & juſti; non ſolùm juſti, ſed & filii, nec ſolùm filii, ſed hæredes, non ſolùm hæredes, ſed & fratres Chriſti, nec tantùm fratres* D *Chriſti, ſed cohæredes, non tantùm cohæredes, ſed & membra, non membra tantùm, ſed & templum; nec tantùm templum, ſed & organa ſpiritus, Benedictus Deus, qui facit mirabilia ſolus. Vides, quot ſunt baptiſmatis largitates, ſed multis quidem videtur cæleſtis gratia, in peccatorum remiſſione tantùm conſiſtere, nos autem honores computavimus decem:* hac de cauſa etiam infantulos baptizamus, ne ſint coinquinati peccato, ut eis detur, juſtitiæ adoptio, hæreditas, fraternitas Chriſti, ut ejus membra ſint omnes, E ut ſpiritus inhabitatio fiant.

*differens.

Item idem ipſe ſuper Joannem Evangeliſtam docuit; *Non enim inutilis fias erga beneficum, neque contrariis retribue, qui tibi fontem beatitudinis donavit, ubi enim adoptioni dignitas, ibi malorum amputatio, & bonorum omnium datum.* Idem ipſe Pſalm. factum eſt iſtud, & eſt hoc mirabile in oculis noſtris; ut nos, qui ante paſſionem Domini ſine teſtamento eramus, & lege, adoptaremur in filios Dei.

Ecce, dilectiſſimi nobis, qualiter ſancti Patres orientales docuerunt, inter dona chariſmatum adoptionem eſſe, & nobis omnibus, qui in peccatis nati ſumus, & iterum F per Baptiſmum renati, à Domino noſtro Jeſu Chriſto, filio Dei unigenito, conceſſam. Unde & B. Auguſtinus egregius Doctor in Sermone de Natali Domini inquit: *Audite filii lucis, adoptati in regnum Dei.* Et iterum in Explanatione ſancti Evangelii ſuper Joannem pro hoc manifeſtè docuit: *Quotquot autem receperunt eum; Quid eis præſtitit? Magnam benevolentiam; magnam miſericordiam. Unicus natus eſt, & noluit manere unus. Multi homines cùm filios non habuerunt, peractâ ætate, adoptant ſibi, & voluntate faciunt, quod natura non potuerunt; hoc faciunt homines; ſi autem aliquis habeat filium unicum, gaudet de illo magis, quia ſolus omnia poſſeſſurus eſt; & non habebit, qui cum eo dividat hæreditatem, ut pauperior remaneat. Non ſic Deus; unicum eundem ipſum, quem genuerat, & per quem cuncta* G *creaverat, miſit in hunc mundum, ut non eſſet unus, ſed fratres haberet adoptatos; non enim nos nati ſumus de Deo, quomodo unigenitus, ſed adoptati per gratiam ipſius; ille enim venit unigenitus ſolvere peccatum,* &c. Item in alio Sermone ejuſdem libri: *Nullo modo autem poſſunt dicere habere ſe charitatem, qui dividunt unitatem.* His dictis ſubſequentia videamus: *Perhibuit Johannes teſtimonium, quia vidit. Quale teſtimonium perhibuit? quia ipſe eſt filius Dei; oportebat ergo, ut ille baptizaret, qui eſt filius Dei unicus, non adoptatus; adoptati filii miniſtri ſunt unici, unicus habet poteſtatem, adoptat in miniſterium; licèt baptizet miniſter, non pertinens ad numerum fratrum; quia malè vivit & malè agit, quid nos conſolatur? Hic eſt, qui baptizat,* &c.

Idem in alio Sermone: *Nos enim de gentibus venimus; de gentibus autem non veniremus,* H *niſi Deus de lapidibus ſuſcitaret filios Abrahæ: facti ſumus filii Abrahæ imitando fidem, non naſcendo per carnem; ſicut enim illi degenerando exhæreditati ſic nos imitando adoptati.* Et infrà idem in alio Sermone: *Pater diligit filium, & omnia dedit in manu ejus; adjecit,* omnia dedit in manu ejus; *ut noſſes & hic, qua diſtinctione dictum ſit;* pater diligit filium; *quare ergo Pater non diligit Joannem? & tamen non omnia dedit in manu ejus. Pater non diligit*

Joan. 3.

A *git Paulum? & tamen non omnia dedit in manus ejus; Pater diligit filium, ſed quomodo Pater filium; non quomodo Dominus, ſervum. Quomodo unicum, non quomodo adoptatum.*

Pariter B. Hilarii Pictavienſis Epiſcopi ſuper Matthæum inquit expoſitio: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur; pacificorum beatitudo, adoptionis eſt merces, ut filii Dei maneant; parens enim omnium Deus unus eſt, neque enim aliter tranſire, in nuncupationem familiæ ejus licebit, niſi oblivione earum rerum adſumpta, quibus poſſumus offendi, fraterna invicem charitatis pace vivamus.* Sed & B. Leo egregius Papa atque præcipuus doctor ex Sermone ſanctæ Epiphaniæ ita nos docuit: *Unde quod illuſtres viri, univerſarum gentium perſonam gerentes, adorato Domino ſunt adepti, hoc in populis ſuis per fidem, quæ juſtificat impios, totus mundus adſequitur, & hereditatem Dei ante ſæcula præparatam accipiunt adoptivi, & perdunt, qui videbantur eſſe legitimi.* Et poſt Serm. 5.
B cætera ex ipſo Sermone: *Illa nobis currenda eſt via, quam ipſe Dominus ſe eſſe teſtatus eſt; qui nobis nullis operum meritis ſuffragantibus Sacramento conſuluit & exemplo, ut in adoptionem vocatos, per illud proveheret ad ſalutem, per hoc imbueret ad laborem.* Item ex ejuſdem beatiſſimi Leonis Pontificis Sermone de paſſione Domini. *Nos autem dilectiſſimi, qui ab ignorantiæ tenebris liberati, fidei lumen accepimus, & in novi teſtamenti hereditatem per electionem adoptionis intravimus, feſtivitate, quam Iſraël carnalis perdidit, gaudeamus.* Item alius ſermo ejuſdem de Pentecoſte. *Nos autem, dilectiſſimi, ad beatam hereditatem & animæ & carnis per regenerationem ſancti Spiritus adoptati, ſacratiſſimum diei iſtius feſtum rationabili obſequio celebremus: confidentes cum B. Paulo Apoſtolo, quòd Dominus Jeſus aſcendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus; ut Evangelium Dei per omne humanæ vocis eloquium prædicaretur, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Jeſus in gloria eſt Dei patris.*

C Si enim ſanctorum omnium orthodoxorum patrum, pro hujuſmodi opuſcula vobis exaráſſemus, antea chartæ & ſcriptores deficerent, quàm divinus per eorum diſputationes ceſſáſſet ſermo; ſed in his omnibus veſtra fideliſſima credulitas ad fidem Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, eos, qui in errore poſiti ſunt, redigentes, fructum animarum Deo offerre ſtudere, ut nobis vobiſque potiſſimum lucrum adcreſcat; paritérque & hoc
D pervenit ad noſtras Apoſtolicas aures, quòd multi in partibus illis in Inſipientiam atque cordis dementiam devoluti, prædeceſſorum noſtrorum ſanctorum Pontificum, & noſtras relationum atque ammonitionum ſeries; ſecundùm venerandi Nicæni Concilii inſtitutionem de Paſchali feſtivitate, ita contemnere audent, quòd ſi plenilunium quarto decimo ſcilicet lunæ die, Sabbatho contigerit, alio die Dominico vide- E
licet quinto decimo lunæ die Paſcha ſanctum minimè celebratur, ſed prætermiſſo eodem quinto decimo die, in alio ſequentis ſeptimanæ Dominico, qui eſt viceſimo ſecundo lunæ die, Paſchalis feſti gaudia pronunciant celebranda. Quòd ſi interiùs mente perpenditur magni ac venerandi Nicæni Concilii trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum ſimul convenientium promulgata Paſchalium feſtivitatum ratio, procul dubio omnis error, omníſque ambiguitas ab hæſitantium cordibus auferetur; ſed dum plerique propria commenta, ùt acuti, perſpicaces, & mundanæ ſcientiæ gnari; ſpiri- F
talis verò eruditionis ignari, vindicare deſudant; olitanam Patrum traditionem deſidioſa ignavia prætereunt, & vera mendaciis obumbrare inhiant. In eodem quippè magno Nicæno Concilio decennovenali cyclo Patrum confirmato ſententia, ita inter cætera ibidem fertur promulgatum: quòd non ampliùs, quàm uſque ad viceſimam primam lunæ diem hujus ſacræ feſtivitatis ſolemnia dilatentur. Quam Paſchæ rationem & Antiochenum demum venerandum corroborans concilium, inter reliqua ita inibi, in primo ſcilicet capitulo, conſtat exaratum. *Omnes, qui auſi fuerint diſſolvere definitionem ſancti & magni Nicæni Concilii, congregati ſub præſentia piiſſimi & venerandiſſimi principis Conſtantini, de ſalutifera ſancti Paſcha ſolennitate excommunicandos & ab Eccleſia eſſe abjiciendos cenſemus;* & ſi tamen * contentiùs adverſus ea, quæ benè ſunt * contentioſius.
conſtituta perſtiterint, atrocioribus ſubmiſſuros interdictionibus cenſuerunt. Nam & G
beatiſſimus Dionyſius, in ea, quam de ratione Paſchæ promit epiſtola ait; *A duodecimo Kalendarum Aprilium die, cunctorum orientalium ſententia æquinoctii curſus vernalis conſequatur, decreverunt maximè Ægyptiorum peritiam, qui hujus calculationis gnari doctique ſunt, inquirendam, ſpecialiter adnotatur, in quo etiam ſi luna quarta decima Sabbatho contingat, ſequenti die Dominico luna quinta decima celebrandum Paſcha ſancta Synodus Nicæna ſine ambiguitate firmavit.*

Attendite, dilectiſſimi nobis, & illud, H
quod beatus Proterius Alexandrinæ Eccleſiæ præſul, prædeceſſori noſtro beatiſſimo Leoni Papæ, ob piæ memoriæ Marciani Principis juſſum, direxit: poſt plurima enim ita ait: *Olim quidem Dominus per Moyſen ſignificans dicit; menſis iſte vobis initium menſium primus erit in menſibus anni, & facies Paſcha Domino Deo tuo, quarta decima die menſis primi.* Et poſt pauca ſubjunxit dicens; Exod. 12.
Si quando in die Dominico, quarta decima luna reperta eſt, in ſequenti ſeptimana eſt dilatanda feſtivitas; ſicut & veteres patres noſtri fecerunt, quartas decimas lunas occurrentes, in aliam Dominicam

A *minicam transferentes.* Unde conſtat, dilectiſſimi, non ampliùs hujus venerandæ feſtivitatis ſolennitatem extendi fas eſſe, quàm uſque in viceſimam primam lunæ diem, ritè obſervantes hebdomadæ dierum numerum, dum ſolaris curſus à lunæ curſu omnino diſcordat; quoniam in ſex quidem diebus, creator omnium Dominus æthereum firmamentum, omnémque ejus ornatum, rutilantia æquoris atque telluris gignentia ac elementorum materiam, & cunctorum reptilium animantia pattavit, & poſtremùm è limo hominem finxit agri, & in ſeptimo die requievit ab omni opere, quod patrârat; his nempe ſeptem diebus à quarto decimo die lunæ, quod eſt plenilu-
B nium, ſi Dominica tamen occurrerit, quæ eſt prima & ſancta dies, pro eo, quòd non oportet in ea jejunare, intermiſſis in alia Dominica, quæ eſt prima & ſancta dies, viceſima prima luna rationis ordo exigit, ſanctum Paſcha à Chriſtianis celebrandum; nam ſi in Sabbatho quarta decima luna provenerit, non eſt intermittenda ſubſequens Dominica, quinta decima videlicet lunæ dies, venerantes eandem Dominicam, quæ eſt prima Sabbathorum dies, in qua lux, jubente Deo, in ipſo mundi exordio prodiit, in qua & vera lux Salvator noſter, ab inferis carne reſurrexit; nam ſi octo dies à quarta decima lunæ die, quando jejunium ſolvitur, intermittuntur, ut
C in viceſimo ſecundo die lunæ Paſchalis feſtivitas dilatetur, ergo jam non ſeptima, id eſt, hebdomada, ſed ogdoada, ùt ſtolidi quique & vecordes prophanizant, dicenda atque obſervanda eſt; intuendum quippe & illud ratio ſuadet, quòd ſeptem hebdomadæ, & non octo intermittuntur à Paſchali feſtivitate uſque ad ſanctam Pentecoſten, in qua paracletum ſpiritum à patre redemptor noſter Dei vivi filius poſt glorioſam reſurrectionem ſuam, ſanctis ſuis Apoſtolis miſit, pro quo regiam gradiemur viam, & non declinabimus penitus per tor-
D tuoſum, & dumis ac tribulis repletum callem, pergant per eum hi, qui cupiunt, nova figmenta, & ſcelerum monumenta componere, ut meritò ſpinæ & tribuli generentur eis. Jam quidem dudum deceſſores & prædeceſſores noſtri ſancti Pontifices, pro hac quæſtione, ſimúlque hæreſi, illis partibus commonitorium atque adhortationem dirigentes, congrua capitula B. Cyrilli atque Theophili, nec non & aliorum ſanctorum patrum, quos dinumerare longum eſt, promulgantes docuerunt; quod veſtræ dilectioni gnatum eſſe dubium non eſt, pro quo non ſilemus, chariſſimi, impenſiùs vos commonere, ut à falſis fratribus caveatis, & eo modo, quo ſancta noſtra Romana Eccleſia, caput omnium Eccleſiarum Dei, Paſchalem celebrat ſolemnitatem, & rectè, ſi Dei tenet traditiones, & vos procul dubio E
celebrare ſtudeatis, ut ſicut pares nos Chriſtianorum fidei religio efficit, æquales nimirum, in feſtivitatibus efficiat.

Verùm etiam & hoc de partibus veſtris audivimus, quòd quidam pollicentes atque in errore perſeverantes prædicant, ut, qui non ederit pecudum aut ſuillum ſanguinem, & ſuffocatum, rudis eſt aut ineruditus. Nos quidem Apoſtolica præcepta imbuti atque eruditi confirmantes prædicamus; quòd ſi quis pecudum aut ſuillum ſanguinem, vel ſuffocatum manducaverit, non ſolùm totius eſt conſolationis alienus, ſed ipſius quoque intelligentiæ communis prorſus extraneus, unde ſub anathematis vinculo obligati in laqueos incidunt diaboli. F

Illud autem, quod alii ex ipſis dicunt, quòd prædeſtinatio ad vitam, ſive ad mortem, in Dei ſit poteſtate, & non noſtra; iſti dicunt, ut quid conamur vivere, quod in Dei eſt poteſtate? Alii iterum dicunt, ut quid rogamus Deum, ne vincamur tentatione, quod in noſtra eſt poteſtate, quaſi libertate arbitrii? revera enim nullam rationem reddere vel accipere valent, ignorantes B. Fulgentii Epiſcopi, ad Eugypium presbyterum contra Sermonem cujuſdam Pelagiani opuſcula directa, quibus infra multa idem pater docens, hæc verba ſubjungit. *Illi autem dum pro ſe gratiam ſolùm reprehenſibiliter intromittunt, in ſe damnabiliter calcaverunt, qui alios ad vitam, alios ad mortem aſſerunt deſtinatos, adverte, quibus impietatis ſe nexibus ligant: ſi ad bonum prædeſtinatus ſum, contra malum reſiſtere neceſſe mihi non erit; ſi verò ad malum natus, bonum mihi exercere nihil proderit, ac ſic in utraque parte, intercluſo appetitu laudis &* G
gloriæ, unus ſecuritate, alius deſperatione torpebit, ac per hoc ociabitur juſtitiæ exercitatio, oratio ceſſabit, languebit operatio. Sed non ita eſt; quin potiùs inceſſanter oremus; quia ipſe Dominus dicit; ſine intermiſſione orate, ne intretis in tentationem. Nihilominus contra omne peccatum, non ſolùm oratione, ſed etiam labore luctemur; quia ipſe Dominus præſenti lectione teſtatus eſt; quia unuſquiſque propriam mercedem accipiet, ſecundùm ſuum laborem. Hæc verba, quibus auctor Sermonis illius, veritatem prædeſtinationis nititur oppugnare, inconſideratè atque H
indiſcretè prolata, Deo nos adjuvante, monſtramus. Et poſt cætera: *Opera ergo miſericordiæ ac juſtitiæ præparavit Deus in æternitate incommutabilitatis ſuæ, & ſicut futurorum operum ſuorum, nunquam fuit ignarus, ſic in eorundem operum præparatione nunquam improvidus: præparavit ergo juſtificandis hominibus merita; præparavit iiſdem glorificandis & præmia; malis verò non præparavit voluntates malas, aut opera mala, ſed præparavit eis juſta & æterna ſupplicia, hæc eſt æterna prædeſtinatio futurorum operum Dei, quam ſicut nobis Apoſtolica doctrina ſemper inſinuari cognoſcimus, ſic etiam fiducialiter*

Digitized by Google

A *ter prædicamus; Beatus enim Paulus prædeſtinationem eorum, quos DEUS gratis ſalvat, & evidenter & frequenter inſinuat; ipſe enim dicit*
Rom. 8. *de Deo; nam quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri, imaginis Filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Et pòſt: *Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & juſtificavit: quos autem juſtificavit, hos glorificavit: nihil incertum in DEI operibus nutat; quia nihil ſuæ prædeſtinationis evacuat, prædeſtinationis igitur ſuæ opera vocatione Deus inchoat, glorificatione conſummat. Non tamen in omnibus, quos vocat, ſed quos ſecundùm propoſitum vocat; diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt.*

Item & poſt multa: *Teneatur ergo prædeſtinationis veritas à fidelibus cunctis; quia quiſ-*
B *quis divinum non credit in hac prædeſtinationis conſilium, non perveniet ad glorioſum ejusdem prædeſtinationis effectum, quiſquis autem non eſt prædeſtinatus ad gloriam, invenitur ſine dubio præſcitus ad pœnam, quæ ideo in Dei præparatione prædeſtinata cognoſcitur, ut per eam infidelitas atque iniquitas puniatur; propter quod beatus Judas Apoſtolus, quoſdam prædeſtinatos dicit, in judicium his verbis; ſubintrojerunt enim quidam homines impii, qui olim præſcripti & prædeſtinati erant, in hoc judicium Dei noſtri. Vigilanter autem in doctrina Spiritus ſancti, prædeſtinatos impios non dicit ad peccatum, ſed ad judicium, id eſt, non ad impietatem, ſed ad punitionem. Non enim prædeſtinati ſunt ad hoc, quòd vitioſas impiètates admittunt, ſed ad illud, quod judicio æquitatis divinæ recipiunt. Ipſorum enim opus eſt, quod impiè faciunt; Dei au-*
C *tem opus eſt, quod juſtè recipiunt.*

Item poſt cætera: *Proinde quod Auctor illius Sermonis ſubſequenter adjunxit dicens; quin potiùs inceſſanter oremus; quia ipſe Dominus dicit; ſine intermiſſione orate, ne intretis in tentationem, & pòſt nihilominus;* contra omne peccatum, non ſolùm oratione, ſed etiam labore luctemur, & iterum: *ſic laborantes vocat Dominus dicens:* Venite ad me omnes, qui
Matth. 11. laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam; *ſed nos à DEO humiliter gratiam poſcamus, quam collaborantem jugiter habeamus, per quam nos DEUS & in labore cuſtodiat, & ad mercedem peracto labore perducat.*

D Porrò dilectiſſimi diverſa capitula, quæ ex illis audivimus partibus, id eſt, quòd multi dicentes, ſe Catholicos eſſe, communem vitam gerentes cum Iudæis, & non baptizatis paganis, tam in eſcis quámque in potu, & in diverſis erroribus nihil pollui ſe inquiunt: & illud, quod inhibitum eſt, ut nulli liceat jugum ducere cum infidelibus; ipſi enim filias ſuas cum alio benedicent, & ſic populo gentili tradentur, & quòd ſine examinatione præfati presbyteri, ut præſint, ordinantur, & alius quoque immanis inva- E
luit error pernicioſus, ut etiam, vivente viro, mulieres ſibi in connubio ſortiantur, ipſi pſeudoſacerdotes, ſimúlque & de libertate arbitrii, & alia multa, ſicut de illis audivimus partibus, quæ longum eſt dici. Quapropter, dilectiſſimi, oportet veſtram induſtriam ſollertiſſimè vigilare, & ſicut decet Domini ſacerdotes, nulli veſtrûm liceat canones ignorare, nec quidquam facere, quod patrum poſſit regulis obviare, quæ enim à nobis res digna ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libito, licentia populis permiſſa frangatur? Unde conſtat, ut ſi quis de prædictis capitulis obnoxius reperietur, poſt unam & ſecundam adhortationem, ſi noluerit ſe corrigere, pro- F
fectò is regulariter à conſortio fidelium Dei, utpote corruptor patrum traditionum, extorris efficiatur, & in æterna condemnatione inveniatur. Cavendum ergo dilectioni veſtræ eſt, magnáque diligentia prohibendum, ne per ejusmodi homines extincta dudum ſcandala ſuſcitentur, & de exciſo olim dogmate, aliquod in provincia ejuſdem mali germen oriatur, quod non ſolùm in radicibus ſuis creſcat, ſed etiam ſanctæ Eccleſiæ ſubolem veneno ſui odoris inficiat, qui correctos ſe videri volunt, ab omni ſuſpicione ſe purgent, & obediendo vobis probent, ſe eſſe noſtros, quorum ſi quiſquam ſalubribus præceptis ſatisfacere detrectaverit, ſive ille clericus, ſive ſit laicus, ab Eccleſiæ ſocietate pellatur; ne perditor animæ ſuæ, ſaluti inſidietur alienæ. Sed vos, dilectiſſimi, noſtræ ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ orthodoxam fidem amplecten- G
tes, prædicare nitimini, ut ſicut unus eſt paſtor noſter Chriſtus, Dei vivi filius, omnes ſimul in uno ejus efficiamur aggregati ovili, & quemadmodum unius capitis ſumus membra; unum efficiamur corpus in Chriſto JEſu Domino noſtro, promerentes, quod ſanctis ſuis contulit cultoribus, qui ejus præcepta cuſtodiunt, & ab initio mundi divinæ ejus placuerunt majeſtati; deſiderabi-
lem promiſſionem, quam ait: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum vobis præparatum ab origine mundi.* Matth. 24.

Item exemplar Epiſtolæ Conſtantini Papæ Neophyti ad Domnum Pippinum regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones, & de obitu Domni Pauli Papæ, & poſtulat, ut in gratia Domni Pippini regis permanere poſſit, ſicuti Anteceſſores ſui fuerunt. H

Mortuo Paulo I. Pontifice, in ſedem Apoſtolicam à factioſis intruſus fuit iſte Pſeudopapa Conſtantinus, qui mox ad Pippinum duas Epiſtolas dedit, quarum meminerunt quoque Baron. Anno 767. N. 7. & Magdebur.

XCVIII.

DOmno excellentiſſimo filio Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Conſtantinus Papa. Omnino credimus, jam, præcurrentibus nunciis, ad veſtram

Cent. 8. c. 10. Lege Bar. Anno 767. Num. 5. & ſeqq. & fumi iſti ſtatim diſſipabantur.

ram excellentiſſimam, atque à Deo inſtitutam regalem potentiam perveniſſe, quòd, beatæ recordationis prædeceſſor noſter, Domnus Paulus Papa de hac luce, Dei vocatione, ſubtracto, Urbis vel ſubjacentium ei civitatum populus meam infelicitatem ſibimet præeſſe paſtorem elegerunt; & ecce, cum nimio ſtupore mentis dico illud; quod nequaquam penitus optabam, nec mea exigebant merita tam ſacrum Apoſtolatus culmen, magníque oneris paſtoralis adeptus ſum curam. Propterea; quia omnipotens Deus per manus ipſius Principis Petri atque ejus Vicarii ad exaltandam ſuam ſanctam Eccleſiam, & redimendam hanc provinicam, præ omnibus regibus ac mundi potentibus, utpote novum Moyſen, qui Iſraëliticum, Dei nutu, redemit populum, veſtram excellentiam in his diebus eligere ac ſuſcitare juſſit, quod profectò, Deo annuente, veſtro auxilio ac certamine perpetratum eſt:
B Idcirco obnoxiis deprecationibus, tanquam præſentialiter coram veſtro mellifluo regali adſiſtens conſpectu, flexo poplite deprecor præcellentiam veſtram, ut illud, quod beato Petro polliciti eſtis, ſimúlque & charitatem atque amicitiam, quam cum, beatæ recordationis, Domno Stephano, ſummo Pontifice, vel ejus germano, prædeceſſoribus nobis, habuiſtis; omnimodo recordare ac conſervare jubeatis; & multò ampliùs exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſpiritalis matris veſtræ, atque orthodoxæ fidei defenſionem, ac hujus vobis commiſſæ provinciæ, perfectam liberationem procurare dignemini; quatenus repoſitam jam vobis
C in ſidereis manſionibus mercedis coronam, interveniente beato Petro Apoſtolorum Principe, ab omnipotente Deo conſequi mereamini. Nos enim nequaquam alibi, poſt Deum, noſtram habemus ſpem, niſi in veſtro à Deo corroborato brachio, pro quo & eundem Dominum Deum noſtrum, cui occulta cordis manifeſtata ſunt, proferimus teſtem, quòd ampliùs ſicut ipſi prædeceſſores noſtri Pontifices in veſtra charitate, ac fida dilectione atque ſincera amicitia firmi atque immutabiles ſatagimus fine tenus per-
D manere, & per nullam temporum interruptionem à veſtra nos charitate, atque à Deo protecti regni veſtri Francorum ſincera amicitia * quomodo ſeparabimus. Itaque Chriſtianiſſime, & à Deo inſtitute, magne victorioſiſſime, bone Rex & noſtri, Dei nutu, defenſor, interim, diverſis nobis imminentibus cauſis, nulla extitit poſſibilitas, donec Miſſi veſtri, qui illuc ad vos directi ſunt, revertantur, alios duos dirigere Miſſos; dum verò illi remeaverint, confeſtim noſtros Miſſos ad veſtri præſentiam dirigemus. Tamen & huic veſtro Miſſo hoc ipſum in ore poſuimus, veſtræ benignæ excellentiæ ſuggerendum, geſta quippe ſanctorum, de

** quomodocunque.*

quibus miſiſtis vobis dirigi, in quantum reperire valuimus, vobis tranſmiſimus. E

Deus autem omnipotens, in cujus manu cor excellentiæ veſtræ regitur, felicia vobis tribuens tempora, omnes adverſas nationes veſtris regalibus ſubjiciat veſtigiis, & per multorum annorum metas regni gubernacula vos cum excellentiſſima, & à Deo illuſtrata filia noſtra, Domna Regina, atque præcellentiſſimis Regibus, veſtris natis, faciat poſſidere, & æternæ beatitudinis, cum ſanctis & omnibus electis ejus per infinita * annuat effici participes. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

** ſæcula,*

Item exemplar Epiſtolæ Conſtantini Papæ, Neophyti ad Domnum Pippinum regem directæ, in qua continetur, quòd à populo Romano per violentiam electus, & in Sede Apoſtolatus intromiſſus fuit, poſtulans, ut in gratia Domni regis Pippini permanere poſſit, ſicut anteceſſores ſui fuerunt, & inde de Epiſtolæ Theodori Patriarchæ Jeroſolymitani, & de aliis Epiſtolis Alexandrini & Antiocheni Patriarcharum, & in Embolo de Georgio, Marino & Petro. F

XCIX.

DOmno excellentiſſimo filio Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Conſtantinus Papa. Dum internæ G mentis intuitu, infra memetipſum vehementer conſidero, quanta mihi incepti paſtoralis officii debet inſiſtere cura ad paſcendas Dominicas rationales oves, valde fateor intolerabilem mœſtitiam cordis mei arcano adhæſiſſe; quia procul dubio non meriti, ſed oneris hujuſcemodi provectio omnibus curam animarum adſumentibus, videtur eſſe * conferta ſollicitudo, & qui nimis comprimor, & nullis operum meritis, neque virtutum profectibus me præſtiturum perpendo, quid divina miſericordia inſpirante cordis affectu operari juſſerit, & ilico velut ex gravi ſomno experrectus nimio ſtupore & extaſi invenio, à Deo in me rogatum, quod nunquam optavi, quod nunquam penitus cogitavi, nec cor puſillitatis meæ quoquo modo aſcendit, ex improviſa enim H violentia, manu à populorum innumerabili concordantium multitudine, velut valida aura venti raptus, ad tam magnum & terribile pontificatus culmen provectus ſum. Unde ſicut navis æquoreis procellis fluctuatur: Ita ego infelix & inutilis curarum tumultibus, & populorum proclamationibus, atque lacrymoſis ululatibus concutior; etenim omnes omnino, à magno uſque ad parvum

** collata.*

A parvum, proprios dolores ac violentias vociferantes, non ceſſant circumvallare me undique cogitationum certamina, ob conſolationem & juſtitias impertiendas huic à vobis liberato populo.

O quàm magna, & metuenda exiſtit paſtorum ſollicitudo, & quomodo infelix poſſim onerum animarum exequi curam? Veruntamen, dum protinus jactavi cogitatum meum in Domino, & ſpei meæ fiduciam ad ejus contuli miſericordiam, B méque excellentiſſime, & à Deo protecte victorioſiſſime Rex, in veſtro ſolito auxilio, & protectione commiſi, paratum jam remedium inveni, & afflictus animus meus paulisper reſpiravit. Valde enim, poſt Deum, confortor in veſtra regali potentia, & à Deo protecto regni veſtri Francorum robuſtiſſimo brachio. Inter hæc itaque conſidero, quanta ſit Dei noſtri omnipotentis miſericordia, & confeſtim opima conſolationis oportunitas mihi confertur. Ipſe enim pro humani generis ſalute de ſinu patris deſcendens, Verbum caro factum, de virgine Maria Domna noſtra naſci dignatus eſt, non amittens Deitatem, ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens; qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparavit. Unde non eſt dedignatus cum peccatoribus & Publicanis loqui C ac conveſci; ſuſcepit enim Publicanum, & Evangeliſtam effecit, Matthæum dico, qui Evangelica verba mundo propagavit. O multitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm inſcrutabilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus. Verè magnus Dominus & laudabilis nimis, & ſapientiæ ejus non eſt numerus, qui ponit humiles in ſublimi, & mœrentes erigit ſoſpitate, pro quo, tanquam unum ex publicanis me exiſtimans cum gemitu cordis, percuſſo pectore, deprecor ineffabilem miſericordiam, ut tantum paſtorale officium, quod mihi immerito contulit, me ſalubriter exequi, & lucra animarum ejus divinæ majeſtati offerre me annuat. Crebrò enim laudem ipſius redemptoris noſtri loquitur os meum, caro & lingua benedicit ſanctum nomen ejus, qui non merita exiſtimat, ſed miſeretur, quibus miſereri vult.

D Præmiſſis quidem jam vicibus noſtris Apoſtolicis apicibus, * juſſi ſumus intimâſſe à Deo inſtituto regali veſtro culmini, de receſſu prædeceſſoris noſtri, Domni Pauli Papæ, & quomodo me indignum & inutilem divina dignatio in Apoſtolatus ordinem provehere juſſit. Unde ecce & nunc iteratis noſtris Apoſtolicis affatibus, debitum honoris ac ſalutationis affectum & viſitationis conatum excellentiſſimæ Chriſtianitati veſtræ aptum duximus perſolvere, & quoniam omnipotens & longanimis Deus noſter verbum ſalutis per ſuum Apoſtolum, B. Petrum excellentiæ veſtræ mittens, fortiſſimum E ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, & fidei orthodoxæ liberatorem ac defenſorem te ſuſcitavit, atque conſtituit, præcellentiſſime fili, & magne orthodoxe Rex, ideo licèt mutatis paſtoribus, cura tamen hujusmodi certaminis ac defenſionis vobis incumbit, & ob hoc, tanquam præſentialiter, coram mellifluo regali veſtro aſpectu, conſiſtens deprecor, & per Deum omnipotentem, qui eſt judex vivorum & mortuorum, ante cujus conſpectum omnia elementa contremiſcunt, & abyſſi moventur, qui omnia regna mundi ſuæ providentiæ nutu diſponit, qui etiam te, excellentiſſime fili, ac benigniſſime Rex, tuóſque amantiſſimos natos, ac meos ſpiritales filios in reges per manus B. Petri Apoſtolorum principis ungi præcepit, firmiter excellentiam veſtram conjuro, ut ea, quæ pro ſtabilitate regni veſtri, & æternæ vitæ remuneratione B. Petro polliciti eſtis, pro exaltatione ac defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ, F ſpiritalis matris veſtræ, & ſanctæ orthodoxæ fidei obſervare, & in omnibus adimplere jubeatis, & in ea charitate ac dilectione, in qua cum noſtris prædeceſſoribus; Domno Stephano ac Paulo, beatiſſimis Pontificibus permanſiſtis, nobiſcum permanere jubeatis, & in eadem amicitiæ connexione, cum mea fragilitate perſiſtere; non noſtra, quæ mala ſunt, merita exiſtimans, ſed adimplens illud divini oraculi præceptum; *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem recipiet Prophetæ; & qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedem ſuſcipiet juſti.* (Matth. 10.) Et illud, quod ipſa veritas Deus noſter ait. *Qui me recipit, vos recipit; & qui me ſpernit, vos ſpernit.* (Luc. 10.)

G Conſidera, bone Rex, quia potuerat Deus noſter per angelum virtutis ſuæ, aut alio modo liberationem ſuæ Eccleſiæ, & fidei orthodoxæ operari, ſed non in alio, niſi in tua Excellentia complacuit; quia tibi hoc bonum ſervatum erat opus. Unde apertè cunctis datur intelligi; quia omnia jam ante mundi conſtitutionem à Deo prædeſtinata ſunt. An non erat prædeſtinatus David? de quo, ſecundùm carnem, Chriſtus in mundo editus eſt, puſillus enim inter fratres exiſtens, ab ovibus patris ablatus, in regem unctus eſt; & quia à Deo prædeſtinatus es defenſor ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſter, adeſto, exaudi preces noſtras mitiſſime Rex, ſic te exaudiat Dominus in quacunque die eum invocaveris. Nos quidem, H ita teſtis nobis Deus noſter, cui occulta cordis manifeſta ſunt, ut plus etiam, quàm præfati noſtri prædeceſſores Pontifices, in veſtra à Deo protecti regni veſtri Francorum charitate & dilectione, atque ſincera fidelitate, cum omni noſtro populo firma conſtantia erimus permanſuri, & peto coram Deo vivo, ut ſi forſitan quiſquam, ſpiritu nequitiæ irreptus, contraria de nobis veſt-

* al.

A ro regali culmini garrire attentaverit, nulla
ei credulitas admittatur; quia, ùt confidi-
mus in Dei omnipotentis miſericordia, ple-
niùs eritis de noſtra puritate ſatisfacti.

Unde ecce magnopere ad veſtra à Deo di-
recta veſtigia direximus præſentes fideliſſi-
mos noſtros Miſſos, ſcilicet Chriſtophorum,
dilectum filium noſtrum presbyterum, at-
que Anaſtaſium Notarium Regionarium ſpi-
ritalis matris veſtræ, ſanctæ noſtræ Eccleſiæ,
qui vos de noſtra fidelitate, quam erga veſt-
ram regalem potentiam gerimus, ſatis fa-
cere debeant, quibus & in ore poſuimus
hoc ipſum Chriſtianitati veſtræ noſtra vice
enarrandum. Quos petimus, ob reveren-
B tiam veſtri B. Petri, benignè à vobis & ſo-
litè ſuſcipi, eíſque in omnibus credere, &
cum lætabundis nunciis de veſtro benigno
propoſito & immenſa proſperitate abſol-
vere jubeatis.

Itaque innoteſcimus excellentiæ veſtræ,
quòd duodecima die præteriti Auguſti men-
ſis, quintæ indictionis, conjuncti ad nos à
ſancta civitate, quidam religioſus presbyter
Conſtantinus nomine, deferens Synodicam
fidei miſſam à Theodoro Hieroſolymitano
C Patriarcha, ad nomen prædeceſſoris noſtri
Domni Paulæ Papæ, in quo & reliqui Patri-
archæ, id eſt, Alexandrinus & Antiochenus, &
plurimi Metropolitani Epiſcopi orientalium
partium, viſi ſunt concordâſſe, eámque cum
magna lætitia ſuſcipientes, atque amplect-
entes in populo in ambone relegi fecimus,
cujus exemplar in Latino & Græco eloquio
veſtræ excellentiæ direximus, ut agnoſcatis,
qualis fervor ſanctarum imaginum orientali-
bus in partibus cunctis Chriſtianis immi-
net.

His prælibatis, extenſis palmis ad æthe-
D ra, cum omnibus Dei cultoribus, & cun-
cto noſtro populo redemptoris noſtri divi-
nam exoramus clementiam, ut ſuæ extenſi-
onis dextera vos protegat, & regni veſtri,
Deo confortati Francorum terminos dilatet,
atque immenſas de hoſtibus victorias vobis
tribuat, cunctóſque adverſarios regalibus
veſtris proſternat veſtigiis regnique guber- E
nacula, longo ac proſpero ſenio vobis, unà
cum excellentiſſima filia noſtra, à Deo pro-
tecta regina, & amantiſſimis natis perſrui
concedat poſſidenda, & ſicut temporale ac
terrenum regnum, & cœleſtia vobis regna
cum omnibus ſanctis, qui ab initio mundi
divinæ placuerunt majeſtati, tribuat poſſi-
denda. Incolumem excellentiam veſtram
gratia ſuperna cuſtodiat.

Embolum.

Itaque hoc excellentiam veſtram petimus,
ut jubeas, Chriſtianiſſime ac mitiſſi- F
me Rex, inſpiratus à Deo, ad nos abſol-
vere revertendum ſanctiſſimum fratrem
noſtrum, Georgium Epiſcopum, atque
dilectos filios noſtros Marinum & Petrum
presbyteros, qui ad veſtram præcellentiam
à noſtro prædeceſſore Domino Paulo Papa
directi ſunt; cotidie enim cum magno plo-
ratu eorum parentes nos adeunt, ut veſt-
ram à Deo inſtitutam Excellentiam depreca-
ri debeamus pro eorum abſolutione, etiam
non poſſumus eorum lacrymas ſufferre.
Per te enim, bone miſericordiſſime Rex ſal-
vi effecti ſunt, & à manibus perſequentis G
liberati conſiſtunt. Unde magna in cœlo
vobis repoſita eſt mercedis corona, quo-
niam ſcriptum eſt; *qui ſalvat, tanquam qui
ædificat.* Propterea coram Deo vivo depre-
camur, ut in hoc preces noſtras exaudias,
& ipſos abſolvere jubeatis. Ipſis enim re-
vertentibus cum magna lætitia eos ſuſcipie-
mus, & charos in noſtris viſceribusample-
cti ſtudebimus; Epiſcopatum enim & Ec-
cleſias, quas tenere videbantur, inordina-
tæ uſque hactenus conſiſtunt, pro quo ju- H
beat Excellentia veſtra diſponere, quatenus
præfati viri ad terram nativitatis eorum re-
vertantur; quia adeſt tempus, ut pariter
cum ſuis parentibus, & unà nobiſcum in
Domino exultent; nóſque meritò pro
vita & incolumitate veſtra fundere
valeamus preces.

Lecto-

LECTORI.

IN antiquo Codice, minutiſſimis & implicatiſſimis characteribus exarato, quem mihi utendum benignè conceſſit admodum Reverendus & Ampliſſimus Præſul JOANNES, celeberrimi Monaſterii Cæſareenſis, Ordinis Ciſtercienſis, Abbas religioſiſſimus, reperi varias quà profanas, quà Eccleſiaſticas Epiſtolas, plurimas tamen anepigraphas, ex quibus, ſi nonnullas huic operi Epiſtolico adjungerem, rem gratam me lectoribus facturum exiſtimabam. Seligere autem conſtitueram illas potiſſimùm, quæ hiſtoriam continent ejus temporis, quod Friderici II. Imperatoris Imperium excepit, cùm ſtudiis partium varii Cæſares electi, aliisque alii oppoſiti, usque ad Imperium Rudolphi Habſpurgici ab Anno MCCXLV. ad Annum MCCLXXIII. quo Germaniæ quies reddita; inter quos Cæſares, fuêre Henricus Lantgravius Haſſiæ & Thuringiæ, Wilhelmus Comes Holandiæ, Richardus Anglus Comes Cornubiæ, Alfonſus Rex Caſtellæ & Legionis, quibus tandem fauſtiſſimis auſpiciis ſuffectus eſt Rudolphus Habſpurgicus, tot Auguſtorum Auguſtiſſimus Progenitor; ad quos omnes variorum Pontificum Epiſtolas, ùt & ipſorum ad Pontifices præcipuè, huic operi Epiſtolico annectere cogitabamus: ſed cùm ſingulis propè pagellis ineluctabiles mendæ occurrerent; conſilium mutare coacti ſumus, donec bona fortuna emendatiorem Codicem vel mihi vel aliis offerat. Multa complectuntur cognitu digna, nec fortè alibi invenienda. Sed vel tergeminis Herculis opus ſit ad omnia, quæ nuſpiam non occurrunt, monſtra debellanda. Fideliſſima & certiſſima eſt Epiſtolaris Hiſtoria; ùt non ſemel Illuſtriſſimus Annalium Eccleſiaſticorum Conditor Baronius teſtatur; quam neque hîc, in ævo alioqui ſatis obſcuro, lectoribus invidiſſem, niſi impedimenta, quæ dixi, cupientis impetum retardâſſent. Correxeram quidem nonnulla menda, ex Codice quodam Epiſtolico, quem vir clariſſimus & eruditiſſimus LAURENTIUS PIGNORIUS, Auguſtam Vindelicorum ad ampliſſimum Dominum MARCUM VELSERUM, IIvirum Auguſtanum, miſerat. Sed quia Codex ille non niſi pauculas Epiſtolas Codicis Cæſareenſis comprehendebat; non niſi paucula vulnera ſanare licuit, quorum paucitas præ innumerabili malè habentium locorum multitudine ne apparebat quidem. Vale.

FINIS TOMI SEXTI.

INDEX
IN
TOMUM SEXTUM.

A.

Aaron tolerat idololatras. 7. c.
Abbas decimas & primitias ad Epiſcopos pertinentes ne detineat. 36. b.
Abominationes maximæ. 250. h.
Abominatio deſolationis. 259. h.
Abraham in ſancto numero victor regum impiorum. 84. b. ab eo, qui æterni ſacerdotii eſt forma, benedicitur. ibid.
Abſeas ne quis judicetur. 530. h.
Acacius Epiſcopus depoſitus & condemnatus. 26. d. & ſeq. 29. b. ſe ipſum damnat. 34. d. Petro cuidam excommunicato communicat. ibid. Patriarcha Conſtantinopolitanus. 74. g. à S. Felice Papa anathematizatus. ibid. abſque omni Synodo Canonicè ab Apoſtolica Sede damnatus. 85. h. aliàs Achatius. ibid. malè bona miniſtrando, ſibi tantum nocuit. 91. c. excommunicatoriam Felicis Papæ epiſtolam noluit recipere. h.
Aciulfo presbytero Paulus Papa conceſſit corpus B. Candidi Martyris. 751. b.
Acoſma Monachus Africanus à Patriarcha Alexandrino ad Paulum Papam miſſus. 727. c.
Acta Synodi Romanæ de electione Caroli Calvi Imp. 204. d. 209. d.
Adalardus Epiſcopus Reginus. 491.
Adalberga Arigiſi Ducis relicta. 775. a.
Adalbero Epiſcopus Wirzburgenſis. 18. e. à Schiſmaticis in exilium pulſus. 141. g. reſtitutus. 159. b.
Adalbero Monachus ab adverſariis Gregorii VII. multa paſſus. 161. b. viſionem quandam B. Herlucæ Virginis refert. ibid.
Adalbertus Clericus Romanus. 759. f.
Adalbertus ſeu Albertus Comes. 137. a. ad eum epiſtolam dedit Gregorius VII. ibid.
Adalbertus Doctor facto verbóque diſertus. 25. triginta annis mundo crucifixus. ibid. & 72. à Bernaldo laudatus. ibid. presbyter. 73. a. à Bernhardo, ſive Berenhardo laudatus. f. & ſeq. 84. g.
Adalbertus Dominus de Irinſpurg, ſeu Iringopolitanus. 171. c.
Adalbertus Ratisbonenſis incluſus. 171. h.
Adalbertus de Reitenbuch. 169. g.
Adalbertus presbyter de Rota. 170. c.
Adalchiſus vel Adalgiſus vel Athalgiſus Deſiderii Regis filius. 749. b. 770. e. 774. d. iniquus & perfidus. 774. e. in Calabria reſidet. d.
Adam primus homo pro peccato de paradiſo dejectus. 77. h. & ſeq.
Adamus Duriſchius ſectarius. 9. a.
Adelbertus Wormacienſis Epiſcopus captus. 157. d.
Adeleita Lotharii Regis Longobardorum conjunx. 491. à Berengario Rege capitur, & liberatur. ibid. nubit Ottoni Regi Alamanniæ. 492.
Adelheida Duciſſa & Marchioniſſa Alpium Cottiarum. 150. d. Taurinenſis comitiſſa. e.
Adelhaidis uxor Manegoldi Comitis Palatini. 168. c. poſt mortem apparet Herlucæ in nebula. 169. b.
Admontenſe cœnobium Virginum. 170. h.
Ado vel Oddo Diaconus. 750. g. & ſeq.
Adrianus Papa canonum Conciliorum epitomen confecit, & Carolo Imp. tradidit. 57. e. à Longobardis vexatus, Carolum Magnum in Italiam ſubſidio evocavit. 107. b. non dedit Carolo Magno poteſtatem eligendi Romanum Pontificem, ùt fingit Onuphrius. e. ſeptimi univerſalis Concilii collector. 131. a. ſanctio illa, quæ dicitur tribuiſſe Carolo Magno poteſtatem deſignandi & creandi Pontificem, ùt & alia ejusdem notæ, Leoni VIII. antipapæ attributa, fictitia eſt. 180. a. & ſeq. 212. e. & ſeq. 266. c. 366. a. 373. a. eum ſæpe per legatos conſulit Carolus magnus. 378. a. Synodo Francofordienſi per legatos ſuos præfuit. c. d. ejus ad Carolum Magnum epiſtola manuſcripta. 405. c. 738. f. & ſeq. teſtimonium de munificentia Caroli Magni in Sedem Apoſtolicam. 674. c. Caroli Regis filium è baptiſmo ſuſcipere cupit. 739. a. Paulinum vinctum ad Carolum Regem mittit. 740. b. à Carolo petit auxilium contra hoſtes. 748. g. 749. c. civitatem Terracinenſem pro nihilo reputat. 753. f. concedit Carolo marmora palatii Ravennatis. 755. d. mittit Carolo Sacramentarium S. Gregorii. 766. f. legatos Offæ Regis Anglorum excipit. 773. a. triduanas litanias & jejunia indicit. 775. e. 776. a.
Adrianus II. Papa, cui inſcripta à Carolo Calvo Imp. epiſtola verboſa, & contumeliis plena. 202. f. 391. d. ejus deceſſores, & prædeceſſores qui. 203. d. 393. b. pro inveſtituris allegatus. 249. e.
Adrianus III. Imperatorem Electione Romani Pontificis privat. 105. b ei ſucceſſit Stephanus VI. 393. d.
Adrianus Dux à Papa Beneventum miſſus. 270. f.
Adualdus clericus Romanus. 759. f.
Adventus Domini duplex. 75. c.

Ægi-

INDEX RERUM.

Ægidii Hunnii Lutherani Prædicantis epiſtola contra Calviniſtas. 357. d.

Æmyliæ civitates. 742. c. 744. g.

Æneas Sylvius epitomator Blondi. 20. d.

Ænigma Attonis Principis Canuſini. 492.

Æra quid. 526. h.

Aërius hæreticus negavit Epiſcopum presbytero majorem. 388. f.

Africanum Concilium clericos Donatiſtarum cum Ordine recepit. 27. d. *ejus epitome ab Adriano Papa Carolo Imp. tradita.* 57. e. *prohibet rebaptizationes, reordinationes, vel translationes Epiſcoporum.* 91. c. *Clericis uxores.* 693. a. *decernit, ut, qui uxores, aut viros dimittunt, ſic maneant.* b. *ut criminoſi vocem adverſus majores natu vel Epiſcopos non habeant accuſandi.* 759. d.

Agareni invadunt terras Caroli. 759. g.

Agathenſe Concilium. 57. e.

Agnes Imperatrix, 114. h. & ſeq. 132. c. *mater Henrici IV. religioſiſſima.* 142. b. *ſecundò ad Regem filium ablegatur.* 143. b. 471. c. 499. *ejus pœnitentia Romæ peracta.* 473. a. *de filio in ſomnis præmonita.* 498.

Agnes Comitis Ottonis de Daninga filia, ſanctimonialis. 170. h.

Agobardi Epiſcopi Lugdunenſis ſententia de Cathedra S. Petri. 350. d. e.

Aiſtulphus Rex Longobardorum. 106. g. & ſeq. *à Pipino Rege Francorum victus.* 107. a. Vide etiam V. *Haiſtulphus.*

Alaricus Gothus Goldaſto primus Romanorum Imperator in Romano Imperio. 276. b.

Alberti Imp. Diploma. 640. g. *Literæ ad Bonifacium VIII. Pontificem Max.* ibid.

Albertus Abbas Stadenſis, de Gregorio VII. 19. h.

Albertus Attelanus Antipapa. 116. f.

Albertus Berengarii filius Rex Longobardorum. 492. *arcem Attonis obſidet.* ibid. *ejus legatio ad Attonem.* ibid. *Litulphum confodit.* 493. *victus ab Attone exulat.* ibid. *ultimus Rex Longobardus.* ibid.

Albertus Comes Bonifacii ſervus 497.

Albertus Crantzius de Gregorio VII. 20. f.

Albertus Hardenbergius Bremâ ejectus. 323. e.

S. Albinus Aurelianenſi Concilio interfuit. 57. c.

Albinus Dux Spoletinus à Deſiderio captus. 706. e. & ſeq.

Alboinus continentiam Clericorum iiſdem ferè argumentis olim oppugnavit, quibus hodie hæretici. 22. c. 25. *Illyrico vir pius, & doctus.* 25. *malè tornatas ſcripſit epiſtolas.* ibid. *ſacerdos.* 37. *incontinentiam concedit ſacerdotibus, imò Epiſcopis.* 38. h. *mentem mutâſſe videtur.* 40. *amicus Bernaldi.* 41. d. *amicam admonitionem ſpernit, & contumelioſè reſpondet.* ibid. *laudat Paphnutium.* f. *Catholicam veritatem* ſectam *nominat.* 42. f. *Pelagianus, blaſphemus, ſervus peccati.* ibid. *iterum contumelioſè reſcribit.* 43. c. *calumniatur Pontifices ſui temporis.* 44. g. *antilogiam fingit inter Gregorium, & Siricium Pontifices.* 45. a. *refutatur.* 46. a. & ſeq. *ſacerdotibus uxores concedit.* f. *in Gregoriani anathematis eculeo ſuſpenſus.* 49. b. *filio jam dudum baptizato patris peccatum imputat.* c. *tertiò à Bernaldo admonitus.* d. *Bernaldo reconciliatus.* 51.

Alefredus Hildesheimenſis Epiſcopus. 29. b.

Alexander Papa à B. Petro quintus, potiùs in camino ignis concremari, quàm mentiri fortiſſimus athleta delegit. 67. a. *nec loquendum eis eſſe teſtatur, quibus vel Epiſcopus pro ſceleribus eorum ſentitur adverſus.* ibid. *citat S. Petri inſtructionem in ordinatione S. Clementis.* ibid. *decreta ſua martyrio conſecravit.* 87. d.

Alexander II. Papa, qui & Anſelmus. 14. a. *ante Pontificatum Lucenſis Epiſcopus.* 102. b. 468. b. 469. a. *in Laterano vitâ functus, ibidèmque ſepultus.* 102. d. f. *Nicolao II. ſucceſſit.* 130. d. *ei ſucceſſit Gregorius VII.* 131. g. 142. g. 499. *ejus Regeſtum non extat.* 142. f. *ab Henrico III. contemptus.* 498. *in Pontificatum reſtituitur.* ibid. *Carolum Epiſcopum Conſtantienſem Simoniacum deponit.* 534. *à Cadaloo Antipapa exagitatus.* ibid. *jubet convocari Concilium Moguntiæ.* 537. e. *conſulitur à Sigefrido Archi-Epiſcopo Moguntino.* h. & ſeq. 540. a. *ei commendatur Henricus IV. à Sigefrido Archi-Epiſcopo.* 538. f. *à Sigefrido Archi-Epiſcopo Moguntino tentatur.* 540. a.

Alexandri III. Papæ electio probata contra ſchiſmaticos. 243. b. 293. e. *querela adverſus Arnaldum.* 610. g. *utrum pede calcârit cervicem Friderici I. Imp. cum illo Epimetro: ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis. &c.* 674. g. *epiſtola ad Salzburgenſem Epiſcopum, ejúsque Suffraganeos.* 578. c. *ad Henricum Grandenſem Patriarcham, ejúsque Suffraganeos,* 579. d. *ad Eberhardum Salzburgenſem Archi-Epiſcopum.* 582. h. *ad Veronenſem Epiſcopum.* 593. d. *ad Salzburgenſem Epiſcopum.* 594. h.

Alexandrinus Patriarcha Monachum quemdam Africanum ad Paulum Papam mittit. 727. c.

Alexius Rex Græcorum Mathildi munera mittit. 500.

Alfridus Hildenesheimenſis Epiſcopus omnia Sacramenta præter baptiſmum, ab anteceſſore ſuo Ebone PſeudoEpiſcopo collata annihilat. 83. d. e.

Allerſpachenſe Chronicon nondum evulgatum. 272. e.

Allo Dux. 746. b. *juſſus à Papa non vult Græcos comprehendere.* 754. g.

Alphanus Archi-Epiſcopus Salernitanus de Gregorio VII. 20. a.

Altmannus Pataviensis Epiſcopus. 18. e. *conſtantiſſimè ſchiſmaticis reſtitit.* 141. g. *ab his in exilium actus.* ibid. *ei ſcribit Gregorius VII. de negotio Henrici.* 156. d. *laudatus.* 162. b. *ejus vita & res geſtæ.* 446. *tria cænobia*

nobia inſtituit. ibid. & 450. d. 451. c. d. Canonicus & Præpoſitus. 448. a. Hieroſolymam peregrinatur. b. incidit in latrones. d. fit Epiſcopus Paſſavienſis. g. de ſuo Epiſcopatu vaticinatur. 449. f. ei Dux Bohemiæ donat imaginem B. Virginis. 451. e. Pontificis literas in Concilio Provinciali recitat. b. Sede ſua pulſus in Saxoniam revertitur. 452. g. it Romam, & Epiſcopatum Pontifici reſignat. ibid. columbæ indicio reſtituitur, & legatus Apoſtolicus conſtituitur. b. iterum pellitur. 453. b. miracula patrat. d. & ſeq. pater pauperum. 455. b. ejus obitus. f. poſt obitum apparet. 455. e. 458. d. in Gotvvicenſi monaſterio ſuo ſepultus. 456. f. à S. Tiemone Archi-Epiſcopo Salisburgenſi ſepulturæ mandatus. g. ejus ſepulchrum miraculis illuſtratur. h. & ſeq.

S. Alto virginem inobedientem ſeverè punit. 173. a. ejus monaſterium Altmünſter, in Bavaria. ibid.

Altonus Archi-Epiſcopus Mediolanenſis. 143. g.

Amalfitani in Ducatu Neapolitano obſidentur. 754. h. cum Beneventanis conſpirant. 772. g.

Amalrici Eccleſiæ S. Reſurrectionis Epiſcopi epiſtola ad Alexandrum Papam. 584. b.

Aman hoſtis Judæorum, in quo typum hæreticorum teneat. 262. d.

S. Ambroſius octava die poſt baptiſmum ordinatus. 28. g. in ordine Neophytorum usque ad finem vitæ Sacramenta miniſtravit. ibid. teſtatur, apud antiquos idem fuiſſe Epiſcopum, & Presbyterum. 64. a. in depoſitione albarum conſecratus ad Epiſcopatum. 82. b. contra vim Imperatricis Juſtinæ à Mediolanenſibus defenſus. 267. d. Theodoſium Magnum Imp. excommunicavit. 281. a.

Amphilochius Iconii Epiſcopus. 784. c.

Anacletus Papa, ab ipſo Principe Apoſtolorum presbyter ordinatus. 56. f. 71. b. 87. a.

Anaſtaſius Pontifex Romanus, tempore S. Auguſtini. 6. d. 7. b. Vide etiam 350. d.

Anaſtaſius II. Papa. 26. d. 29. c. quo tempore Cathedram Petri tenuerit. 350. d.

Anaſtaſius Imp. Eutychianus. 290. h. & ſeq. 350. d. defenſus à Goldaſto contra Symmachum Papam. 295. a.

Anaſtaſius Bibliothecarius de Conſtantino Pogonato. 289. f. de Pipino Rege Francorum. 630. a. de Carolo Magno. 631. b.

Anaſtaſius Cubicularius Adriani Papæ. 743. h. 745. e.

Anaſtaſius Legatus Apoſtolicus. 739. b. 740. f. 746. b.

Anathematum uſus ad Memorias Martyrum. 168. b.

Anatolius Patriarcha Conſtantinopolitanus, in Concilio Chalcedonenſi. 56. d. à Leone Papa cohibitus. 69. c.

Ancona civitas S. Petri. 700. d. 707. d.

Ancyranum Concilium ante Nicænum. 57. d. e. ejus Canon de homicidiis ſponte commiſſis. 694. c. non ſponte commiſſis. f. de adulteriis. ibid.

Andegarius vel Audecarius Comes. 714. g.

S. Andreas Apoſtolus ſui Sanctuarii ultor. 129. c.

Andreas Abbas Legatus Caroli Regis Francorum. 775. f.

Andreas Epiſcopus Legatus Apoſtolicus. 739. f. 740. d. 741. d. 743. h. 760. a.

Andreas Legatus Pipini Regis. 705. b. 720. e.

Andreas Ratisbonenſis Chronographus de Gregorio VII. 20. h.

Andreas Tarentinus Epiſcopus ob dubium crimen ſub conditione depoſitus. 86. c.

Angelus viſus quosdam decollare. 162. d.

Angliæ Regnum S. Petro, & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 650. d. Patrimonium S. Petri, teſte ipſo Rege Henrico II. e. ejus leges latæ à Wilhelmo ſeniore Rege. g. Sedi Apoſtolicæ non tantùm tributarium, ob Denarium S. Petri, ſed & feudatarium factum à Joanne Angliæ & Hiberniæ Rege. 651. d.

Anna Comnena ſcripſit hiſtoriam, quam Alexiadem vocavit. 265. ejus prima accuſatio Gregorii VII. refellitur. 266. a. ſecunda. 268. a. quæ de primatu Sedis Conſtantinopolitanæ ſcripſit, examinantur. 269. b. ejus errata in hiſtoria de Gregorio VII. & Roberto Guiscardo Duce Apuliæ, & Calabriæ. 170. g. fides Græca. 411. c.

Annibalianus Goldaſto Imperator. 279. b.

Anno Colonienſis Archi-Epiſcopus, dilectus Deo & hominibus. 15. e. Henrici Imp. adhuc pueri tutor. 115. b. ejus lapſus de electione Pontificum Romanorum. 325. b.

Annuli cum hyacinthis à Papa miſſi. 708. e.

S. Anſelmus Cantuarienſis nullam ſalutem dicere vult Walramo Epiſcopo Naumburgenſi excommunicato. 16. c. 340. e. opuſculum de proceſſione Spiritûs S. edidit contra Græcos. ibid. Goldaſto eſt Papanus. 340. f. ejus epiſtola ad Walramum è ſchiſmatico Catholicum. g. quo anno & die obiērit. 341. f. ejus epiſtola contra Schiſmaticos. 543. 547. d.

S. Anſelmus Epiſcopus Lucenſis, duos libros Apologeticos ſcripſit pro Gregorio VII. contra Guibertum Archi-Epiſcopum Ravennatem, Antipapam. 12. b. 474. e. tam in vita, quàm poſt mortem miraculis clarus. 12. e. 476. a. quo tempore obiērit, & ubi. 12. f. 477. f. Gregorii VII. Papæ diſcipulus, & mytra hæres. 12. b. 13. a. 475. h. 476. a. monachus. 13. c. 475. h. 477. c. in ipſis ſecularibus negotiis ſæpe exceſſit mente. 13. d. Divinis revelationibus interdum confortatus. ibid. & 476. f. à Gregorio VII. deſignatus ad Pontificatum. 113. e. Gregorii VII. cooperator indefeſſus. 114. d. hymnos quosdam de Gregorio VII. interpretatus. ibid. maximè laudatus. ibid. præcipuus virtutum Gregorii VII. ſectator & hæres

hæres. 159. g. 475. g. *ex ejus Comment. in Pſalmos excerpta quædam*. 160. a. *ejus Sanctitas*. d. *Caroli Magni & Ludovici Pii Impp. Conſtitationes laudat*. 370. f. *ejus liber tertius de bonis Eccleſiaſticis intercidit*. b. 371. a.

S. Anſelmus Epiſcopus Lucenſis, Gregorii VII. Pontif. propugnator. 467. *ejus vita*. ibid. 468. a. *ab Alexandro II. Papa mittitur ad Regem*. b. *à Gregorio VII. Epiſcopus conſecratur*. 469. b. *fit Monachus Benedictinus*. d. *cum Canonicis ſuis vitam agit communem*. g. *à Canonicis ſuis Epiſcopatu pellitur*. 470. e. *exul ad Mathildam Marchioniſſam ſe confert*. g. *ejus legatio irrita, ſocio capto*. 472. d. *Mathildam conſilio ſuo regit*. 473. c. 502. *Henricum Regem, & Wibertum hæreſiarcham monet*. 473. f. *exercitum benedicit mox victorem*. 474. a. *Vicarius Papæ conſtitutus per totam Longobardiam*. b. 488. a. *munera reſpuit*. 474. d. *quosnam libros ſcripſerit*. e. *ejus abſtinentia, vigiliæ, labores*. g. 475. a. & ſeq. *varia miracula*. 476. b. *pius obitus*. h. 502. *ſepultura*. 477. c. *tumulus miraculis plurimis illuſtratus*. f. & ſeq. *annulus mira operatur*. 479. b. 485. a. *pulvinar, in quo ſedit*. 483. d. *veſtimenta*. f. *corpus ad funeris exequias lotum*. 484. h. *propria manu ſcripſit orationem Dominæ Mathildi*. 485. b. *ejus nomine petita & data eleemoſyna ſanat infirmum*. ibid. *apparens captivo mirabiliter eum liberat*. f. g. *illius nomine invocato lupus abreptam puellam reſtituit*. 486. a. *in ſomnis apparens & benedicens*. d. *Eccleſiæ Canuſinæ ablatum theſaurum compenſat*. 488. c. *ejus laudes & virtutes*. 502. 503.

Anthemius Imp. à Ricimere ſeu Richimere Suevo interfectus. 278. c.

Antiochenum Concilium, cuilibet damnato ſi aliquid de ſacro miniſterio attingeret, omnem ſpem reſtitutionis vel locum ſatisfactionis penitus denegat, omnéſque ei infra damnationem communicantes ſub excommunicatione damnat. 29. f. *ejus epitome ab Hadriano Papa Carolo Imp. tradita*. 57. e. *à Chalcedonenſi Concilio roboratum*. 66. f. *officia damnatorum Clericorum à populis recipi prohibet*. g. 68. b. *Metropolitanum Epiſcopum honorari præcipit*. 691. e. *ejus Canon de his, qui vocantur Chorepiſcopi*. h. *de Presbyteris & Diaconibus, qui ſe à miniſterio Eccleſiaſtico ſubtrahunt, &c*. 692. g. *de Clericis & Monachis non manentibus in ſuo propoſito*. h. *de Clericis, qui ſunt in Hoſpitalibus, Monaſteriis, atque Martyriis*. ibid. & 693. a.

Antiochi Epiphanis acta cui ſtatui Eccleſiæ typicè conveniant. 249. a. *tempora & acta temporibus Henrici Quarti quomodo congruant*. e.

S. Antoninus de Gregorio VII. 20. c.

S. Apollonii Epiſcopi & Confeſſoris Reliquiæ. 493.

Apoſtoli tolerant pſeudoapoſtolos. 7. g. *in ſuis Canonibus damnârunt eos, qui ſecundam manus impoſitionem accepiſſe detegerentur*. 29. a. *honore ſimiles, poteſtate diſcreti*. 74. d. *conſuetudo*, ut Principes electionibus Epiſcoporum ſe non immiſceant, *ab iis tradita*. 370. h. *eorum Symbolum*. 520. f. *Canones*. h. *de honorando Metropolitano Epiſcopo*. 691. d. *de Epiſcopis, Presbyteris & Diaconibus damnatis, quòd priſtinum officium uſurpare non debeant*. 692. b. *de Laico pellente ſuam conjugem*. g. *de Clericis, qui proprias Eccleſias relinquunt*. 693. f.

Appellandi jus ad Romanam Sedem. 392. g.

Apuliæ Ducatus S. Petro, & Eccleſiæ Romanæ olim tributarius. 655. a.

Aqua pendentes, Urbs Italiæ. 128. g.

Aquenſis Epiſcopi epiſtola ad Henricum V. Imp. 557. d.

Aquileienſis Electi epiſtola ad Eberhardum Archi-Epiſcopum Salzburgenſem. 590. b.

Aquiſgranenſe Collegium Societatis JESU à Calviniſtis occupatum. 312. b.

Aragoniæ Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 644. g.

Arauſicenſe Concilium. 57. c.

Arcadius Epiſcopus ex Italia, Legatus Apoſtolicæ Sedis in Concilio Epheſino. 56. c.

Arcadius Imp. ab Innocentio Papa excommunicatus. 281. a.

Arelatenſe Concilium. 57. c.

Argentinenſium epiſtola ad Paſchalem II. Papam. 558. c.

Argis, Arghiſus, Arigiſus, ſeu Arichiſus, Aragis, ſive Arogis, Arighis, ſeu Arichis, Dux Beneventanus conſtituitur à Deſiderio. 707. b. *Adriani Papæ, & Caroli Regis inimicus*. 743. b. *cum Hiltibrando, Rodgans, & Reginbaldo Ducibus pernicioſum conſilium adverſus Romam init*. 748. g. & ſeq. *malè conſulit Græcis & Neapolitanis*. 753. b. *infideliſſimus*. c. *impedit obſides Neapolitanorum*. ibid. *filium Deſiderii Regis expectat*. ibid. *Amalfitanos obſidet*. 754. h. *ejus legatio ad Imperatorem Græcorum*. 771. f. 772. a. *petit auxilium & Patriciatum*. ibid. *Ducatum Neapolitanum*. ibid. *ab Imperatore Græco Patricius creatur*. 772. b. *ejus, filiique obitus*. c. e. *illius relicta*. 776. d. & ſeq.

Arialdus S. Anſelmi frater. 482. h.

Ariani, omnéſque illis conſentientes, vel communicantes à Niceno Concilio damnati. 31. a.

Ariperti Regis Longobardorum Donatio ex Paulo Diacono. 673. b.

Arnaldus Brixienſis, quis & qualis. 607. a. b. *religioſum habitum induit, & quare*. b. *quæ ejus doctrina*. 608. c. *quid illâ effecerit*. e. *quibus modis populum in Clericos concitârit*. b. *ejus damnatio & fuga*. 609. b. *pernicioſus reditus Romam*. h. & ſeq. *cum ſuis Arnaldiſtis tumultuatur in Urbe, & quam-*

& quamdiu. 610. d. *captus, in furcam actus, & in cinerem verſus.* b. & ſeq. *ei pareatavit Godefridas Viterbienſis.* 611. c.

Arnaldiſtæ tumultuantur in urbe. 610. d. *Lucium II. Pontificem vexant.* 617. b. *novi, qui.* 611. c. *inter hos eminet Melchior Guldinaſtus.* h. & ſeq. *pro iis tragemata ſeu bellaria.* 620. b.

Arno Archi-Epiſcopus Saltsburgenſis. 193. d.

Arnoldus Pauloſtadenſis. 171. f.

Arnolfus Rex Catholicus intereſt Synodo Triburienſi. 77. b.

Aſcaricus Epiſcopus Hiſpanus hæreticus. 782. f. 783. e.

Aſinus ſtans ad aram, Prædicantis ſymbolum. 9. c.

Aſina Baalam Prophetam corripit, & à gladio reſiſtentis Angeli eripit, 59. d. *non moritura, etiamſi reprobum Prophetam debita morte mulctâſſet.* ibid.

Athalaricus Rex Arianus quantum privilegium Clericis conceſſerit ob honorem Sedis Apoſtolicæ. 297. f.

Athalgiſus cognatus Arichiſi Ducis Beneventani. 772. a. *Terviſium & Ravennam fruſtra adoritur.* b.

S. Athanaſius Præſul Alexandrinus, non minima pars Concilii Nicæni. 55. h. *ab Arianis hæretica præſumptione depoſitus.* 85. c. *quid de Divina Incarnatione Verbi dicat.* 783. g.

Athaulfus totum Romanum nomen & Imperium delere voluit. 277. d. *ejus mutatio in melius.* ibid.

Atto Primus Princeps Canuſinus. 491. *Canoſſam urbem condit & munit.* ibid. *obſidetur à Berengario Rege.* 492. *ab Alberto Rege.* ibid. *hunc in fugam conjicit.* 493. *quomodo Canoſſam amaverit, & acquiſierit corpora Martyrum Victoris, & Coronæ, ac S. Apollonium.* ibid. *quam conjugem, & quot filios habuerit.* ibid.

Atto Diaconus, Legatus Caroli fideliſſimus. 772. c. 776. d. *in templum fugiens, altare tenet.* 776. h.

Audbertus vir illuſtris, legatus Carolomanni Regis. 738. c.

Aventinus parùm ſanæ fidei & doctrinæ ſcriptor. 98. *notatus.* 123. b, & ſeq. *calumniatur.* ibid. *quænam ex Paulo Bernriedenſi excerpſerit.* ibid. d. *ejus aſſertio falſa de pulſo Gerocho Reicherſpergenſi corrigitur.* 242. f. *fides in Manuſcriptis Auctoribus tractandis.* h. *dolus.* 243. a. *recitat verſus aliquot è Gerhoho Reicherſpergenſi.* 251. c. 255. a. *ejus Apologetica pro Henrico IV. commentitia.* 338. h. *S. Eberhardo Saliſburgenſi Archi-Epiſcopo affingit orationem.* 343. b. *item Ottoni Duci Bavariæ.* 353. b.

Augiæ majoris Abbas pro Gregorio VII. ſtetit. 272. f.

Auguſtana Confeſſio. 230. g. *à Goldaſto Calviniſta Conſtitutionibus Imperialibus intexta, & quare.* ibid. & 231. c. *qualis videatur Calvino, & Calviniſtis.* 231. a. c. 331. a. b. *auctorem ejus pœnituit.* ibid. *nunquam ab Helvetiis recepta.* 331. c. *quando, ubi, & à quibus ſcripta, mutata, improbata.* d. e. 335. c. & ſeq. *eam quinam Principes amplectantur.* 332. b. c. *quid de Miſſa, confeſſione auriculari, & poteſtate Epiſcopali ſentiat.* 231. c. 334. a. & ſeq. *cum ea eodem tempore quatuor Confeſſiones Cæſari oblatæ.* 231. e. 336. c. *eſt minimè Catholica.* 346. f.

Auguſtanæ Confeſſiones inter ſe non concinunt. 332. a.

S. Auguſtinus Cathedræ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ conjunctus. 6. d. & ſeq. *à Romanis Pontificibus inter Magiſtros, dum adhuc viveret, habitus.* 28. d. e. *ejus opuſcula à Romanis Pontificibus Synodali judicio pro authenticis recepta.* ibid. *ſubſcribit Concilio damnanti ſub excommunicatione eos, qui excommunicatis communicarent.* 32. d. *verè ipſius S. Scripturæ armarium.* 37. f. *interfuit Concilio generali.* ibid. *penè ex ſingulis libris ſuis non pauca retractavit.* 39. f. *S. Hieronymum & alios cautè legit.* ibid. *ejus Categoria & ſcriptum de electione Jacob & reprobatione Eſau, non recipiuntur.* 46. c. *vir omnium virtutum.* 57. a. *Hipponeregienſis Epiſcopus.* ibid. *magiſter optimus, etiam Pontificum Romanorum judicio.* b. *cunctis ubique & amori & honori.* ibid. *egregius Doctor.* ibid. & 784. f. *ad Epheſinum Concilium ab Imperatore invitatus.* ibid. *nec cum ſorore habitare conſeaſit* 61. c. *liberat animam ſuam non tacendo.* 69. h. *detrahendum ſuadet ſeveritati, ut conſulatur charitati.* 76. h. & ſeq. *neophytos, licèt ante communionem morte præventos, non tamen Sacramento, id eſt, virtute Sacramenti carere teſtatur.* 90. d. *Sacramentum Ordinationis etiam in damnatis permanere teſtatur.* 92. e. *ejus Regulæ ſedulus indagator & ſectator Gerhohus.* 239. c. *ſententia de diripientibus bona Eccleſiaſtica.* 620. c.

Aurelianenſe Concilium. 57. c.

Aurelius Carthaginenſis Archi-Epiſcopus teſtatur, cælibatum Sacerdotum eſſe ab Apoſtolis. 37. f. *interfuit Concilio Africano.* ibid. 759. d.

Auſimum Civitas S. Petri. 700. d. 707. d.

Autbertus Abbas S. Vincentii moritur. 758. e.

Azo Marchio. 483. b.

B.

Babylonica fornax. 260. c. *ad eam collatio Chriſtianæ fidei per Reges gentiles.* ibid.

Babylonica meretrix, hæreſis. 293. d.

Balaam ab aſina correptus. 59. c. *idem ac Helius, id eſt, Divinus.* ibid. *Beatum Job arroganter docet.* ibid. *à Balac Rege Moabitarum ad maledicendum filiis Iſrael conductus.* ibid.

Balac

Digitized by Google

Balac Rex Moabitarum Balaam Prophetam ad maledicendum filiis Iſraël conducit. 59. c.

Baleus plurimas de Pontificibus fabulas evulgavit. 7. d. *Arnaldum creat Epiſcopum Brixienſem.* 609. g.

Balduinus Imp. Conſtantinopolitanus non damnat Nicænam II. Synodum. 365. c. *Græcos reprehendit, & quare.* f. *ejus Reſcriptum commentitium.* 369. d. *Apoſtolicæ Sedi devotiſſimus.* f.

Baliſta mons. 495.

Balneum Regis in Tuſcia civitas S. Petri. 775. d.

Balſamon ſchiſmaticus à Goldaſto creatur Patriarcha Conſtantinopolitanus. 285. d. *Imperatorem Græcorum nunquam nominavit Pontificem Maximum, ſed Laicum.* c. *eidem tamen prærogativas quaſdam Pontificias, ut vocat, indulſit.* ibid. & ſeq. *& quare.* 286. f.

Bambergenſis Epiſcopatus ab Henrico Imp. fundatus, à Benedicto VIII. Papa confirmatus, & quo anno. 222. h. & ſeq. *ob hunc an equus quotannis Pontifici dandus.* 223. f. *pro Beneventano commutatus.* 409. b. *S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarius.* 656. b.

Baptiſmus extra Eccleſiam eſſe non poteſt. 27. c. *hæreticorum ratus, dummodo baptizent in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* 82. c.

Barbati fratres Religioſi. 161. f. *qui nunc* Converſi *appellantur.* g. *à poëtaſtro quodam Schiſmatico ſugillantur.* h.

Barlaam Epiſcopus Gyracenſis Eccleſiam Romanam laudat. 372. f.

Baronius Cardinalis Bertoldo, ſeu Bernaldo bene precatur. 92. c. *à Goldaſti Calviniſtæ Criminationibus vindicatus.* 174. 180. & ſeq. *in eum quæ convicia & ſcommata à Goldaſto jactata.* 177. 315. b. *communem ſalutem Germaniæ duodenis columnis ſuffulſit.* 318. b. *Reges & Principes impios meritò perſtringit.* 361. b. *cum Annalibus ſuis ſemper celebrandus.* 385. h. *Bibliothecarius Apoſtolicus.* 402. a. *ejus ſententia de tempore, quo inſtituti ſint Electores Imperii, cum veritate non congruit.* 418. d. *à Matthæo Pariſienſi deceptus.* ibid. *Goldaſto Impoſtor, & Cornelia lege plectendus.* c. *epiſtolas Pauli & Adriani Pontificum ſummopere deſiderabat.* 682. f. 683. d.

Baſilius Imp. Conſtantinopolitanus. 8. c. *ad eum Epiſtola Ludovici Junioris Imp.* 201. d.

Baſilius Bogomilorum dux. 616. h.

Bavariæ Dux Elector Imperii ex antiquo. 419. g.

Bavaria S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributaria. 654. b.

Bavari ſeu Bajuarii à Carolo M. domiti. 771. g.

Beatius eſt bene mori, quàm malè vivere. 16. b.

Beatrix Duciſſa cum filia Mathilde Italiam gubernat. 142. b. 143. b. & ſeq. *filia Federici Ducis, & conjunx Bonifacii.* 495. & ſeq. *ejus filii & filiæ.* 496. *quot annos vixerit poſt Bonifacium.* 498. *duo Monaſteria conſtruxit.* ibid. *Cadaloum pſeudopapam ridet.* ibid. *ejus conſtantia & obitus.* 499. 500.

Belgæ, ſi qui à Catholica fide defecerunt, non Lutheranam ſed Calviniſticam Confeſſionem ſectantur. 332. d.

Bellarminus Goldaſto pro Cardinali Carpinalis. 315. b. *ejus liber contra Barclajum Pariſiis proſcriptus, executione inhibita.* 352. a. & ſeq. *Opera Pariſiis & Lugduni typis excuſa.* ibid. f.

Benedictus Pſeudopontifex in Synodo damnatus. 130. c.

Beneventani Romam obſident. 689. d. 695. h. *impii & crudeles.* ibid. *Pipino Regi à Papa commendantur.* 700. c. *eorum Ducatus à Deſiderio Rege vaſtatus.* 707. a. *cum Neapolitanis agunt.* 751. c. *contra Neapolitanos & Græcos.* 753. c. *infideles.* f. *vincuntur à Neapolitanis.* 754. b. & ſeq. *cum Siculis Campanos adoriuntur.* 760. d. *Papæ tradunt civitates ſine hominibus.* 770. f. *Græcos recipere nolunt.* 772. c. *mala machinantur.* f. 776. g. & ſeq.

S. Benno Miſnenſis Epiſcopus vir ſanctus Gregorio VII. conſtanter adhæſit. 94. f.

Benno Oſnaburgenſis Epiſcopus doctrina & religione clarus. 83. c.

Benno Pſeudocardinalis Gregorium VII. calumniatur. 11. c. *videtur ab aliquo Lutherano confictus.* e. *mendaciorum faber & architectus.* h. *fide indigniſſimus.* 92. h. *barbariſſimus, & ſolœciſſimus* 98. *ineptiſſimus.* ibid. *etiam Onuphrii judicio.* 114. c. *Goldaſto eſt* Illuſtriſſimus *Cardinalis, & quidem* S. Romanæ Eccleſiæ. 337. f.

Beraldus Abbas legatus Carolomanni Regis. 738. c.

Berengarius Comes Barchinonenſis donat Eccleſiæ Romanæ civitatem Tarraconenſem. 646. e.

Berengarius hæreticus Sacramentarius. 94. b. c. *in Concilio Romano à Gregorio VII. celebrato, ejurata hæreſi, Catholicæ fidei profeſſionem edidit.* ibid.

Berengarius Rex Longobardorum, Lothario ſuccedit. 491. *Reginam Adeleitam capit.* ibid. *Canuſium obſidet.* 492. *ab Ottone Rege victus & captus.* ibid.

Berga locus, in quo multas ſacras Reliquias invenit Henricus Beurbergenſis Præpoſitus. 171. c.

Bernaldus Conſtantienſis. 21. c. *oculatus teſtis rerum à ſchiſmaticis ſuo tempore geſtarum.* 22. c. *Trithemio Bernoldus, Cuſpiniano Bertoldus.* 23. *presbyter.* ibid. *edidit Chronicon.* ibid. *non videtur fuiſſe Monachus.* 25. *diſcipulus Bernardi Conſtantienſium ſcholarum magiſtri, poſtea Monachi Corbejenſis.*

jenſis. 26. a. *Apologeticum ſcripſit pro Gregorio VII. poſt mortem illius.* 33. d. e. *etiam improperanti charitatem offerre paratus.* 41. a. *quo tempore ſcripſerit epiſtolas ad Alboinum.* 50. f. g. *filius dextra.* 51. *decreta Romana Synodi ſub Gregorio VII. defendit.* 54. & ſeq. *de Sacramentis excommunicatorum cum Bernardo diſceptat.* 72. & ſeq. *Doctorem Adalbertum laudat.* ibid. *Berenhardum ſe ſcribit & deſcribit.* 73. f. *ejus opuſculum de vitanda excommunicatorum communione, de reconciliatione Lapſorum, & de Conciliorum, Canonum, Decretorum, Decretalium, ipſorúmque Pontificum Romanorum auctoritate Liber.* 513. & ſeq. *Chronicon & alia quædam ſcripſit.* ibid. *in Chronico quid de ſynodo Moguntina.* 534.

S. Bernardus Lothario Regi Inveſtituras ambienti reſtitit. 368. g. 374. b. *epiſtolis Arnaldum Brixienſem perſequitur.* 609. e. 610. c.

Bernardus ſive Bernaldus monachus de S. Blaſio. 25. *princeps ſuæ ætatis philoſophorum.* ibid.

Bernardus Cardinalis Abbas Ambroſiæ vallis, Legatus ad Mathildem miſſus. 507. 511. *venit Parmam.* 507. *Miſſam celebrans capitur, ſed à Mathilde liberatur.* ibid.

Bernardus Cardinalis Diaconus, legatus ad Forcheimenſem conventum ab Apoſtolico miſſus. 151. h. 156. b.

Bernardus Conſtautienſium ſcholarum Magiſter, poſtea Monachus Corbejenſis in Saxonia. 17. g. *negat à Schiſmaticis, & ab eorum communicatoribus Sacramenta poſſe confici.* h. *nimio zelo aliquantulum exceſſit.* 18. a. 21. e. *ordinis S. Benedicti, cœnobii S. Viti.* 23. *laudatus.* ibid. *Bernaldi ſive Bernoldi præceptor.* 24. *etiam Magiſter Scholarum Hildesheimenſium,* 72. *ab Adalberto & Bernaldo laudatus.* 73. c. *Adalbertum magnificè ſalutat.* 74. a. *Sedem Romanam veneratur ùt tribunal Chriſti, ejus Pontificem ùt ſacrarium Spiritûs almi, ejus decreta, ùt cœleſtis curia edicta.* 79. d. *venit Conſtantiâ Hildesheimium, inde Corbejam.* 83. c. *Adalberto olim Magiſtro uſus.* 84. d. *Sacerdos.* 85. a. *veritatem libenter audit,* 89. h. *Corbejenſis monachus, non Hirſaugienſis, ùt Goldaſtus affirmat.* 339. h. & ſeq.

Bernhardus ſeu Berinhardus Maſſilienſis, bis Confeſſor factus. 142. a. *propter Dominum exilia, compedêſque perpeſſus.* ibid. *Abbas ferè ſexcentorum monachorum.* 151. h. *legatus Apoſtolicus.* ibid. 156. b.

Berneradus Epiſcopus Legatus Caroli Regis. 767. h.

Bernried Monaſterium. 124. a. *ad lacum Wormbſee.* 165. *Beronicenſe Paulo.* 166.

Beronica, Bernried. 167.

Bertoldus ſeu Bernaldus Conſtantienſis de Gregorio VII. 17. b. *rectiùs Bernaldus.* 54. *à Baronio Cardinali laudatus.* 92. c. Vide V. *Bernaldus.*

Bertoldus Dux Carentanus. 136. c. *ei concedit Gregorius VII. poteſtatem & juriſdictionem in Clericos Simoniacos & fornicarios.* g.

Bertrada Regina, Pipini conjunx. 709. h. 724. c. *Caroli Magni genitrix.* 735. h. *ad eam epiſtola Stephani Papæ.* ibid.

Betto Legatus Caroli M. 774. d.

Beurberg ſeu Peilberg monaſterium Canon. Regul. 175. c.

Beza ſeditioſus & rebellis, etiam Calviniſtarum judicio. 308. d. & ſeq. 317. b. 321. b. *ejus judicium de Confeſſione Auguſtana.* 331. b. *Goldaſto Reverendiſſimus Pater.* 348. g. *Reginam Galliæ cum catulis ſuis tollendam denunciat.* 392. a.

Biternum Tuſciæ civitas S. Petri. 775. d.

Biturica metropolis Aquitaniæ. 771. c.

S. Blaſii monaſterium in nigra ſylva. 161. h.

Blondus Hiſtoricus res à Gregorio VII. geſtas copiosè cum ejuſdem laude exequitur. 20. d.

Bobium, ſeu Tribunatus decimus. 742. e.

Bohemiæ Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 654. f.

Bonifacius Papa. 29. a. 87. g.

Bonifacius VIII. Papa definit poteſtatem Pontificis. 351. d. *ad eum litteræ Alberti Imp.* 641. a.

S. Bonifacius Epiſcopus in Moguntienſi Concilio. 57. c. *Archi-Epiſcopus Moguntienſis.* 64. g. *Concilio Apoſtolica authoritate præfuit.* ibid.

Bonifacius Presbyter Apoſtolicæ Sedis Legatus in Concilio Chalcedonenſi. 56. d.

Bonifacius filius Tedaldi. 493. *ejus frater Tedaldus Epiſcopus Urbis Aretinæ.* 494. *Richildam duxit uxorem.* ibid. *cum eo tota ferè Longobardia bellum geſſit.* ibid. *cujus ſtaturæ & qualitatis extiterit.* 495. *de ipſo quid Sibylla prophetizaverit.* ibid. *cum quanta gloria & honore duxerit Beatricem.* ibid. *Chonradum Regem juvat in expugnanda Parma.* 496. *quid egerit in Burgundiam eundo & redeundo.* ibid. *Henrico Regi acetum & equos mittit.* 497. *inſidias Henrici Regis evadit.* ibid. *in rebus Divinis ſtudioſus.* ibid. & ſeq. *flagellatur ab Abbate Guidone, & quare.* 498.

Bononia civitas S. Petri. 707. d. 743. e. 744. g.

Brigantium oppidum, à Schiſmaticis expugnatum, & incenſum. 272. h. *ejus laus.* ibid.

Brinnenſe Collegium Societatis Jeſu in Moravia, à Rudolpho Imp. fundatum. 356. f.

Brixinenſe Conciliabulum. 225. d. 338. d. 442. e. 443. d.

Bruno ſeu Brunus Abbas Caſſinenſis Inveſtituras Laicorum damnat. 421. c.

Bruno

Bruno hiſtoricus, de Gregorio VII. 19. c. *Henricum IV. ſuis coloribus depingit.* 93. d. & ſeq.

Bullingeri de Confeſſione Auguſtana judicium. 333. g. & ſeq.

Burchardus Halberſtatenſis Præſul Henrico IV. Imp. inviſus. 99. *ab Imperatore in vincula cum aliis Saxoniæ dedititiis principibus conjectus.* 117. d. *Saxo.* e. *Martyr.* 162. d. *ejus viſio.* ibid.

Burdinus Gelaſio Papæ à Rege ſuperponitur. 257. d. *cognomento Idolum.* 550. *Eccleſiæ Romanæ invaſor.* 554. e. *à Calliſto II. Papa excommunicatus.* ibid.

Burghardus Miſnenſis Præfectus ex equo cadens expiravit. 15. b. *ſchiſmaticus.* 19. e. *equo ſubitò conſiſtente, à ſuis invaditur.* ibid.

Burgundi rebelles cæſi. 497.

C.

Cadalus vel Cadalous Parmenſis Epiſcopus, Pſeudo-Papa. 102. b. *armata manu bis Romam veniens, bis Urbe fugatus.* ibid. *in Concilio Mantuano depoſitus.* c. *in ſchiſmate contra Alexandrum II. Pontificem creatus.* 115. a. 142. f. 534. *à Guiberto protectus.* ibid. *hæreſiarcha.* 138. e. *quo anno mortuus.* ibid. *captus, evadit.* 498. *quomodo, & ubi mortuus.* ibid.

Cæleſtinus Papa. 28. e. *Vir Apoſtolicus.* 57. b. *S. Auguſtinum laudat ut Magiſtrum optimum à ſuis prædeceſſoribus habitum.* ibid.

Cælibatus olim à Clericis iisdem argumentis oppugnatus, quibus hodie ab hæreticis. 21. f. & ſeq. 22. b. *Sacerdotibus & Levitis ab ipſis Apoſtolis indictus.* 37. d. *à variis Pontificibus.* 135. e. d. 137. d.

Cæſaris nomen quid Goldaſto ſignificet. 278. b.

S. Cæſarius Agathenſi Concilio interfuit. 57. c.

S. Cæſarius Levita & Martyr. 510.

Caſina civitas Æmyliæ. 744. f.

Cajetani Reges conſtricti ad reſtituenda patrimonia S. Petri. 721. a.

Cajeta expugnata. 753. c. *ejus caſtrum periclitatur.* 760. c. *ibi reſidet Patricius Siciliæ.* ibid.

Calabria Ducatus S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarius. 655. a.

S. Calliſtus Papa. 31. d. *Martyr.* 71. d. *conſpirantes contra Epiſcopos ſuos Gallicanos damnat.* 88. d.

Calliſtus II. Papa quo anno Pontificatum inierit. 124. g. 129. e. *ei Paulus Bernriedenſis, cùm Romæ eſſet, videtur familiaris fuiſſe.* 129. e. *ejus tempore pax reddita Eccleſiæ.* 259. g. *ejus conceſſio Henrico Imp. facta.* 398. d. *ejus electio confirmata.* 549. *Concilium Remenſe cogit, eique præſidet.* ibid. 551. c. *ejus legatio ad Henricum V. Regem.* 550. e. *pacem dat Henrico V. Regi.* 551. b. *altera legatio ad eundem Henricum.* 552. f. *Leodicenſem electum Epiſcopum conſecrat.* 553. a. *decretum Synodi Remenſis de Inveſtituris Eccleſiarum temperat.* e. *ejus oratio in Concilio Remenſi.* h. *Henricum V. ſolenniter excommunicat.* 554. c.

Calvinus ſtigmaticur. 331. a. *ejus de Auguſtana Confeſſione judicium.* b. *quibus epithetis & titulis Magdeburgicos Prædicantes depingat.* 355. h. & ſeq. *Lutheriſtis qualis.* ibid.

Calviniſtæ inter ſe, & cum Lutheranis totis caſtris depugnant. 320. d. *ex Saxonia pulſi.* 323. d. *eorum de Auguſtana Confeſſione judicium.* 331. a. & ſeq. *eorum Confeſſiones Auguſtanæ Confeſſioni contrariæ.* h. & ſeq. *Francofurtô & Hamburgô pulſi.* 334. d. e. *ex Anglia ejecti.* ibid. *illorum cœna graphicè deſcripta.* h. *erga Reges & Principes ſuos fidelitas.* 353. g. & ſeq. *quibus titulis & epithetis à Lutheranis cohoneſteatur.* 354. h. & ſeq. *quibus viciſſim epithetis & titulis Lutheranos condecorent.* 355. e. *Flaccianos vocant carnivoros.* g. *eorum de doctrina Lutherana judicium.* h. *à nullo Imperatore vel Cæſare in mundiburdium recepti.* 357. a. *Lutheranis ſunt infirmi fratres.* c. *Lutheranis de poſſeſſione Auguſtanæ Confeſſionis litem intendunt.* 358. f. *ſeditioſi, & uti niſi arma ferentes.* 391. g. *Catharinam Medicæam, trium Galliæ Regum Matrem, Medeam & furioſam Excetram appellant.* 392. c. *Eliſabetham Reginam Angliæ extollunt, Catharinam Galliæ deprimunt.* ibid. *optant, ut Machiavellus reviviſcat.* e.

Calviniſmus ubi regnet. 332. d. & ſeq. *Smidelino quid ſit.* 355. d.

Calviniſticus ſpiritus qualis. 355. d.

Calumniis ne moveamur. 316. a. b.

Cameradum quid. 750. f.

Campulus Epiſcopus Cajetanus. 770. e. 774. e.

Campulus Notarius. 758. f.

B. Candidi Martyris reliquiæ tranſlatæ. 751. b.

Canones ſacri à Spiritu S. dictati. 68. a. *eorum violatores videntur blaſphemare Spiritum S.* ibid. 69. a. *proprii ſunt Sacerdotum.* 84. d. 529. b. *jubent, ne ante diem tertium ab obitu paſtoris, novus Pontifex eligatur.* 102. f. *examinandi ſecundùm circumſtantias.* 531. d. *eós temperandi & mutandi facultas ad Romanum Pontificem ſpectat.* 532. b.

Canuſina Eccleſia. 488. a. *ejus Præpoſitus Abbas Gerardus.* ibid. *theſaurus Romam tranſmiſſus.* b. *ei facta compenſatio.* c. *petit & impetrat à Papa confirmationem bonorum & jurium ſuorum.* e. f.

Canuſium olim Canoſſa. 491. *ejus Principes quales.* ibid. *à quo ædificatum, & à quibus Regibus obſeſſum.* ibid. *ab Attone munitum & ditatum.* 493. *acquirit Reliquias SS. Victoris & Coronæ, & S. Apollonii.* ibid. *ibi quot Marchiones ſepulti.* 494. *ejus certamen*

tamen cum Mantua. 495. comparatio cum Piſana urbe. 500. exhortatio de adventu Imperatoris & Reginæ. 511.

Capua Principatus S. Petro & Eccleſiæ Romanæ tributarius. 655. a. 656. c. ejus Legati Romæ jurant Papæ fidelitatem. 771. h. S. Petro Apoſtolorum Principi oblatus. 776. h.

Cardinales miſerrimè tractati. 256. g.

Carnes comedere in Paraſceve pro ſola Eccleſiaſtica conſuetudine devitamus, ne prævaricatores Divinæ legis judicemur. 33. h. & ſeq. non comedendæ diebus Sabbati. 36. b.

Carolomanni nomen aliquando pro Caroli nomine uſurpatum. 395. b.

Carolomannus, qui & Carolus, Epiſcopus Conſtantienſis Simoniacus ab Henrico IV. Caſare intruſus. 76. f. 534. c. nondum conſecratus deponitur. 534. petit à Sigefrido Moguntino conſecrari. ibid. e. in Concilio Moguntino accuſatur. 536. b. Epiſcopatum ultrò reſignat. e.

Carolomannus Rex Francorum, & Patricius Romanorum. 698. a. ei quid Zacharias Papa conceſſerit. 704. c. eum annulo donat Paulus Papa. 708. c. à Paulo Papa laudatus. 731. e. cum Carolo fratre reconciliatur. 737. b. eum laudat Stephanus IV. Papa. 738. b. ejúſque filium è baptiſmo ſuſcipere cupit. d.

Carolus Calvus Imp. 202. f. ejus epiſtola ad Hadrianum II. Pontificem Maximum. ibid. & 391. c. electio. 204. d. 394. b. Receſſus ſive Capitulare Comitiorum Piſtenſium, ùt Goldaſtus indigitat. 289. c. epiſtola ad Nicolaum Pontificem 293. a. 296. g. audito Carolomanni adventu fugit. 407. a.

Carolus Conſtantienſis Epiſcopus. vide V. Carolomannus.

Carolus Craſſus Imp. quo anno unctus & coronatus. 209. d. Groſſi ſeu Craſſi nomen pro nomine Carolomanni ſæpè poſitum ait Goldaſtus. 395. c.

Carolus Magnus, Pipini filius, Rex Francorum, Saxonico bello implicitus, in Italiam Eccleſiæ Romanæ auxilio evocatus. 107. b. Deſiderio Rege Longobardorum acie victo & capto, Longobardorum regnum in Francorum jus tranſtulit. ibid. ex regno Longobardico tres partes fecit, unam ſibi, alteram Eccleſiæ Romanæ, tertiam Imperatori Conſtantinopolitano attribuit. c. ejus epiſtola ad Elipandum de hæreſi Feliciana. 188. d. & ſeq. Præfatio in ſua capitularia. 189. e. juramentum pro defenſione Eccleſiæ. 190. d. epiſtola ad Pipinum filium, Regem Italiæ, de Eccleſiaſtica immunitate. 191. c. Teſtamentum. e. & ſeq. 381. f. & ſeq. primus è Germanis Imperator. 276. b. ei Auguſti nomen à Senatu, Populóque Rom. tributum. 278. b.

Carolus Magnus Pontificis pedes ex more oſculatus. 326. f. non præſedit Concilio Francofordienſi. 327. b. 377. g. & ſeq. ejus Juramentum non fictitium. 328. c. quare, quando, & à quo coronatus Imperator. 341. b. ejus non ſunt libri, qui ſub ejuſdem nomine circumferuntur. 362. g. & ſeq. illius Titulus & Reſcriptum commentitium. ibid. librum Synodalem miſit in Britanniam. 363. e. quid ſenſerit de cultu imaginum. 365. b. ei conceſſum ab Adriano Papa privilegium eſt fictitium. 366. & ſeq. Patricius Romanus creatus. 366. b. 698. a. quater tantùm Romam venit. 373. c. Eccleſiam B. Petri Romæ præ cæteris ſacris locis coluit. e. reliquit Clero & populo liberam Epiſcoporum electionem. 374. b. contulit cum Adriano Papa de hæreſi Feliciana extirpanda. 377. h. ejus Conſtitutiones à Lothario Nepote in epitomen redactæ. 379. c.

Carolus Magnus nihil juris in rebus vel perſonis Eccleſiaſticis ſibi vendicavit. 379. c. devotus ſanctæ Eccleſiæ defenſor, atque adjutor. ibid. ejus edicta & leges de Immunitate Eccleſiaſtica. g. & 425. a. & ſeq. poteſtatem Concilia convocandi ſibi non arrogavit. 379. g. Donationem Pipini Regis confirmat. 631. b. ejus filius Ludovicus Pius. g. Saxoniam S. Petro Romæ obtulit. 648. a. g. quam partem Saxoniæ S. Petro Bremæ tradiderit. c. ejus Munificentia in Sedem Apoſtolicam ex teſtimonio Adriani I. Pontificis. 674. g. collegit Epiſtolas, quas Romani Pontifices ad Principes & Reges Francorum miſerunt. 679. 680. & ſeq. annulo donatus à Paulo Papa. 708. c. ab eodem laudatus. 731. e. cum Carolomanno reconciliatur. 737. b. ejus filium è ſacro baptiſmate ſuſcipere cupit Adrianus Papa. 739. a. ejus laus, & publica pro eo vota. 741. c. h. 746. a.

Carolus Magnus Anaſtaſium Legatum Apoſtolicum apud ſe detinet. 740. f. Ravennenſe patrimonium B. Petro concedit. 746. f. Savinenſe. h. Spoletinum Ducatum offert B. Petro. 748. e. ſuper Corpus B. Petri promiſſa præſtat. 751. g. è Saxonia rediens Romam tendit. 752. d. majores trabes concedit Eccleſiis reſtaurandis. 754. c. promittit ſtannum operiendæ Eccleſiæ S. Petri. 755. b. mittit Adriano Papæ duos equos. d. Gracem. 765. h. petit ab eodem Sacramentarium S. Gregorii. 766. f. civitates in partibus Beneventanis S. Petro obtulit. 770. f. 775. c. ejus reditus è Capuana urbe. 771. f. Bajuarios domat. g. aliquot Tuſciæ civitates S. Petro offert. 775. d. Saxones bello domitos ad Chriſti fidem adduxit. e. Vide etiam 648. c. Capuam S. Petro offert. 776. h.

Carolus Martellus, Caroli Magni avus. 684. f. g. ad eum duæ Epiſtolæ Gregorii III. Papæ pro defenſione ſanctæ Eccleſiæ. 685. c. 686. f.

Carolus IV. Imp. 414. d. ejus Conſtitutiones de liberta-

libertate Eccleſiaſtica confirmata à Concilio Conſtantienſi. ibid. *à Synodo Baſileenſi.* e. *conſtitutio de privilegiis Clericorum.* 415. f. 416. a.

Carolus V. Imp. Goldaſto Pontifex maximus. 282. c. *cum Pontifice, & Pontificis ductu indixit Concilium.* ibid. *proſcripſit hereticos, hoc eſt, Lutherum, ejúsque ſectatores in Comitiis Wormacienſibus.* d. 295. c. *Romam captam Pontifici reſtituit.* 386. h.

Carthaginenſe Concilium. 29. a. *ducentorum ſeptendecim Patrum.* ibid. 74. h. *Apoſtolica auctoritate firmatum.* ibid. *de Presbyteris ſupervenientibus.* 692. c.

Caſſiodorus ex Senatore monachus eruditiſſimus. 39. d. *hiſtoriam tripartitam ordinavit.* ibid. *laudatus.* 45. c.

Catharina Medicea Galliæ Regina Calviniſtis Medea & furioſa Excetra. 392. c.

Cathedra Apoſtolica, S. Petri, & Moyſis. 6. d. & ſeq.

Cathedra vendentium columbas evertitur, quando Simoniaci ſacerdotio privantur. 58. h. 59. a.

Catholicus non habeatur, qui non concordat S. Romanæ Eccleſiæ. 105. g.

Cato tertius de Cælo cecidit. proverb. 84. c.

Centumcellæ civitas S. Petri. 754. c.

Chalcedonenſe Concilium Monachos Epiſcopis ſubjectos fore decrevit, ipsóſque Eccleſiaſticis ſtatutis inobedientes anathematizavit. 32. c. *unum ex quatuor Conciliis ut ſancta quatuor Evangelia venerandis.* ibid. *Eutychetem cum ſuis* obedientiariis *anathematizavit.* g. *Dioſcorum cum Eutychete reprobat.* 55. d. *tempore Marciani Imp. & S. Leonis Papæ per duodecim dies celebratum.* 56. c. 524. c. *decrevit in unaquaque provincia bis in anno Concilia fieri.* 56. g. *provincialia Concilia priora canonizavit.* 57. d. *ex primis quatuor tempore, non dignitate ultimum.* g. *uſque ad ſanguinem vindicandum.* ibid. & 524. d. *quolibet modo per pecuniam ad aliquem ſacrorum Ordinum gradum vel officium aliquod promotos abſque omni ſpe recuperationis deponit.* 57. h. 58. a. *ſpiritualium officiorum venditores & mediatores cum ipſis emptoribus degradandos vel anathematizandos decernit.* 58. c. *diſpenſatori Eccleſiaſticarum rerum per pecuniam promoto, officium diſpenſandi jubet auferri.* e. *omnem Eccleſiaſticam ſolicitudinem per precium acquiſitam jubet adimi.* f.

Chalcedonenſe Concilium Nicænum & Neocaſareenſe confirmat, eorúmque prævaricatores condemnat. 61. a. *Antiochenum roborat.* 66. f. *communicatores cujuſdam damnati Timothei præſulis Alexandrini excommunicat.* g. *ſexcentorum triginta Patrum.* 70. a. 524. c. *S. Leonis Papæ auctoritate congregatum & confirmatum.* 73. d. *Clericos Clericis inſidiantes gradu ſuo dejicit.* 88. d. *Romanæ Sedi primas, Conſtantinopolitanæ ſecundas tribuit.* 270. b. *Leonem Pontificem Romanum Univerſalem proclamat.* 287. b. *in eo Canones XXVII. ſtatuuntur.* 524. c. *huic quinam Legati vice S. Leonis Papæ præfuerint.* ibid. *ut retractaretur, multi efficere ſtuduerunt, ſed fruſtrà.* d. *ejus Canon de Clericis & Monachis non manentibus in ſuo propoſito.* 692. h. *de Clericis, qui ſunt in Hoſpitalibus, Monaſteriis, atque Martyriis.* ibid. & ſeq. *de Clericis vel Monachis conjurantibus aut conſpirantibus, &c.* 759. c. *ejus breviarium apocryphum.* 762. c.

Cham filius Noë, typus eorum, qui Doctorum ſeu Præpoſitorum ſuorum culpas produnt. 87. a.

Charitas neſciens minui, ſole calidior, adamante perennior. 51. b.

Charopolis ſeu Karopolis filia Dondæ. 169. c.

Chonradus Tedaldi filius, Bonifacii frater. 493. *à Longobardis deceptus, fratri reconciliatur.* 494. *ejus miſerabilis obitus, & ſepultura.* ibid.

Chonradus Rex Parmam expugnat ope Bonifacii. 496. *ejus fœdus cum Bonifacio.* ibid. *mors, & ſucceſſor Henricus.* ibid.

Chonradus filius primogenitus Regis Henrici. 506. *à Patre deficiens ad Mathildem ſe confert.* ibid. *filiam ducit Rogerii Ducis Siciliæ.* ibid. *à Mathilde diſcordat, & mox reconciliatur.* ibid. *ejus obitus.* ibid.

Chriſma in die Cœnæ Domini conſecratum igne cæleſti coruſcat. 128. c.

Chriſtiani non ſunt, qui ligamenta ſancta Eccleſiæ vanis ſe exiſtimant conatibus ſolvere. 30. h. *omnes ad Miſſarum ſolemnia aliquid Deo offerre debent.* 36. d. *tempore orationis continentiam ſervent.* 62. e.

Chriſtus tolerat Judam traditorem ſuum. 7. g. *infirmitatibus noſtris compatitur.* 44. c. *Zachæo ſui occulta inſpiratione aſcenſionem arboris perſuaſit.* g. *Scribam Simoniacum repudiat.* 59. d. *tam pauper, ut nec proprium haberet hoſpitium.* e. *in reſuſcitatione puellæ mortuæ teſtes adhibuit.* 75. d. *apparuit ſciſſis veſtibus, & leproſo ſimilis.* 160. g. *vulnera ſua cruore manantia oſtendit.* 161. a. *Abbati Hugoni in Capitulo modò ſe acclinat, modò avertit.* 162. c. *ejus deſcenſus ad inferos.* 379. h. & ſeq.

S. Chryſogoni Martyris titulus. 719. c.

S. Chryſoſtomi locus, ne moveamur calumniis. 316. a. b.

Chunradus de Liechtenau. 114. d.

Chuononis Ratiſbonenſis Epiſcopi extrema verba. 456. d.

Cinthius Præfecti Romani filius Gregorium VII. Papam capit. 16. f. *extra Urbem ejectus.* ibid. *aliàs Cincius.* 17. c. *Onuphrio Cencius; aliis Cincius* 109. b.

Cinthius ſeu Cincius Præfectus Urbis, laudatus. 138. f. g. *malè traducitur, quaſi Gregorium VII. ceperit.* 152. d. *claret miraculis.* e.

Circumcelliones Grancio qui. 339. b.
Citò quod fit, citò perit. 279. e.
Civitatum variarum donatio facta Eccleſia Romanæ à Chriſtianiſſimo Rege Francorum Pipino. 630. a.
Clarevallenſis Abbatis epiſtola ad Veronenſem Epiſcopum. 585. a.
Clemens Antipapa. Vide V. *Guibertus.*
S. Clemens Papa & Martyr, à Principe Apoſtolorum ſucceſſor deſtinatus. 70. b. *incontinentes penitus ab altari removit.* ibid. *cohabitationem extranearum fœminarum clericis prohibuit.* ibid.
Clemens II. Papa dictus antea Suidegerus, Saxo, Epiſcopus Bambergenſis. 108. e.
Clemens V. Papa Bonifacii VIII. definitionem declarat. 351. d. *legem Henrici VII. abrogat.* 417. d.
Clerici prohibentur in Concilio Niceno habitare cum fœminis nulla conſanguinitate propinquis. 37. b. h. *Simoniaci & incontinentes à Gregorio VII. in Synodo rejiciuntur.* 54. *incontinentes ab antiquis Conciliis & ſanctis Patribus condemnantur.* 60. h. & ſeq. *contra Epiſcopum conſpirantes, infames curiæ traduntur.* 88. e. *adversùs illorum percuſſores Concilium apud Theodonis villam congregatum.* 196. d. *eorum exercitationes ſub Gerhoho Reicherſpergenſi.* 240. e. *iis quid faciendum, Eccleſia opibus pollente.* 258. h. *illorum privilegia à variis Imperatoribus & Conciliis approbata.* 414. d. & ſeq. *non manentium in ſuo propoſito pœna.* 692. b. *iis, qui ſunt in Hoſpitalibus, monaſteriis, & Martyriis quid obſervandum.* 693. a. *de relinquentibus proprias Eccleſias quid agi debeat.* f. *qui uxores ſortiri debeant.* g.
Columba Gregorii VII. ſacrificantis humero dextero inſidere, & ſacro Calici roſtrum immittere viſa. 132. h. & ſeq. *Gregorio etiam Magno appingitur dextro ejus humero inſidens.* ibid. *Luthero quoque à Lutheranis appicta & afficta.* ibid.
Communio malorum non maculat niſi conſentientes. 31. d. e.
Concilia omni firmitate carerent, ſi non Apoſtolicæ Sedis auctoritate corroborarentur. 55. h. 522. d. *abſque Romani Pontificis ſententia non celebranda.* 56. a. 379. g. *ſine Apoſtolicæ Sedis Auctoritate non recipienda.* 56. e. *bina per ſingulas Provincias annuatim habenda.* ibid. *iis acquieſcendum & obtemperandum.* 57. a. *more antiquo & ritu Eccleſiaſtico inchoata à jejunio.* 94. c. *quatuor priora ùt quatuor Evangeliorum libri veneranda.* 522. d. 524. g. *aliorum auctoritas.* 524. h. *Provincialia.* 525. b. *Orientalia.* d. *horum diverſæ translationes.* h. *editio emendatior quæ.* 526. a. *Occidentalia.* d. *Gallicana.* 527. d. *Hiſpana.* g. *alia Provincialia.* 528. e.
Confeſſio Auguſtana. Vide V. *Auguſtana.*
Confluentana pax ſub Ludovico Juniore Imp. 200. h.
Conradi Archi-Epiſcopi Salisburgenſis intrepidus animus. 256. e.
Conradi Epiſcopi Trajectenſis declamatio commentitia. 339. c.
Conradus deſignatus Epiſcopus Trevirenſis occiſus. 540. b.
Conradus poſtmodum Rex. 239. e. *cum inter & Lotharium diſſidium.* ibid.
Conradus Rex Romam invitatur ad auſpicandam Arnaldicam Monarchiam. 608. g.
Conradi Sabinè Moguntini Archi-Epiſcopi epiſtola ad Adelbertum Salisburgenſem Archi-Epiſcopum. 573. c.
Conſiliariorum artes. 144. a.
Conſtantienſis Diœceſeos amplitudo. 135. b.
Conſtantienſis Epiſcopus monetur officii à S. Bernardo. 609. e.
Conſtantinopolitanum Concilium unum ex quatuor, æquè ùt Evangelium venerandis. 49. g. *Pneumatomachos anathematizat.* ibid. *Eunomii & Macedonii errorem convicit.* 55. d. *à C. L. Patribus habitum, ſub Damaſo Papa.* 523. f. *alterum contra omnes hæreticos maximè contra Theodorum Mopſueſtenum, ſub Vigilio Papa.* 524. d. *tertium contra Monothelitas, ſub Agathone Papa.* e.
Conſtantinopolitanæ Sedis primatus excutitur & refellitur. 269. b. & ſeq.
Conſtantinus Magnus. 220. b. *ejus Donatio.* ibid. & ſeq. *quomodo honoraverit Sylveſtrum Papam.* 258. a. *optimas pro Eccleſia Dei leges ſtatuit.* 261. c. *Urbem Romam Principi Apoſtolorum, ejúsque ſucceſſoribus conceſſit.* d. *titulo Pontificatus Maximè Ethnici, non Chriſtiani uſus.* 283. b. & ſeq. *ejus Donatio an fictitia.* 328. a. 370. f. *Epiſcoporum libellos in ignem injecit, & quare.* 329. e. *Goldaſto hæreticus.* ibid. *ejus Donatio aureis literis ſcripta.* 401. e. *quarum rerum, ſeu cauſarum Epiſcopum; hoc eſt, Inſpectorem & Moderatorem ſe vocaverit.* 613. f. h. *ejus Donationis edictum quale.* 658. b. *ad id novus commentariolus.* ibid. *in id notationes nonnullæ caſtigantur.* 662. g. *ejus Donatio, ex Luitprandi Cremonenſis Epiſcopi ad Nicephorum Phocam legatione.* 672. b.
Conſtantinus Juſtiniani Pater ſextæ Synodo interfuit. 329. h. *à Gregorio II. Papa laudatus.* ibid. *Concilio à ſe coacto ſe ſubjicit.* 330. d. e.
Conſtantinus Pogonatus Imp. Conſtantinopolitanus jure confirmandi Romanum Pontificem penitus ſe abdicavit. 107. h.
Conſtantinus Pſeudopapa neophytus. 81. g. *invaſor.* 82. b. *ejus duæ epiſtolæ ad Pipinum.* 787. h. 788. f.
Conſuetudo cùm veritati ſuffragatur, firmiſſimè tenenda eſt. 34. c.
Contumacia cujuslibet in Synodo publicata, nullatenus exeat impunita. 88. g.

Cor.

Digitized by Google

Core, Datan & Abiron hæreſiarchæ vivi ad infernum deſcenderunt. 68. c. *eorum ſequaces per ignem à Domino egreſſum combuſti.* ibid.

Corinthii ab Apoſtolo Paulo quærunt, an nuper renatis in Chriſto carnalis copula licita eſſet. 62. b.

Cornelius Papa à B. Cypriano laudatus. 114. c.

Corſica Inſula S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributaria. 648. h.

Covarruvia doctrina de poteſtate ſummi Pontificis. 349. c.

Crellius Saxoniæ Cancellarius decollatus. 323. d.

Crimen eſt peccatum grave, accuſatione, & damnatione digniſſimum. 65. d. *impedit ſacros Ordines.* ibid.

Croatia Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 643. h.

Cunibertus Canonicus Bambergenſis Primatui Papæ obtrectat. 344. b.

Cunradus II. Imperator. 108. c. *vel Chunradus.* 114. h.

Cunradus Eremita, auctor Buribergenſis cellæ. 171. d.

S. Cyprianus in rebaptizationis ſententia non pertinaciter contra Eccleſiam egit. 18. a. *putabat, non poſſe eſſe apud hæreticos vel ſchiſmaticos baptiſmum Chriſti.* 27. h. *Martyr, & Doctor egregius.* 33. f. *non cenſetur ſcripſiſſe librum illum de abuſionibus.* 64. f. *Cornelium Papam laudat.* 114. c.

S. Cyriacus Martyr Herlucæ Virgini oculum reſtituit. 168. b. *ad ejus Memoriam oculus cereus oblatus.* ibid.

S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus. 56. c. *Epheſino Concilio loco Cæleſtini Papæ præfuit.* ibid.

D.

Dalmatiæ Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 643. h.

Damaſus Papa. 49. f. 56. a. *violatores ſacrorum Canonum dicit blaſphemare Spiritum S.* 49. f. 67. h. & ſeq. *ſecundam Univerſalem Synodum Conſtantinopolitanam ſua auctoritate roboravit.* 70. b,

Damaſus II. Papa moritur. 128. h.

Damianus Cardinalis, & Nonantulenſis Abbas. 477. e.

Dania Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 647. f.

Daniæ Rex quam Confeſſionem Auguſtanam approbet. 335. e.

Dare non potuit, quod quis non habuit. 81. b.

Dare partes ſeptem, nec non & octo, quid ſit. 247. c.

David tolerat Saulem perſecutorem ſuum, & occiſum vindicat. 7. e. *ſecundùm cor Dei.* 38. e. *panes propoſitionis non accepit, priusquam ſe triduo continuiſſe reſpondit.* ibid.

Deceſſoris nomine quid ſignificetur. 293. e.

Decima in uſum pietatis conceſſa. 36. a. *à Laicis ſacrilegè detinentur.* ibid.

Decreta Pontificum Romanorum diligentiùs obſervanda, quàm ipſa Concilia. 55. h. 56. b.

Decretales Pontificum Romanorum flammis tollere conatus eſt Lutherus. 618. e.

Definitio incauta, laudabiliter eſt ſolvenda. 89. f.

Demetrius Chomatenus Bulgariæ Epiſcopus, Imperatori omnia concedit, præter ſacrificandi miniſterium. 279. g. 286. g.

Denarius S. Petri. 650. f. g. 651. d. *ejus conſtituendi, & ſubditis indicendi primus auctor Inas Rex.* 652. b.

Deſiderius Cardinalis Romanus & Abbas Caſſinenſis, Gregorio VII. invitus ſubſtituitur in Pontificatu. 19. b. *à Prædeceſſore ſuo ante obitum deſignatus.* 113. e. 159. b. *laudatus.* 113. f. *ad eum epiſtola Gregorii VII. de ſua electione.* 132. a. *electus Papa, Victor appellatus, & cur.* 159. b.

Deſiderius Rex Longobardorum Romanos vexat. 107. b. *promittit reſtituere civitates S. Petri.* 700. d. *Pipinum Regem decipit.* 705. f. *minatur Paulo Papæ.* ibid. 717. g. *Pentapolim vaſtat.* 706. e. 707. a. *Albinum Ducem Spoletinum capit.* ibid. *Argim Ducem Beneventanum conſtituit.* 707. b. *Imperatorem adhortatur, ut ſuos Imperiales exercitus dirigat in Italiam.* ibid. *ejus colloquium cum Paulo Papa.* d. *obſides in Francia.* e. 708. e. 722. e. *impedit Legatos Papæ ad Regem Pipinum miſſos.* 714. a. *Patrimonium S. Petri reſtituit.* 715. b. *promittit, ſe reliqua etiam reſtituturum.* ibid. *conſilium init cum Legato Imperiali.* f. *non facit, quæ promiſit.* 717. c. *callidè rem agit.* f. *ad limina Apoſtolorum peregrinatur.* 720. h. 722. h. *Saxulum puerum fugitivum reſtituit.* 720. h. *cum Paulo Papa convenit.* 726. e. *filiam ſuam deſpondere cupit Regi Francorum.* 733. b. *Stephanum IV. Papam liberat.* 736. d. *Savinenſe territorium intercipit.* 764. d.

Deus Chriſtianorum ab Ethnicis pictus auribus aſininis, altero pede ungulatus. 8. a. *comprehendit ſapientes in aſtutia eorum.* e. *adeſt Sacramentis & verbis ſuis, per qualeslibet adminiſtrentur.* 28. a. *tunc tentatur, cùm pro manifeſtis venitur ad judicium.* 34. g. *aliorum hominum cauſas voluit per homines terminare: Sacroſanctæ verò Sedis Romanæ Præſulum ſuo ſine quæſtione reſervavit judicio.* 87. c. *ejus laus ex ore Babylonici Regis.* 260. f. *eum nequis blaſphemet, lege vetat Nabuchodonoſor.* g.

Deusdedit Presbyter Cardinalis. 20. b. 117. h.

Diabolus ſalutis noſtræ capitalis hoſtis. 6. c. *omnium calumniatorum archiſtrategus.* ibid.

B. Dionyſii epiſtola de ratione Paſchæ. 780. d.

Diſciplina Monachorum & Clericorum ſub Gerhoho Reicherſpergenſi. 240. d.

Diſciplinas faciendi mos. 133. g.

Divina ultio in improbum, qui Gregorium VII. perimere moliebatur. 140. f.

Dodechinus continuator Mariani. 15. h. 396. h.

Dodo Legatus Carolomanni Regis contra Papam conjurat. 736. a.

Dolus an virtus, quis in hoſte requirat? 6. b.

Dominicus Comes Gabellenſis captus & vinctus. 742. c.

Domnizo Epiſcopus Sutrienſis, vel Sabinenſis. 477. c.

Domnizo presbyter vitam Mathildis verſibus deſcripſit. 18. g. 487. & ſeq. *Hugonem Blancum ſeu Candidum depingit.* 116. d. *pro Romanis Pontificibus adversùs Schiſmaticos ſtetit.* 488. *ejus relatio de theſauro Canuſino Romam translato.* ibid. *epiſtola ad Mathildem Comitiſſam.* 489.

Donationes Eccleſiæ Romanæ ab Imperatoribus, Regibus, ac Principibus Chriſtianis factæ. 624.

Donatiſtæ hæretici credebant, Sacramenta ab Improbis & excommunicatis validè adminiſtrari non poſſe. 21. e. *etiam in diſſcaſione & in ſchiſmate ſacrificabant.* 27. g. *in ſuis Ordinibus ſuſcepti.* 34. h. 90. f.

Douda Herluca ſocia & diſcipula. 169. d. *Sigibodi Eremitæ neptis.* ibid. *ſpiritum prophetiæ habuit.* g. *ejus patientia quanta.* h. *mater Karopolis.* 171. a. *piè obit.* b.

Dungalus antiquus ſcriptor contra Claudium Taurinenſem. 189. c. 378. g.

Duo præcepta, ùt duo peccandi genera, & duo adventus Domini. 75. c.

Duo cùm faciunt idem, non eſt idem. 420. a.

E.

Eberhardus Archi-Epiſcopus Saliſburgenſis pro Alexandro III. ſtat. 343. b. *Vir ſanctiſſimus, & Sedis Apoſtolicæ obſervantiſſimus.* 555. *ei quale monumentum erexerit Radevicus.* ibid. *ejus epiſtola ad Raimundum, ſive Romanum Gurcenſem Epiſcopum.* 576. g. *ad Fridericum Imp.* 580. c. 588. b. *ad Admontenſem Abbatem.* 582. b. c. *ad Hildebertum Cardinalem.* 589. h. 590. c. h. *ad Alexandrum III. Papam.* 590. d. *ad Geuſum, ſeu Geiſam Regem Hungariæ.* 591. d. *ad Henricum Remenſem Archi-Epiſcopum.* 592. d. *ad Henricum Brixinenſem Epiſcopum.* h. *ad R. Gurcenſem Epiſcopum.* 593. h.

Eberhardi Bambergenſis Epiſcopi epiſtola ad Eberhardum Salzburgenſem Archi-Epiſcopum. 576. c. 577. a. 581. d.

Eberhardus Comes Legatus Regis Henrici ad Gregorium VII. 14. b. 104. f. *à Gregorio VII. benignè ſuſceptus.* ibid.

Ebion hæreſiarches à Synodo Conſtantinopolitana & Gelaſio Papa anathematizatus. 62. a. *Judaicam incontinentiam Chriſtianis Sacerdotibus permittit.* 65. h. 69. c.

Ebionitæ judaizantes. 61. h.

Ebo Rhemenſis Epiſcopus damnatus. 29. b. *aſſenſit Lothario patrem ſuum regno pellenti.* 83. d. *Hildeneshemi relegatur.* ibid.

Eboracenſis quidam Archi-Epiſcopus Archi-Diabolus & novus Caiphas dictus. 362. b.

Eccleſia Romana omnes alias Eccleſias judicat, propter ſuum primatum. 30. d. *jus ligandi atque ſolvendi in perſona Petri acceptum ſemper obtinet.* g. *ejus ſtatuta uſque ad ſanguinem defendenda.* 33. d. *non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino noſtro primatum obtinuit.* 71. b. 295. h. *ad illam de qualibet mundi parte appellandum eſt, ab illa autem nemini appellare permiſſum eſt.* 71. c. *alias Eccleſias in partem vocavit ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.* f. *conſtituta à Domino caput & cardo Eccleſiarum.* 74. c. *Synodos ſua auctoritate confirmat & cuſtodit.* 77. b. *Eccleſiarum Mater.* 79. a. *Sunamitis.* b. *vinea Chriſti.* ibid. *Tribunal Chriſti.* d. *cum Chriſto capite in unum corpus unita.* f. *ſine ulla Synodo quoslibet damnandos poteſt damnare, & reconciliandos reconciliare.* 81. h. *à ſolo Domino fundata.* 105. d. *nunquam erravit, nec, Scriptura teſte, in perpetuum errabit.* g. *Orientalibus deſtituta auxiliis à Francis auxilium contra Longobardos poſtulavit.* 106. b. & ſeq. 688. h. & ſeq. 695. c. & ſeq. *omnium Chriſtianorum Domina.* 113. h.

Eccleſia Romana totius Religionis Caput & Magiſtra. 142. e. *pro ejus defenſione juramentum Caroli Magni.* 190. d. *ei donatarum rerum Conſtitutio Ludovici Pii Imp. defenditur.* 194. h. *ejus typus, templum Salomonis.* 245. c. *cum Templo Hieroſolymitano comparatio.* 248. d. *perſecutio ſub Nerone.* ibid. *ſtatus temporibus Henrici IV. quomodo temporibus & actis Antiochi congruat.* 249. e. *ut opes poſſideat, non adverſatur Deo.* 257. h. *licèt opibus polleat, Epiſcopis & Clericis quid faciendum.* 258. h. *ei pax reddita ſub Calliſto II. Papa.* 259. g. *ejus bono latæ ab Imperatoribus Chriſtianis leges.* 261. ç. *quomodo viſibilis, & tamen credatur.* 347. c. *caput Eccleſiarum.* e. 699. c. *Catholica toto terrarum orbe diffuſa.* 347. h. & ſeq. *Univerſalis Imagines ſemper venerata eſt.* 365. d. *ei jus donatione Conſtantini Magni aſſertum.* 370. f. *cum Chriſto una perſona.* 620. f. *ejus bona Chriſti bona.* ibid. *ei quænam Donationes ab Imperatoribus, Regibus, & Principibus Chriſtianis factæ, ratificatæ, & confirmatæ.* 624. 630. a. & ſeq. *ei quænam olim tributaria Regna & Principatus.* 624. 643. b. & ſeq.

Eccleſiaſtica bona invadentes excommunicati. 35. a. 257. f. 620. b. *his inſidiatur Henricus V.* ibid. *inſidiantium frivolæ rationes.* 259. b. *eorum deprædatio quid.* 609. a. *iis inhiantium ſæcularium cantilena admodum*

Digitized by Google

dum jucunda quæ? 617. h. illis ne Principes quidem pingueſcunt, ipſo Luthero teſte. 619. h. ea diripientes ſunt ſacrilegi fures, & homicidæ. 620. d. 621. c. d. Judæ proditori æquiparantur. 620. e. iis abutentes ſimiles ſcribis & ſacerdotibus. f.

Eccleſiaſtica Conſtitutiones unde, & è quo fonte manârint. 520. b. propriè dicuntur Sacerdotum. 529. b.

Eccleſiaſtica Immunitas. 191. d. 228. b. 379. g. plena & perfecta num tempore Caroli Magni uſitata fuerit. 424. c. duplex, perſonalis & realis. h. à variis Conciliis & Imperatoribus confirmata. 414. h. & ſeq. 425. a. & ſeq.

Eclipſis Solis terribilis ante Gregorii VII. obitum. 272. c.

Egbertus Rex à Saxonibus contra Henricum IV. creatus. 115. d.

Eggebertus Marchio pro Gregorio VII. ſtetit. 16. b. 546. h.

Egila Epiſcopus Hiſpaniæ. 778. g. ad eum epiſtola Adriani Papæ. ibid. 779. e. errores quosdam Mingentii Magiſtri ſui ſequitur. 783. c.

Electores Imperii. 228. h. eorum literæ, quibus fatentur, Electoralem dignitatem à Sede Apoſtolica ad ſe veniſſe. ibid. & ſeq. 417. h. & ſeq. 639. b. à Goldaſto proſcribuntur, & Antichriſto tranſcribuntur. 380. g. qui & quot. 419. b.

Eleutherius Papa à B. Petro duodecimus. 70. f.

Eleatherius tyrannus Ravennas. 761. f.

Elias Propheta recens natus, igneo globo divinitus illuſtratus. 127. b.

Elipandus. 188. d. ad eum Caroli Magni Epiſtola de hæreſi Feliciana. ibid.

Eliphandus Epiſcopus Hiſpanus hæreticus. 782. f. 783. d.

Eliſabetha Regina Angliæ à Calviniſtis quantopere laudata. 392. c.

Embolum quid. 697. c.

Engilbertus Trevirenſis ſchiſmaticus. 343. h.

S. Ennodius Epiſcopus Papienſis. 105. g.

Epheſina Synodus ſubditos Neſtorii laudat & emancipat. 32. g. Neſtorium damnat. 55. d. temporibus Theodoſii Junioris Auguſti, & Cæleſtini Papæ. 56. c. 524. h. ad hanc invitatus S. Auguſtinus. 524. b. ſecunda illegitima. 762. f.

Epiphanius hiſtoriam tripartitam de Græco in latinum fideliter vertit. 39. g. ſcholaſticus. 49. a.

Epiſcopi Præbendas vel dignitates Eccleſiaſticas vendentes ab officio ſuſpenduntur. 35. c. Abbatibus ſeu Clericis ſua gravamen imponentes, vel interdictum ſacerdotale officium pretio reſtituentes. 36. c. fornicationem Clericorum non prohibentes ab officio ſuſpenduntur. d. eorum electio perperam facta, etiam ipſam poteſtatem eligendi tollit, quæ in deliberatione Sedis Apoſtolicæ ſeu Metropolitani conſiſtit. 37. a. 110. d. irreprehenſibiles, hoſpitales ut Abraham, &c. 66. b. Pontifici, à quo conſecrati probantur, præjudicium inferre nullum poſſunt. 87. a. obedientiam, quam à ſubditis ſuis exigunt, etiam ipſi ſummo Pontifici dependunt. 88. f. quorundam pœnitentia. 148. a. varii colunt Gerhohum Reicherſpergenſem. 241. f. reſiſtunt Henrico V. bonis Eccleſiaſticis inſidianti. 257. g. iis quid faciendum Eccleſia opibus pollente. 258. h. olim ſanctiſſimos ſe ſe mutuò vocitabant. 287. h. in Concilio Aquisgranenſi monitu Ludovici pii Imp. leges Eccleſiaſticas tulerunt. 292. c. non debent accuſari & judicari niſi in Concilio auctoritate Apoſtolica convocato. 295. h. accuſatis libera appellatio permittitur ad Sedem Apoſtolicam. 296. a. & ſeq.

Epiſcopi à Conſtantino Magno Dii appellati. 329. e. ne iter quidem ſine imaginibus faciebant. 330. c. eorum electioni ne ſe Principes & Imperatores immiſceant. 370. g. h. libera electio Clero & populo relicta. 374. b. ſub Sacerdotis nomine comprehendantur. 388. f. aliquando dicti Pontifices, & ſummi Pontifices. 395. h. Eccleſiam per ſeculi poteſtatem obtinentes deponantur, omnèsque illis communicantes. 397. c. eorum, qui in ſchiſma incidunt, Libellus abjurationis. 519. d. illorum mutatio. 529. d. quomodo ſe gerant erga Metropolitanum. 691. d. e. eorum veſtitus. g. iis ſubjecti Chorepiſcopi. 692. a. damnati priſtinum officium uſurpare non debent. b. Piſanus & Lucanus ſedibus ſuis iniquè ejecti. 746. c.

Epiſtola Principum Imperii ad Innocentium III. de electione Othonis IV. in Imperatorem. 225. h.

Epiſtolæ variæ Pontificum, Epiſcoporum, Imperatorum, &c. quarum lectio mirificè conducit ad illuſtranda ea tempora, quibus Eccleſiam Dei ſchiſmata diſtraxerunt. 554. & ſeqq.

Epiſtolæ Romanorum Pontificum ad Reges Francorum. 679.

Epitimium pœna ſeu pœnitentia. 147. h.

Eppach pagus non procul à Schonga Bavariæ civitate, ad Lycum fluvium, 161. a. duas habet Eccleſias. 166.

Eptaticus locus medius inter Fauces (hodie Füſſen oppidum) & inter Auguſtam. 165. ibi ſepulchrum S. Wicterpi in Oratorio S. Dei Genitricis Mariæ. 169. c.

Eppo Citizenſis Epiſcopus, S. Chiliano ultore, in aquis miſerè periit. 15. c. Wolfio & Stumpfio Neapolitanus. 117. d.

Erfordienſis Synodus Provincialis. 22. a. 539. c.

Ermenaldi filia, Monialis nubit. 768. g. 778. d.

Ermenbertus Epiſcopus Bituricenſis petit à Papa Pallium. 771. b.

Eſſentiam rerum non ſolet in contrarium ducere contrarietas opinantium. 90. c.

Evangelia aureis literis ſcripta extant Ratisbonæ ad S. Emmeranum. 401. c.

Euchariſtia indignè ſumitur ab eo, qui nondum criminibus pœnitendo ſe purgavit. 29. c.
Eugenius III. Papa. 609. h. circa ejus Pontificatûs principia Arnaldus Brixienſis Romam redit. ibid. Viterbium fugit. 610. c. pro expulſione Arnaldi multùm laborat. d. ejus querela. g.
Euphemius Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſucceſſor Acatii. 92. a.
Euſebius pro Ruffino citatus. 38. h. à Ruffino de Græco in latinum converſus. 39. c. ejus hiſtoria non authentica. 49. a.
Euſtathiani hæretici legitimas nuptias pro mortali crimine deputantes, nullum in conjugali gradu poſitum ſpem habere apud Deum aſſerebant. 68. c. oblationes Presbyterorum etiam ante ordinationem legitimè conjugatorum reſpuebant. ibid. in Concilio Gangrenſi anathematizati. f.
Eutropius Conſul & Patricius. 375. f.
Eutyches Conſtantinopolitanus Abbas cum ſuis obedientiariis in Concilio Chalcedonenſi anathematizatus. 32. g.
Eutychiani dicunt, imperatores eſſe ſummos Pontifices. 349. f.
S. Eutychianus Papa & Martyr à B. Petro decimus ſeptimus. 32. h. decrevit, ſubditum nec Epiſcopo nec Abbati ſuo obedire debere, ſi juſſerint ei, ut pro excommunicato Miſſas inſtituat. ibid.
Excommunicati, etiam Sacramenta ab Excommunicatis percipientes. 29. f. etiam Excommunicatis conſentientes ſeu communicantes. 31. a. devitandi in ſalutatione, in oſculo, in oratione, in convictu. h. quò ſunt plures, eò diligentiùs evitandi. 33. c. & ſeq. eorum etiam communicatores vitandi. h. res Eccleſiarum, vel monaſterium invadentes. 35. a. poſſunt baptizare & ordinare, licèt perniciosè tam habenti, quàm danti. 79. g. ſignificantur per illos, quos Apoſtolus Sathanæ tradiderat. 81. a. nec ſalutandi quidem ex Apoſtolico mandato. 95. c. qui cum excommunicatis orant, vel miſſas illorum audiunt. 110. c. ab omnibus tanquam peſtis publica evitati. 111. g.
Exempla extraordinaria non ſunt trahenda in conſequentiam. 173. a. h.
Ezechiel Propheta cuilibet Paſtori terribilem proponit conditionem. 69. h.

F.

Fabianus Papa & Martyr. 71. d. 88. c.
Fabula de cervo non habente cor. 492.
Facientis procul dubio culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. 47. h.
Fauces, oppidum. 165.
Faventia civitas S. Petri. 700. d. 742. c.
Fauſtinus Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis legatus in Concilio Africano. 57. a.
Federicus Dux Gallus, dives. 496.
Feliciana Hæreſis. 188. d. 377. g.
S. Felicitas mater ſeptem filiorum. 168. f.
Felicitatis caſtellum. 749. g. & ſeq.
Felix Papa Acacium excommunicatis communicantem anathematizat. 34. d. ab Epiſcopatu depoſitus, martyrio coronatus, cum multis Presbyteris & Clericis. 69. d. Arianis in violatione Nicæni Concilii aſſentire noluit e.
Felicis II. Papæ epiſtola, de appellatione ad Sedem Apoſtolicam. 392. g. h.
Felix III. Papa generali Concilio præſidens, eos, qui ſe rebaptizari permiſerant, perpetuæ pœnitentiæ ſubjicit. 91. b.
Felix Urgelitanus Iconomachus. 378. g.
Ferdinandus Imp. non favit Auguſtanæ Confeſſioni. 335. h. Societati Jeſu Viennæ, Pragæ, & Oeniponti Collegia erexit. 356. e.
Ferdinandus Rex publicas ſupplicationes indixit. 282. c.
Fernandi Regis Hiſpaniæ epiſtola ad Alexandrum Papam. 584. g.
Ferraria obſeſſa. 506. civitas S. Petri. 700. d.
Ferrariæ Ducatus. 742. c.
Fidei Chriſtianæ collatio per Reges gentiles ad fornacem Babylonicam. 260. e.
Filii Sanctorum ſunt, qui exercent opera eorum. 78. a.
Flacciani Calviniſtis carnivori. 355. g.
Florenius Apoſtata atheus. 310. h.
Folradus Pipini Regis Conſiliarius. 699. a. ejus fidele teſtimonium de Romanis. 700. b. induſtria in ſubrogando Rege. d. in legatione ſua exequenda. h.
Forcheimenſis conventus indicitur. 151. d.
Fortunæ muliebri ſacra fieri ſolita. 62. h.
Franciæ leges contra bonorum Eccleſiaſticorum raptores. 620. d.
Franci S. Petro ſingulariter devoti. 688. d. ad ſe confugientes defendunt. 690. b. gens à Chriſto protecta. 700. f. laudati à Paulo Papa. 716. a. à Stephano IV. 733. h.
Francofordienſes nolunt recipere Calviniſtas. 334. d. e.
Francofordienſis Synodus quo anno celebrata. 364. h. ei quis præſederit. 377. g. & ſeq.
Freherus Calvinianus. 19. c. 95. h.
Fridericus Imp. Victorem pſeudopontificem creat. 288. c. ejus Edictum commentitium. 417. e. epiſtola ad Friſingenſem Epiſcopum. 574. h. ad Eberhardum Archi-Epiſcopum Salzburgenſem. 575. f. 578. a. 580. d. 581. c. ad Raimundum ſive Romanum Gurcenſem Epiſcopum. 577. b. 580. h. 582. f. ad Piligrinum Aquilejenſem Patriarcham. 577. c. ad Auguſtanenſem Epiſcopum. 594. d. ad Friſingenſem Epiſcopum. 574. h. ejus cervicem utrum Alexander III. Papa pede calcârit. 674. g.
Fridericus II. Imp. 228. a. ejus Conſtitutio pro Eccleſiaſtica Libertate. ibid. & 413. c. & ſeq. agnoſcit Donationem Conſtantinianam. 298. c. ejus Teſtamentum. 381. d. & ſeq. 413. e. pœnitens, habitu Ciſtercienſium aſſumpto, abſolutus. 413. e. ob quæ ſcelera ab Innocentio IV. excommunicatus. g. &

g. & ſeq. ejus Ratificatio & confirmatio omnium Donationum, quæ ab antegreſſis Regibus & Imperatoribus Eccleſiæ Romanæ liberaliter facta ſunt. 641. c.

B. Fulgentius Epiſcopus de prædeſtinatione ad vitam ſive ad mortem. 781. c. & ſeq.

G.

Gabaa civitas. ejúſque ſceleris adaptatio ad illius temporis ſtatum. 251. f.

Galatæ Judaizantes. 61. b.

Galliæ Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 647. g.

Gallis omnibus amor ſui Regis altè inſculptus eſt. 391. g. eos Urbanus II. Papa excitat ad recuperandam Hieroſolymam. 506.

Gangrenſe Concilium. 57. e.

Garamannus Dux bona Eccleſiæ Ravennatis invadit. 767. e.

Gaufredi Monachi narratio hiſtorica de Duce Roberto Guiſcardo. 271. d.

Gebehardus Abbas Schaffhuſenſis. 513. Abbatiam reſignat. ibid. Hieroſolymam petens ſepulchri Dominici cuſtos efficitur. ibid. Bernaldum ad ſcribendum de periculoſa excommunicatorum communione vitanda incitat. 514. a.

Gebehardus Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, alter Machabæus. 18. e. ejus oratio ad Epiſcopos & Principes ſchiſmaticos. 434. b. & ſeq. epiſtola ad Hermannum Epiſcopum Metenſem. 435. g. & ſeq. Altmannum Epiſcopum Paſſavienſem conſecrat. 448. h. de Epiſcopatu ſuo vaticinatur. 449. f. in Admontenſi monaſterio à ſe conſtructo ſepultus. ibid. à ſchiſmaticis Sede ſua pulſus. 462. f. ejus obitus & ſucceſſor. 463. b.

Gebehardus Conſtantienſis Epiſcopus. 159. b.

Gibehardi intruſi Epiſcopi Herbipolenſis epiſtola. 168. g.

Gebehardus Pauli Bernriedenſis alumnus. 166. 171. d. in gratia apud Herlucam. 171. h. 172. a. pellitur cum Paulo Ratisbonâ. 172. b.

Gebhardus Abbas Hirſaugienſis decimus tertius. 94. g.

S. Gelaſius Papa. 31. a. ſcripta quædam SS. Patrum canonizavit, id eſt, authentica declaravit. 34. b. communicatorem excommunicati non ſolet recipere, niſi reconciliatum. c. Scripturarum indagator ſolertiſſimus. 39. c. hiſtoriam tripartitam, & Euſebii non valde probat. e. Nicolaum Diaconum & Paulum Samoſatenum anathematizavit cum omnibus, quæ docuerunt, ſive conſcripſerunt. 49. h. Jovinianum hæreſiarcham ſpecialiter anathematizavit. 50. b. dantem pariter & accipientem ſacra pro pretio damnat. 60. a. S. Hieronymi opuſcula inter authenticas & canonicas ſanctiones recipit. 66. d. aliorum opuſcula juxta S. Hieronymi judicium recipienda vel reſpuenda decernit. e. Doctor Apoſtolicus. 71. c. Canonum obſervantiſſimus. 74. c. Anaſtaſio Eutychiano Imp. concionatur de excellentia dignitatis ſacerdotalis & Pontificiæ. 280. b. 349. f. 350. a. ait, quòd nefas ſit, fœminas ſacris Altaribus miniſtrare, &c. 692. d.

Gelaſius II. Papa quo anno Pontificatum inierit. 124. g. ejus tempore quidam Sacerdos temeritatem luit. 161. f. Paſchali II. ſuccedit. 257. d. ei Burdinus ab Henrico Imp. ſuperponitur. ibid.

Georgius Dux Saxoniæ quid de fructibus Lutherani Evangelii ſcriptum reliquerit. 627. h.

Georgius Epiſcopus Legatus Apoſtolicus. 688. b. 695. c. 699. b. Pipino Regi commendatus. 701. a.

Georgius Legatus Imperialis. 706. e. 715. f.

Georgius Wicelius mulieroſus. 343. c.

Geraldus Oſtienſis Epiſcopus, Cardinalis Legatus Apoſtolicus à Mediolanenſibus captus. 141. f.

Gerardus Cardinalis ab hæreticis ad necem vulneratus. 610. f.

Gerardus Cardinalis Arnaldum Brixienſem capit. 611. b.

Gerardus Comes Galeriæ, Cadaloum Parmenſem tuetur. 138. d. à multis Pontificibus excommunicatus. ibid.

Gerardus Epiſcopus Florentinus in Papam electus, & Nicolaus II. dictus. 130. c.

Gerardus Signifer captus à ſchiſmaticis. 504.

Germani Imperatori ſponte ſua parent: Tyranno non niſi coacti. 112. a.

Gerochus ſeu Gerhohus Reicherſpergenſis Antiſtes, Auguſtinianus, in Bojaria. 16. g. Auguſtæ primariæ ædis Sacerdos. ibid. Onuphrio Epiſcopus, ſed falsò. 114. d. Gregorium VII. contra Schiſmaticos defendit. 117. b. 123. c. quando mortuus. 238. b. ejus pueritia, & patria. c. fit Magiſter ſcholarum Auguſtæ. d. Canonicus Auguſtanus. e. recedit à communione Epiſcopi ſchiſmatici. f. meditatur vitam monaſticam. g. conſecrat ſe Deo in monaſterio Reitenbuchenſi. h. ejus ſtudia in vita monaſtica 239. a. corpus caſtigat. b. ſedulus Regulæ S. Auguſtini indagator, & ſectator. c. fervore ſuo concitat in ſe aliorum odia. ibid. poſtulatur ab Epiſcopo Ratisbonenſi. d. periclitatur ob diſſidium inter Conradum & Lotharium. e. venit Salisburgum. f. fit Præpoſitus Reicherſpergenſis. g. qualis in regimine. ibid. ejus vita inculpata. h. gratus etiam arguens. 240. a. ejus libertas. b. ſtudium in ſacris libris. c. pium votum. g. Monaſterii ædificia reſtituit. b. ejus exemplum multi ſequuntur. ibid. inſtituit monaſterium Monialium. 241. b. gratus ſummis Pontificibus. d. ei favet Curia Romana. ibid. eum colunt varii Principes & Epiſcopi. f. ejus labor pro pace inſtauranda, ſublato ſchiſmate. g. libri. h. expoſitio in pſalmos extat in monaſterio Reicherſpergenſi, exceptis duobus Tomis. 242. a. mors. b. imago Reicherſperga, & ad eam elogium. d. probat electionem Alexandri

III. contra ſchiſmaticos. 243. b. *ejus præfatio in librum de Antichriſto.* c. *de Inveſtiturarum privilegio fallitur.* 249. e. *quid diceret, ſi hujus ætatis hæreticos videret.* 262. b. *ejus locus inſignis de libera electione Romanorum Pontificum.* 266. d. & ſeq. *Privilegiorum, quæ Carolus & Ludovicus Impp. Romanæ Eccleſiæ conceſſerunt, meminit.* 370. f.

Gevvoldus Reicherſpergenſe Chronicon nuper evulgavit. 252. h. 272. e.

Giezi puer Heliſæi, Simoniacus. 60. d. *cum omnibus ſuis poſteris lepra hæreditaria punitus.* e.

Giſila Pipini Regis filia. 706. d. 710. a. *Caroli & Carolomanni Regum Germana.* 734. e. *à Conſtantino Copronymo Imp. in ſponſam filii ſui expetitur.* 734. e.

Glacenſe Collegium Societatis Jeſu in Bohemia. 356. f.

Gloria Patri, &c. verſiculus à Nicænis Patribus & B. Hieronymo commendatus. 129. f. *à Simoniaco Epiſcopo proferri non potuit.* ibid.

Godebaldus ſchiſmaticus ab equo ſuo noviter ferrato in fronte percuſſus interiit. 19. e.

Godefridus Dux, Beatricis maritus. 132. d.

Godefridus Dux, hoſtis Saxoniæ, percuſſus, ſine confeſſione periit. 15. b. 19. d.

Godefridus ſeu Gotefridus Eccleſiæ Mediolanenſis invaſor excommunicatus. 143. g.

Godefridus Viterbienſis de Gregorio VII. 16. e.

Goffridus Abbas Vindocinenſis Gregorii VII. encomiaſtes. 272. d. *S. R. E. Cardinalis.* 421. g. *Inveſtituras Laicorum damnat.* ibid.

Goldaſtus Calviniſta Card. Baronium conviciis proſcindit & lacerat. 176. *ejus* Rationale *rectiùs* Irrationale *dicendum, & quare.* ibid. *convicia in Baronium recenſentur.* 177. *Catholicum ſe falsò profitetur.* 178. *Sigebertum cum ſuo fictitio decreto, quod Carolo Magno ab Adriano Papa conceſſum dicit, defendit.* 180. a. & ſeq. 366. a. & ſeq. 373. a. & ſeq. *ſibi contradicit.* 185. b. *ejus nugamenta in epiſtolam Caroli Magni ad Elipandum de hæreſi Feliciana.* 188. d. *Conſtitutiones ubique ſomniat.* e. 189. e. 379. e. *Carolum Magnum Synodo Francofordienſi præſediſſe contendit, ſed refutatur.* 188. f. & ſeq. 377. g. *Baronio temerè & impudenter inequitat, quaſi Capitulare Caroli anno non ſuo collocârit.* 189. g. & ſeq. *de deſcenſu Chriſti ad Inferos mentitur.* 190. b. 379. h. & ſeq. *Caroli Magni Juramentum pro defenſione Eccleſiæ eſſe fictitium probat duobus ſubtiliſſimis argumentis.* 190. c. *ejus argumenta refelluntur.* g. h. *epiſtolam Caroli Magni ad Pipinum filium, Regem Italiæ, de Eccleſiaſtica immunitate limis admodum oculis intuetur, & quare.* 191. d. *Carolum Magnum quatuor Teſtamenta feciſſe vociferatur.* 192. a. *in ejus cerebro Teſtamentum quartum natum eſt.* d. *& quare.* ibid. *Baronii Annales in Hiſpania prohibitos fuiſſe mentitur.* 193. a.

Goldaſtus Calviniſta Ludovici Pii Imp. Sanctionem de rebus Eccleſiæ Romanæ donatis eſſe ſuppoſititiam exiſtimat, & quare. 194. h. & ſeq. 383 d. & ſeq. *de exauctoratione Ludovici Pii Baronio injuriam facit.* 195. g. *pro libidine ſua titulos novos fingit, expunctis antiquis.* 196. f. & ſeq. 388. d. & ſeq. *Triburiam commutat in Theodonis villam, & vice verſa.* ibid. *ejus inſcitia, malitia, & deliria circa Conſtitutionem Lotharii I. Imp. de electione Romani Pontificis & Legibus Romanorum.* 197. h. & ſeq. 389. f. & ſeq. *Baronium circa pacem Confluentanam immeritò calumniatur.* 201. a. *neſcit, quid ſit Protoſymbolus.* 202. d. *nugatur & conviciatur ob Caroli Calvi verboſam & contumeliis plenam ad Hadrianum II. Pontificem epiſtolam.* 202. f. & ſeq. 391. c. *furit & inſanit ob Acta Synodi Romanæ de electione Caroli Calvi Imp.* 204. d. 394. b. *Baronium imperitum Hiſtoriarum dicit.* 204. d. *& quare.* e. *ejus ſtomacho non arridet epiſtola Ludovici & Lotharii Regum ad Nicolaum I. Pontif. & quare.* 209. f. & ſeq. *Conciliabulum Romanum contra Joannem XII. ſub Othone I. Imp. contendit fuiſſe legitimum Concilium.* 210. f. vide etiam 395. d. *ullum mutat in nullum.* 211. e. f. 396. e. *pro prima eâque fictitia Bulla Leonis VIII. Antipapæ multos citat.* 212. f. *quæ pro ſecunda Bulla ejuſdem Leonis affert, redarguuntur.* 214. f. 400. d.

Goldaſtus Calviniſta Othonis Magni Diploma de Regalibus S. Petro conceſſis pro ſuppoſititio habet. 216. d. *ejus nugamenta in hoc Diploma depelluntur.* ibid. 401. c. & ſeq. *Commentitiam Othonis III. Conſtitutionem edidit.* 217. f. 406. e. *Conſtitutionem Henrici I. Imp. qua donationes Romanæ Eccleſiæ factæ confirmantur, in dubium vocat.* 221. h. & ſeq. 408. & ſeq. *Auguſtiſſimos Imperatores nimiæ credulitatis arguit.* 222. a. *Baronium & Domnizonem calumniis & contumeliis lacerat, & quare.* 223. h. 224. a. *Annonem transmutat in Hildolphum.* 224. d. 410. d. *Pentecoſten transformat in Heptecoſten ſeu Heptacoſten.* 224. f. 410. g. *electionem Othonis non fuiſſe legitimam contendit.* 226. a. *ait, Fridericum II. Imp. Conſtitutionem pro Eccleſiaſtica libertate & ſimiles edidiſſe imprudenter & juvenili fervore.* 228. a. *in Baronium & Serarium incurrit.* 228. h. *Thraſonicè multa jactat, quomodo hos duos ſit proſtraturus,* 229. a. *nihil affert, niſi calumnias in Innocentium III. Innocentium IV. & Clementem V.* 229. a. g. 417. h. *ejus impoſtura in Literis Ludovici Palatini Electoris admiſſa.* 230. f. *Auguſtanam Confeſſionem Conſtitutionibus Imperialibus intexuit.* 230. g. *cum nova inſcriptione.* ibid.

Golda-

Digitized by Google

Goldaſtus Calviniſta Imperatores creat, quoscunque, quoties, quando, & ubi lubet. 267. h. *novos, & antea extra ſcholam Illyrici, & partim quoque intra, inauditos Imperatores creat.* 276. a. *Cæſares ſeu Electos, & ad Imperatoriam dignitatem promovendos, ipſe ſua auctoritate promovet ac coronat.* 278. d. *Imperatores ſuos poteſtate & Infula Pontificia exornat.* 279. d. *eius duo argumenta diluuntur.* 283. f. *alia argumenta refelluntur.* 287. d. *fraudes & ſolennes impoſturæ notatæ.* 288. f. *fraudes nonnullæ in ſcholiis ad margines aſſutis.* 291. h. *ejus mania in Papam, cum antidoto.* 295. d. *vulpem agit, quare.* 301. *parricida frater, Gretſerum & Jeſuitas parricidii inſimulat.* 306. a. & ſeq. *non parricidii tantùm Gretſerum poſtulat, ſed & rebellionis.* 308. b. *etiam crimen falſi ei imponit.* 309. b. *quomodo probet, Jeſuitas eſſe poſteros & ſucceſſores veterum illorum in Oriente Aſſaſinorum.* h. & ſeq. *ejus ſtramentitiæ probationes refelluntur.* 310. b. & ſeq. *ejus convicia in Jeſuitas, Catholicos, Pontifices Romanos.* 315. a. & ſeq. *Replicationis titulus examinatur.* 316. c. d. *mendaciorum centuriæ tres.* 317. f. & ſeq. *ejus Rationale ad Conſtitutiones Imperiales, quale.* 318. f. *Synodum Tridentinam ineptè vocat Confeſſionem.* g.

Goldaſtus Calviniſta Thraſo. 318. h. *ejus libri Vulcano devoti.* ibid. *eſt Calviniſta, non Auguſtanæ Confeſſionis.* 319. h. *ejus ſententia malè ſibi cohæret.* 320. c. *Novator.* c. *adulatur Regi Angliæ.* 322. c. 349. h. & ſeq. *Legis Corneliæ* de Falſis *reus.* 322. g. 369. f. *Papam Antichriſtum proximum Imperatori facit.* 322. h. *ejus calumniæ in Catholicos Imperatores.* 323. a. *quidquid in orbe fit, Papæ adſcribit.* c. d. *Imperatorem reprehendit, quòd Jeſuitas foveat in omnibus angulis.* g. *fatetur, ſe deliraſſe.* 329. a. *ei Conſtantinus Magnus hæreticus, & Leo Iconomachus ſummus Pontifex.* c. g. *à Gretſero deprehenſus errorem corrigit.* 330. c. *ejus Traſoniſmus, & Evangelica manſuetudo.* f. g. *Confeſſionem Auguſtanam profitetur.* h. & ſeq. *ut Imperatores, ſic novos Patriarchas cudit.* 332. c. *liberas civitates fingit in Gallia.* c. *Boſkajum Hungariæ Regem creat.* 333. c. *Carlſtadium pro fanatico habet.* 334. c. *ait, apud Calviniſtas Miſſas celebrari.* g. *Imperium quomodo augeat.* 336. c. *eius incerta criſis de Ruperti & Rulandi carminibus.* 338. f. *de Apologia Walrami.* 339. d. & ſeq. 340. c.

Goldaſtus Calviniſta Illyrico longè impudentior. 341. f. *Abbates creat, & canonizat.* 342. a. *Illuſtriſſimos facit, quos vult.* c. *ejus incerta criſis de Otberto & Gualchero.* d. *Ferdinando & Maximiliano Impp. affingit alienam ſententiam.* 343. c. *ejus conatus irritus.* 343. c. *ætas triginta trium annorum.* 344. f. *Davidulus glorioſulus.* h. *Priapiſta calvaſter.* 345. b. *Gretſeri monitis aliquamdiu paret.* h. *ineptus Criticus, ſine certo nomine.* 346. d. *Calviniſta Genevenſis Puritanus.* f. 348. g. *ejus fides ubi?* 346. g. *de poteſtate Pontificis in ſpiritualibus non diſputat, ſed delirat.* 348. g. *Bezam* Reverendiſſimum Patrem *vocat.* ibid. *novum Papam architectatur.* h. *Romanum Pontificem accipere ſpiritualem ſuam poteſtatem ab Imperatore, tanquam à Pontifice Maximo dicit.* 349. d. *Eutychianizat.* f. *profert exempla eorum, qui Pontificem Romanum res ſuas ſibi habere juſſerunt.* 350. d. *ad Revelationes confugit.* 351. c. *Pontificem Romanum carere poteſtate in Temporalibus, probat mentiendo.* d. *ſeipſum laudat.* 353. c. *Papam cum Jeſuitis Romanum Imperium imminuere demonſtrat, & quomodo.* f. *ejus firmamenta adamantina, quibus evidenter demonſtrat, Proteſtantes ſeu Calviniſtas, eſſe ſuo Imperatori fideliſſimos.* ibid. & ſeq. *quos Imperii Romani vindices ſtatuat.* 356. c. *Jeſuitis inequitat.* d. *ejus Tomorum inſcriptio culpata.* 358. g. *vanus augur.* 359. a. *ejus ad Doctorem Henricum Caniſium epiſtola.* 360. b. *ei Gretſerus Reverendiſſimus & doctiſſimus Pater, Theologus facilè princeps, & ſuus olim Doctor.* e. *Gretſerum antiquo numiſmate donat.* g.

Goldaſtus Calviniſta Imperatores, Archi-Cancellarios & Abbates creat. 361. c. & ſeq. *cauſam agit Regis Hiſpaniæ contra Baronium.* 362. f. *Reſcripta fingit ſub Caroli Magni nomine.* h. & ſeq. *libros Pſeudocarolinos rebaptizat.* 364. g. *fruſtra gloriatur.* h. *triennium mutat in ſeptennium.* 365. a. *Gretſerum magiſtrum ſuum argumentari docet.* 367. d. *nova Imperatorum Reſcripta confingit.* 369. d. *undecim mendacia uno halitu effundit.* g. *ignorantiam affectat.* 371. b. *quale regimen Eccleſiaſticum probet.* 372. g. h. *ejus figmenta de Synodo ſub Adriano I. Papa.* 373. g. *ejus memoria & ingenium.* h. & ſeq. *figmenta de Sixto V. & Philippo II. Rege Hiſpaniæ.* 374. e. *furit.* f. *Electores* Archi-Principes & Superilluſtriſſimos *vocat.* ibid. *olim Nobilium ab Alto Saxo pædagogus.* 376. g. *ſibi contradicit.* ibid. *Imperatoribus præſidentiam in Conciliis aſſerit.* 378. d. e. *ex Præfationibus fabricat Conſtitutiones, &c.* 279. a. *negat ſymbolum Apoſtolorum.* 380. c. *Principes Electores proſcribit, & Antichriſto tranſcribit.* f. *Imperii Romani nomenclaturam exhorret.* 381. c. *quibus argumentis probet, Imperium eſſe hæreditarium.* f. *in novis Imperatoribus creandis admodum prodigus.* 383. a. *pro Antigrapho legit Autographum.* 386. a. *ei Critici maximi ſunt Impoſtores.* c. *canit*

ſibi Epinicion. g. Imperatorem jura Imperii docet. ibid. Gregorium IV. Papam conjurationis in Ludovicum Imp. fuiſſe participem contendit. 387. c.

Goldaſtus Calviniſta Pilatum facit majorem Chriſto. 390. d. per omnes homines intelligit quosdam homines. 391. a. nomine Majorum proximos parentes comprehendi negat. 393. c. arbitratu ſuo Imperatores creat, & recreat. 394. f. ex Carolomanno facit Carolum Magnum. 395. b. anſer inter olores. 396. d. Juriſperditus. c. Bullam in Senatusconſultum transmutat. f. 400. b. eum fallit memoria. 396. h. Gretſerum damnat capite, & Jeſuitas bonis. 400. c. nihil credit, niſi quod videt. 401. c. Othonianum Diploma nequiter mutilat. 402. h. & ſeq. Papam facit Principem S. R. Imperii. 403. h. ejus teſtimonia ſe mutuò evertunt. 404. g. quædam nihil ad rem. h. decorem mutat in dedecorem. 407. c. Imperatorem ejúsque Conſiliarios docet, quî tituli uſurpandi. 410. b. Aventinum laudat, mulus mulum. 412. c. mirificus Friderici II. Tutor & Apologetes. 413. f. ejus memoria & odii lapſus. 414. f. Arnaldiſta. 607. 611. h. Morarcha. 612. d. 619. b. Arnaldo-Calviniſta. 612. b. quænam munia ſuo Pontifici Maximo adſcribat. 613. d. quas functiones aſſignet. 614. d. hiſtoriæ imperitus. 616. f. Huſita. 617. g. h. Wiclephiſta. 618. a. novus Stoicus & Anabaptiſta. c.

Gothi Italiâ potiti. 106. c. 295. a. à Beliſario & Narſete Juſtiniani Imp. Ducibus Italia exacti. 106. c.

Gotvvicenſis monaſterii fundatio, & reformatio. 458. b.

Gouſo ſive Geiſa Regis Hungariæ epiſtola ad Salzburgenſem Archi-Epiſcopum. 591. b.

Græci Eunuchis delectantur. 268. c. 411. d. in ſumma mendicitate faſtum deponere neſciunt. 269. b. ex translata Sede Imperii, & ex Dono Conſtantini primatum Eccleſiaſticum ſibi vendicant. g. eruditiores defectionem Papæ Romani à recta fide prætendunt. ibid. eorum exercitus à Roberto Guiſcardo non ſemel caſi. 271. b. Imperatorum prærogativæ. 285. e. & ſeq. eorum epiſtola ad Huſſitas quanti æſtimanda. 350. h. aſcitis Huſſitis poſt biennium à Turcis ſubjugati. 351. a. quomodo imagines coluerint. 365. g. à Balduino Imp. cur reprehenſi. ibid. latinos rebaptizant. h. appellant Imperatores aliquando Sanctos & Sanctiſſimos. 396. d. contra Italos incitati. 707. c. in Ravennatium partes irruere cupiunt. 726. f. Eccleſiæ & fidei inimici. ibid. 729. b. Epiſcopo Hiſtrienſi oculos eruunt. 747. c. Romam & Italiam invadunt. 749. b. Terracinenſem civitatem. 753. b. empta Longobardorum mancipia Saracenis vendunt. 754. b. eorum naves in portu Centumcellenſi combuſtæ. c. Neapoli ſedentes fremunt. 770. h. à Beneventanis non recepti. 772. c. à Neapolitanis cum bandis & ſignis ſuſcipiuntur. d.

Gratianus Canonum Collector inductus in errorem à Sigeberto. 107. e.

Gratianus Imp. non vult appellari Pontifex. 284. a.

Gregorius Græcis idem, quod latinis Vigilius, & Vigilantius. 126. d.

S. Gregorius Magnus Papa I. 26. c. 29. a. damnatum Sacerdotem priſtini officii uſurpatorem perpetua excommunicatione damnat, ut vix ei Viaticum in fine vitæ concedat. 29. f. conſecratores Salonitani præſumptoris excommunicatos eſſe declarat. 31. b. quatuor Concilia ut ſancta quatuor Evangelia aſtruit veneranda. 32. e. Honoratum Archidiaconum depoſitum reſtituit. h. Clericos quosdam ab Ordine depoſuit, eò quòd proprium Epiſcopum accuſare non obedierunt. 33. a. jubet Concilio cuidam, ut primatem ſuum canonicè examinet. ibid. omnes à Nicæna Synodo diſſentientes damnat. 37. h. & ſeq. Subdiaconos Siciliæ ad tempus tantùm, ad continentiam non cogit. 38. e. f. ab omnibus Diaconis & Subdiaconis continentiam exigit. g. Sacerdotibus cohabitationem cum fœminis ſub anathemate prohibet. 39. a. conjugium in quarta generatione Anglis recenter converſis ad tempus conceſſit. b. Doctor Apoſtolicus. 41. b. omnia ſacris Canonibus adverſa in Synodo generali ſub anathemate fecit damnari. ibid. continentes Siciliæ Diaconos laudat. 42. b. incontinentiam Diaconorum ſub altioris gradus prohibitione ad tempus tolerat. 47. c. Simoniacos & incontinentes presbyteros damnat. e. Reges Francorum in adjutorium ſibi ad correctionem Sacerdotum incitat. h.

S. Gregorius Magnus Papa I. quatuor Concilia Evangeliis comparat, & ab eis diſſentientes damnat. 55. g. à Spiritu S. in auriculam ſibi decernenda dictante edoctus. 58. d. Simoniacos ab Eccleſia ſeparat, & cum hæreticis deputat. ibid. presbyterum Simoniacum & Eccleſia & presbyterii honore ſpoliat. g. Clericos à cohabitatione fœminarum dehortatur. 61. c. d. teſtatur, regnum ex culpa malorum Sacerdotum prægravari. 67. d. terribilis contra hæreticos. 69. c. ab omni Catholico paſtore meritò imitandus. 70. g. contemptores Sedis Apoſtolicæ etiam ante peractam culpam ſolebat excommunicare. ibid. Maximum & ejus ordinatores excommunicavit, antequam ordinarent. ibid. Honoratum Archidiaconum depoſitum, invito ejus Epiſcopo reſtituit. 71. d. Sedis Apoſtolicæ primatum conteſtatur. f. Archidiaconum Salonitanum degradavit, quia per obedientiam Epiſcopi ſui, Apoſtolicæ Sedi adverſus fuiſſet. h. temerariam ordinationem Maximi Salonitani Epiſcopi deteſtatur. 73. c. etiam minores in bono imitari paratus. 74. f. præſumptorem & contumacem niſi canonicè vocatum & expectatum damnare

Digitized by Google

nare noluit. 76. b. *Joannem Epiſcopum, temerè inferiorem ſuum excommunicantem, absque ſynodica vocatione excommunicat.* 78. b.

S. Gregorius Magnus Papa I. paratior mori, quàm B. Petri Eccleſiam ſuis diebus degenerare. 78. h. *quem ſedis ordinisque dignitas erexit, ſui ſe conſideratione repreſſit.* ibid. *Regeſtum ſcripſit epiſtolarum, non Regiſtrum.* 84. c. *Maximum Salonitanum Epiſcopum absque omni Synodo Miſſarum celebratione privavit.* 86. a. *Andream Tarentinum Epiſcopum ob dubium crimen ſub conditione depoſuit.* c. *Conſiliarios Epiſcopi Caralitani nulla ſynodica vocatione præventos, usque ad ſatisfactionem communione privavit.* 88. g. *Joannem primæ Juſtinianæ Epiſcopum ſynodicè priùs non vocatum excommunicavit.* h. *reordinationes prohibet.* 91. d. *monaſterium extruxit ad Scauri clivum, in honorem S. Andreæ Apoſtoli.* 129. c. *cum columba dextro ejus humero inſidente pingi ſolitus.* 132. h. *obedientiam commendat.* 136. a. *ejus reſponſum ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum de infirmitate, quomodo intelligendum.* 173. a. b. *à Mauritio Imp. fatuus appellatus.* 294. a.

Gregorius II. Papa officium Imperatoris & Pontificis explicat. 330. b. & ſeq. *priſcos Imperatores Sacerdotes appellat, quo ſenſu.* 329. h. 330. a. *Leonem Iſaurum quo ſenſu Pontificem appellârit.* 330. b.

Gregorius III. Papa Caroli Martelli opem contra Longobardos implorat. 685. c. *ejus duæ epiſtolæ ad Carolum Martellum pro defenſione ſanctæ Eccleſiæ.* ibid. & 686. f.

Gregorius IV. Papa non fuit particeps conjurationis in Ludovicum Imp. 196. b. 387. c. & ſeq. *quare in Gallias venerit.* 195. h. 388. a. *Ludovico Imp. capto dolens Romam revertitur.* 387. f. *ægrotans Legatione Ludovici Imp. recreatur.* g. *Ludovicum Imp. priſtinæ dignitati reſtituit.* 388. c.

Gregorius VI. Papa, tribûs Schiſmaticis abdicantibûs, factus. 100. g. *obiit in Cluniacenſi monaſterio.* ibid. *ejus oratio à fabulatoribus conficta.* 371. f.

Gregorius VII. Papa, priùs Hildebrandus dictus. 11. c. *quo tempore Pontificatum inierit & obierit.* ibid. *Sectariis potiſſimùm inviſus.* ibid. *pro ejus innocentia quinquaginta teſtes.* 12. a. & ſeq. *legitimè creatus Pontifex.* 12. b. *mitram ſuam miſit Anſelmo Epiſcopo tanquam poteſtatem ſuam.* h. 475. h. *multa fecit miracula vivus & mortuus.* 13. a. *in extremis ſuis dixit: dilexi juſtitiam, & odio habui iniquitatem, ideo morior in exilio.* ibid. 113. f. 159. e. 476. h. *Alexandro II. ſucceſſit.* 13. d. e. *quomodo electus.* g. 131. g. *Henricum Imp. excommunicat & abſolvit.* 14. d. *purgat ſe publicè Imperatori, cum Corpore Chriſti.* ibid. *monachus.* 15. d. *natione Tuſcus.* ibid. *Sacerdotum refrenat incontinentiam.* ibid. *Henricum Imp. ſecundò excommunicat.* ibid. *miſſis literis confirmat Catholicos ſibi adhærentes.* 15. f. *Henrico regni dignitatem ablatam, Rodulpho authoritate S. Petri confert.* g. *auguria inhibuit, & ſortilegia, & incantationes, & magicas artes.* 16. c. *connubia Clericorum à ſubdiaconatu & ſupra prohibuit.* ibid. *Prior Cluniacenſis.* f. *quendam Epiſcopum miraculosè convicit de Simonia.* ibid. *à Cinthio captus.* ibid. *Epiſcopum Spirenſem devovet.* 17. a. *civi Salernitano convitianti loquelam ereptam reſtituit.* ibid. 163. d. *fugit Pontificatum* 17. b. *ad vincula S. Petri occultatus.* ibid.

Gregorius VII. Papa, in Natali Domini Miſſam celebrans capitur. 17. c. *ictum gladii mirabiliter evadit.* ibid. *Salerni mortuus, & ſepultus in Eccleſia S. Matthæi, quam eodem anno dedicaverat.* f. g. 113. g. 473. g. *velut alter Helias ſacerdotes Baal trucidavit.* 18. d. *ſub decem ſuis anteceſſoribus à puero Romæ nutritus, & eruditus.* f. *Deſiderium ſucceſſorem ſuum deſignat.* g. 113. e. 159. b. *dum Sacrum facit, columba nivea ſuper ipſum reſediſſe viſa eſt.* 18. h. 132. h. *Regem ad ſynodalia reſponſa crebrò vocavit.* 19. a. *à Rege Urbe pulſus.* b. *arcana pectorum cognoſcendi chariſmate claruit.* 20. c. *monachus primùm Cluniacenſis, deinde Abbas monaſterii S. Pauli.* f. *natione Hetruſcus.* ibid. *laudatus.* ibid. *legatus Lugdunum, miraculum fecit circa Archi-Epiſcopum Eberudunenſem Simoniacum.* 21. a. *decretis ſuis contra Simoniacos & concubinarios ſacerdotes addidit, ne quis eorum Miſſis intereſſet.* d. 22. c. 269. a. *laudatus.* 30. c. *ab hoſtibus ſuis habitus & agnitus eſt pro legitimo Pontifice.* ibid. *Epiſcopum Spirenſem excommunicat, ſtatim miſerabiliter expirantem.* 50. g. 54.

Gregorius VII. Papa, in prima hebdomada Quadrageſimæ Synodum Romæ collegit contra Simoniacos & incontinentes Clericos. 54. *quatuor Concilia ſicut quatuor Evangelia ſuſcipit, & veneratur.* 55. d. *S. Gregorium Magnum temporibus ſuis repræſentat.* ibid. *quatuor Patriarchis miſit ſynodicam epiſtolam.* e. *ſtatuta ſua Othoni Conſtantienſi Epiſcopo tranſmiſit.* 57. f. *Eccleſias emptoribus earum adimi præcipit.* 58. c. *clemens erga Simoniacos.* g. *incontinentibus clericis miniſterium altaris interdicit.* 60. g. *Decernit, ut populus Clericorum excommunicatorum officia non recipiat.* 66. f. *non tam incontinentium, quàm pro incontinentia damnatorum Miſſas audire prohibuit.* 68. h. *clemens erga Canonum contemptores.* 69. b. 70. d. *publicos & contumaces proſcriptores damnat.* 74. g. *in correctionem Eccleſiaſticorum, operâ utitur ſecularium.*

77. c. coactus cum magno ejulatu Pontificatum aſcendit. 87. f. legatos ſchiſmaticorum à Romanorum vi eripuit,& ad pedes ſuos ſedere fecit. h. Henricum Regem ſchiſmaticum regno privatum canonicè anathematizavit. 88. b. clemens erga Clericos conſpirantes. d. e. præſentario crimine obligatos, ad nullam Synodum vocatos, damnare potuit. h. inſcio Imperatore electus. 93. a. initio ab Imperatore pro legitimo Pontifice agnitus. b. publicum ante Synodum jejunium indixit. 94. b. hortatur Mathildem ad frequentem uſum Euchariſtiæ. d.

Gregorius VII. Papa, in Romano Martyrologio poſitus, cum elogio Eccleſiaſticæ Libertatis propugnatoris ac defenſoris acerrimi. 96. d. Henricum abſolvit ab excommunicatione poſtulantem depoſitis Imperatoris Inſignibus, nudis pedibus poſt triduum admiſit. 98. 472. c. patria Soanenſis, nobili genere ortus, Pitiliani oppidi princeps. 100. b. ad Imperatoris Curiam ſe contulit, inde invidiâ ob virtutem contractâ ceſſit. ibid. vitam monaſticam in cœnobio Cluniacenſi ſub Odilone Abbate profeſſus. ibid. à quibuſdam fabri lignarii filius fuiſſe dicitur. c. d. cuſtos altaris S. Petri Apoſtoli, & S. R. E. Oeconomus. 101. d. Subdiaconus Legatus ad Imperatorem miſſus. c. Apoſtolicæ Sedis Legatus in Gallias, ut Synodo Lugdunenſi contra Prælatos Simoniacos congregatæ præſideret. f. laudatus. 103. a. & ſeq. invitus & reluctans veſte purpurea indutus, Pontificalique Diademate redimitus. d. Albanum extra Urbem concedit. 104. c. Synodum generalem cogit in Baſilica Lateranenſi Conſtantiniana. 105. c. Rodulphum Imp. à Germanis quibuſdam Principibus electum confirmat, & omnes ab Henrici Sacramento abſolvit. 112. b. 471. g. Guibertum Archi-Epiſcopum Ravennatem ſacerdotio mulctatum excommunicat. 112. b.

Gregorius VII. Papa à Schiſmaticis in Conciliabulo Brixinenſi conviciis proſcinditur. 112. c. & ſeq. Urbe ab Henrico capta in arcem S. Angeli egregiè munitam ſe recipit. 113. b. Robertum Guiſcardum cum maximo Nortmannorum exercitu in auxilium ſuum evocat, à quo ſuæ Sedi reſtituitur, tandémque Salernum abducitur. c. inſigniter laudatus. d. h. 114. c. 131. h. de electione ſua ſcribit ad Deſiderium Abbatem Caſſinenſem. 132. a. petit precum ſuffragia & auxilia à Deſiderio. c. ejus epiſtola ad Godefridum Ducem, Beatricis Maritum. d. de Henrico Rege ſollicitus. g. 142. g. cum gravi morbo conflictatus. 133. c. à mentis ariditate liberatus invocatione S. Joannis Gualberti. f. ei B. Virgo aliquoties apparet. g. h. convaleſcit ope Deiparæ Virginis. 134. a. manuali aqua ægrum curat. c. ad ejus juſſum cocus infirmus convaluit. d. ejus decretales epiſtolæ contra Simoniacos, & Nicolaitas in Galliam atque Germaniam tranſmiſſæ. ibid. & ſeq. Ottonem Epiſcopum Conſtantienſem ad Synodum Romanam citat. 135. d. g. clero & populo mandat, ne inobedienti Epiſcopo obediat. 135. h. 137. d. concedit duobus Ducibus poteſtatem in Clericos Simoniacos & fornicarios. 136. g. Rudolpho Duci dat conſilium de pecunia Simoniacè accepta. h. Simoniaco pecunias offerenti quid reſponderit. 137. g.

Gregorius VII. Papa propter libertatem Eccleſiaſticam quæ ſit paſſus. 137. h. & ſeq. nocte Natalis Domini capitur, & graviter vulneratur. 139. f. eum vulnerans à Dæmone ſtatim arreptus eſt. g. ei dux totius tragœdiæ fit ſupplex. 140. g. quid reſponderit ad preces ſupplicis. h. confitenti reo ignoſcit, eique peregrinationem Hieroſolymitanam pœnitentiæ loco injungit. 141. b. liberatur. c. ejus controverſia cum Rege Henrico narrantur. c. & ſeq. à quibus reprehendatur, & defendatur. ibid. animos concitatos oratione placat. 145. b. Anathema quale protulerit in Regem Henricum. 146. f. ejus epiſtola de abdicatione & excommunicatione Henrici Regis. 147. a. ejus epiſtola apologetica. d. 252. c. f. ob quas cauſas Henricum excommunicaverit. 147. d. etiam ante Pontificatum Regem Henricum de ſuis ſceleribus & flagitiis admonuit. f. rogatur, ut Auguſtam in Germaniam ſe conferat. 148. f. 472. b. annuit petitioni Principum. 148. f. ejus epiſtola ad Principes Regni pro diſponendo itinere ſuo. h. & ſeq. technas Henrici notat. 151. a. rogat, ut novi Regis electio differatur. d. cur ab Henrico ſecurum tranſitum in Germaniam poſtulaverit. f. ejus digiti repentè ſanguinei apparuêre. ibid.

Gregorius VII. Papa Mangoldum Comitem morbo laborantem ſanat. 152. b. ſeptimæ generali Synodo præſidet. 154. g. ejus Decretum pro reparatione pacis. ibid. epiſtola decretalis ad Archi-Epiſcopos, Epiſcopos &c. in Teutonico Regno conſtitutos. 155. b. ad Udonem Trevirenſem Archi-Epiſcopum. f. ad Archi-Epiſcopos, Epiſcopos &c. in Teutonico atque Saxonico Regno commanentes. 156. h. B. Dei Genitricis juſſu Henricum Regem excommunicat. 157. c. ejus oratio ad SS. Apoſtolos Petrum & Paulum. f. & ſeq. ex Urbe Salernum abit. 158. h. præſcit mortem ſuam. ibid. ejus præclarum reſponſum. ibid. rogatur, ut ſucceſſorem nominet. 159. b. cum Helia Propheta comparatus. f. h. ejus mitra ſpleneticum ſanat. h. 475. h. & ſeq. ejus Caſulam ad Miſſam induere præſumens ſacerdos quidam punitur. 161. f. ejus adhuc viventis viſio de Abbate Cluniacenſi. 162. c. ejus ſepulchri perfoſſores & violatores puniti. 163. d. contra eum conciliabulum Wormacienſe congregatum. 224. c. in ejus depoſitionem non conſenſerunt Saxonici Epiſcopi. ibid. num Legatos Henrici

Digitized by Google

rici injuria vel contumelia aliqua affecerit. g. 268. a. & ſeq. 411. b. *in Conciliabulo Brixinenſi à ſchiſmaticis abdicatus.* 225. d.

Gregorius VII. Papa optimo zelo præditus. 252. c. *ſeptiformi gratia Spiritûs ſancti repletus.* ibid. *alter Machabæus.* e. *circumſpectus in ferenda excommunicatione contra Henricum IV.* ibid. *ei ab Henrico ſuperponitur Wiguvertus, ſeu Guibertus.* 252. g. *ei ſuccedit Victor Papa.* 254. b. *laudatus.* 280. g. *num ſine conſenſu Henrici Regis ad Pontificiam dignitatem evectus ſit, idque illicitè.* 266. a. & ſeq. *cælibatum à Sacerdotibus ſeverè exegit.* 268. f. g. *quàm mitis fuerit.* h. *Rudolphum Suevorum Ducem coronâ donat.* 270. h. *ab Henrico Romæ in turri Creſcentii obſeſſus, & à Roberto Guiſcardo liberatus.* 271. d. & ſeq. 473. f. *ejus mors horribili eclypſi Solis præſignificata.* 272. c. *Goldaſto eſt necromanticus, veneficus, hæreticus, adulter, Sodomita, &c.* 315. f. *Sataniſſimus, Gehennæ pabulum, Heliogabalus, infernalis furca ſive patibulum.* g. *ejus defenſores quatuor inſignes.* 337. e. *Goldaſto ſeditionum fomes, rebellionum ſeminator, unitatis inimicus &c.* 380. h. *Altmannum Epiſcopum Paſſavienſem à Schiſmaticis Sede ſua pulſum reſtituit, & Apoſtolicum Legatum creat.* 452. g. *eidem crebrò ſcribit.* 156. d. 455. c. *Lucam venit.* 470. c. *ejus variæ Legationes ad Henricum IV.* 471. d. e. *ejus annulus mira operatur.* 479. b. c. *ejus res geſtæ à Domnizone Presbytero verſibus deſcriptæ.* 499. 500. 501. 502. *Sigefridum Archi-Epiſcopum Moguntinum vocat ad Synodum.* 540. f. *ei detrahit Walramus.* 544. b. vide etiam V. Hildebrandus.

Gregorius IX. Papa ſcribit Friderico II. Imp. 595. f. *Duci & populo Venetorum.* 599. h.

Gregorius Mutinenſis Epiſcopus, Archi-Epiſcopi Ravennatis Suffraganeus. 71. d. *auctoritate Simplicii Papæ ab Archi-Epiſcopi Ravennatis ditione penitus abſolutus, & quare.* ibid.

S. Gregorius Nazianzenus, Deiloquus. 783. h.

Gregorius Ravennas tyrannus. 761. f.

Gregorius Romanæ Eccleſiæ Diaconus, Legatus ad Principes Germaniæ. 151. e.

Gregorius Syracuſanus cognomento Aſbeſta, Photianus ſchiſmaticus, egregius pictor. 8. d. *S. Ignatium Patriarcham ignominiosè depingit.* ibid. & ſeq.

Gregorius Vercellenſis Epiſcopus Italici Regni Cancellarius. 104. h.

Gretſerus Goldaſto Parricida, Rana ſtygia, à Beelzebub dementatus, incarnatus diabolus &c. 306. a. 315. c. *ejus patria & parentes.* 306. b. *ei libri multi M. S. è Monaſterio S. Galli transmiſſi.* 359. f. *ad S. Gallum venit.* h. *Goldaſto Reverendiſſimus & doctiſſimus Pater, Theologus facilè Princeps, & ſuus olim Doctor.* 360. e. f. *ei Goldaſtus vetuſtum numiſma obtrudit.* g. *Onuphrium ex Bibliotheca Bavarica edidit.* 371. d.

Gualterius ſeu Waltharius Archi-Epiſcopus Ravennas. 166.

Guarnerius Epiſcopus Argentinenſis. 541. c.

Guibertus Archi-Epiſcopus Ravennas, Antipapa, ſub Clementis III. nomine. 12. b. *de Roma Ravennam repedare compulſus.* 17. g. *hæreſiarcha.* 18. d. 421. f. 470. f. *ab Henrico Imp. Romæ inthronizatus.* 18. d. *Gregorio VII. octo annis obedientiam exhibuerat.* 20. b. *quibusdam Gibertus vel Wichpertus.* h. *morte ſubitanea extinctus.* ibid. *Brixinæ in Tyroli à ſchiſmatico conciliabulo creatus Pſeudopapa, & à Rege Henrico, aliisque Principibus & Epiſcopis ſchiſmaticis adoratus.* 112. c. *armata manu Romam ab Henrico deductus, eundem Henricum cum uxore ſua Berta Imperatorem coronat.* 113. b. c. *Urbe pellitur à Nortmannis.* ibid. *Romam redit, & omne Eccleſiæ patrimonium occupat.* d. *prævaricator & ſuperbus.* 114. e. *ejus Electio.* b. *Italus, Parmenſis, ex familia Corrigia.* ibid. *Italici Regni Cancellarius creatus.* ibid. *Cadalоum Antipapam fovit.* 115. a. *laudatus.* ibid. *Gregorium VII. prodit.* b. *ab Epiſcopo Bononienſi, Mutinenſi, & Placentino inauguratus, cùm Cardinales deeſſent.* c. *Romæ in arce S. Angeli, quæ ſui juris adhuc erat, mortuus.* f. *Ravennam translatus, ibique ſepultus.* ibid. *laudatus.* ibid. *pœnitens Antipapatûs.* g. *ejus cadaver poſt quinquennium erutum & crematum.* ibid. *Henricum Imp. abſolvit ab obſervatione juramenti Gregorio VII. præſtiti.* b. *auctor cædis plus quàm viginti millium hominum.* 116. a. *rectiùs Demens, quàm Clemens dicendus.* b. *graphicè deſcriptus.* ibid. *à Gregorio VII. propter inceſtum & alia flagitia ſua Synodali ſententia damnatus.* 158. g. *alter Barrabas.* 160. c. *non Papa, ſed Idolum.* 252. g. *aliàs Wiguvertus vel Umbertus.* ibid. 271. e. *Pontificatûs invaſor.* 440. b. 453. a. 270. h. *ejus decretum ex conciliabulo Romano.* 445. f. *cum Henrico IV. venit in Tuſciam.* 470. f. *Henricum Regem ſubvertit.* 500. *cum eodem ivit Romam contra Papam.* ibid. *circa eum qualiter exarſerit Domina Mathildis.* 502. *ejus prava mors.* 506. *ejus iconiſmus.* 512.

Guido Abbas flagellat Bonifacium, filium Tedaldi. 498.

Guido Archi-Epiſcopus Mediolanenſis. 143. g.

Guido Aretinus, Micrologus, de Gregorio VII. 18. f. *Bernaldo vocatus Wido.* 28. e. *ſcripſit libros de Muſica ſub nomine Paſchalis Papæ.* ibid. *ſatis improvidè ſcribit de annullandis Simoniacorum Sacramentis.* ibid. 81. b. *Monachus & Muſicus.* 494.

Guido Legatus Apoſtolicus. 609. f.

Guido Notarius Palatii. 511. & ſeq.

Guido Piſanus Cardinalis, & Cancellarius. 608. g.

Guilielmus ſcribit Archi-Epiſcopo cuidam. 571. h.

Guitmundus Averſanus Archi-Epiſcopus. 151. b. *alio nomine Chriſtianus.* ibid.

Gundibrandus Dux Florentinus. 760. g.

Gundricus Legatus Pipini Regis. 705. b.

Guntherus Imperio dejectus, Pontifici infeſtus. 368. f.

Gutta Mangoldi Comitis uxor. 151. h. *veneno occiditur.* 152. c.

H.

Hadevviga illuſtris fœmina. 161. d.

Hadivviga Rutperti nobilis Herlucæ patroni conjunx. 169. c. *ad cœlibem vitam cum Marito ſuo converſa.* 170. d.

Hadriani I. Papæ Epiſtolæ XLIX. 682. a. 738. f. uſque 782. h. *à Card. Baronio ſummoperè deſiderata.* 682. f. 683. d. vide V. *Adrianus. I.*

Hadrianus IV. Papa. 610. d. *ejus Pontificatûs initia.* ibid. *acta contra Arnaldum Brixienſem.* ibid. *proſcribit Arnaldum.* f. *conqueritur apud Fridericum Imp.* g. *Arnaldum petit à Friderico Imp.* 611. b.

Hæretici ardent odio ſummorum Pontificum. 6. a. 7. h. *Pontifices ignominiosè depingunt.* 8. f. & ſeq. *Babylonicæ meretricis imaginem ad Papam Romanum referunt.* 10. a. *habent foris Sacramentum, ſed rem ipſam non tenent intus.* 27. g. *habent Sacramenta & Scripturas ad ſpeciem, non ad ſalutem.* 27. h. 28. a. 79. g. *ad Catholicam fidem converſi in Ordinibus ſuis recepti, non reconſecrati.* 90. f. *cùm à fide Catholica deſiſterent, perfectionem ſpiritus, quam acceperant, amiſerunt.* h. 91. a. *non rebaptizandi.* 91. b. *omnes ſunt infideles.* 110. c. *Gregorium VII. Hellebrandum vocitant.* 125. e. 127. a. *idque ab antiquis Schiſmaticis didicerunt.* ibid. *ſpiritualis templi ſtructuram impediunt.* 248. h. *eorum verſutia.* ibid. *iis obſiſtunt ſancti Doctores.* 249. a. *illorum typus.* 261. f. 262. d. *impudentes.* 291. c. *omnes, ſerpentes ſunt.* 316. c. *Goldaſto quinam.* 352. h. *argumentum ducunt interdum à ſuorum paucitate, aliquando à ſuorum multitudine.* 676. c.

Hæreſis propriè quid. 420. h.

Haiſtulphus Rex Longobardorum, Romam obſidet. 689. c. 695. g. *perjurus.* 695. g. 698. a. *ejus mendacium patefactum.* 698. f. *quo anno mortuus.* 699. b. *tyrannus, Eccleſiarum Dei deſtructor, &c.* 700. c. *Stephano III. Papæ inſidiatur.* 702. b. *Legatos Pipini Regis contemnit.* ibid.

Hamburgenſes Lutherani Calviniſtas exulare jubent. 334. c.

Hartmannus presbyter Eptatici, poſt Præpoſitus Auguſtæ Canonicorum S. Mauritii. 172. h. *ejus ſacrilegium, cæcitas, illuminatio.* ibid.

Hartungus Magdeburgenſis Epiſcopus. 17. h. *Trithemio vocatur Hartvvicus Magdeburgenſis Archi-Epiſcopus.* 24.

Hartvvicus intruſus Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis. 343. h.

Heli Pontifex, quia filios corripuit quidem, ſed non abjecit delinquentes, retrorſum cadens periit. 66. c. *princeps politicus ſimul & Pontifex Maximus.* 283. g.

Heliſea mater Udalrici Paſſavienſis Epiſcopi piè & ſanctè obit. 163. b.

Helmodus Hiſtoricus, de Gregorio VII. 19. g.

Helvetii an ſint ſub Imperio 336. e. f. *quibusdam idem eſt Petrus & Petromannus.* 395. b.

Henricus Auguſtenſis Epiſcopus. 172. d. *indicto triduano jejunio inquirit, & transfert Reliquias S. Wicterpi.* ibid.

Henricus Bureburgenſis Præpoſitus. 171. c.

Henricus Dux Auſtriæ ſcribit Admontenſi Abbati. 575. b.

Henricus Haſſiæ & Thuringiæ Landgravius. 293. h.

S. Henricus Imp. liberam voluit eſſe Romani Pontificis electionem. 108. c. *Rex Germanorum hoc nomine II. Imperator verò I.* 221. h. 222. g. 635. h. *ejus Diploma de Regalibus S. Petro conceſſis defenditur.* 221. h. 407. b. *eſt ejuſdem propemodum ſententiæ, cujus Conſtitutio Othonis I.* 635. h. *corrigendum & diſtinguendum ex Bulla Othonis.* 637. b. *in id Annotatio.* g. *Obſervatio.* 674. f.

Henricus II. vulgò III. Imp. de Hildebrando quid ſenſerit. 128. f. *quo anno mortuus.* 142. d. *Niger dictus.* 324. g. *factus Patricius Romanorum.* ibid. *Conrado II. ſuccedit.* 496. *Bonifacium in Burgundiam evocat.* ibid. *ope Bonifacii caſtrum recipit.* ibid. & ſeq. *ei Marchio Bonifacius Acetum tranſmiſit.* 497. *inſidiatur Bonifacio.* ibid. *ejus obitus & ſucceſſor.* 498.

Henricus III. vulgò IV. Imp. 12. b. *Guibertum Antipapam Gregorio VII. opponit.* ibid. *invitatus à Gregorio VII. ad communionem Corporis Chriſti renuit.* 14. e. *Conſtantienſem, Babenbergenſem, Moguntinenſem Epiſcopatum pro pecunia, Ratisbonenſem, Auguſtenſem, Straſburgenſem pro gladio, Monaſterienſem pro Sodomia, Fuldenſem Abbatiam pro adulterio vendidit.* 16. a. 545. b. *hæreticus, & excommunicatus.* ibid. *pluribus diebus nudis pedibus ſuper glaciem ſtans abſolutionem impetrat.* f. *ſtupris, amoribus, impudicitia & adulterii flagrat infamia.* g. *pulſo Gregorio Guibertum hæreſiarcham Romæ inthronizat.* 18. d. *ponit per violentiam Epiſcopos, quos vult.* 19. g. *de uxore ſua publicum facit proſtibulum.* ibid. 546. b. *quartò citatus it Romam.* 19. g. *IV. Rex, & III. Imperator.* 24. *gravis & odioſus Saxonibus.* ibid. *Carolomannum ſive Carolum Simoniacum Epiſcopatui Conſtantienſi obtrudit.* 76. f. 534. e. & ſeq. *per tres annos ſæpe ab Apoſtolica Sede ad pœnitentiam*

Digitized by Google

tentiam vocatus, reſipiſcere noluit. 86. d. *generale Colloquium apud Wormaciam condixit.* e. *contra Romanum Pontificem & Synodum Romanam cum ſuis complicibus inſurgit.* g. & ſeq. *meſſem Eccleſiaſticam devaſtare tentavit* 88. h. *initiò electioni Gregorii VII. non contradixit, donec poſtea à Guiberto & à maleſuadis Conſiliariis in præceps eſt actus.* 93. b. *binas vel ternas ſimul concubinas habebat.* 93. d. *non unam Bethſabee ſtupravit, non unum Uriam occidit.* ibid. *maximè crudelis in familiariſſimos ſuos.* ibid. *Babenbergenſem Epiſcopatum rudi cuidam mangoni pro inæſtimabili pecunia vendidit.* g. *totum Clerum ſibi & gnathonibus ſuis ſubjugavit.* ibid.

Henricus III. vulgò IV. Imp. abſolvi ab excommunicatione ſupplicat, depoſitis Imperatoriis Inſignibus, nudis pedibus, hyeme ſumma, poſt triduum à Papa admiſſus. 98. *Saxoniæ Duces atque Antiſtites contra fidem datam conjecit in vincula.* 99. *durus erga ſupplices* ibid. *Burchardum Halberſtatenſem præſulem peſſimis modis oderat.* ibid. *juvenis audax, & ferox.* 103. f. *maximis bellorum turbinibus in Saxonia vexatus.* h. *electionem Gregorii VII. cum Principibus ſuis ratam habet.* 104. d. 266. b. *Gregorium VII. virum ſanctum, & tanto Sacerdotio digniſſimum aſſerit.* g. *Papæ ſecundò rebellis, inſidiatur.* 109. f. *Principes Saxoniæ ùt rebelles, frequentibus bellis attriverat.* 111. h. *Moguntiæ, & Brixinæ in Tyroli Conciliabula cogit contra Pontificem.* 112. c. *epiſtolam mittit ad Pontificem.* g. *Rodulpho profligato, Romam ferè per biennium obſeſſam, partim vi, partim proditione occupat.* 113. b. *à Guiberto Antipapa cum uxore ſua Berta coronatur.* c. *à Nortmannis Urbe pellitur.* d. *abſente Pontifice Romam & omne Eccleſiæ patrimonium occupat.* ibid. *Antipapam creat.* 114. h. *Gregorio VII. apud Canuſium Lombardiæ urbem juramentum præſtat.* 115. h. 150. d. 223. h. 409. h. *Cadaloum & Guibertum in Sedem Apoſtolicam intruſit.* 117. g. 288. c. 472. f. 473. a.

Henricus III. vulgò IV. Imp. alter Nero. 128. c. *Nicolaitarum Patronus.* 131. f. *indignus regno ſucceſſit.* 142. d. *qualis in pueritia.* ibid. *promittit ſe obtemperaturum Pontifici.* 143. a. *redit ad vomitum.* b. *fallit fidem.* g. *Eccleſiam Mediolanenſem, Firmanam & Spoletanam invadit.* h. *convicia jacit in Pontificem.* 144. e. *in eum quale anathema Gregorius VII. protulerit.* 146. f. *ſæpe monitus verba dedit Pontifici.* 147. f. *deſeritur à multis.* 148. h. *monetur à Principibus, ut ſe Pontifici obſequentem præbeat.* 149. c. *pollicetur emendationem, ſed ſimulatè.* ibid. *obſiſtit petitioni Principum, & quo conſilio.* g. *clàm petit Italiam.* 150. c. *Canuſii Pontificem adit pœnitentis habitu, & comploratione Spectatorum.* ibid. & 472. c. *cum aſſeclis ſuis abſolutionem ab excommunicatione maturat.* g. *coronari cupit, & quo conſilio.* h. *obſtat, ne Pontifex in Germaniam veniat.* 151. c. *cauſæ ſuæ diffidit.* ibid. *à Legatis Regis Rudolphi accuſatus, & de quibus.* 156. c. *ejus ſcelera.* 157. c. *novus Nabuchodonoſor.* 158. g. *ejus Legati nulla injuria vel contumelia à Gregorio VII. affecti.* 224. g. 268. a. 411. b. *ejus tempora quomodo temporibus & actis Antiochi congruant.* 249. e. *ejus encomia.* 250. c. *Familiares.* e. *prima uxor.* 251. b. *ſecunda uxor ab eo aufugit, impatiens tantæ turpitudinis.* c. *Papa ab eo creatus, non Papa, ſed idolum.* 252. g.

Henricus III. vulgò IV. Imp. de Imperio dejectus, Rudolpho atque Hermanno ſubſtitutis, & quare 253. g. 307. h. 308. a. *ſub eo fugati Sacerdotes.* 254. d. *oppugnatur à filio.* 255. b. *ejus miſeranda miſeria.* d. *Eccleſias nulli gratis, ſed pro pecuniis contulit, & indignos ad Infulas evexit.* 267. f. *Gregorium VII. in Turri Creſcentii recluſum obſedit.* 271. d. *quò miſeriarum tandem redactus.* 308. a. *Patricius Romanorum.* 324. h. & ſeq. *ejus epiſtolium ad Gregorium VII.* 411. f. *ab eo hæreſis Henriciana dicta.* 424. a. *qualis ætate, ac moribus.* 452. c. *pravorum refugium.* d. *Paſſavium ingreſſus Altmannum Epiſcopum expellit.* f. g. *venit in Tuſciam.* 470. f. *Eccleſiam miſerabiliter vaſtat.* ibid. *cum exercitu Romam tendit, & furorem ſuum in Mathildam convertit.* 473. c. *Romam tribus annis obſeſſam expugnat.* f. *à Roberto Duce fugatus redit in Germaniam.* h. *ejus acta à Domnizone Presbytero verſibus deſcripta.* 498. 500. 503. 504. 505. 507. *legitimam ſuam conjugem vult repudiare.* 538. b. c. *à Sigefrido commendatur Romano Pontifici.* h. *defenditur à Walramo.* 544. b. *ejus epiſtolæ ad varios datæ.* 556. a. & ſeq.

Henricus IV. vulgò V. Imp. levatur in Regem contra Henricum Patrem. 255. b. *ejus ſimulatio.* e. *in deterius mutatio.* g. *Sacerdotalia ſibi uſurpat.* h. *Paſchalem II. Papam capit.* 256. d. g. *& quare.* h. *ejus & Jacob Patriarchæ diſſimilitudo.* 257. a. *à Paſchali Papa in ipſis tentoriis obtinuit privilegium de retrahendis omnibus Regalibus ad Imperium* b. *inſidiatur bonis Eccleſiaſticis.* f. 400. d. *à Gelaſio II. Papa excommunicatur.* 259. f. *excommunicatione efferatur.* ibid. *Paſchali Papæ conceſſionem Inveſtiturarum extorſit.* 367. b. 386. h. & ſeq. 397. h. & ſeq. *jus Inveſtituræ tandem à ſe abdicat.* 367. b. & ſeq. 398. b. *ejus Juramentum Paſchali Papæ factum.* 387. a. 400. e. *ejus primus adventus in Italiam, & acta à Domnizone Presbytero verſibus deſcribuntur.* 508. & ſeq. *ejus tractatio de pace cum Caliſto II. Papa.* 549. 550. *Argentinæ Inve-*

ſtituras dimittit. 550. b. c. cum ſuis jurat Legatis Apoſtolicis. d. 551. a. non ſtat promiſſis & juratis. 552. b. inducias quærit. d. petit à Comite Trecenſi, ut Papam detineat. g. à Calliſto II. ſolenniter excommunicatur. 554. c. ad eum epiſtola à Schiſmatico quodam data. 557. d. ejus epiſtola ad Moguntinenſem Eccleſiam. 560. g.

Henrici VI. Imp. Teſtamentum. 381. d.

Henrici VII. Imp. juramentum. 402. f.

Henrici Regis Angliæ &c. epiſtola ad Alexandrum Papam. 584. d.

Henricus II. Rex Angliæ teſtatur, Angliam eſſe patrimonium S. Petri. 650. e.

Henricus VIII. Rex Angliæ Lutheranos & Zuvinglianos voracibus flammis abſumit. 617. a. à Joanne Beckenſau fidei defenſor &c. appellatus. b.

Henricus IV. Rex Galliæ Societatem Jeſu in Galliam revocat, & defendit. 311. b.

Henricus Remenſis Archi-Epiſcopus ſcribit Eberhardo Salzburgenſi Archi-Epiſcopo. 592. f.

Henricus Spirenſis Epiſcopus eodem die miſerabiliter Spiræ ſubitò expiravit, quo Romæ fuit à Gregorio VII. excommunicatus. 50. g. 54. Simoniacus. ibid.

Herbrandus Lutheranus Novator imagines perperam interpretatur. 9. d. g.

Heribertus Epiſcopus Eccleſiæ Canuſinæ. 488. c.

S. Herluca Virgo. 160. h. ejus viſiones. ibid. 161. b. in Monaſterio Bernriedenſi ſepulta. 165. ejus Natalis, infirmitas, cæcitas. 168. a. b. ſtatuit ſæculo valedicere. ibid. ejus variæ viſiones. ibid. 169. a. 170. b. c. 171. a. & ſeq. 172. b. & ſeq. pauperculorum infantium curam ſuſcipit. 168. c. diabolicos terrores ſuperat. d. in rivulum molarem à diabolo detruſa. e. in locum Eptaticum veniens, ibi moratur. 169. c. audit cantum Angelorum. 170. e. multis cælibatum perſuadet. ibid. d. e. animæ patris ſui ſalutem precibus impetrat. 171. a. à S. Laurentio ad ſacram communionem deducta. c. ab eodem S. Laurentio Romam ducta. f. futura prædicit. g. B. Virgo ei apparet, & revelat quædam. ibid. ruſticorum furore ab Eptatico depulſa. 172. b. cum Paulo Bernriedenſi venit Beronicam. ibid. à S. Wicterpo ob rem leviſſimam correpta pœnitentiam accipit. h. & ſeq.

Hermannus, ſeu Herimannus VI. Bambergenſis Epiſcopus à Clericis ſuis pro Simoniaca hæreſi accuſatus, à Papa deponitur. 82. d. 137. g. 445. a. coriarium ſubitò de pila, in qua cortices contuderat, ad altare tranſtulit, & presbyterum maturavit. 82. e. à Papa vocatus idiota. 137. g. intrat monaſterium. ibid.

Hermannus Cardinalis Epiſcopus Brixienſis. 134. b.

Hermannus Contractus Comes, Mangoldi frater. 152. a. Chronica compoſuit. 526. h.

Hermannus vel Herimannus Metenſis Epiſcopus. 28. e. 117. d. Apoſtolicæ Sedis Legatus. 137. g. pro Gregorio VII. multa paſſus. 141. g. 159. b. elogio à Bertoldo Conſtantienſi cohoneſtatus. 435. c. ad eum Epiſtola S. Gebhardi Archi-Epiſcopi Saliſburgenſis. g. & ſeq.

Hermannus Rex à Saxonibus contra Henricum IV. creatus. 115. d. 253. h. à fautoribus Henrici per inſidias occiſus. 253. b.

Hermannus Spirenſis Epiſcopus. Vide V. Huzmannus.

Heſſonis Scholaſtici Commentariolus de Tractatione pacis inter Calliſtum II. Papam & Henricum V. Imp. 549.

Hiberni indigenæ plerique Catholici. 332. h.

Hiberniæ Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 650. h. Sedi Apoſtolicæ non tantùm tributarium ob Denarium S. Petri, ſed & feudatarium factum à Joanne Angliæ & Hiberniæ Rege. 651. d.

Hieremias Propheta tolerat malos. 7. f. de lacu cœnoſo extractus. 48. h.

S. Hieronymus citatus in hiſtoria Euſebii, pro Ruffino. 38. b. 39. e. 49. a. indubitatæ ſanctitatis. 49. a. hiſtoriam Euſebii vocat deceptoriam ibid. eximius Doctor ibid. probat, non licere Clericis converſari cum fœminis. 61. e. continentiam laudat. 62. d. teſtatur, apud antiquos idem fuiſſe Epiſcopum & Presbyterum: illud nomen officii, hoc ætatis fuiſſe. 64. b. magnæ auctoritatis apud Epiſcopos Apoſtolicæ Sedis. 66. d. à Gelaſio Papa receptus & commendatus. ibid. ejus ſententia de bonis Eccleſiaſticis. 620. f.

Hieronymi Zanchii de Auguſtana Confeſſione judicium. 333. f.

Hieronymi cujuſdam Lutherani epiſtola contra Calvinum. 355. h: & ſeq.

Hierophantæ Athenienſium cicutæ ſorbitione caſtrantur. 63. a.

Hieroſolyma recuperata. 254. c.

Hieroſolymitanus Clerus. 254. c.

S. Hilarius Arauſicenſi Concilio interfuit. 57. e.

S. Hilarii Monaſterium ab Adriano Papa Carolo M. commendatur. 760. g.

Hildebrandus unde dictus. 125. e. Heros ſeu Dux Galeatorum. g. Herois vel amoris gladius. 126. c. peruſtio. 127. a.

Hildebrandus natione Tuſcus, Pontifex Maximus, Gregorius VII. dictus. 127. a. adhuc parvuli veſtibus ſcintillæ ignis emicare viſæ. b. de illius capite flamma procedere viſa. c. Archidiaconus Alexandri II. Anteceſſoris ſui. d. raptorem excommunicat, mox fulmine ictum. ibid. & ſeq. in ſomno videt, ex ore ſuo mundum inflammari. 128. b. conſecratum ab ipſo Chriſma cœleſti igne luſtratur. c. ſigno S. Crucis incendium extinguit. e. puer in Monaſterio B. Virginis in monte Aventino educatus. f. adoleſcens in Franciam ad Cluniacenſe Monaſterium profectus. ibid. in aula Henrici III. Imp. aliquamdiu verſatus Romam redit. g. iter parans in Germaniam & Galliam, à S. Petro revocatur. ibid. à Leone IX. Subdiaconus

Digitized by Google

conus ordinatus, *& Monaſterio S. Pauli præfectus*. h. *à S. Paulo per viſum admonitus*, *ejus monaſterium reformat*. 129. a. *quantum ſpei poſuerit in fratrum ſuorum precibus*. b. *Archidiaconus Eccleſiæ Romanæ à Leone IX. creatus*. d. *à Victore II. in Galliam miſſus*. ibid. *Simoniacum Epiſcopum verſiculo* Gloria Patri &c. *mirabiliter confudit & convicit*. f. *occultas cogitationes cognoſcit*. h. *nummos in Templo numerantem expellit*. 130. b. *Angelum videt ſtringentem gladium*. ibid. *prævidet futuram peſtilentiam*. c. *collecta Synodo*, *Pſeudopontificem damnat*, *legitimo ſubſtituto*. ibid. *à Camerario Papæ febrem mirabiliter pellit*. d. *cultor Deiparæ*. f. *coram imagine D. Virginis preces fundit*. ibid. *falsò accuſatur apud Alexandrum II. Papam*. g. *Simonem Magum ſibi apparentem vincire viſus*. 131. d. *cum S. Petro in Baſilica ſua deambulare viſus*. e. *ejus reſponſum de electione Papæ*. 325. b. *Archi-Cancellarius*. 534. 539. c. *poſtea Gregorius VII. in Pontificatu appellatus*. 534. *Sigifrido Archi-Epiſcopo Moguntino favet*. 539. d. *à Walramo ſugillatus*. 544. g. vide etiam V. *Gregorius VII.*

Hildebrandus Dux Spoletanus. 747. f. & ſeq.

Hildericus Rex Francorum depoſitus. 153. g.

Hilprandus Rex Longobardorum. 685. d.

Hiltegardis Caroli Magni Conjunx. 765. h.

Hiltiburgis Virgo nobilis & religioſa. 168. c.

Hincmari epiſtola ſub nomine Caroli Calvi. 392. g.

Hirſaugienſe Monaſterium Gregorio VII. conſtantiſſimè ſemper adhæſit, *eúmque ſcriptis defendit*. 94. g. 95. g. *Monachorum ibi exercitationes*, *charitas*, *& hoſpitalitas*. 162. a. *in Diœceſi Spirenſi ſitum*. 340. b.

Hiſpaniæ regna antiquitus pertinebant ad jus Eccleſiæ Romanæ. 645. b.

Hiſtrienſes Epiſcopo ſuo oculos eruunt. 747. c.

Honoratus Epiſcopus, *Apoſtolicæ Sedis Legatus in Concilio Africano*. 57. a.

Honoratus Salonitani Epiſcopi Archidiaconus depoſitus, *iterúmque reſtitutus*. 32. h. 71. d. h.

Horatius Octavianum Auguſtum laudat. 489.

Hormiſda Pontifex. 291. c. *ad literas Anaſtaſii quid reſponderit*. d.

Hoſius Cordubenſis Epiſcopus, *Niceno Concilio*, *loco ſancti Sylveſtri Papæ præſedit*. 56. c.

Hoſpiniani Calviniſtæ judicium de Auguſtana Confeſſione. 331. f. *de Zvvinglii Confeſſione*. 336. g.

Hubaldus Epiſcopus Mantuanus. 134. d.

Hubertus Epiſcopus Præneſtinus Legatus Apoſtolicus ad Henricum Regem. 141. g.

Hucbaldus Legatus Caroli Regis. 757. f.

Hucbertus Epiſcopus Romam peregrinatur. 766. d.

Hugo Abbas Cluniacenſis. 129. h. 141. h. 150. d. *Henrici Regis Pater ſpiritualis in baptiſmate*. 141. h. & ſeq. *de eo mirabilis viſio Gregorii VII*. 162. c. *quosdam videt ab Angelo decollari*. d.

Hugo Candidus Cardinalis. 13. e. *cognomento Blancus*. 96. b. *farraginem contumeliarum adverſus Gregorium VII. ad Wormacienſe Synedrion attulit*. ibid. 116. c. 343. c. *à Gregorio VII. propter ineptiam & mores inconditos de ſtatione ſua remotus*. 96. b. *ambitione & ſperati Pontificatûs repulsâ in præceps actus*. d. *Tridentinus*, *S. R. E. Archipresbyter*. 102. g. *ſimulator*, *tandem larvam deponit*. 103. c. *à Domnizone Presbytero depictus*. 116. d. *ſuccinit Conciliabulo Wormacienſi*. 144. d. *fictitiæ ejus literæ*. ibid. *ter damnatus*, *& perjurus Cardinalis*. ibid. 343. e. *an ejus ſit Panormia ſeu Pannomia*, *ut fatuè contendit Goldaſtus*. 398. & ſeq.

Hugo Carenſis Catalaunus ſeu Barcinonenſis Ordinis Prædicatorum, *num auctor Panormiæ*. 399. c.

Hugo Dienſis Epiſcopus in Burgundia. 141. g. *ejus electio Divinitùs comprobata*. ibid.

Hugo Hoſtienſis Epiſcopus ſcribit Eberhardo Salzburgenſi Archi-Epiſcopo. 583. h.

Hugo Lugdunenſis Archi-Epiſcopus. 113. f. 159. b.

Hugonotæ maledici in Reges Galliæ. 391. f.

Hugo Rex Longobardorum. 491.

Humiles eſſe debemus non his, *à quibus honoramur*, *ſed à quibus patimur*. 78. g.

Hungariæ Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 653. e.

Huſſus Arnaldizat. 611. c. 617. g. *ex damnatore Wiclephiſtarum patronus effectus*. 618. c.

Huzmannus ſeu Hermannus Epiſcopus Spirenſis. 149. d. *ejus horribilis interitus*. ibid.

I.

Jacobus Angliæ Rex, *Goldaſto ſummus Pontifex*. 613. e.

Jacobus Hieroſolymitanus Epiſcopus. 6. d.

Jacobus interciſus Martyr. 172. c.

Jacob Patriarchæ & Henrici V. Imp. diſſimilitudo. 256. h. & ſeq.

Januarius Caralitanus Epiſcopus Dominico die meſſem quorundam exaravit. 88. g.

Jejunium feriæ ſextæ & Sabbathi. 778. g. 779. c.

Jejunium triduanum ab Auguſtenſi Epiſcopo indictum. 172. d.

Jeſuitæ Goldaſto parricidæ, *& parricidarum initiatores*. 309. h. & ſeq. *cur è Tranſilvania ejecti*. 313. e. & ſeq. *iis bene precatur Goldaſtus*. 314. d. *Goldaſto Ranæ vaſtatrices*, *Bufones*, *è Tartareo puteo exorti*, *&c*. 315. d. e. *à Ferdinando*, *Maximiliano*, *& Rudolpho Impp. in mundiburdium recepti*. 356. c. *à quibus Imperii Principibus recepti*, *extructis etiam & fundatis Collegiis*. ibid.

S. Ignatius Patriarcha Conſtantinopolitanus. 8. b. *à Photianis ſchiſmaticis ignominiosè depictus*. d. e.

Illyricus Lutheri imagines fœdiſſimas tantùm non adorat. 10. h. *Anna Commena convicia in Gregorium VII. tranſcribendo fecit ſua.* 265. *Arnaldum creat Epiſcopum Brixienſem.* 609. g.

Imaginum ſacrarum cultus à Romanis Pontificibus contra Imperatorum Orientalium furorem defenſus. 106. h. *ſemper in Eccleſia viguit.* 365. d.

Imago Salvatoris ſalutiferum rorem ſtillans. 131. d.

Imago D. Virginis lachrymatur. 130. g. *arridet Hildebrando Archidiacono, qui poſtea Gregorius VII.* h. *ad eam accenſa candela inextincta conſervatur.* 131. a. & ſeq.

Imbrico Auguſtenſis Epiſcopus perjurus ſe devovet. 17. d.

Immunitas Eccleſiaſtica. Vide V. *Eccleſiaſtica.*

Imperatores ante inunctionem abſolutè Imperatoris nomen non uſurpârunt. 226. d. 278. c. *optimas pro Eccleſia leges ſtatuerunt.* 261. c. *nulli ante apertum ſchiſma Conſtantinopolitano Throno primas conceſſerunt.* 270. a. *novi, & antea extra ſcholam Illyrici, vel etiam intra inauditi à Goldaſto creati.* 276. a. *è Britannia quot.* 279. b. *à Goldaſto creantur Pontifices Maximi.* d. *Chriſtiani ſunt ovicula de grege Chriſti.* 280. b. *Pontificum & Epiſcoporum filii.* d. *non ſunt Doctores Eccleſiæ.* e. *ſubdere debent executiones ſuas Eccleſiaſticis Præſulibus.* 281. c. *primi Chriſtianorum uſque ad Gratianum uſi ſunt titulo Pontificatûs Maximi Ethnici, non Chriſtiani.* 283. h. & ſeq. *eorum non eſt eligere ſummos Pontifices.* 325. b. & ſeq. *in ſpiritualibus oves ſunt, non paſtores.* 327. c. *creati Pontificibus juramento ſe obſtringere ſoliti.* 328. g. & ſeq. *à Pontificibus rogati, ut Concilia cogerent.* 329. c. 377. g. *non ſunt ſummi Pontifices.* 349. f. 612. c. *pii nihil unquam juris in Romanum Pontificem ſibi arrogârunt.* 372. d. *eorum non eſt Conciliis præſidere.* 378. d. & ſeq. *quà tales nullam Eccleſiaſticam jurisdictionem habent.* 379. d. *Jureconſultis ſunt totius mundi Domini & corporales Dii.* 396. e.

Imperatoris vocabulum reſpectivè acceptum. 394. h. *latiùs acceptum.* 405. d.

Imperium Romanum an ſit hæreditarium. 380. f. & ſeq. 394. d. *unde ſit.* 657. d.

Indi Chriſtiani, nec Lutherani nec Calviniſtæ. 348. b. *iis Evangelium qui primi annunciârint.* ibid.

Induciæ conceduntur in dubiis rebus nondum publicatis. 70. f. *non concedendæ publicis contemptoribus Apoſtolicæ inſtitutionis.* ibid. 73. b. 75. b.

S. Innocentius I. Papa. 26. b. *ordinationes Novatianorum cum Nicænis Patribus ratas eſſe probavit.* 27. d. *pœnitentibus Sacramenta negat.* 67. h. *ejus decretum de Monacho, qui Clericus factus.* 693. c. *de Virginibus velatis, ſi deviaverint.* h. 694. a.

Innocentius II. Papa, quo anno Pontificatum inierit. 398. h. *ejus epiſtola ad Conradum Salzburgenſem Archi-Epiſcopum.* 572. d. f. h. *ad Henricum Ratisbonenſem Epiſcopum.* 573. a. *Arnaldum Brixienſem damnat.* 609. b. *ejus obitus.* h. *Lothario II. Provincias Mathildis reſtituit, quibus conditionibus.* 638. b.

Innocentius III. Papa. 225. h. *ad eum Epiſtola Principum Imperii de electione Othonis IV. in Imperatorem.* ibid. 412. g. *ab Othone IV. juramentum exegit.* 409. g.

Innocentius IV. Papa excommunicat Fridericum II. Imp. 413. f. & ſeq.

Inobediens Eccleſiaſticæ poteſtati pro idololatra meritò deputatur. 30. b.

Inveſtitura Epiſcopatûs vel Abbatiæ, &c. à Laicis ſuſcepta, irrita, & ſuſcipientes excommunicati. 35. b. *an ab Hadriano I. Pontif. Carolo Magno conceſſa.* 180. a. & ſeq. 249. c. 366. a. & ſeq. *facta à Laica manu, à ſummis Pontificibus & Conciliis damnatur.* 420. g. *laica an hæreſis, & inveſtientes Laici hæretici.* h. & ſeq. *à laicis facta, ſchiſmatica.* ibid. *res ſacra.* 422. a. *ejus & Conſecrationis diſcrimen.* d. *laica plerumque cum Simonia conjuncta.* g. *ex juſta cauſa Laicis à Papa concedi poteſt.* 423. c. d.

Inundatio aquarum Romæ. 139. d.

Joachimi Abbatis Imagines & Vaticinia, conficta. 9. b.

Joachimus Urſinus ſycophanta. 311. a.

Joannes Abbas Anachoreta peregrinationum ad Loca ſacra ſtudioſus. 131. a. *ante imaginem B. V. candelam accendit, quæ, dum rediret, non extinguebatur.* h. c.

Joannes Adraſderus ignobilis ſectarius. 9. a.

Joannes Alexandri II. Camerarius per Gregorium VII. à febri mirabiliter liberatus. 130. d.

Joannes Archi-Epiſcopus Lugdunenſis de Gregorio VII. 21. b.

Joannes Beckenſaus Anglus, Henrico VIII. Regi ſuo adulatur. 612. g. *ejuſdem Religioni adhæſit.* 617. a. *Schropha piſtoria.* d.

S. Joannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus, qui & Chryſoſtomus. 784. c.

Joannes Epiſcopus Hieroſolymitanus, tempore S. Auguſtini. 6. d.

Joannes Epiſcopus, cujus occaſione Concilium apud Theodonis villam à XXII. Epiſcopis adversùs percuſſores Clericorum congregatum. 196. d.

Joannes Gratianus S. R. E. Cardinalis & Archipresbyter S. Joannis ante portam Latinam. 100. f.

S. Joannes Gualbertus Abbas, invocatus fert opem. 133. f.

S. Joannes I. Papa, Eccleſias Arianorum Catholicè conſecrat, Conſtantinopoli. 91. b. *ejus ſententia de excellentia dignitatis Sacerdotalis & Pontificiæ.* 281. b.

Joannes XII. Papa Ottonem ungit in Imperatorem cum conjuge. 82. g. *ab Ottone deficit.* ibid.

Digitized by Google

ibid. *aufugit Roma cum theſauro Eccleſiæ* ibid. *revocatus Concilium congregat in Eccleſia S. Petri.* h. *Leonem Antipapam omni Eccleſiaſtico honore exutum damnat.* ibid. *Siconem Epiſcopum excommunicat.* 83. a. *à Leone Antipapa ordinatos deponit, ita profitentes :* Pater meus nihil ſibi habuit, nihil mihi dedit. b. *contra eum Conciliabulum Romanum congregatum ſub Othone I. Imp.* 210. f. 395. d. *à Baronio defenſus, quomodo* 210. g. *ſcripſit Apologeticum adversùs Pſeudoſynodum.* 211. e. *minatur, ſe ſacris interdicturum Epiſcopis.* ibid. 396. c. *ſanctiſſimus fuit, qua ſanctimonia.* 211. g. *an peremptoriè fuerit citatus.* 212. d. *ab Othone Magno Imp. & Conciliabulo Romano contra ſe habito pro vero & legitimo Papa habitus.* 212. e. 396. b. c. *legitimus Pontifex, etſi ſceleratus.* 396. b.

Joannes XVI. Antipapa. 108. b.

Joannes XXII. Papa. 616. g. 618. h.

Joannes Patriarcha Gradenſis. 742. g.

Joannes Piſtorius. 16. d. 20. b.

Joannes primæ Juſtinianæ Epiſcopus Adrianum Thebanum Epiſcopum injuſtè deponere præſumpſit. 88. h. *à S. Gregorio excommunicatus.* ibid.

Joannes Przibram Bohemus. 618. c.

Joannes Rex Angliæ & Hiberniæ Regna ſua Sedi Apoſtolicæ etiam feudataria fecit. 651. d.

Joannes Romanæ Eccleſiæ Diaconus vitam S. Gregorii ex præcepto S. Joannis Papæ fideliter deſcripſit. 55. g.

Joannes Rudrauff fanaticus ſectarius. 8. h.

Joannes Villanus hiſtoricus. 20. d.

Joannes Wolfius conviciorum & criminationum in Eccleſiaſticos collector. 9. a. *effigies Pontificum ex Beza efictus, pro antiquis venditat.* d. *imagines perperam interpretatur.* c. *nomini ſuo reſpondet.* g. *Lupus.* 116. d. *fingit Othonem Imp. à Gregorio Pontifice excommunicatum.* 117. c. *Lycus, hoc eſt, lupus dictus.* 118. d.

Jordanes Patricius Romanus Petri Leonis filius. 375. a. *ſeditioſorum Dux.* 610. c.

Jovinianus Hæreſiarches, à B. Gelaſio anathematizatus. 50. b. *hæreticè incontinentiam continentiæ adæquavit.* ibid. *Epiſcopum tamen voluit eſſe continentem.* ibid. *confitetur, Epiſcopum eſſe non poſſe, qui in Epiſcopatu filios faciat.* 65. d.

Ira Dei duplex. 84. f. *maxima, cùm peccanti proſpera arrident.* ibid. *provocatur à nobis, cùm ea, quibus Deus vehementer offenditur, inſequi, vel ulciſci differimus.* 89. c.

Iſaias Propheta tolerat malos. 7. f.

Iſidorus rimator ſcripturarum ſagaciſſimus. 56. a.

Itherius Abbas à Stephano IV. Papa laudatus. 732. h. & ſeq.

Judas diſcipulus Domini & traditor, typus Simoniacorum. 80. b, 81. c.

Judicium aquæ frigidæ non recipiendum. 34. g.

Judicium ita nocens ſubterfugit, quemadmodum ut abſolvatur, innocens quærit. 87. g.

Juditha nobilis Rutperti & Hadevviga filia. 170. e. *ad propoſitum conſervandæ virginitatis converſa.* ibid. *cantantes Angelos audit.* ibid. *à Pataviensi Epiſcopo ſacrum velamen accipit.* g. *in monaſterio fontis Weſſini ſepulta.* h. *Herlucæ apparet.* ibid.

Julius I. Papa. 56. a.

Ivonis Carnotenſis Epiſcopi ſententia de Inveſtituris melior. 341. h. 376. d. 420. h. *ejus obitus.* 398. h.

Juſtinianus Imp. 78. d. *Gothos per Duces ſuos Beliſarium & Narſen Italiâ exegit.* 106. e. *jus confirmandi Romani Pontificis ſibi vendicat, non ſine nummorum exactione.* 107. h. *Eccleſiæ Romanæ primatum aſſeruit,* 270. a.

Juſtinus I. Imp. 295. a.

Juſtinus Junior Imp. Conſtantinopolitanus. 106. f.

Juſtus Reuberus ſectarius. 96. a.

Juvenes nimis alta petentes ſunt retrahendi. 40. f. 43. d.

K.

Kleberus Prædicans ſumma hyeme Memminga pulſus. 323. c.

L.

Laici res Monaſteriorum vel Eccleſiarum auferentes excommunicantur. 35. a. *Inveſtituras Eccleſiarum facientes.* b. *Decimas ſacrilegè detinentes damnantur.* 36. a. *die, quo volunt orare, prohibentur ab opere conjugali* 37. d. *non niſi poſt triduanam continentiam admittuntur ad Sacramenta.* 38. c.

Lambertus Danæus Argentinæ quomodo exceptus. 334. f.

Lambertus Schaffnaburgenſis, pro Gregorio VII. 14. a.

Langbard vir illuſtris, Legatus Pipini Regis. 718. d.

Langobardi. Vide V. *Longobardi.*

Laodicenſe Concilium à Chalcedonenſi roboratum. 57. e. *ejus Epitome Carolo Imp. tradita.* ibid.

Laſcus Sacramentarius Francofurto pulſus. 334. d.

Lateranenſe Concilium ſub Innocentio II. Pontif. 609. b.

Latinus Orbis, Italia, Gallia, Germania. 106. b.

S. Laurentius Levita apparet Herlucæ & Doudæ. 171. a. *ejus Reliquiæ in agro Verano.* c. *Herlucam deducit ad ſacram Communionem.* ibid. *Romam ad Templa Urbis.* f. *apparet cum S. Wicterpo.* g. 172. b.

Lauriſheimenſis Abbatis & Conventûs epiſtola ad Henricum V. commentitia. 342. g.

Legati Apoſtolicæ Sedis principalium Conciliorum ſanctiones primaria ſubſcriptione, Apoſtolica vice canonizabant. 56. b. *ex parte S. Sylveſtri Papæ Nicæno Concilio præfuerunt, & ipſum principali ſubſcriptione firmaverunt.* c. *loco Cæleſtini Papæ Epheſino Concilio præ-*

ſederunt, & ipſum Apoſtolica vice corroboraverunt. ibid. vice S. Leonis Papæ in Chalcedonenſi Concilio primi fuerunt, & Anatolio Patriarchæ Conſtantinopolitano liberaliter contradixerunt, & reliquis ſtatutis Apoſtolica vice ſubſcripſerunt. d. Conciliis Africanis interfuerunt. 57. a. omnibus Prælatis in Conciliis præſunt, licèt in inferiori gradu conſtituti. 105. d.

Leimarus Bremenſis Archi-Epiſcopus noluit in baptizando uti Chriſmate confecto ab Hermanno Simoniaco Epiſcopo. 82. d.

Leodicenſium Epiſtola ad Aquenſem Eccleſiam. 558. g. ad Trajectenſem Eccleſiam. 564. a.

Leo Iſaurus mortalium improbiſſimus. 289. b. Iconomachus, Goldaſto ſummus Pontifex. 329. g.

Leo Oſtienſis, hiſtoricus, de Gregorio VII. 18. g. b. de Guiberto Antipapa. 115. h. de Donatione Regis Pipini. 630. f.

S. Leo I. Papa. 26. b. clericos Hæreticorum cum ordine recipi conceſſit. 27. d. Neophytorum ordinationes admiſit. 29. b. tum Græcis tum Latinis literis eruditiſſimus. 44. h. generalia SS. Patrum decreta jubet obſervari. 47. d. omnibus Apoſtolica præcepta contemnentibus veniam denegat. 48. g. Chalcedonenſi Concilio per Legatos præfuit. 69. c. Anatolii præſulis Conſtantinopolitani præſumptionem cohibet. ibid. prædeceſſorum ſuorum decreta confirmat. 70. e. quartam univerſalem Synodum Chalcedone congregavit. 71. f. Timothei Epiſcopi Simoniaci Sacramenta videtur rejicere. 73. d. Pontifex Univerſalis, hoc eſt, Maximus in Concilio Chalcedonenſi proclamatus. 287. b. ejus Decreta, de honorando Metropolitano. 691. g. de Clericis, in aliquod crimen prolapſis. 693. d. de puellis ſponte virginitatis propoſitum ſuſcipientibus. 694. h. in toto orbe Sanctus. 762. g. hæreticos damnans, laudat fidem Theodoſii Imp. ibid. egregius Papa, atque præcipuus Doctor. 785. a.

Leo III. Papa. 196. d. ejus tempore Concilium apud Theodonis villam congregatum. ibid. an conceſſerit Inveſtituras. 249. e. ejus Juramentum. 408. b. oblata Saxonia S. Petro à Carolo Magno meminit. 648. g.

Leo IV. Papa promiſſionem fecit Imperatoribus de juribus Imperii integrè, & inviolabiliter conſervandis. 222. e. 408. a.

Leo VIII. Antipapa ſeu Pſeudopapa neophytus 82. h. 107. g. omni Eccleſiaſtico ordine exutus & damnatus. 83. a. ab eo ordinati ita profitebantur: Pater meus nihil ſibi habuit: nihil mihi dedit. b. ejus Synodus non Synodus, ſed proſtibulum favens adulteris. b. g. ejus Bullæ duæ fictitiæ. 212. f. 214. f. 396. f. 400. a.

Leo IX. Papa Hildebrandum Subdiaconum ordinatum monaſterio S. Pauli præficit. 128. b. eundem Romanæ Eccleſiæ Archidiaconum inſtituit. 129. d.

Leo Ravennatium Archi-Epiſcopus rebellis & pervicax. 742. b. 743. d. meruit collocari ab Illyrico in Catalogo teſtium. 742. f. Bullas Pontificias fraudulenter reſignat. 743. a. ad Carolum Regem ſe confert. g. ejus Legatio ad Carolum. 744. f.

Lex æterna differt à Legibus temporalibus. 77. c.

Liberatus Carthaginenſis Archidiaconus. 56. d.

Libri nulli Canonici haberi poſſunt, abſque auctoritate Romani Pontificis. 105. f.

Licentia minima in Imperio maximo. 78. g.

Litania Gregoriana. 478. f.

Litania triduana indicta ob Saxones converſos. 775. e.

Longobardi ex Pannoniis Italiam ingreſſi ferè totam, præter Romam, in poteſtatem redegerunt. 106. f. feroces & barbari. g. ſtudent ſeparare Chonradum à Bonifacio. 494. Ravennates & Romanos invadunt. 685. d. luminaria S. Petri diripiunt. 686. f. Narniam S. Petro auferunt. 689. g. Romam obſident. 695. g. Senogallienſem Civitatem adoriuntur. 705. g. Campaniæ fines invadunt. ibid. patrimonium B. Petri invadentes reſtituere nolunt. 710. f. 732. e. gens perfida & fœtentiſſima, ex qua leproſorum genus oritur. 734. a. à Carolo Magno acie victi. 744. b. eorum regnum in Francorum jus translatum. 745. a. mancipia Saracenis vendunt. 753. g. eorum Epiſcopi mutuò ſe invadunt. 778. a. eorum monachi Apoſtatæ. c.

Lotharius I. Imp. 197. h. ejus Conſtitutio de Electione Romani Pontificis & legibus Romanorum. ibid. & ſeq. 389. f. & ſeq. quare Romam venerit. 198. h. & ſeq. 200. d. Pontificis auctoritatem ſuæ anteponit. 199. f. 389. h. 390. a. ejus & Ludovici II. Cæſaris fictitius Receſſus comitiorum Romanorum de ſuperioritate Imperatoris &c. 292. f. Caroli Magni Nepos. 379. c. Conſtitutionum Caroli Magni abbreviator. ibid. Princeps Catholicus. 389. h. optionem dat vivendi legibus Romanis vel Longobardicis. 390. g. à Ludovico Romam ablegatus. h. ei filius Ludovicus II. in Imperio ſuccedit. 395. a.

Lotharius II. Imp. 239. e. eum inter & Conradum diſſidium. ibid. an ſederit judex inter Cardinales Papæ Legatos & Monachos Caſſinenſes. 293. e. ei Inveſtituras ambienti reſiſtit S. Bernardus. 368. g.

Lotharius Rex. 209. f. ejus & Ludovici Regis epiſtola ad Nicolaum I. Papam. ibid. ejus ad eundem Pontificem epiſtola apologetica. 296. h. adulterium tueri conantur Schiſmatici. 595. d.

Loth juſtus, ob pejus malum declinandum, ipſas filias Sodomitis concedere voluit abutendum. 44. c. 48. c. vitandum potiùs quàm imitandum S. Scripturæ exemplum. 48. c.

Lucius II. Papa ab Arnaldiſtis vexatus. 617. h.

Ludo-

Ludevvicus Dux Bajoariæ patrem ſuum Ludevvicum à Lothario pulſum regno reſtituit. 83. c.

Ludevvicus ſeu Ludovicus Pius, Imp. Magni Caroli filius. 83. c. à Lothario filio regno privatus. ibid. ope Pipini & Ludevvici filiorum regnum recepit. ibid. ejus epiſtola ad Arnonem Archi-Epiſcopum Salisburgenſem. 193. d. Conſtitutio de rebus Romanæ Eccleſiæ donatis defenditur. 194. h. 383. d. & ſeq. ejus Exauctoratio. 195. g. 387. c. & ſeq. Aquisgrani generalem conventum habuit. 292. c. 384. d. e. Inſtitutionem pro Clericis in eo editam nec ſcripſit, nec promulgavit. 292. c. an judicium aquæ calidæ & frigidæ probaverit & præſcripſerit. d. e. ejus decretum de accuſationibus Clericorum. 310. b. à Carolo Magno parente coronatus, quo anno. 382. g. in Conventu Aquisgranenſi Lotharium filium ſuum primogenitum coronat. 384. e. à filiis ſuis captus. 387. f. recuperato Imperio Legatos mittit ad Gregorium IV. Papam. ibid. Gregorium IV. perorantem in caſtris audivit. h. operâ ejusdem Gregorii IV. Papæ priſtinæ dignitati reſtitutus. 388. c. Donatio & confirmatio priorum Donationum ab eo facta. 631. g. ejus Donatio ex Volaterrano. 673. d.

Ludovicus II. Imp. 200. h. ſub eo Conſtitutio ſeu Conventio de pace Confluentana. ibid. & ſeq. ejus epiſtola ad Baſilium Imp. Conſtantinopolitanum. 201. d. Lotharii Imp. filius, & ſucceſſor. 395. a. Eccleſiarum defenſor, orphanorum & pupillorum pater, pius & miſericors princeps. ibid.

Ludovicus Balbus, Rex Franciæ. 395. c.

Ludovicus Rex Germaniæ. 209. f. ejus & Lotharii Regis epiſtola ad Nicolaum I. Papam. ibid. Caroli Calvi frater, Carolomanni parens. 394. e.

Ludovicus XIII. Rex Galliæ cum Regina Matre Societatem Jeſu tuetur. 311. d.

Ludovici Palatini Rheni & Electoris literæ ratificantes quidquid Rudolphus Imp. cum Pontifice Romano tranſegerat. 639. b.

Ludovicus II. Thuringiæ Comes cognomento Saltator. 543. ejus nomine ſcripta epiſtola à Stephano Halberſtatenſi Epiſcopo. ibid. 545. c. in Cœnobio Reinhardsbron à ſe extructo ſepultus. 543.

Lugdunenſis Synodus contra Simoniacos. 101. f. 129. e.

Lugdunum prima Sedes Galliarum. 129. e.

Luipoldus Henrici IV. conſiliarius ab equo cadens, enſe è vagina lapſo ſe confodit. 19. f.

Luipoldus Marchio S. Luipoldi filius. 446. hujus nominis Marchiones plures. ibid.

Luipoldus IV. pius Princeps. 453. b.

Luipoldus VI. Altmannum Legatum Apoſtolicum contra Henricum IV. fovet. 454. h. à Duce Boëmiæ victus. 455. a.

Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus ad Nicephorum Phocam Legatus. 672. b.

Luithprandus Rex Longobardorum. 685. d.

Luſitaniæ Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 649. d.

Lutherani Luthero ſuo columbam adpingunt, & affingunt. 132. h. à Carolo V. in Comitiis Wormacienſibus proſcripti. 282. d. cum Calviniſtis de graviſſimis rebus certant. 320. d. 336. c. quibus epithetis Calviniſtas afficiant. 354. h. 355. a. quibus viciſſim epithetis à Calviniſtis honorentur. 355. e. eorum doctrina, judicio Calviniſtarum, qualis. h. eos pœnitet conniventiæ erga Calviniſtas in Comitiis Auguſtanis. 357. c. Calviniſtas pro infirmis fratribus habent. ibid. quid de eorum innocentia & probitate Georgius Dux Saxoniæ ſenſerit. 627. h. & ſeq.

Lutherus maledicentiſſimus conviciator Romanorum Pontificum. 6. b. Propheta, Evangeliſta, & Apoſtolus quibusdam. c. jam vicinus ſtygi, librum de Papatu per Diabolum fundato, Diabolo dictante conſcripſit. ibid. in Papam & Cardinales furit. 10. c. Papam & Cardinales patibulo ſuſpenſos pinxit, circumvolitantibus cacodæmonibus. f. ex potu vel ſenio delirat Lutheranorum judicio. h. imaginem Papæ ex loculis & clavibus ſuis ſuſpenſi probat. 11. a. à Carolo V. Imp. in Comitiis Wormacienſibus proſcriptus. 282. d. ejus convicia in Carolum V. & alios Imperii Principes. 320. h. & ſeq. Turcas Principibus noſtris longè anteponit. 321. c. omnes ad Papam tanquam monſtrum mactandum invitat. 354. c. armat ſuos in Imperatores, Reges, & Principes Catholicos. f. ejus de Zvvinglio & Zvvingliano ſpiritu judicium. 355. c. ejus doctrina Calviniſtarum judicio qualis. h. ejus judicio melius eſt regimen apud Turcas, quàm apud Chriſtianos. 372. h. deplorat miſeriam Prædicantium. 611. g. ejus judicium de titulo Regis Angliæ. 617. c. Romanorum Pontificum Decretales flammis tollere conatus. 618. e. ejus prophetia veriſſima. 619. h. ſententia de bonis Eccleſiaſticis. ibid.

M.

Macchabæi Principes politici ſimul & Pontifices Maximi. 283. g.

Magdeburgenſes Prædicantes Calvino qui. 355. h. & ſeq.

Maginulphus Antipapa. 116. f.

S. Magnus Confeſſor cœleſti lumine coronatus. 172. d. Presbyter ordinatus. ibid.

Majolus Abbas Cluniacenſis. 127. c.

Maledicendum ne inimico quidem. 43. b.

Mali tolerandi. 7. e. f. Sacramenta habere poſſunt, non autem charitatem. 27. h. & ſeq. quibus placent in unitate, ipſi communicant malis. 31. g. cogniti bonis non obſunt in Eccleſia. h. non maculant bonos, ſi non conſentiant, & ſi redarguant. 32. a. bonis permixti in Eccleſia uſque in finem mundi. b. qui non reſiſtit illis dum poteſt, favet. 89. d.

Mallones, cirri capillorum. 290. a.

Mallonius de probatione Crucis ſeu ligni de Cruce Dominica. 191. g.

Manegoldus vel Mangoldus Comes. 151. h. frater Hermanni Contracti. 152. a. duos habuit filios, à Gutta uxore. ibid. valde diligit Gregorium VII. b. morbo afflictus ſanatur à Gregorio. c. renuit ſecundas nuptias inire. d.

Manfredus captus à ſchiſmaticis. 504.

Manſionarii Palatini officium. 385. d.

Mantua certat cum Canoſſa ſeu Canuſio de corpore Ducis & Marchionis Bonifacii. 495. obſidetur. 503. contra eam objurgatio, ſeu digna exhortatio. ibid.

Mantuani quo timore ad fidelitatem Dominæ Mathildis redièrint. 509.

Manus dextera honoratior, an ſiniſtra. 326. g.

Manuum impoſitio quotuplex. 517. f.

Marcellus Papa ante Nicænum Concilium decreta ſua martyrio conſecravit. 55. h. Vir Apoſtolicus. ibid.

Marcellinus Papa. 86. h.

Marchdorff Caſtellum, Gretſeri Patria. 272. f. pro Gregorio VII. ſtat. ibid. à ſchiſmaticis expugnatum, & incenſum. ibid. ejus & Merſpurgi laudes. h. 273. a.

Marchicus eques, ineptus verſifex. 619. d.

Marianus Scotus Chronographus, de Gregorio VII. 15. d.

S. Marinus Arelatenſi Concilio interfuit. 57. c.

Marſilius de Padua pacis turbator. 619. b.

Martini V. Papæ Bulla de Immunitate Eccleſiaſtica. 414. g.

Martinus Polonus hiſtoricus, de Gregorio VII. 20. d.

Mathildis Comitiſſa, optima & potentiſſima per Italiam fœmina. 19. h. 20. h. defendit Sedem Apoſtolicam. 95. d. Bonifacii maximi per Italiam Principis filia & hæres. 108. f. aliquot urbes Eccleſiæ Romanæ donavit. ibid. Gregorium VII. tuetur. 138. c. altera Delbora. 142. b. totam Italiam gubernat. 144. a. Marchioniſſa. 469. h. ſub ſeculari & militari vita religioſam agit. ibid. Sedi Romanæ ſola fidelis permanet. 471. a. ab Henrico IV. cum exercitu invaditur. 473. c. Henrico IV. ſola totius Italiæ reſtitit. d. exercitum ducit. ibid. de Longobardis ſchiſmaticis triumphat. 474. b. à variis morbis benedictione Anſelmi Epiſcopi ſanata. 476. d. Mantuæ dominatur. 477. f. S. Anſelmo Epiſcopo devota. 479. g. à variis morbis contactu Reliquiarum S. Anſelmi ſanata. 484. h. Eccleſiam defendit, ſubditis etiam ſuis rebellantibus. 485. d. apparet captivo cuidam. h.

Mathildis Comitiſſa. 487. ejus vita à Domnizone Presbytero conſcripta. ibid. theſaurum Eccleſiæ petit ab Abbate Canuſino, & quare. 488. a. Principum Mauſolea Canuſii procurat. 489. Gregorium VII. Papam & Henricum IV. Canuſii ſuſcipit. 500. contra Henricum & Guibertum quomodo certarit. 502. cunctis Catholicis ſubvenit. ibid. pro Romana Eccleſia pugnat. ibid. Mantuam ab Henrico obſeſſam defendit, ſed proditione amittit. 503. d. ejus militum pugna cum Henrico apud tres comitatus. 504. vexillum Henrici capit, & omnia bello amiſſa recuperat. 505. Nogaram mirabiliter recipit. ibid. Ferrariam rebellem obſidet. 506. excipit Bernardum Cardinalem 507. Paſchalem II. Papam. 508. & Legatos Henrici V. ibid. ad ejus fidelitatem redeunt Mantuani. 509. erga Dei cultum intentiſſima. ibid. & ſeq. ejus inſignis obitus. 510. ejus Donatio facta Romanæ Eccleſiæ 511. 637. h. & ſeq. hujus Donationis Inſtrumento amiſſo, alterum erigendum curat. 638. b.

Mathildis Regina Angliæ. 557. g. ad eam epiſtola Henrici. Imp. ibid.

Mathildis ſeu Methildis, Rogerii Principis Siciliæ filia, Conradi Junioris Regis uxor. 638. c. ejus Donatio facta Romanæ Eccleſiæ. ibid.

Matthæus Judex ſeditioſiſſimus Prædicans. 10. c.

Maximilianus I. Imp. electus. 404. b.

Maximus Salonitanus Epiſcopus præſumptor. 26. c. 70. g. à S. Gregorio Magno Papa excommunicatus. 70. g. ordinatus ab excommunicatis ipſo facto. ibid. 73. e. literas Papæ celebrationem ſibi Miſſæ interdicentis, protervè diſcidit. 76. b. à B. Gregorio Miſſarum celebratione privatus. 86. b. de crimine Simoniæ ſive fornicationis juramento ſe expurgavit. ibid.

Mediator juſtus non eſt, qui in incertis ſic unam partem audit, ut alteri parti nihil reſervet. 75. e.

Medicina inventa varia ob variorum experimenta morborum. 70. e.

Mediolanum Henrico IV. reſiſtit. 508.

Megingoti Trajectenſis epiſtola ad H. Hojenſem. 562. d. ad Trevirenſem Epiſcopum. 563. c.

Meginvvardus Friſingenſis Epiſcopus. 18. c.

Melchior Goldaſtus. Vide V. Goldaſtus. ejus frater Argentorati in rotam actus. 306. c. ſub Lipſii & Schioppii nomine falſum committit. 309. f.

Mendacium omne vitandum, etiam pium. 168. f.

Mendacium unum ſeptem aliis farciendum. proverb. 349. e.

Michaëlius invaſor Eccleſiæ Ravennatis. 757. f.

Micrologus, ſeu Guido Aretinus, de Gregorio VII. 18. f.

Mindenſis Eccleſiæ epiſtola ad Trajectenſem. 566. f.

Mingentius hæreticus Egilæ magiſter. 783. c.

Miſſa Germanica in nonnullis urbibus Lutheranorum. 9. c.

Miſſa Sacerdotum prævaricatorum non audienda, vel recipienda à populo. 67. c. in ea olim Sacerdoti populus reſpondere ſolebat. ibid.

Moguntia metropolis Orientalis Franciæ. 536. h.

Moguntienſe Concilium. 57. c. presbyterum Simoniacum

niacum & Eccleſia & presbyterio privat. 58. g. *ſub Zacharia Papa & S. Bonifacio Moguntiacenſi Archi-Epiſcopo.* 64. g.

Moguntina Synodus in cauſâ Caroli Conſtantienſis Epiſcopi Simoniaci ſub Sigefrido Archi-Epiſcopo. 533. & ſeq. *ejus Acta Romam mittuntur.* 536. h. *juſſu Alexandri II. Papæ coacta.* 537. c.

Moguntiaum Conciliabulum contra Gregorium VII. 452. b.

Moguntinus Clerus & populus ſcribit Sigefrido Archi-Epiſcopo. 541. f. *eundem è Cluniacenſi Monaſterio revocat.* ibid.

Mollerus Calvinianus Witeberga ejectus. 323. d.

Molsheimenſe Collegium Societatis JEſu à Lutheranis direptum. 312. c.

Monachi Epiſcopis inobedientes in Concilio Chalcedonenſi damnantur. 32. e. *eorum habitus.* 691. b. *Apoſtatarum pœna.* 694. g.

Monaſterienſis Eccleſiæ epiſtola ad Trajectenſem. 566. b.

Monaſtica vita non prohibet, quò minùs quis, qui eruditione præſtat, veritatis patrocinium per librorum ſcriptionem ſuſcipiat. 95. h.

Montis belli obſidio. 504.

Mos populi Dei pro lege tenendus. 67. c.

Moyſes tolerat murmuratores. 7. c. *quò pejora compeſceret, libellum repudii apportari jubet.* 44. e. *fuit ſimul Princeps politicus & Pontifex Maximus.* 283. g.

Munus à manu, à lingua, ab obſequio. 90. b. 94. a.

Myſterium JEſuitarum, libellus infamis ab anonymo Calviniſta cuſus. 311. d. e.

N.

Nabuchodonoſor Rex verum Deum confeſſus. 260. f. *ejus lex, ne quis verum Deum blaſphemet.* g. *ejus decretum pro cultu veri Dei fuit typus legum ab Imperatoribus Chriſtianis ferendarum pro Eccleſia.* 261. a.

Narciſſi Hieroſolymitani Epiſcopi calumniatores divinitus puniti. 345. d.

Narnienſis civitas S. Petri. 689. g. *à Longobardis capta.* ibid.

Navis Eccleſiam ſignificat. 131. d.

Neapolitani conſtricti ad reſtituenda patrimonia S. Petri. 721. a. *cum Græcis civitatem Terracinenſem invadunt.* 753. a. *Amalfitanis ſuccurrunt, & vincunt Beneventanos.* 754. b. & ſeq. *Græcos cum bandis & ſignis ſuſcipiunt.* 772. d.

Neocæſareenſe Concilium ante Nicænum. 57. e. *incontinentes Clericos damnat.* 61. a. *de Presbyteris agrorum, quam obedientiam debeant exhibere Epiſcopis.* 692. d. *de his, quæ duobus fratribus nupſerint.* 694. d.

Neophytus inter ſacros Ordines non recipitur. 64. d. 82. b.

Neophyti moribus informes, religione rudes, ſcientia ruſtici. 82. f. *licèt ante communionem morte præventi, non tamen Sacramenti virtute privantur.* 90. d.

Neronis contra Eccleſiam perſecutio. 248. d.

Neſtorius Præſul Conſtantinopolitanus. 32. g.

Neſtoriani ſtudent infamare Pulcheriam. 345. c.

Neuſtadiani Calviniſtæ Goldaſtum mendacii redarguunt. 331. d. *Confeſſionem Auguſtanam explodunt.* ibid.

Nicænum Concilium Clericos Novatianorum cum Ordine recepit. 27. d. *Arianos, omnésque iis conſentientes ſeu communicantes damnavit.* 31. a. *prohibet, ne Clerici habitent cum fœminis, nulla conſanguinitate propinquis.* 37. b. *juxta S. Gregorium, æquè ac Evangelium venerandum.* c. *trecentorum & octodecim Patrum ſubſcriptione roboratum.* 38. a. *ad Epiſcopos Africæ transmiſſum.* ibid. *omnium provinciarum Antiſtites propria jubet obſervare privilegia.* 47. e. *perverſum Arii dogma deſtruit.* 55. d. *ſub Conſtantino Magno Imp. & S. Sylveſtro Papa.* 56. c. 522. e. *conſtituit per unamquamque provinciam bis in anno Concilia celebrari.* 56. f. 438. f. *inter quatuor Concilia, Evangeliis adæquata maximum.* 60. g. *explicatur.* h. *trecentorum octodecim Patrum* 84. a. 522. e. 780. c. *numero ſuo Crucem Chriſti, & nomen JESU ſignificat.* ibid. 522. g. *Divino privilegio conſecratum.* ibid. *à SS. Patribus ſummè laudatum.* 84. b. 89. b. 522. g. *Paulianiſtarum Clericos & baptizatos reordinari & baptizari decrevit.* 90. f. *Eccleſiaſticas dignitates vendentes & ementes excommunicat.* 110. b. *fidei Symbolum nunquam immutatum.* 331. h. 335. g. *ejus Canon de Excommunicatis.* 438. f. *ejus auctoritas.* g. *in eo damnata hæreſi Arianâ ſecundum poſt Apoſtolos Symbolum, & XX. Canones promulgantur.* 522. e. *ejus capita quot.* b. & ſeq. *ejus inſtitutio de Paſchali feſtivitate.* 780. c. 785. d. & ſeq.

Nicæna II. Synodus quo anno celebrata. 364. h.

Nicolaus Hæreſiarches ſuis condiaconibus etiam communes conceſſit uxores. 42. e. *B. Stephani Protomartyris condiaconus.* 49. h. *anathematizatus.* ibid. *uxorem ſuam cuilibet volenti proſtituit.* 63. a. *Apoſtolicam doctrinam malè interpretatus.* ibid.

Nicolaitæ hæretici. 19. g. *in Romana Synodo ſub Gregorio VII. anathematizati.* 36. d. 137. d. e. *varia de illis viſiones & exempla.* 131. f. 160. b. & ſeq.

Nicolaus I. Papa. 28. f. *Generali Synodo præſidens, decreta Sedis Apoſtolicæ contemnentibus anathema dicit.* 34. c. *anathematizat negantes electionis privilegia Sedi Romanæ.* 79. b. *ad eum epiſtola Ludovici & Lotharii Regum.* 209. f. *à Carolo Calvo laudatus.* 293. a. *Caroli Calvi ad eum epiſtola.* 296. g. *ad eum epiſtola apologetica Lotharii Regis.* b.

Nicolaus II. Papa. 102. a. *ſanxit, ut nullus unquam Papa fieret, niſi per electionem Cardinalium, &c.* 117. g. *ejus electio.* 130. c. *obitus.* 162. f.
Nigrinus plurimas de Pontificibus fabulas evulgavit. 7. d.
Nihil adeò diſſimile, quin aliquo modo ſit ſimile. 47. c.
Nix diuturna liqueſcit in coronatione Rudolphi Regis. 153. d. *in quam partem hæc liquefactio accepta fuerit.* ibid.
Nogaræ obſidio. 505.
Nonantula Monaſterium SS. Sylveſtri & Adriani Pontificum. 128. c.
Nortmanni monaſterium S. Benedicti invadentes excommunicantur. 35. b. *patrimonium S. Petri in Campania occupant.* 102. c. *ab exercitibus Godefridi Ducis & Mathildis Comitiſſæ fugantur.* ibid.
Nortvvegiæ Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 657. c.
Novatiani heretici à Sede Apoſtolica in ſuis ordinibus ſuſcepti. 34. h. 90. f. *non Chriſtiani.* 42. d.

O.

Obedientia victimis præponitur, & commendatur. 136. a.
Ockamus Monachus Franciſcanus, Joanni XXII. acriter repugnat. 616. g. 618. h.
Oculus cereus pro reſtituto viſu oblatus. 168. b.
Odalſchalchus cum Alberto, pro Gregorio VII. 142. a.
Odoacer Rex. 294. h.
Offa Rex Merciorum pius. 324. f.
Offæ Regis Anglorum Legatio ad Adrianum Papam. 773. a.
Oletani Canones qui ſint. 742. f.
Omne ſupervacuum pleno de pectore manat. 44. a.
Ononychites fictus Deus Chriſtianorum. 8. a.
Onuphrius Panvinius duces ſchiſmaticos & parùm ſanæ fidei in ſcribendo ſecutus. 98. 112. h.
Opizo de Gonzaga. 484. d.
Orationi an nullus vacare poſſit, niſi egenus. 258. g.
Ordinationes non factæ ſecundùm Canonicas ſanctiones, falſæ & irritæ eſſe declarantur. 35. c.
Orthuinus Gratius Romano Pontifici parùm amicus. 11. c.
Oſcula pedum Imperatorum Conſtantinopolitanorum. 283. d.
Othertus Epiſcopus Leodicenſis an auctor vitæ Henrici IV. 342. c.
Otho Comes de Daninga. 170. h. *Defenſor habitationum Bergæ, & Bureburgi.* 171. c.
Otho Epiſcopus Conſtantienſis. 24. *ad eum decretalis epiſtola Gregorii VII. Papæ.* 55. a. 57. f. 134. f. *qua contumacia decretis ſalutaribus inſultaverit.* 134. g. *ad eum alia epiſtola ejuſdem Gregorii VII.* b. 135. a. *ſtultus & ſchiſmaticus.* 134. b. *excommunicatus, & in exilium pulſus.* ibid.
Otho Epiſcopus Oſtienſis. 113. f. *poſtea Pontifex Urbanus II. appellatus.* 159. b. *Legatione in Germaniam functus.* ibid.
Otho Friſingenſis, de Gregorio VII. & Henrico IV. 18. h. & ſeq. 114. b. 338. c. *ad eum epiſtola.* 573. f.
Otho de Lengenbach vir nobilis & prædives. 456. b. *ejus raptus & obitus.* ibid.
Otho I. Imp. Henrici Regis filius. 82. g. *compreſſa Beringarii & ejus filii tyrannide Italiam ſubjugat.* ibid. *à Joanne XII. Papa cum conjuge unctus.* ibid. 405. f. g. *Romam invadit.* 82. g. *Joannem Papam revocat.* ibid. *ſub eo Conciliabulum Romanum contra Joannem XII.* 210. f. 395. d. *ejus Diploma de Regalibus S. Petro conceſſis defenditur.* 216. d. 401. c. *ejus Juramentum non fictitium.* 328. d, *Diplomatis autographum Romæ aſſervatur.* 370. e. 401. c. *ejus Donationis Summa.* 386. a. *Joannem XII. pro legitimo Pontifice agnovit.* 396. b. *quam poteſtatem ſibi & ſucceſſoribus ſuis reſervârit.* 403. c. d. *ejus res geſtæ in Italia à Domnizone verſibus deſcriptæ.* 492. & ſeq. *ejus Diploma Donationis.* 633. h. & ſeq. 635. g.
Othonis III. Imp. Diploma commentitium. 217. f. *multis argumentis oppugnatur.* 218. d. & ſeq. 206. e. 667. f.
Othonis IV. electio in Imperatorem. 225. h. & ſeq. 412. g. *de ea epiſtola Principum Imperii ad Innocentium III.* ibid.
Ovum prodigioſum. 144. g. 499. *ejus myſtica declaratio.* 146. b. 499.
Oza à Domino percuſſus interiit, eò quòd Arcam jam caſuram manu ſuſtentare præſumpſerit. 68. d.

P.

Panormia, ſeu Pannomia quis auctor. 398. g. & ſeq.
Papa, ab hæreticis ignominioſè depictus. 8. g. *unicum nomen eſt in mundo.* 105. e. *Goldaſto Chriſti Vicarius anormalus.* 315. f. *Goldaſto imminutor Imperialis Majeſtatis & amplitudinis* 353. f. *Luthero quale monſtrum.* 354. c. *Goldaſto Princeps S. R. Imperii.* 403. h. *Summus Sacerdos, ſeu Presbyter.* 614. c. *ejus Jurisdictio Pontificia, ſeu Sacerdotalis & Eccleſiaſtica.* 616. d. *Gerſoni & Almaino univerſalis Paſtor, infra tamen Oecumenicum Concilium, non ſupra.* 618. g. *Nilo, Barlaamo, aliisque Græcis Patriarcha ſolius Occidentis.* ibid. Vide V. *Pontifex Romanus.*
Papaſellus commentariis Philippi & Illyrici illuſtratus. 8. g.
Paphnucius quidam dicitur in Concilio Nicano impetrâſſe Sacerdotibus licentiam dormiendi cum uxoribus. 37. b. *falsò* 39. g. 40. *ſtigmata JEſu in corpore ſuo portâſſe dicitur.* 41. f.
Papienſe conventiculum. 144. d.
Paracelſus imagines in Pontificem ignominioſas comminiſcitur. 8. h. & ſeq. *Joachimi Abbatis nomen prætexit.* 9. b.

Digitized by Google

Pariſienſis Curiæ edictum Regio Decreto inhibitum. 352. b. & ſeq.
Parma à Chonrado Rege expugnata. 496.
Parmenſis Clericus impudens. 144. f. *in Synodo Romana periclitatur de vita.* h. 145. a. *eripitur periculo à Pontifice.* ibid.
Partes ſeptem & octo dare, quid ſit. 247. c.
Paſcha quando celebrandum. 780. c. 785. d. & ſeq.
Paſchalis I. Papa, à Theodoro Studita laudatus. 395. f.
Paſchalis II. Papa. 115. f. *pacem cum Henrico V. Imp. init.* g. *Guiberti Antipapæ cadaver de ſepulchro, ubi quinquennio jacuerat, abſtrahi, cremarique juſſit.* ibid. *ſucceſſit Urbano.* 255. f. *ab Henrico V. Imp. captivatur.* 256. d. *ei Gelaſius II. ſuccedit.* 257. d. *Goldaſto perfidus & perjurus.* 315. g. *conceſſionem ab Henrico V. Imp. ſibi extortam revocat.* 367. b. *cum Henrico V. Imp. de libertate Eccleſiarum pacificitur.* c. d. *Henrico Regalia dimittit.* 396. g. *confirmat Decreta Gregorii VII. & Urbani II. de Inveſtituris.* 397. b. *non eligendi, ſed inveſtiendi tantùm jus Henrico Imp. tribuit.* h. *potuit Henrico V. Imp. Inveſtituras concedere.* 423. c. *Eccleſiæ Canuſinæ privilegia confirmat.* 488. f. *ejus Electio.* 506. *ob piam tutelam Mathildis miſit in Longobardiam Bernardum Cardinalem.* 507. *ejus congrua exhortatio.* ibid. *adventus in Longobardiam, & in Gallias.* 508. *ejus epiſtola ad Clerum populúmque Argentinenſem.* 558. f.
Paſchaſinus Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus in Concilio Chalcedonenſi. 56. c.
Paſſionale Lutheri. 8. g.
SS. Patres potiùs ſe tormentis affligi, & crudeliter occidi permiſerunt, quàm violatoribus ſacrorum Canonum conſentirent. 69. d.
Patriarchæ quatuor. Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus. 55. c. *ſolebant invicem ſynodicas mittere, & nomina in diptychis deſcribere.* f.
Patriciatus dignitas proxima à Conſulatu. 375. b. *non magiſtratus, ſed ordinis nomen.* h. c.
Pauliniſtæ hæretici non verè & legitimè baptizabant, nec ordines conferebant. 90. f.
S. Paulus Apoſtolus tolerat malos. 7. g. *ad tertii cœli raptus Paradiſum, nos homines eſſe admonet, ſicut ſe ipſum.* 44. c. *Principem Apoſtolorum Antiochiæ corripit.* 62. a. *Neophytis Sacerdotale officium penitus intercludit.* c. *Sacerdotibus digamiam penitus prohibuit.* h. *ſub nomine Epiſcopi etiam Presbyteros comprehendit.* 63. h. *hortatur omnes ad continentiam.* 64. d. *peritos Sacerdotes conſtitui præcipit, inobedientes & vaniloquos rejicit.* 65. a. *auctoritati Corinthiorum ceſſit.* 74. f. *Corinthium publicè damnat.* 76. c. *Gentium Apoſtolus, factus parvulus.* 78. h. *apparet Hildebrando Baſilicam ſuam purgans.* 129. a. *vindex ſui monaſterii.* c.
Paulus Bernriedenſis Reginoburgii in Bojaria, Auguſtinianus myſtes. 16. g. *Gregorii VII. vitam ſcripſit.* ibid. *monachus ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini.* 114. d. *Gregorium VII. contra ſchiſmaticos defendit.* 117. b. *quis fuerit.* 123. a. 165. *Sacerdos ſeu Canonicus Ratisbonenſis.* 123. a. *Ratisbonâ pulſus, Bernriedi factus Canonicus Regularis.* ibid. *vitam Gregorii VII. & S. Herlucæ Virginis ſcripſit.* 124. d. 165. *quo tempore.* 124. f. 165. *Sacerdotio initiatus ab Udalrico Epiſcopo Paſſavienſi.* 124. f. *cur ſcripſerit vitam Gregorii VII.* 137. h. & ſeq. *multa paſſus à Ratisbonenſibus Clericis, quòd ſchiſmaticis Henricis Impp. adhærere nollet.* 172. a. *pellitur cum Gebhardo ſuo Ratisbonâ.* b. *cum Herluca venit Beronicam.* ibid.
Paulus Diaconus de Donatione Ariperti Regis Longobardorum. 673. b.
Paulus Dux apud Carolum M. falsò delatus. 766. g.
Paulus Langius naſcenti Lutheranæ ſectæ benignior. 35. b. *ſtat pro Gregorio VII.* ibid.
Paulus I. Papa. 81. g. *ejus epiſtolæ XXXII. ad Reges Francorum.* 682. a. 704. b. usque 732. d. *quo anno Pontificatum inierit.* 704. b. *quo anno obierit.* ibid.
Paulus III. Papa ab hæreticis dicitur bellum Schmalcaldicum geſſiſſe. 354. e.
Paulus Samoſatenus Clericis ſuis cohabitationem fœminarum conceſſit. 42. e. *propter inobedientiam ab Epiſcopatu publica manu turpiter expulſus.* 48. g. *Pſeudopatriarcha Antiochenus.* 49. h. *anathematizatus.* ibid. *Judaicam incontinentiam Chriſtianis Sacerdotibus permittit.* 65. b.
Paulus Stadenſis, vel Pauloſtatenſis. 171. f.
Peccatum paganitatis incurrit, quisquis dum Chriſtianum ſe aſſerit, Sedi Apoſtolicæ obedire contemnit. 21. d. *pro alicuus infirmitate nullatenus committere licet.* 48. c. *non idem, quod crimen.* 65. e. *committere humanum: defendere diabolicum.* 69. g.
Peccata quotidiana in hac vita devitari nequeunt. 33. d. *quotidianis orationum & eleemoſynarum remediis curanda.* ibid.
Peccata aliorum defendere, non miſericors compaſſio, ſed miſerabilis eſt condemnatio. 48. b. *nullo bonæ cauſæ obtentu, nullo quaſi bono fine, nulla velut bona intentione facienda ſunt.* 50. d. *nec pro alicujus æterna ſalute facienda.* ibid.
Peculatus furtum de re publica. 620. e.
Pedes Imperatorum Conſtantinopolitanorum oſculandi mos. 283. d.
S. Pelagius Papa. 26. c. 27. f.
Pelagius hæreticus negat plenam peccatorum remiſſionem in Baptiſmo. 42. g.
Pentapolenſium civitates S. Petro à Pipino donatæ. 630. e. 707. a. *à Deſiderio Rege vaſtatæ.* 707. a. *iis inſidiatur Leo Ravennas, ſed fruſtra.* 744. g.

Percuſſores Clericorum. Vide V. *Clerici.*

Peregrinationes Hieroſolymam ad adorandam S. Crucem, & ad alia ſancta loca inſtituta. 131. b.

Perſæ fines Græcorum invadunt. 777. f. *inter ſe diſcordant.* ibid.

Perſecutio Eccleſiæ ſub Nerone. 248. d.

Perſecutionis per Romanos Principes & Reges Babylonicos ceſſatio. 261. a. *ea ceſſante, meliora hinc inde ſtatuta cōferuntur.* ibid.

Petilianus hæreticus Cathedram Apoſtolicam appellat cathedram peſtilentiæ. 7. a.

S. Petrus in Cathedra Eccleſiæ Romanæ ſedit. 6. d. *jus ligandi eodem tenore & firmitate, quo ſolvendi, à Domino accepit.* 33. c. *Apoſtolorum Princeps.* 36. c. *firmiſſimè deliberat, ut populus nec ſaltem loqui ei audeat, quem præceptis Apoſtolicæ Sedis inobedientem ſentiat.* 48. g. *Simoniacos deteſtatur, & cum Balaam comparat.* 59. b. *epiſtolas coapoſtoli ejus Pauli commendat.* 63. c. *in ordinatione S. Clementis inſtruit Clerum & populum.* 67. a. *prohibet, ne quis eis loquatur, qui Apoſtolicis inſtitutis non obſecundare deprehenduntur.* b. c. *S. Clementem ſibi ſucceſſorem deſtinavit.* 70. b. *ab omnibus obedientiam generaliter exegit.* 71. b. *Anacletum presbyterum ordinat.* ibid. *principatum ſuum Domini voce tenuit, ſempérque tenebit.* d. *à S. Paulo correptus.* 74. c. 85. c. *Gregorio VII. apparens, Romam revocat.* 128. g. *ruſtico cuidam apparet cum aliis duobus Sanctis.* 133. a. *calvitiem habuit in capite, ut teſtatur ex Clemente S. Hieronymus.* ibid. *Apoſtolorum coryphæus.* 283. g. *ejus quantus cultor fuerit Pipinus Rex.* 630. b. *ei & Eccleſiæ Romanæ olim tributaria Regna & Principatus.* 643. b. *ejus Patrimonium Angliæ, teſte ipſo Rege Henrico II.* 650. c. *ejus Denarius.* f. g. 651. d. 652. b. *luminaria à Regibus Francorum ei oblata.* 686. f. *ejus nomine ſcripta epiſtola.* h. & ſeq. *Eccleſia renovata.* 750. f. *ſtanno cooperta.* 754. f. 755. b.

Petrus Abailardus Arnaldi Brixienſis Magiſter. 607. a. 609. e.

Petrus Albanenſis Simoniacos convicit, tranſeundo per accenſum rogum illæſus. 141. g. *Epiſcopus.* 156. d.

Petrus Carpentarius, tum Calvinianus, vivis coloribus Bezam depingit. 308. d. & ſeq. 317. b. 391. g. & ſeq.

Petrus Damiani Cardinalis Oſtienſis Epiſcopus. 28. e. *librum à ſe ſcriptum* Gratiſſimum *cognominavit.* ibid.

Petrus Diaconus Antipapæ ſectator. 374. h.

Petrus hæreticus Lucenſem Eccleſiam invadit, Anſelmo pulſo. 483. f.

Petrus Ramus librum parat in Bezam. 317. b.

Peucerus Calviniſta in carcerem conjectus. 323. d.

Pezelius Calvinianus Witebergâ expulſus. 323. d.

Philippus Bergomenſis, hiſtoricus, de Gregorio VII. 20. g.

Philippi Melanchthonis judicium de Zvvinglii confeſſione. 337. c. *epiſtola ad Aventinum.* 412. d.

Phocas Imp. Eccleſiæ Romanæ primatum agnovit. 270. a.

Photius Pſeudopatriarcha Conſtantinopolitanus ſchiſmaticus. 8. b. *perjurus.* ibid.

Pipinus Aquitaniæ Dux patrem Ludevvicum Imp. à Lothario pulſum regno reſtituit. 83. d.

Pipinus Francorum Rex, Caroli poſtea Imperatoris pater. 106. h. *Urbem Romam, Sedémque Apoſtolicam egregiè tutatus eſt.* 107. a. *Aiſtulphum Regem Longobardorum acie vicit, & Exarchatum Ravennæ ei ereptum, Romanæ Eccleſiæ donavit.* ibid. *Hilderico pro ignavia ſua depoſito, in regnum ſurrogatur.* 153. g. *Donatio variarum Civitatum & provinciarum, facta Eccleſiæ Romanæ.* 630. a. *quantus cultor S. Petri fuerit.* b. Major Domus. 690. h. *victoriam cœlitus conſecutus.* 698. f. *Donationem B. Petro factam confirmat.* g. *à Stephano III. Papa laudatus.* 699. e. *Moyſi & Davidi comparatus.* f. *ab Haiſtulpho Rege Longobardorum deceptus.* 702. a. *Monaſterium B. Sylveſtri cum aliis tribus à Paulo Papa obtinet.* 704. c. *offert S. Petro menſam.* 706. a. *à Paulo Papa laudatus.* 707. g. 708. f. & ſeq. *ei quæ munera miſerit Paulus Papa.* 708. e. *Paulo Papæ monaſterium concedit.* 709. e. *Senatum populúmque Romanum monet ſui officii.* 727. h.

Pipinus Caroli Magni filius, Rex Italiæ. 191. c. *ad eum epiſtola Caroli Patris de Eccleſiaſtica Immunitate.* ibid.

Piſani quidam pernoctantes in Baſilica S. Petri quid viderint. 131. e.

Placentina Synodus. 505.

Pneumatomachi hæretici Spiritui S. repugnantes. 49. g. *in Conſtantinopolitano Concilio anathematizati.* ibid.

Pœnitentes etiam Canonicè pro criminibus ſuis ſatisfacientes, Divinis Sacramentis judicantur indigni. 67. b. *nec infirmos ſacro Chriſmate ungi licet.* ibid.

Pœnitentia vera eſt, cùm quis relictis omnibus iniquitatibus ſuis, deinde in fructibus bonæ operationis permanet. 36. g. *nudis pedibus, & depoſito omni corporis cultu, veſtibúsque ad luctum & mœrorem idoneis acta.* 99.

Pœnitentia nolentium deſerere officium, quod ſine peccato exercere nequeunt, vel reſtituere bona ablata, vel deponere odium, falſa. 35. d. *quæ non ſecundùm auctoritatem ſanctorum Patrum pro æqualitate criminum imponuntur.* ibid. *falſa cavenda.* 36. f. *à religioſis & Scripturarum doctrina inſtructis accipienda.* h.

Polonia

Digitized by Google

Poloniæ Regnum S. Petro & Eccleſiæ olim tributarium. 653. c.

Pontifex Romanus quanto ſit odio Hæreticis. 6. a. & ſeq. *omnis Eccleſiaſtica poteſtas ab eo procedit.* 30. b. *omnium Prælatorum Eccleſiæ eſt ſummus Prælatus.* c. *à nemine judicari poteſt.* d. *eſt judex univerſalis Eccleſiæ.* e. *de omnibus Eccleſiis judicare valet, nec alicujus judicio ſubjacet.* 47. c. *ipſorum Canonum & Decretorum ſeveritatem pro temporis neceſſitate valet, imò debet mitigare.* f. 532. a. & ſeq. *& propria, & Prædeceſſoris ſui ſtatuta valet mitigare.* 48. h. *generalium Synodorum convocandarum jus habet* 56. a. *in omni Eccleſia univerſalem & principalem poteſtatem habet.* 71. g. *ei potiùs, quàm cuivis alteri Epiſcopo obediendum.* h. *proprio & legitimo Paſtori jure præponitur.* 72. b. c. *à ſubjectis moneri perſæpe tolerabat.* 74. e. *Sacrarium Spiritus almi* 79. d. *abſque omni Synodo contumaces damnare conſuevit.* 85. h. *à ſolo Deo judicari poteſt.* 87. d. *ſolus jure dicitur univerſalis.* 105. d. *ſolus deponere poteſt Epiſcopos, vel reconciliare.* ibid. *poteſt deponere abſentes.* ibid. *poteſt uti Imperialibus inſignibus.* e. *ejus ſolius pedes oſculantur omnes Principes.* ibid. *poteſt Imperatores deponere.* ibid. *abſque Synodo poteſt Epiſcopos deponere.* g. *à fidelitate iniquorum ſubjectos poteſt abſolvere.* ibid.

Pontifex Romanus, religionis Chriſtianæ caput, Chriſti vicarius, & Petri ſucceſſor. 114. a. 395. h. *poteſt deponere Reges.* 153. g. *probatur hoc auctoritate & exemplis.* ibid. *ejus electio.* 197. b. 389. e. *Tertulliano Pontifex Maximus & Epiſcopus Epiſcoporum.* 288. a. *ejus officium eſt Synodos convocare.* 295. g. *auctoritas quanta.* 296. d. & ſeq. *ejus titulus.* 296. g. *ejus electio non pendet ab Imperatoribus.* 325. d. e. *ejus poteſtas in Spiritualibus.* 348. g. *ei ſubſunt omnes fideles.* 349. b. *unde acceperit ſpiritualem ſuam poteſtatem.* d. *ejus poteſtas in Temporalibus.* 351. d. *ejus calceum cruce inſignitum exoſculandi mos vetus.* 353. g. *ejus Suffraganei, Collaterales & Hebdomadarii.* 395. h. & ſeq. *Decreta & Decretales.* 521. f. *ejus eſt approbare Concilia.* 522. d. *nunquam ad Concilium Româ exire conſuevit, ſed per Legatos ſuos ejuſmodi Conciliis præeſt.* f. *ejus electio Romanis libera.* 633. b. *ejus cum Rudolpho Imp. transactio ratificata.* 639. b.

Pontifex Summus *ſeu* Maximus *quis.* 280. e. f. 281. e.

Pontificatus Maximus, à Goldaſto Imperatoribus, Regibus & Principibus attributus, eſt ſtramentitius, & imaginarius. 280. b. *probatur variis rationibus.* ibid. & ſeq. *Goldaſti rationes pro eo allatæ diluuntur.* 279. e. 283. g. & ſeq. 287. d. & ſeq. *quid ſit.* 283. g. *eſt duplex: Chriſtianus, & Ethnicus.* h. *poſterioris titulo uſi ſunt primi Chriſtianorum Imperatores uſque ad Gratianum.* ibid. *& quare.* 284. b.

Populus Iſraël ad montem Sina acceſſurus triduo ſanctificari, & ſe continere ab uxoribus jubetur. 64. e.

Portugalliæ Regnum. vide V. *Luſitania.*

Prædeſtinationis ratio. 781. c. & ſeq. 786. f. & ſeq.

Prædia Eccleſiaſtica ſuſcipientes vel invadentes laici excommunicantur. 35. a. *S. Petri ſacrilegè invadens vel detinens, deprehenſus reſtituat, & præterea quadruplum de propriis bonis.* 36. c.

Prædicantes aſini ad aram ſtantes. 9. e. *porcis, hircis, vulpibus, urſis, lupis, leporibus, anſeribus repræſentati.* g. *eorum mendicitas.* 611. g.

Prælati Eccleſiæ ex generali privilegio hoc habent, ut ſubditos judicent. 30. a. *obedire debent Romano ſummo Pontifici.* b. c. *neceſſariò ſibi in adjutorium pro Sacerdotibus incontinentibus à damnatione revocandis implorant ſecularium auxilium.* 48. a. *qui & quatenus accuſandi à ſuis.* 530. c.

Præſumptio publica major eſt ipſo ſcelere admiſſo. 80. d.

Primatus Eccleſiaſticus Imperio vel Sedi Imperatoris non eſt annexus. 269. b.

Primatus Sedis Conſtantinopolitanæ examinatur, & refellitur. 269. a. & ſeq. *Eccleſiæ Romanæ à Chriſto inſtitutus & fundatus.* ibid. b.

Principes Chriſtiani ſunt oviculæ de grege Chriſti. 280. b. *Pontificum & Epiſcoporum filii.* d. *non Doctores Eccleſiæ.* e. *non Judices Epiſcoporum, & Sacerdotum.* f. *eorum in Sedem Apoſtolicam munificentia.* 622.

Principes Germaniæ Henricum IV. monent, ut ſe Pontifici obſequentem præbeat. 149. c. *rogant Pontificem, ut Auguſtam in Germaniam ſe conferat.* f. *Ulmæ contra Henricum conveniunt.* 151. d. *perſtant in ſententia novi Regis eligendi.* 152. b. *concordibus ſuffragiis Regem creant Rudolphum, Suevorum Ducem.* 153. b. 271. c. *eorum querela contra Henricum.* 157. c. *depoſitioni Friderici II. noluerunt conſentire.* 293. f. *in locum Friderici depoſiti ſubſtituerunt Henricum Landgravium, & poſtea Willhelmum Hollandum.* h.

Privilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. 78. a. 117. g.

Probationes aquæ frigidæ, imò etiam igniti ferri vel ferventis aquæ à ſacris Canonibus prohibeatur. 34. g. 292. d. e.

Promiſſio cautiſſima pro cauſa Eccleſiæ laudabiliter ſolvitur. 89. g.

Proteſtantium fidelitas erga Imperatorem. 353. f.

Proterius præſul Alexandrinus occiſus. 73. d.

Pudicitia in omni gradu & ſexu tenet principatum. 66. c.

Pulcheria Theodoſii Imp. ſoror caſtiſſima. 345. c.
Puritani qui, & ubi. 348. h.

Q.

Quicquid in Divinis Scripturis aliquo modo probabile videtur, nullatenus ab aliquo facilè præjudicetur. 44. f. *quicquid convenit parti, convenit & toti.* 45. f. 49. c.

R.

Rabab mendacium, vitandum potiùs quàm imitandum. 48. c.
Rainaldus Epiſcopus Cumanus. 132. c.
Rangerius Epiſcopus Lucenſis, quos libros ſcripſerit. 468. *ejus verſus.* 503.
Rapoto ſeu Ratpoto. ſeu Rappodo Comes Palatinus in Regem expetitus. 142. a. *in prælio ad Elſtram occiſus.* ibid.
Ravennatium Urbs & totus Exarchatus S. Petro, & Eccleſiæ Romanæ à Pipino Rege donatus. 630. e. 631. a. *à Regibus Longobardorum, & à Græcis infeſtatur.* 685. d. 715. f. 726. d. f. *Palatium è Muſivo & marmore.* 755. d. *Archi-Epiſcopi eligendi mos vetus.* 757. e.
Reges Chriſtiani ſunt oviculæ de grege Chriſti. 280. b. *Pontificum & Epiſcoporum filii.* d. *non ſunt Doctores Eccleſiæ.* e. *non ſunt Epiſcoporum ac Sacerdotum Judices.* f. *eorum munificentia in Sedem Apoſtolicam.* 622.
Reginbertus Hildenesheimenſis Epiſcopus ſecundus. 83. d.
Regni cum Sacerdotio contentio. 257. f.
Regni & Regnandi vocabulum latiùs acceptum. 406. b.
Regnorum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributariorum catalogus. 643. b.
Reicherſpergenſis monaſterii profectus ſub Gerhobo. 240. d. *Chronicon à Gevvoldo editum.* 252. h. 272. e.
Reinerus Reineccius Lutheranus vel Calvinianus hæreticus. 11. d. 96. a.
Reiteubuchenſe monaſterium in Bavaria. 238. h.
Religioſi debent eſſe obedientiores Eccleſiaſticis ſtatutis, quàm laici. 32. f.
Remedius Epiſcopus, Pipini Regis Germanus. 732. d. e.
Remenſe Concilium presbyterum Simoniacum & presbyterio & Eccleſia privat. 58. g. *de eo Heſſonis Scholaſtici commentariolus.* 549. & ſeq. *ejus Decreta quæ.* 553. b.
Rex verus quis non ſit. 154. a.
Richarius ſeu Richardus presbyter Nicolaita. 161. a. 170. a. b. *pænitentiam agit.* ibid.
Ridentem dicere verum nil vetat. 389. b.
Robertus Baros Lutheranus in Anglia combuſtus. 617. a.
Robertus Guiſcardus cum maximo Nortmannorum exercitu Gregorium VII. reſtituit, ſecúmque Salernum deduxit. 113. d. 271. d. & ſeq. 272. a. 473. g. *Nortmannorum Dux.* 115. d. *excommunicatus, & iterum abſolutus.* 138. h. *Dux Apuliæ, Calabriæ, atque Siciliæ.* 270. g. 655. b. *quibus Juramentis Nicolao Papæ, & Gregorio VII. ſe obſtrinxerit.* ibid. & ſeq.
Rodolphus ſeu Rudolphus, Rex pro Henrico à Gregorio VII. conſtitutus. 15. g. 270. h. *Sueverum Dux.* 109. g. 136. c. 270. h. *à Germanis Principibus Imperator electus, à Pontifice confirmatus.* 112. b. *in bello ſauciatus, pauló pòſt mortuus.* 113. a. 253. g. *ad eum Gregorii VII. epiſtola.* 136. c. *concedit ei Gregorius poteſtatem & juriſdictionem in Clericos Simoniacos & fornicarios.* g. *dátque conſilium de pecunia ſimoniacè accepta.* h. *creatur Rex.* 153. c. *ejus laus.* ibid. *ejus electio quibus diſpliceurit.* e. *excuſatio ob ſuſceptum regnum.* f. *legationem mittit ad Pontificem.* 154. b. *ei detrahit Walramus.* 544. b. g.
Rolandus Parmenſis Sacerdos ſchiſmaticus, filius ſeculi, hamus diaboli. 116. h.
Roma capta ſub Carolo V. Pontifici reſtituta. 386. h. *à ſeditioſis fœdè diripitur.* 610. a. b. c. *ſacris interdicta.* f.
Romana Sedes primum primatum tenet. 295. h. *eſt ſancta.* 296. g. *in memoriam B. Petri Apoſtoli honoranda.* 393. g. *Sacerdotalis mater dignitatis, & Eccleſiaſticæ magiſtra rationis.* ibid.
Romana Synodus ſub Gregorio VII. celebrata. 35. a. *Simoniacos & Nicolaitas hæreticos anathematizavit.* 36. d. *acta in Eccleſia Domini Salvatoris Lateranenſi.* e. *à tribus millibus ac ſexcentis collecta.* 83. g. *Legatos ſchiſmaticorum officio & communione privat, aliis inducias concedit.* 87. h. & ſeq. *ejus decreta.* 105. d. & ſeq.
Romana Synodus ſub Leone IX. Simoniacam hæreſim damnavit. 58. g. *emptiones & venditiones altarium ſub anathemate prohibuit.* ibid.
Romana Synodus à Symmacho Papa congregata. 87. d. e. *cauſam Symmachi Divino judicio committit.* Ibid.
Romanæ Synodi Acta de Electione Caroli Calvi Imp. 204. d. & ſeq. 394. b. & ſeq.
Romanum Conciliabulum contra Joannem XII. ſub Othone I. Imp. 210. f. 395. d.
Romani Cleri epiſtola ad Carolum Magnum. 759. g.
Romani Pontificis epiſtolæ ad Aquilejenſem Patriarcham. 574. d. f. *ad Brixienſem Epiſcopum.* e.
Romani Senatus populique epiſtola ad Pipinum Regem. 227. e.
Rucherius Halverſtadenſis Epiſcopus. 15. f.
Rudolphus II. Imp. 324. b. *ejus anteceſſores qui,* ibid. *Societati JEſu tria collegia fundavit.* 356. f. *abſolutus Imperator.* 382. f. *non niſi Electum Rom. Imperatorem ſe ſcribit.* 404. a.
Ruffinus hiſtoriam Euſebii de Græco in Latinum convertit. 39. c. 49. a.

Rumoldus Primus Præpoſitus Goſlarienſis, poſtea Epiſcopus Conſtantienſis. 84. g.

Rupercus Epiſcopus Bambergenſis. 445. a.

Ruſcia Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 643. d.

Rutbertus nobilis Herlucæ patronus & altor. 169. c. *ad calibem vitam cum conjuge ſua converſus.* 170. d.

S.

Sacerdotes à die ordinationis ſuæ debent eſſe continentes. 37. g. *qui ſacris Canonibus obſtinato animo reſiſtunt, à Sacerdotio apud Deum decidunt.* 47. h. *per venerandam manûs impoſitionem, & per ſacratiſſimi Chriſmatis unctionem reliquis continentibus, imò virginibus ſunt prælati.* 48. d. *in Concilio Nicæno prohibentur cohabitare fœminis.* 49. d. *non ſunt, ſed dici tantummodo inaniter concupiſcunt, qui Sacerdotium pretii ſtudent datione mercari.* 58. d. *ſobrii ſint, juſti & continentes.* 62. e. *bigami nec apud Ethnicos quidem permittuntur.* h. *ſecularibus debent præminere in caſtitate.* 64. e. *Spiritûs S. Loquutorium effecti.* ibid. *ſancti, & ſemper orantes.* 65. e. *neceſſarii, non tamen ſemper virgines.* ibid. *in veteri lege purificabantur, ab uxoribus ſeparati.* ibid. *vinum & ſiceram non bibebant.* ibid. *cautiſſimè deligendi.* g. h. *Canonum contemptores regnum aggravant.* 67. d. *ſecundùm Canones damnati, non niſi in perniciem ſuam ſacrificare poſſunt.* 68. b. *iis à variis Pontificibus cælibatus indictus.* 135. c. d. 137. d. *Regum & Principum, omniúmque fidelium Patres, & Magiſtri.* 280. g. *eorum dignitas Regia poteſtate tantò altior, quantò aurum plumbo pretioſius.* 281. a.

Sacramenta à malis collata. 7. c. *extra Eccleſiam nec ſunt, nec fiunt effectivè, licèt inutiliter & perniciosè & eſſe & fieri poſſint.* 27. c. *ubique recta ſunt.* 28. a. *communia nobis cum hæreticis.* ibid.

Sacramentarii quibus titulis & epithetis à Lutheranis condecorentur. 354. h. & ſeq. *quibus viciſſim encomiis Lutheranos remunerentur.* 355. e.

Sacrificium verum non eſt extra Eccleſiam Catholicam. 73. d.

Sacrilegium eſt aliquid de Eccleſia tollere. 289. c. 620. d. e. 621. b.

Sacrilegi excommunicati. 289. c. 621. b. c.

Samuel tolerat filios Heli & ſuos. 7. f. *Propheta, per quem Spiritus S. populum docuit.* 68. h.

Samuel Haberus Prædicans Witeberga & Helvetia pulſus. 323. d. e.

Sancti tolerant malos. 7. e. f.

Sardicenſe Concilium & temerariam Epiſcopi Catholici excommunicationem uſque ad Canonicam excommunicationem ratam eſſe cenſuit. 30. f. *ejus epitome ab Hadriano Papa Karolo Magno tradita.* 57. e.

Sardinia Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 656. f.

Savinenſe patrimonium S. Petri. 739. e. 755. h.

Saul Rex prophetat. 28. b.

Saxonia S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributaria. 648. a. g. *ejus quam partem Carolus Magnus S. Petro Bremæ tradiderit.* 648. c.

Saxones conſpirant contra Regem. 143. d. *ab Henrico Rege victi.* 499. *bello domiti à Carolo Magno ad Chriſti fidem adducti.* 648. e. 775. e.

Schafhuſin monaſterium. 161. h.

Schardius Rhapſodus criminator, mendax. 117. e.

Schiſma an hæreſis. 420. h. *ejus mala.* 253. a.

Schiſmatici privilegiorum corruptores. 117. h. *Epiſcopi Diabolici dicti ab auctore ſchiſmatis diabolo.* 144. d. *electionem Alexandri III. non probant.* 243. b. *omnes vel ad Cathedram Petri tandem redeunt, vel pereunt ac evaneſcunt.* 294. c.

Schlüſſelburgius ſeditioſus, 10. g. *Lutheranus, canam Calvinianam deſcribit.* 334. g. & ſeq.

Schmalcaldici belli origo. 353. h. 354. e.

Schmidelini de Calviniſtico ſpiritu judicium. 355. d.

Schramus Prædicans Neoburgicus. 9. c.

Scotia Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 653. b.

Scoti Calviniſtæ Puritani. 332. h.

Sedes Apoſtolica. 228. h. *ab hac Electoralem dignitatem ad ſe veniſſe fatentur Electores Imperii.* ibid. & 417. h. & ſeq. 639. b. Vide etiam V. *Romana Sedes.*

Sellienſe Collegium Societatis JEſu in Hungaria. 356. f.

Senogallienſis civitas à Longobardis devaſtatur. 705. g.

Sententia paſtoris timenda eſt, ſive juſta, ſive injuſta. 18. d.

Sergius Archi-Epiſcopus Ravennas. 721. g. 722. a. b. *Sede ſua pulſus.* 745. b.

Sergius Chriſtophori filius contra Papam inſurgit. 735. h.

Severus Sulpitius Scriptor vitæ S. Martini. 171. h.

Sibyllæ vaticinium de Bonifacio Duce & Marchione. 495.

Sicilia S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributaria. 655. a.

Sigebertus Gregorio VII. parùm benevolus. 11. g. *Gregorio VII. calumniam ſtruit.* 21. d. e. *Monachus.* 95. g. *edidit libros adversùs Gregorium VII. & Paſchalem II. & Apologiam ad Henricum IV. contra eos, qui calumniantur Miſſas Sacerdotum uxoratorum.* h. *ſchiſmaticus.* 98. *Goldaſto Abbas, & Sanctus.* 342. b.

Sigebotus ex Eptatici presbytero Beronienſis Præpoſitus. 171. g.

Sigefridus Moguntinus Archi-Epiſcopus. 15. f. 533. Carolum Conſtantienſem Epiſcopum Simoniacum conſecrare recuſat. 534. c. ejus epiſtola ad Alexandrum II. Papam 537. b. h. 538. f. 539. f. Henrico IV. reſiſtit, & excommunicationem minatur. 538. b. videtur cum Henrico colludere. ibid. ejus epiſtola ad Hildebrandum Archidiaconum. 539. c. Alexandrum Papam fruſtra in naſſam ſuam pellicere ſtuduit. 540. a. ejus epiſtola ad Gregorium VII. Papam. f. à Gregorio VII. vocatus ad Synodum. ibid. receſſit in Cluniacenſe monaſterium. 541. f. à Clero & populo ad Sedem ſuam revocatur. ibid.

Sigefridus de ſancti Salvatoris Cella. 162. h.

Sigehartus Aquilejenſis Patriarcha ſchiſmaticus, in amentiam verſus apud Ratisponam. 17. e. repentina morte interceptus. ibid. 19. c. cum quinquaginta ſuis ſociis. 19. c.

Sigibodus Reitenbuchenſis Eremita. 169. d.

Sigiſmundi Imp. Juramentum, praſtitum per Legatos ſummo Pontifici. 297. h.

Sigiſmundi Rakoczi Principis Tranſilvaniæ teſtimonium Societati JEſu datum. 313. c.

Signo S. Crucis incendium extinctum. 128. e.

Simon Goulartius Prædicans Genevenſis. 336. h.

Simon Magus. 59. f. princeps Apoſtatarum à Principe Apoſtolorum damnatus. ibid. hæreſiarcha. g. pro ſola nefaria cogitatione damnatus. ibid. temporale lucrum ex miraculis quæſivit. h. Hildebrando Archidiacono apparens, & ab illo victus. 131. d.

Simoniaca Hæreſis ab ipſis Apoſtolis damnata. 421. h. in Italia, Tuſcia & Ravenna. 768. g.

Simoniacus non potuit nominare Spiritum ſanctum. 16. f. 21. a. 129. c. qui pœnitentem ad reconciliationem pro pretio apud Epiſcopum juvat. 60. a. qui temporalis lucri gratia Eccleſiaſticos honores qualitercunque vel emit, vel vendit. 79. e. Simonem imitandum proponit. 80. d. presbyter horrenda viſione territus. 160. f.

Simoniaci Sacramenta habent, ſed eò magis ſacrilegi. 28. f. non admittuntur ad judicium. 34. g. in Romana Synodo ſub Gregorio VII. anathematizati. 36. d. diverſis modis, ſed uno reatu, ſacras dignitates mercantur. 58. a. hæretici. d. in ſcripturis ſacris damnati. h. ſequuntur Prophetam, quem aſina corripuit. 59. b. Simone Mago pejores. g. non ſolùm emptores, ſed & venditores ſpiritualium officiorum. h. fures. 60. d. etiam illos, quorum ſunt mediatores, ſecum ad damnationem trahunt. e. inter ſacros ordines nullatenus computandi. 64. d. idolorum ſervi. ibid. ſemel à Principe Apoſtolorum cum ſuo auctore damnati. 79. h. Spiritum S. conantur vendere. 81. c. de ſpirituali officio ſeculare lucrum quærentes. 90. b. qui à manu laica alicujus beneficii inveſtituram accipiunt. 110. c.

Simon Roſarius fanaticus poëtaſter. 9. c. Papam Antichriſtum, & Plutonem appellitat. ibid.

Simplicius Papa Mutinenſem Epiſcopum à ditione Archi-Epiſcopi Ravennatis penitus abſolvit. 71. d.

Siricius Papa propter incontinentiam majoris Ordinis promotionem diſtulit. 44. b. ſacerdotalem incontinentiam defendentibus omnem aditum indulgentiæ penitus obſeravit. 48. g. 61. b.

S. Sixtus Papa & Martyr. 71. d. 87. b.

Societas JEſu variis Apologiis defenſa. 310. f. g.

Sozomenus auctor fabulæ de Paphnucio. 39. g. 41. b. fingit in Nicæna Synodo conjugalem incontinentiam Sacerdotibus non eſſe prohibitam, ſed potiùs pro caſtitate reputatam. 47. b. Pauli Samoſateni errorem reſtaurat. 48. g.

Sozomeniſtæ, ſectatores Sozomeni. 47. g. SS. Patrum ſtatuta annullare præſumunt. f. cauſa & caput ſunt, ut ſeculares incitentur contra Sacerdotes. g. anathemati ſubjacent. ibid. non ſine ſua pernicie ſuis favent auditoribus. 48. c. malunt perire, quàm Apoſtolicis inſtitutionibus obedire. ibid. Spiritum S. Blaſphemant. 49. h. Joviniano hæreſiarcha pejores. 50. b.

Spannenbergerus Prædicans Lutheranus. 8. g.

Spiritus S. manifeſtè blaſphematur ab iis, qui contra ſacros Canones aliquid agunt, vel loquuntur, vel conſentiunt. 49. f. S. Gregorio Papæ ſub Columbina ſpecie in auriculam decernenda dictare viſus. 58. d.

Spoletinus Ducatus S. Petro & Eccleſiæ Romanæ à Pipino Rege donatus. 631. a. à Deſiderio Rege devaſtatus. 707. a. ex parte reſtitutus. 720. h.

Stephanus Diaconus primus martyrio coronatus. 66. c.

Stephanus Epiſcopus Halberſtadenſis cauſam Gregorii VII. contra Henricum Regem agit. 15. h. 117. a. antea monachus Hirſangienſis. 95. a. ejus epiſtola contra Schiſmaticos. 543. 545. a. c. alio nomine Herrandus. 544. 545. a. quos & quot libros ſcripſerit. 544. nomine Ludovici Comitis reſpondet Walramo. 545. a. c. 341. g.

S. Stephanus Hungariæ Rex, quam pœnam decernat bonorum Eccleſiaſticorum raptoribus. 620. b.

Stephanus III. Papa, dictus II. à Pipino Francorum Rege auxilium contra Longobardos impetravit. 106. h. ejus epiſtola VIII. ad Reges Francorum. 682. a. 686. h. & ſeq. quo anno electus, quo mortuus. 686. h. in Franciam profectus. ibid. Francorum opem implorat contra Longobardos. ibid. 688. h. & ſeq. irrito conatu Romam redit. 698. e. gratiarum perſolvit laudes pro impetrato contra Longobardos auxilio, &c. 699. c. & ſeq.

Stephanus IV. Papa, dictus III. Synodum Romæ in Eccleſia Salvatoris celebravit. 81. h. & ſeq.

Digitized by Google

& ſeq. 733. a. *ejus epiſtolæ V. ad Reges Francorum.* 682. b. 732. h. & ſeq. *quo anno electus, quo mortuus.* 732. h. *Regibus Francorum matrimonium cum gente Longobardorum diſſuaſit, & quare.* 733. f. 735. g. *à conjuratis invaditur.* h. & ſeq. *à Deſiderio Rege Longobardorum liberatur.* 736. d. *cum Deſiderio Rege convenit.* g. *Carolomanni filium petit è baptiſmo ſuſcipere.* 738. a.

Stephanus X. Papa, dictus IX. qui antea Fridericus, frater Godefridi Ducis. 77. g. *orario collum ornatus jurat.* ibid. *poſt Victorem II. Pontificatum iniit.* 130. c.

Stephanus Wintonienſis. 616. h.

Strigonienſis Electi Epiſtola ad Eberhardum Juvavienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopum. 591. g.

Stumpfius Zuvinglianus. 117. d.

Subdiaconi tenentur ad continentiam. 38. e. *conjugati aut ab uxoribus abſtineant*, *aut nullatenus miniſtrare præſumant.* f. Vide etiam V. *Cælibatus.*

Suecia Regnum S. Petro & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium. 657. c.

Superbia ſemper ſibi, non aliis facit ruinam. 27. a.

Suvartzachianum monaſterium Franciæ Orientalis. 137. g.

S. Sylveſter Papa, Concilium Nicænum per Legatos ſuos confirmavit. 56. c. *Concilium Arelatenſe approbavit.* 57. c. *Concilium Nicænum etiam congregavit.* 61. b. *incontinentes Clericos damnavit.* ibid. 70. b. *Nicænorum Canonum auctor.* 87. c. *generali Synodo præſidens ſtatuit, neminem judicare primam Sedem.* ibid. *ejus ſanctum Corpus ubi requieſcat.* 709. f.

Symmachus Papa decrevit, Romanos Pontifices à ſolo Deo judicari. 87. c. *Catholicæ fidei propugnator indefeſſus.* d. *Romanam Synodum congregat, in qua ſe diſcuti permittit.* d. c. *laudatus.* 290. h.

Synodica epiſtola denotabat præſulem noviter inthronizatum recepiſſe quatuor Synodos. 55. f. *ad Patriarchas mitti ſolita.* ibid.

S Syricius Papa quid de Monachis & Virginibus, propoſitum non ſervantibus decreverit. 694. g.

T.

Tanchelmus ſeductor. 566. h. *ejus hæreſis.* ibid. *qua ratione & modo præſeminata.* 567. b. *imago Lutheri, Calvini, & ſimilium.* d.

Tarraconenſis civitas donata Eccleſiæ Romanæ à Berengario Comite Barchinonenſi. 646. e. 647. h.

Taſſilo Bavarorum Dux. 713. h.

Tedaldus alter invaſor Eccleſiæ Mediolanenſis. 144. a.

Tedaldus filius & ſucceſſor Attonis. 493. *monaſterium, quod eſt inter Padum & Lario*nem, *extruxit.* ibid. *ejus uxor & filii tres.* ibid.

Tedaldus Tedaldi filius, Epiſcopus Aretinus. 494. *ejus caſtitas & Simoniæ odium.* ibid.

Templum Salomonis quoties poſt primam ædificationem deſtructum & reparatum ſit. 245. a. *typus Eccleſiæ Chriſtianæ.* c. *ejus dimenſionum ſpiritalis intelligentia.* ibid. *longitudo.* d. *latitudo.* 246. e. *altitudo.* h. *& quid ſignificent.* 246. a. *ejus tria cœnacula quid ſignificent.* h. *dimenſiones & ornatus ſpiritualis.* 247. h. *ſpirituale Deo magis curæ, quàm materiale.* 248. b. *cum Eccleſia comparatum.* d. *ejus ædificatio à vicinis impedita.* f. *ſpiritualis ſtructuram impediunt hæretici.* h. *ejus reædificationis impedimentum & hæreticorum molimina conferuntur.* 261. e. *reædificationem impedientium, & hæreticorum pulchra collatio.* 262. c. *ejus dimenſiones explicantur.* 263. a.

Terracinenſis civitas à Græcis & Neapolitanis invaditur. 753. a.

Teutonicum regnum ab Apoſtolica Sedis unitate diviſum. 34. h. *ejus Epiſcopi & Clerici in ſchiſmate ordinati, à Sede Apoſtolica ſuſcipiuntur.* ibid. *Reges Simoniaci.* 498.

Theocarius ſeu Dietgerus Metenſis Epiſcopus. 169. b.

Theodomarus. Vide V. *Tiemo.*

Theodonovillana Synodus. 196. d. 388. d.

Theodoricus Antipapa. 116. f.

Theodoricus Rex Romanorum Arianus. 87. d. *primus ſibi tyrannicè arrogavit jus eligendi Pontificem.* 107. h. *à Deo mox è medio ſublatus.* ibid. *Goldaſtinus Imperator.* 276. c. *patrio veſtitu poſito, purpuram ac regia Inſignia ſumpſit.* 277. c. *inſtituit regnum veteris Imperii ſimillimum.* ibid. *à Zenone Imp. creatus Patricius & Conſul.* 376. b.

Theodoricus Virdunenſis contra Gregorium VII. ſcripſit. 344. a.

S. Theodorus Archimandrita, guttulæ ex imagine Salvatoris deſtillante peſtem depulit. 131. d.

Theodorus Studita Paſchalem Papam laudat. 395. f.

Theodoſius Magnus Imp. à S. Ambroſio excommunicatus. 281. a. *non vult appellari Pontifex Maximus.* 284. d.

Theodoſius Junior Imp. S. Auguſtinum ad Concilium Epheſinum invitavit. 57. b.

Theutgaudus Trevirenſis Archi-Epiſcopus excommunicatus. 350. g.

Thuanum Elegia ſeu Satyra à ſe ſcripta pœnitet. 311. a.

Thuringi rebelles. 539. e. 540. a.

Tiemo, ſeu Theodomarus, Archi-Epiſcopus Salisburgenſis. 124. f. 162. d. *in itinere Hieroſolymitano à paganis captus & membratim interciſus.* 162. f. 172. c. *à Schiſmaticis ſub Gregorio VII. & Urbano II. plurima perpeſſus.* 461. *nobilis Bavarus, in monaſterio Altaha educatus.* 462. d.

Schaffhuſienſe & Hirſaugienſe monaſteria adit. f. *in Archi-Epiſcopum Salisburgenſem eligitur, & inungitur.* 463. b. & ſeq. *Sede ſua pulſus Hieroſolymam pergit.* h. *capitur in Corozaim.* ibid. & ſeq. *ob fractum idolum flagellatur, & carceri mancipatur.* 464. f. *membratim detruncatur.* 465. f. & ſeq. *inter Angelorum manus viſibiliter exceptus.* 466. a. *ejus Reliquiæ mirabiliter immobiles.* e. *à Chriſtianis honorificè ſepeliuntur.* 467. a. *quo anno peregrinationem inierit, captus & occiſus fuerit.* b.
Tigurini pſalmodiam exterminant. 294. d.
Tigurum vel Turegum, Alemanniæ oppidum. 609. d. *primaria Helvetiorum urbs, in Diœceſi Conſtantienſis Epiſcopi.* e. *Turgaviæ metropolis.* 612. a.
Timotheus Alexandrinus excommunicatus. 26. b. *cognomento Ælurus, præſul Alexandrinus.* 66. g. *intruſus.* 73. d. *reus occiſionis Alexandrini Præſulis, Sedem ejus Simoniacè invaſit.* ibid.
Toleratus Diaconus Apoſtolicæ Sedis Legatus ad Acatium Patriarcham Conſtantinopolitanum. 91. b.
Toletana I. Synodus. 49. e.
Toletana III. Synodus. 56. h.
Trajectenſis Eccleſiæ epiſtola ad comprovinciales Eccleſias, Monaſterienſem, Leodicenſem, Mindenſem. 562. h. *ad Fridericum Archi-Epiſcopum Colonienſem.* 566. h.
Triburienſis Synodus ſub Arnulpho Imp. 77. a. 89. d. 388. f. 549.
Tripartita hiſtoria Eccleſiaſtica. 37. b. *utilis ad notitiam rerum geſtarum.* 39. c. *quoad hiſtoriam Paphnucii rejicitur.* e. *à tribus Græcis compoſita, & à Caſſiodoro ordinata.* f.
Turcæ in Græcia Epiſcopatus hodie pro pecunia vendunt. 108. g. *eorum Imperator Conſtantini Imp. ſucceſſorem ſe jactat.* 269. f.
Turonenſe Concilium presbyterum Simoniacum presbyterio & Eccleſia privat. 58. g.
Tuſciæ civitates aliquot S. Petro oblatæ. 632. c. 775. d.

V.

Valens & Valentinianus Imperatores Pontifices Maximi. 284. a.
Ubaldus Archipresbyter de Colurnio. 486. c.
Ubaldus Epiſcopus Mantuanus. 12. f. *ſpleneticus per mitram Gregorii VII. Papæ ſanatus.* b. 13. a. 159. h. 475. b. *epiſtola ad Mathildem.* 479. g. *altera epiſtola ad eandem.* 480. d. *capta Mantua fugit.* 504.
S. Udalricus vel Odalricus Auguſtanus Epiſcopus. 151. h. 163. a. *ejus Synodales Conſtitutiones.* 232. 234.
Udalrici Cancellarii ſacri Palatii epiſtola ad Eberhardum Salzburgenſem Archi-Epiſcopum. 581. g.
Udalricus de Corninga. 170. g.
Udalricus Epiſcopus Paſſavienſis. 124. f. *Altmanni ſucceſſor.* ibid. 162. f. *Laudatus.* 162. f. g. *Henricianam perſecutionem fugit.* 170. g.
Udalricus ſeu Odalricus Prior Cluniacenſis. 162. b. 171. h.
Udo Trevirenſis Archi-Epiſcopus Henrici IV. Imp. fautor repentina morte obiit. 15. b. 19. d. *Eccleſiarum prædationi aſſenſum præbuit.* 19. d.
Venericus Vercellenſis Antiſtes, Henrici Regis depoſiti Cancellarius. 95. e. *abſque Eccleſiaſtica communione vitam ſimul & Epiſcopatum miſerabiliter depoſuit, eo die, quo Gregorium VII. ſtatuit deponere.* ibid. *ſchiſmaticus.* 116. d. *ex Scholaſtico Trevirenſi Epiſcopus Vercellenſis.* g. *ſcripſit librum ad Gregorium VII. ſub perſona Theodorici Virdunenſis Epiſcopi.* ibid. 344. a.
Vetus Teſtamentum in myſteriis & carnalibus obſervationibus ceſſavit, in moralibus præceptis adhuc manet. 61. g.
Vezelinus Magdeburgenſis Epiſcopus. 15. f.
Ugonis cujuſdam epiſtola ad Mantuanum Epiſcopum. 482. d.
Victorinus Strigelius cum Andrea Hugelio ſexagenario Prædicante captus. 323. e.
SS. Victoris & Coronæ Martyrum Reliquiæ. 493.
Victor II. Papa, ante Pontificatum Gebehardus vocatus, Epiſcopus Aichſtatenſis. 101. e. *Henrico III. Imp. morienti adfuit.* 142. d.
Victor III. Papa Gregorio VII. ſucceſſit. 115. e. 254. b. vide V. *Deſiderius Cardinalis.*
Victor Pſeudopontifex à Friderico I. Imp. creatus. 288. c.
Victor Presbyter Romanæ Eccleſiæ, S. Sylveſtri Papæ Legatus in Concilio Nicæno. 56. c.
Vidonis Imp. Donatio, ex Sigonio, de regno Italiæ. 674. b.
Vigiliæ & Stationes nocturnæ. 139. c.
Vigilius Papa, ſub quo quinta univerſalis Synodus Conſtantinopolim convenit. 71. f. *Romanæ Eccleſiæ & Pontificis primatum teſtatur.* ibid.
Vincentius Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus in Concilio Chalcedonenſi. 56. c.
Vincentius presbyter Romanæ Eccleſiæ S. Sylveſtri Papæ Legatus in Concilio Nicæno. 56. c.
Virgines, quæ poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ. 62. g. *pulcherrima gemma Eccleſiæ.* 66. a. *non mentiantur.* 168. f.
Viridarii ſomnium. 617. d. e.
Viſitatio Saxonica, *liber.* 617. f.
Unio diſſidentium tripartita, *liber.* 617. f.
Vodalricus Abbas S. Galli pro Henrico Imp. contra Epiſcopum Conſtantienſem & alios arma ſumit. 272. f. *caſtellum Marchdorf & oppidum Brigantinum expugnat & ſuccendit.* ibid.
S. Urbanus I. Papa res Eccleſiaſticas ementes vel vendentes damnat. 35. c.

Digitized by Google

Urbanus II. Papa Gregorii VII. ſcripta & dicta contra ſchiſmaticos confirmavit. 15. h. *Victori. III. ſucceſſit.* 115. c. 254. b. *à Guiberto Antipapa Urbe pulſus.* 115. c. *ejus laus.* 254. b. *captus.* f. *à Roberto Guiſcardo liberatus.* g. *ejus mors.* 255. f. 506. *Goldaſto Turbanus, Hæreticus, Antichriſtus.* 315. g. *ejus Electio.* 502. *prius Monachus & Rhetor.* ibid. *damnat acta Henrici Regis, & Guiberti.* ibid. *venit in Longobardiam.* 505. *Synodum cogit Placentiæ.* ibid. *quid in Gallia lucratus ſit.* 506. *ejus Bulla de urbe Tarraconenſi.* 647. b.

Urbanus Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus in Concilio Africano. 57. a.

Urſpergenſis Gregorio VII. parùm benevolus. 11. g. 12. c. 93. c. 98. *Goldaſto Abbas Schvvarzahenſis.* 337. h. *cum Mathilde Sicula confundit Magnam Mathildem Comitiſſam.* 638. g.

Urſtiſius Sectarius. 96. a.

W.

Waleramus, ſeu Walramus Nirvenburgenſis ſeu Naumburgenſis Epiſcopus excommunicatus. 16. c. 117. a. *vel Waltramus.* 95. c. *an auctor Apologiæ pro Henrico IV.* 339. d. e. & ſeq. *cum Nerone & Juliano Apoſtata comparatus.* 340. c. *è ſchiſmatico Catholicus factus.* g. *an auctor tractatûs de Inveſtituris.* 341. b. & ſeq. *defendit Henricum rebellem Eccleſiæ Romanæ.* 544. *Dodechino Valtramus Megdeburgenſis Antiſtes.* b. *Gregorio VII. Papæ & Rudolpho Regi detrahit.* b. g. *ejus epiſtola ad Ludovicum Principem.* c. *hæreticus Simoniacus.* 545. b.

Waltramus Epiſcopus Magdeburgenſis Ludovicum Comitem ad partes Henrici pellicere ſtudet. 15. h. & ſeq.

Wenceslaus Bohemus Rex Romanorum Goldaſto Imperator. 278. h.

Werinharius Magdeburgenſis Archi-Epiſcopus per tyrannidem Henrici Regis occiſus. 157. c.

Wernerus Rolevvinck auctor faſciculi temporum, pro Gregorio VII. 16. f.

Weſſebrun, ſeu Weſſonis fons, monaſterium ſuperioris Bavariæ. 170. h. *cur ita dictum.* ibid.

Weſtphalia olim Saxoniæ annumerata. 117. f.

Wezilo Archi-Epiſcopus Moguntinus ex ſchiſmatico Catholicus. 343. g.

Wezelina hæreſis quæ, & unde. ibid.

Wiclephus Arnaldizat. 611. d. 617. h.

S. Wicterpus Auguſtanus Epiſcopus. 161. a. 165. *Eptatici ſeceſſu delectatus.* 165. *in Eptatico ſepultus.* 169. c. *apparet Herlucæ.* ibid. 170. b. 172. b. h. *S. Magnum ordinat presbyterum.* 172. d. *ejus Reliquiæ ab Henrico Epiſcopo Auguſtano translatæ.* f. g. *quo die obiērit.* ibid. *ejus libros alienans excæcatur, pœnitens viſum recipit.* h. *B. Herlucam corripuit.* ibid.

Wielica Virgo Nobilis & religioſa. 168. c.

Wilhelmus Abbas Hirſaugienſis duodecimus, pro Gregorio VII. 94. g. 160. f. 162. b. *centum quinquaginta monachos ſub ſe habuit, præter fratres barbatos ſeu Converſos.* 161. g. *Ordinis S. Benedicti in Germania reformator.* ibid. *Herlucæ Virginis Pater ſpiritualis.* 169. b. *quæ monaſteria condiderit.* 340. d. *ei ſcripſit S. Anſelmus Archi-Epiſcopus Cantuarienſis.* 347. c.

Wilhelmus Comes Holandiæ. 293. h.

Wilhelmus Epiſcopus Trajectenſis hoſtili odio Gregorium VII. perſequens, horribiliter moritur. 14. g. & ſeq. *fulmine tactus, in concione.* 16. h. 149. b. c. *ejus ultima monita ad Henricum Regem.* ibid. *Simoniacus.* 149. b.

Wilhelmi ſenioris Regis Angliæ lex de Denario S. Petri. 650. g.

Wilhelmus Tyrius, de Gregorio VII. 20. c. *Pontifices ab Imperatoribus inveſtiri, pro deteſtabili conſuetudine habet.* 106. d.

S. Willehadus primus Epiſcopus Bremæ Baſilicam S. Petro ædificat. 648. c.

Witackerus Calviniſta, Gregorii VII. criminator. 98. 99.

Witebergenſis Academia Calviniſtas expellit. 323. d.

Wolfhardus vitas Sanctorum collegit & contraxit. 124. d. 125. a. c.

Wormacienſe Conciliabulum contra Gregorium VII. 224. c. 410. c. 444. h. 471. f.

Z.

Zacharias Papa interdicit Clericis cohabitationem mulierum. 61. d. *Clericos incontinentes vel ſanguinem effundentes damnat, & ſecularibus pejores eſſe decernit.* 64. g. *vir Apoſtolicus* ibid. *ejus epiſtola ad Pipinum.* 690. h.

Zacharias Propheta tolerat Phariſæos & ſcribas. 7. f.

Zanckius cum aliis Argentorato pulſus. 323. c.

Zeno Imp. 294. h.

Zoſimi Ethnici Scriptoris locus de Imperatorum Chriſtianorum Pontificatu Maximo. 283. h. & ſeq.

Zozimus Papa. 29. a.

Zvvinglius reformatione indiguit. 294. d. *tanquam latro mortuus.* 317. c. 355. c. *prophetat, Hiſpaniam, &c. intra triennium Zvvinglianam futuram.* 317. c. *ejus Confeſſio Carolo V. Auguſtæ oblata, quo anno.* 336. c. & ſeq. *judicio Philippi Melanchthonis inſanit.* 337. c.

Zvvinglianorum Helvetiorum de Auguſtana Confeſſione judicium. 333. g.

Zvvinglianorum ſpiritus Luthero qualis. 355. c.

FINIS.

Errata	Sic corrige
Pag. 73. *f.* Bernhardus	Berenhardus.
130. *d.* Alexander	Alexander II.
251. *c.* dederunt	dederunt.
416. *b.* ſacrilegio	ſacrilego.
455. *a.* advincentium	ad vincentium;
581. *e.* Ita	Ira
746. *f.* Itherii nobiliſſimorum	*dele* nobiliſſimorum.
777. *g.* ejusem	ejusdem
782. *f.* in eruditus	ineruditus.

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google